10693

61

R. P. M.

FR. EMMANUELIS DE VILLARROEL

PINTIANI,

MONACHI BENEDICTINI

LAURENSANENSIS,

THEOLOGIÆ DOCTORIS,

SACRARUM LITTERARUM INTERPRETIS,

AC CONGREGATIONIS

VALLIS-OLETANÆ

CONCIONATORIS GENERALIS,

IN SACRAS TAUTOLOGIAS,

CUM ILLUSTRATIONIBUS

PANEGYRICIS, ANAGOGICIS, TROPOLOGICIS,

ET POLITICIS,

COMMENTARIORUM LITTERALIUM

TOMUS SEPTIMUS.

SECUNDA EDITIO.

CUM PRIVILEGIO.

MATRITI: Ex Typographia Iosephum Gonzalez, Arenaria via.
Anno Domini M. DCC. XLIII.

ILLUSTRISSIMO D. D. LUDOVICO SALCEDO ET AZCONA,

REGIO CONSILIARIO, HISPALENSI ARCHIEPISCOPO,

UMBRIGÆ DOMINO, &c.

Fr. Emmanuel de Villarroel Benedictinus V. P. F.

HAUD ſolvi cupit (Illuſtriſsime Princeps) qui renuit abſolvi. Arrident libertati dulciter optata vincula; quippequàm à corde pendet emiſſa catena, potioris magnifico eleutherio libertatis: ſunt enim vincula ſtemmata gratitudinis. Non ingrata pectoris præclarè dignati oblatio; &. prompto dono, & obſervantiæ creditricis obſequenter ſtudio: potiſsimè dùm libenter hyperaſpiſtæ offeruntur, quæ tot titulis, meritis gratijſque iurè debentur. Cuius cor pridem dulci Minervà ambitiosè dicatum; exile, nullum, etiam maximum obſequium. Cor verè munus eſt. Minoris etiam ad cultum donum, ſi donum, ducendum (quamvis allectrice pulchrà ſpecie) quando muneris officium fauſtè procedit à dicato corde: ducto quidem, tracto, quinimò vincto, & propter tuarum ſpecimina gratiarum, & propter commendationem ſpectabilem dotium; dum floruiſti iugiter (inclytè Princeps) & flores, & fulges inſigni nobilitate, regimine, religione, zelo, phroneſi, in dignitatis eminenti culmine, ſplendidiore honore rectiſsimo tramite; uti virtutum vivum nobile exemplar, ſimulque iubar. In faſtigio præ ſe fertur honoris crediti lucerna & ardens & lucens: quam merita in apice locant; ut qui ingrediuntur, antequàm ingrediantur, lumen videant, mirenturque ex magnis quam magnus & optimus: ſimulque quod claret inſignius; in dignitate dignitatis honos. I decus, i noſtrum.

Sed unde? Conſtat ex genere: nimirùm ex Comitibus Goma-

ræ. Ex Hiſpaniæ Primatibus, Primoribus, claris inſignibus, & acceptiſsimis Regibus

Hinc domus, hinc ortus, Dominique Penatibus olim
Charus uterque Parens, atque in tua gaudia plauſus,
Ne quererere genus: raptus ſed protinùs alvo
Suſtulit exultans, ac primà lucidà voce
Aſtra ſalutantem, Dominus ſibi mente dicavit.

Statius, 2. *Silv.* 1. à v. 76

Gloria utique, virtute non ſanguine niti; ſed rara (verùm ampliſsima) genus eximium ante meritum mereri; quaſi per egregia futuræ commendabilis virtutis, creditor conſtituereris fortuitæ nobilitatis: rutilaretque ingenita virtus, quaſi elicita per traducem à Maioribus; quorum tu decus, *tuorum ſimul ornamentum & onus*. In te devenerunt decora decori generis, ex merito ſanguinis; qui quidem ſine merito, ni teſſera tuæ acceſsiſſet ſingularis ſpectabilis virtutis. *Ex te maior honos.* In rebus præclarè geſtis ſtemmata radiantia antiquæ familiæ ſunt: maior te expectat in encomia iurè laus. Gloria virtutis eorum tu es. Exaltare Domine in virtute tua. Vides enim illorum magnitudinis venerabile culmen: ſatiùs tuam veneramur *magnitudine maiorem*. Stirps profectò retrò ſæculis clara. Iam præclara. Non fortunæ, ſed beneficium pretioſum vigilis cœli; pulchra generatio cum inſigni claritate.

Senec. d. *Polyb* apit. 22

Stat. d. 5 l. v. 54.

Sublime decus, cui nominis hæres:
Princeps hic Principe natus.

Homer. 24 *Odyſſ* v. 371.

Claud. de *Nup. Honor.* verſ. 35.

Plura elogijſque fœta, quibam congerere Patris; ut conſtaret germen floridum ex qua pullulaverit in ſplendorem, radice. In Regium Senatum, publicum in bonum electus, ac evectus in regni ſecretiora ſanctioraque munia; expreſsit prudentiâ, integritate iudicioque, rerum adminiſtratione ſtrenuus, quibus ornamentis in miniſterium aſſumptus.

Hæc tamen innumeris per ſe quæſita trophæis,
Non generis dono, non ambitione potitus.
Digna legi virtus: ultrò ſe purpura ſupplex
Obtulit, & ſolus meruit regnare togatus.
Nulla relicta foret Hiſpani nominis umbra,
Ni pater ille tuus iamiam ruitura ſubiſſet
Pondera: turbatamque ratem, certàque levaſſet
Naufragium commune manu.

Id. de 4. *Conſul. Honor.* à v. 45.

Alia & inſignia ſuſque deque facio, quæ prædicata ſilentio; tibique

bique cordi & altissimè impressa, quæ sequeris æmulatione mitâ, qua gaudet Pater vinci : à filio enim superantur superiora.

Hos tibi virtutum stimulos, hæc semina laudum
Hæc exempla dabat. Cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro. Id. 3. *Consul.* à v. 14.

Iò triumphe. Mactè. Illi crederis infans. Vestigia magna indolis agnoscit. Veniet robustior ætas, qua in earum gloriam, cognosci & cognoscere facultatibus valeat amantissimas litteras. Hùc tibi Musæ duces. Hàc itur ad astra.

Bonam sortitus es animam, ante cultum apprimè docilitate cultam ; ac in eius commendabile studium, optimum animum.

Scilicèt ingenium & rerum prudentia velox, Persius, *Satyr.* v. 4.
Ante pilos venit. Rapit inde modestia præcox,
Et pudor, & tenero probitas maturior ævo,
Et ubi suffusus purpureo sanguine candor. Stat. d. 2 1. à vers 39.

Queis dotibus, ut procedere & pervenire valeres in Eucliam ; inveniſti dumtaxàt virtute comite viam : quæ quidem à te Salmanticæ (decorato nobili fuscà prætextà) quia trita, docta. Haud ingressus in augustum celebreque Collegium, ut potissimè instruaris ; sed ut instrueres, factus forma probitatis, speculum iuventutis.

Accedunt trabeæ : nil iàm decore relictum,
Quo virtus animo crescat, vel splendor honore:
Culmen utrumque tenes. Claud. in *Mall. Theodor.* vers. 14.

Perexiguus hæreret ex dotibus inclytis radians sine munere fulgor ; ni ante honorem habereris Rector. Respondisti cunctis numeris cunctorum expectationi. Dexteritas latè fulsit, cui integritas morum regimen cum luce dedit.

—— Talem te protinùs anni
Formavere rudes : & dignum vita curuli
Traxit iter, primæque senes cessere iuventæ. Ibid. á 16.
Iam tunc canicies animi.

Sic conciliati Sociorum animi, & decor honori. *Nec, quod est rarissimum, aut facilitas auctoritatem, aut severitas amorem diminuit. Nec famam quidem (cui etiam sæpe boni indulgent) ostentandâ virtute, aut per artem quæsisti; procul ab æmulatione adversus collegas.* Inde plausus. Nil mirum: *est par cum flore senectus.* Tacit. in *Agricol.* cap. 9. Dracòt. *Hexaem.* v. 364.

Transis in Tribunalia, illustratà Dispalensi atque Granatensi Curià; pòstque regià in Ordinum Senatum vocatus ex Principis ordine. Per catenata merita, advenerunt in præmium etiam catenata munera: cùm per innatam prudentiæ singularis dexteritatem; quàm aptè tuis humeris, clareret, sedere regimen.

Claud. d.à v.22

Tutarique reos, ipsa hæc amplissima sedes
Orantem stupuit, his laudatura regentem.

Remuneratio meritorum iustum dominantis prodit imperium; apud quem perire nescit, quod quemquam laborasse contigerit. Negare non possumus quod debemus (dixit olim Rex Theodoricus) *Quod dignitate pretiosius, à nobis habere meruisti; ut regio lateri dignus adhæreres, & ad honores ornatior pervenires. Cuncta siquidem, ut famam capiat humanitas, in te geminata sederunt: patria, genus, instituta præclara; quorum si unum nobilitatem complet, in te collecta plus facient, quì non minus genitalis solij fortunà resplendens, quàm gloriâ stemmatis & virtutis ornaris.* Pintia felix. Fœtus astruunt; dùm ex illa tot Heroes, tamquàm ex equo Troiano in Famæ templum exierunt. Exitus acta probarunt. *Naturali prudentiâ, quamvis inter togatos, facilè iustèque agebas. Ubi conventus ac iudicia poscerent; gravis, intentus, severus, & sapius misericors. Ubi officio satisfactum, nulla ultrà potestatis persona.* Iustum sanequàm encomium; quandiù celebrant, & fronte apertà, togati togatum. *Nihil gravius, sanctius, doctius, ut non unus homo, sed litteræ ipsæ omnesque bonæ artes in uno summum periculum adire videantur. Quàm peritus & privati iuris & publici! Quantum rerum! Quantum exemplorum! Quantum antiquitatis! Planè thesaurus. Iam quanta sermonibus eius fides! Quanta auctoritas! Quàm pressa & decora cunctatio! Et tamen plerumquè hæsitat, dubitat diversitate rationum; quas acri magnoque iudicio ab origine causisque primis repetit, discernit, expendit.* A Iove, à lege in rectitudinem audis; nec quid delirat amussis. Magna profectò potentia, eximia fama, satiùs optima conscientia: qua in sæculo sæcularique honore, ut internæ devotionis præberes specimen exuisti & avidè, & volupè, habitum sæcularem. Quid ulteriùs? Nec ficcine quietum pectus, donec sacris initiatus.

Cassiod. l. Variar. Epist. 2.

Tacit. d.

Plin. l. Epist. 22.

Haud potuit tot studijs modestiæ, fulgor virtutis abscondi. Naturalis splendor luci. Unde in Cauriense Ecclesiasticum fastigium, hinc in Compostellanum, hinc in Hispalensem assumptus es dignitatem (semperque invitus, ut maius fulgeret opus) postquàm fugisti Aurienſem sedem, Limenseque culmen; & quod

pòtiſsimum, Vice-regis honorem. Vel quæ creditâ, abdicata ex animo; ni Principis opprimereris præcepto: qui propter dotes ſpectabiles, præclaras, inſignes, dum tibi dignitatibus; ſibi pro illarum decore ſtudiosè conſulebat. Diſſentis. Animus tuus.

Ille vetat: rerumque tibi commendat habenas,
Et ſacro meritos ornat diademate crines;
Tantaque ſe pietas rudibus oſtentat in annis.
Sic ætas animo ceſsit, quererentur ut omnes
Imperium tibi ſerò datum.

Claud. 3. *Honor. Cõſul.* à v. 83.

Maior factus, dum fiebas minor. Non eras, ſed fiebas, miro fulcro celſitatis; ubi ita parvus in oculis tuis. Verùm quò radijs faſtigium celſius; ampliore munere, ſemper luminare maius. *Nutriunt præmiorum exempla virtutes. Hinc eſt* (ſubdit qui ſuprà) *quòd illuſtrem tam ſuis, quàm paternis meritis elucentem, vacanti dignitati ſubveximus; ut natalium ſplendor inſitus, ornatior collatis redderetur honoribus.* Hoc ne quod fugiſti, virtute urgente, & aures Regis vellicante famâ? Utique.

Caſsiod. 2. *Variar.* Epiſt. 16.

Plus ideo ſumenda tibi faſtigia iuris;
Ne pereat tam priſcus honos, qui portus honorum
Semper erat.

Claud. 2. *Stilic* v. 313.

Ad maiora maior, ad potiora potior, dotibus meritis celſior, & occupationibus aptior, promptior, & induſtrior.

Maximus ad ſummum culmen pervenit honorum.
Molem immenſam humeris, & non tractabile pondus
Impoſuit :: viribus quis enim par eſſet Atlentis?
Crevit in immenſum. Sic Dij ſtatuiſtis, & omne
Cum tot ſideribus cœlum requievit in illo.

Auſon. Edyl. 30. v. 29 Stat. 5. *Silv.* 1. à v. 82. Ovid. 4. *Metam.* fab. 17.

Exultas Hiſpalis, gratulabunda de Præſide ac Præſule; honorem accipiens ex Pontificis honore, ac illuſtri dignitate.

Hæc cum multiplici populus narret ab ore,
Una fuit cunctis ſententia fixa catervis.
Turba Sacerdotum, venerandaque Curia ſedis
Elegit, voluit, meruit, ſuſcepit, amavit.

Ennod. Panegyr. à v. 85.

Avidè te ſuſcipiunt dignitates, quippe uti adveniente Sole, virtutum germinant flores, quocumquè gentium ſtes. Quicquid calcat pes, roſa fit.

Cre-

Crescite virtutes, fœcundataque floreat ætas.
Ingenijs pateat campus, certusque merenti
Stat favor: : en aurea nascitur ætas.
Claud.d Mall. v. 260. & 1.in *Rufin.* à v. 51. *En proles antiqua redit: Concordia, Virtus,*
Cumque Fide Pietas altà cervice vagantur,
Insignemque canunt nostra de plebe triumphum.
Iustitia prorsum, vitijsque à stirpe recisis
Elicit oppressas tenebroso è carcere leges.

Tacit. de *Orator.* c. 8. *Populus digito demonstrat. Advenæ quoque & peregrini iam in municipijs & colonijs suis auditum, cum primum urbem attigerunt; requirunt, ac vultum agnoscere concupiscunt.*

Non tamen hic mutata quies, probitàsve secundis
Intumuit: tenor idem animo, moresque modesti
Stat. d. à v. 116. *Fortunà crescente manent. Sic itur in alta*
Pectora: sic mi i reverentia cedit amori.

Nil exploratur plebeium, nisi cum intendis in subsidium pauperum. *Animus obvius & expositus, plenusque humanitate, quam præcipit. Sermo copiosus & varius, dulcis in primis, & qui repugnantes*
Plin. 1. Epist. 10. *quoque ducat & impellat. Nullus horror in vultu, vitæ sanctitas summa, comitas par. Insectatur vitia, nõ homines: nec castigat errantes, sed emendat.* Exprimis utcumquè suavitatem indolis, genium & ingenium excelsum, dulce, facile.
Id. *Panegyr.* Traian. *Te pietas, te fama, te gloria super ipsos Principes vehunt. Te ad sidera tollit humus.* Paci studes, & potiris. Sponsam protegis, quam fugere conabaris. Honore propter dignitatem honorem generosè defendis.

——— *Defendis honorem,*
Quem fugis; & spernis tantà quem mole tueris?
Claud. 2. *Stilic.* v. 281. *Respuis oblatum, pro quo labente resistis?*

Et athleticè, si oportet. Nec tu esses, nec tui, nec tibi, ni totis viribus Sponsæ consuleres dignitati; quæ plenius amabiliter rutilat, ubi tranquillitas cum pace Octaviana concordat. Fauces Hydræ iudicio ac prudentiâ resecas: nec facilè credis, nec facilè iudicas.

Opprobrijs stat nulla fides, nec littera venit
Vulgatura nefas. In quo vel maxima virtus
Ibid. à v. 295. *Est tua, quòd nostros qui consulis omnia patres,*
De monstris dicas pellendis. Denique nulla
Dedecoris sanctum violant oracula cœtum.

Siccì-

Siccine, cùm diligas decorem domus tuæ, Eccleſiam decet mirificè ſanctitudo. *Floret gratia lepòre Muſæo*: vigetque fauſtè concordia, dum ovat gratia; videriſque pluris, quanti videbaris. *Hoc negotium tuum, hoc otium, hic labor, hæc quies: in his vigilas, in his etiam ſomnus reponitur.* Viciſti famam virtutibus, queis rapis affectus.

Lucre. 1.v.818

Plin. 1. Epiſt.3.

Qui domui ſuæ præeſſe neſcit, quomodò Eccleſiæ Dei diligentiam habebit? Ex tuæ domus indicta regulariter forma; in Eccleſiam innoteſcit quanta & qualis diligentia. *Hoc numquid eſt palatia regere, & domos proprias ordinare?* Profectò, rectore iudicio, virtutis ſignato tramite. Palatium eſt, ſimulque eis religioſum Collegium, qui in medio ſtrepitus civitatis, ſciunt ſibi fabricare ſolitudines. Sunt in ſæculo Monachi, qui tibi famuli, & Numinis ſervi. Tomi primus in ſeriem religionis præbes univerſis exemplum, norma virtutum; cùm tibi iam pridem, calcato faſtu, in ſerica indixeris odium. *Quàm parcus in victu! Quàm modicus in cultu! Ipſum cubiculum, ut imago quædam priſcæ frugalitatis aſpicitur. Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationẽ, omnia ad conſcientiam refert: rectèque facti non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit.* Ita domus ſine oſtentatione dives; at alia ditior ſupellex. *Hinc iuſtitia, illinc fortitudine, hinc temperãtia prudentiàque lucentibus. Præter has frugalitas & continentia, & tolerantia & libertas, comitaſque: & (quis credat?) in homine rarũ humanitas bonum. Tum providentia, tum elegantia; & ex iſtis magnanimitas eminentiſsima, quantum (Dij boni) decoris illi, quantum ponderis, gravitatiſque addunt! Quanta cum gratia auctoritas! Nemo amabilem, quin ſimùl venerabilem dicet.* Tibi dum

Caſsiodor.d.

Plin.d.

Senec. Ep.115

Alter in antiqua iactat de ſtirpe parentes;
Alternis contenta parùm de ſanguine mens eſt.
Digna referre viro virtutum ſtemmata mille
Commemoras: quanta tituli tunc laude ſuperſtant
Vincuntur, quoties & morum gloria victis,
Parturis inſignem ad ſæcula longa triumphum:

Ennod. d.à v. 69.

Verùm maiori plauſu ſignat per te inſtaurata ac propagata Religio. Fulget Eccleſiæ non ſolùm cultus, ſed nitor, ſed ſplendor. Expenſæ largiſsimæ clamant tam in Metropolitano auguſto templo (magnifico ſingulari organo, exceſsivo auro, liberaliſsimo

sumptu) quàm Umbrigæ, ubi Basilicam è pulvere erectam zelus munificè extruxit ; & in iustam magnitudinem, ampliorem que formam generosus sumptifecit. Iam non queratur Bernardus, templa auro, paupereſque, te Antistite, algore rigere. Ad utrumque pium nobilisimum studium: ubi exiſtis non tam auxilium, quàm anima pauperum, aperiens & extendens beneficam munere manum ; quippequàm nata miseratio tecum : opera munifica etiam annunciantur in porta. O quàm excellus animus!

De *Vit. & morib. Religios.* cap 11.

——— Virtutibus ille
Fortunam domuit : numquàmque levantibus altè
Intumuit rebus ; sed mens circunflua luxu
Noverat intactum vitio servare vigorem.
Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes, sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denso currentia munera nimbo
Cernere semper erat, populis nndare Penates:
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.

Claud. *Prob. panegyric.* à v. 38.

Hæccine publica. Quæ secretiora & sanctiora ? *Si me interrogas, maior ille est, qui iudicium abstulit, quàm qui meruit.* Siccine virtutem studia decent. Potiora profectò latent.

Senec *Ep.* 100

Dij, precor, hunc Præsulem, quem vos (nisi fallor) ab ipso
Æthere misistis ; post longa reducite vitæ
Tempora, vel potiùs mortale resolvite pensum;
Vel date perpetuo cœlestia fila metallo.

Calphur Eclog. 4 à v. 138

Sunt mihi & publica vota ; ut fulgeas, floreas, ac in æternum vivas.

CEN-

CENSURA R. P. M. Fr. PLACIDI DE MORALES, THEOLOgiæ Doctoris, Congregationis Benedictinæ Hiſpano-Anglicæ Concionatoris Generalis, Incarnationis Benedictinæ Curiæ Matritenſis Superioris Vicarij, &c.

EX præſcripto RR. P. N. Magiſtri Fr. Ioſeph de Barnuevo, Benedictinæ Congregationis Hiſpaniarum & Angliæ Generalis digniſsimi, &c. *Tomum ſeptimum Commentariorum in Sacras Tautologias cum illuſtrationibus, &c.* à Sapientiſsimo Reverendiſsimoque Patre Magiſtro Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, Sacrorum Bibliorum Interprete, Laurenſanenſis Monaſterij ſemel iterumque Abbate, ac eiuſdem Congregationis Concionatore Generali, elucubratum *tanta animi voluptate legi, quanta luculentia ſplendet, quanto amore eius Auctorem proſecutus ſum; cum* à iuventute *illum non ut qualemcumque complicem, vel amicum; ſed ut dominum, ut patrem, doctoremque electum mihi præ cunctis mortalibus habeam.* Mantuan. elog ad Mirandul. S. Petr. Damian præf. Iup Dominus vobiſcum. Gen. 25. 16

Introſpexi igitur Opus, & in ipſo Auctorem veluti alterum Iacobum, Interpretum præcedentium ſuprema tenentem manu, iuraque præpoſituræ iuſtè ſibi vendicantem. Siccinè eminet, toto orbe iudice, Auctor noſter cunctis numeris, ſive ſcientiam Scripturarum, inhærentemque ſententiam, ſive eruditionem ſacram, ſive fluenta doctrinæ, ſive profanam ſapientiam, ſive ſtyli facundiam, ſive eloquij comitatem, ſive celerem ingenij, quo per omnia divagatur, ſublimitatem aſpicias. Quæ in pluribus ſparſa, fœdere amico hic inveniuntur unita, & gaudibundi ſcrutantes avidè opus, inveniunt ad votum interpretum coriphæum.

In novo hoccine Iacobo hæret ſanè mens, ambigitque, an cum Ambroſio miretur plus *ſingularem animi, laborumque* ac vigiliarum diuturniſsimam *patientiam*, qua primævi tolerantiam ter denis annis exuperat; an illius prolificam fœcunditatem: non enim, uti Iacobus, poſt ſex filios maſculos imbellem fœmineam prolem, ſed nervoſum, ſed vegetum, adeo fortem & robuſtum ex ſua laborioſa Lia ſeptimum edit nunc filium, ac ſex progenuit priores, quo cæteris paribus *factus eſt inclytus*: imò alios quinque prægrandes, & iam prodire gestientes tumido ſinu fovet, ut prolem omnem Iacob etiam numero æmuletur. Ambr. lib. 1. de Ioſeph, cap. 1 Gen. 30. 21 Ibid. 31. 1

Mirabilis tot in voluminibus concordia diſcors, tendentibus in eundem animi & animæ ſcopum: *ut enim taceam* cum noſtro Magno Gregorio, *quod in omnibus vera prædicat; quod ad cœleſtem patriam vocat; quod à terrenis deſiderijs ad ſuprema amplectenda cor legentis immutat; quod dictis obſcurioribus* eius lectio *exercet fortes; quod nec ſic clauſa eſt, ut paveſci debeat, nec ſic patet ut vileſcat; quod uſu faſtidium tollit, & tanto amplius diligitur, quanto amplius meditatur; quod legentis animum ſublimibus ſenſibus levat; quod à rudioribus lectoribus quaſi recognoſcitur, & tamen à doctis ſemper nova reperitur; quod denique rerum pondere ſcientias omnes, atque doctrinas locutionis ſuæ more tranſcendit*: paginam totam implet. De illo, opereque dicam, quod de Auguſtino Hieronymus: *Certè quicquid dici potuit, & ſublimi ingenio de Scripturarum ſanctarum hauriri fontibus, in eo poſitum, atque diſſertum eſt*: non utique artificio vocum, non ventoſo ſtylo, non dialecticis argutijs, non Rabbinorum figmentis, quæ etſi aliquando ſignet, proſcindit & execratur; ſed electis SS. Patrum Ortodoxis, ſolidiſque antiquitatum monumentis, firmis Philoſophiæ principijs, pervijs Theologiæ dogmatibus, Bibliorum verſionibus, phraſibus, Idiotiſmis, ac demùm eruditionis humaniorum litterarum conditiſsimis pigmentis, quæ quidem ſacratiorum famulatui mancipat, ut earum pulchritudo ex ancillarum ornatu præſtantiſsimo eluceſcat: hic enim ſcopus operis; hæc Auctoris dextra manus. Greg. lib 20. Moral c. 1. Hieronym Epiſt. 90. alias 94. ad Auguſtin.

Stylo, ac facilitati, imò felicitati exponendi ardua conceptuum, ſublimiaque animi ſenſa, quibus ſingularis eſt; veriſsimè aptari poteſt, quod de alio protulit Lipſius: *In ipſa enim brevitate & ſtricto dicendi genere apparet beata quædam copia. Fundit verba, etſi non effundit; fluit, non rapitur; amni ſimilis, torrenti diſsimilis; cum impetu, ſed ſine perturbatione ſe ferens; &, ut felices arbores, quarum præcipua dos eſt fructum ferre, flores & folia tamen habent; ſic iſte, quem fructus cauſa legimus, & colimus, oblectationem ad fert pariter, & Venerem cum Minerva coniungit.* Lipſ. in manuduct. lib. 1. cap. 18.

Hoc opus, hic labor eſt quod ab ipſis incunabulis, tamquàm *Opus peregrinum*, Iſai. 28. 21

at minimè *peregrinum* à Sapientissimo Auctore, per cunctorum ora volitat; quod eruditorum manibus cum admiratione teritur; quod sacrorum oratorum linguæ è suggestis effundunt; *quibus nescio an à multis annis, cuiusquam labor utilior fuerit*; quod eruditio exterorum, missis ultrò Auctori Epistolis summis laudibus extollit, & dum taxàt barditas, quia cæcutit, non miratur: quod magno plauditur nomine, tituloque *Bibliothecæ*; *Thesauri Concionatorum*; quin erret nomenclatura; nam me teste & oculato, Ecclesiastes *cum invenit, gaudens vehementer vadit, venditisque omnibus, emit, & non parum gratulatur se tam commodè ad manum habere tantam, & tam ordinatam rerum copiam, quàm ex multis voluminibus, longo vix studio sibi posset comparare.*

Lipſ Epiſt quæſt. Epiſt 4.

Matth. 13. 44.

Rich. Ardes Kin tó. 1 fol. 285.

Caramuel.

Est igitur opus floridum, curiosum, & eruditum, Auctorque dignus laude, quod argumentum tam arduum, ac nobile elegerit; sed à cunctis desideratur omnis consummationis videre finem. Age igitur, eruditissime, *Opus suscepisti, labora*; fecisti crescere, accresce; adduxisti in metam, deduc. *Noli claudere rivos doctrinæ tuæ, sed iuxta Salomonem, deriventur fontes tui foras, & aquas tuas in plateis divide-Dedisti iam partem septem*; perfice, *da partem & octo*; ut perfectione spei nostræ octavo & ultimo Tomo huius operis completa, dicat tibi orbis cum Lipsio: *Rem magnam confecisti, invidendam celerius, quàm imitandam.*

Chrisost. homil 87. in Ioann.

Idem hom. 9. in Genes

Eccles. 11. 2.

Lipſ. cent. 2. miscell. Epiſt. 61.

Et, ut calamum iam contraham, munusque Censoris impleam; nulla in toto opere inveni adversus religionem, & mores; pro moribus & religione multa satis & egregia, quæ ædificent, quæ prosint, quæ instruant, quæ delectent; &, ut unâ voce dicam: nihil non aureum. Hoc meum iudicium, salvo semper meliore, &c. In hoc Incarnationis Benedictinæ Cœnobio, Kalendis Aprilis, anno 1727.

M. Fr. Placidus de Morales.

FACULTAS ORDINIS.

NOS Magister Fr. Iosephus de Barnuevo, Congregationis S. Benedicti Hisp. & Angliæ Generalis, &c. Ut Septimus Tomus *Commentariorum Litteralium in Sacræ Scripturæ Tautologias* elucubratus à R.mo P.M.Fr. Emmanuele de Villarroel, Theologiæ Doctore, Sacrarum Litterarum Interprete, ac nostræ Congregationis Generali Concionatore, quoniam à Viris doctis (quibus ipsum examinandum commisimus) recognitus & approbatus, typis mandari, & in lucem prodere valeat, quantum ad Nos attinet, tenore præsentium sigillo nostro & subscriptione munitarum, facultatem concedimus, in nostro S. Petri de Montes Cœnobio. Die 15. Aprilis, anno 1727.

Magist. Fr. Iosephus de Barnuevo,
Generalis Congregationis S. Benedicti.

Magist. Fr. Antonius Arias,
Secretarius.

CEN-

CENSURA *Rmi. P. M. Fr. EMMANUELIS DE OCIO SALAZAR, Examinatoris Synodalis Episcopatus Calagurritani, Ex- Diffinitoris Provinciæ, Prædicatoris Generalis ex Numero Justitiæ, Ministri Conventuum Cuellarensis, Lucronensis, Talabricensis, Segoviensis, & Toletani, olim Visitatoris Apostolici, & iterùm actualis Visitatoris Generalis Provinciæ Castellæ, Legionis, & Navarræ Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum.*

PRæclarum, & eruditum volumen hoc nempè Septimum Tautologiarum Commentarium Sapientissimi Villarroel, mihi commissum, excepi, evolvi, summà aviditate legi, sed maiori cum iucunditate percurri. Sanè in salo huius mundi, etsi diversi hominum status, quàm plurimis artibus, varijsque rationibus mortalem hanc vitam ducant; nihil tamen iucundius, felicius, atque utilius; quàm cum, tum mores in primis puros, ac elegantes: tum Divinæ Sapientiæ studia toto mentis affectu amplectuntur. Illos verò imitari: hæc namque speculari à summo rerum opifice, quasi hominibus proprium elargitum est. Propterea veterum hominum; alij in moribus componendis; alij in rerum naturis enucleandis, contemptis omnibus, tam publicis, quàm privatis actionibus operam efficacem dedere. Sed quantum in hoc Sacer, & Monasticus Benedictinus Ordo laboraverit, & floruerit, nullius linguæ, nec calamus valebit explanare: cùm per tot sæcula sint tanti Doctores, & Patres, tot Scriptores, innumerabiliaque Ecclesiæ Luminaria, sacris, & omnibus litteris rutilantia, à quibus recto vivendi more, suis eloquis, & legibus extitit mens nostra illustrata & erudita. Non unus pro mille: sed unus pro innumerabilibus Benedictinæ Familiæ Patribus, & Scriptoribus extat Reverendissimus Pater Magister Fr. Emmanuel de Villarroel, Sacræ Theologiæ Doctor, Divinæ Scripturæ Interpres, Generalis Concionator Congregationis Vallis-Oletanæ, Ordinis S. Benedicti, in lucem edens Septimum Tautologiarum Volumen, cuius censura mihi iniungitur à D. Dr Christophoro Damasio, Sacri Illipulitani Montis Canonico, Inquisitore Ordinario, ac huius Matritensis Curiæ Vicario, &c. Etsi tanti Auctoris virgam censoriam suscipere, superet meas vires, attamen ea, qua valui industria Commentarium hoc, quasi testudineo gressu, diligentiùs percurrere curavi: in quo non quid corrigere, sed multum, quod laudari debere, comperi in verbis proprietatem insententijs gravitatem; in eloquentia venustatem, & uno dicam, locupletissimum thesaurum; non utcumque, sed thesaurum asconditum, in amæno, & fertili Divinæ Scripturæ agro: multi per hunc agrum gressi sunt: aspexerunt thesaurum, & tamen dicam, quod non invenerunt, quia minimè perscutarunt: in abundati agro Sacræ Scripturæ nonnulli aliqua de Tautologijs annotarunt, sed usque huc, nulli, sicut Auctor noster tam copiosum, & pretiosum thesaurum profuderunt: Videbatur ager infœcundus; adest omnibus ager fœcundus, abundans, fertilissimus, & locupletissimus continens & prodiens pretiosissimum thesaurum: En agrum Divinæ Scripturæ exponentem Sacras Tautologias, ex quibus Auctor tamquàm peritus, & expertus Agricola, & Scriba doctus parefacit thesaurum suum, & profert de thesauro suo nova, & vetera; hoc est *Veteris, ac novi Testamenti profunda demonstrat*, ut sentit Noster Doctissimus Paez in Canticum Moysis, v. 7.

In sacro contextu non est sylaba, nec apiculus, in cuius profundo, non sit quispiam magnus thesaurus, ut dixit D. Chrysostom. Hom. 21. in *Genes.* Magna quidem inquisitione indigent illius tractatores, quod videtur dixisse Christ. Domin. apud Ioann. 5. n. 99. *Scrutamini Scripturas*, quod non dixisset, ait Chrysostomus, ibi Homil. 14. si primi facie, & primà tantùm lectione possent intelligi; quod enim in medio, & in promptu positum est, nemo sanè perscrutatur; sed quod obscurum, & latens est, id multa indiget discussione: longè latèque discutit Auctor Sacras Tautologias, & per septem Volumina magna inquisitione perlustrat, & grandi profunditate perscrutatur arcana; illa non solùm acutè discutiendo, palam manifestando, verùm etiam com-

minuendo ; quod aiebat Dyſſenus de verbis , & apacibus Sacræ Scripturæ , nam cum ſint veluti grana ſynapis , diſcuſsione opus habent , & comminutione : quod etiam videtur , dixiſſe Sapiens Proverb. 23. cùm ait : *Cùm ſederis , ut comedas cum Principe , diligenter attende quæ poſita ſunt ante faciem tuam , & ſtatue cultrum in gutture tuo , ſi tamen habes in poſſeſſore animam tuam.* Quo in loco Beda meritam inſtan intelligit Sacram Scripturam , ad quam illius narratores , quamdiù ſteterunt, & in illius lucubrationibus inſudarunt , ſed ſedent tandem , ut panes famelicis frangant ; ſed quanta opus ſit diligentiâ , inquiſitione , & circunſpectione , indicat cum ait *Diligenter attende* : Ubi Codex Hæbræus ſic habet *Blu-Thabin* , tautologicè loquens : *conſiderans , conſiderabis* ; ut ſit ſenſus : Attentiſsimè perſcrutaberis , & diligentiſsimè conſiderabis : quod LXX. Interpretet , reddiderunt ,& vertit Sedulius in Epiſtola ad Romanos : *intellige intelligentem* ; non celeri tranſitu , & indiſcuſſa expoſitione debet alijs proponi , quæ diù frangenda , & diſcutienda exhibentur , imò cum Sapiente , debet ſtatui cultrum in gutture , nimirùm , ut non niſi ſedulò meditata , ruminata , & diſcretionis aciu conſita debent exponi. Quanta cura & diligentia , quali diſcuſsione , inquiſitione , circunſpectione , conſideratione , meditatione, & comminutione Sacras Tautologias Auctor expoſuerit , ſua Volumina indicant Vix eſt in Tautologijs ſyllaba , aut apiculus , qui ab Auctore non diſcutiatur , ruminetur , & comminuatur , ex cuius diſcuſsione , & comminutione , non prodeant ſententiarum fontes , eruditionis rivuli , doctrinæ flumina , ſacrarum , humanarum , & ferè omnium litterarum maria ; & non celeri tranſitu expoſita , ſed per ſeptem volumina perlucidè enucleata. Opus magnificum , imò in uno multa perutilia opera : & poſteri ſanè nervis , plectris poœmatibus , & hiſtorijs tuas concinnent laudes : ita ut meritò cum regio Pſalte dicam : *Generatio , & generatio laudabit opera tua.* Non tantùm propter abundantiam doctrinæ , propter multitudinem ſententiarum , & propter cumulum eruditionis , quantum cum tibi à Deo ſit data Spiritus Sancti gratia, ad interpretandos obſcuros ſermones , nequaquàm talentum Domini abſcondiſti; ſed ſicut lucerna ſuper candelabrum poſita , illam mundo manifeſtaſti , *ut luceat omnibus , qui in domo ſunt.*

In lucem exeat hoc Septimum tautologicum Volumen , ut luceat , ſicut ſex alia volumina lucem dedere : currat hoc opus per mundi plagas , imò appareant ſeptem volumina ; omnia , in quam , opera tua , & videantur ab hominibus , ut videant homines tua ſapientiſsima ſcripta tua eruditiſsima tautologica Commentaria , & tamquàm perlucidæ lucernæ ſupra candelabra poſitæ luceant coram ſapientibus , & omnibus homnibus , *ut videant opera tua bona , & glorificent Patrem , qui in cœlis eſt.* Glorificetur Pater ille cœleſtis , & laudetur Protoparens ille magnus Benedictus, in quam , quia talem mundo genuit & protulit filium ; tam divitem , ut proferat de theſauro ſuo nova ; & vetera ; tam peritum agricolam , ut plantet amœnum paradiſum , cuius flores non fragrantiam ſolam nudam habeant , ſed uberrimos fructus, qui animam nutrire poſsint ; ut vivat in æternum. Habet igitur hic paradiſus cuſtodem Cherubinum ſcientiâ prætantem , qui temerè adeuntes terret , & excludit: proinde poſtulanda eſt Davidis Clavis , ut aditum præſtet , ne aliunde aſcendentes, fures deprehendantur ; tam eruditum , & ſapientiſsimum Doctorem , ut patefaciat, ni dicam perſcrutetur , arcana profundi putei Sacræ Scripturæ , vel hauriat aquas ex profundo putei Scripturæ Sacræ. Puteus ex Origine Homil. 12. in Num. eſt ſignum reconditæ ſapientiæ & doctrinæ , propter profunditatem , & laborem , quo aqua ex alto puteo hauritur : id gitur de Divina doctrina eleganter expendit D. Cyrillus Alexandrinus ; ſolent enim , inquit , Scripturæ ſcientiam , aquæ ſimilem deſcribere , ſed magna ipſa profunditate , quaſi in puteo iacet , ac ſine magno labore hauriri non poteſt , cum obſcuritas veluti lapis graviſsimus oſtium putei cooperiat : profunditatem , & obſcuritatem profundi , & obſcure putei Tautologiarum Sacræ Scripturæ, perſcrutavit Sapientiſsimus Villarroel , amovens graviſsimum lapidem , puteum obſtruentem , veluti alter Jacob : ſicut etenim hic inveniens Rachelem prope puteum, grandi lapide oſtruſum , amovit lapidem , ut adaquarentur greges : ſic eruditiſsimus Villaroel amovit lapidem magnum , obſtruentem profundum Tautologiarum puteum , patefaciendo obſcuritatem , & profunditatem tautologicorum ſenſum Divinæ Scripturæ ; non ſolùm expoſitione lapidem amovendo , ſed eius doctrinâ illum penitùs ſeparando , ut fideles adaquentur ſalutari aquâ doctrinæ , & ut omnes habeant patefa-

tefactam abundantiam aquæ Divinæ Scripturæ, ut refocillentur abundanti aquâ Divinæ Sapientiæ.

Attamen etsi lapide ammoto, & aqua patefacta, non tamen est exhaurita: quia quamvis Commentaria hæc exhibebant copiam abundantiæ aquarum sapientiæ, & eruditionis; obscuritatem, & profunditatem Tautologiarum removendo, non ideo censeo in tanto Auctore, exhaurisse profundum puteum Tautologiarum Sacræ Scripturæ; Scriptura namque Sacra, vel puteus Sacræ Scripturæ inexhauribilis est, cum enim à Sapientissimo Villaroel, tanta, & tam copiosa aqua hauriatur ex profundo puteo Tautologiarum Sacræ Scriptura (qualis nullus haurivit) adhuc manent in profundo aquæ, quia qui illas creavit, & profundum constituit, ipse est, qui illas exhaurire valebit. Sunt Tautologiæ, non solùm puteus profundus inexhauribilis Scripturæ Sacræ; verùm etiam fodinæ quædam argenti & auri ita taliter, quod quamvis expositione, explicatione, & eruditione hauriatur copiæ auri & argenti; adhuc remanet argentum, & aurum Divinæ Sapientiæ, & doctrinæ: est namque Sacra Scriptura fodina argenti, & auri: sic vocant Sacram Scripturam Chrysostomus, Nyssenus, & Gregorius Magnus: unde singulæ linæ Scripturæ Sacræ venæ pretiosæ sunt, & apiculi singuli, thesauri, & tandem eloquia Domini argentum; fodinæ aurem in dies, pariunt influxu cœlesti pretiosos fœtus, quos obstetricum more non sine labore, & diligentia, sacri Interpretes proferunt in lucem, prolatos excoquunt acri ingenij igne, & quasi artificum arte elaborant, & novis sculpturis, & figmentis exornant: semper tamen superst locus amplius eruendi, conflandi, elaborandi, novique ex eo operis monilij conficiendi, novamque denique in dies eruditionem, & medullam explicandi: venit in hunc sensum illud Levit. 25. *Comeditis veteres fruges usque ad nonum annum: donec nova nascantur, edetis vetera*, & 26. *num.* 9. & 10. *Respiciam vos, & crescere faciam, multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Primo comedetis vetustissima veterum, & vetera novis supervenientibus projcietis.* Quæ omnia in explicatam doctrinam traditam in cortice, & spicis litteræ in symbolis, & figuris, & noviter in plenitudine temporum, enucleatam, & excussam maximè quadrant: nam ut aiebat D. Gregor. Magnus Prologo in Cantica: messis uberrima est Scriptura Sacra, & aurea Cæsarie, & grano felicissimo prædivitum spicarum, hoc est, sententiarum, quasi messores Doctores; at ij non tam omnium Lectores in ubertate tanta, quin plurimæ adhulegendæ spicæ, fugiant manus metentium: teste Hilario in Psalmum 134. sic alloquente: est Scriptura uberrimus atque felicissimus ager, est campus varijs odoriferis saluberrimis, pulcherrimisque herbis, floribus, frugibus, fructibusque admirabilis: At ut nec in natura omnes adhuc flores, & fructus noti, explorati, perpectique sunt omnibus; sed Adamo tantùm, & Salomoni, horum scientia in terra singulari beneficio à Deo collata; sic nec omnes Scripturæ Divinæ, non omnes omninò, non omnibus exhaustæ intelligentiæ, quarum prolatione, & propalatione Ecclesia illustratur in dies, ex Aurora sive Lucifero, Luna; ex Luna Sol; ex Sole cœlestium Syderum acies ordinata.

Doctrina, & expositione Doctorum in dies illustratur Ecclesia, & claresçit obscuritas, & profunditas Sacræ Scripturæ, & quamvis hæc sit interminabilis ager floribus, & frugibus fœcundissimus, puteusque profundus salubrium aquarum, necnon fodina speciosa argenti, & auri pretiositatis, & valoris inexhauribilis; sapientia & copia doctrinæ septem tautologicorum Voluminum fortè compellit credere, quod si Sacra Scriptura exhauribilis esset, dicerem, M. Villaroel, nostro videri totam Sacram exhaurisse Scripturam. Quis non miretur in septem voluminibus, quos flores emmitit? Quos fructus spargit? Quas aquas producit, & haurit? Quantum argenti, & auri, pretiositatis, eruditionis, & sapientiæ profert, & extrahit? Et denique in eruendis difficillimis Tautologiarum sensibus, quantam facilitatem, & ingenium ostent peracutum? Ingenium claresçit in opere, facilitas patescit in calamo: septem Volumina, seu septem Comentaria in Sacras Tautologias, quando vix, in tot tantisque Scriptoribus Sacris, extet unus, qui saltem unicum huius siccæ materiæ pro meritis tractet, & enucleet? Meritò septenarius numerus in Auctore magnificat facilitatem, & copia eruditionis extollit ingenium: nec ingenium quievit, nec calamus cessavit ab anno septingentissimo tertio, usque nunc: Per spatium viginti quatuor annorum sex Commentaria Tautologiarum protulit in lucem, plena, & abundantia eruditionis & sapientiæ, & cùm opus sit non minùs eruditum, quam laboriosum in sex Commenta-

rijs enucleatum, non requievit ab opere, quot patrarat; sed prosecutus est opus, quod incœperat: Laboravit septimum Volumen, seu laboravit in Septimo: & quamvis septimus dies est quietis, & requietionis; Auctori est dies optati, & desiderati laboris: videt iam Septimum Tautologiarum Commentarium enucleatum, & completum: *Complevit Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requievit die septimo ab universo opere*: igitur requiescere debet; cum videat sua septem Volumina, seu septem Commentaria iam consummata, & perfecta, & per mundi plagas ad communem utilitatem diffusa: omnia eruditionem diffundunt, profunditatem patefaciunt, obscuritatem clarificant, intellectum illustrant mentem inflamant, aures mulcent, & dulciter cunctis audientibus sonant. Sed nullum mihi tam iucundam & suavem vocem ducit, quàm hoc septimum Commentarium; est enim illa tuba magna clanges dulcem, ni dicam dulciorem sonum: Si enim in sex Commentarijs, seu Voluminibus multa docet, abundanter instruit, dulciter suaviterque mulcet, nusquàm tam iucundè, si non tam perfectè dicam, quàm in hoc Septimo sonat: hoc volumen est septima vox; si sex alijs antecedentibus non eruditior, perfectior quidem; cum sit septenarius numerus perfectio cæterorum: hac septima Tautologiarum voce auditâ, quæ patefacit obscura, aperit clausa, ducit ad ignota, & revelat condensa, necesse est, *ut in templo Dei omnes dicant gloriam*. Regius Psaltes convocans filios Dei ad adorandum, & dandum ei honorem, & gloriam, Divino Spiritu motus, voces Domini in Psalmo 28. clangit, & septem enumerat, nec minus, nec amplius: *Vox Domini in virtute: Vox Domini in magnificentia: Vox Domini confringentis Cedros: Vox Domini intercidentis flammam ignis: Vox Domini concutientis desertum: Vox Domini præparantis Cervos, & revelavit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam*: Septem istis vocibus Domini affonant septem Tautologica volumina; perscrutetur Sapiens septem Commentaria, & audiet septem Domini voces animum reficientes, & intellectum illustrantes: in sex antecedentibus resonant Domini voces: in Primo auditur *vox super aquas*; nam ut ait Paraphrasi super Psalmum 28. Doctiss. Le-Blanc: Deus vocem suam per varias nationes sparsit, qua salutis viam, & Evangelij doctrinam sacram aperiret: in Primo aperitur via quasi inculta, aut occulta tautologicæ doctrinæ: spargit abundantes aquas sapientiæ; non solùm illas communicando, verum ex profundo puteo illas extrahendo: in Secundo emicat *vox virtutis*: tum propter sonum magnæ efficatiæ; tum quia non inaniter & sine fructu sonat; sed eius monitis omnium mentes ab errore ad veritatem traducit, & ad intimas medullas penetrat: in Tertio apparet *magnificentia vox*: quid magnum magnificum, & admiratione dignum non apparet in opere? In Quarto resonat *vox confringentis Cedros* superbiæ, vanosque mundi sapientes, tumido fastu cœlo bella inferentes, veramque fidem & doctrinam disturbare connantes: in Quinto exauditur *vox*, seu *sonus Divinæ vocis* per varias plagas divisæ ad recreandas hominum mentes luce Divini amoris & charitatis, ut Divino amore incendantur, & ab omni rubigine expurgentur: in Sexto apparet *vox concutientis desertum*, ut ignaras, & omnis culturæ expertes nationes, & gentes incultis moribus nihil Deo præter vepres reddentes sono efficaci doctrinæ, concutiat, atque emolliat, molitasque cœlesti gratiæ imbre fœcundet: & denique in hoc Septimo apparet septima *vox præparantis Cervos, & revelantis condensa*: per Cervos, ait Le-Blanc. intelligi Doctores Ecclesiæ, qui omnia mundana transilientes, & contemnentes, ad nunciandum Evangelium sunt agiles; quique venenosas Hæreticorum linguas non timent, & eos utriusque testamenti Scripturis tamquàm duobus cornibus reprimunt: hæc vox non solùm præparat Cervos, sed quod magis est, revelat condensa: silvas, nemora, arbores, incultaque loca, atque impervia, quæ apparere videbantur in Tautologijs, aperit, & revelat; condensitatem, seu obscuritatem separando, earumque ramos frangendo, seu arbores descorticando: ut ait Genebrardus: *revelavit*, id est, *descorticavit*: præparat Dominus in Ecclesia sua Cervos, id est, Sapientes, & Doctores, ut revelent condensa, id est, ut descorticent arbores, hoc est, penetrent, & perscrutentur profunda Scripturæ, ut appareat, & percipiatur medulla sacræ doctrinæ.

Qualiter M. Villaroel Sacras Tautologias descorticaverit sua Volumina prædicant: multi aliqua de Tautologijs attigerunt, sed quasi in cortice illas annotarunt: M. Villaroel, non solùm tetigit, sed per septem volumina descorticavit: Tautologicæ arbori fertili, abundanti, & fœcundæ Divinæ Scripturæ subtulit corticem; ut appareret

reret medulla Sapientiæ, & ut omnes perciperent ſubſtantiam divinæ doctrinæ: & hoc eſt propriè revelare *condenſa*, ſicut ſentiunt SS. PP. Auguſtinus, Hieronymus, Remigius, Beda, Lombardus, Titelmanus, & Richardus à Sancto Victore: hic ait: *Talibus* Cervis (loquitur de Doctoribus) *taliterque præparatis Dominus revelabit condenſa, & reſerabit ſcripturarum profunda: allegoriarum opaca, Sacramentorum myſteria, myſteriorum ſecreta: Amant enim huiuſmodi Cervi hìc, illucque diſcurrere inter condenſa: abdita quæque loca percurrere, & occulta penetrare, opaca frequentare, in condenſis, & umbroſis requieſcere. Quanto enim altius Scripturarum intelligentiam perceperint, quanto earum profunda perfectius penetraverint, tanto ſecurius, tanto quietius, quaſi in condenſis latitantes, & in umbroſis requieſcentes, hinc deridentdæmonum inſidias, illinc deſpiciunt carnales illecebras.* Et Beda ait: quòd ſolent Cervi inter condenſa nemorum ingredientes, ramos ſeparare, & campum, ubi paſcantur ſibi, & alijs animalibus aperire: ſicut Apoſtoli, Doctores, & Scriptores ſacri opacitates, & occulta myſteria Scripturarum, in quibus, & ipſi paſcerentur, & alios paſcerent, aperuerunt. Aperit hoc magnificum opus ſpacioſum, & ſpecioſum paſqua ab omni denſitate, & obſcuritate alienum, tribuens pabulum in via lata, & plana ad paſcendos populos, & recreandos ſapientes: illa Tautologiarum via, quæ denſis ſylvis videbatur impervia, & eius obſcuritate, & denſitate, quaſi anfractibus plena, iam hoc opere eſt via plana; iam denſitas, & obſcuritas verſa eſt in lucem: utilis labor ab omnibus celebrandus; ſed quo iure Auctor extollendus? Et maximè in opere tam utili & præclariſsimo, in quo quis non videat ad amuſim, quin nec lato ungue in aliquo deficiat impleri? Et ſic Auctori nil aptius, nil proprium, quàm illud:

Tam benè ſi quiſquam potuit; tam multa, quis inquam?
Si tam multa alius; tam benè quis potuit?

Itaque cum tam multa differat, & tam diſſertiſsimè explicet ea, quæ ex minus accurata lectione poſſent generare perniciem, ut nec copia & affluentia doctrinæ confuſionem pariat legenti, & pretioſum à vili ſeparans, verum diſcernendo à falſo, ſanam intelligentiam à noxia, os Divi Auguſtini factus, iuxta illud Ieremiæ 15. *Si ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris*: alienos à veritate ſenſus procul propellit, & ſapientiæ ſalutaris aquam, quam haurit ex limpidiſsimo Scripturæ fonte, cunctis propinat. Propterea ômnes ſitientes venite ad aquas abundantes huius ſapientiæ & doctrinæ: venite, properate, bibite, & legite Commentaria hæc: nam ut Hieronymus ad Furiam ſcribens ait: *Poſt divinas leges, ſapientum hominum codices perlegere tenemur; eorum dumtaxàt, quorum fidei integritas nota eſt, quorum doctrina à tramite veritatis non vacillat, ſed magis ſacrarum literarum auctoritas confirmatur.* Itaque cum in hoc deſſertiſsimo Commentario, in hoc ſpacioſo rerum, & ſpecioſo ſententiarum campo, nihil, quod vel Orthodoxe fidei puritati, vel proborum morum venuſtati nævum inurat, deprehenderim: eos omnes, ad quorum manus hoc, vel alia Commentaria antecedentia pervenerint, hortor, ut amorem huius ſæculi tam monilium, gemmarum, pretioſarumque rerum transferant ad ſtudium, ac vigilantiam auctoritatum, ſententiarum, eruditionum, quibus ij tractatus, veluti margaritæ pretioſæ, referti ſunt. Tantà quipè fandi ſuavitate, tantà verborum gravitate, vir hic ſcripta ſua diſſerit, ut numquàm quis ad ea perlegenda accedat, quin aut magnoperè oblectatus ſit, aut longè doctior fiat. Quare digniſsimum prælo Commentarium hoc, ad communem omnium, & præcipuè illorum, qui in verbi Dei declamationes ad populum incumbunt, utilitatem iudico, & ſentio. Matriti in hoc Sanctiſsimæ Trinitatis Cœnobio Redemptionis Captivorum: Idibus Septembris: Anno Domini milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo ſeptimo.

Fr. Emmanuel de Ocio
Salazar.

FACULTAS ORDINARIJ.

VISA Superiore approbatione, facultatem concedimus R.mo P. M.Fr.Emmanueli de Villarroel Benedictino Laurenſanenſi,&c. ut Tomum Septimum in *Sacras Tautologias* in lucem edere queat. Matriti die 24.Aprilis,anno 1727.

Doct.D.Chriſtophorus Damaſio.

CENSURA RR. P. M. EMMANUELIS TRIGOTEN LECTORIS Jubilati, Ex-Viſitatoris Generalis, in ſuo Complutenſi Collegio quondam Studiorum Regentis, & nunc in Matritenſi Portæ-Cœli domo Præpoſiti.

SUPREMI Senatus decreto maximà voluptate vidi, ingenti aviditate perlegi Tomum Septimum, quem parat in lucem edere RR. P. M. Fr. Emmanuel de Villarroel, Scholaſticæ Theologiæ Doctor, ac divinarum litterarum Interpres, è Sacra Benedictina Familia, glorioſa ſemper vetuſtate nobili, at nunc tanti filij gratioſa novitate felici: ingenti, inquam, aviditate perlegi Tomum Septimum Tautologiarum; *Suſcipitur* enim tanti Auctoris *doctrina*, (a) *ſicut rivi aquarum decurrentium in terra ſitienti.* Terræ ſitientis more expetunt omnes has ſapientiæ aquas, hæc doctrinæ fluenta, ut mentium agri irrigentur, & fœcunda reddantur animorum arva. O quanta ab hijſce aquis utilitas! Cum aquis fluit rerum ubertas, ab undis emanat divitiarum copia. Quæ non decurrunt divitiæ cum hijs ſapientiæ fluentis! Híc inveniuntur gemmæ, híc argentum & aurum, híc tanta lapidum pretioſa ſupellex, ut qui has aquas ſitibundus potat, cunctas pretioſitates hauriat.

(a) Iſai.ca.32 Chald.

Hinc elicitur ſæcularis doctrinæ aurum, ut poſsit extrinſecùs deaurari divinæ ſapientiæ arca. Hinc extrahuntur permultæ Gentilium opes, ut ex profanis Sacra locupletemus, *& in divinis eloquijs*, ut Damianus affirmat, (b) *luculentiùs proficere valeamus.* Hinc educuntur profanæ litteraturæ gemmæ, ut venuſtior reddatur ſacræ ſapientiæ vultus; huius enim pulchritudinem auget, ut docet Baſilius (c) externæ eruditionis ornamentum. Hinc eruitur argenteus orationis nummus, cui ſermo ſapientium comparatur, (d) quia paucis verbis pretioſas ſententias claudit. Argentum eſt ſanè electum tanti Doctoris ſermo, quo multa ſunt paucis ſententiosè ac eloquenter ſignificata: quæ ſublimi concepit animo, tam ſublimi exprimit eloquio, ut meritò poſsim cum Nacianceno exclamare: (e) *Quis ſermonem habuit animi ſenſa melius exponentem: ita ut neutra parte, ut plerique, claudicaret: nempè, vel mente ſermone deſtituta, vel ſermone mentem haud æquo gradu ſequenti?* Mentis acumini reſpondent mirificè verba, quia, & electus eſt animi ſenſus, & pariter electa locutio.

(b) S Pet Dam ſerm. de Sant. Elen.

(c) S. Baſil. hom. ad Adoleſc.

(d) Prov. cap. 10. Corn. ibi: verba Sapientum moneta argentea.

(e) Naciancen orat. de laud. S. Baſil.

Vocent Ægyptij ſuum Nilum, cui in ſacris Litteris aſsimilatur ſapientia: Vocent, inquam, ſuum Nilum, ut tradit Spartianus, (f) largitorem omnium rerum; hoc enim verius exiſtimo de hoc doctrinæ fluvio, de tanti Doctoris Nilo. Excurrit ille, ut fœcũdet terram caligine circumfuſſam; circuit

(f) Spartian. in Pe. cennio.

cuit enim Æthiopiam, (g) quæ interpretatur caligo: hic excurrit per obscuram Tautologiarum viam, ut abdita illustret mysteriorum arcana. Verè Nilus, quia septemfluus: per septem se ostia diffundit niloricus amnis, ut mirabilem Ægypto fertilitatem inferat; & per septem se rivos dispergit hoc niloticum flumen, ut oberrimos fructus universus orbis reportet. Mira sunt Nili incrementa, & quò magis augentur aquæ, eò crescunt in Ægypto delitiæ. (h) Quis non studet huius Nili mirifica aucta: excrescunt certè puræ doctrinæ latices, & quantò ampliùs multiplicantur, tantò ampliùs augetur mentium hilaritas, tantò ampliùs exuberat animorum voluptas. Mirandum inmodum crescit hic fluviorum maximus æstivo solis ardore: & mirabiliter augentur aquæ huius præstantissimi Nili solaribus intelligentiæ radijs; unde enim posset oriri tam ingens copia doctrinæ, nisi è tantæ mentis fulgore? In hoc Septimo Tomo adhuc mirificè crescit sapientiæ rivus, qui in prioribus Tomis videbatur exhaustus. O inexhauribilis doctrinæ fons, numquàm deficiens, semper accrescens, tam acuto percussus intelligentiæ Solis spiculo!

(g) Hug. t. 7.

(h) Beverl. Teatr. vit. hum. tom. 3.

Ex subtiliori aquarum portione productæ fuerunt volucres, (i) & ex subtilioris doctrinæ aquis nascuntur pennæ, quibus hic eruditissimus Auctor super æthera volat. Sacri Scriptoris ingenium debet esse pennatum, inquit Clemens Alexandrinus: (k) *Procedit Scriba sacrorum pennas habens in capite.* Quis non miratur aligerum tanti Auctoris ingenium, quo, velut aquila magna, velociter fertur in scientiarum sublimia, ut arcanos emedullet Scripturæ recessus! Plena est plumis tanti Scriptoris mens, quibus, & per omnium volitat ora, & omnium superat præconia laudum. Cuncti sanè ducuntur in plausus; at licèt omnium linguæ conficiant encomia, numquàm tamen tantæ magnitudini æqua; siquidem adeò eminens eius apparet celsitudo, ut vel ipsa nequeat respondere admiratio. Sed eius laudationi parco invitus, ne transgredi videar Censoris munus. Attamen quid inveniri potest in hoc Septimo Tomo censoria virgula dignum, si ipse septenarius numerus opus perfectum indicat, opus consummatum demonstrat? Quid potest deprehendi sordidum, quid fidei, aut bonis moribus dissonum, si est prorsùs electum, si est purissimum argentum septies purgatum? Prodeat ergo in lucem hoc nitidum, hoc opus argenteum, ut totus orbis tanto splendore fruatur, tantà pretiositate ditetur. Sic sentio in hac Matritensi Portæ-Cœli domo die 28. Aprilis, anni Domini 1727.

(i) D. Thom. 2. p. q. 71. art. 1.

(K) Clem. Alex. 6. Strom cap 4.

Emmanuel Trigoyen.

Præpositus C.R.M.

Facultas Regij Castellæ Senatus.

APprobatione superiore visâ, Regius Castellæ Senatus permisit R.mo P.M.Fr.Emanueli de Villarroel Benedictino, &c. Tomum Septimum *in Sacras Tautologias* typis committere, ut latiùs patet ex authographo privilegio expedito die 18. Aprilis, ann. 1742. per D. Michaelem Fernandez de Munilla, Regiæ Cameræ, Secretarium.

MENDA.

PAg. 2. lin. 32. haberat, leg. *bebetat*, pag. 25. lin. 28 neqnquam, leg *nequaquãm*, pag 57 col. 1. lin. 17. Cœ'uſtis, leg *Cœleſtis*, pag. 101. col. 1. lin. 1 gratias, leg *Garcias*, pag. 107. col. 1. lin 2. aveſtaretur, leg. *averſaretur*, pag. 171. col. 1. lin 14 fatuem, leg *fatue*, pag 201. col. 2 lin. 35. arcænis, leg *arcanis*, pag. 309. col. 2. lin. 16. gignut, leg. *gignunt*, pag. 320. col. 2. lin. 41. doclore, leg *dolore*, pag. 431. col 2. lin. 13. uttiur, leg. *utitur*, pag 540. col. 1. lin. 52 ergo, leg. *ego*, pag. 543 col 1. lin. 47. alquando, leg. *aliquando*, pag 601. col. 1. lin. 25. abrenunciatis, leg. *abrenuntiant*, pag 620 col. 1. lin. 46. virabilia, leg *mirabilia*, p 635. col. 1. lin. 48. adentum, leg *ademptum*, pag 648. col. 1. lin. 4. modicus, leg. *mordicus*, pag. 679. col. 1. lin. 50. diſcrurentia, leg. *diſcurrentia*.

Hoc opus, demptis his mendis ſuo exemplari reſpondet. Matriti die 2. Martij ann. 1743.

Lic. D. Emmanuel Licardus de Ribera,
Corrector generalis à S. R. M.

SUMA DE LA TASSA.

TAſſaron los Señores del Conſejo Real de Caſtilla à ſeis maravedis cada pliego de los de eſte Libro, que ſon ciento y ſetenta y ſiete y medio, ſin principios, ni tablas, como conſta de la Certificacion de Don Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey nueſtro Señor, y ſu Eſcrivano de Camara mas antiguo. En Madrid à 9. de Marzo de 1743.

APPA-

APPARATUS TAUTOLOGIARUM

TOMI SEPTIMI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Job. 14. v. 1. *Homo natus de muliere.*
Ioseph, qui natus est homo. Eccli. 49. 17.
Filij hominum. Psalm. 4. v. 3. & sæpe alibi.
Filiam fœminarum. Daniel 11. 17.
Filia matris tuæ es tu, & soror sororum tuarum. Ezech. 16. 45.
Matrem tuam, quæ genuet te. Ierem. 22. 26.
Matrem filiorum. Psalm. 112. 9.
Filia patris. Eccli. 42. 9.
Filius fui patris mei. Prov. 4. 3.
Patrem tuum, qui genuit te. Ibid. 23. 22.
Fratres tui, fratres tui. Ezech. 11. 15.
Hircum de capris. Levit. 4. 23. Iudic. 13. 15. 1. Reg. 16. 20. 1. Esdr. 6. 17. & usquequaquè.
Vaccam boum. Isai. 7. 21.
In tauro de bobus. 2. Paralip. 13. 9.
Arietem de ovibus. 1. Esdr. 10. 19. Psalm. 64. 14.
Agni ovium. Psalm. 113. 4.
Ovile ovium. Ioann. 10. 1.

TAUTOLOG. II.

Job. 19. v. 27. *Quem visurus sum ego ipse (& oculi mei conspecturi sunt) & non alius.*
Surrexit Dominus verè. Luc. 24. 34.
Resurget in resurrectione. Ioann. 11. 24.
In resurrectionem vitæ. Ibid. 5. 29.
Resurgens ex mortuis. Rom. 6. 9. 1. Petr. 1. 3.
Mortuos suscitate. Matth. 10. 8.
Ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Hhilip. 3. 11.
Suscitans suscitabis. Habac. 3. 9.
Suscitavit me, quasi virum, qui suscitatur à somno suo. Zachar. 4. 1.
Dormivi, & soporatus sum. Psalm. 3. 6.
Dormierunt somnum suum. Psalm. 75. 6.
De dormitione somni. Ioann. 11. 13.

TAUTNCOG. III.

Psalm. 3. v. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi*: & alibi sæpe.
Ad ipsum ore meo clamavi. Psalm. 65. 17.
Vociferabitur & clamavit. Isa. 42. 13.
Vocem verborum. Hebr. 12. 19.
Audivi vocem loquentis. Zzech. 2. 1.
In loquela labij. Isai. 38. 11.
Qui loquitur lingua. 1. Cor. 14. à 2.
Psallentes in vocibus suis. Eccli. 50. 20.
Sonet vox tua in auribus meis. Cant. 2. 14.
Oratione oravit. Jacob. 5. 17.

TAUTOLOG. IV.

Psalm. 20. v. 7. *Lætificabis eum in gaudio.* Sæpe sæpius eadem.
Gaudete cum ea gaudio. Isai. 66. 10.
Gaudens gaudebo. Ibid. 61. 10.
Gaudio gaudet. Ioann. 3. 29.
In omni gaudio quo gaudemus. 1. Thess. 3. 9.
Exultavit in gaudio. Luc. 1. 44.
Gaudebit lætitiâ. Sophon. 3. 17.
Exultabit lætabunda. Isai. 35. 2.
Exultatione exultabunt. Psalm. 131. 16.
Gaudium & lætitiam. Psalm. 50. 10. Sapient. 8. 16. Isai. 35. 10. 51. 3. & 11. Ierem. 15. 16.

TAUTOLOG. V.

Psalm. 39. v. 2. *Expectans expectavi.*
Expectatio creaturæ revelationem Dei expectat. Rom. 8. 19.
Secundum expectationem & spem. Philip. 1. 20.
Confidebat cum omni spe. 2. Mach. 15. 7.
Expectatio præstolantis. Prov. 17. 8.
Concupiscit & desiderat. Ibid. 21. 26.
Concupierunt concupiscentiam. Psalm. 105. 14.
Concupivit anima mea desiderare. Idid. 118. 20.
Desiderio desideravi. Luc. 22. 15.

Baptismo habeo baptizari. Ibid. 12.50. & Marc.10.38.39.

TAUTOLOG. VI.

Psalm.46.v.9. *Deus sedet super sedem sanctam suam.*
Illic sederunt sedes in iudicio. Psal. 121.5.
Cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ. Matth.19.28.
Supra sedem sedens. Apoc.4.2.
Sedent in sedibus suis. Ibid. 11.16.

TAUTOLOG. VII.

Psalm.63.v.7. *Defecerunt scrutantes scrutinio.*
Cogito cogitationes. Ierem.18.11. 18.29. 11.49.30.50.45.
Cogitabis cogitationem. Ezech.38.10.

TAUTOLOG. VIII.

Psalm.117.v.11. *Circundantes circundederunt me.*
Gyro vallabat abyssos. Prov.8.27.
Gyrum cœli circuivi sola. Eccli.24.8.
Circuibat in circuitu. Marc.6.6.
Circuit per gyrum. Iudith.7.6.
Gyrat & flectitur. Eccle. 1.6.
Circundabunt te vallo. Luc. 19.43.
In modum coronæ cingebant. 1.Reg.23.26.

TAUTOLOG. IX.

Psalm.125.v.6. *Venientes venient.*
Veniens veniet. Habac. 2.3.
Qui venturus veniet. Hebr.10. 37.
Appropinquaverunt & accesserunt. Isai.41. 5.
Solicitudine non pigri. Rom. 12. 11.

TAUTOLOG. X.

Eccle.3.v.2. *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est.*
Evellam evulsione. Ierem. 12.17.
Dispersione dispersi. Iudith.5.23.
Plantabunt plantantes. Ierem.31.5.
Plantabis plantationem. Isai.17.10.
Plantabo & non evellam. Ierem.24.6. 42. 10.
Omnis plantatio, quàm non plantavit, &c. Matth.15.13.

PARA-

PARATITLA DIDASCALIARUM

TOMI SEPTIMI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Homo natus de muliere. Fol. 1.

AUTHORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Homo natus de muliere.* Quis non? Qui qui ex Deo feliciter nati sunt. Non fit sermo de necessitate, sed de electione; quippè in esse morali iuxta affectus sunt naturæ. In novam originem vocati sunt perfectione Religiosi: ni perfecti, dicuntur filij mulieris, qui iure debent esse Religionis.
2. *Homo natus de muliere.* Lividus sanè non homo; quippe natus ex inferno.
3. *Homo natus de muliere*; ut rationalitas constet ex observantia legis, atque sequela rationis: igitur cuius vita continuata flagitio, natus ex diabolo.
4. *Homo natus de muliere.* Elucet cunctarum hominis calamitatum origo; & quibus perspicuius cognoscitur, quid sit homo.
5. *Homo natus de muliere.* Exponitur natura, ut demonstretur gratia: igitur huius cœlesti generatione, homo qui natus, quasi natus non esset de muliere.
6. *Homo natus de muliere.* Dum designatur necessarium suppositum; in partu prænotatur aliquod novum prodigium (cum novum naturæ nullo modo sit opus, quod homo ex muliere natus) diciturque meditanter, *Homo natus de muliere*; quoniam futurus in mundo, qui nasceretur ex Virgine.
7. *Homo natus de muliere repletur & multis* à conceptione *miserijs*: Virgo sane singularis, vel à primo momento conceptionis: igitur in miserijs humanæ conditionis non concepta, licèt ex muliere nata.
8. *Homo natus* Filius *de muliere.* Minimè vox pleonasmi, erga proteccionem hominis à Matre-Virgine: etenim meditanter dicitur *Filius natus de muliere*; quia à Virgine homo cognoscitur filius, licèt ex illa non natus.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Multi ad perfectionem in Religione vocati; cæterum pauci in Religione perfecti.* Fol. 24.

DIDASC. 2. *Potiùs, vivere cum hostibus, quàm cum invidis.* Fol. 29.

DIDASC. 3. *Homo peccator non homo, sed dæmon.* Fol. 36.

DIDASC. 4. *Quanta animæ trepidatio, qualis exitus in exitu!* Fol. 43.

DIDASC. 5. *Dei gratia ultra cuncta bona.* Fol. 50.

DIDASC. 6. *Elucent in Christi nativitate studia amoris divini.* Fol. 56.

DIDASC. 7. *Pura Virginis conceptio est, ut Auroa & Luna & Sol.* Fol. 63.

DIDASC. 8. *Clarius encomium Mariæ, quòd mater misericordiæ.* Fol. 71.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

Quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Fol. 76.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Ego ipse, & non alius*, ut è sepulchro in gloriam surrexit Christus: cuius triumphum secutus est homo, & humana con-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Homines florent Phœnices ex Resurrectione Salvatoris.* Fol. 96.

ditio; quæ alia, & ipſa: ipſa, ſed alia: etenim gratiâ Salvatoris, & gloriâ reſurgentis, fauſte mutatur conditionis forma; ſed non mutamur natura.

2. *Ipſe & non alius.* Detrectantis pœnitentiam exponitur pravum pectus; cuius intentio damnatio: igitur dum volat tempus, & cupit eſſe criminum pœnitudine alius; dilatâ uſque in mortem conditione, numquàm alius, ſemper ipſe.

DIDASC. 2. *Pœnitentia tarda omninò periculoſa.* Fol. 100.

3. *Ipſe & non alius.* Quorſum neceſſarius terminus? Ut eluceat alius à ſe peccator, dùm animum percutit ſceletum acer dolor: equidem mutatione pœnitentiæ, in conditione manet alius & ipſe.

DIDASC. 3. *Quem pœnitet peccaſſe, penè eſt innocens.* Fol. 106.

4. *Ipſe & non alius.* Eſt amicitia cœleſtis, dùm gloriæ reſurgit corpus; ut in mundo vera fides non credatur, etiam dum arctior exponitur: igitur vel in gloria, qui gloriatur uti amicus; quoad amicitiæ fidem, ipſe non ipſe, ſed alius.

DIDASC. 4. *Inter homines amicitia, vel nulla, vel falſa.* Fol. 111.

5. *Ipſe & non alius.* Quorſum *non alius*; ſi alius nequit eſſe, qui conſtat ipſe? Poteſt ipſe, ipſum non eſſe affectionis pravitate; eòquòd non ipſe ſit, qui ipſe manet extra ſe: ipſeque dici poteſt & ipſe & alius; quippequàm mente ex affectione furioſus.

DIDASC. 5. *Affectio prava, ſtatera doloſa.* Fol. 116.

6. *Ipſe & non alius.* Signat hominis entitatem, & ſimul hominis conditionem. Eſt homo ipſe, illuſtratus ratione: non ipſe, homo ſine mente: & dùm patriæ & non rationis dominatur affectus; cognoſcitur ipſe, & alius: igitur ipſe non eſt; qui phrenetico amore furens extra mentem ſit.

DIDASC. 6. *Patriæ amor, non amor; ſed Furor.* Fol. 121.

7. *Ipſe & non alius.* Ambitio ſimulat callidè conditionem, dùm præſentit iuxta votum poſsibilem dignitatem. Ipſe eſt, & alius, ſi obtigerit munus: equidem quæ videbatur ad ſpeciem commendabilis modeſtia; dùm fungitur munere, inſolentiæ ſummæ conſpicitur arrogantia.

DIDASC. 7. *Nonnumquàm pravus qui è ſervitute dominus.* Fol. 127.

8. *Ipſe & non alius* (corpore & animâ in ordine ad gloriam) objicitur Iobus. At Ieſus in ordine ad gratiam cùm Gertrude, eſt ipſe & alius: igitur eximij amoris vehementi efficacitate, & diverſum & unum eſt cor utriuſque.

DIDASC. 8. *Catenæ mirabiles queis Ieſus tractus in pectus Gertrudis.* Fol. 135.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Voce mea ad Dominum clamavi. Fol. 142.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Voce mea ad Dominum.* An aliter? Et felicius ſi fit corde. Ex operibus intra clauſtra, vocatio cognoſcitur falſa, aut veras;

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Æternæ felicitatis periculum, in ſtatu perfectionis pigritia Religioſorum.* Fol. 161.

ra: non enim veniunt ad Dominum veritate, qui venerint tantum voce.

2. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Oratio decora: quæ quidem à Domino exaudita, non quia voce clamor; sed quia facta *voce mea*: quo indicatur affectio orantis, in fructum optabilem orationis: igitur in oratione non orat, qui voce dumtaxàt clamat.

DIDASC. 2. *In Choro vox mentis est forma vocis.* Fol. 171.

3. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Quorsum si voce, *Mea*? Quippe clamabat ad Dominum eius prædicans præceptum. Haud exaudiretur à populo, si modò à sola voce esset sermo: equidem hic vocem dumtaxàt audit virtutis; quæ est in vita prædicantis.

DIDASC. 3. *In prædicatione vox virtutis est virtus Prædicatoris.* Fol. 178.

4. *Voce mea ad Dominum clamavi*: tantùm à Domino auditus, quia clamor ex voce eius. Est discrimen inter vocem hominis, & Domini vocem. Illa habet virtutem vocis: hæc autem vocem virtutis: equidem vox eius ad universos extenditur, etiam dùm singulis loquitur.

DIDASC. 4. *Vox Dei mirabilis, sed mirabilior vox vocis.* Fol. 184.

5. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Iuxta vocis excellentiam est clamor vocis in gratiam. Voce clamatur, & exauditur. Est alius nobilior clamor, & orationis singularis honor: igitur exauditur promptè Scholastica à Numine dùm clamaret sine voce.

DIDASC. 5. *Lachrymæ pondera vocis habent.* Fol. 191.

6. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Unde nisi ex voce clamor, ut possit à Domino exaudiri cordis, ardore flagrantis, dolor? Est alia ex amore lingua, qua clamant, audito Domino, corda, in vocem laudis, laudis vocibus auditis; & gaudium vox sine voce demonstrat: diciturque, quòd vox clamat; quippequàm cor Augustini motibus clamat pro voce.

DIDASC. 6. *Cordis Augustini flamma universa mirabilia.* Fol. 201.

7. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Claret, quando in salutatione Angelica, à Virgine oratio audita, & non exadita. Exauditur vox clamantis, & non tantùm clamor vocis: clamantisque vox auditur, dùm voce & corde rosis Virgo coronatur; quoniam qui non devotè cùm flosculis clamat Virgini; non salutat, verùm clamat sine voce: equidem ab ipsa exaudiri nequit, quod etiam vocem in clamorem non habet.

DIDASC. 7. *Orbis Catholici scuta & arma Maria Salutatio Angelica.* Fol. 212.

8. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Ita dùm vallatur hoste? In militia est clamor certaminis, & vox cordis. Utrumque tenet Raymundus, dùm ab illo fausté dicitur exercitus; ex quo utriusque militiæ splendor: voxque exprimitur singillatim atque clamor; quia ex orationis voce, & ardentissimo pectore, audiebatur in Regia clamor victoriæ.

DIDASC. 8. *Nova Raymundi vexilla in nova bella.* Fol. 219.

Paratitla Didaſcaliarum.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Fol. 227.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.	*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*
1. *Lætificabis in gaudio.* Ex materia gaudij oſtenditur forma. Sublimior gaudij forma ex contraria materia: etenim planè uti novum, gaudium ſublimius ubi provenit ex pœnis, atque vulneribus.	DIDASC. 1. *Stephani pugna, glorioſiſsima victoria.* Fol. 240.
2. *Lætificabis in gaudio.* Virtus Martyrum ſignatur, dum tormentis vita tollitur: igitur ita appetunt pro Chriſto pati, & pro illo avidiſsimè mori; ut non habeant aliud gaudium, niſi gaudium tormentorum.	DIDASC. 2. *Martyrum pœna, vel in cruciatibus gaudia.* Fol. 245.
3. *Lætificabis in gaudio.*: & etiam naſcente Virgine in cordolio: igitur primi parentes tranſgreſsionis expulerunt mœrorem; ſimulatque filiæ Virginis præſcierunt nativitatem.	DIDASC. 3. *Nomen Virginis-Matris tutamen humani generis.* Fol. 252.
4. *Lætificabis in gaudio cum vultu tuo.* Eſt gloria pœnæ? Etiam gaudium in mœrore. Deficit gaudij ſpecies, ſed non forma. Semper gaudium eſt, ſed non ſemper in lætitia: diciturque *cùm vultu* Deitatis, ex gaudio lætitiæ in cœlo; quippequàm in mundo eſt lætitia ſine gaudio: ſiquidem eorum exultatione mirè repletur pectus, qui feliciter gloriantur inventis tribulationibus.	DIDASC. 4. *Gloria & pœna comites in Chriſti Schola.* Fol. 258.
5. *Lætificabis in gaudio.* Lætificat etiam afflictio, qua premitur anima, ut liberetur à culpa: diciturque lætitiâ gaudere, quippe eſt gaudium ex dolore; igitur cùm dolor animam ab ægritudine liberet; ni doluiſſet, non gauderet.	DIDASC. 5. *Vulnerum animæ medicina, vulnera.* Fol. 263.
6. *Lætificabis in gaudio.* Non ſemper cùm lætitia gaudium eſt; ut in illis videtur, quorum venus icit cor, ſagittis voluptatis; ſed ſagittis: quandoquidem quæ plaudunt, & dicunt gaudia ſunt cordis vulnera.	DIDASC. 6. *O quàm inimica ſunt nobis vota noſtra!* Fol. 268.
7. *Lætificabis in gaudio.* Sine lætitia poteſt eſſe gaudium, quia non plenum. Patet in Chriſti amantis nativitate, qua gaudia mixta dolori: gaudet enim, quia in effuſionem ſanguinis Salvator naſcitur: & ſimul dolet, quia nomine Salvatoris non luxit, priuſquàm circunciderétur.	DIDASC. 7. *Unde ex circunciſione infantis, excellentia nominis Salvatoris?* Fol. 273.
8. *Lætificabis in gaudio cum vultu tuo.* Ex vultu Dei eſt gloria, qua in gaudio ſumma lætitia. Ex Dei profectò abſentia triſtatur anima. In anima Thereſiæ variantur effectus, ſive lateat, ſive pareat Numinis vultus: etenim miro amoris ingenio, abſentia gloriæ habet gloriam; ac in gaudio habet triſtitiam.	DIDASC. 8. *Ex gaudio dolor Thereſiæ, atque gaudium ex dolore.* Fol. 281.

TAU-

Paratitla Didaſcaliarum.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Expectans expectavi Dominum. Fol. 288.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Expectans expectavi.* Quid novi demonſtrat hæccine Tautologia? Quod mirabiliter viſum in Deipara, ſingulari virginitate materna, mundo incognita. Expectabat partum prolis, ut clareret prodigium Virginis-Matris. Gaudebat, & expectabat; quippequàm feliciter, quod expectabat, habebat.
2. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.* Expectabat Maria, quid ageretur de verbi incarnatione: & ſibi nil expectando, iurè dicit: *Dominus intendit mihi*; quia illi & ſoli Dominus contulit privilegium, quod haberet uterque communem filium.
3. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi. Suſtinens ſuſtinui.* Pœna animarum in Purgatorio exponitur, quando gloria cœleſtis expectatur: igitur etſi à Domino ſperent optatam gloriam; neſciunt tamen quando laturus remiſsionis gratiam.
4. *Expectans expectavi Dominum.* Ideſt, diù. Mira proponuntur, erga divini amoris ingenium. Mirum, quòd pronus in benevolentiam, expectaretur in gratiam: ſed magis mirum quòd ut homo æger ſalutem obtineret; illum diù Dominus expectatione expectaret.
5. *Expectans expectavi Dominum.* Iacobi Apoſtoli cognoſcimus plauſum. Mors Domini ab illo expectatur, ut ſequeretur. Alios expectans non expectavit: primus omnium in Domini obſequium, calicem bibit; & quia primus proprio ſanguine firmiter ſcripſit fidem; throni à dextris Redemptoris, glorioſam obtinuit ſedem.
6. Econtrà Ioannes frater *expectans expectavit Dominum.* Eius exponitur martyrium & deſiderium expectaturque expectatio, ubi ſtuder toto pectore martyrio; quippequàm martyrium habuit in decus religionis ſingulare, ex martyrij expectatione.
7. *Expectans expectavi.* Ex præſenti geminata ſententia, liquet quàm falſa ſit mundi gloria. Non illius expectatur expectatio, ſed quod concipitur voto: & in gloria mundi quod habetur expectatur, ut nulla conſideretur: igitur ita præterit ut vana; quod præſentis & ad votum deſideretur præſentia:
8. *Expectans expectavi.* Defectus demonſtratur iuſtitiæ, in expectationis prolatæ gemina-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Felix in Expectatione Virginis votum, continens excluſum gaudium.* Fol. 308.

DIDASC. 2. *Quænam inſignior gratia in Mariæ virginitate fœcunda?* Fol. 313.

DIDASC. 3. *Spes, quæ differtur affligit animam.* Fol. 318.

DIDASC. 4. *Tantò plus laudatur Medicus, quantò plus deſperatur ægrotus.* Fol. 324.

DIDASC. 5. *Iacobi Apoſtoli celſitas, magna Hiſpanorum felicitas.* Fol. 330.

DIDASC. 6. *Martyrium Ioannis ſub tyrannide amoris.* Fol. 340.

DIDASC. 7. *Mundi gloria, gloria mundi.* Fol. 348.

DIDASC. 8. *Nihil aquè amarum, quàmdiù pendere.* Fol. 355.

mination. Causæ discutiendæ iuxta leges, proponuntur Iudicibus; verum per tempus & tempus clauduntur in tribunalibus. Unde nonnumquàm expectatur expectatio; quippe nulla, vel tarda causæ expeditio.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Deus sedet super sedem sanctam suam. Fol. 361.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Sedet super sedem sanctam suam.* Dominus Iesus, ad dexteram Patris: *Suam*, de nulloque alio sedente in cœlo, propria dicitur sedes; quoniam cunctorum gloria sedentium in throno felicitatis, ex virtute dumtaxàt elevati super cœlos Salvatoris.
2. *Sedet super sedem.* Videtur necessarium. Aliter fiet ex regimine iudicium. Non obtinetur in munere, quod naturale ex sedis suppositione: etenim quisquis propter ministerium, curam habet animarum: sedem habet, sed non sedet.
3. *Sedet super sedem.* Innuitur vigilantiæ præsidis integritas, & simul pravorum subditorum otiositas, & curiositati innata malignitas: siquidem ille sedem habet, & non sedet; & hi sedent, & sedem non habent; quoniam regunt, dùm reguntur, ducti curiositate, qui nequeunt regi.
4. *Sedet super sedem sanctam suam.* Si *sua* & alij sedent; sedes erit, sed non sua. Sanctè congruit Prælato sedere in solio: sedesque signatur sedenti in celsitudine throni; quippe non alius, nisi qui sedem habet, debet sedere: alioquin qui extendit gratiam; quamvis sedeat, non sedet super sedem sanctam suam.
5. *Sedet super sedem sanctam suam.* Sedes indicat potestatem in maiestate regiminis. Sedens in sede, ministerium in regimen potestatis. Si simul unita, sedes sedentis profectò sancta: textusque sedentem & super sedem designat; quippe super sedem non sedet, qui sedet tantùm ut sedeat.
6. *Sedet super sedem.* Quippini, *sedet in sede*; sed *super*? Sedet in sede, qui tantùm respicit sedis maiestatis fastum. *Super sedem*, qui sedem habet in amorem subditorum: & dicitur *super sedem*, dum sedis Superioris exponitur auctoramen; quoniam ultra excellentiam sedis præ maiestate, qui in maiestate sedis subditos regit amore.
7. *Sedet super sedem.* Quis non? Quisquis desiderat plus. Super sedem sancte sedet, qui præsenti honore gaudet: at qui fovet ambitio-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Sedes hominum gloria ex Christi gloriosâ sede.* Fol. 380.

DIDASC. 2. *Alienum regimen, summum gravamen.* Fol. 386.

DIDASC. 3. *Sapè à pravis afficitur dedecore, qui plaudendus in honore.* Fol. 393.

DIDASC. 4. *Nimis suspiciosa, nimia in subditos indulgentia.* Fol. 400.

DIDASC. 5. *Non dignitas in honore, honor sine potestate.* Fol. 406.

DIDASC. 6. *Principi inexpugnabile monimentum amor civium.* Fol. 415.

DIDASC. 7. *Numerari culpæ nequeunt, quæ amore habendæ potestatis perpetrantur.* Fol. 421.

bitionem insatiabilem, sed nullatenùs super sedem: etenim in ipsa dignitate possessa, super sedem sedens quærit aliquid suprà.

8. *Sedet super sedem sanctam suam. Super sedem condignam.* Non sedes condigna, si sedentis nulla merita; quippe sedes, sed non sua. Unde qui fulget meritorum maiestate, sed splendore in sede; igitur indignus throno, minimè sedet, sed sedendo cadit.

DIDASC. 8. *Rector indignus dignitatis dedecus.* Fol. 428.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Defecerunt scrutantes scrutino. Fol. 434.

AUCTORITATIS PERIPHASIS.

1. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* In iterata voce fatiscit moles invidiæ. Scrutinium est curiositas scrutari: eius malignitas. Caret sanè vita crimine, ubi opus scrutatione: lividique deficiunt, non invento ullo peccato; quod curiosè, atque malignè scrutantur scrutinio.

2. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Qui scrutator maiestatis, opprimetur à gloria. Non intelliguntur mysteria divina hominis intelligentia. Ita in studio dediscit; & scrutatione deficit; quoniam ubi videntur intelligentiæ contraria, explorantur sublimiora.

3. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quod inimicis accidit erga peccatum; amicis Christi erga eius amoris ingenium, quo inventa admirabilis dilectio. Unde deficiunt scrutantes scrutinio; quoniam minimè valent eminentem cognoscere charitatem, cuius excellentia ultrà humanam progreditur cognitionem.

4. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quid sit Eucharistiæ Sacramentum, quærit audax ingenium curiosum; cùm non videatur ingenio curiositatis, sed clausis oculis: deficientque scrutantes scrutinio, qui intelligere conantur, quid, & quomodo; quoniam non intelligitur scrutatione ingenij, sed ingeniosiore Fide.

5. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Persecutio indicatur ex dignitate insolentis; & etiam legibus adversus leges, insolentiæ fautores, quos pellicit in præcipitium utilitas; ut sine causa embolijs concinnent causas. Scrutatores dificiunt, sed propositum defendunt: igitur ita munera scrutantes obcæcant; ut in illo scrutinio permaneant, quamvis deficiant.

6. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quodnam scrutinium scrutantium? Scrutantes scrutinio! Dicit signanter Propheta de malignantium conventu: de multitudine operantium iniquitatem, qui quærunt iuxta mores Superio-

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Summa livoris malignitas, curiositas & crudelitas.* Fol. 451.

DIDASC. 2. *Summa felicitas homini, ex Christi nativitate.* Fol. 458.

DIDASC. 3. *Scrutinium amoris, rationis non scrutinium.* Fol. 465.

DIDASC. 4. *Eucharistiæ Sacramentum venerandum, non discutiendum.* Fol. 471.

DIDASC. 5. *Malæ nonnumquàm causæ Patroni pessimi.* Fol. 479.

DIDASC. 6. *Maior subditis solicitudo de legis rectore, quàm de lege.* Fol. 488.

periorem; indulgentem corruptelæ, faventem relaxationi: & scrutinio scrutantes, quis exibit ex suffragijs electionis; si perfectum, incorruptum in dignitate præsentiunt, in ipsa curiosa scrutatione deficiunt.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Circundantes circundederunt me. Fol. 495.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Circundantes circundederunt.* Quis circundas non circundat? Quisquis amore, etiam offensus, flagellat. Circundans circundat iustitia, quin concedat effugium; amor sine circuitu circuit, relinquens exitum. Circuitus est, ut peccator supplicium non evadat: iustitiaque Dei, ut convertatur, sine circuitu circundat; quippequàm flectens castigat amore, sed armis ad speciem, sub velamine iustitiæ.

2. *Circundantes circundederunt. Affligentes afflixerunt.* Nil mirum, si affligat afflictio: & afflictionis demonstratur geminatio; ut eluceat Dei pietas, per pœnas sceleratis immissas: quæ quidem à Deo vindice peccatoribus inferentes dolorem; affligunt pariter vindicem; etenim vulneribus inflictis ita percutitur; ut ipsis afflictionibus præ dilectione affligatur.

3. *Circundantes circundederunt.* Iteratur circuitus, ut demonstretur è laqueis peccatorum impossibilis exitus. Fallitur dœmonum cogitatio, Virginis patrocinio. Homines *circundantes circundederunt*, sed fuit effugium, ita ut oppressi evaserint; quasi inclusione minimè circundedissent: igitur per potentem Matrem-Virginem, à servitute miserrima obtinuerunt libertatem.

4. *Circundantes circundederunt.* Circundat peccatum; sed cognito errore, delinquens habet effugium: verùm cum peccati consuetudine, circundat circundatione; quippe cum gravatus haud valeat transire vallum in pœnitentiam nullatenùs habet exitum.

5. *Circundantes circundederunt*, quasi anima non haberet, quà exeat; dum eius hostium exercitus circundatione circundat. Verùm fallitur, ubi Eucharistia coram oculis habetur: animaque circundatione obsessa non circundata; quippequàm in effugium, videt (ut exeat liberè) Eucharistiæ Sacramentum.

6. *Circundantes circundederunt me* lanceis suis in vulnus; dicit in cruce Christus: a iter circundatum in eius passione, Virginis transfigitur pectus: igitur Christus lanceà vulneratur dira; verùm stat Mater; filij vulneribus vulnerata.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Ad conversionem cordium est necessarium charitatis ingenium.* Fol. 539.

DIDASC. 2. *Se regnat amor, de dilecti doloribus summus dolor.* Fol. 547.

DIDASC. 3. *Quanta potestas Virginis amor Matris!* Fol. 553.

DIDASC. 4. *Pessimum ingredi, unde labor egredi.* Fol. 560.

DIDASC. 5. *Validius in hostis ruinæ, Sacramentum Eucharistiæ.* Fol. 568.

DIDASC. 6. *Virgo iuxta crucem passa in corpore, quod Christus passus in cruce.* Fol. 575.

TAU-

Paratitla Didaſcaliarum.

TAUTOLOGIA NONA.

Venientes venient. Fol: 581.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.	*DIDASCALIARUM SYNOPSIS.*
1. *Venientes venient.* Ideſt, *tandem tandem venient.* In phialautia nec ſpes: etenim cum cæca ſit; numquàm veniet in cognitionem erroris, quia ſemper diligit originem cæcitatis.	DIDASC. 1. *Proprij amoris præſumptiones ſent cerebri vacuitates.* Fol. 599.
2. *Venientes venient.* Aliquod latet venerabile fidei arcanum, dùm exprimitur ſuppoſitum. Sunt qui non venientes veniant? Sanè, per Numinis mirificam gratiam. Sunt infantes Innocentes, quos ſuſtulit Rex Herodes: etenim illa in ætate, Salvatoris exponentes teſtimonium; venerunt non venientes ad martyrium.	DIDASC. 2. *Ex SS. Innocentium ſanguine lacteo clarvit nativitas Salvatoris in mundo.* Fol. 606.
3. *Venientes venient*, qui ſocij Franciſci Paulani, calcato æquore. Cum magiſtro venerunt in littora, ut venirent Siciliam ex Calabria. *Non venient venientes*: dicunt nautæ. Imò pervenient: igitur ſuper aquas extendit pallium, atque venientes pervenerunt in portum.	DIDASC. 3. *Franciſci Paulani vita, miraculum, & miracula.* Fol. 611.
4. *Venientes venient*, & *cum exultatione*; mirabili virtute & poteſtate magiſtri. Exultatio ex feliciſsimo adventu; ſed inter tot virtutes fugit cognitio: igitur cognoſcentes ignorabant, per quàm illorum venientes per vaſtum mare veniebant.	DIDASC. 4. *Elevationis corporis Franciſci ſuper aquas, origo & charitas, & humilitas.* Fol. 618.
5. *Venientes venient*; nautæ tractum velint, nolint: & ſuper aquas, quantumvis illorum obſtet improbitas: ſiquidem Franciſci mirificà humilitate, ſociorum corpora, vel in mari ſine pondere.	DIDASC. 5. *Humilitas conſtituit Franciſcum ſuper equora excelſum, quia ſe reduxit ad nihilum.* Fol. 624.
6. *Venientes venient*: ideſt, *tandem tandem venient.* Ita receſsit Gentilitas erroribus cæca, ut numquàm in lucem veritatis iudicaretur ventura. Gratia cæcitati prævaluit, oculos aperuit, lucem vidit, errores cognovit: & ut Solis cognoverunt in terra nativitatem; ſtatim Gentililes ab Oriente venerunt, in eius adorationem.	DIDASC. 6. *Unde Gentilitas illuminata ſurrexit, inde Synagoga corruit.* Fol. 631.
7. *Venientes venient*, *& cùm exultatione.* Gaudium neceſſarium in adventum? Ut ſit correctio eſt neceſſaria exultatio; qua cognoſcitur corrigentis animus, & ſimul læſi ſapienter ſanatur vulnus. Quis enim ad illam non venit veniendo? Quiſquis venerit, & non venerit cùm gaudio: etenim ſi gaudium ex correctionis modo; ſine modo, qui veniunt, nequaquàm veniunt, ſed venientes fugiunt.	DIDASC. 7. *Errori ſine modo medicina, non medicina, ſed plaga.* Fol. 638.
8. *Venientes venient.* Quid novum? Multoties venientes in adventu reſiliunt. Subditi malè morati, dùm ad præſidem veniunt, non	DIDASC. 8. *Apud improbos ſemper malè audit, qui ad leges premit.* Fol. 645.

non veniunt ſubditi : receduntque venientes, cupientes eſſe Superiorum ſuperiores. Veniunt à ſe lætati : cum exultatione. Vident præſides ſtudere integritati : & ſine exultatione venientes fugiunt, præſentes abſunt ; quippequàm non placet ſubditis bis, vivere Superiores iuxta leges.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt. Fol.653.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Tempus evellendi quod plantatum eſt.* Datur evulſio ſine plantatione, ubiſpecies virtutis quæritur tantum ſpecie. Virtus in ſtatu Monachorum nobile germen. Si pectus haudquaquàm dirigitur in virtutem ; extra eius perfectionis propoſitum, germen evulſum, quod non plantatum : equidem quod ad ſpeciem tantummodò floruit, priuſquàm evelleretur exaruit.

2. *Tempus evellendi quod plantatum eſt.* Oppoſita exponuntur, ut concilientur in animo: plantatio ſcilicèt, & evulſio; in amœnitatem virtutis, & exilium corruptionis: igitur vitium evellitur, ubi ſupplicium in medicinam plantatur.

3. *Tempus evellendi quod plantatum eſt.* Exigit hoſtilitas ab inimicorum agro ſtirpitus evellere gratias. In huiuſmodi facinus numquàm debet eſſe tempus : quandoquidem creſcit ſplendor gratiarum, & benefactoris meritum ; ſi quod ſemel plantatum, numquàm evulſum.

4. *Tempus evellendi quod plantatum eſt.* Terribilis ſanè peccatoribus vox, quorum impius, pravus animus, cæcè arbitratur, numquàm adventurum tempus : etenim evellet iurè iuſtitia, quæ in criminum pœnitudinem plantavit miſericordia.

5. *Tempus evellendi quod plantatum eſt.* A radice phantaſiæ læſæ, ex plantatione iniuriæ oritur fructus ; nempè, ſtudium captæ, vel capiendæ ultioni. Ex offenſa excandet cor. Datur in vindictam tempus, datur opportunum munus. Erit tunc ? Tunc eſt tempus evellendi, quod plantatum eſt: etenim ſtudium vindictæ in adepta dignitate, evellendum è radice.

6. *Tempus evellendi quod plantatum eſt.* O homo ! Satius tempus ante tempus ; ut mors ſit vitalis ; memoria tantùm, & non entitate mortis : igitur ſi vita mortem meditatione concepit ; ipſa antequàm evellatur, vitijs omnibus [illegible]

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Converſatio ſæcularis Monacho peſtis.* Fol.672.

DIDASC. 2. *Vulnerum vitiorum medicämina: iuſtitia.* Fol.678.

DIDASC. 3. *Minimè ableganda gratia eſtà interveniat iniuria.* Fol.683.

DIDASC. 4. *Blanda vil ſævius irâ.* Fol.690

DIDASC. 5. *Iniuria facilius fertur, quàm infertur.* Fol.696.

DIDASC. 6. *Egregia res eſt, mortem condiſcere.* Fol.703.

TAUTOLOGIA PRIMA.

HOMO NATUS DE MULIERE.

Iob. 14. vers. 1.

EXPOSITIO LITTERÆ.

1 DIXIT sententiam Iobus ex his quæ passus, clarens insigni virtute, ipsà conditione fragilitatis teste, & comite. Laudibus effert Chrysostomus in *Homil. de Iobo*, certamina encomijs ac æmulatione digna; quod sequitur Sanctius & Pined. *Præfat. in Iob.* sed præstat exhibere Stoicum, Deo similem virum fortem studiosè plaudentem; ut jurè plaudat, quem in plausum tantum finxerat, libel. de *Provid.* ac de *Constant. sapientis*, quem Dialog. de *Fortitudin.* imitatus est Petrarcha. *Ex quo ergo* (inquit Senec. *Epist.* 120.) *virtutem intelleximus? Ostendit illam nobis ordo eius & decor & constantia, & omnium inter se actionum concordia, & magnitudo super omnia efferens sese. Hinc intellecta est illa beata vita, secundo defluens cursu, arbitrij sui tota. Numquàm virille perfectus, adeptusque virtutem, fortunæ maledixit: numquàm accidentia tristis excepit: se militem credens, labores velut imperatos subijt. Quicquid inciderat, non tamquàm malum aspernatus est, & in se casu delatum; sed quasi delegatum sibi. Hoc qualecumque est, inquit, meum est: asperum est, durum est, in ipsum navemus operam. Necessariò itaque magnus apparuit, qui numquàm malis ingemuit, numquàm de fato suo quæstus est: fecit multis intellectum sui; & non aliter quàm in tenebris lumen effulsit: advertitque in se omnium animos; cùm esset placidus & lenis, & humanis diviniſque rebus pariter æquus. Habebat perfectum animum, ad summam sui adductus, suprà quam nihil est, nisi mens Dei, ex qua pars & in hoc pectus mortale defluxit; quod numquàm magis divinum est, quàm ubi mortalitatem suam cogitat, & scit in hoc natum hominem, ut vità defungeretur: nec domum esse hoc corpus, sed hospitium & hoc breve quod relinquendum est, ubi te gravem esse hospiti videas. Non videmus, quàm multa nos incommoda exagitant, quàm malè nobis conveniat hoc corpus?* Hæc insignia virtutis & summæ; sed quod in homine magnoperè commendabile, quippe *Natus de muliere.*

Laus Iobi.

Quis & quid vir fortis?

Seneca

2 Perfectè namque virtus floret, si à principio agente ad agendum virtus deficit. Speciosiùs nascitur, quia sic moritur. Nihil vir sine virtute; sed prævalet, dum valet ex ipsa fragilitate: igitur sese objecit virilitate hominem, etiam adversus originem. *Homo natus de muliere.* Fortis (fortuna læva urgente tot volvere casus, tot subire labores, insignem pietate virum) cùm esset vir; quasi non esset, se dixit *Hominem*, ut exprimeret in ardua futilitatem, uti à ventre matris vulneratam virtutem. *Homo natus*

Mulier pro fragilitate.

natus de muliere. Quid vir, ſi non à virtutis conſtantia, ſed à fœmina; ex qua nulla in fortia roboris ſpecioſitas, ſed futilis caſſa deſpicienda fragilitas?

Sophocl. *O fili! ne matris nomen venereris amplius:*
Mulier fœmina exiſtens, & non viri naturâ.

Uti ait Hercules apud Sophocl. in *Trachin.* à v. 1083. Homines ſunt mortales (habemus Theſaurum in vaſis fictilibus) fragiles, infirmi, lutea vaſa portantes, quæ faciunt invicem anguſtias. Senec. *Nunc de ventre, nunc de capite, nunc de pectore aut faucibus querimur: aliàs nervi nos, aliàs pedes vexant: nunc deiectio, nunc deſtillatio. Aliquando* (ſubdit Stoicus, d.) *ſupereſt ſanguis, aliquando deeſt: hinc atque illinc tentamur.* Hippocr. Luculenter Hippocrates: *Totus homo* (infit *Epiſt.* ad Damaget.) *ex nativitate morbus eſt: ex materni enim uteri inquinamentis talis prodit.* Fragilis vir à viro, quippe homo: quid, Dij boni, ex fœmina natus! Utique ipſa fragilitas & inanitas: igitur non habet matrem fragilis conditionis; ſed pro genitrice ipſam fragilitatem. Appoſitè Homer. 20. *Iliad.* v. 295.

Homer. *Nati ſunt filij è fœminis mortalibus.*

Quid in ſe habebit fortitudinis (ait in præſentiarum Gregor. Magn. *lib.* 11. *cap.* ult.) *qui natus de infirmitate?*

3 Elucet ex utero matris conditionis humanæ futilitas, quæ quadruplici effectu conſtat: igitur natus à muliere, *brevi vivens tempore, repletur multis miſerijs: quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra: & numquàm in eodem ſtatu permanet.* Ibid. Vita flatu conſtat. Iccirco vanitas omnis homo vivens; ſiquidem viventi obvia mors, non vita. *Vita brevis*: dicunt Homer. 11. *Odyſſ.* v. 306. & Hippocrat. 1. *Aphoriſm.* 1. Hinc Senec. de *Tranquill. anim.* cap. 15. dicit *Vitam fictam.* Plaut. in *Captiv.* Act. 3. ſcen. 5. v. 84. *Vita humana brevis.*

Plaut. *Et ſi per vivo uſque ad ſummam ætatem,*
Tamen breve ſpatium eſt.

In quo homo imbecillitatis ſpeculum, temporis ſpolium, fortunæ luſus, inconſtantiæ imago, ac ſcopus totius volubilitatis. *Non eſt vita dicenda, ſed mors* (ait Auguſtinus, *Medit.* cap. 21.) *in qua momentis ſingulis morimur. Numquid ergo hoc quod vivimus dicere poſſumus vitam? Vitam quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores exſiccant, aër morbidat, eſce inſtant, ieiunia macerant, ioci diſſolvunt, triſtitiæ conſumunt, ſolicitudo coarctat, ſecuritas habetat, iuventus extollit, ſenectus incurvat, infirmitas frangit, & mœrot deprimit? His malis omnibus mors furibunda ſuccedit, ſimulque miſeræ vitæ ita finem imponit; ut cum eſſe deſierit, non fuiſſe putetur. Mors iſta vitalis, & vita mortalis.* Auguſtin. Et miſerrima. Floridè vel ethnicus. *Principium iure tribuetur hominis* (infit Plin. in *Proœm.* lib. 7.) *cuius causà videtur cuncta alia genuiſſe natura, magna & ſævà mercede contra tanta ſua munera; ut non ſit ſatis æſtimare, parens melior homini, an triſtior noverca fuerit.* Cauſas ſubnectit, ſubditque: *Feliciter natus iacet, manibus pedibuſque devinctis, flens animal cæteris imperaturum; & à ſupplicijs vitam auſpicatur, unam tantùm ob culpam, quia natum eſt. Breviter, non aliud naturæ ſponte, quam fiere. Itaque multi extitere, qui non naſci optimum cenſerent, aut quàm ocyſsimè aboleri.* Plin. Hæc ſententia fuit Euripidis (de qua Plutarch. in *Conſol. Apollonij*) quem ridet Epicurus dicens, *Cur non ſtatim à vita diſceſſit, ſi talis ſententia arriſit?* Vid. Dalecamp. hic, & Auſon. *Edyl.* 15. aliàs, 7. Hanc ſortem Albani dumtaxat nanciſcuntur, de quibus Plin. d. *cap.* 2. *Octavum vitæ annum non excedere.* Idem.

4 Qui natus de muliere, *repletur miſerijs.* In brevitate ergo vitæ, non moleſtia, ſed ſubſidium. Habet enim homo ſolatium, quia in miſerijs non ſubſiſtet, ſi vita brevis. *Vita non vita ſed calamitas*, ſuccinit Euripides, in *Alceſt.* v. 802. & in *Tauric.* v. 850. Querenti de ærumnis dæ erumnis Marciæ, reſpondet Stoicus, *cap.* 11. ad eius conſolationem: *Quæ iſta tuæ publicæque conditionis oblivio eſt? Mortalis nata es mortales peperiſti: putre ipſa fluidumque corpus, & caſibus morbiſque repetita, ſperaſti tam imbecilla materia ſolida & æterna geſtaſſe? Noſce te.* Senec. Quæ homini non moleſta, ſi ſubſidia lethalia? In miſeria vita humana, fluida & longa; quia pœna anguſtatur ad vitam, & ipſa velocitate dilatatur quoad miſeriam. Aurea videris apud Chryſoſtomum *Homil.* 1. Epiſt. ad Hebr. & per te cogita quàm miſera vita. *Si ſubtiliter conſideretur omne quod hic agitur, pœna & miſeria eſt: ipſi etenim corruptioni carbis ſervire ad neceſſaria atque conceſſa, miſeria eſt: ut contra frigus veſtimenta, contra famem* Unde & qui bus.

mem alimenta; contra æstum frigora requirantur: quod multa cautela custoditur salus corporis, quòd etiam custodita amittitur, amissa cum gravi labore reparatur; & tamen reparata in dubio semper est, quid hoc aliud, quàm mortalis vitæ miseria? Hæc quoad corpus subdit Gregor. in testimonium nostræ Tautologiæ, *cap.* 26. & addit quod animi & animæ curas: *Amamus amicos, suspecti ne offendi valeant: formidamus inimicos, atque securi de eis non sumus utique, quos formidamus: quòd plerumque inimicis sic considenter quasi amicis loquimur: & nonnunquàm plura verba proximorum, & multùm nos fortassè diligentium, quasi verba suscipimus inimicorum: & qui falli numquàm vel faliere volumus, ex cautela nostra gravius erramus. Quid itaque hoc nisi humanæ vitæ miseria est? Quod amissâ cœlesti patriâ exilio delectatur, gravatur curis, & tamen cogitare dissimulat, quàm grave sit, quia multa cogitantur. Quòd privatus est interno lumine, & tamen in hac vita diu vult perpeti cæcitatem suam; quid hoc aliud quàm de pœna nostra nata miseria est?* Sequitur argumentum fusè Ovid. 15. *Metam.* Fab. 3. Mantuan. *Eclog.* 5. v. 30. accinit: Greg. Magn.

Qui nescit, quid sit nostrum hoc, quod vivimus, audi;
Transitus in mortem Herculeusque labor.
Cor, nisi cura, nihil? caro nil, nisi triste cadaver:
Nasci ægrotare est, vivere sæpe mori. Mantuan.

5 Hinc vel ethnici Mexicani recens natos in templum portabant infantes, ubi sacrificuli nescientibus prædicebant vitæ labores, ad quos nati, quippe nati. Viris tradebatur scutum & gladius: fœmellis colus & fusus; vulnerato sexu, quasi circunciderentur. Kircher. Tom. 3. *Oedip. Copt. theatr. hieroglyph.* cap. 4. & Solis in *Mexic. histor.* lib. 3. à cap. 14. Hac cogitatione apud Thraces, *Edito puero, propinqui circunsidentes cum ploratione prosequuntur, ob ea mala quæ necesse est illi, quòd vitam ingressus sit, perpeti; humanas omnes calamitates recensentes. Hominem autem fato functum, per lusum atque lætitiam terræ demandant, referentes quot malis liberatus in omni sit felicitate.* Ita Herodot. *lib.* 5. cap. 2. Solin. cap. 15. & Valer. Max. *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 12. Plin. lib. 7. cap. 50. *Incertum ac fragile* (Inquit) *hoc munus naturæ: malignum verò & breve etiam in ijs quibus largissimè contingit, universum utique ævi tempus intuentibus. Nec reputantur infantiæ anni, qui sensu carent; non senectæ in pœnam vivacis. Tot periculorum genera, tot morbi, tot metus, tot curæ toties invocata morte, ut nullum frequentius sit votum. Natura verò nihil hominibus brevitate vitæ præstitit melius.* Ravis. Textor, *Epigram.* 10. *Mos Mexicanorum & Thracum in hominis nativitate.* Herodot. Plin. Ravis.

Vana salus hominis, vanus decor, omnia vana:
Inter vana nihil vanius est homine.

Adi Ælian. lib. 8. *Var. histor.* cap. 14. Plutarch. de *Pietat. erga fratres*, n. 3. Senec. ad *Polyb.* cap. 23. & Lucret. *lib.* 5. à v. 224.

6 Brevitas vitæ vel in ipso decore magis exprimitur à Iobo, dum decus & eius fugam demonstrat in flore vernante. *Quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut umbra.* Manè floret & transit, vesperè ariditate decidit. Etsi manè rosæ speciosa fragilitas; quid mirum, vesperè consenuisse Rosas? Non semper lilia florent. Pulvis & umbra sumus. *Hinc pulvis & motibus umbræ*: dicit Arator, in *Act. Apostol.* lib. 1. v. 483. & Ravis. d. *Decor hominis fugax.* Arator. Ravis.

Dum magis alludit præsentis gloria vitæ;
Præterit imò fugit: non fugit, imò perit.

Signavit articulum Græcia, pingens florem cum triplici stolone inter duo crura; uti observat Hubert Goltzius in *Inf. Grec.* Tabul. 4. *Peritiores viderint*, subdit, *quid sibi velit.* Haud necessaria peritia: flos enim homo cum brevissima vita, quia natus è fœmina. Virgil. 3. *Georg.* à v. 66. ex quo Erasm. *Chiliad.* 3. *Cent.* 9. n. 43. Ravis.

Optima quæque dies miseris mortalibus evi
Prima fugit: subeunt morbi, tristisque senectus
Et labor & duræ rapit inclementia mortis. Virgil.

Micabit ne aliquando læta dies? In cælo. Quid si in terra felix micet? *Numquàm in eodem statu permanet.* Mutatur in horas.

Nulla sors longa est; dolor ac voluptas
Invicem cedunt: brevior voluptas. Senec.

Modulatur Seneca in *Thyest.* v. 595. & de *Brevit Vit.* cap. 10. *Nec magis moram patitur, quàm mundus aut sidera, quorum irrequieta semper agitatio. Numquàm in*

eadem veſtigio manet. Haud eſſet humanum, ſi haberet in aliquo aliquod ſtabilimentum. Menander in *Hercul.* v. 703.

Menand. *Caput atque ſumma orationis eſt, Homo eſt.*
Modò ſurgit, modò cadit catiùs, atque crebiùs.

Orbi volubili, ex inſtabilibus conſtanti, continuæ verſionis gratiâ & inordinatæ; confert Ioann. Tzetza, *Chil.* 10. Hiſtor. 341. Euripid. in *Oreſt.* v. 981. *Tota vita hominum inſtabilis.* Ariſtophan. in *Aves.* Act. 3. v. 77. *Homo* (ait) *avis inſtabilis volans ſine ſigno: Niquil umquàm in eodem manens.* Ovid. lib. 5. *Triſt.* Eleg. 6. v. 27. *Nil homini certum eſt.* Hoc certum: unde Plin. *lib.* 2. cap. 7. *Singula* (inquit) *improvidam mortalitatem involvunt; ſolùm ut inter iſta certum ſit, nihil eſſe certi.* Brevi hìc Muſa Melleä exponens metricè ſententiam Iobi:

Mell. Souſ. *Natus homo fœda providæ genitricis ab alvo,*
Fœmineâ de ſorde, brevi telluris ad oras
Tempore victurus, miſer, ærumnoſus & eger,
Mille ſubit varios infandà ſorte labores.
Ille quidem veluti (quem ver producit amœnum)
Flos oritur, celeri teritur veniente ſenectà.
Sicut & umbra fugit ſemper mutabilis, illi
Numquàm idem ſtatus eſt rerum, vitæque caducæ.

7 Siccine faſtus! Unde inflamur? Proh Superi! Quantum mortalia pectora cæcæ noctis habent!

Unde ſuperbia vel expertà æruma? *Nihil homo, ſed ſuperbiæ plenus.*
Umbrà atque fumo vità exiſtente,
Vanagloria ubique, at elatio quamtacumque,
Noſtrum unoquoque nequaquàm cogitante,
Tzetz. *Quòd honores & æſtimationes & omnis ſplendor vitæ*
Fumus ſunt, qui fatiſcunt breviter.

Tzetz quò dudùm ſubdit. *Homunculi, quanti eſtis!* dicam cum Plauto in *Rudent.* Act. 1. ſcen. 2. v. 66.

Aldrov. *Humanum in terris nihil eſt, quod non ſit humandum:*
Avolat hinc animus, cætera ſorbet humus.

Totus homo in pulverem pulvis. Finis ab origine pendet, & in pulverem revertitur pulvis, quia in morte apparet. Non ille gradus in quo deficimus, ſpeciem facit, ſed oſtendit quid fuit, per quod homo eſt vel non eſt. Appoſitè Raviſius Textor, quò ſuprà:

Raviſ. *Unde ſuperbit homo, cuius conceptio culpa,*
Naſci pœna, labor vita, neceſſe mori?
Poſt hominem vermis, poſt vermen ſit cinis, heu!
Sic redit ad cinerem gloria noſtra cinis.

Sumpſit ex Bernard. de *Cognition. hum. condition.* cap. 3. & Innocent. III. de *Miſeria.* Seſe cognoſcere hominem, non influit in arrogantiam & inflationem, ſed in debilitatis cogitamen. *Quid eſt homo? Imbecillum corpus & fragile, nudum, ſuaptè naturà inerme, alienæ opis indigens, ad omnem fortunæ contumeliam proiectum, ex infirmis fluidiſque contextum, lineamentis exterioribus nitidum, frigoris, æſtus, laboris impatiens, ipſo rursùs ſitu & otio iturum in tabem; alimenta metuens ſua, quorum modo inopiâ, modò copia rumpitur, anxiæ ſolicitæque tutelæ, precarij ſpiritus, ſoli ſemper ſibi nutrimentum vitioſum & inutile: morbidum, putre, caſſum, à fletu vitam auſpicatum, in quantas cogitationes oblitum conditionis ſuæ venit!* Ita Stoicus, loc. cit. ad *Marciam.* Senec. Scit Dominus cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt, fidentium de virtute, qui nati de muliere.

8 *Natus homo* dicitur *de muliere*, ideſt, conceptus & formatus in illa, ſordiduſque ex illa natus. *Numquid poteſt homo apparere mundus, natus de muliere?* Iob, 25. 4. Hebr. *Fortis, validus.* Unde hinc mulier ſumitur pro materia imbecilliore in hominis corpus, quæ dicitur *Caro & ſanguis*, Ioann. 1. 13. & Sapient. 7. 1. *In ventre matris figuratus ſum caro.* Unde homo de muliere dicitur natus, quia ab illa non genitus, ſed à patre in illa: etenim cùm ab hoc ſit ſemen, illa ſi in fœtum formet, dum parit, parenti reddit; ſibique ſumit genitor tamquam fructum in propria hæreditate: uti diximus, *Tom.* 2. *T.* 2. *D.* 9. *n.* 5. Sic enim uſquequaquè in Scriptura viris dicitur de coniugibus: *Pariet tibi*, uti Gabriel Zachariæ de Eliſabeth: *Luc.* 1. 13. Non enim di-

Mulier pro carne.

citur

citur Ioſepho de Maria; ſed tantùm, *Pariet filium*: non *tibi*, quia non à te: etenim eſtò mater, mater virgo; à te inventa in utero habens de Spiritu-Sancto. Sic etiam meditanter illi dicitur: *Quod in ea natum eſt, de Spiritu-Sancto eſt.* In ea non ſolùm conceptum, ſicuti in alijs; ſed *natum*, quod nulli umquàm venit aut veniet, quippe concepit de Spiritu-Sancto, ac nullo modo de viro. Articulum & modum diximus, *Tom.* 5. *T.* 3. *n.* 122. & 140. Ad rem Vener. Beda, lib. 4. in *Luc.* cap. 46. *Factum* (ait) *ex muliere, quia conceptus ex utero virginali, carnem non de nihilo, non aliundè, ſed materna traxit ex carne.* Aliæ fœminæ, quippe licèt ex illis, in illis homo non natus; genitori redunt, quod concipiunt, quippe non ſuum, tametſi natum ex ſe, quoniam fotum, ſed non niſi à patre genitum. *Patrem tuum qui genuit te.* De fœmina ſolùm partus. *Matris, quæ te edidit.* Plutarch. de *Emolum. ex inimic.* & Plaut. in *Trucul.* Act. 4. ſcen. 3. v. 15. *Quid puero factum eſt, mea quæ peperit filia?*

Matth. 1. 21. Verſ. 20. *Naſci pro concipi.* Bed. Prov. 23. 22.

9 *Homo* à patre genitus, *natus de muliere*, ut excludatur delirium aſſerentium mutationem ſexuum, quaſi eſſet hiſtoria, quæ ab Ovidio conficta ut mera fabula, uti comminiſcitur de Iphide converſa in marem, lib. 9. *Metam.* Fab. 12. & de Cænide in virum, *lib.* 12. *Fab.* 4.

Vota puer ſolvit, quæ fœmina voverat Iphis. Ovid.

Plinius *lib.* 7. *cap.* 4. audacter aſſeverat, fœminas mutari in mares non eſſe fabuloſum; probatque aliquibus exemplis: & ne deficeret in mendacium auctoratum teſtimonium, ſed vidiſſe aſtruit mutatam in marem in ipſo die nuptiarum. Adhuc creſcit figmentum: equidem Dalecampius, ne vinceretur à Plinio loc. cit. inter alia affinia refert, ita cuidam fœminæ accidiſſe, cùm iam peperiſſet ſemel; quod etiam aſtruit Euſeb. Nieremberg. lib. 2. de *Curioſ. Philoſoph.* cap. 17. Hoc ludicrum, magis autem virum mutatum in fœminam, ut meo iudicio iocatur Auſonius *Epigram.* 68. ni paticè uſurpetur, uti hic Elias Vinetus arbitratur. *Mutatio ſexus numquàm contigit.*

Non ſatis antiquum, quòd Campana in Benevento Auſon.
Unus epheborum virgo repentè fuit.

Dicendum ergo, numquàm contigiſſe huiuſmodi metamorphoſim nec in viro, nec in fœmina; ſed illos Hermaphroditos fuiſſe, & ad lubitum vuſos ſi, utroque ſexu. Alia ſi deſiderantur conſulendi Delr. 2. *Diſq. Magic.* q. 22. Galæort. Martius de *Doctr. promiſc.* cap. 18. Maiol. *Tom.* 1. *Colloq.* 3. Schenk. lib. 4. de *Part. genit.* Pinæus, de *Not. virginit.* cap. 3. & Reyes-Franc. in *Camp. Elyſ.* quæſt. 57. & apud Auſon. loc. cit. invenies, de quibus finxit Antiquitas. Nullo ergo modo, ut reſpondeamus articulo Tautologiæ homo natus ex viro, ſed ex muliere.

10 Naſci hìc non ſignificat apparere, quo ſenſu, Iob, 15. 7. dicitur: *Numquid primus homo tu natus es?* quippe apparitio in ventre genitricis ſumitur pro infuſione animæ ex fœtus diſpoſitione: unde uti de arcano non revelato, dicit mater Machabæorum, lib. 2. cap. 7. 22. *Neſcio qualiter in utero apparuiſtis.* Hac enim metaphora præſentiam indicamus Solis. *Ortus eſt Sol.* Pſalm. 103. 22. & alibi ſæpe. Neque hìc naſci pro creſcere, uti Eccli. 41. 12. *In maledictione naſcemini.* Ioan. 4. 10. *Sub una nocte nata eſt*: & 1. Machab. 4. 38. *In atrijs virgulta nata.* Acceptio frequens apud Profanos. *Naſcere Dardanio promiſſum nomen Iulo*: *Vera Deùm ſoboles, naſcere magne puer.* Martial *lib.* 6. *Epigr.* 2. Virgil. 4. *Eclog.* à v. 8. *Tu modò naſcenti puero caſta fave Lucina*: & Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 1. v. 16. *Maxima de nihilo naſcitur hiſtoria.* Propriè hìc nativitas hominis; qua de cauſa dicitur fœmina, quæ in lucem fœtum effundit, expreſsà corruptione & fœtus mortalitate à principio producente; ut plodantur deliria illarum, quæ ſcortationes vel adulteria deaurabant nomine Divum: unde fictum olim aliquas fœminas plenas Deo, uti de Olympiade Alexandri genitrice (cuius embolium diximus in *Ephemer.* 4. *Ianuar.* & de alijs die 21. n. 6.) refert Iuſtin. *lib.* 11. de Alemena Herculis matre, latè Plautus in *Anphitruon.* de matre Scipionis Africani, Gell. *lib.* 7. *cap.* 1. & Valer. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 2. n. 2. De Rheä Romuli & Remi, Flor. *lib.* 1. cap. 1. & Ælian. 7. *Var. hiſtor.* cap. 16. De Atia Octaviani Auguſti, Goltz in eius vita, alijque plures, relictis quæ uſquequaque ab Homero in *Iliade*, & ab Ovidio in Metamorphoſion fabulis narrantur. Cœlum fœminæ fecerunt nocens, auctoratumque crimen, ut reliquæ eiuſdem furfuris excuſationem haberent, Dijs rivalibus fictis, ad excuſandas excuſationes in peccatis; quarum ſeges uberrima: unde Ovid. 2. *Triſt.* eleg. unic. v. 290. de Iove ſuccinit: *Naſci pro apparere.* *Pro creſcere.* *Homo ab homine ſolùm.*

Quàm multas matres fecerit ille Deus! Ovid.

Idem

Idem erga homines de Deabus commentum; quia minimè expertes insidiarum Cupidinis ipsa divinitate, cùm essent fœminæ. Sic Thetis peperit ex Peleo (ut in *Achileid.* refert Statius) & de Anichise Venus, uti ex multis refert Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 13. Rident etiam horum Numinum cultores. Plutarch. in *Romul.* inquit: *Stultum est, terram cœlo velle miscere*: & Seneca, *in Hercule furent.* v. 446.

Senec.

Nondùm liquet de patre: quid violas Iovem?
Mortale cœlo non potest iungi genus.

11 Ut iungerènt Dij sibi; etiam commentum, per ignem terreo corporum purgato, homines fieri indigites. Iupiter de Hercule apud Ovid. 9. *Metamorph.* fab. 4. inquit:

Ovid.

Nec nisi maternæ Vulcanum parte potentem
Sentiet: æternum est à me quod traxit, & expers
Atque immune necis, nullaque domabile flammæ:
Idque ego defunctum terrà cœlestibus oris
Accipiam. Quodcumque fuit populabile flammà,
Mulciber abstulerat; nec cognoscenda remansit
Herculis effigies, nec quicquam ab imagine ductum
Matris habet, tantùmque Iovis vestigia servat.

Immortalitas per ignem.

Idem Senec. in *Oetæo*, à v. 1963. Sophocl. in *Trach.* fusè; quod etiam factum ut immortalis evaderet Triptolemus, uti dixi, *Tom.* 3. *T.* 4. *n.* 3. & de Achille, Natal. Comes d. *lib.* 8. *cap.* 2. Hoc studium ut mortalitas à mortalibus excuteretur, quod ludicrum undique. Opportunè Numa, apud Plutarch. in eo, renuens imperium prædecessore Romulo; cuius iam facta apotheosis, nomine Quirini. *Romulum* (inquit) *Deorum prolem celebrant, divinitùsque ei nutritionem, salutemque incredibili modo allatam infanti, perhibent: me & ex hominibus natum, & ab hominibus educatum, haud vos clam est.* Ita filij hominum, nati è sordibus fœminarum. Quapropter ut mortalitas atque corruptio denotetur; dicit Plaut. in *Prolog. Amphitr.* v. 28. *Humanâ matre natus.* Non conditione, sed moribus excutit homo corruptionem, & induit immortalitatem. *Christus natus est ex muliere, ut tu desineres filius esse mulieris*: ait Chrysostom. *Homil.* 2. in Matth. & Augustin. 4. de *Trinitat.* cap. 17. *Quia ad æterna capessenda idonei non eramus, sordesque nos prægravabant; de propagine mortalitatis purgandi eramus.* Qui studet cœlestibus natus de muliere, natus est quasi non natus. Cogitatio etiam Euripidis est, in *Bacchis*, v. 984.

Plutarch. Chrysost. Augustin. Euripid.

Quis eum genuit? Non enim ex sanguine mulieris
Natus est.

12 *Natus ex muliere* homo, quippe siccine naturalis generatio. Qui homo ab Adam: ab illo enim omne genus humanum. *Act.* 17. 26. Masculum & fœminam fecit Deus, & vocavit nomen eorum Adam. Unde calcatur, quod rancidi cogitarunt Philosophi, stulti facti in cogitationibus suis; nimirùm homines factos ex glebis. Ovid. 15. *Metam.* fabul. 47. Ex lapidibus, idem *lib.* 1. *fab.* 7. & Lucret. 5. de *Rer. natur.* à v. 921. ex draconis dentibus, Ovid. ibid. *lib.* 3. *fab.* 1. Vide quæ diximus, *Tom.* 1. *T.* 4. *n.* 9. Hic notatur fœmina mulier propter concubitus bestiales virorum; quippe nati è bestijs plures & monstrosi & elegantes; de quo videndi Ulyss. Aldrovand. Schenk. & Licetus, de *Monstris*, Plutarch. in *Paralel.* n. 31. & 32. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 8. Maiol. d. *Colloq.* 7. alijque plures in *Camp. Elys.* quæst. 47. Manil. 4. *Astron.* cap. 1. v. 108. de quo nos fusè *Tom.* 6. *T.* 10. à n. 18. De Satyris & Centauris, adi Gesner. lib. 1. fol. 866. Natal. Comit. d. lib. 5. cap. 11. & 7. cap. 3. Nonnulli pro viribus astruunt, alij rident, ut Cicer. 1. de *Natur. Deor.* & etiam 1. *Tuscul. qq.* Lucret. *lib.* 4. à v. 734. In somnis inquit.

Mulier naturalis hominis mulier, non bestia.

Lucret.

Centauros itaque, & Scyllarum membra videmus
Cerbereasque canum facies, simulacraque eorum.
Nam certè ex vivo Centauri non fit imago;
Nulla fuit quoniam talis natura animalis.

Fabula de dæmonibus genitis ab Adam.

Etiam in textu homo natus dicitur de muliere, ut exeludantur opiniones Talmudicæ de fœtibus ex hominibus genitis, natisque ex dæmonibus succubis; uti dicitur de Salomone apud Ierem. Drexel. in eo: pro illoque dum eiectus est de Throno, Asmodæus, qui uti mater peperit, in eius figura regnaverit. *Exponunt Hebræi de Adam primo homine* (inquit Lyra in 2. *Reg.* 7. 14.) *quòd in centum tribus annis, quibus continuit*

Lyra.

nuit

nuit se ab uxore sua Eva propter interfectionem Abel, dæmones succubi iungebantur ei, & concipiebant ab eo, & pariebant dæmones; & isti fuerunt filij Adam, qui incitaverunt Salomonem ad peccandum, ut per hoc divisum fuerit regnum tempore filij sui. Refutat Abulensis ibid. quæst. 11. Idem asserunt Talmudistæ de centum primis annis fletus pro primo peccato, in quibus ex Lilith dæmone, sivè Lamià habuit plures filios. Rab. Salom. qui impugnatur ab Elia Thisbite, refertque Kircher in *Pantheon. Hebræor.* cap. 13. Hi ergo qui vocantur filij hominum, haud nati sunt de mulieribus.

13 *Homo natus de muliere*: idest, de fœminæ utero, non ex ovo à muliere exclu- *Homines ex ovo excluſi.*
so, & quo post homo, uti nonnulli somniarunt de quibusdam fœminis, quas Selenitides vocant, parientibus ova, ex quibus nascentes homines giganteam usque staturam excrescunt. Quis non achiogelus? Schenk Ravisius, & Aldrovand. d. cap. 1. fol. 36. Cœl. Rhodig. *Ova parere Selenitidas mulieres, indeque nascentes homines quinquies decies esse nobis ampliores*; ex Heracleota refert Cœlios Rhodigin. lib. 27. cap. 17. Profectò huiusmodi AA. facilis fidei, vel proclives in mendatia. An sic homines, sicut ex ovo Ledæ Helena, Castor & Pollux? Atridet Fulgentio 2. *Mythol.* num. 17. vel ex binis ovis, ex quorum uno Pollux & Helena, ex altero verò Clytemnestra, Castorque; ut placet Natali Comiti, d. *lib. 2. cap. 1.* & lib. 8. cap. 9. & alijs? Vide Pomey in *Pantheo Mystico*, part. 6. & Lavin. Torrent. ad illud Horat. *lib. 2. Satyr. 1. Ovo prognatus eodem.* Ovum ex quo Helena è Luna delapsum, quia Lunares mulieres ova parere; ex quibus in terra gigantes; refert Rhodigin. d. & Delr. in Senec. *Troad.* v. 862. Quæ magna, ex ovis facta delapsis è cœlo, Prisci autumarunt: unde Venerem ortam ex ovo cœlitùs demisso in Euphratem, comminiscitur Nigidius, & Germanic. Cæsar in Arati *Phœnom.* num. 18. *In Euphratem flumen de cœlo ovum miræ magnitudinis cecidisse dicitur* (inquit Hygin. fab. 197.) *quos pisces ad ripam devolverunt, super quod columbæ considerunt, & excalefactum exclusisse Venerem, quæ postea Dea Syria est appellata.* Vide de eius Numine Lucian. fusè. *Ova Lunæ.* *Ex ovo Veneris.* Hygin.

14 Isthæc, quia vel à referentibus tamquam fabulæ habita, haud ægrè tolerantur; at quia delirarunt Prisci, sana Philosophiæ doctrina relicta, converti ad Fabulas; intolerabile prorsùm: etenim humanas fœminas Spagirici faciunt gallinas, ducti vanitate vulgari, ut fœminæ vel in gynæceo loquantur philosophiam, tractantes lanam. Huiusmodi Physici idem dicunt quod Peripatetici; verùm vocibus indicunt differentiam, effucientes ineptis quasi novam philosophiam. Quare quod olim à Medicis & Anatomicis dicuntur *Vasa semen deferentia*, ut videsis apud Andr. Vesalium, 5. de *Fabric. corpor. human.* cap. 15. *Ductus cæci* (Spigelius *lib. 8. cap. 22.*) quasi novum neoterici dicunt *Tubam, proboscidem, & ovarium.* Non est patientia. Audi quid novi afferat Theophil. Bonet in *Sepulchret. Anatom.* lib. 3. sect. 37. observat 4. & ride. *Accipesis* (inquit) *modum, quem quidem nos partim ex lectione, partim proprijs quoque observationibus animo concepimus* (aptiùs, phanthasia sine freno somniavimus) *semen virile non solùm irrigat uteri fundum; sed & pars ipsius spiritosa; sive aura seminalis per* Vas deferens, *sive* Ductum brevem, *ad Ovarium usque penetrat, adeoque ovum cæteris maturius, ac magis dispositum ac porosum virtute sua fœcundat. Intumescit inde velut per modum inflammationis ovum, rubescit, & distenditur tuba, suamque proboscidem ad ovarium, digitis quasi arctius amplectendo, contorquet. Labentibus tribus aut quatuor diebus, ovum illud adeo crescit, ut ovarium suum ad exclusionem stimulet. Ruischius vidit illum Ovarij locum, quo ovum olim sederat, post exclusionem densâ spongiositate, villisque rubicundis obsessum. Hæc per abscessum quasi facta exclusio, sive translatio ovi ex Ovario in Tubam, & hinc in uterum; proculdubio genuina ratio est nauseæ aut vomitus, qui sub initium conceptionis accidere fœmellis consuevit. Porrò verò ubi ovum à proboscide tubæ exceptum est, facilior omninò & innocuus delapsus in uteri cavitatem: quod si fortè tamen in medio tubæ ovum hæreat; non sine matris miseræ exitio contingit.* Aiu mi homo! Eugeppæ de inventione. Satis ineptiarum Verùm gratulemur nobis de immortalitate: etenim si à fœmina contrahitur corruptionis conditio; è muliere nati, non nati de muliere; sed ab ovo. *Totum ludicrum.* Theophil. Bonet. *Utpote insomnium.*

15 Ergo in seria. *Homo natus de muliere.* Sanè uti videmus; sed in signum mysterij altissimi: igitur si homo ex homine genitus, & de fœmina corrupta natus; futurus erat, qui genitus & natus ex sola fœmina virgine. Ubi Vulgatus, Genes. 49. 10. *Non*

Geneſ.49. 10. *auferetur ſceptrum de Iuda, donec veniat qui mittendus eſt*: Hebr. & Maluend. legunt: *Donec veniat ſecunda: donec veniat ſecundina.* Alludit *Secunda* ad fœminam primam. Sicut Adam dicitur primus homo, & Chriſtus noviſsimus Adam; ita Virgo mater Maria dicitur ſecunda fœmina, quippe Eva prima; ſed in eodem ſexu, & hominis partu, diſcreto ſummo novo ſingulari prodigio: etenim ſi prima corrupta ex viro peperit, quos natos habuit; ſecunda intemerata ſine integritatis corruptione virgo paritura, qui mittendus erat: & in plenitudine temporis miſit Deus filium ſuum factum ex ſola muliere. Caſimirus Polonus conferens utramque accinit:

Maria ſingulariter Mater virgo.

S. Caſimir.

Trophæa Virginis puerperæ,
Quæ inflictum maledictum
Miro transfert germine.

In comprobationem promiſsionis, *Ecce virgo concipiet & pariet filium*: Iſai. 7. 14. Sola *fœmina circundabit virum.* Ierem. 31. 22. Vid. n. 8.

Theoph. Raynaud.

Seque, ſuumque ſtupens genitrix virguncula partum,
Nulli marito debitum.

16 Eundem ſenſum habet *Secundina*, in oſtenſionem miraculi. Unde Maluend. hic infit: *Donec veniat ſecundina eius, metonymicè continens pro contento: ideſt, filius eius. Nec ſine myſterio hoc nomine inſignit Vates Chriſtum; quod is ſolus ex ſecundina Virginis, non alio opere viri naſciturus erat: q. d. nihil viri, ſed ſolùm ſecundæ mulieris in hoc partu interceſſere. Donec veniat filius eius, fœtus eius*: Hoc eſt, huiuſce fœminæ. Iccircò ſerpenti dictum, Geneſ. 3. 15. *Inimicitias ponam inter te & mulierem: & ſemen tuum & ſemen illius.* Chriſtus antonomaſticè ſemen dicitur mulieris (non alius homo, quippe ex ſemine viri) quia ex ſola ex fœmina virgine natus. Vid. dict. *Tom.* 5. *T.* 3. *n.* 7. & *T.* 11. *n.* 48. Vel Ethnici neſcientes profe-runt. Ovid. ut alibi dixi, lib. 15. *Metam.* fab. 51. *Prolem ſancta de virgine natum.* Manil. 4. *Aſtron.* cap. 1. v. 202. *Mirum in virgine partus.* Sophocl. in *Electr. v.* 1162. *Præ voluptate mater non mater.* Mater ſcilicèt, quia fœcunda: non mater, quia minimè fœcundata; ſed virgo mater permanſit, quippe non de viro, ſed virtute Sancti Spiritus concepit: unde fœtus filius hominis, de quo *num.* 21. ideſt, filius Virginis, In Vulgato non eſt diſtinctionis nota, ſed in Græco mitat, ut in communi cæteris titulo, ab illis diſtinguatur, vel oppoſitione ſeparetur. Chriſtus enim abſolute non dicitur *filius hominis*, ſed *filius illius hominis*: *Tò Antropus.* Si inquiritur, cuias, vel cuius? Reſpondetur: ſolius Virginis: nempè fœminæ, quæ illum ſine viro concepit. Fœmina homo eſt, uti diximus. *Maſculum & fœminam fecit eos, & vocavit nomen eorum Adam*: Hoc eſt, homo. Sub hoc velamine ambiguitatis, ſed dicit Salvator filium filius Virginis, nec clariùs; quoniam tunc non opportunum patefacere, ſed dumtaxat inſinuare myſterium. Ludicrum arbitror quod cogitat Imperfectus, Homil. 27. in *Matth.* ad illud: *Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta*: voluntarium eſt enim. *Conſidera, non dixit*: Inter natos de mulieribus, *ſed* Inter natos mulierum. *Aliud eſt, eſſe natum mulieris; & aliud eſt, eſſe natum de muliere. Qui mulieris natus eſt, in muliere quidem natus eſt, & initium de muliere habet, & ante mulierem non fuit. Qui autem de muliere natus eſt; neque in muliere natus eſt. Ecce enim Chriſtus de muliere quidem natus eſt: mulieris natus hic, & in muliere natus, qui ante mulierem erat. Ergo qui mulieris natus eſt, de muliere naſcitur: non tamen omnis qui de muliere naſcitur, mulieris natus eſt.* Quorsùm huiuſmodi emboliſmus? Modò affirmat, modò negat, & eſt falſum quod affirmat: ſiquidem de Chriſto, qui ante Virginem, utpotè filio Dei, dicitur: *Quod in ea natum eſt.* Matth. 1. 20. Factus homo ex muliere, & propriè de muliere & mulieris natus eſt, quia ex illa ſola in ſimilitudinem hominum factus.

Chriſtus homo ex ſola matre.

Geneſ. 5. 2

Imperfect.

17 Quia homo ab homine (viro & fœmina) ſunt variæ in Scriptura phraſes, tautologias conficientes, ſuppoſitâ materiâ, ex qua neceſſariò conſtitutæ, ut ſæpè alibi. At quia aliquid in illis & magnum latet, ne lateat lecturos, Scripturæ ſtudioſos; operæ pretium erit, horum arcanorum aperire ſignacula, & exponere tautologias principali affines, ne prætermittantur ob duritiam corticis: ſcilicèt, quid in ſacris litteris denotet *Filius hominis, Filij hominum, Filius patris, Filia matris, Filia fœminarum*, & alia ſimilia: verùm antequàm ſingillatim delicentur; ſciendum eſt, has voces *Filius* & *Filia* metaphoricè ſumi, ſignarique id cui iunguntur, ita ut caſus patrius

Acceptiones variæ vocis Filius.

ſit

sit ex usu linguæ sacræ nominativus. *Filius hominis*, homo: *Filius Olei*, Isai. 5. 1. oleum: *Filius Orientis*, Ierem. 49. 20. Orientalis: *Filij cantorum*, 2. Æsdr. 12. 18. cantores: *Filij Prophetarum*, prophetæ: *Filij excussorum*, in exilium excusi. Aliquando casus patrius, cui iungitur *Filius*, pro adiectivo usurpatur. *Filius iniquitatis*, Psalm. 88. 23. pro *iniquus*. *Filius dilectionis*, Coloss. 1. 3. ideſt, dilectus. *Filij captivitatis*, Daniel. 6. 13. hoc est, captivi. *Filij deliciarum*, Mich. 1. 16. nempè delicioſi. Constat ex Hebr. 1. Reg. 9. 1. *Fortis robore*; legit: *Filius roboris*. Idem, 1. Paralip. 9. 13. *Fortissimi robore*: & lib. 2. cap. 26. 27. *Viri fortissimi*. Interdùm accipitur adiectum voci *Filius*, pro premio, aut pœna, quorum operatio digna, & iure ferenda & inferenda. *Filius mortis*, 1. Reg. 20. 31. 2. Reg. 12. 5. scilicet, dignus morte. *Filius gehennæ*, Matth. 23. 15. *Filius perditionis*, Ioann. 17. 12. *Filij iræ*, Ephes. 2. 3. putà digni ira, perditione, gehenna. Idiotismus observatur in Hebr. & Vulgatus reddit per vocem *dignus*. Deuter. 25. 2. *Sin dignum viderint plagis*: Hebr. *Filius verberum*. Etiam circa idem utitur phrase Vulgat. Luc. 10. 6. *Si fuerit ibi filius pacis*: & Matth. 10. 13. *Si fuerit domus illa digna, pax vestra veniet super eam*. De Filia, infrà à num. 35.

18 *Filius hominis* sumitur à Clement. Alexandrin. 1. *Pædagog.* cap. 5. pro puello, aut puellulo. Isai. 9. 6. *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis*. Frequenter usurpatur eo sensu, quo natus dicitur de muliere: nimirùm, filius corruptionis, & fragilitatis, figmentum ex animato luto; ut homo se cognoscat, & ne tumescat, igitur in se continet monitricem conditionem. Quapropter nonnulli autumant Ezechielem & Danielem filios hominis dictos, ne visionibus miris, ac à Deo revelationibus cœlestibus illustrati superbirent, cùm debilis misera naturæ conditio obijceretur adversus vanitatem. Ita Hieronym. & Theödoret. loc. cit. *Daniel*. Unde conditionem terream signans Assertor N. se filium hominis dicit: de quo num. 21. Stephanus, non filium Dei, uti erat, sed *filium hominis* videre testatur *stantem à dextris Dei*: Act. 7. 56. ut pungeret usque in præcordia audientes perduelliones; ut scirent, etsi rumperentur, stare ita maiestate in gloria cœli, quem in terris iudicarunt tantummodò filium hominis. Ita Maxim. Hom. 1. de *Sanct*. Quare *filius hominis* accipitur hoccine sensu pro infirma imbecilli humanæ naturæ conditione, quasi ad cuncta egregia invalida sine Numinis gratia, absque ullo fulcro & subsistentia.

Quid sit filius hominis?

Ezechiel. 2. 2. & Daniel. 8. 17.

Pro conditione futili, & inconstanti.

19 Hinc si aliquid præclarum ac illustre in homine, cuius virtus per excellentiam præcellat conditionem; non dicitur filius hominis, sed Vir aut homo. De Ioanne dicitur, Ioann. 1. 6. *Fuit homo*: de Ioseph, *Natus est homo*. Arab. & Septuag. *Natus est vir*. Homo & homo natus: homo per humanam conditionem, qua filius hominis: & homo propter insignia excedentia conditionem excellentiæ naturalis. Syr. *Nulla mater Iosepho similem peperit*. Virtus ultra præclara quæ inveniuntur in homine. Unde qui ita præstant, dicuntur cecidisse de cœlo, vel à Deo missos, uti de Ioanne d. *Fuit homo missus à Deo*.

Eccli. 49. 17.

Hectorque qui Deus videbatur inter viros, neque
Videbatur viri mortalis filius, sed Dei.

Homer.

Ait Homer. 24. *Iliad.* v. 257. Sophocl. in *Trachin.* v. 700. *Neque illum* (Herculem) *mortalis natura hominem peperit*. Theöcrit. *Edyl.* 13. v. 14. *Verè vir*, Lucret. d. lib. 5. v. 1353. *Genus omne virile*. Virgil. 1. *Æneid.* v. 331.

——— *Haud tibi vultus*
Mortalis, nec vox hominem sonat.

Virgil.

Apparet contextu cur Ioseph natus est homo. *Princeps* natus est *fratrum*, *firmamentum gentis*, *rector fratrum*, *stabilimentum populi*. Princeps fratrum, ut esset primus, qui natus posterior. Pingit vel fictione Plin. *lib.* 7. *cap.* 2. *Gigni quosdam* (ait) *glauca oculorum acie, à pueritia statim canos, qui noctu, plusquàm interdiù cernant*. Omnes filij hominum nati, sed non omnes filij hominum homines. Sunt primò infantes, pueri, iuvenes, in quibus imperfecta ratio, præut ætati constitutio: sed Ioseph natus est homo. Non rexit ætas, sed morum probitas.

Ad regimen non omnes filij hominū homines. Plin.

Nascuntur autem & iuvenibus inter viros cani,
Etiam præter ætatis iustum tempus.

Pindar.

Dicit Pindarus, in *Olymp.* Od. 4. v. 42. *Non est positum bonum vitæ in spatio eius, sed in usu*: infit Stoic. *Epist.* 49. Vixit in Iosepho præstantissima ratio vel à principio: ad regiminis namque formam, non habuit iudicium ullam infantiam. Periculosa in

Senec.

principatus moderationem parvuli ætas. *Eccl.* 10. 16. At ut Ioſephi in tota Ægypto floreret dotibus dominatio, in ſtuporem hominum natus eſt homo. Factus eſt homo, ut præſit. Aliò intentus Claudian. de 4. *Honorij Conſulat.* v. 153.

Claudian. —*Vitam contulit idem*
Imperiumque dies: inter cunabula Conſul.

Natus ergo Ioſeph homo, quippe in ætate ſupra ætatem ratio.

20 Haud extra chorum huiuſmodi expoſitiones à nobis cogitatæ; ſed quia extra litteram, vel ultrà, non genuinæ. Huiuſmodi ſtylus frequens in linguis Orientalibus, amplificationis ſententiæ propoſito, diverſis vocibus æquivalentibus; quæ figura inter Latinos dicitur *Hendiadys*, cùm unum idemque dividitur in duo. Thren. 5. 11. *Mulieres in Sion humiliaverunt, & virgines in civitatibus Iuda.* Geneſ. 49. 7. *Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum quia dura: dividam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſraël.* Apud Profanos obvium ſchema. Virgil. 3. *Æneid.* v. 444. *Foliiſque notas & nomina mandat.* Senec. in *Thebaid.* v. 656. *Regis & Magni.* Horat. 1. *Epiſt.* 14. v. 8. *Mens animuſque fert.* Etiam Dracont. de Oper. ſex dier. v. 3. *Lux noctis limes & umbris.* His ſacris profaniſque teſtimonijs, quibus unum diſcretà voce in duo dividitur; patet hominem & filium hominis pro eodem uſurpari: elucetque Pſalm. 8. 5. ubi: *Quid eſt homo, quòd memor es eius; aut filius hominis, quoniam reputas eum?* Numer. 23. 19. *Non eſt Deus quaſi homo; nec ut filius hominis, ut mutetur.* Hinc quam vocat David *Reginam*, poſt dicit *Filiam Regis*: Pſalm. 44. 10. 14. Iungit quoque Crucius hìc.

Hendiadys.

Cruc. *At Regina tibi vinclo ſociata ingali*
Dextera erit, flavos auri diademate crines.
En formoſa tamen procedit filia Regis.

21 Aliter acceptio huiuſce periodi, ubi de Chriſto fit ſermo. Filium hominis ſe dicit, & ſæpe: ſemel à Stephano, ut vidimus, n. 18. Aſſertorem N. ſic vocatum arbitratur Lorin. in *Pſalm.* 81. 6. non quia ex Adamo fuerit; ſed quia innocens, ut ille quando formatus eſt, licèt infinitè perfectior, ac ſolus mereatur dici filius talis hominis: ideſt, quales naſcerentur, ni ille peccaret. Nazianzen. Orat. 4. *Theölog.* aſtruit filium hominis dici, quaſi filius Adami; ut oſtenderet, patrem hominem non habere, ſed per Virginem ex Adamo genus trahere: uti diximus, *n.* 8. & 15. Verus homo, quia Verbum caro factum; & caro ex Adamo per matrem: *Alioquin nec filius hominis diceretur, qui originem non haberet ex homine.* Beda, d. Hinc *Filius hominis*, ut licèt filius Dei, crederetur verus homo, formam ſervi qui acceperat in ſimilitudinem hominum factus: quod quidem haud facilè credebatur, tametſi habitu inventus ut homo; cùm multi pòſt eius corpus phantaſticum dixerint, in quos Auguſtin. *Hæreſ.* 11. Irenæus, *lib.* 1. cap. 5. & Alphoſ. à Caſtro lib. 4. *Adverſ. hæreſ.* v. *Chriſtus.* Hæc enim ſingulari appellatione Chriſtus intendit diſtinguere naturam humanam à divina, quam etiam habebat; ut rectè cogitat Auguſtin. *Tract.* 25. *in Ioann.* Incarnationem itaque inſinuat, uti ſummum miraculum, cæterorum originem: quod claret, dum interrogavit diſcipulos, *Quem dicunt homines eſſe filium hominis?* Matth. 16. 13. *Certè filium hominis* (ait Hilar. in *Matth.* Canon. 16.) *contemplatio corporis præferebat: ſed addendo, Quem me eſſe dicunt; ſignificavit, præter id quod in ſe videbatur, eſſe aliud ſentiendum. Maieſtas divinitatis occultæ etiam in humana facie relucebat:* inſit Hieronym. in *Matth.* 9. *Unus enim erat & idem, Dominus gloriæ; quia naturà & veritate filius hominis: ideſt, homo factus eſt:* ſubdit Damaſcen. lib. 3. de *Fid. orthodox.* cap. 3. *Filius hominis* non erat nomen proprium Chriſti: tantùm erat ſignum portenti dignationis, charitatis, & gratiæ; eò quòd filius Dei unigenitus pro hominibus dignatus eſt fieri hominis filius. Hac enim ſummà erga nos gratiâ illum fratrem habemus. *Matth.* 28. 10. Ioann. 20. 17. *Propter quam cauſam non confunditur fratres eos vocare.* Hebr. 2. 11. Sic ergo primogenitus in multis fratribus: quam quidem prærogativam, etſi nobilioris conditionis, non habet Angelus: etenim filij ſanè Dei, ſed non eo iure quo nos: igitur homines cognationem & ſimilitudinem habemus cum naturali filio Dei; qui Angelos non apprehendit, ſed ſemen Abrahæ.

Cur Chriſtus dicitur filius hominis?

Beda.

Hilar.

Hieronym

Damaſcen. *Quanta bona in Incarnatione filij Dei.*

22 Altiora rimor in præſenti arcano. Dicitur itaque Chriſtus filius hominis, ut ſignanter demonſtret non ſolùm dignationem ſuam; ſed patris eximium amorem: qui quidem cùm mittere poſſet filium hominem in hunc mundum, decrevit mittere in ſimilitudinem carnis peccati. Haud filium ſtatuit hominem, uti formavit Adamum; ſed

factum

actum ex muliere, ex qua sumpsit carnem ex Adamo peccatricem. *Rom.* 8. 3. Unde cùm ex huiusmodi conditione, quia mortalis, istius carnis socia mors; sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret in crucis mortem. Erat enim filius hominis, & filius Dei: & dum passioni exponitur, filius hominis vocatur; quia solùm pati quibat secundum humanitatem, quam ex Adamo mortali sumpserat carne per Virginem. Modò intelligitur difficile testimonium, Ioann. 3. 13. *Nemo* (dixit Nicodemo Christus, in cruce exaltandus) *ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Filius hominis, qui est in cœlo*: *& sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto; ita exaltari oportet filium hominis.* Perpende: *Filius hominis, qui est in cælo.* Quomodò in cœlo, si de cœlo descendit? Imò si est in cœlo, videtur non descendisse. Claret huiusmodi hyperbato mysterium incarnationis vivacitate antithesis. Dum filius hominis dicitur filius Dei, non solùm includit filium Dei factum hominem (quod fieri poterat in cœlo creatione humanitatis, à Verbo terminandæ) sed ita hominem factum, ut esset filius hominis ex homine primo per Virginem matrem. Ideo dicitur *Descendit*, quia mater, cuius filius, in terra erat: at quia exaltandus erat in ligno; ut pateret filius esse Dei, dum Nicodemo videbatur solus homo, addit: *Filius hominis, qui est in cœlo.* Non enim deseruit sinum Patris, dum factus est *filius hominis*: etenim ita descendit de cœlo filius hominis, ut tamen esset in cœlo: quod quidem nulli, nisi Deo congruit. Doctor Gentium emphaticè subtili comparatione mysterium demonstrat. *Factus est* (inquit) *primus homo Adam in animam viventem: novissimus Adam in spiritum vivificantem.* Ut ad unguem responderet apodosis, seu collatio in utraque periodo, uti primo respondet novissimus; ita dicere congruebat: *Primus homo Adam, novissimus homo Adam*: vel *Primus homo, & novissimus homo.* Cur igitur de Christo tantùm dicit *Adam*, ac de primo homine *homo Adam*? Clárius: Quare de Christo dumtaxàt dicit *Homo*; & de Adamo *Homo homo*, dum hominem sonat *Adam*? In rem profectò & articulum incarnationis. Adam homo & homo, quia purus homo, & nil aliud nisi homo. Christus non purus homo, sed homo-Deus: qua de causa non dicitur *homo-homo*, sed *Theandros*: igitur filius Dei, & filius hominis. Filius Dei ex substantia Patris ante sæcula genitus: filius hominis ex substantia matris in sæculo natus. Astipulatur auctoritas Vatis Regis, huiusmodi prodigium prophetantis. *Numquid Sion* (dativus est, unde Hebr. & Genebrard. *Sioni*) *dicet, homo & homo natus est in ea*? Nullo modo. Sion Synagoga est. Illi, cùm venerit qui mittendus, Christus haud annunciabitur *Homo & homo*; sed homo-Deus, homo & Dei filius, quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Ad rem Arabic. *O mater hominis! Homo natus est in ipsa.*

Non solùm sumpsit carnem sed mortalem. Ioan. 3. 13.

Hyperbaton & Antithesis.

1. Cor. 15. 45.

Christus homo-Deus.

Psalm. 86. 5.

23 Quia etiam Christus filius Dei, dicitur *Filius Patris*: siccineque exponit Galatinus, lib. 2. *Arcanor.* cap. 5. illud Salomonis: *Ego filius fui patris mei.* Huiusmodi phrasis demonstrat consubstantialitatem filij & Patris; de quo latè egimus. *Tom.* 5. *T.* 3. *à n.* 67. Filius Patris, æqualis, similis genitori; quippe generatio substantialis in similitudinem naturæ. Audiendus singularis enthusiasmus Valerij Maximi, lib. 1. cap. 7. n. 2. in blandimen Iulij Cæsaris, & Octaviani Augusti, iam in album Numinum reladorum. *Non est operæ, inter patrem & filium ullius rei comparationem fieri, præsertim divinitatis fastigio coniunctos.* Aptiùs & verè caderet, si de Patre cœlesti, filioque dixisset: etenim hic, vel cùm esset filius hominis, protulit: *Ego & Pater unum sumus.* Ioann. 10. 30. Diversis respectibus Deus gaudet nomine patris. *Dicitur enim Deus alicuius creaturæ pater* (inquit Doctor Angel. 1. *p. q.* 33. *art.* 3.) *propter similitudinem vestigij tantùm, utpotè irrationalium creaturarum; secundum illud Iob* 38. 28. *Quis est pluviæ pater? vel quis genuit stillas roris? Alicuius verò creaturæ, scilicèt rationalis, secundum similitudinem imaginis: secundum illud Deuteronom.* 32. 6. *Nonne est ipse pater tuus, qui possedit, & fecit & creavit te? Aliquorum verò est pater secundum similitudinem gratiæ; qui etiam dicuntur filij adoptivi, secundum quod ordinantur ad hæreditatem æternæ gloriæ, per munus gratiæ acceptum; secundum illud Rom.* 8. 16. *Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quòd sumus filij Dei. Si autem filij & hæredes. Aliquorum verò secundum similitudinem gloriæ, prout iam gloriæ hæreditatem possident; secundum illud Rom.* 5. 2. *Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.* Ita igitur Deus pater respectu creaturarum: respectu verò filij propriè, quia filius Dei naturaliter habet quoddam singulare præ alijs, scilicet habere per naturam id quod accipit. In creatura filiatio invenitur respectu Dei, non secundum perfectam rationem, cùm

Prov. 4. 3. *Cur dicitur filius patris?*

Val. Max.

D. Thom. *Quot modis Deus dicitur pater creaturarũ?*

non sit una natura Creatoris & creaturæ. Quapropter Christus (filius hominis) propriè filius est Patris, quia ille & Pater in natura divina unum profectò sunt, eiusdem substantiæ & essentiæ.

24 Secùs accipiendum, dum dicitur filius Patris de homine: siquidem etsi explicetur substantialitas, non est numerica. Homer. 4. *Odyss.* v. 387. *Meum patrem esse, meque genuisse.* Sophocl. in *Aiac.* à v. 1164. *O fili! Accede huc: tange patrem, qui te genuit.* Plaut. in *Rudent.* Act. 4. scen. 4. v. 129. *Ego is sum, qui te genui, pater.* Iovian. Pontan. 2. *Uran.* v. 807. *Expediam tibi nate, nate patris.* Marc. Senec. *Controvers.* 9. infit: *Quare patrem non relinquam, qui me genuit?* Per epitasim enim exprimitur quod expressione supponitur ob amplificationem dilectionis, vel ut mulceatur filius in imitationem virtutis: haud ratione entitatis, quippequàm si filius, profectò patris sui. Dum dicit Salomon: *filius fui patris mei*, ne sonaret tautologiam, nonnulli aliquid subintelligunt: q. d. primogenitus, dilectus. Chald. *Ego patris obediens.* Unde heniochio, cui nihil tribuitur, unum è duobus adiectivis erga matrem (scilicet, *Tenellus & unigenitus coram matre mea*) applicant: ita ut sensus sit: *Ego filius fui patris mei tenellus, & unigenitus coram matre mea.* Deviant ergo à veritate (de quo videsis Maluend.) absolutè dicit Salomon: *Ego filius fui patris mei.* Nil aliud hìc intelligo nisi eius similitudinem cum patre secundum habitudinem corporis, vel animi virtutis. Corporis, ut illud Iudic. 8. 18. *Quales fuerunt viri, quos occidistis? Qui responderunt: Similes tui. Quibus ille: Fratres mei fuerunt filij matris meæ.* Vigilanter in expresionem similitudinis, Hebr. *Secundum te, secundum eos.* Idem Cantic. 5. 9. *Qualis est dilectus tuus*: Senec. in *Troäd.* à v. 460.

Proverb. supr.

Filius patris dicitur similitudine vultus cum patre.

O nate, magni certa proles patris,
Nimiumque patri similis!
Hos vultus meus habebat Hector,
Talis incessu fuit, habitusque talis.
Sic tulit fortes manu, sic celsus humeris,
Fronte sic torva minax, &c. *O nate!*

Senec.

Æmulatus est Virgilium 3. *Æneid.* v. 490. cùm hìc decerpsisset ex Homer. 4. *Odyss.* v. 148. ubi ipsa Andromacha, viso Ascanio, inquit:

O mihi sola mei super Astyanactis imago!
Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat.

Virgil.

Thetis ut filius simularetur habitu, gestuque virginis, ita imponit Achillem apud Statium, lib. 1. v. 338.

— Iterùmque monet, rursùmque fatigat
Blanda Thetis: sic ergo gradus, sic ora manusque
Nate feres, comitesque modis imitabere fictis.

Stat.

Etiam morum imitatione.

25 Etiam exponitur periodus quoad imitationem patris erga mores: tuncque *filius* dicitur patris uti imago, vel speculum in quo pater videtur, quia facit utraque unum. Ita illud Christi, Matth. 5. 45. *Ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Epiphan. *Similes estote patri vestro.* Alapid. *Ut sitis reipsà filij Dei per imitationem.* Hinc illud. *Audi patrem tuum, qui genuit te*; ut per morum imitationem, constet genitum à tali patre. Virgil. d. lib. 2. v. 560. *Genitoris imago.* Homer. d. v. 141. *Ulyssi filius similis.* Ovid. 2. *Metam.* fab. 1. & 1. de *Art.* v. 190.

Matth. 5. 45.

Prov. 23. 22.

— Nec tu meus esse negari
Dignus es. In cunis iam Iove dignus erat.

Senec. in *Thyest.* v. 40. & in *Agamemn.* v. 34.

Natum parens, natusque patrem.
Me patrem dignum.

Senec.

Filij exprimunt conditionem radicis: in illis enim quasi libris vitalibus scribuntur

Fortia facta patrum, series longissima rerum
Per tot ducta viros, antiquæ ab origine gentis.

Virgil.

Succinit Virgil. d. lib. 1. v. 645. Hac de causa à Ioänne dicuntur Iudæi: *Genimina viperarum.* Luc. 3. 7. quia venenati filij de venenatis parentibus nati sunt. Sic qui degener, dicitur *Semen mendax, filij scelerati.* Isai. 57. 4. quia rami inutiles, etsi radix sancta: sicut qui virtutem æmulatur *Semen verum.* Ierem. 2. 21. Elucet quo sensu dicatur: *Ego filius fui patris mei*, sequens ad unguem eius monita, imbutus salutari disciplinà; quo intuitu addit: *Et docebat me.* Haud alienus à profanis huiusmodi

di ſtylus & ſenſus. Sophocl. in *Trachin.* v. 1085. inquit: *O fili, ſis mihi filius verus natus.* Virgil. ubi dudùm, v. 668. *Nate, meæ vires: nate patris.*

26 Magis addicti litteræ uſuique idiomatis orientalis, ſacræque Scripturæ dicemus, ſi acceptio *filij* conſideretur latè patere, nomenque patris extendi ad prædeceſſores. Unde cùm dicit Salomon: *Ego filius fui patris mei*, intelligendum eſt propriè; ideſt, immediatè genitus. Dicitur filius qui ab eadem ſtirpe provenit, uti omnes dicimur Filij Adam, Chriſtuſque hàc de cauſa dicitur filius David: haud quia præfati immediatè genuerunt, ſed quia per quos immediatè filij. Pſalm. 77. 6. & Virgil. 3. *Æneid.* v. 98. *Pro immediatè genito*

Et nati natorum & qui naſcentur ex illis.

Siccine intelligitur: *Ioram genuit Oziam*; qui non filius, ſed abnepos: longiùſque Luc. 1. 5. Eliſabeth *de filiabus Aäron.* His aliquæ ſolvuntur antilogiæ. Numer. 26. 59. Iochabed, mater Moyſis, uxor Amram (Levi nepos) dicitur filia Levi. *Amram habuit uxorem Iochabed, filiam Levi*: quaſi Amrami amita fuiſſet uxor, eius quod quidem multos fefellit, ut iurè notat Perer. in *Exod.* 2. diſput. 1. à n. 4. igitur non fuit amita, ſed patruelis Amram, uti dicitur Exod. 6. 20. *Accepit autem Amram uxorem Iochabed patruelem ſuam.* Sumpta fuit præpoſtera cogitatio, ex eo quòd Iochabed, quia dicitur filia Levi, iudicatur immediatè filia; quod falſum eſt: alioquin, cùm uterque mediatè filij Levi, poterant dici fratres, moreque gentis ita cognati vocabantur, uti videbimus, *num.* 45. & 46. Similiter Athalia dicitur filia Achab, 2. *Paralip.* 21. 6. quæ filia Amri: *cap.* 22. 2. & 4. *Reg.* 8. 26. & licèt Hieronym. in *Tradition.* filiationem attribuat imitationi morum, ſicut cap. 24. 7. dicitur: *Athalia impiiſſima & filij eius* (cùm nullum habuerit præter Ochoziam) *deſtruxerunt domum Dei* (ſubintelligendo per tò *filij eius*, ſacerdotes Baäl, qui filij non nativitate, ſed imitatione) iuxta expoſita, dicendum Athaliam filiam fuiſſe Achab, filij Amri, quia illius erat neptis, genita ab illo quem genuit Amri, iuxta morem vocandi patres omnes progenitores. Haud ſecus Iehu dicitur filius Namſi, *cap.* 22. 7. cùm fuerit *filius Ioſaphat, filij Namſi.* 4. Reg. 9. 2. Vid. Sanctium hìc. Clariùs elucet, dum Sara dicitur ſoror Abraham, filij Thare: haud quia Thare pater Saræ, ſed quia pater Aram, qui Saræ pater. Ita Haye & Leonard. Marius, ſequentes Ioſephum, 1. *Antiq.* cap. 8. Vid. *numer.* 46. Virgil. Matth. 1. 8. Numer. 26. 59. 2 Paralip. 21. 6.

27 Denique *filius* dicitur patris, ut diſcernatur à genero, filiæ & ſororis marito; qui filius dicitur, & tamen non eſt à patre. Patet, 1. *Reg.* 24. 17. ubi David à ſocero vocatur filius: *Fili mi David.* Aſtruit Petavius & probat 2. p. *Rationar. tempor.* lib. 3. cap. 5. concilians illud Ieremiæ 27. 7. *Servient ei* (Nabuchodonoſor) *& filio eius, & filio filij eius*: quod quidem nequit eſſe niſi in præfata acceptione; quippe Evilmerodac non habuit filium ſucceſſorem in regno, ſed Neriglisſarum, ſororis maritum, à quo Evilmerodac confoſſus. Unde ſubdit: *Filij nomen pro genero ſumi poteſt.* De hac acceptione latè egi, *Tom. præcedent. T. 2. à num.* 11. uti neceſſarium ad conciliationem Matthæi & Lucæ in geneálogia Mariæ & Ioſeph, quod curiosè videris. *Gener dicitur filius.* Ierem. 27. 7.

28 Metaphoricè patres dicuntur magiſtri & pædagogi, filijque qui amplectuntur inſtituta diſciplinæ. *Per Evangelium ego vos genui*: dixit Corinthijs Doctor Gentium, *Epiſt.* 1. cap. 4. 15. Aſtruit Pagnin. *Iſagog.* lib. 3. cap. 24. *Naturà tu illi pater es, conſilijs ego.* Terent. *Adelph.* Act. 1. ſcen. 2. v. 46. Theocrit. *Edyl.* 13. v. 8. *Ipſum omnia docuit pater, tamquàm charum filium.* Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 12. v. 67. *Filia tu ſpecimen cenſuræ nata paternæ.* Thyeſtes apud Senec. in Agamemn. v. 31. *Cœpi nefas, ut per omnes liberos irem parens.* Filius enim quilibet dicitur, cuius mores imitatur. Zachæus dicitur *filius Abrahæ*, Luc. 19. 9. Homo interior formatus vel reformatus moribus ſanctis ac fide, virtutumque perfectione, filius eſt Abrahæ; ſicut qui deviat ab inſtituto filius eſt alienus, quia caro non prodeſt quicquam. *Non enim omnes qui ex Iſraël, ij ſunt Iſraëlitæ: neque qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij*: Rom. 9. 7. Unde Chriſtus: *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.* Ioann. 8. 39. Patriarchæ, quorum filij claudicaverunt in ſemitis ſuis, *filios alienos genuerunt*: Oſeë 5. 7. *Filij Heli, filij Belial.* 1. Reg. 2. 12. & Iudæi ex patre diabolo erant, quia opera diabolica perpetrabant: per ea enim non filij Abrahæ, ſed ex gentibus improbiſsimis videbantur prognati. Iccircò per Ezechielem Dominus: *Radix tua & generatio tua de terra Chanaän: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.* Non per ſanguinem, ſed per mores contracta cognatio; uti exponit Rab. David. *Aſsimilaris moribus* (inquit) *Chananæis, ac* *Pater pro pædagogo & magiſtro* *Eius filius quilibet dicitur, cuius mores imitatur.* Ezech. 16. 3.

ſi

Daniel. 13 56. *ſi ab illis originem duceres : æmularis Amorrhæum & Cethæum , ac ſi tui eſſent parentes.* Daniel ad iudicem ptavum in cauſa innocentis Suſannæ : *Semen Chanaan & non Iuda.* Hoc enim ſtylo exprobrata pravitas Iſraëlitarum , ut patet Oſeë 12. 7. ubi de Principibus Ephraim dicit : *Chanaan , in manu eius ſtatera doloſa : calumniam dilexit.* Ad rem Euripid. de Helena, in *Troadib.* à v. 761.

Oſee, 12. 7

Euripid.

O Tyndarea planta ! Numquàm eras Iovis filia:
Dico enim te natam eſſe ex multis patribus:
Primùm quidem ex malo genio : deinde ex livore,
Ex cæde & morte , & alijs quæcumque tellus alit mala:
Non auſim dicere te Iovem produxiſſe,
Peſtem multis barbaris & Græcis.

Haud origo niſi corporis à carne : origo rationalis à recta moribus inſtitutione : ſicut hominum genus homines , ita animarum genus virtutes ſunt. Time Deum , ſerva mandata : hoc eſt omnis homo : aliàs non homo , ſed dumtaxàt *filius hominis.*

Quid ſit filij hominum?

29 Non idem ſenſus eiuſdem phraſis in ſacra pagina , ſi in plurali numero expreſſa; quippe magnum diſcrimen in ſignificatione *Filius hominis* , & *Filij hominum* , ut ex dictis & dicendis conſtabit. Inter Expoſitores , ni ſinguli dicant quid novi , videtur nihil dixiſſe : placita referam , deindeque dicam , quid iuxta Scripturam placeàt. *Filij hominum* pro plebeijs. Delr. in *Adag.* 890. & Iſaäc. Grangæus in *Satyr.* 4. Iuvenal. v. 198.

Maluend. Genebr.

Econtrà *filij viri* , pro nobilibus. *Nobiles , clari , celebres , inſignes , ſummi , virtutis & dignitatis commendati , magnates & patritij* : ait Maluend. in *Pſalm.* 48. 3. hìc & etiam *Pſalm.* 61. 10. eam ſignificationem amplectitur Genebrard. *Filij hominum , clariſſimi : filij potentum* : ſicut econtrà Pſalm. 71. v. 13. *Filios pauperum.* Auguſtin. 15. *Civ.* cap. 22. filios hominum intelligit per naturalem conſtitutionem : Theödoretus in *Pſalm.* 48. etiam deſignat humanitatem: quos ſequitur Rhodigin. *lib.* 20. *cap.* 20. Sophocl. in *Aiac.* v. 754. *Qui hominis naturà natus.* Ergo filij hominum homines , quia carnales ; ſicut econtrà filij Dei , qui ſpiritualia ſecuti. Breviùs : filij hominum filij Cain, filij Dei qui filij Seth. Genebr. *Chronolog.* ann. 1056. Ar. Montan. *Apparat.* B. R. in *Ioſeph* : per filios hominum intelligit filios Adam : ideſt mortales ; quo ſigno interdùm notantur homines. Iacob. 5. 17. *Elias homo erat , ſimilis nobis paſsibilis.* Homo , ideſt, mortalis. Act. 14. 14. *Et nos mortales ſumus ſimiles vobis homines* : de quo egimus, *Tom.* 1. *T.* 5. *n.* 17. Theocrit. *Edyl.* 1. v. 43. *Nos mortales ſumus.* Sophocl. in *Antigon.* v. 833. *Nos mortales & mortalibus genitæ.* Contrà Dij dicuntur *Immortales*, ob differentiam hominis & Numinis : de quo Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 6. n. 7. *Quid attinet* (inſit) *aut humano dolori indulgeri , aut divino Numini invidiam fieri; quòd immortalitatem ſuam nobiſcum partiri noluerit ?* Sortem cognovit Anacreön *Carmin.* 23. & 24.

Quid filij Dei?

Valer. Maxim.

Quid conquerar ? Quid autem
Lamenta vana fundam?
Si namque certa morti
Me fata deſtinarunt.
Mortalis editus ſum,
Vitæ ad viam terendam.

Anacr.

30 Alij *filij hominum* ſumunt pro imbecillitate conditionis , & inſtabilitatis , prænati mulieris (de quo principalis Tautologia) ſeu pro phantaſtica vanitate , & futili ad potentiam oſtentatione : unde David , Pſalm. 145. 3. *Nolite confidere in principibus : in filijs hominum in quibus non eſt ſalus.* Nervosè Maluend. in tò *Vani filij hominum , mendaces filij hominum in ſtateris* ; Pſalm. præfat. *Tantummodò vanitas ſunt nati plebeio homine : mendaces ſunt nati præſtanti viro. Lancibus illi ſimul impoſiti , aſcenſuri eſſent ſupra vanitatem.* Plaut. in *Pœnul.* Act. 3. Scen. 6. v. 16.

Futilis ac volubilis Principum gratia!

Plaut.

Ita ſunt iſti noſtri divites.
Si quid benefacias , levior plumà eſt gratia:
Si quid peccatum eſt , plumbeas iras gerunt.

Plin.

Quod enim tam infidum mare (inquit Plin. *Panegyr. Traian.*) *quàm blanditiæ Principum illorum , quibus tanta levitas , tanta fraus ; ut facilius eſſet iratos , quàm propitios habere ?* Non ſunt Numina , ut extollebant Ethnici , è quibus didicerunt vel imbuti fide , uti dicitur , *Actor.* 12. 22. quapropter vel in gratijs illorum latet inſidiosè fraus ; ut ſciant gentes quoniam homines ſunt. *Præſens fortunæ mutatio exemplum ante oculos*

po-

ponit (inſit Plutarch. in *Paul. Æmil.*) *communis imbecillitatis humanæ, & nihil durabile nec firmum eſſe docet. Quod enim tempus confidenai hominibus eſſe poteſt, cùm etiam eo tempore quo floret dominatio, fortuna maximè formidanda, quæ lætis rebus immiſcet calamitatem? Propterea dixit: Humanarum rerum numquam ſibi pertimuiſſe, ſed divinarum.* Hinc Ribera in *Sophon.* 1. num. 65. intelligit Hebraiſmum pro ſuperlativo ad quod dialectus applicatur, quod in alia materia obvium in ſacra pagina. *Viri divitiarum.* Pſalm. 75. 6. Ideſt, ditiſsimi. *Viri ſanguinum & doloſi* 54. 22. & 138. 19. *Virum dolorum.* Iſai. 53. 3. Haud ſecùs accipiendum in præſentiarùm arbitratur *Filij hominum. Vani filij hominum*: putà, vaniſsimi. *Mendaces filij hominum*: nempè fallaciſsimi. *Filij hominum gravi corde*: ſcilicet, valdè indomiti & propenſi in futilia. *Filij inſipientes*, Ierem. 4. 22. mimirùm, ſtultiſsimi. Sic alia. Terent. in *Adelph.* Act. 2. Scen. 2. v. 10. *Hominum homo ſtultiſsimus.*

Plutarch.

Caſus patrius p o ſuperlativo nominativi.

31 Hæc teſtimonijs ornavi, & ſolummodò noviſsima expoſitio litteralis eſt, ſed non genuina, quamvis ingenioſa. Vox *Filius* in Script. ſicut aliæ, ut *Anima, nomen, vir, via*, de quo egimus, *Tom. 5. T. 3. n. 59.* ſignificat id cui iungitur non pro ſuperlativo, ſed pro ſubſtantivo, poſitivove, ut anima pro cuius eſt anima. Quare *filij hominum*, idem eſt, ac homines. *Filij veſtri*, Luc. 11. 19. ideſt, Vos. *Filij huius ſæculi*, ibid. 16. 8. hoc eſt, ſæculares. *Filij pauperum*, Pſalm. 71. 13. ſcilicet, pauperes. *Filius peccati*, 2. Theſſal. 2. 3. peccator. Conſule Doctiſſ. Sanctium, in *Ierem.* 2. n. 92. Idem ſtylus inter Græcos. Uſquequaquè apud Homer. invenitur *Filij Achivorum*, pro Achivis. 1. *Iliad.* v. 161. 2. v. 72. 4. v. 239. 12. v. 56. Quint. Calaber iterat, lib. 4. *Paralip.* v. 80. & 7. v. 147. Euripides in *Oreſt.* v. 743. *Filij Argivorum*: & in *Hecub.* v. 930. *Filij Græcorum.* Non nobis clam, quod intelligentes rationis uſu dicantur homines. Iccircò pro *Cogitationes hominum* (Pſalm. 93. 11.) legit Paulus, 1. Cor. 3. 20. *Cogitationes ſapientum.* Qui homines rationis nec habent ſpecimen: aut uſum; nec homines, ſed bipedes. Sophocl. in *Ajac.* v. 754. *Hominis natura natus, non ſecundum hominem ſapit.* Martial. 3. *Epigr.* 24. *Agreſti, rudique viro.* Sic naturæ vulnere non homo, qui filius hominis. Quid per animæ vulnera, continuata flagitia? *Veluti in ſolitudine errarem* (ait Barclaius in *Euphorm.*) *in quot incurrebam homines, in tot ſimulacra incidiſſe fingebam.* Sophocl. d. *Nil aliud eſſe, præter ſimulacra.* Apuleius, 10. *Metam.* vocat iudices illeges, & rabulas, *Forenſia pecora*, qua de cauſa Cynicus meridiè accensà lucerna Athenis quærebat hominem. Laërt. *lib. 6.* de Vit. *Philoſophor.* Ierem. 4. 25. dicitur: *Intuitus ſum, & non erat homo.* Cauſam ſignat Stoic. *Epiſt.* 124. *Hominis bonum non eſt in homine, niſi cùm in illo ratio perfecta eſt.* Expreſsit Stilpo, apud Laërt. d. *lib. 2. Fertur Athenis* (inquit) *hominum ita in ſe ſtudia vertiſſe, ut ex officinis ad eum confluerent viſendum: ubi cùm quidam diceret: Admirantur te Stilpo, veluti belluam: minimè, inquit, ſed velut hominem verum.* Ratio hominem format: quare Iſai. 45. 10. de prævaricatore dicitur: *Væ qui dicit patri, quid generas? & mulieri, quid parturis? Filij inſipientes ſunt & væcordes.* Ierem. 4. 22. Statuæ non manufactæ, ut ait Hugo Eterian. cap. 2. de *Regreſſ. animar.* Peccator enim dumtaxat in imagine pertranſit, ut homo pictus, cuius etiam imago ad nihilum redigetur, morà factà, quouſque fodiatur peccatori foveà. Non enim reformatur ad imaginem legis, ſed remanet in ſimilitudine vanitatis, ut dicit Philo, libell. de *Abrah.* Homo iniuſtus non eſt homo, uti videbimus in *Didaſcal.* Homo cùm in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. *Conſideremus* (ait Ambroſ. in *Luc.* lib. 9.) *qui fuerint illi, qui errore detecto, de paradiſo electi, in caſtellum ſint religati: & vides quemadmodùm mors expulerat, vita revocaverit. Quia in duobus hominibus uterque fuerat ſexus expulſus, in duobus animalibus ſexus uterque revocatur.*

Barcl.

Senec.

Diog. Laert.

Pro ſubſtantivo.

Homo ſtupidus bipes non homo.

In peccatore nec imago.

Ambroſ.

32 Econtrà qui homines iuxta cor Dei, ut diximus, filij eius dicuntur. *Huius cauſam eſſe* (ait Delr. *Ad ag.* 126. Tom. 1.) *quia mente renovati, mundo calcato, terrenis deſpectis, ad vitam tranſeuntes, in cœlis iam converſantur.* Hinc Iſai. 63. 8. *Populus meus filij non negantes*: rectè viventes, filij Excelſi omnes. De utriſque dicit Dominus, Ierem. 31. 27. *Seminabo domum Iſraël & domum Iuda ſemine hominum & ſemine iumentorum*: quo intelligitur illud Eccleſiaſtæ: *Unus interitus eſt hominis & iumentorum, & æqua utriuſque conditio.* Nomine iumenti ſignatur homo inſipiens: unde cap. 6. 8. ſubdit: *Quid habet amplius ſapiens à ſtulto?* Haud aliud niſi uti ratione homini inditâ, & ſine qua homines non homines, ſed iumenta. *Inſanient cultores eius'*

Delr.

Unde filij hominum filii Dei, & unde iumenta?

Eccle. 3. 19

& relinquentur homines pauci. Iſai. 24. 6. Unde rationalis natura; prævalente inſania Inter homines homines pauci, quippe pauci uſi ratione. Dicit Salomon: *Cùm ſurrexerint impij, abſcondentur homines: cùm illi perierint, multiplicabuntur iuſti.* Prov. 28. 28. Impij non homines, quoniam ſepulta rationalitas, ubi dominatur iniquitas. Ibi homo, quò ratio. Hæc eſt generatio quærentium Dominum. *Hæ ſunt generationes Noë. Noë vir iuſtus atque perfectus fuit in generationibus ſuis: cum Deo ambulavit.* Iuſtitia & iuſtitiæ perfectio eſt hominis generatio? *Rarus & novus geneälogiæ modus* (inſit hic Chryſoſtom.) *Hom.* 23.) *nam Scriptura dixit: Iſtæ ſunt generationes. Noë homo iuſtus, perfectus in generatione ſua. Vidiſti admirabilem geneälogiam? Noë homo. Commune nomen pro laude iuſti uſurpat: nam cæteri ob carnales voluptates, quibus immerſi erant, amiſerant eſſe homines: iſte in tanto populo hominis imaginem ſervavit. Tunc enim homo eſt, quando virtutem colit. Neque enim ſpeciem habere hominis, hominem eſſe oſtendunt. Hominem illum dicimus, qui imaginem hominis ſalvam retinet. Quæ autem eſt imago hominis? Rationalem eſſe.*

Geneſ. 6. 9.

Chryſoſt.

33 Reliĉtis tropologicis, ad reliqua accedamus contenta in littera. Nomen matris & filiæ in Sacra pagina accipitur metaphoricè & propriè. Propriè, ut illud: *Mater tua, quæ genuit te.* Quæ quidem circumlocutio frequens inter Helleniſmos. Homer. 24. *iliad.* v. 560. *Mater quæ me peperit.* Sophocl. in *Electr.* v. 261. *Matris, quæ me genuit.* Ariſit maximoperè iſthæc phraſis Euripidi, quam videſis in *Hecub.* v. 414. in *Oreſt.* v. 28. & 1493. in *Hippolyt.* v. 421. in *Ion.* v. 414. in *Hercul.* v. 281. & 866. denique in *Alceſt.* v. 16. & 515. Inter Latinos Senec. ad *Helv.* cap. 16. *Tu matri meæ maledicas, quæ me peperit?* Tautologia ergo non eſt præfata ſententia, quippe etiam nutrices puĕrorum dicebantur matres; uti diximus, *Tom. 5. T. 4. fusè à n.* 16. quarum diſcrimen ſignat Plaut. Prolog. in *Menechm.* v. 19.

Ierem. 22. 26.

Mater pro nutrice.

Plaut.

——— Mater ſua
Non internoſſe poſſet, quæ mammam dabat,
Neque adeo mater ipſa quæ illos pepererat.

Quo loco Taubmann. *Mater ſua: bona reciprocatio Sua, quia hìc mater nutrix eſt. Mater quæ mammam dat, non quæ peperit.* Euripid. in *Ion.* v. 1324. *Mater, quamvis me non pepereris.* Virgil. de Lupa Romuli, & Remi, 8. *Æneid.* v. 632.

Taubm.

Virgil.

Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Geminos huic ubera circum.

Ad diſtinctionem igitur harum matrum, dicitur in pleonaſmo: *Mater tua quæ genuit te.* Alia acceptio Matris invenitur in Scriptura, qua de cauſa additur, *Quæ genuit*, aut *peperit*, ut cognoſcatur, quo titulo mater. Socrus in Biblijs ſacris mater dicitur. Nurus vocat Noëmi filias. *Ruth*, 1. 12. Sponſa Cantic. 3. 4. & 8. 5. inquit: *Introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Adi *Tom. 5. T. 2. n. 3.* Mos etiam pariendi ſuper genua alicuius fœminæ, ut hæc illius fœtus appellaretur mater, ut contigit Saræ, *Geneſ.* 16. 3. & Racheli, *cap.* 30. 3. Ita apud Ethnicos, qui vel quæ effuſum è vulva matris levabat è terra pater dicebatur, aut mater. Diximus *Tom. 6. T. 2. D. 5. n. 9.* & ex profeſſo, *Tom. 8. T. 7.* Videtur ergo planè quo intuitu *Matri* additur, *quæ genuit* aut *peperit*, qua periodo exprimitur propriè mater: q. d. Mater, non quæ aluit, partum ſuſcepit, aut à terra levavit; ſed quæ concepit, & edidit in huius ſæculi lucem.

Pro ſocru.

Pſal. 112. 9

34 Modò clarè exponitur illud David: *Matrem filiorum lætantem*: igitur mater ut vidimus, dicitur quæ non filiorum ſuorum: *ut pariat ſuper genua mea & habeam ex illa filios.* Geneſ. loc. cit. Vera hac phraſe demonſtratur mater. Ita Aul. Gell. lib. 12. cap. 1. dicit: *Mulier, ſine eam totam ac integram eſſe matrem filij ſui.* Quapropter dum dicitur Mater filij ſui, conſtat propriè quo cognita mater. Diſcrimen Matronæ & Matrisfamilias aſtruit idem Auctor, *lib.* 18. *cap.* 6. ex eo quod hæc familiæ adſcriberetur, & fieret inteſtato viro hæres, uti filia (nos matrem-familias vocamus matrem filiorum) matrona, quæ in matrimonio, etiam ſi ſibi liberi nondùm nati ſint; dicta à matris nomine, non adepto iam ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo: unde matrimonium contractum, ut fœmina mater fiat. Hermann. Hugo, *lib.* 2. *Vot.* 5. v. 25.

Aul. Gell.

Diſcrimen inter matronam & matrem familias.

Herm. Hug.

Dina peregrinas virgo viſura puellas,
Mater depoſita virginitate redijt.

Hoc enim ſenſu coniugata ſterilis, mater nomine, ſeu matrona, apud Sophocl. in *Antigon.* v. 901. inquit: *Si filiorum mater eſſem.* Matris honore nominatur in domo

fœ-

fœmina copulata, licèt mater non sit. *Lætaturque nomine matris*: ut succinit Ovid. 4.*Fastor*.v.513. Sicut illo in statu sine prole mœret. Paulin.Consul. *Carm.* de Ioann. Baptist.v.39.

Sed quod in opprobrio matrum posuere priores,
Prole carens sterilem ducebat mœsta senectam. Paulin.

Ubi ut vides, coniugatæ vocantur matres, vel prole carentes. Tristatur nupta sine prole, lætatur mater filiorum fœcunditate, quia per illos demonstrat esse matrem, & non dignitatis sed entitatis honoris habere nomen. Chald. *Mater, quæ lætatur in filijs.* Menoch. *Matrem filiorum causà lætantem* Per sterilem nonnulli intelligunt virginem, sed in matrem, quæ lætatur fœcunditate filiorum. *Qui dat sterili domos habitare mirabiles.* Ar.Montan. Acumini favet Crucius, accinens:

Ille mœrentes sine prole matres
Implet oratus sobolis: paternas
Liberum felix nova mater unde
Incolit ædes. Crucius.

Liquet enim mater sine sobole, & nova mater natorum pignore, læta, quia in domo felix optatà fœcunditate. Ex Claudiano habemus, 1.in *Eutrop.*v.72.

——— Retinet connubia partu,
Uxorisque decus matris reverentia pensat. Claudian.

Alij legunt: *Matrem puerorum*, quippe plus lætatur mater prole virili. *Peperit filium masculum.* Apocalyps.12.5. *Natus est tibi puer masculus.* Ierem.20. 15. & 1. Reg. 4. 20. *Ne timeas, quia filium peperisti.* Nonnus 48. *Dionys.* à v. 822. utrumque nectit, ut constet posse pro utroque accipi.

Virginem fecit matrem puerorum. Virgo quis
Te fecit parturientem matrem filiorum? Nonn.

Amor intensior matrum in prolem masculam, ex eo quòd filij matrizant: de quo videsis Levinum Lemn. 1.de *Miracul.natur.*cap.4.

35 Metaphoricè etiam sumitur nomen Matris, & Filiæ, ab imitatione morum, & æmulatione conditionis; uti superiùs diximus de Filio, & Patre, à n. 25. Quo genuinè exponitur illud Ezechielis: *Filia matris tuæ es tu.* Chald. *Ad similitudinem & opera.* Quare in natura minimè ambiguum, quòd filia à matre: sed notatur conditio matris filiæ impressa, quasi per imitationem à natura habita; æmulaque fiat speculo conditionis, quæ filia sanguinis. Plaut.in *Epidic.*Act.5. scen. 2. v. 35. *Ergo matris filia est. Tamen ero matris filia.* Ibid. Act.4.scen.2.v.15. Ezech.16. 45.

Vix fieri, si sint vires in semine morum
Et Iovis & Ledæ filia, casta potes. Ovid.

Ovid. *Epist.* 15.v.291. Sequuntur filiæ maternos mores, ut notat Aristotel. 3. *Politicor.* cap. 8. & 3. *Thetor.* ad Theödect. Hinc Electra, dicenti matri adulteræ (apud Senec. in *Agamemn.* v. 652.) *Quis esse credat virginem?* respondit audax: *Gnatam tuam.* Ambrosius de *Virginib.* lib. 3. *Quid potuit filia de adultera matre discere, nisi damnum pudoris?* Iuvenal.Satyr.6.v.239. *Sequuntur filiæ maternos mores.*

Scilicèt expectas, ut tradat mater honestos;
Atque alios mores, quàm quos habet? Iuvenal.

Idem Euripid. in *Andromach.* d. Quid si scalpat, ortum à gallina? Cavet de virginè, qui apud Terent.in *Heautontim.*Act.2.scen.2.à v.3.dicit:

Vereor, mulier me absente corrupta sit.
Concurrunt multæ opiniones: occasio, locus, ætas,
Mater (cuius sub imperio est) mala. Terent.

Hoc enim sensu cum mater Synagogæ dicatur Cethæa, de filia dicitur: *Filia matris tuæ es tu*: igitur *sicut mater, ita & filia*: ibid. v. 44. Clarè elucet per mores filia matris; sicut soror gentium idololatrarum, quas æmulata es: unde infit: *Et soror sororum tuarum.* Manil.2.*Astron.*cap.16.v.36. *Filia & soror pro similitudine morum utriusque.*

——— Nec matre minores
Extiterint partus.

36 Restat discutiendum, quid sit *Filia fœminarum*, ut legimus in Daniele. Nomen Matris & Filiæ usurpantur interdum pro causa & effectu, lato modo. Charitas & sapientia dicuntur matres pulchræ dilectionis & sanctæ spei. *Eccli.* 24. 24. Babylon mater fornicationum. *Apocal.* 17. 5. Frequenter utimur huiusmodi metaphorà: quapro- Daniel.11. 17. *Quid sit filiæ fœminarum?*

propter dicitur concha margaritæ mater, nox ſiderum, & ſcelerum, vitis vini, &c. ſicut ſors dicitur filia Fortunæ, veritas temporis, pœnitentia erroris, pluvia nubis, lux Solis, Echo petræ, fatuitas ſpei, ſapientia memoriæ, cura pecuniæ, pruina Auroræ, quies mortis, vulnus pugnæ, certamina belli; & ſic alia, quæ congerit Frider. Taubmann. in *Amphitr.* Plaut. Act. 1. ſcen. 1. v. 274. Alienum non eſt à ſacra pagina. *Muſica* filia dicitur carminis. *Eccle.* 12. 4. Tyrus filia maris. *Iſai.* 23. 10. *Filia latronis*: Mich. 5. 1. *Filiam Dei alieni*: Malach. 2. 11. Patet in Hebr. Ion. 4. 10. ubi: *Hedera, quæ ſub una nocte nata eſt, & ſub una nocte perijt*: legit: *Filia noctis extitit, & filia noctis perijt.* Modò in Tautologiæ argumentum.

Acceptiones matris & filiæ.

37 Haud periodus Tautologia eſt, etſi videatur ſtylus tautologicus, cùm fœtus non aliter quàm ex fœmina, ut vidimus tautologia principali. At aliquid ſingulare innuitur, dum non dicitur filia fœminæ, ſed *filia fœminarum*. Poſſumus ſine violentia exponere de duabus matribus, naturali ſcilicèt & nutrice; quia ab illa nata, & ab hac charè uti filia nutrita; ut præmiſimus, *num.* 33. At ut perſpicuius in expoſitionem fiat argumentum; ſciendum eſt de qua in preſentiarum ſermo. Hæc filia Antiochi Magni, qui dicitur à Daniele Rex Aquilonis, inhiantis regno Ægypti, cui præerat Ptolomeus Epiphanes, dictus Rex Auſtri in eadem prophetia. Ille cùm viribus potiri voto nequiret, uſus eſt arte, & dolo malo, pectore maligno, colore matrimonij ſimulato bello, pactâ filiâ in pignus pacis, ut illa plus propenderet in molimina patris, quàm in fidem pro marito: quod quidem omninò irritum facto connubio; quia illa, ut par erat, ſtuduit plus mariti commodis, quàm conamini patris. Appianus aliter cogitat, & malè cogitat, quia cogitat aliter, quam Scriptura promit. *Filiam fœminarum dabit ei, ut evertat illud: & non ſtabit, neque illius erit.* Ergo Appianus autumat, Antiochum bellum futurum ſuſpicantem cum Romanis (maximè Annibale ſibi accepto, Romanorum inimico, quem ſub tutela ſuſceperat) ut poſſet adiuvari à fœderatis, vel ab illis non impediri, ſolicitaſſe pactis filiabus cum finitimis regibus, validè non tam ſe defendere, quàm offendere Romanos. Unde, eſtò Epiphanes infenſus illi eſſet, ei promiſit in ſponſam filiam ſuam Cleopatram, quam pec Euclem Rhodium deſponſavit, & poſt ſex annos tradidit Ptolomeo. Briet. in *Chonic.* ann. V. C. 556. & 562. Quare ſenſus Appiani eſt: cùm Antiochus Magnus prævidiſſet invaſionem Romanorum, ne tunc læderetur à finitimis, vel præpediretur; conciliare ſtuduit affinitatibus: & cùm alijs alias filias traderet, potentiori inimico Epiphani, Ægypti Regi, pulchriorem deſpondit. Hoſt eſt, *filiam fœminarum*, quaſi inter fœminas ſingularis venuſtatis, *fœminarum omnium præſtantiſsimam, & pulcherrimam filiarum*: ait Sanctius hìc & in *Paraphraſ.*

Fœmina & filia pro pulchra.

38 Hic ſtylus novus apud AA. non eſt. Homer. 11. *Odyſſ.* v. 386. *Proſerpina caſta mulierum fœminarum*: ideſt, fœminarum pulchriorum. Heſiod. in *Theogon.* v. 590. & in *Scut. Hercul.* v. 4. &. 10. *Ex illa* (Pandora ſcilicèt) *eſt genus mulierum fœmineärum.* De Alcmena: *Mulierum genus ornabat fœmineärum pulchritudine.* Idem apud Hygin. *Fabul.* 263. Cùm pulchritudo, forma, venuſtas & elegantia ſit fœminarum commendatio, dum filia fœminarum dicitur; pulchrior inter pulcherrimas declaratur, quaſi ſumma fœminarum pulchritudo. Hinc Homer. 7. *Odyſſ.* v. 57. *Mulierum forma*, quaſi deſumpta ex cunctarum fœminarum gratia, uti fictum de Helena: Valer. Maxim. *lib. 3. cap. 7. num.* 3. & factum in imagine Iunonis Agrigentinæ; ut refert Dionyſ. Lebeus, *Emblem.* 54. Non alienum à dialecto Hebraica: igitur Iudic. 5. 30. ubi. *Pulcherrima fœminarum eligitur ei*: legit, *Una puella-duæpuellæ.* Hoc eſt, ita pulchra, ut in illa inveniretur aliarum commendabilior gratia, ſpecies ac forma; cùm collectas teneret cunctas ſingulares dotes, quibus aliæ venuſtate ſingulares. Vernaculè: *La quinta eſſencia de la hermoſura*: quaſi ſpecioſitas Cleopatræ à cunctis fœminis decerperetur. Magna fruges apud Ethnicos huiuſmodi acceptionis. Petron. *Critic.* pag. 41. *Omnium fœminarum formoſiſtima.* Halicarnaſ. lib. 11. *Antiq. Rom.* cap. 18. *L. Virgineus filiam habebat omnium Romanarum virginum formoſiſsimam.* Plutarch. in *Flamin.* & *Scipion.* eadem utitur phraſe.

Filia pro fœmina.

39 Nomen *Filia* uſurpatur pro fœminâ: quare Eccli. 36. 23. dicitur: *Eſt filia melior filia*: ideſt, fœmina fœminâ melior. Clariùs, cap. 22. 4. ubi: *Filia prudens hæreditas viro ſuo*: propriè filia ut filia, non eſt intelligendum; ſed fœmina, quæ viro ſuo prudentiâ quaſi hæreditas pinguis. Hac in acceptione *Filia fœminarum* ſignat fœminam fœminarum, quaſi pulchra præ cæteris. Hiſpan. *La hembra de las hembras, la*

pri-

primera hermosura del mundo, *la misma hermosura*: ipsa Venus, pulchrior Helenâ; sicut de Sponsa dicitur quòd gratiâ formæ unica & singularis inter tot pulchras mulieres: *Cantic.* 1. 8. & 6. à 8. egimus, *Tom.* 5. *T.* 3. *àn.* 15. Homerus usquequaquè. De Helena, 3. *Iliad.* v. 423. dicit: *Præstantissima mulierum.* 15. *Odyss.* v. 106. *Divina mulierum*: idem de Penelope, 16. *Odyss.* v. 414. 18. v. 207. & 301. 21. v. 42. & 63. De Hecuba, 22. *Iliad.* v. 48. *Regina mulierum.* Aristoph. in *Aves*, Act. 7. v. 70. *Reginam puellam mulierem.* Sumptâ ergo *fœmina*, seu *filia* pro pulchritudine; sensus pleonasmi est: Dabitur Regi Ægypti à Rege Syriæ fœmina fœminarum, speciosiorem non solùm inter sorores, aliorum Procerum sponsas, sed etiam inter omnes regni fœminas: quare Alapid. in Ierem. 31. 22. *Ecce ego* (inquit) *creäbo filiam & fœminam fœminarum, reginam cœli & terræ.* Hic modus loquendi æquivalet superlativo in materia cui iungitur geminatio. *Malarum malam*: ait Plaut. in *Casin.* Act. 3. scen. 5. v. 28. idest, pessimam. Sophocl. in *Aiac.* v. 378. *Sceleratum scelus exercitus Ulyssem*: hoc est, sceleratissimum. Aristoph. d. *Act.* 5. v. 141. quia ex fœmina homo: *Dolosum dolo semper* (ait) *secundum omnem modum natus est homo.*

Alap. *Casus pa- trius pro su- perlativo.*

40 Aliter cogitare possumus, usurpatâ filiâ pro virguncula; qua ætate Cleopatra desponsa Ptolomeo. Tenellæ virgines haud separabantur à fœminis ob periculum dehonestatis, si vagæ ad libitum procederent. Cuilibet in custodiam adhærebat nutrix, ne subduceretur, vel seduceretur sexus facilitate, ac curiositate innatâ; quæ quidem frequenter quæ lactaverat, quasi moderatrix iuventutis: à qua minimè in publico separabatur, non solùm innupta, sed iam desponsa & copulata. Constat *Genes.* 24. 59. & ex Senec. in *Hippol.* & *Agamemn.* Hinc huiusmodi conditionis virguncula filia dicebatur fœminarum, quia haud sub alterius directione nisi nutricis, & tantùm nota fœminis: quo in sensu dicuntur *Agni ovium*, qui præ teneritudine sequuntur matrem, uti videbimus, *num.* 47. Ob cautionem virginem comitabatur nutrix: quo intelligitur Siracides: *Melior est* (pro non ita malum) *iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Ni fallor hìc agitur de copula utriusque, quæ dicitur iniquitas, ut patet ex superioribus contextus. Iccircò expositio germana est, inter incommoda incontinentiæ, minus in nequitia viri (non ex animo, sed ex effectu) quàm in facilitate fœminæ; quippe hæc feret in utero vexillum opprobrij, insigne dedecoris. *Nequando* (dicitur ibid. v. 10.) *polluatur in virginitate sua, & in paternis suis gravida inveniatur.* Ne ergo hæccine acciderent, virgines inter fœminas servabantur: & quia sic incognitæ, filiæ dicebantur fœminarum.

Filia fœminarum pro virguncula.

Psalm. 113. 4.

Eccli. 42. 14.

Comparativum pro positivo.

41 Ultra cogitata ac testimonijs astructa subit animum (nescio an aptè, lector viderit) alia nova auctoritatis expositio: quæ quàm consona luxuriæ illius ætatis, constat ex his quæ diximus, *Tom.* 6. *T.* 10. *à n.* 18. Exponerem *filiam fœminarum*, spuriam, sine patre; haud quia non habuerit, sed quia non cognitus. *Æthiopes matrimonia privatim nesciunt* (inquit Solinus, *cap.* 33.) *sed omnibus vulgò in Venerem licet. Inde est, quòd filios matres agnoscunt tantùm: nam paterni nominis nulla reverentia est.* Haud aliter cogitari potest ex aula lasciviæ & usu gentium; ita ut Cleöpatra dicatur *filia fœminarum*, quas tantùm agnoscebat, incognito patre, licèt habuerit. Ex viscetibus textus videtur haud violenta expositio: equidem non dicitur Regem Aquilonis daturum filiam suam Austri Regi; sed *filiam fœminarum dabit illi*, quippe dumtaxàt cognoscebat matrem aut nutricem. Sub huiusmodi metaphora Synagogæ dicitur *filia matris tuæ es tu. Mater tua Cethæa*: hoc est, fornicatrix, uti nota; Sanctius hìc *n.* 12. & Isai. 57. 3. *Filij auguratricis; semen adulteri & fornicariæ.* Unde etsi per *filiam* notetur pulchritudo, dum additur *fœminarum*, indicatur, quòd puella pulchra nuptui danda, quasi furtivè concepta; cuius patre ignoto, tantùm noscebatur mater. Sic ubi, *Pulcherrimarum.* Iudic. loc. cit. Maluend. vertit: *Meretricem seu concubinam.* Hebr. *Matrix-duæ matrices.* Quare sicut filius terræ dicitur, qui sine patre cognito, ut observat Cicer. 1. ad *Attic.* Epist. 13. sic pro sexus varietate, quæ sine patre, *filia* dicitur *fœminarum.* Olim qui concepti per incubos, vel immediatè per homines, sed furtivè; filij Iovis, Appollinis & aliorum Numinum dicebantur ut vidimus n. 10. Hi profectò sensu eodem dici quibant filij fœminarum; igitur ignoti patres, quorum erant filij. Aliter dicti *filij fortunæ.* Horat. 2. Satyr. 6. v. 49.

Luxerat in campo fortunæ Filius.

Solin.

Filia fœminarum pro spuria.

Ezech. ubi sup.

Quid filij fortunæ?

Horat.

42 Alia nobis provincia lustranda de sensu vocum *Fratris & Sororis*, ex quibus confici videntur Tautologiæ apud Ezechielem: *Fratres tui, fratres tui. Soror so-*

Ezech. 11. 15. & 16. 45.

Acceptiones vocis Frater

rorum tuarum es tu. Frater latissimè sumitur: fratres dicuntur qui ab uno principio ut omnes homines fratres, quia ab Adam omnes. *Act.* 17. 26. & quia à Deo, dicit Assertor N. discipulis, *Omnes vos fratres estis: unus est enim pater vester qui in cœlis est.* Matth. 23. à 8. *Ex uno omnes.* Hebr. 2. 11. qua de causa pro proximo sumitur *Frater & Soror*: Iacob. 2. 15. Quadrupliciter invenitur in Scriptura vox *Frater*, uti observat Hieronym. *Contr. Helvid.* naturà scilicèt, gente, cognatione, & affectu: addo, etiam Religione. *Naturà*, qui ex eisdem parentibus nati sunt, ut Cain & Abel, Iacob & Esau. *Fratres, quos mihi eadem peperit mater.* Homer. 19. *Iliad.* v. 292. *Gente*, ut qui ab eadem stirpe. *Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis.* Rom. 9. 3. quod sæpe iteratur, *Deuter.* 15. & 22. *Fratres obscœna de matre dedit.* Lucan. 10. v. 77. *Cognatione*, ab eadem familia. Abrahamus dixit Lot: *Fratres enim sumus.* Classes exprimuntur, *Levit.* 25. 48. uti etiam dicitur de fratribus Domini, ut videbimus, *num.* 45. Iacob dicitur frater Laban, *Genes.* 29. 12. 15. observat August. 16. *Civit.* cap. 19. Terent. in *Phorm.* Act. 5. scen. 4. v. 1. *Lætus sum, fratri obtigisse quod vult.* Ubi Barlandus subdit: *Fratrem vocat filium patrui. Apud Hebræos fratres nominabantur, non quibus communes essent parentes, sed quibus stirps ac genus esset commune.* Ita enim huiusmodi usus inolevit ut filij dicerentur fratres: quo exponitur illud de Ismaële: *Coram fratribus suis obijt*: idest, filijs: ait Hieronym. in *Tradition.* Idem de filijs Laban, cap. 31. 23. *Affectu*, vel amicitiâ, *Doleo super te frater mi Ionatha.* 2. Reg. 1. 26. *Ego sum frater tuus*: Esth. 15. 12. Idest, amasius vel sponsus, ut *Cant.* 8. 1. Gen. 29. 4. *Fratres unde estis?* Sic Ambros. in illud Cantic. 5. 10. *Dilectus meus candidus & rubicundus*: legit *Commentar. in Psalm.* 118. *octonar.* 5. *Fraternus meus*, in voce proferens dilectionem. Homer. 21. *Odyss.* v. 217. *Socijque fratresque eritis.* Euripid. in *Tauric.* v. 498. *Amicitiâ sumus, non nati fratres.* Denique *religione*, ut illud Psalm. 21. 23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis*: & 132. 1. *Habitare fratres in unum.* Matth. 12. 48. *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* Alexander Magnus apud Curtium 6. *Histor.* cap. 9. dixit militibus: *Sine liberis sum: in vobis liberos, parentes, consanguineos habeo.* Idem profert Xenophon de Cleärcho lib. 1. *Vos amicos, vos socios, vos fratres duco.*

Natura. Gente.

Cognatione.

Barland.

Genes. 25. 18.

Affectu & amore.

Ambros.

Religione.

43 Etiam usurpatur metaphoricè pro similitudine, & parilitate in rebus, seu rerum conditione, de quo egimus, *Tom.* 3. *T.* 13. *n.* 10. Ubi ergo dicitur Ezechieli: *Fratres tui, fratres tui*: intelligendum est, tibi similes pro statu captivitatis, ut subditur distributione consanguinitatis & generis. Sensus ergo periodi: *Fratres tui*, idest, propinqui eiusdem sanguinis; & *fratres tui*, eiusdem gentis, *& omnis domus Israël, universi*, &c. *congregabo vos, & dabo vobis humum Israël.* Fratres dicuntur, qui conveniunt in moribus, in statu, in forma & specie corporis. *Frater est dissipantis.* Proverb. 18. 9. Idest, similis. *Frater fui draconum*: Iob, 30. 29. *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* Eccli. 34. 27. Hoc est, quàm simillimi. *Percussit Adeödatus fratrem Goliath*: 1. Paralip. 20. 5. nimirùm gigantem similem Goliath: quo etiam sensu Iuvenal. *Satyr.* 4. v. 98. *Malim fraterculus esse gigantis.* Christus de Baptista dicit: *Ipse est Elias, qui venturus est*: Matth. 11. 14. Si venturus est, non ipse: diciturque ipse, qui venturus; quippe venturo similis, præcedens in spiritu & virtute Eliæ. Talis dicitur, qualis cuius imitatur mores. Hinc Ioannes *Epist.* 2. dicit v. 7. *Hic est seductor & antichristus*: Similis sanè antichristo, in quo huius seductoris malignitatis expressio. Virgil. 9. *Æneid.* vers. 741.

Ubi supr. Statu, & habitudine corporis.

Matth. 11. 14.

Talis quisque dicitur, qualis est, cuius mores imitatur.

Virgil.

——— *Si qua animo virtus,*
Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.

Æqualitate virtutis, sibi viri fortis, qui Turnus, Achillis imposuit nomen. Ita similitudine nomen fratris usurpatum. Idem lib. 6. v. 278. accinit: *Consanguineus Lethi sopor.* Homer. 14. *Iliad.* v. 231. *Somno occurrit fratri mortis.* Martial. lib. 10. *Epigram.* 65. Dissimilis, *cur frater tibi dicor?* Solin. *cap.* 28. *Mauritania Tingitana* (inquit) *exurgit montibus septem, qui à similitudine fratres appellati.* Ingeniosè Plaut. in *Amphitr.* Act. 1. scen. 1. v. 290. *Nihil hoc simili est similius.* Comprehendit utrumque Claudian. de *Nuptijs Honorij & Mariæ*, à v. 72.

Solin.

Claud.

Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, ævo similes, gens mollis amorum.

Acceptiones vocis Soror.

44 Vox *Soror* in usu est ferè earumdem acceptionum. Ex matre sola, soror dicitur uterina: si ab utroque parente germana soror. Cicer. pro *Milon.* Plaut. in *Milit.*

Act.

Act. 2. scen. 4. v. 3. in *Captiv.* 5. 4. v. 18. in *Menæch.* 2. 1. v. 7. & 5. 9. v. 23. denique in *Truculent.* 2. 4. v. 84. *Sorori quid germanæ non credit soror?* Pro sponsa & coniuge Soror sæpe in sacris Canticis, *cap.* 4. 9. & 10. *Soror mea Sponsa.* Tob. 8. 9. *Accipio sororem meam coniugem.* Sororem pro dilecta: unde Salomon, Proverb. 7. 4. *Sapientiam* vocat *sororem suam.* Senec. in *Hercul. fur.* v. 1. *Soror Tonantis* pro coniuge. Idem in *Hippolyt.* v. 608. de Phedra provocante privignum dicit: *Me sororem voca.* Sororis nomen amatorium est, ut notat hic Delr. Maluend. in loc. cit. *Cantic.* & Iustus Lipsius 2. *Var. lect.* cap. 1. Tibull. *lib.* 3. *Eleg.* 1. v. 26. *Sive sibi coniux, sive futura soror.* Petron. *Satyric.* fol. 71. *Concilio tibi iuvenis sororem.* Vide Ovid. 10. *Metam.* fabul. 9. & Passerat. in *Propert.* 2. Eleg. 9. v. 33. Etiam sumitur pro similitudine, seu adæquatione in rebus, ac specie rerum, quo sensu Synagogæ dicitur: *Soror sororum tuarum es tu.* Nihil discretum. Ita Samaria & Ierusalem ibid. vocantur sorores, quia infideles convenerant in simulacrorum cultu: v. 46. & 48. Huiusmodi tropo utuntur usquequaquè profani. *Palmæ sorores*: Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. *Musæ sorores.* Propert. 2. *Eleg.* 30. v. 27. *Parcæ*, Plaut. in *Milit.* Act. 2. scen. 2. v. 10. *Nymphæ*, Virg 2. *Georg.* v. 494. *Sorores lodices*, Martial. 14. *Epigram.* 148. *Mammæ sorores, papillæ & oculorum pupillæ*, Taubm. in Plaut. *Pseudol.* Act. 1. scen. 1. v. 66. & in *Pœnul.* Act. 1. scen. 3. ubi v. 8. festivè profert:

Pro uxore. *Pro dilecta.* *Pro simili.* Ezech. 16. 45. Plaut.

Hanc per dextram, perque hanc sororem lævam.

Vid. Tertullian. *Apolog.* cap. 12. & de *Anima*, cap. 13. Lactantium *lib.* 5. *cap.* 16. Quare Muretus ait:

Muret.

Interdùm fessæ succedit læva sorori.

Haud fugit stylum Hebraicum idioma. *Cortinæ sibi iungentur mutuò*: legit, *Mulier ad sororem suam.* Ezechiel. 1. 9. *Iunctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum*: Hebr. & Maluend. *Vira ad sororem suam.* Alia testimonia videsis, *Tom.* 3. *T.* 10. *n.* 10.

45 Utrumque comprehendentes, exponemus proclivè, quid sint *fratres Domini*, & eius ac matris sorores, quod ex sacris constat; & evidenter vel cæco videnda expositio ex sacris. Prisci ac non infimi subsellij DD. ut sorores sint Virgini, ad tria matrimonia D. Annæ recurrunt, asserentes singulas fœminas genuisse ex singulis viris; quarum filij *fratres Domini* dicuntur in Evangelio. *Iacobum fratrem Domini.* Galat. 1. 10. *Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas; & sorores eius nonne omnes apud nos sunt?* Matth. 13. 55. & *Marc.* 6. 3. Unde ergo sorores Salvatoris? Ex Virgine matre? Absit: obstruatur os loquentium iniqua. Eodem sensu quo Christi dicuntur fratres, & sorores, sunt sorores Virginis, sine matris triplicato matrimonio. Diximus inter Hebræos cognatos vocari fratres & sorores, sicque vocati utriusque consobrini seu patrueles. Unde sorores & fratres Virginis & eius filij, qui cognati ex filijs aut filiabus sororum Ioachim vel Annæ, parentum Virginis, vel ex fratre Iosephi, illius sponsi. Cleophas vocatur frater Iosephi ab Eusebio *lib.* 3. *cap.* 11. Hieronym. in loc. cit. *Matth.* Augustin. *Contr. Faust.* cap. 35. & Epiphan. *Hæres.* 66. Sicut leviri dicebant fratres, ita uxores illorum dicebantur sorores. Hoc sensu dicitur à Ioanne: *Stabant iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleophæ*: & ibid. cap. 2. 12. *Descendit Capharnaum ipse & mater eius & fratres eius*: simulque intelliguntur testimonia allata ex Matthæo & Marco. Baronius, & Theophil. Raynaud. *Dyptic. Marian.* p. 1. punct. 2. n. 10. sorores Mariæ signant eius consobrinas; quo liquet in quæstione tanti momenti catholica, orthodoxa conclusio, atque genuina expositio. Si latiùs argumentum quæstionis curæ est; videndi Vega *Theolog. Marian.* Palestr. 10. certam. 4. Castro de *Vit. Deipar.* cap. 1. & 3. n. 16. Canis. *lib.* 1. *cap.* 4. Alapid. in *Matth.* loc. cit. & *Luc.* 3. 23. Canus, 11. de *Loc. Theolog.* cap. 5. ex Scholasticis, Medina in 3. p. *D. Thom.* quæst. 38. art. 3. & Suarius ibid. Disput. 5. sect. 4.

Qui sint fratres & sorores Christi, eiusque matris virginis. Matth. 13. 55. Ioan. 19. 25.

46 Huiusmodi consuetudo à principio gentis inolevit: unde intelligitur illud Abrahæ de uxore Sara coram Abimelech; *Soror mea est*: quod amplius astruitur v. 5. *Ipse dixit mihi, Soror mea est: & ipsa ait, Frater meus est.* Sara dumtaxat erat cognata mariti, non soror, quippe filia Aram, fratris Abrahæ; qua de causa Lot fratrem Saræ & suum nepotem fratrem dicit, *cap.* 13. 8. More gentis appellat neptem sororem, & nepotem fratrem. Thare filium habuit Abraham, & etiam Aram sed ex alia uxore, quæ genuit Aram, ex quo Sara & Lot nepotes Thare, & patrueles Abrahæ:

Genes. 20. 2.

&

& cùm in Chaldæa & Meſopotamia moris eſſet, conſanguineos vocare fratres, & cognatas ſorores; Abraham Saram neptem patris ſui Thare, ſororem propriè Lot, filiam fratris ſui Aram, coram Abimelech ſororem nominavit. Ita Bonfrer. Alapid. & Leonard. Marius, quos ſequitur Haye hìc. Chryſoſtom. *Homil.* 45. in Geneſ. cogitat, omnes qui ſub familia Thare, hunc patrem vocaſſe; etſi horum eſſet genitor, aliorum avus: unde inter ſe cuncti fratres & ſorores. Ex rigore litteræ videtur Caietano & alijs Saram ſororem fuiſſe Abrahæ, licèt non uterinam, ſcilicèt, ex eodem patre, ſed matre alterà, quia Thare duas uxores habuit, ex quarum una Abraham, ex altera Sara: quod quidem ipſe indicat v. 12. ſubdens: *Verè ſoror mea eſt, filia patris mei, & non filia matris meæ.* Urget textus, quem in eodem ſenſu exponit Hieronym. in *Tradit. Hebr.* (etſi oppoſitum pòſt dixerit *Contra Helvid.*) *In excuſationem eius dicimus* (ſubdit) *tales nuptias necdùm illo tempore eſſe lege prohibitas*: poſteà lege inhibitas, conſtat *Levit.* 20. 17. Imò pòſt lege latà interdum permiſſas, videtur ex verbis Thamar fratri ſuo Amnon ex alia matre. *Noli opprimere me, quinpotiùs loquere ad Regem & non negabit me tibi.* 2. Reg. 13. à 12. Quid dicam neſcio, etſi plura excogitet Perer. lib. 16. in *Geneſ.* diſput. 14. à n. 205. Iuxta dicta *num.* 26. dicam, filiam dici Saram ab Abrahamo, patris ſui, cùm eſſet filia fratris; quia pater Abrahæ, erat pater cuius erat Sara filia. Aſtruximus ibi varijs teſtimonijs, quæ videris, & D. Thom. 2. 2. *quæſt.* 110. *art.* 3. ad 3. Iure claret: leg. 10. de *Senatorib.* leg. 10. §. *Liberos*, D. de *Verbor. ſignificat.* ubi traditur, liberorum appellatione, omnes deſcendentes contineri, ut parentum nomine omnes ſuperiores. Papirius Fronto lib. 3. *Reſponſor.* ait: *Filij appellatione etiam aliquando nepotes accipi.*

An ſoror Abrahæ Sara coniux?

Verſ. 12.

Hieronym

47 In complementum Tautologiæ, aliæ affines exponendæ. Sæpe in ſacra pagina legimus *Hircum de capris*: Levit. 4. 23. *Iudic.* 13. 15. 1. *Reg.* 16. 20. 1. *Eſdr.* 6. 7. *Vaccam boum*, Iſai. 7. 21. *In tauro de bobus*, 2. Paralip. 13. 9. *Agni ovium*, Pſalm. 113. 6. *Arietes ovium*, Ibid. 64. 14. 1. Eſdr. 10. 19. Signaturque caula eàdem circumlocutione, dum dicitur, *Ovile ovium.* AA. Hebraiſmum accipiunt pro ſignificatione rerum, queis vox Filius adiungitur, ut filij arietum pro arietibus, uti aſtruximus, *num.* 31. Ridiculum arbitror, dum additur *Caprarum* ad hircum, ſignanter apponi; quia in aliquibus regionibus hircos & non capras ubera ferre, quaſi lac illorum & non earum aptius ad nutrimentum propter pinguedinem & ſubſtantiæ virtutem. Aſtruit pluribus exemplis Reyes-Franco in *Edyſ.* quæſt. 47. à n. 10. innuitque La-Zerda in 3. *Eclog.* Virgilij, *num.* 8. cùm Poëta, v. 91. in ſignificationem operæ inanis, accinat: *Mulgeat hircos.* His idiotiſmis, idiomatis Hebraici proprijs dialectis, notatur eſca, ſeu in ſacrificium victima tenera; uti promit Pſaltes Regius Pſalm. 68. 32. *Placebit Deo ſuper vitulum novellum, cornua producentem & ungulas*: ideſt, *ſub ubere matris.* Levit. 22. 27. & nos obſervavimus *Tom.* 5. *T.* 4. *num.* 23. Menoch. in Levit. 4. 23. ubi, *Hircum de capris*: vertit, *Novellum, adhuc matrem ſequentem.* Ovid. 10. *Metam.* fab. 6.

Levit. 4. 23

Ioan. 10. 1.

Hirci lactentes.

——— *Mactatos crederet illis*
Lactentes vitulos.

Ovid.

Qua de cauſa lactentes dicebantur inter Ethnicos *Minores hoſtiæ*, & *Maiores* quæ ex adultis animalibus. Stuck. de *Sacrific. Gentil.* cap. 281. *In Babylonis templo extra ſacellum altare eſt, & ipſum aureum* (ait Herodot. *lib.* 1. *cap.* 29.) *atque præter hoc aliud altare ingens, in quo integræ ætatis hoſtiæ immolantur: quandoquidem ſuper aureum illud non licet hoſtias mactare præterquàm lactentes.* Riber. in *Zachar.* 9. n. 37. & de *Templ.* lib. 4. cap. 6. ſubdit: *Peccata principis minori hoſtiâ expiantur, ideſt, hirco: non autem hirco ſimpliciter, ſed hirco ex capris, ſive* (*ut eſt in Hebr.*) *hirco caprarum: ideſt novo & tenero.* Parvus, lacte nutritus, tener eſt: illoque tempore delicatus cibus, ut patet *Geneſ.* 27. 9. & ex Iuvenal. *Satyr.* 11. v. 67.

Quid hoſtiæ Maiores & Minores?

Riber.

Iuvenal.

——— *Veniet pinguiſsimus agro*
Hœdulus, & toto grege mollior, inſcius herbæ,
Necdum auſus virgas humilis mordere ſalicti.

48 Econtrà ubi hoc animal ætatis integræ non dicitur hœdus, ſed *Caper*, ut ſæpe in Biblijs. Apud Profanos *Vir gregis ipſe caper.* Virgil. 7. *Eclog.* verſ. 7. Manil. lib. 5. *Aſtron.* v. 32. Martial. *lib.* 3. *Epigram.* 93. & in Florileg. *Græc. Epigram.* lib. 2. 70.

Flor. Græc.

Vir tibi caprarum ſtructam mox ſtabit ad Aram.

Quare

Quare ut discrimen constet, Virgil. d. v. 9. inquit: *Caper tibi salvus & hœdi.* Aptiùs lib. 9. *Æneid.* à v. 627.

Et statuam ante aras aurata fronte iuvencum,
Candentem, pariterque caput cum matre ferentem,
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam. Virgil.

Periphrasi eleganti Iuvenal. *Satyr.* 12. v. 8. succinit:

Quippe ferox vitulus templis maturus & aræ,
Spargendusque mero, quem iam pudent ubera matris. Iuvenal.

Hinc elucet *hircum caprarum* & *agnos ovium* sumi debere pro novellis hircis & agnis, qui necdùm nisi filij munus habuere. Zachar. 9. 9. *Super pullum filium asinæ*: hoc est, necdùm assuetum oneri; uti dicitur *Mare.* 11. 2. *Pullum filium asinæ.* Riber. 37. *Pullus asinæ non patrem sequitur, sed matrem*: *propterea ubi nos habemus, Filium asinæ, Hebr. Super pullum filium asinarum.* Septuag. *Super pullum novum.* Homer. 20. Iliad. v. 220. *Equæ pullis exaltantes teneris.* In Scriptura gregi vel matri tribuitur quod tenerum & novellum est. Quare quia iuvenis, audax Alexander Magnus debellavit Regem Persarum, à Daniele dicitur *Hircus caprarum*: cap. 8. 5. His igitur facilè percipiuntur reliqui modi dicendi, qui primo aspectu videntur tautologici, uti *Hœdus de grege, vitulus de armento*: Ezechiel. 43. 19. Hebr. *Vitulus filius vaccæ*: idest, quem adhuc vacca lactat. Virgil. 1. *Eclog.* v. 23. *Sic matribus hœdos.* Quod novum in qualibet specie, dicitur filius vel pullus. *Filij corvorum.* Hebr. Prov. 30. 17. *Pullus hirundinis*: Isai. 38. 4. *Hinnulus cervorum*: Cant. 8. 14. *Catulus leonis*: Genes. 49. 9. Alia phrasi Virgil. 12. *Æneid.* v. 170. *Intonsamque bidentem*: idest, teneram, non altilaneãm ut notat Servius hìc, & Horat. 4. *Carm.* Od. 2. à v. 53. Riber. *Animal matri vel gregi tributum significat tenellũ.*

Te decem tauri, totidemque vaccæ:
Me tener solvet vitulus, relictà
Matre qui largis iuvenescit herbis
In mea vota. Horat.

49 Alij hunc modum loquendi sumunt pro victimis electis ex armento. Stuck. d. *cap.* 117. Unde si præ teneritudine *agni* dicuntur *ovium*: pro selectis in victimam, *arietes ovium* appellantur: *Vacca boum, Taurus de bobus*, & alia de quibus *num.* 47. Oleaster accipit pro pecude mascula in Levit. 16. 3. *Cum vitulo filio bovis*, legit; ubi, *Vitulum pro peccato.* Pers. ibid. cap. 4. 23. *Hircum caprarum*, idest, *masculum, masculum perfectum.* Sed magis placet, accipere pro teneritudine victimæ: quod præter dicta astruitur ex Sophocl. in *OEdip. in Colon.* v. 486. *Ovis iuvenis, nuper nata.* Virgil. 10. *Æneid.* v. 725. *Surgentem in cornua cervum.* Pro qualitate gregis, illius dicitur statio, ut equile de equis, bobile de bobus, caprile de capris, & hara de suibus. Hinc dum de ovibus fit sermo, signatur *Ovile ovium*: idest, caula, non catabulum, aut stabulum; quia non grex camelorum, equorum porcorum, &c. sed *ovile*, locus septus & munitus, intra quem oves servantur, occlusaque ostia lupos *teneris ab ovilibus arcent*: ut canit Petrarcha, & Apollon. Rhod. 4. *Argonaut.* v. 674. *Oves ex ovilibus. Ovile*, quod vernaculè *Apriscо*, quia locus apricus necessarius, ne debilis ovium conditio fatiscat. *Tepidis in ovilibus agni.* Ovid. 13. *Metam.* fab. 8. Vel quo servari possint à belluis, quæ armis carent. Ioann. 10. 1.

——— *Cupiduque cruoris.*
Incustoditum captat ovile lupus. Ovid.

Idem 1. *Trist.* Eleg. 5. v. 9. equidem pastor, qui huiusmodi gregem subdiò permiserit pernoctare, ut idem 3. de *Art.* v. 8. canit: *Rapidæ tradet ovile lupæ.* Si mavis, dic *Ovile* capris & ovibus esse commune. Unde postquàm dixit præfatus Vates; *Ovilibus Agni*: addit:

Sunt quoque par ætas alijs in ovilibus hœdi. Idem.

Christus ergo ut signet ab illo hœdos non nutriri, sed repelli; foverique solùm, qui adinstar ovium sunt humiles corde; non dicit caprarum, sed *ovile ovium.*

50 Versiones testificantur quæ à nobis dicta. *Homo natus de muliere.* Hebr. *Adam genitus ab Isa*: sumptis appellativè *Mulier & homo.* Sanct. *Fragili infelici radice.* Pined. *A seminario peccati.* Gregor. Magn. *Natus ex infirmitate.* Maluend. *Natus Viræ*: quod inficiatur Plato, dubitans utro in genere ponat mulierem, rationalium animalium, an brutorum? Vid. Tiraquell. 1. de *Leg. connubial.* n. 69. & Alapid. in *Eccli.* 26. 14. ex Aristotele astrui quibat: etenim de huiusmodi argumento interrogatus, respondisse *Version. An mulier rationalis.*

fer-

Ariſtot. tel. fertur, ut refert Taubmann. d. *A ſervis ademiſſe Iovem totam; à fœminis dimidiam mentem.* Miſeria eſt, ut dixi alibi ex Catone, ſine illis nec poſſe vivere, nec cum illis. De muliere naſcitur homo: tranſeamus ad Didaſcalias, ut cognoſcantur qui ex Deo nati ſunt.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurſ.

1. *Homo natus de muliere.* Quis non? Quiqui ex Deo feliciter nati ſunt. Non fit ſermo de neceſsitate, ſed de electione; quia in eſſe morali iuxta affectus ſunt naturæ. In novam originem vocati ſunt perfectione religioſi: modò imperfecti, dicuntur filij mulieris, qui iurè debent eſſe filij religionis.
2. *Homo natus de muliere.* Lividus ſanè non homo, quippe natus in inferno.
3. *Homo natus de muliere*; ut rationalitas conſtet ex obſervantia legis, atque ſequela rationis: igitur cuius vita continuata flagitio, natus ex diabolo.
4. *Homo natus de muliere.* Elucet cunctarum hominis calamitatum origo; & quibus perſpicuius cognoſcitur, quid ſit homo.
5. *Homo natus de muliere.* Exponitur natura, ut demonſtretur gratia: igitur huius cœleſti generatione, homo qui natus; quaſi natus non eſſet de muliere.
6. *Homo natus de muliere.* Dum deſignatur neceſſarium ſuppoſitum; in partu prænotatur aliquod novum prodigium, cum novum naturæ nullo modo ſit opus, quòd homo ex muliere natus; diciturque meditanter, *Homo natus de muliere*; quoniam futurus in mundo, qui naſceretur ex virgine.
7. *Homo natus de muliere, repletur & multis* à conceptione *miſerijs*: Virgo ſanè ſingularis vel à primo momento conceptionis: igitur in miſerijs humanæ conditionis non concepta, licèt ex muliere nata.
8. *Homo natus* filius *de muliere.* Minimè vox pleönaſmi, erga protectionem hominis à matre-Virgine: etenim meditanter dicitur, *Filius natus de muliere*; quia à Virgine homo cognoſcitur filius, licèt ex illa non natus.

DIDASCALIA PRIMA.

Multi ad perfectionem in religione vocari, caterùm pauci in religione perfecti.

1 HAUD alia, quantum auguror, cauſa, quàm quia ſui & ipſi, qui debent negare ſe. In eſſe morali, iuxta affectus ſunt naturæ: etenim cùm tunc ſint, ſi ipſi non ſunt, quod naturæ conſtituentis perfectà oblivione fit; conſtat cuius ſint, vel non ſint entitatis, per ipſam entitatem perfectionis: non ſunt enim in re, modò perfecti non ſint; quippequàm totum illorum eſſe non ſumendum à natura, ſed tantùm à perfectione. Hæc forma nobiſcum minimè nata, ſed quærenda; ut in nobis ipſis Deo naſcamur, alijs à natura moribus, qui nobis nati miſerrimè de mulieribus. *Quod natum eſt ex carne, caro eſt: & quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt.* Ioann. 3. 6. Non enim qui ſpiritu ducti, naſcuntur ex perfectione; ſi nati tunc cognoſcuntur ex carne: quandoquidem ſi vocatio ſtatum indicat, & profeſsio perfectionem ex vocatione demonſtrat; ex ſpiritu non ex carne eſt conſtitutio, in illis qui ex carne ad ſpiritum vocatio: ſiquidem non ex perfectione ſtatus fiunt inſignes; ſed dumtaxàt eminentes per ſtatum perfectionis. Tunc enim Sion dicet: *Homo & homo natus.* Eſt alter ipſe, quippe ipſe alter. Homo ſibi ex carne: alter homo quia non ſui. Homo ipſe ex muliere fit: alter, quippe alius à ſe, electione ſublimi, licèt factus ex carne: igitur gratia Dei ſingulariter conſtat; ubi dicit ſpiritus, quantus homo ex carne factus.

Vita Deo dicati, à perfectione.

Pſal. 86. 5.

2 Innuit Stoicus. *Ipſis me Dijs reddam; ſed gravi terrenoque detineor. In alium naturæ ſumimur partum. Alia origo nos expectat, alius rerum ſtatus: nondùm cœlum.* Ita *Epiſt.* 102. Quia necdùm cœlum, ſervamur in alium partum, ut ex homine fiat homo, & in carne non ſit caro: etenim ſi terrenis detinemur, victis terrenis, alterius ſumus originis: & homo ex homine parta perfectione fit, quippe

Senec.

Magnus quia non ſui.

quippè ut redderetur Deo se levavit super se.

Idem. ——*Quicquid in nobis*
Mortale fuerat, ignis iniectus tulit:
Idem in *Hercul. OEtæo.* v. 1963. Ignem Salvator venit mittere in terrram: cor ut absumeretur quod mortale, avidè concepit flammam: & aliam eiusdem homo spectavit originem, quia sese invenit interiorem hominem. *Formavit Deus hominem,* Genes. 2.7. *& factus est homo.* E limo terræ fecit, pòst vitæ spiraculum tribuit. En spiritus & caro. En homo & homo. Aliam habuit originem ex origine, qui iam habebat ex limo terræ: & homo ex homine constituitur, dum spiritu suppositâ formatione formatur & informatur; quoniam ad hominis veram vitam & formam, caro constitutionis non prodest quicquam.

3 Ruptis vinculis terrenis; ut renovemur spiritu, vocati sumus in formam Religionis. Ita filij Dei, qui ex muliere nati sunt. Non sufficit ingressus sine perfectione spiritus; quippe per bona opera certam vocationem facimus. Quia nati ex muliere, admittitur in perfectionem vocatio, & dimittitur in vocatione perfectio. Revertimur in quod relinquimus, amplectimur quod fugimus. Quid ergo erit nobis? In hominibus fructus teterrimus carnis, novâ explosâ filiatione, ex spiritu in perfectionem vocatione illuminante: equidem degeneres patent filij mulieris, qui vocatione debebant esse filij religionis. *Homo natus de muliere*: dicit nostra Tautologia. Quis non? Quiqui ex Deo feliciter nati sunt. Nascuntur ex Deo, qui permanent in vocatione, qua vocati: qui numquàm in eodem statu permanent, nascuntur ex muliere: non sunt homines ex hominibus, sed tantùm homines: igitur ad statum perfectionis religione vocati, resilientes non permanent in vocatione perfecti.

Monachus perfectus est religionis filius.

Iob. 14. 1.

Euripid *Alia post alta & diversa,*
Et bona & mala, & longo tempore.
Ut ait Euripides in *Oreste*, v. 978. Lunatici sunt: sæpe cadunt in ignem, & crebrò in aquam, iurantes in stultitiam: igitur stultus sicut Luna mutatur, dum ex lucis plenitudine in vacuitatem avertitur.

4 Quis vos fascinavit insensati? Dicit spiritus SS. Benedicti. Sunt in Religionis claustris, & simul extra religionem, S. Benad *servantes sæculo fidem.* Ita *Regul. Sanct.* cap. 1. Quia sæculi cognoverunt fidem fluxam, eius fugacem sprevere gloriam. Fides falsa est simulata perfidia, qua cor magis illecebris allicitur, dum fides frangitur; igitur promittit nugivendulus felicitatem, & felicitatis velo subministrat vafrum fellem. Ridet, ut captet, & captos irridet. Hac fide coniugat sibi discipulis voluptatum, quos pellicit illarum coloribus in infernum. Infatuat, ne resipiscant; amatores sæculi dicti, eò quòd vel doloribus nolunt stultitiæ pœnitere: & cùm suos uti deditios habeat, non ut pridem mulcet, sed cruciaminibus vexat; quibus Deus sæpe cæcos in meliorem frugem vocat. Assentiuntur, quippequàm circumventionem cognoscunt: & abnegantes impietatem & sæcularia desideria, puncti perfidiâ, vocati ingrediuntur in claustra; ut pessundato mundo, sobriè & iustè & piè possint vivere in hoc sæculo. Studium est perfectionis, & virtutibus usque ad culmina virtutis, dum perseverat sæculi fallacis memoria, atque vocationis in meditatam perfectionem flamma. Friget tempore, inutili deletur conversatione: iam mundus non ita ingratus, qui nonnumquàm molestissimus. Odio amat, quoniam aversum delectat, contemplatâ delectabili specie, neqnaquàm sollità fraude. Anceps patet animus, in immedicabile vulnus.

Fides servata sæculo destruit virtutes in claustro.

Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi:
Nam desunt vires ad me mihi, iusque regendum.
Ovid. 2. Amor. Eleg 4. à v. 5.

Fides ad speciem rescissa, revalescit: iterùm dolo cognito subscribit: & admittunt degeneres insidiantis apertè supplantationem; quoniam in perfectionis statu servarunt sæculo fidem. Qui huiusmodi memoriam secum tollit, dum ingreditur, recedit: igitur nocent in via virtutis, relicto sæculo, reliquiæ cogitationis. Ut agant festa, persistere debet dumtaxàt vocationis memoria. Hæc format in veris Monachis imaginem venerandæ virtutis, sine sæculi fide, nec illius ulla cogitatione: igitur si fides abiecta corda Monachorum pungit; imaginem ipsorum ad nihilum redigit.

5 Utinàm permansissent in sæculo, servirentque apertè mundo! At in septis sunt scandalo. Pende verba Benedicti. *In plumbi natura molliti, adhuc operibus ser-*
vantes sæculo fidem, mentiri Deo per S. Bened *tonsuram noscuntur.* In plumbi natura, ad quaslibet imagines apta, sicut illorum corda; modò malum aversa, & modò in malum conversa, duplicem habentia aspectum secundum commodum: nihil mirum,

si cognità mundi vanitate, ac religionis virtute, sit conversio in mala ex bonis, dum vir duplex animo inconstans sit in omnibus vijs suis. *Adhuc operibus servantes sæculo fidem.* An vocatio vera, vel falsa; dicunt opera: & cognoscuntur mentiri, ubi videntur habitu studere perfectioni; quippe studium religionis per tonsuram ad speciem; & non inaurarent impudentissimè fraudem, si in sæculo sæculares servarent sæculo fidem. In ipso monasterio extrahitur animus, quo evanescit spiritus; mentità flammà expositæ vocationis, ex apparenti dilectione virtutis: quandoquidem nullam in tuto paterentur ruinam; ni servassent in pectore, quod ad speciem abiecerant.

Ubi status non perfectio fit suspiosa vocatio.

6 *Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorum in sæculo*: Psaltes Regius proclamat. Genebrard. *Gentiles.* Maluend. *Animo fucato supplices.* Verùm dubitandum, an Domini inimici facti per fucum atque mendacium; an facti in promissis mendaces, quoniam hostes? Utrumque. Loquitur de conversis à Gentilitate in religionem, monstrantes animum simplicem & supplicem: dicunturque Deo mentiri, in ipsamet conversione; quoniam diversum propositum; religionis exprimentium ob virturem desiderium: siquidem animi fucati veritas, non erat vocatio, sed vocationis utilitas. *A condita urbe gladius est ibi* (inquit de Massilienfibus. Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 6. n. 7.*) *quo noxij iugulantur. Omnibus autem qui per aliquam religionis simulationem alimenta inertiæ quærunt, clausas portas habent, & mendacem & fucosam superstitionem submovendam esse existimant.* Prudentèr iunguntur gladius, & fucata propter commodum virtus: etenim cùm simulatio virtutis sit dedecus religionis; iugulandi in ipso introitu, qui in religionem veniunt, sine religionis animo: quandoquidem vocationem mentientes, accedunt supplices; & dato tempore fiunt cautè religionis hostes. *Mentiti sunt.* Non veniunt in Dei servitium, ut serviant; sed ut comedant. *Mentiti sunt.* Defecerunt à promissis sanctis, quia claudicaverunt in semitis suis: & cunctis ostenderunt vocationis conditionem, in ipsa religione servantes sæculo fidem. *Mentiti sunt*, dicentes abiecta idola, dum servabant in pectore simulacra: equidem legibus religionis exleges, viventes intra claustra tamquàm gentiles. Opera illorum sequuntur illos, per quæ cognoscitur in vocatione pectus. Tonsura indicium est perfectionis status: & cùm cortuptela vigeat adversus vocationis propositum; mentiri Deo per tonsuram noscuntur: igitur vel in ipsa conversione servantes sæculo fidem, in tonsura demonstrant specie tantùm religionis speciem.

Psalm. 80. 16.

Verè vocati in Claustrù qui non ad commodum.

7 *Inimici Domini mentiti sunt ei.* Inimici Numinis priùs dicuntur, quàm mentiantur. Nullo modo. Haud dicitur *mentiti & inimici* facti. Antequàm ingrederentur Monasterium, inimici. Titulo vocationis deauratum embolium fraudis. Accesserunt supplices, qui futuri hostes; & facti sunt inimici, quoniam ingressi, qui in ingressu iugulandi. *Omnia hominum negotia* (infit Seneca de *Tranquill.* cap. 15.) *similia initijs esse, nec vitam illorum magis sanctam aut severam esse, quàm conceptus inchoatos.* In vonversione ficta, precibus speciosa, inimici Domini mentiti sunt ei, & subinde patuerunt corruptelis inimici: qualis ergo in religione perfectio; ubi fictitia vocatio? Iuxta initia sunt negotia: cuncta similia: sæculo profectò nonnumquàm servabit fidem, qui in religionem vocatus, non quæsivit religionem. Dicit Thom. Campanella, de *Monarch. Hispanic.* cap. 15. *Hoc pacto tot inutiles Religiosi; quandoquidem non religione, sed necessitate compulsi, hoc genus vitæ elegerunt, scandaloque alijs sunt.* Cum fide in sæculum perfidum, eius habent libertatem, percupide ambientes Monachatus honorem. Unde cum sæcularia desideria militent adversus animam, Monachi fiunt in Monachorum ruinam.

Senec.

Sine animo religionis, qui Monachi, Sæculares.

Campanel.

8 Paterfamilias in fructus plantavit vineam, sepem circumdedit ei; ut intra claustra, nil extrà: quæ quidem ad hostium impugnationem munita, ab illo agricolis est locata. Ita apud *Matth.* 21. 33. apud Evangelicum Vatem: *Sæpivit eam, & lapides elegit ex illa.* Cur non ad illam, sed ex illa lapides paterfamilias elegit, dum præstantius ædificium ex electione lapidum? Ædificium nequaquàm spectabile, sine regula, amussi, & lapidum electione, quippe tunc minimè fabrica, sed tantùm rudera & rudera, præut lapides sine ordine cadunt in molimen, quin ædificent vel ædificentur extra ordinem. *Venerunt structores tui destruentes te.* Infelicitas prorsum, ubi ruina ex fabrica: dicunturque structores destructores, ubi sine electione collocant lapides; quoniam sine arte, sine lege, sine ordine, sine amussi ad ædificij per-

Isai. 5. 2

Quando ædificatio structurę destructio?

Ibid. c. 49. 17.

permanentem formam, assumpti lapides ædificantur in ruinam. Ædificium ergo labitur, dum erigitur : zelus imprudens taxatur : ordo ædificij non ex lege, sed à voluntatis ordine, factà ædificatione ruinà, ex ædificatoris turbulentia : igitur tantæ stultitiæ, dum procedit sine ordine; quòd cuncta destruat, & sibi videatur ædificare. *Zelus absque scientia* (inquit Bernard. de *Vita & morib. Cleric.* cap. 12.) *dum prodesse festinat, invenitur obesse.* Destruit ædificando, quippe in ædificationem nullus ordo; neque lapidum electio. Quidni iaceat, quod ædificat ? Sine electione, qui iacere debent, lapides elevat: destruitque ædificatione ; quoniam molimine assumit, quos habebat reprobare. In opere proprio, ut ait Plautus, in *Milit.* Act. 3. scen. 3. v. 4.

Bernard. *Zelus imprudens nocet.*

Stultitia & insipientia insulsa & maxima,
Ire in opus alienum.

9 Ergo in rem. *Sepivit eam, & lapides elegit ex illa.* Hæc lapidum electio? nequaquàm est electio, sed reprobatio. *Lapides abstulit, removit*, extraxit : dicunt Sanctius & Maluend. Vineæ hæc domus sancta est : ibid. v. 7. Cur igitur si in domus suæ ædificationem Dominus lapides advexit, tractos studio removit ? Superfuerunt, nec placent in domo sua, quæ penitùs supervacua. *Quod factum corporaliter videmus in parietibus* (ait August. *Serm.* 256. de Tempor.) *spiritaliter fit in mentibus* : superfluaque saxa, quæ à Domino adducta removentur, dum illis nihil ædificatur; quoniam minimè in monimentum perfectæ ædificationis, ubi in domo Dei viguerint superfluitates. Adducta quidem in ædificium saxa, sed in ædificium non electa : unde meritò à domo remota; etenim ab illa debet penitùs removeri, quicquid non servit ædificationi. Clariùs quæstione dicamus. Cur ergo adducuntur, si removentur ? Patet quid. interest inter vocationem ad virtutem, atque virtutis amorem. Multi sunt vocati, pauci electi. Adducti lapides vivi in ædificium vocatione sanctà : non respondent vocationi : & removentur, quantumvis sanctè adducantur; siquidem ab ædificio removendi adducti lapides, qui ædificationi adducti, nullius ædificationis. Dialecto nostrà vividiùs : *Alli traìdos, les arroja de alli; porque no sirven de edificacion.*

Maluend.

Augustin.

Vera vocatio Monachi cõstat virtute.

10 Ulteriùs. Vocatione utique in domum adducti sunt; sed in ædificium sat non est. Vocantur in perfectionem status, & vivunt sine status perfectione. Ubi tantùm vocatio, superfluum in ædificio. Semper despiciuntur, qui superfluunt: & in ædificium qui vocati, removentur; quoniam ædificare non possunt, qui numquàm ædificantur. Removentur. Maneant ibi: qui non ædificant, iaceant. Nullo modo. Perficienda à reliquis ædificatis lapidibus separatio. Totum removendum, ne fit scandalum : & adducta vocatione in domus ædificationem saxa, vigili studio removentur ab illa; quippequàm lapides iacentes non electi in ædificium perfectum, ingredientibus, & habitantibus domum, deserviunt in offendiculum. Iuxta flammam vocationis, eligi adducti debebant in cacumina virtutis; verùm iacent: lapides sunt, non moventur : studioque repelluntur & expelluntur; ne noceant alijs in studio adamatæ perfectionis : etenim qui domi nec virtute, nec charitate iacentes ædificantur; sunt offendicula & obices ingredientium. Dispergantur. Maius malum. *Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum.* Sanctuarium nobis Monasterium est. Qui in Claustra vocati, & in claustro non perfecti; neque Monachi, semper inter sæculares dispersi, & sine ædificatione : igitur sine ulla specie, imò sine specimine virtutum; sunt vel in plateis offendiculum etiam sæcularium. Dicit Cantipratensis, lib. 2. *Apum*, cap. 11. §. 1. *Qui in hoc articulo Religiosi ? Horrenda mala, horrenda scandala, horrenda pericula.* Qui semel rectum iter amiserit; quò magis ambulat, magis errat. Vel soli, à se separati, inter sæculares experiuntur dispersionem; quippe dispergentur omnes qui operantur iniquitatem *Dissipati sunt, nec compuncti*, irrevocabili ædificatione : siquidem corruptelà morum semel admissà, *erit tempus eorum in sæcula.* In huiusmodi ædificio, *placuerunt servis tuis lapides eius*: Numini dicit David. Si non *eius*, tantùm lapides. Tantùm saxa, verùm in ipsa vocatione mortua; quippe illà memores mandatorum ipsius; sed non ad faciendum ea. Iacent ut iaceant, quin elevari queant : igitur ictibus & ictibus, ut surgat animus, necessarius totus Deus. Vide *num.* 15.

Non ædificat, qui non ædificatur.

Est perfectorum offendiculum.

Thren. 4. 1.

Etiam sæcularibus scandalum.

Psalm. 101. 15.

11 Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc : igitur quod perfectis angor, illis splendor, sed in summam obscuritatem, quippe in ipsa vocatione obliti sunt vocationem. Quæ in

Monasterio ut sæculares, aveänt, & habeänt, ut summa in impunitate cupiant; diximus, *Tom.* 1. *T.* 1. *Didasc.* 9. *à n.* 11. & *Tom.* 4. T. 2. D. 1. à n. 5. *Vitia illorum, quasi felicitatis argumenta delectant*; quibus simplices in ædificium deputatos seducant. Multarum rerum oblivionem sentiunt, verùm plurium imitantur; ut illos alij imitentur, cadantque è culmine perfectionis, dum vident & flagitiosos felices, & simul faustè florere nocentes. Pacem odientes habent pacem, sine gravamine, crimen; in labore hominum non sunt, humilitas fastus est, lex prolubium; prodit quasi ex adipe iniquitas eorum; quæ illorum mendacia, summa veritas; virtus laudabilis, pravitas; rectitudo, affectuum curvitas; alta prudentia, malitia; dexteritas, fraudulentia: dolus uti fides plausus, gaudet animus malignus, proferens quod primùm in buccam venerit, & in cœlum obloquuntur si illud occurrerit. Ita sunt. *Ideo convertetur populus meus hìc.* Hìc populus meus sequitur religionem: illi propendent in iniquitatem. Populus sanctus in perfectionis formam: illi in status corruptelam. Ille in regulæ examen, illi dumtaxàt in relaxationem, & ob ista felices; desponsatà fortunà, ex quo debebant cruciamina: unde hinc removendi malignantes, ne populus sanctus hìc illorum convertatur in mores: equidem facilis conversio cordis infatuati in pravum, dum arridet in amplexum felicitatè pravorum. Sunt enim iuxta proprias concupiscentias in deceptionem illusores, audaces, sibi placentes, mercedem iniustitiæ voluptatem existimantes, delicijs affluentes, pellicentes animas instabiles, viam rectam derelinquentes, in errore conversantes, libertatem promittentes, cùm sint servi corruptionis. Totum ex Petro, 2. *Epist.* 2. Cor eorum vanum est: *Ideo convertetur populus meus hìc*: quandoquidem si non recedit, & speciem extrinsecam tantùm videt; in dolos illecebrarum incautè cadet: magnum enim in præcipitium aversionis exemplum, in habitu sancto felicitas peccatorum.

Senec. *Epistol.* 92.

Conditio illorum.

Psalm. 72. 10. *Felicitas pravorù, malum exemplum.*

12 Textum claudamus. Paterfamilias plantavit vineam, *Sepivit eam, & lapides elegit ex illa.* Cur si septa, saxa inutilia remota? An quia inutilia? Exprimit quid agendum, dum ingruit pravitas lapidum, ad ædificationem ineptorum, quantumvis adductorum in Regis templum: iungitque claustrorum firmitatem, & lapidum remotionem; quippe tunc firma ad perfectionem custodia sancta murorum, ubi improbi ne sint obices, longè à vineä removentur. *Non enim cœpisse, sed permansisse virtutis est*: inquit Hieronym. *Epist.* 132. Perseverantia est virtutis, si persistit flamma, quæ principium vocationis. Unde languet in vocationem, vocationis perfectio; quia non est flamma, sicut erat in principio: animò revertente unde in perfectionem venerat; quippequàm oblita vocatio præcipitem non declinat. Astu dæmonis videtur revocabilis, Sæpe spiritus vadens, & non rediens. Dum gratià Dei iterùm desideratur, quàm difficilis captu ex laboribus cognoscitur.

Remotio impij, ædificatio perfecti.

Hieron

13 Columna luminosa data Israel, dum exivit è servitute Ægyptiàca; ut tuto sine errore per avia & devia perveniret in optata. *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis; ut dux esset itineris utroque tempore.* Dum iter nostrum ad terram promissam viventium, per institutum Monasticum; exprimitur per columnam & eius pro tempore varietatem, nostram ad Monasterium vocationem. Vocatio in perfectionem status debet esse; quæ perfectio minimè consistit in vocatione: equidem parùm interest in perfectionem vocatio; ni sit ad quam vocati, perfectio. Columna luminosa est vita ex vocatione perfecta: igitur si non perfectus qui in perfectionem vocatus, ducetur cæcè in errore, quoniam iter sine luce. Si durat flamma, acquiritur terra cœlitùs promissa: verùm si friget, evanescit, spiritu manente sine luce & sine duce, detruso in obscuritatem; quia noluit sequi vocationis perfectionem. Non ducebat vocatos in Ægyptum, sed in desertuum. Ardore tamquàm luce ducebantur; ardore flammæ sequuntur: columnæque objicitur claritas & obscuritas; ut nostræ vocationis ostendatur proprietas: quandoquidem si flamma vocationis deducit in status splendorem; oblivio multos adduxit in tenebras & non in lucem. Miseri qui tantùm non perfectione, sed vocatione vocati: felices sanè, qui in vocationæ perfecti. Pervenient: nam uti accinit Alcimus Avitus *lib.* 5. v. 542.

Exod. 13. 21.

Cur columna Israel nubis & ignis?

Iam super Hebræos consistens clara columna,
Flammea mirandam reddebat in aëre lucem.

Alcimus Avit.

14 Sistebat Angelicà virtute, quò totus Israël positurus erat castra, designans luce

luce quo loco ponenda ; & simul abigens serpentes ex illis locis, ne nocerent illa mansione sessuris. Unde de columna dicitur : *Lucet, & ardet* ; uti videbimus, *Tom.* 8. *Tautolog.* 1. n. 31. Erat dipsas & scorpio, atque serpens flatu adurens. *Deuteron.* 8. 15. verùm columna flammea fugabat serpentes ; ubi ducebantur spiritu vocationis : siquidem perseverante flammâ in perfectionem vocato ; vel inter serpentes vivitur sine peccati veneno. Languit sæculi recordatione, ac cogitatione Ægypti, tædio itineris, ac fastidio profectionis, sine memoria servitutis, atque hactæ libertatis ; qua de causa *misit Dominus in populum ignitos serpentes.* Quælibet sæculi etiam abdicati species, tendenti in terram promissam, scorpio, dipsas & aspis. Tendentium revocaverunt vitia, quæ venena fugarat columnæ flamma, in vindictam cogitationis sæcularis, adversæ perfectioni vocationis.

Abigebat serpentes

Nulla sæculi memoria, perseverante vocationis flammâ.

Numer. 21. 6.

——— *Pro Cæsare pugnant*
Dipsades, & peragunt civilia bella Cerastæ.

Lucan.

15 Pœnituit facti, decrevitque uti pius Dominus serpentium expulsionem, ob errantium ex corde, fletu expressam pœnitudinem. *Fac* (dicit Moysi) *serpentem æneum, pone eum pro signo : qui percussus aspexerit eum, vivet.* Ita factum: vulnerati valescebant ad signi aspectum. Dedit metuentibus significationem ; ut à facie arcus in pœnitentiam fugerent: etenim docilia corda, dum convertuntur ad signa. *Pone eum pro signo.* Pro cuius signo ? Dicit ipse signatus. *Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto ; ita exaltari oportet filium hominis.* Ioann. 3. vers. 14.

Vers. 8.

Fervebat via sicca eremi serpentibus atris.
Iamque venenati per livida vulnera morsus
Carpebant populum : sed prudens ære politum
Dux cruce suspendit, qui virus temperet, anguem.

Prudent

Succinit Prudent. in *Enchirid.* Carm. 12. Si primò fugavit columnæ flamma serpentes ; cur advenientium denuò, ut expellantur, imago necessaria Salvatoris ? Elucet quid contingit è sæculo advenientibus in claustrum, & in illo desiderijs revertentibus in sæculum. E sæculo serpentes sunt : venena fugit sanctâ vocatione cor; illique fugantur, dum flammâ vocationis corda accenduntur. Verum si redeunt in pectus vel levi cogitatione ; non satis flamma columnæ : equidem si in expulsionem sufficit vocationis fervidus animus ; dum redeunt, ut expellantur necessarius totus Deus.

Quàm difficilis reversio, ubi vocationis oblivio?

16 *Mirifica misericordias tuas* : dicitur à Davide. Conversio profectò misericordia: conversio post reversionem, misericordia mirifica : igitur cùm qui in sæculum derelictum revertuntur, delicijs eius obcæcati tradantur, & vitiorum servituti sine libertate mancipentur ; prodigium mirificæ gratiæ est, veneno sæculi perciti, quòd convertantur ad cor. Gratia est, si mundus conversione relinquitur: Monachus sæcularis non convertitur. Hinc de illis dicitur : *Melius erat illis, non cognoscere viam iustitiæ ; quàm post agnitionem, retrorsùm converti* : laudanturque mirificæ misericordiæ, dum objicitur huiusmodi ostentum gratiæ ; quippe summum, dum sæculi virulenti insertæ cogitationes, quod vel afflicti decidant à pravis cogitationibus suis. Voluntas Dei per legem exprimitur : conversione sequitur, reversione omittitur : mirificaque dicitur misericordia, ubi ex reversione conceditur novæ conversionis gratia ; igitur summum inter prodigia miraculum, atque gratiæ spectabile portentum, quod in amantibus, eius derelinquentibus leges, Deus mirificaret omnes conversione voluntates. In rem Prudent. *adverſ. Symmach.* v. 1120.

Psalm. 16. 7.

2. Petri 2. 21.

Gratiæ summus, conversio reversi in sæculum.

Instabilis placiti sententia flexa novatur
Nunc etiam quoties solitis decerpere pradest,
Præteritosque habitus cultu damnare recenti.

Prudent.

DIDASCALIA II.

Potius, vivere cum hostibus, quàm cum invidis.

1 INQUIT Hieronym. *Epist.* 27. exponitque Davidis exemplum in vexationis effugium : igitur maluit subdi Achis, fugiens in Geth ; quàm habitare inter aulicos Saul. Hinc dicit : *Prodigium factus sum multis, tu adiutor fortis.* Qui luxit, luxit ; & qui lucet, lugebit, ferens invidiæ flagellum, quippe factus est prodigium, istudque à Domino factum : qui quidem si adiutor inter hostiles phalanges ; in lividos debet esse adiu-

Hieron.

Psalm. 70. 7.

Lividus insidiosus.

iutor fortis : equidem ut compescatur à malignitate invidus, necessarius totus Deus. Mortem concilium malignantium adversus Christum decernit ; quia *Hic homo multa signa facit*. Malunt miraculis privari, quàm in illo videre ; exprimentes oculum nequam, ut videntes cæci fiant; equidem eligunt prius obcæcatione caliginem, quàm claritate mirà fulgentem videre Solem. Quid ergo fecit, qui damnatus, eò quod lucet ? *Abijt in regionem iuxta desertum*. Non expellitur, sed fugit. Ne priùs pasio, quàm pateretur recessit : etenim molestissimum gravamen, insidiantis invidiæ subire crucem. Sanè gravissimum, ubi spelæum dulcissimum habitaculum : quandoquidem ita dira ira invidentium, seipsos tabidè atque rabidè secantium ; ut eligatur potiùs, ne grassetur horum virus, habitare placidè cum leönibus & serpentibus. Nescio an fugà mutetur stantia, ni placidiora serpentia: *Cum scorpionibus habitas* : dicitur Ezechieli. Quantum virus lividi ! Christus recedit in pericula de periculis, in virulenta de hominibus venenatis ; quoniam si utrumque occurrit, commorari leöni & draconi placebit. *Livor solet* (ait Stoicus de *Tranquill.* cap. 15.) *non immeritò contristare, & in solitudinem deducere* : *ubi scilicèt, bonorum exitus mali sunt. Necesse est torqueri, & tam iniqua præmia fortunam persolvere.* De fonte leporis surgit amari aliquid ; quoniam quisquis spectabilis non est nihil. Succinit Ovidius, 15. *Metamorph.* fab. 2.

Nec satis est, quod tale nefas committitur:
Et placuisse nocet.

2 Substituit animo quod accidit Ludovico de Silva Comiti, regnante Emmanuele in Lusitania. Apud inclytum hunc Principem invenit gratiam ob eximiam prudentiam, promptitudinem, expeditionem, ac in rebus summi momenti dexteritatem. Unde dotibus & commendabilibus instrumentis egregius, magni habitus non solùm inter aulicos, sed primus, ut primas, etiam inter ministros. Occurrit ergo in Comitis ruinam, quod ampliorem debebat conciliare gratiam : nimirùm, respondere Summo Pontifici, erga Ecclesiæ privilegia litteris nimis urgenti. Cum Comite Emmanuel convenit (quod præsagus ægrè tulit) rescriptum fieri ab utroque. Ita factum : utrumque ab utroque lectum. Comiti Regis placuit, sed lecto Comitis, proprium summè Regi displicuit : iussitque mitti ad Pontificem, Comitis rescripti tenorem ; fassus, esse solidiùs, & prudentius, verùm decolori facie, æstimabilioris cessione potentiæ. Comes cogovit, meridie recessit, quem in accubitum expectabant filij, quos actutùm equis stratis, secum in campum iussit egredi ; dixitque illis : *Dilecti filij, quærite hinc longè, modum vivendi. Consulat unusquisque vitæ suæ : ego meæ, quoniam hic iam vivere non possumus ; igitur Rex scit, cognoscitque, illo me plus scire, intellectu præstantiorem : Regesque nolunt regi, sed regere, & sibi suadent præcellere superiores subditorum cognitione, sicut præstant maiestate.* Ita in *Consil. Politic.* Perezij. Non secùs Seneca in *Hercul. Oetæo*, à v. 700. & *Octav.* v. 465.

Sed quid pavido territa vultu?
Quæ te rursùs fortuna rotat?
Quicquid excelsum est, cadat.

3 Gloria nocet, facitque malignitas fovens livorem, quod exequi quibat gravissimum crimen ; quoniam nullum maius in huius furoris pondere, quàm excellentes dignitatibus, excellere, confectis iaculis, ex dotibus inclytis, expolientibus acumen, si lividi audiunt illarum celebrationem : quandoquidem ipsamet gloria, in honorem fulgentis facta sagitta. *Dij boni* (exclamat Valer. Maxim. *lib.* 3. *cap.* 5. *u.* 1.) *quas tenebras ex quo fulmine nasci, passi estis!* Quò præstantiores, maiores cadunt de montibus umbræ ; atque in nigredinem ornant, quia culmina fumant. *Labor & afflictio spiritus* ; *eò quòd in multa sapientia, multa sit indignatio* : *& qui addit scientiam, addit & laborem.* Sanè iurèque indignatio in expectatà afflictione ; quippe summè infelices ex summa felicitate. Accinit Manil. 2. *Astron.* cap. 16. à v. 16.

Omne quidem signum, sub qualicumque figura,
Partibus inficitur. Mundi locus imperat Astris;
Et dotes noxamque facit.

Mala merx, quæ bona tendit in mala ; gloriàque in dedecora ficta, atque vulnera vera, quibus pectus infeliciter saucium iaculis dotium. Meritò, ex meritis facto vulnere, & conciliato dolore ; queritur Ovidius, 2. *Trist.* Eleg. unic. v. 1. succinens:

Quid mihi vobiscum est (infelix cura) libelli?
Ingenio perij qui miser ipse meo.

4 Insigni imagine Prisci demonstra-

Joann. 12. 47. *Malignitate obcæcatus.*

Vers. 54.

Ezech. 2. 6. *Et truculentus.*

Senec.

Ovid.

Superior intelligentia subditi, astò plausa, num quæ placet Superiori.

Christi Ludovic. de Silva.

Senec.

Quælibet gloria in eius pectus sagitta.

Val. Max.

Eccle. 1. 18.

Manl.

Dotibus spectabilis iugulatur à meritis.

Ovid.

strarunt Solem. *Corpus totum flammeum, pennata vestigia, pallium coccineum: sinistrâ manu Clypeum coruscantem, dextrâ ardentem facem præferebat.* Ita Chartar. de *Imagin. Deor.* fol. 64. Aptè fax Solis speculum: cæterùm quorsùm scutum? Clypei tribuerunt tutamen, quippe præferebat lucem. Solis in ornatu siccine & pulchrà imagine, objiciuntur ornamenta viri dotibus inclyti; & simul doli invidentium cum pharetra sagittarum, ut ille lethaliter vulneretur, & splendor extinguatur, equidem parvipendunt, quòd sint merita: verùm si fulgida, in illum iacula & iacula. Sine clypeò cuiusque vanesceret splendor, & splendoris inferretur dolor, cuius artifex ingeniosissimè livor, qui præparat sagittas suas in arcu, ut sagittet dotibus eminentem in occulto. Unde cùm insignia, spectabilia ornamenta, sequatur ut persequatur invidia; clypeus datur Soli, ut tutò possit lucere: etenim ni splendor tantus haberet scutum, invisus oculis occideret ante occasum. De Æthiopibus Ctesias in *Ægyptiac.* ait: *Quòd Solem oderint, & detestentur cùm illum exoriri vident.* Idem Herodot. *lib.* 4. *num.* 46. de Atlantibus: qui de Thracibus, *n.* 26. inquit: *In cœlum sagittas excutiunt.* Huiusmodi fatuitas vel temeritas indicat in lucem præparatas sagittas: & quia odiosus Sol dum lucet (cœlumque nulla sagitta ferit) indicat in imagine, quomodo se gestarum, qui splendescit cum livore: equidem quid Soli è turbine sagittarum, ni haberet clypeum? Cadunt plerumque, qui emittunt strenuè radios, & quisquis vel ab ineptis iudicatur excelsus. Vulnerandus est, cui sedet eminens lux. Ut vivat, quiescat & fulgeat, exornandus est ut Sol; etenim liber esset à vulneribus, si ad manum forsàn haberetur clypeus. Ab experto Davide dicuntur vulnera & causa: *Funes* (ait) *ceciderunt mihi in præclaris.* Utique: ni præclara fulgerent, non essent obices. Ovid. 1. de *Remed.* v. 373.

Solis imago.

Chartar

Merita sunt vulneribus expositа.

Ctes. & Herodot.

Sol à quibus sagittatus?

Psalm. 15. 6.

Ovid.

Summâ petit livor.

5 Arduum profectò videt: ideo pallet. Virgil. in *Opuscul.* de invidia succinit:

Livor tabificum malis venenum,
Intactis vorat ossibus medullas,
Et totum bibit artubus cruorem.
Suspirat, gemit, incutitque dentes,
Sudat frigidus, intuens quod odit:
Effundit malâ linguâ virus atrum.
Non somnum capit, aut quiescit umquàm,
Et torquet viscera artifex cruentus,
Væsanos tacitus movet furores,
Intentans animo faces Erinnys.

Conditiones livoris.

Virgil.

Vividiùs Bernard. de *Interior, domo*, cap. 23. n. 53. & de *Modo benè vivendi*, cap. 34. n. 94. *Invidia est animi tineâ* (infit) *sensum comedit, pectus urit, mentem afficit, cor quasi pestis depascit, germina virtutum concremat, bona ardore pestifero devorat.* Socia omninò malignitatis, in libell. de *Curiositate*, dicitur à Plutarcho: *Illa gaudium est de alienis malis, invidia dolor de bonis. Utraque nascitur ex affectu immani atque ferino malitiæ.* Haud perfectè cognovit originem: quippe prætermisit dæmonem. *Homo natus de muliere*: dicit nostra Tautologia. Unde ergo si homo? Per invidiam degener à conditione: etenim si homo nascitur de muliere; lividus sanè non homo, quippe natus ex inferno.

Bernard

Qualis, & unde?

Plutarc.

Iob. 14. 1.

Lividus dæmon.

6 *Erubescant impij & deducantur in infernum.* Genebrard. *Reducantur.* Rab. Kimhi: *Revertantur inferno, qui sic livore perciti, instruxerunt, malè me apud Principem audire.* Inferno maligni & invidi digni, & obnoxij: verùm quomodò possunt reduci, aut reverti: Duce livore. Inclytus gestis, florebat David, deliciæ, voluptas, decus totius Israël, in plausum vocitantibus famam: gloriâ illius reliqui sibi conciliabant gloriam; & ita eximiam; ut per dotes queis à Numine ornabatur, venerabile nomen & honor extenderetur. Haud Principi arrisit plausus: etenim cùm ab illo tumidè haberetur thronus, & esset animi invidentis amaror, quòd subditus esset dignior, & superior dignitate, instrumentis non superior, illiusque cederet in dedecus, quicquid gloriæ habebat subditus, remotis ab altari dignitatis, victimis adorationis, seu potiùs raptis à meritis; quas non potuit æmulari, cœpit malevolus dotibus invidere; quin ullus illi esset pudor, ut coram aulicis fatuè exprimaretur dolor. Eodem morbo laborabant aulici, viruſque erupit Principe consorte; vel quia deaurabatur crimen, vel quia livoris ex blandimine levamen, vel quia cadebat meritorum cacumen; ut esset cunctis miserabilis, qui æstimabilis præ cunctis. En embolium, à Stoico floridissimè descriptum, in *Hercul. Oetæo.* à vers.

Psalm. 30. 18. Kimh.

Quota mala cũ invidiæ?

Plures fulgor convocat aulæ
Cupit hic Regi proximus esse,
Clarus claras ire per urbes:
Urit miserum gloria pectus.
Tenet auratum limen Erinnys.

Senec.

Intrant fraudes, cautique doli,
Ferrumque latens, comes invidia.

Ex splendentis ruderibus, erigi conabantur invidi domus; ut suam excusaret indignitatem, demoliendo meritorum celsitudinem. In huiusmodi proposita, quæ cogitata? Quæ non cogitata? Quæ imposturæ? Quantæ technæ, quot insidiæ, quot supplantationes, quantæ vafrities? Dij boni! Totus conventus malignantium, & labyrinthus colorum, strophis, panurgijs, argutijs, fucis, sutelis, tricis denique atque tragulis. *Hoc opus eorum* (dicit) *qui detrahunt mihi apud dominum*: & etiam quod simul revertantur in infernum, prævalente atque regnante livore; quippequàm exierunt inde: igitur tanta talisque diræ malignitatis cogitatio, dumtaxàt rabidè quibat egredi ex inferno.

Ex inferno exit in mundum

Psalm. 108. 20.

7 Qui furorem crebris persecutionibus passus, alijs indicat invidentium exitus. Certamen est inter invidiosos & invidos, dicitque de illis: *Dominabuntur.* Nil mirum. Dicam ex Statio, lib. 5. Silv. 1. v. 36.

Macte animi: notat ista Deus, qui flectit habenas
Orbis, & humanos propior Iove dirigit actus.

Statius.

De his ergo: *Auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.* Maluend. ex Hebr. *Forma, figura eorum de habitaculo suo*: Difficile prorsùm argumentum. Habent utique lividi habitaculum in mundo: quomodo igitur habitabunt in inferno? An quia non homines, sed bipedes dæmones? Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Recipit in vita Chaos. Dicit contextus: *Sicut oves in inferno positi sunt: mors depascet eos. Depascet*, tempus futurum: *Positi sunt*, est præteritum. Aptè illorum exercitia tempora diversa signant. Habitaculum sanè & habebunt, quod habebant; descendentes sub Orco, qui vixerant in inferno. Lividi sibi nocent, dum alijs nocere cupiunt: pallor dicit propositum & tormentum. Ut obnubiletur demerentium gloria, varijs commentis malignis concipitur ruina; verùm non prævalent, etsi dolent; quia lux magis in tenebris lucet. Ex tenebris totum lucidum: formaque & figura hìc veterascit in inferno à gloria eorum; quoniam irritis votis, fulgore lucis, in hoc patiebantur habitaculo, quæ passuri sub profundo. Hæc illorum forma, turpisque figura, meditantium crebris machinationibus damna, qui fatores litium, sartores convolutionum, tricis & tricis in dedecus, fucis & fucis in onus: signaturque ad habitandum simul mundus & infernus; quippequàm in oppressionem fulgentium rutilè dotium, nati in inferno à diabolo missi in mundum.

Psal. 48. 15.

Ibid.

Est lividus in mundo & in inferno.

Illius versus.

A diabolo missus.

8 Inter lividos insignes numeratur Cynicus Menedemus, qui cuncta rodebat rabidus, eò quòd à cunctis despectus: quare clarorum censuram, singularem insaniam, concepit in summam gloriam: ad quam exprimendam & pectus putridum, ipse sibi aptavit habitum. *In tantum prodigiosæ superstitionis venerat* (inquit Laërtius, in eo *lib. 6.* Suid. & Chartar. de *Imagin. Deör.* pag. 195.) *ut sumpto habitu furiæ, circumiret, dicens, speculatorem se ex inferno venisse; ut descendens, hæc ibi dæmonibus renunciaret, quæ vidisset.* Speculum elucet furore perciti, ac propositorum invidi, in alienum splendorem, Furiæ debacchantis præ se ferentis speciem: igitur parum erat, si delitaret; ni instar Erinnys sæviret: quo viso, cuncti fugiebant tamquam natum è barathro. Uti Furia circuibat, ut dæmonibus renunciaret quæ vidisset. Furia est, dæmones infernì sunt. Felicissima curiositas! Verè perversa malignitas, emotà mente: etenim plerique in opprobrium ita furiosi; ut ferant modò aliquomodò susurrum, descendent pernices libentissimè in infernum. *Ut ibi dæmonibus renunciaret, quæ vidisset.* Eiusdem conditionis, cui & qui deferebat visa, ut commoverentur pectora: igitur cum quibus circumferentis conversationem usus, nisi cum malignantibus dæmonibus? Insidiatoris & dæmonis est accusare. Dæmon & insidiator est pectus invidi; in infernum procedentis, ad iram nunciatis visis: equidem qui Acheronti offert huiusmodi obsequium, habet dæmonis officium. Denique. Horrorem sonat cum dæmonibus commertium; sed à pravis usitatum: verùm novum omninò: quòd diceret, advenisse in hunc orbem ex inferno. Non novum; concepit livor, nutrivit furor, conduxit error, deduxit labor, atque meritorum horror; ut cuncti eminentes caderent, modò illum ut superiorem extollerent, in cuius opus convertetur in Furiam, si non habet aliam formam: ita, ut in casum, præclarus instrumentis supplantetur, technis quas comminiscatur, pro meditato dedecore; terra quantumvis misceatur igni: seque dicit ex inferno tamquàm Furiam venisse, dum ita malevolè fidem servavit livori; quoniam huiusmodi propensio, declinatio & inclinatio, dæmo-

Furor Menedemi.

Diogen. Laert.

Speculum invidentiæ.

Susurronis curiositas, & malignitas.

Invidentis infernales operationes.

dæmonum conditio, morumque corruptio; solummodò in vulnus hominum possent exire ex inferno. Patet ergo ianua Ditis, in faucibus Orci. Excerpsimus ex Virgil. 6. *Æneid.* à v. 273.

Ultrices ibi posuere cubilia Curæ.
Virgil. *Pallentesque habitant. Terribiles visu formæ.*
Laborque, Lethi sopor, & mala mentis
Gaudia, mortiferumque adverso limine virus.

Hi fructus invidentiæ, hæc pignora nata ex inferno inferiori.

9 Videtur ob vitij deformitatem, exitum ex inferno, meram epitasim. Intende. *Vita mea appropinquans erat in inferno deorsùm*: dicit Syracides. *Deorsùm*; & versus infernum; quorsùm? Haud aliò tendit via, quia non descensus versus superiora. Quo ergo intuitu signatur *Deorsùm*, dum obijcitur infernus? Exponet invidus: igitur ita confundit omnia; intentione malignà; ut sursùm in mundo non sit mundus, sed infernus, uti sentina vitiorum, tumulus malignitatum, quin ullum relinquat lapidem, ut quærat sibi, alienum devenustans splendorem. Rempublicam subvertit, leges proterit, vitia nutrit, contentiones fovet; quæ cuncta operationes dæmonis, qui sedem habet in inferis: ex illisque natus dicitur lividus, quantumvis in mundo natus; quippequàm arreptitius perpetrat vitiosa sursùm, quasi natus esset in inferno deorsùm. Parùm dixi; præ illorum mancipatione in scelera; ut malè audiat (illis invisa fama) qui gloriosè plausibus spectatur, & voluptate videtur: etenim si essent in inferno, ut sunt in mundo; in mundum redirent facere mala ex inferno, sicut è sursùm descenderunt præcipites usque ad infernum deorsum.

Eccli. 21. 8.

Inde traducit mala.

10 Quia tres pueri noluerunt Nabuchi imaginem adorare, furenter potens mancipavit igni. Maiestas delicata est, maximè cum potentia, quam offendit vel incuria: alitur enim vento inflatæ superbiæ, quæ adorationem desiderat etiam in imagine: siquidem quoniam Principis insolentis blandimen-, celebrare indignitatem; arbitratur auctoramen celsitudinis, honorem adorationis vel in statuis. Prius ipse adoravit imaginem, ut subditos provocaret in statuæ adorationem. Amor proprius est, & error, quem tamquàm legem fulminavit furor: igitur semper delirant, quiqui se pro maiestate celsitudinis adorant. Adorant se, quantumvis statuæ sint lege capitis positâ, ut iustitia videatur, quod arrogantia, & lex præsit, quicquid placet: equidem cùm ostentetur maiestatis potentia, ubi dominantis adorantur crimina; lege subditos instant, ut adorent contra legem quicquid adorant. Maluerunt servi Dei in articulo mori, quàm fœdari: causàque cognitâ, propter adorationis omissionem, detrusi sunt in ardentem fornacem. Ignis innocentibus comes; sed *illos qui miserant, interfecit flamma ignis*, trahens in infernum, qui exterminium quæsierunt tantorum Principum. Mortui sunt: at grave argumentum est. *Non cessabant* (subditur) *qui miserant eos ministri Regis succendere fornacem.* Unde ergo si in infernum flammâ prævalente, deciderant; fornacem denuò incendebant? Argumenti solvit inextricabilem nodum, lividorum exercitium. Nonnumquàm oderunt lucem, atque benemerentium splendorem: dotes sepelire cupiunt, præclara ornamenta dedecorare satagunt: præcellentium vel gloriam vel ipsos suffocant, ut moriantur, fœdis imposituris gravant: collocatique in inferno, rursùs apparent in mundo; ut cognoscat cæcus orbis, unde exivit tanta pestis: igitur in fulgentium honorificè exterminium, ex inferno in mundum veniunt. Veniunt, ubi vivit, si vivit, invidia; cuius palatia sunt Tartara.

Deliria insolentis in throno

Daniel. 3. 22.

V. 46.

Suscitantur invidi, ut noceant, ex profundo baratbri.

——*Domus est imis in vallibus antri*
Abdita, Sole carens, caligine semper abundat.

Ovid. 3. Metam. fabul. 12.

Ibi iacebant extincti livore, qui revocati ne iacerent ibi: unde iam in mundo, qui iacentes in inferno; quoniam à livore quo flagrant, ex inferno suscitantur, ut officiant.

——*Vetus & antiqua simultas,*
Immortale odium, & numquam sanabile vulnus
Ardet adhuc.

Iuvenal

Ut succinit Iuvenalis, *Satyr.* 15. v. 35: Ardet? Utique. Totum odium: & quod exercere non possunt in dotes; retorquent avidè in dotibus spectabiles.

11 *Q. Flavius Augur.* (infit Valer. Maxim. *lib.* 8. *cap.* 1. *n.* 7.) *à C. Valerio Ædile ad populum reus actus; cùm quatuordecim tribuum suffragijs damnatus esset; proclamavit, se innocentem opprimi: cui Valerius æquè clara voce respondit: Nihil sua interesse, noxiusne, an innoxius periret, dummodò periret.* Ex inferno prodiret eiusmodi vox, ut innocentis ita patraretur nex? Quæ non audebit im-

Val. Max. *Tendit lividus in mortem fulgoris & fulgetis.*

punis propter munus insolentia, dum habet è consiliarijs suffragia? Idem responderunt Sacerdotes Iudæ, Christi innocentiam protestanti: *Quid ad nos? Tu videris.* Erat Agnus innocens sub potestate livoris: & modò moriatur; quid ad illos, quòd innocens moreretur? Quid Valerium perculit in huiusmodi detestabile iudicium? Invidia, ut opprimeret æmulum. *Candidati Ædilitatis, acceptior Flavius:* ait Tit. Liv. *lib. 8. sect. 51.* Voluit nactà dignitate per necem, ampliorem æmuli exterminare acceptionem: & cùm non posset in famam, insidias extruxit vafer in vitam. Iniquitas à livore: verùm mentira est iniquitas sibi. *Violentiâ dicti, reliquas tribus Valerius Flavio donavit. Eundem, dum pessundatum credidit, erexit; victoriamque in ipsa victoria perdidit:* subdit Maxim. Dedit locum ut fieret acceptior, & illius cognosceretur ex malignitate furor; sibi contrahens ignominiam, dum obscurare studuit æmuli famam. Carpit & carpitur unà.

Matth. 26. 4.

Tit. Liv. *Sed dum proiicit, erigit.*

Val. Ma.

Statius, d. *Tantus in attonito regnavit pectore luctus.*

12 *Nulla apud Philippum* (inquit Iustin. *Histor.* lib. 8.) *turpis ratio vincendi: in Alexandro nec dilatio ultionis, nec modus.* Nihil turpe cogitat invidia in vota, cum vota illius non aliud sint nisi turpia: igitur ratio vincendi sine modo in iudicium; & iura sine ratione. Occurrit causa Christi. Quis fuerit, patet: quæ mortis causa, fatiscit. Iam enim per ministrum captus, ut excusari posset inauditum scelus: igitur cum esset factum, quod à Sacerdotum Præside iussum; in infamiæ excusationem dixerunt fronte apertà: *Quid ad nos?* Per ministrum factum est: luat ergo pœnas, qui instruxit in innocentem insidias; quasi enorme flagitium illis non esset lenocinium, & præceptum. Nulla illis ratio vincendi, neque modus in ultione. Exitus acta prababunt. Præses ad quem, morti addicendus, perductus; *Sciebat, quòd per invidiam tradidissent eum Summi Sacerdotes.* Accesserunt, in multis accusarunt; verùm Præses dixit illis, cognoscens calumniam: *Nullam invenio in eo causam.* Quid? *Nos legem habemus.* Nulla lex, sed dumtaxàt legis vox. *Si non esset hic malefactor.* Est vox cordis: non est; dicitis. *Regem se fecit.* Mendacium: imò fugit. *Commovet populum.* Omninò commentum. *Prohibet dare Cæsari tributum.* Prorsùm fictitium. Sunt *duo testes*; sed falsi. Quare igitur Præses nec ulli obiectorum præstat fidem? Sciebat causam efformatam per livorem, sinistrè interpretatis miraculis, conculcatis prodigijs, eo tempore quo fama crescebat, & illis relictis mundus totus post illum abibat. Florebat gratiâ & sapientiâ: fecit in eis quæ nemo alius fecit opera, alienis ex corde acceptus, & proprijs odiosus; qua de causa illum non receperunt, sed coram Præside inventivis invectivisque accusarunt: Præsesque nihil credit, ex his quæ audit; quia traditus in iudicium per invidiam, ad formandum iudicium non habet causam. Causa invidiæ non est criminis causa, sed aliena gloria: est meritorum præstantia, qua propria iacet, quippe aliena lucet: & causâ efformatâ ab invidia, à Præside nulla dicitur causa; quia construit causam in mortem, ex his quæ grati debebant & plausum & gratitudinem. Propositum causæ subornatæ (ut quiescat malis) ingenioso livore (vitium utique ita sordidum, quòd nemo vel vanus fateatur hoccine vitium) est, quòd meritis inclytus, spectabilis cadat: pereat ut modò, nil interest, quòd per fas vel nefas pereat: auditisque Præses in causa fictis & actis, nil in pœnam videt ponderis, ad causam ullam; quia invidia fecerat causam. Hoccine conamen pectoris accusatoris: at quænam in iudicio iustitia Præsidis? Invidiosum cognovit: innocentem condemnavit. Hæc in dependentia politica agendi ratio (nata ex inferno) promit in Præside iudicium sine iudicio: ius sine iure, atque legem sine lege; quasi iura subdita iudicis delirantis voluntati: etenim gravissimum assentiendo invidis commisit crimen; sciens, quòd per invidiam tradidissent eum.

Iustin.

Ars in excusatione privatis invidiæ.

Marc. 15. 10. Ioann. 18. 38.

Quicquid ab illa obiectum, fictum & falsum.

In Præside blandiente livori Allorum; inditium contra inditium.

13 Quò non perveniet pectus huiusmodi tabe? Quæ molimina non excogitantur in dedecus dotibus inclyti? Orbi universo acceptissimus Scipio Africanus; verùm infelix quia displicuit civibus, & ei invisus Senatus: quapropter quæ mater vel alienis spectabilis Roma, nonnumquàm illi noverca; etsi plures in eius studium haberet triumphos, quàm annos. Luc. Cotta apud omnes malè audiebat propter corruptionem morum, sationem discordiarum, publica latrocinia, bilinguia verba, pecunias repetundas, comessationes, ebrietates, corruptasque virginis & matronas, conscio vulgo criminum; quippe totus actus sentina vitiorum (Ascon. Pædian. in *Cicer.* 1. *Verrin.* & pro *Muræn.*) queis depositus fuerat à

mu-

muneribus publicis, indigens virgà Censoris, à quo causa *evidenter noxijs* (ut inquit Valer. Max. quo sup. *num.* 11.) efformata, dilata latuit; quousque audacter Illyrici procurationem petivit. *Tunc Scipio L. Cottam ad Prætorem accusavit* (subdit Valer.) *cuius causa, quamquàm gravissimis criminibus erat confossa, septies ampliata, & ad ultimum octavo iudicio absoluta est, Homines sapientissimi verebantur, ne præcipuæ accusatoris amplitudini damnatio eius donata existimaretur. Nolumus, q. d. in iudicium triumphos & trophæa spoliaque, ac devictarum navium rostra referre.* Quod ab illo uti prudentia plauditur, à prudentibus ut iustitiæ vulnus ploditur. Ius est, quod à potentum gloria haud prematur innocentia; sed est invidia, criminosum iudicio fugere pœnas, ut indicantis proteratur auctoritas: igitur titulo honoris, impune publicum perindulgentes crimen; actoris & iustitiæ etiam ampliorem proculcabant honorem. Vel pueri conscij criminum: etiam reus damnaverat sibi conscium, cùm septies causa discussa; quod superfluum, sine causa: absolviturque non à scelere, sed à gravamine sceleris; ut è iudicio iudicium nigrescceret Scipionis: pateretque ex causa coram cunctis despectus, qui iudicibus nimis videbatur glorioſus, eò quòd nihil commodius quibat facere Reipublicæ; quàm huiusmodi pestem ab illa expellere; quin in munere denuò relabi posset, qui & in illo & ab illo semel flagitiosè cecidit. Haud verebantur iustitiam iudicio frangere; sed iudicio splendorem Scipionis appetere; causaque sontis cunctorum iudicum approbatur calculo; quia iure ac legè reprobabat Scipio. Quod ab illis videbatur auctoritatis fragor, erat splendoris fulgor, quo perstringebantur iudices, triumphos spolia & navium rostra videntes: arteque liboris Senatusconsulto pessima auctoratur causa, ut clarissimi Scipionis despicerentur trophæa: etenim liber, morum & Reipublicæ corruptor, ut Scipio iustus à pravis diceretur calumniator. Dicit Livius in *Epitom.* 3. belli Macedonic. *Non satis bello vicisse Annibalem, nisi velut accusatores calumniam in eum iurarent, ac nomen deferrent.* Frequenter exitus, libore iudice, dedecus gloriæ: equidem ut marcescat splendor; rectus audit, calumniator.

Val. Max. *Livore iustus damnatur, sceleratus absolvitur.*

Tit. Liv

14 *Populi terræ calumniabantur calumniam*: inquit Ezechiel. De haccine Tautologia. *Tom. seq. T.* 8. *n.* 7. & litterali-

Ezech. 22. 29.

ter. *Tautolog. 6. n.* 32. Calumnia est malitiosa actionis præsumptio, & per fraudem infamatio. Quippini actio dicitur calumniata, sed calumnia? Indicatur embolium liboris, fungentis munere iudicis: modò florentis conculcetur & maiestas & honos; absolvet illex totius iuris refractarios. Haud potest iustus damnari, quin pravus possit absolvi: & cùm ex calumnia iurè procedat dedecus, quo defloreſcit auctoritatis honos; invidentiæ suffragio solvitur reus: igitur criminibus sanctificatur abominabilis causa; quia causa tota, calumnia. Parum cogitaret livor & malevolentia iudicis, ni moliretur infamiam in nebullam splendoris. Calumniatur, à quo quicquam falsò imponitur. Calumniatur calumniam; qui iusto appingit, à pravo removens infamem criminis notam: & non solùm calumniari dicitur à livore, sed calumniam calumniari; quippequàm in invisum auctoritatis decorem, etsi falsò commentum iam habet crimen. Quodnam iudicium, ubi Cato damnatur, Clodius absolvitur? Vide Senecam, *Epist.* 97. & articulum ad unguem 2. *Machab.* 4. à 43. Aptius exemplum in Christi causa, ad damnationem à Proceribus effecta, qua Barabbas cum honore dimittitur, Christusque cruci & per opprobria, damnatur. *Redime me à calumnijs hominum*: dicebat calumnijs pressus David. Quorum ergo nisi hominum? Numquid dæmonum? Grave profecto crimen: dicimus etiam vernaculè propter enormitatem: *Calumnia del demonio.* Unde Aponte Tom. 2. in *Sapient.* 8. subdit: *Dæmoniores dæmone*: igitur superant per calumniam, totius inferni malitiam; ubi ut deaurent varijs coloribus prævaricatoris crimen, incumbentem ut deleatur, appellant calumniatorem. Terentius in *Andria.* Act. 4. scen. 1. vers. 1.

Zelus iustitiæ dicitur tricacalumnia.

Psal. 118. 134.

Aponte.

Hoccine est credibile, aut memorabile?
Tanta vecordia innata cuiquam:
Ut malis gaudeat, atque ex incommodis
Alterius, sua ut comparet commoda! Ah!

Terent.

Vide Læl. Biscolam, Tom. 2. *Horar. subsecivar.* lib. 14. c. 3. & artificia in odium, *Tautolog. 7. Didasc. 1. Sunt quos honor ipse vexet*: inquit Stoicus, *Epist.* 75. Aliquid intendunt, dum ab honore & honoratis vexantur. Quid ergo intenditur? Ne glorioſus invideatur: tuncque lapsus in deteriorem notam, quàm in invidiam.

Senec. *Livitas honore vexatur.*

Invidiam placare paras, virtute relicta?
Contemneris miser.

Horat.

Ut canit Horatius, *lib.* 2. *Satyr.* 3. v. 13.

Lividus sanè vexetur ab honore, si vexatur. Fur est: quod tollere vult non quit. Nequit meritorum illustrium furari gloriam: furripit quod potest, famam; verùm splendore oppressus; quippe & honore & splendore vacuus. Fest. Avian. Rufus, *Fabul.* 23.

Quart fur dicitur?

Ruf. Avian.

Lætior infelix, & sua damna cupit.

DIDASCALIA III.

Homo peccator non homo, sed dæmon.

QUAMVIS rationalis sit homo, & iuxta propriam naturam vivere, compellat ratio; gaudent homines insaniâ, quasi esset gloria desciscere à rationali natura: *eò quod* (ut ait Stoicus Cordubens. *Epist.* 41.) *in vitia alter alterum trudimus. Quomodò autem ad salutem revocari possumus; quos nemo retinet, sed impellit?* Verùm si inhæret crimini fœditas, unde diligitur avidissimè iniquitas? Conficit sæculi vanitas (sæpesæpius impunitas) quippequàm criminum decoratur deformitas: & habetur pro spectabili gloria, quæ rationis ignominia; quippe auctoritas peccantium deauratio criminum, gloriantium in malefactis, quamvis pudore rationis, ægrè ferentis proteri præscripta legis propter legem voluptatis. *Pro lege eis est desideriorum voluptas*: ait SS. Benedictus Monachorum Antesignanus & Pater; *Regul. Sanct.* cap. 1. Pessima regula prolubium (propudium rationis) à corde fit; ubi in lege voluptatis nulla lex, & perplacet voluptati, vivere ad lubitum sine lege. *Fateor quidem deformitas est* (ait Bernard. de *Divers.* serm. 32. n. 3. & 68. n. 2. qui de *Modo benevivendi*, cap. 26. num. 76. subdit) *Tribus modis peccatum committitur: scilicèt, per ignorantiam, per infirmitatem & per industriam*: idest, desipientiâ, fragilitate, & malitiâ. Deceptio ad errorem, inconstantia ad virtutem (in humana conditione debili cæca) tolerabilia; sed nullo modo ex industria malitiosâ: etenim ut reliqui nescientes aut fragiles imitentur, pravè omninò ex proposito auctorantur. Sophocl. in *Antigon.* v. 482. & Euripid. in *Phœniss.* v. 551. *Hecub.* vers. 606.

Senec.

Habetur pro gloria, quod rationis ignominia.

S. Bene.

Bernar.

Peccata ex ignorantia, fragilitate & malitia.

Sophoc

Leges transgrediens propositas,
His gloriari; & cum fecerit, ridere;
Ubi ius? Honoras beatam iniustitiam.
Hoc honorificum. Quid amplius?
Iam malus, qui non aliquid mali facit.

Euripid

Extremum enim mali, gloriari; de quo debent erubescere.

2 Ascendere iubet Dominus Iacobum in Bethel, quò illi pridem apparuerat, fugienti furorem Esau. Tunc cùm inter servos & reliquam familiam, advectam ex Mesopotamia, essent aliqua idola; tradi sibi præcepit, ut sepeliret, Sanctuarioque, ut par erat, accederent mundi, sepultâ etiam occasione peccati. *Abijcite Deos alienos* (iussit) *qui in medio vestri sunt. Dederum ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & (pro Idest) inaures, quæ erant in auribus eorum.* Multa occurrunt enodanda. *Deos alienos, qui sunt in medio vestri.* Alij: *In medio cordis vestri*, quasi essent in corde. Quomodò ergo in corde illorum idolorum imago, vel cor eorum quod sedet pectoris medio? *Talis est quisque, qualis eius dilectio*: inqui. August. tract. 2. in Epist. *Ioann.* Patet: si Deum diligis, Deus es. *Ego dixi*: *Dij estis.* Si Dæmonem amas, mutaris in diabolum, quoniam in te *Spiritus dæmoniorum.* Si ergo idola amaveris, in idola converteris. *Ambulaverunt post vana, & vani facti sunt.* Haud constituitur homo in esse morali per intellectionem mentis, sed per affectum sive affectionem voluntatis, quæ sedet cordi, quod in medio uniuscuiusque: & ut abijciantur, pro cordibus, idola & simulacra à Iacobo dicuntur; quippe corda affectu convertuntur, in ea quæ colunt. *Affectio cuiusque est quisque. Nec enim is est, quem forma ista & figura declarat*: ait Cicer. de *Somn. Scipion.* Præterit enim figura, & in forma hominis non est hominis forma: igitur si Dij Gentium dæmonia sunt, & ad illos parvo affectu adorans accedit cor; propter pravas cordium in dæmonum affectiones, homines sanè convertentur in dæmones. Verùm hoc infrà: etenim ut ait Propheta: *Abalienati sunt in confusionem* (quamvis confusione non sint confusi, viventes sine pudore) *& facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.* In illa conversio facta ex hominis forma; quæ quidem cùm sint abominabilia, & adoratio simul abominanda; homines gloriâ intellectus, atque rationis pellentes, abominabiles studijs adorationis sunt facti: quia commutaverunt gloriam suam in similitudinem Vituli.

Euripid

Gen. 35. 2.

V. 4.

Augustin

Ioann. 10. 34. Apoca 16. 14. Ierem. 2. 5.

Anima convertitur in dilecta.

Cicer.

Osee. 9. 10.

3 Causa liquet in articulo traditarum imaginum, adorantium præ se ferente sine con-

Ubi sup

confusione intuitum. *Dederunt ergo ei omnes Deos, & inaures quæ erant in auribus eorum.* Hoc est, imagines dæmoniorum, quæ erant in inauribus illorum. Nostrates: *Pendientes de los Arillos, ò Arracadas*: igitur simulacra idolorum erant ab auriculis pendentia. Dixi sæpe. Videsis, *Tom.* 3. *T.*1.*D.* 2.*n.* 14. Inauris monile est in ornatum aurium. Ut eius arulus, sive circulus inseratur auriculæ; necesse est, quòd perforentur atque vulnerentur auriculatum lobi. Cur igitur Iacob ornatum inaurium abijci, ut sepeliatur, præcipitè? Ne inter suos scandalum confusione videret. Crimen idolum est, affectionis simulacrum, cuius imago Dæmon, quæ ab aure pendet, & quam in suggestione perforavit. Pessimum idolum; sed extremum, quòd portetur in ornatum; equidem cùm portetur in gloriam, & perforet, ut portetur, auriculam; abdicitur dæmon simulacrum inauris, utpotè summum in gravitate criminis: quandoquidem nihil ultrà malignitate peccati, quando gloriantur de vulnere. Ex huiusmodi monili malum vulnus, cæterùm peius, ornatus; quia habetur in vanitatem, quod inferre debebat præ pudore confusionem. In elegantiam assumitur, quod ignominia signatur, utpotè datum dedecori, portare continuò dæmonem pendentem ab aure, ad cuius gloriam, prævium vulnerare auriculam: hocque genus dæmoniorum de medio cordis protinùs abijciendum; quippe nocentissimum dæmonium, atque impœnitentiæ signum; gestire, & gaudere de dolore, & simul insensationis, de vulnere non dolere.

Extremum malum, gloriari, de quo debet erubescere.

4 Pende. Dum arulus, ex quo pendeant, vel suspendantur idola adorata, inseritur; dolet, quippe auricula perforatione sauciatur. Decursu temporis, nihil sentitur doloris, etsi nota maneat vulneris; quia ab assuetis non fit passio, imò præut disponit affectio, imagines simulacrorum crepitantes strident, quæ à primo vulnere pendent. Ornatus est vulnus: sed non esset sanè ornatus, quod auricula in gloriam vanissimè promit, si vulnus factum doleret. En status peccatorum, in legem audacium, & de crimine gaudentium. Peccato tamquàm arulo fit vulnus, ex quo dolor; quem excitat pugens error. Nescio, an dolens pœniteat de dolore vel de vulnere. Sentit nihilominùs & timet. Dicam eum Vate, *Satyr.* 13.v.223.

Quia non est dolor, extollitur error

Iuvenal

Hi sunt qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,

Sagittæ ergo conscientiæ transeunt, ubi vulnera obducuntur: in notaque vulneris, in ornatum & gloriam collocantur inaures, in quibus effigies dæmonum, sine ullo pudore frontium: igitur haud haberentur pro gloria, ex quibus contrahitur opprobrium & ignominia; si modò doleret intimè, totum quod pendet ab aure: quandoquidem ni amissent pungente dolore sensum; nequaquam vulnera gestarentur in ornatum. *iniquus habet nunc consilium, præsentia appetere, æterna deserere* (ait Gregor. Magn. 14. in *Iob*, cap. 5.) *iniusta agere, iusta deridere*: *& præcipitabit eum consilium suum. Unde agitur, ut per gloriam, quam ex peccato assequitur, eius peccata amplius multiplicentur.* Haud faceret, si vulnus ex inauribus doleret: habeturque de illis suspensis gloria; quippe abest de vulnere impœnitentia: igitur crimina in gloriam præ gaudio non demonstrarent; si de vulneribus factis à simulacris, quæ in inauribus doluissent. Vernaculè: *A aver dolor de la culpa, nunca se hiziera del pecado gala.* Modò profectò si gaudeant; signum planè, quòd non doleant: quia non pœnitet culpæ, est summum studium gloriæ: pendentque semper idola, dæmonia crimina; quæ à medio cordis, ne nocerent, abijcienda. Sophocl. in *Philoct.* v. 1048. appositè canit:

Greg. Magn.

Tu quidem lætatus es, sed malis. O miser!

Sophoc.

5 Signum huius mœstissimi gaudij in voluntaria exponitur libertatis cessione. Servus, qui remissione factâ, voluntariæ mancipabatur servituti, adducebatur iudicum tribunali, & eius subulâ perforabatur auris, in perpetuæ testimonium servitutis. *Applicabitur ad ostium & postes, perforabitque dominus aurem eius subulâ, & erit ei servus in sæculum.* Haud aliter qui gloriatur sub criminum iugo, venundatus sub peccato; igitur pro optata gloria, & voluntariè dicitur ad vulnera: ita enim dæmon exhibet, cui servitus placet. Dedecus erat & publicum, cui nota vulneris perhibebat testimonium: equidem quærens solicitè de servitute ignobilem gloriam, contrahebat spontè odibilem ignominiam. *Ut si non horrerent servitutem* (inquit hic Caietan.) *horrerent saltem talem ignominiam publicam*: siquidem ultra insipientiam; ultrò abdicare libertatem, & gaudibunde subire gravissimam servitutem. Hi sanè fructus arboris perversitatis: dolores, quin deserviat vulnerum medicinæ, de vulneribus dolore, etenim

Exod. 21.6.

Caietan.

Quot mala ex peccati gloria!

enim manet cum doloribus servitutis pravitas; cæterùm numquam restituitur libertas. Elucet supplicium eius, qui peccato consentit, & eius qui gloriatur de peccato. Qui consentit, dolore removetur à servitute: qui gloriatur, subditur servituti sine dolore. Primus sentit auriculæ vulnus in pœnitudinem: secundus tamquam monile, cum imagine dæmonum portat inaurem, de qua gloriatur, quoniam vitijs extollitur: fitque ex temporali servitute, gloriâ criminis, in perpetuum servus dæmonis; quippequàm sine pudore, vultu procaci, nec vulnus sentit, nec ignominiam cognoscit, nec amissam libertatem, neque passam servitutem.

Pugnatur. Quantum scelerum, quamtumque malorum,
Lucan. 7. v. 114 *In populos lux ista foret! Quot regna iacebunt!*

6 Indicat Seneca. *Facilis & in procliva vitiorum decursus est. Non coercet vitia, qui provocat* (infit 2. de *Ira* cap. 1. subditque de *Vit. beat.* à cap. 11.) *Hoc esse in voluptatibus, dices: nec tamen illis bene erit; qui non bono gaudent. Vitijs suis sapientiam inscribunt: laudant enim ea, quibus erubescebant, & vitio gloriantur.* Hac enim de causa Vitium cum Voluptate pictum in solio (ita dum habet, vel conciliat auctoritatem) pedibus calcans, atque proterens Virtutem. Ita apud Chartar. in *Deor. imagin.* pag. 249. In mundi statera necessarium, quod Virtus deprimatur, quando Vitium extollitur: iacet enim Virtus, quia Vitium non habet pondus. Sublimi elevatur tantum libramine vanitatis, quod dat uti mendax solummodò pondus ventis. Hoccine libræ momentum est hominis vel dæmonis? Dicet nostræ Tautologiæ expositio, ut eluceat propter amorem culpæ prava conversio. *Homo natus de muliere.* Ergo nisi ex illa unde? Exprimitur constitutio naturalis, ut pateat quæ ex forma criminis, Quid habeat ab origine & quid ratione peccati: etenim cum deleat crimen hominis constitutionem; licèt ex muliere natus transit in dæmonem. Dicit Lucas: *Erat Iesus eijciens dæmonium & illud erat mutum.* Difficile testimonium. Quis? Dæmon, vel homo? Homo possessus à dæmone. Cur ergo si per illum mutus homo; non homini, sed dæmoni datur vitio? Quod homo mutuit, claret: igitur cùm dæmon eiectus, *locutus est mutus.* Quare igitur si in homine linguæ impedimentum & vinculum; mutum dicitur dæmonium? Homo crimine quasi mutat conditionem; transitque in malitiæ & malignitatis patrem. Æquivocæ sunt operationes dæmonis & hominis, dum homo traditus potestati dæmonis: igitur per conceptam & fotam iniquitatem, inter utrumque malum non est discrimen.

Senec. *Imago vitiorum*

Iob. 14.

Luc. 11. 14. *Crimine nullum discrimen inter hominem & dæmonem.*

7 Inter periodos orationis Dominicæ, una est: *Libera nos à malo.* Quid hic *Malum*? A crimine? à dæmone? ab homine? Non à tribus, sed ab uno, unde mali univocatio: igitur ubi intercesserit malum, unum quid homo & dæmonium. Per peccatum non novum homines in animalia converti; ut contigit socijs Ulyssis, & Nabuchodonosori; de quorum articulo, sæpe egimus, ex Ovidio, 14. *Metam.* fab. 6. & Laurent. Hæchan. in *Microcosm.* Emblem. 53. Unde Prudentius, in *Peristeph.* v. 3677. succinit.

Matth. 6. 13.

Imò una sunt.

Iamque figura alia est, quàm quæ fuit oris.

Prudent.

Verùm in dæmonem? Fecit crimen, ita ut in hominis conditione sederet conditio diaboli. *Ex vobis unus diabolus est:* dixit Christus pro Iuda proditore. Possessus à dæmone, sit; quippe totam inferni malignitatem diabolus misit in cor, & ut compleret in Magistrum insidias, introivit in eum Satanas: verùm quomodò exuit constitutionem hominis, ut formam indueret dæmonis; ut non solùm non homo specie micaret, sed diabolus esset? *Cum malignis quidem spiritibus proposito & voluntate peccati*: inst Gregor. Magn. in 1. *Reg.* lib. 5. Peccati propositum & voluntas, est humanæ conditionis diversitas, secundum interiorem hominem, à lege & ratione declinantem. Diabolus in malitia persistit: propositum à prima voluntate non removet, intendens semper in malum, cuius Iudas malignè imitabatur propositum: dæmonis malignitatem concepit perfide pectus: & quamvis esset homo, dicitur diabolus; quia ubi peccati voluntaria malitia, inter utrumque nulla datur differentia. *Consummatà omni tentatione* (ait Lucas) *diabolus recessit* à Christo, *usque ad tempus.* Quando ergo redijt in prælium? Ubi viguit malitia Scribarum & Pharisæorum: etenim horum tanta malitia; ut in Christum irruerent omnia dæmonia. *Nostri essemus, si ista nostra non essent*: subdit Stoicus, *Epist.* 42. Quia vitia in nobis sunt, nostri non sumus. Abest omninò hominis intellectus. Quis erit, qui vel secum suus non est? Idem cum illo cui per malitiam protervè tradi-

Ioan. 6. 71.

Greg. Magn.

Luc. 4. 13.

Senec.

Homo cum illo non homo.

didit cor: Christusque meritò proditorem vocat diabolum, eò quod semper haberet idem propositum. *Nostri essemus, si ista nostra non essent.* Arbitror, non esse nostra: igitur Deus, ne nobis arrideret iniquitas; longè fecit à nobis iniquitates nostras. Iniquitas ipsa est dæmon, fons & origo vitiorum. Non erit homo homo, modò per iniquitatem in illo sit diaboli constitutio. Non possunt esse nostri, quæ non nostra illo in articulo vitia in nobis sunt aliena, nimirùm diaboli, quibus constituimur dæmones, quando vitia sunt in nobis: homoque per vitia diabolus fit; quando in nobis nostra patent, quæ vitia diaboli sunt.

Eccli. 21. 5.

8 Modò intelligitur illud Siracidis: *Dum maledicit impius diabolum; maledicit ipse animam suam.* Eius ne anima est diaboli forma? Unde igitur se execratur, cùm diabolus maledicitur? Eadem nequitia atque malitia in utroque: unde cùm peccatum sit forma ad constitutionem diaboli; maledicit per ipsa crimina se, queis diabolus factus fuit: equidem per admissum & per commissum crimen, eandem habet uterque constitutionem. Diabolus in sua conditione non erat diabolus; sicut nec homo in aliud præter hominem constitutus. Ille conditus excellenti pulchritudine: homo ratione spectabili: & qui peccator diabolum maledicit, in se execrationem uti peccator convertit; quippequam per crimen in diabolum convertit hominis conditionem, sicut Angelus pulcherrimus fastu in teterrimum dæmonem. *Omnia vitia contra naturam pugnant*: dicit Seneca, *Epist.* 123. Si vitia naturæ contraria; ubi peccata, non erit rationalis natura: simulque dum abest constitutiva ratio, hominis conditione non erit homo. Si homo in homine non est; signum, quòd diabolus fit. Paria peccata sunt: & ut succinit Horatius, lib. 1. *Satyr.* 3. v. 96.

Unde homo idem cum diabolo?

Senec.

Horat.

Queis paria esse placuit peccata laborant,
Cùm ventum ad verum est. Sensus moresque repugnant;
Atque ipsa utilitas iusti propè mater & æqui.

9 De Adamo fictum à Rabbinis habuisse duas uxores: primam; nomine *Lilit*, ex qua genuit dæmones, formatam è terra: secundam, nomine *Evam*, ex qua genuit homines, formatam ex eius costa. Kircher. Tom. 1. *Oedipp. Copti*, Syntagm. 4. cap. 13. Egimus in *Litter.* n. 12. & fusè in *Ephemerid.* tàm inter Hebræos, quàm inter varias Nationes Ethnicorum; maximè, 23. *Mart.* n. 3. 26. *August.* n. 9. & 30. n. ult. & alijs in diebus. Profectò malè feriatæ cogitationis delirium, verùm insigne ex fictione documentum in articuli propositum. *Lilit* dicitur malitia: *Heva*, natura. Filij Adam ex utraque matre sunt. A *Lilit*, voluntate & electione. Ab *Heva* naturæ necessitate: ab hac homines, ab illa dæmones, quin homines mutatione naturæ compescantur à peccatis: quandoquidem rationis propudium est; quòd per malitiam, appareat homo filius Adam ex Lilit. Astruunt plures Tautologiæ, de quibus in Expositione *Litter.* Dicit Salomon: *Filius fui patris mei.* Cuius quibat, nisi patris? *Patrem tuum qui genuit te.* Est ne inter patrem & genitorem discrimen? Profectò, quippe in homine videtur duplex origo: alia ex natura: alia ex malitia. Ex natura, qua nascitur homo: ex malitia, qua amittitur ratio: unde cùm amissâ ratione, hominis evanescat character; non est homo conditione pravitatis, qui à natura habuit conditionem hominis: quandoquidem per malignam voluntatem, qui homo natus converteretur in dæmonem. Constituitur homo in hominem per intellectum. Homo in dæmonem per animum. *Idem enim bonum hominis & vitæ*: subdit Stoicus, *Epist.* 87. discrimenque signatur inter patrem & genitorem, propter rationis & voluntatis discrimen, quasi homo possit habere aliud esse, præter naturale quod accepit à patre: etenim qui homo factus per naturam, non est homo per malitiam. Homo sanè per Adam, verùm dæmon per Lilith. Homo est, cuius individuus comes ratio. Hinc *Ioseph natus est homo.* Hic fuit filius patris sui; quia homo potest esse patris alieni, per aversionem voluntatis à naturali lege, constitutione rationis: suique patris homo dicitur filius; quippe à ratione non aversus, nec perversus: igitur ratione sepulta, lege prottità, formìque proprià calcata; qui homo & insignis naturæ à patre constitutione, dæmon teterrimus adest malitiæ perversitate. Dicit Isaias exprimens desolationem Babylonis. *Nec pastores* (inquit) *requiescent ibi: & respondebunt Sirenes in delubris voluptatis.* Hieronym. *Dæmones.* Pessimum, ubi conditione dæmones, qui debent esse pastores. Verùm hoc alias. Si pridem rationalis natura, unde in infernalem conversa, ut obijciantur Sirenes, qui conditione homines? A delubris vo-

Prov. 4. 3. & 23. 22.

Homo à sedegener peccato.

Senec.

Eccli. 49. 17.

Isai. 13. 22.

Unde illi alia forma deformis?

Quæ uxores Adam?

lu-

luptatis. Hæc naturam pravitate corrumpit, & corruptelà conditio rationalis evanescit: diciturque meritò dæmonum, quæ floruit hominum; quoniam qui homo, transformatur in dæmonem, per voluntatis malignæ tendentis in pravitatem. Hinc addit: *Pilosi saltabunt ibi.* Figura dæmonum objicitur, dum propter crimen hominum forma calcatur: dicunturque Pilosi, quæ species diaboli; equidem peccatum conferens diaboli formam, intendit etiam communicare figuram. Vide dicta, *Tom. 5. T. 10. D. 2. n. 10. & 6. T. 3. D. n. 10. & Tautolog. 10. n. 23.* Ita enim homines originis conditione, & pravitatis origine, ut canit Ovidius, 14. *Metamorph.* fabul. 3.

Vers. 21.

Ovid. ——— *Ijdem*
dissimiles homini possunt similesque videri.

10 Unde exulet à cordibus hominum huiusmodi horror, singularia verba pravis protulit Salvator. *Vos ex patre diabolo estis*: dixit Iudæis veritati adversantibus, atque procaciter mendacijs ex proposito faventibus; qui falsitatis convicti, confugerunt ad impudentiam dicterij. Dialecto nostra: *Un descoco ha sido siempre solucion de un concluido.* Symbolum Loligo est, ut idem succinit *Halieut.* à vers. 19.

Ioann. 8. 44. *Qui admittit crimen, denigrat arguentem.*

Ovid. *Sapia tarda fuga, tenui cum fortè sub unda*
Deprehensa est, iamiamque manus timet illa rapaces,
Inficiens aquor, nigrum vomit illa cruorem.

His pellucet diabolus, cuius filios sic in respiscentiam appellat Christus. *Vos ex patre diabolo estis.* Filios dæmonis? Utique: non sunt homines? Sanè. Si homines ex hominibus sunt, & nequaquàm ex dæmonibus; unde homines erunt dæmones, & filij diaboli, non convenientes ad invicem in naturæ conditione? Filij hominum homines, naturâ univocâ. Ergo filij dæmonum (si dantur) erunt dæmonia. Qua ergo metamorphosi homines filij dæmonum, cum distinctione genericâ passionum & proprietatum? Ipsa ratio dubitandi astruit validè veritatem argumenti. Non est homo, cui deëst ratio: & cùm in amplexu criminis facultas evanescat intellectionis; nequaquàm erit homo admittendo peccatum, quia non est homo, homo qui non habent intellectum. Homo est animal rationale: non homo sine ratione. Est nobilissima substantia cum potentia intellectiva, capax legis æqui & recti, & dictatrice ratione: non ergo erit inter homines homo; qui vixerit sine lege. In eius intelligentia, hominis collocatur substantia: non est homo, ubi non est differentia; quæ uti rationalis, hominis ad unguem constituit operationes: hominesque pravitate dicuntur recedere à forma hominum; quia recedunt à forma rationalium.

Et rationem.

11 Modò intelligitur N. Assertoris sententia, dum Iudæorum non solùm erat, sed florebat malitia. Illorum vita erat processus iniquitatis; dum dixit illis: *Ex patre diabolo estis.* Diaboli filij? Næ: *Desideria patris vestri vultis facere*; subdit. Operantur opera dæmonis. Ut aliqua ignota cognoscatur essentia quiditatis, nonnumquàm recurritur ad essentiæ operationes; quoniam eius est operari, cuius est esse, sequentibus exercitijs radicem operationum, originem proprietatum; ut comprobetur opere, quænam & qualis differentia naturæ, constitutivum essentiæ: hominesque ex patre diabolo dicuntur, ut filij dæmonis; siquidem iuxta opera diaboli illorum cunctorum operationes. Iuxta opera erit natura. Unde si homines sunt & signantur filij hominum, iuxta sigillationem rationalis proprietatum; sequentes diabolum in peccatorum proposito, erunt sanè per crimen à patre diabolo. Eius sunt cuius sequuntur, cuius imitantur opera, cuius in illis imprimuntur artes; quæ planè dæmonis; quandoquidem nihil hominis in homine, dum in eius exercitijs nil videtur rationale. Non est homo, ut diximus, ubi non ratio. Si ratio in rationali non sit; homo profectò erit extra se. Dicit Prodigus, dum in se pœnitudine reversus. Hæc sunt stipendia flagitij, filios diaboli esse; igitur vagantur phreneticè deliranes, extra se à se per peccatum deficientes: deficit enim à natura rationali, qui deficit à ratione. Venundati sunt sub iugo delicti. Liquet: *Desideria patris vestri vultis facere.* Cognoscitur odium in rationem, & tædium adversus legem; erga diabolum fungentes amore, cuius sunt filij: quippequàm quasi non sufficerent opera, tanta in eius obsequium dilectionis studia; ut divinent ad officium tanti patris desideria. Prudentius in *Hamartigen.* à v. 680.

Quandò & quomodo homines filij diaboli.

Ibid.

Fert opera ingenij, de semine complicis hydri:
Hinc illa est Domini iusta obiurgatio Christi:
Nonne pater dæmon.

Prudēc.

Fi-

12 *Filij Heli filij Belial* : dicit Scriptura de Ophni & Phineës, filijs Summi Sacerdotis. Implicat iactu primo oculorum arcana sententia ; sed dicit perspicuò, quorsùm tendunt transgressorum opera. Quomodò enim si Heli filij, à diabolo patrè? Unde filij Beëlzebub, vel Satan; qui signantur gnati Heli ? Heli nonne homo ? Nequit esse proles à patre diabolo. Quare ergo dicuntur filij Belial ; si ab illo utpotè homines veri non sunt? Non sunt homines. Iuxta opera his hominibus assignanda natura. *Nescientes Dominum*. Ibid. Haud quia nescirent; sed quia operabantur quasi minimè cognoscerent ; sagentes in officio, vivere sine lege, sine Deo, auctà malitià, ex cognitionis conscientia : equidem adinstar diaboli peccatum astuti noverant, & nihilominùs pravitate perficiebant. Sæpe moniti, perseverabant in malitia peccati. Proprium hoc dæmonis, & sine spe conversionis : malum scilicèt, facere, verùm numquàm resipiscere. Munera utpotè sacerdotum erant magna in officium ; sed non respondebant muneribus sacerdotum. *Nescientes officium sacerdotum ad populum* : ibid. Cùm muneris esset, removere peccata à Tabernaculo ; illorum populus utebatur exemplo : opusque patet Satan, & ingenium Beëlzebub ; quòd in Sanctuario vita prava sacerdotum, loco virtutum, deserviret in scandalum. *Retrahebant homines à sacrificio Domini* : v. 17. Quicquid Domini, dedicabant sibi. Hoc faceret dæmon ? Filij faciebant Heli : iurèque signantur actu filij Belial ; quoniam iuxta operationes dæmonis, erant universæ illorum operationes. Per has essentia, sive natura cognoscitur ; quoniam iuxta facultates atque proprietates operatur : unde cùm pravitas propria dæmonum, inveniretur in actionibus hominum ; filij Heli vel in hominum figura non homines, sed dæmonia. Iuvencus 1. *Histor. Evangel.* vers. 726.

Sic dolus illorum fructu monstrante patescit:

Fructibus è proprijs noscuntur talia monstra.

13 Hæc generatio, seu potiùs degeneratio provenit ex delicto. *Qui facit peccatum, ex diabolo est; quoniam semen ipsius in eo manet* : inquit Ioannes. Si forma in semine & à semine ; homo pravus filius diaboli, quia essentiam habet à peccati radice. Verùm quomodò homo dæmon, habens speciem hominis, vel in ipsa conditione iniquitatis? Perstat habitudo naturalis corporis in hominis forma, rationis indice eleganti symmetriâ. Unde igitur erit, vel convertetur in dæmonem? Secundum interiorem hominem. Quia citò non profertur sententia filij hominum perpetrant mala. *Culpa nostra unde sperare debuit terminum* (ut infit Gregor. Magn. 4. *Dialogor.* cap. 10.) *inde sumit augmentum.* Quia statim hominem Numen haud punit, magis benefactorem offendit. Non illicò expellit, sicut expulit usque in Tartara dæmonium ; verùm relinquit in imagine vacuum. Homo est in hominis apparentia, hominis tantùm statua : homoque non est homo, in quo dumtaxàt imago. Est simulacrum hominis, in vita sine officio vitalitatis. Est forma quasi hominis in figura, seu figura sine forma : quapropter dum in illis crimen Iudex Dominus corripit, imaginem illorum tantùm ad nihilum redigit. Vide dicta, *Tom. 1. T. 4. D. 10.*

14 *In imagine pertransit homo* : dicit Psalmographus. *Non in re ipsa solidè; sed tantùm in imagine & specie* : vertit Maluend. Homo reipsa homo ; qua lege tantùm imago ? Species hominis haud est homo, sed species. Unde ergo solummodò hominis umbra, si gaudet hominis formâ? Non est forma, sed figura. Habet corpus, habet animam. Externè videtur, internè à ratione deficiens, criminibus mancipatur, deficiens à forma rationalis, quæ forma ut constitutivum hominis : & cùm sit homo, hominis solummodò vocatur imago ; quoniam exteriùs specie, habet hominis figuram, secundum interiorem dæmonis formam. Non est homo reipsa, sed statua. Statua hominis habet non hominis entitatem, sed apparentiam : habet figuram, non formam ; quippe minimè capax facultatis, quæ hominem constituit ad operationes hominis. Admisso itaque crimine, homo separatur à ratione, corpore tantùm manente : tuncque pravus solùm transit in imagine ; etenim cùm formam adimat abolitione crimen ; per corpus habet hominis tantùm imaginem, & in specie corporis, corporis solùm speciem. Portat namque pro ratione, in intimo corde characterem bestiæ. Perscrutemur. In imagine pertransit homo. Infelicissima imago ! Poterat per pœnitentiam, imagini vacuæ reddere rationis formam; sed tenax erroris, placidè vivit servitute dæmonis, imago vacua, hominis tantùm figura. Haud excutit servitutem, etsi patiatur dirissimè servitutis conditionem.

Greg. Mag. *Non est peccatum, quod extrinsecè videtur.*

Psal. 38. 7. Maluend.

Non homo, sed statua, vel imago.

1. Reg. 1. 12.

Si scelesti sacerdotes, in figura hominum dæmones

1. Ioan. 3. à 8.

Minimè dolet, non pœnitet: & pertransit hominis tantùm imago, dum crimen diligit; quia in imagine & specie sine dolore pertransit. *Conturbatur*, sed *frustra*; quoniam propter futilia, imò animæ nocumenta. Erga perditionem & solicitus & præ solicitudine conturbatus. Caduca dementer appetit, æterna fastidiosè despici, atque profectura proterit. Per id quod pravis cogitationibus stultè eligitur, in æterni supplicij tenebras mergitur. Hæc enim in imagine vacua, dicitur conturbatio, sed frustrà; quoniam minimè conturbationem excitavit pœnitentia: etenim conturbatur (hominis abolito charactere lethali crimine) pro obsequiosa dæmonis servitute; cùm conturbari deberet pro formæ restitutione.

Ibid.

Psalm. 4.1.

15 *Filij hominum*, homines sæpe vocantur in Scriptura, ut latè diximus in littera exposita. Si filij hominum sunt, quare non dicuntur homines? Homo est, cuius in lege hæret cor. *Homo erat in Ierusalem, & homo iste iustus.* Claret in homine ratio: quippe iustus, erat homo. Homo est, qui uti rationalis utitur proprietate: non homo, homo qui deficit à ratione. Homo est, qui divinis obedit legibus: non homo qui subditur voluptatibus. Homo, qui Dei custodit præcepta: non homo, cuius abdicit nequitia; sed sicut equus & mulus, cuius non est intellectus. Homo est, qui rationis sequitur legem; non homo, qui prolubij vanitatem. Unde cùm homines gravi corde, & quærant mendacia, & adorent idola, quin considerent perire, dum illa pereunt; odisse, si concupiscunt: projici ab illecebris, cùm muldent; arsuros sane, quùm voluptates ardent; homines filij hominum dicuntur dumtaxàt propter originem, quippe solùm sunt homines iuxta exteriorem imaginem, atque corporis speciem. Ita nequam habens hominis figuram. Vanitati similis factus est: equidem signat species eius vanissimum; & per dilectam dementiam, in vanum prorsum accepisse animam. Crucius hìc accinit:

Luc. 2. 25.

Quis homo verus, & homo fictus?

Crucius

Ille ut imago levis, volucrique similima formæ,
Fatigat animum, anxium laboribus.

Plinius, *lib. 7. cap. 2. In Africæ solitudinibus* (inquit) *hominum species obviæ subindè fiunt, momentoque evanescunt. Hæc atque talia ex hominum genere ludibria sibi, nobis miracula, ingeniosa fecit natura.* In pravis videntur vera, quæ Plinius credit ut miracula à natura ingeniosa; sed non naturæ, verùm rationis ludibria: igitur in momento temporis homo inanis evanescit; quippequàm scelestus in imagine pertransit. Astruit Sapiens? *Personæ tristes apparentes.* Tristes personæ, idest, hominum larvæ. Erant species non homines, deficiente præ criminibus gratiâ, quæ rationalis in homine formæ forma. Ita ergo in vita dumtaxàt persona larvæ; quia miser transiens pertransit in imaginis specie.

Plin. *Homines in Africa singulares.*

Sapient 17.4.

Deformes animas vulgus inane ferebat. Hi qui? Dæmones dicuntur vel ab Ethnicis. In figura hominum non sunt homines; cæterùm adinstar patris, etiam descendunt in infernum viventes.

Ovid. 2. *Fast.*

16 *Domine eduxisti ab inferno animam meam*? gratias agens, lachrymis præ gaudio, dicit David. Quando eius in infernum descendit anima, ut de barathro designetur educta? Quo igitur tempore Orcum perpessus David? Quando lubricè prolapsus deperivit Bethsabe. Tunc delapsus in culpam, sed non in inferni flammam. Levis sanè cogitatio: quousque eductus à culpa, fuit in inferno. Si crimine filius diaboli factus, suscepit Orcus: & priusquàm ab inferno susciperetur, in infernum susciptur; quippe adinstar dæmoniorum, totum inferni pondus ferebat secum. Fusè articulum tractavimus, *Tom. 4. T. 6. D. 4.* Sursùm & deòrsùm est infernus, quandiù crimine fit diabolus. In mundo ascendit in hominem: homo pòst descendit in ignem: igitur quæ patietur deorsùm; uti dæmon, ubique patitur sursùm. Innuitur, ni fallor, in verbis, quæ de Iuda dixit N. Assertor. *Unus vestrum diabolus est.* Est? Erit. Est, quippe eius perversum cor involutum in peccata profundissima nequitiâ. Erit, quod est: est, quod erit: liquet. Diabolus ubicumque dolores inferni patitur: & quando proditor vivit, diabolus à Christo dicitur; quia degens etiam in mundo, cruciabatur in inferno.

Psal. 39 4.

Peccator est in mundo & in inferno.

Eccli. 51.8.

Ioann. d.

17 Est ne effugium? Utique, mutatione voluntatis, in spectabilem restitutionem rationis: equidem dæmonis in homine expungitur inferni sigillum, modò amor peccati convertatur in odium. *Tentatio vos non apprehendat, nisi humana*: alloquitur Paulus Corinthios. Unde & quomodò in hominibus nisi humana? Diabolica. *Humanum quidem est, tentationem in corde perpeti: dæmoniacum verò in tentationis certamine, atque in operatione superari*: inquit Gregor. Magn. 1. *Pastor.* cap. 11. Seu potiùs perseverare. Cadit ut homo

1. Cor. 10.13.

Greg. Mag.

homo, qui ut fragilis cadit, sed dolore se ad demissa convertit, & ex corde resipiscit. Cadit ut diaboli filius, si persistit, atque defendit impudenter scelus; quasi quippe à se vel semel factum, esset licitum. Ita dæmon in peccato persistit, quia semel assensit: Paulusque monet, si in tentatione aliquando peccatum, non fieri dæmonum; quoniam persistentiâ in culpa, homines fragiles convertuntur in dæmonia: igitur hominis obscurata & obcæcatâ ratione, fragilitate constante, abest constitutiva conditio, ubi immutabilis factus in peccati atqae criminis proposito. *O detestanda lætitia* (ait Bernardus serm. de *Sept. rivul. Ægypt.* n. 9.) *& in sempiterni doloris tristitiam demutanda! Hic peccator demersus est & absorptus: claudit super eum puteus os suum.* Constat, in profundum peccatorum veniisse, quia contemnit pœnitere: in dæmonemque convertitur, quia mutabilis conditione non mutatur.

Quando in homine peccatum diaboli?

Bernar.

18 Ex hac voluntaria conditione & cordis perversitate, qui dæmonis sumpsit per nequitiam filiationem; valet conversus excutere servitutem. *Declinantes in malum & inutiles factos, Deus parcendo nobis in hoc tempore, quia pius est & expectat nos converti in melius*: infit N. Patriarcha, *Regul. Sanct.* cap. 7. Diabolus factus homo, quia in deterius mutatio. Vita & mors in manibus eius sunt. Potest corruere, sed potest surgere: in formamque propriam hominis ipse restituetur homo; modò in melius sit conversio. Pridem per peccatum ipse alius, verùm per pœnitentiam alter ipse. Dicebat Cyprianus pœnitens, sese in peccatis relinquens, apud Prudentium in *Peristeph.* vers. 3703.

S.Bene. *Pœnitentia reddit bomini formam*

——*Fio Cyprianus alter.*
Et novus ex veteri, nec iam reus & nocens,
ut antè:
Corpora candor habet.

Pruden.

DIDASCALIA IV.

Quanta animæ trepidatio, qualis exitus in exitu!

1 MULTA in Littere Expositione, diximus de conditione humanæ fragilitatis: modo aliquid delibandum de cogitatione conditionis; plerique sanè cæspitant in hujusmodi itinere; quia nullus est, qui recogitet corde. Diximus loc. cit. n. 7. illud ex Bernardo:

Unde superbit homo, cuius conceptio culpa,
Nasci pœna, labor vita, necesse mori?

Bernar.

Misera profectò sors, cuius pœna nasci, labor vivere, necessitas mori, & tota in huiusmodi articulis pœna, oriri ex suppositione ab indeclinabili culpa. Hæc calamitas? & summa: verùm prætermittitur maxima. Non est, quod natura conditione fragilis, vita per labores corruptibilis, cum necessitate mortis, sed quia in morte nescitur quando, & eius etiam ignoratur conditio. Non est nostrum, momenta nosse, quæ pater posuit in sua potestate. Unde licet gravis ad mortem nescientia temporis; angit vehementius in morte conditio mortis. Sunt enim præfata tormenta sine tormento, si ingesta mentibus huiusmodi cogitatio. Quid erit? Quid non erit? Quid poterit fieri? Quid fieri non poterit? Exitus acta probabunt. Expectavimus ad exitum? Angor vel in vitæ possessione. Heu! quantus in vitæ fine! Quo cadet arbor, iacebit. Quid marcescens, positâ securi tremefactæ ictu continuo radici; corruens etiam ipso tempore, quo floruit? Quænam acta in fructus? Quinam fructus in exitus; ubi sine operibus totum opus? Angustiæ undique, & crudeliores mortis acervitate: etenim graves, queis dulces & summè suaves, præteritæ amaritudines. Quanta in cogitationem diritas! O momentum, à quo æternitas! Irrequieta semper cogitatio non stat in eodem vestigio. *Ad occupatos* (inquit vel Ethnicus, de *Brevit. vitæ*, cap. 10. *præsens pertinet tempus: quod tam breve est, ut arripi non possit, & idipsum districtis in multa subducitur.* Anima utique turbata valdè. Cæterùm hæc usquequo? Erit ne nonnumquàm sic? Cogita, unde venis, & erubesce. Quò stas, & ingemisce. Quo vadis, & expavesce. Quo iturus, & contremisce. Hinc veniunt sagittæ, quibus in bonùm ex malo vulnera cordi. *Homo natus de muliere.*: dicit nostra Tautologia. Patet ad cuncta præfata calamitatum origo; quibus cognoscitur, estò invitè, quid sit homo.

Quam miserabilis homo & unde?

Eò quòd ignoratur Tempus, & mortis conditio summè affligitur homo

Maximè & quare in mortis articulo?

Senec.

Iob. 14. 1.

2 Alexandro Magno lustranti interiorem Indiam, obtulerunt in donum pretiosissimam, imò singulariſsimam gemmam. Singulariſsima sanè & levitate & pondere: pondere quippe nihil, graviſsimum quamvis, eius in lance æquabat momenta ponderis. Levitate, quoniam con-

Gemma Alexandri mira conditionis.

sperſa cinere, videbatur ſine pondere, levior plumâ in ſtatera: equidem ita lapillus pretioſus reſpectu nihili, inventus eſt minus habens; quin eſſent filij hominum mendaces in ſtateris. Erat quippe tam vanum quod pretioſitas in pulvere ponderabat; ut in pondus, gravius eſſet, quod non erat: etenim ſi vanum, quod vanum, & vaniſsimum pretioſum; gemmæ quibant evanidæ Alexandro faſtoſo conferre pretium; ut deciperent ipſi de vanitate in idipſum. Refert Raulin. *Itiner. Mort.* cap. 1. Quod planè fictum, deſerviet in documentum. Vetuſtas, ui ait Martialis *lib. 9. 36.*

Mart.

Plurima dum fingit, ſed quaſi vera refert.

Hæc pretioſiſsima gemma ſignificat hominem, ſenſibus atque potentijs mirabiliter potentem. Singulari pretioſitate æquivalet orbi, conceſſa, Conditoris munere, ſuper cuncta dignitate. Hic totum cœli pondus & ſtudium: totum ponderis momentum. Totum pondus! Nihil amplius: verùm in tanta felicitate, dexteritate fortunæ; quantumvis vanus, ſi levi aſpergitur pulvere, invenitur ſine pondere: ſummæque fragilitatis conditio, quæ à levi rapitur vento, & nihil ex pretioſioribus fit; ſiquidem homo vanitati ſimilis factus eſt. Conchæ margaritarum in mari Adriatico florent, rubent, roſeo colore multiplici lumina amœnant, voluptatem titillant, appetitum impellunt, voluntatem aliciunt, deſideria mulcent, vota movent, affectus conciliant, & coloribus viſis ita delectant; ut nil ultrà ſit aſpectu delectabilius, nec voluptuoſius; quandoquidem dum conſpiciunt, conſpicientes obſtupeſcunt. Aviditas extendit manum, cæterùm fruſtratur votum. Impellitur pectus, ſed hæret animus. Inquirit, ſed erubeſcit: habet in manu, ſed friget: igitur patulâ lucidâ conchâ; invenitur tota vacua, vento plena, colores & colores, ſpecies Iridis, pulchritudo picturata; verùm ſine margarita, quò totum pondus ventus & ventus, atque concepta ſpecioſitas, vanitas ad luminis reflexionem, & non aliud niſi vanitas.

Hominis vanitas evaneſcit pulvere.

Conditio conchilium maris Adriatici.

3 Hoc habet homo natus ex muliere; & de illa natum cognoſcitur vanitate, intendens dumtaxat in coruſcantem ſpeciem, & in faſtum ac ſuperbiam æſtimationis colorem; ſed ſine pondere: cùm ſolummodò par, reputari pretioſum, quod ponderis ſit ad exitum: igitur inſtante in rationem morte, in momento libræ, ut conſtet quid ſit momenti; iuſto libramine, quicquid pretioſum ſeparatur à vili, actibus nudis, pellucido velamine veritatis, quin valeant, ut prævaleant in cauſa amœniſsimi colores. *Nolite fieri ſicut hypocritæ*: dicit diſcipulis N. Aſſertor. *Fieri?* Hypocriſis vitium eſt, quo deauratur vitium, ne pateat odium, propoſito vanitatis, votoque conciliandæ æſtimationis. Dolus eſt; quo decipiuntur, ſplendorem mirantes, poſt iuſtè propter dolum illudentes: etenim inquirentes avidè in virtute virtutem, vero fruſtrati virtutis tantum inveniunt colorem. Ita ſe gerunt. Decipiunt, vel decipiuntur? Utrumque. *Fieri*, voluntatis eſt, iucundiſsimo errore: Chriſtuſque in hypocriſim commendat, *Nolite fieri*; ne pateant in ludibrium, ubi ſolicitant plauſum: ſiquidem allicientium in ſplendorem virtutis, tota ſpecies apparet propter colores, ſpecies. *Nolite fieri.* In entitate ſtat virtutis momentum, haud in apparentia coruſcantium radiorum, quibus fulgere videntur dum obumbrantur: unde cùm picturata luce tenebris allucinentur; dum alios apparenter decipiunt, ſeſe veraciter fallunt, deiecti in labyrinthum errorum, ex quo nullum habent exitum: igitur inter pravas ſeductiones maior dolus; quod ipſis placeat colore decipere ſemetipſos. *Nolite fieri.* Cognoſcit ſpiritus hominis qui in ipſo eſt quid moliatur cogitationibus cor: ubi interceſſerit internorum ignorantia, fugit in cognitionem utilis ſcientia, cuius abſentia errore occupante cerebrum; conſtat, non habere ſpiritum (Vernaculè: *Que no tienen alma*) unde tota ruina, quippe virtus figurata: quandoquidem non ſolum alios, ſed ſemetipſos decipiunt; quoniam ſe ad exitum coloribus non cognoſcunt. *Nolite fingi*: dicit Bernard. ſerm. in *Capit. ieiun.* n. 5. Finge, vel fingere? Utrumque periculum in errore, ſed maius fingi. *Fingere* eſt dolus, quo inſidiantur aliorum cogitationibus. *Fingi*, inſidiæ in fingentium nocentiſsimos conatus. Illud eſt, decipere: hoc verò, decipi: dicitque Chriſtus *Nolite*; quoniam delirium ſummum decipi velle: ſed maius (quod grave ab alijs) pati dolum à ſeipſis: etenim ſecum & extra ſe ſunt, in mirabilibus ambulantes ſuper ſe, uti prudentiam iudicantes phreneſim; quia volunt, & placet vivere extra propriam cognitionem.

Homo quò ſpectabilis vanitati ſimilis.

Seipſos decipiunt.

Matth. 6. 16.

In hypocritis tam virtuti, ſpecies.

Bernard.

4 *Noſce teipſum* erat brevis ſententia, in templo Delphico litteris aureis ſculpta; de qua ſtrictim egi, *Tom. 3. T. 9. n. 15.*

n. 15. Ibi AA. illam meritò extollentes. Quo iure *Iuvenal.* Satyr. 11. v. 27. dixit:

——*E cœlo descendit Gnothi seäuton.*

Idest, *Nosce teipsum*: cunctarum facultatum schola, atque in iudicium veri & falsi venerabilis scientia. Cicero 1. de *Legib.* quasi de invento thesauro, infit: *Qui seipsum novit, primum se aliquid habere sentiet divinum: tantoque munere Deorum semper dignum aliquid & faciet & sentiet: & cùm seipsum perspexerit, totumque tentaverit; intelliget quemadmodùm natura subornatus in vitam venerit, quantaque instrumenta habeat ad adipiscendam sapientiam. Quid cogitari poterit beatius? Nam animus cognitis perceptisque virtutibus, à corporis obsequio indulgentiàque discedit, voluptatem sicut labem aliquam dedecoris opprimit, omnemque mortis doloriſque timorem effugit, societatem carnis ejicit, cultumqae Deorum, & puram religionem suscipit: & sicut oculorum, ita ingenij aciem acuit ad bona eligenda & reijcienda contraria.* Ita Seneca, Epist. 90. ut excuteret ignorantiam sui: *Tunc* (ait) *cœpi de animo inquirere, unde esset, ubi, & quandiu. Deinde à corporalibus se ad incorporalia transtulit: veritatemque & argumenta excusit, quemadmodùm discernerentur vitæ ac necis ambigua: in utraque enim falsa veris immixta sunt.* Ne sint immixta obijcitur sententia. *Unde* scire vult? ex mortali parente. *Ubi*? In certamine mundi sine cessatione, vitàque mortali. *Quamdiù*? Nescit, haudquaquàm est in eius voluntate. Necesse est, ut se cognoscat, ut vel ignorare sciat: igitur cum huiusmodi scientia, & vitæ & mortis discernuntur ambigua. Verùm heu! Sententiam, ut accinit Ausonius, *Edil.* 31. v. 20.

Quàm properè legimus, tam citò negligimus.

Summa scientia, seipsum nosse.

Cicer.

Senec.

Auson.

5 *Nosce teipsum.* Si se non noscit, se fingit. Coloribus & coloribus totum phantasticum, quippe fictum: & ubi rutila per colores imago, non erat vera cognitio; quoniam non sui cognitionem exornavit scientia, sed phantasiæ penicillo stultissima ignorantia. *Nosce teipsum.* Difficillimum præceptum: igitur sæpe sub colore veritatis, præsumptionis sunt colores; quæ in fidem veritatis propter testificationem, exhibet mendax cogitationis fidem. Qui totus philautus pro principatu; quanti esset, dicebat *in corde suo.* Ibi invenit ruinam, quò exhaurire cum socijs cupiebat gloriam. *Dispersit superbos mente cordis sui.* Ferunt secum lapsum; qui in scientia, ignorantiæ non cognoscunt præcipitium: & quàm cæca factionibus amicitia; ubi inter ambitiosos quæritur futilis gloria: igitur in casum intimos socios impellunt, qui se præcipites & in tartara mittunt. *Mente cordis sui.* Quippini, *Mentis suæ corde*! Mentem spectat intellectio: cordi respondet volitio. Cor mentis est prudentia: mens cordis insania: diciturque meditanter *Cordis mente*; quia solùm intelligebant, quod volebant intelligere. Noluerunt intelligere, ut benè agerent; & intelligentes corde, non intellexerunt benè: etenim illi haud videbant ex virtute intellectionis; sed quod videbatur illis. Confundebantur munera & mentis & voluntatis; ut amor clareret principium intellectionis. Ex embolio potentiarum, oritur error cunctarum operationum: unde in illorum præcipicium mente cordis construxerunt lapsum; quippe cognitio ex intellectu amoris, qui non habet intellectum. Sese ignorare contendebant, ubi de se plura superiora; quia volebant, cogitabant: sed mente cordis in vasta cogitatione, cogitantes indicabat sine mente; quippe quæ præsumpta gloria, ridebatur uti insania: quandoquidem quicquid magni cogitabant de seipsis, in furorem & phreneſim erat cogitatio amoris. Si iudicium oriretur ex corde, vel ipsi errorem despicerent. Et mente cordis, uti intellectionem, amoris proprij decreta probarent, tribuentes intellectioni totum consilium dementiæ, præcipitesque dicuntur mente cordis sui: ubi cor eorum rapiebatur sine mente; quoniam mente cordis cogitabant quod erant; sed corde mentis non erant quod cogitabant, fingentes phantasticè volitantes delectatione picturas, in vanitates & insanias falsas. Ex mente cordis cognitio, cognitio cæca & electio. Hinc signatur arrogans & superba cogitatio, quæ illos detrusit in tartara, deducens in maiestatis cacumina: igitur cùm mens amoris sit dolus, & sine intellectione evanidus intellectus; errat corde, quisquis cordi sui cæcè dirigitur mente: etenim thronus superbiæ, non celsitudinis; quæ in præcipitium erigitur cæcitate intellectionis. Haud pestis recessit in infernum cum expulsione Angelorum. Orbem totum corrumpit amoris cœci iudicium, ratione sepultâ, ut pro ratione sufficiatur insania; quin error & supplicium sint vel cruciatu in cæcitatis exemplum: imò adoretur superbia, insidio-

Et in tartara præcipites.

Et vanitas præsumptionis.

Amor sui hominis convertit in dæmonem.

Cogitationes se ignorantis sunt vanæ cogitationes.

Isai. 14. 13.

Luc. 1. 51.

diosà intellectione, & sint mente sine mente: igitur unde fugit sui utilissima cognitio, apparent philauti dæmones sine intellectu. Gregor. Nazianz. de *Fuco mulier.* succinit.

Nazian. *Ardebatque sui spectatam in fonte figuram*
Alter, cui exitium forma venusta dedit.

6 Commune profectò emblema, ut huius amoris denotetur insania; uti videsis apud Natal. Comit. 9. *Mytolog.* cap. 17. Sua illum in mortem fefellit imago, cessitque neci sic attenuatus amore. Solemnis sanè dementia, sed eius in medicamen proferenda causa. Narcissus se, non se iudicabat, sed alium. Corpus putat esse, quod umbra. Stupet ipse sibi. Sibi videbatur alius, & inde in viscera transivit amoris vulnus. Non cognovit se, & inde delirium fuit: solus enim amare se quibat, qui se videns, etiam se quasi cæcus non cognoscebat. Illa cæcitas, ut canit Ovid. 3. *Metam.* à *fabul.* 5.

Qui se non cognoscit, diligit: & quare se interimit dilectione?

Ovid. —*Misero prebet alimenta furori.*
—*Tantus tenet error amantem.*

Furor utique, oculis non credere, sed errori. Infelix namque conditio, in qua furiosà dementià totum consilium dirigitur à phantasia. In signum vitæ ab Ægyptijs sæpe obijciebantur oculi. Vide Pier. Valerian. *lib.* 33. *cap.* 13. Impropria videntur signa: siquidem quamvis plorantes palvere tanto, innuant modum stationis in mundo; se non videntes, nequeunt præferri signa vitalitatis: hominum quippe rationalis vita pendet profecto à cognitione propria. De Cherubinis dicit Prophetà: *Unumquodque eorum coram facie sua ambulabat.* Uti sapiens progreditur, qui ut se cognoscat, à se dum taxàt respicitur; & ne aberret coràm habet; etenim obnoxius lapsui, qui se cæcè non cognoscit. *Ille veraciter se ante se ponit; qui se in suis actibus tamquam alium attendit*: ait Greg. Magn. Homil. 4. hic. Illa curiositas in aliena, ut sit utilis, debet dirigi in propria, ut pedes in virtutem habeant procedentes rectos, & ponant in via gressus suos: dicunturque ambulare coram se, tamquàm in alium intenderent; ut non alium sed se curiositate discuterent: etenim in futilem & prudentem curiositatem, non respicerent aliud, si se respicerent.

Oculi figura vitæ.

Ezech. 1. 12.

Gregor Magn.

7 Hi docti & sapientes spiritus sub titulo Seraphim aliter Ioanni exponuntur: *Animalia plena oculis ante & retro, & intùs plena sunt oculis.* Quorsùm tot lumina? Ne irrepat in turpem cæcitatem ignorantia, amore proprio, suffecto dolo pro scientia: siquidem ita fallax tenebris, fictione lucis, phantasia cogitationis; ut pro inserenda sutelatrice fallacia, & centum oculos nox occupet una. *Ante & retrò*, figura simili Iano, quin habeat excusationem, quoniam retrò se non videt: equidem si se & ubique cognoscere debet; oculorum ubicumque portat lumen, quocumquè verterit faciem. Ille alius crimina aliena ante oculos posuit, propria post tergum proiecit. Unde Hæchtan. in *Microscom.* Emplem 42. accinit:

Apoc. 4 à 6.

Quam geris in dorso, vacua cur mantica? Quare
Quam geris antè tibi Zoile pera tumet?
Hoc est quod spectes oculis malè lippus inunctis
(Ab nimium vecors) facta philaute tua.
Alteriusque malos mores speculeris acutim?
Hosque notet nimia sedulitate manus.

Hæchtan.

Non ita aliena taxaret, qui sua in correctionem videret: anteque & retrò sunt oculi, ut homo studeat puritati vitæ: igitur non solùm quod ante oculos notandum; sed etiam quod uti leve, cura deiecit post tergum. *Antè & retrò*, ad exteriora in obiectis; & *intùs plena sunt oculis.* Introrsùm etiam dirigitur acies, ut perfectè sit scientia, ex obiectorum occurrente notitia: siquidem etiam visa non discernerent, ni se priùs in indicium cognovissent. Positio oculorum positioni respondet litterarum voluminis. Liber erat scriptus *intùs & foris.* Liber hic humanum genus est. Quod exteriùs, videtur est corpus: quod interiùs, animus. Ad extrà vanitas; ad intra summa cum infirmitate paupertas. Extrà ornatus, ostentatio, superbia, arrogantia, vanagloria. Intrà plagæ, questus; dolor, vulnera, calamitas & miseria: oculique in libro characteribus hisce intùs & foris scripto, colocantur ante & retrò; sed laudatur magis scientia voluminis, quippe intus repletum oculis: igitur si studium in cognitionem propriam, hominibus præbet scientiam; plus & utilius discunt videntes introrsùm miseras imperfectiones, quàm ad extrà respicientes versus mundi vanitates.

In perfectionem vel leviſſima notanda.

Haud extra videtur vanitates, si interius imperfectiones.

8 Ulterius. *Intus plena sunt oculis.* Sit ergo. Verùm si introrsùm universi collocati, quomodò visi? Patent interni: interni concessi, ut se videtur; ne in operibus, sui dilectores errarent. Cuncta illorum ad legis unguem, habentium in corde legem; visique sunt oculi, qui col-

lo-

locati ad intrà, per exacta iuxta legem opera externa, etenim clarebat illorum sanctissima operatione, se priùs ad intra vidisse & examinasse.

Auson. *Iudices ipsi sui totos se explorant ad unguem*:

Ut canit Ausonius, *Edyl.* 8. v. 3. Ergo respondeamus Didascaliæ articulo. Oculi antè & retrò indicant operationes externas, quæ patent oculis. Oculi ad intrà, operationes occultas, sine examine lucis; & lumina (quippe ad intrà, non videntur) videri dicuntur, dum in iudicio explorantur; ut vocemus in examen vel levem cogitationem: etenim cùm venerit hora, vel occulta iudicanda. Acies oculorum introrsùm, haud facilis visu; & ab hominibus impossibilis captu; internusque declaratur respectus, quia non latebit operationum intuitus: etenim patent, quæ facta tantùm ad intra, quippequàm illo in iudicio etiam non visa videnda. Hinc Psalmista: *Ab occultis meis munda me.* Quorsùm, si occulta dicit? Quia nemo delicta intelligit: & cùm homo intelligat, non intelligere, ab occultis anxiè rogat mundari, ne fortè sint lamentabile peccatum in cruciamina, quæ nescienti videbantur offerri tamquam obsequia. Appositè Crucius hìc:

In Dei iudicio, vel occulta iudicanda.

Psal. 18. 13. *Et quæ non visa videnda.*

Crucius *Quis scelus omne cavet? Quis non fallacibus errat*
Consilijs? Quis semper iter rimatur Olympi?
O Pater! ignotas animi bonus eluem fraudes.

Irrepunt sensim, & fraudes studia apparent; quippe discussione examinis sunt delicta, in quibus videbatur criminis nec apparentia. Dicat accusata Sponsa, & fulminata causa. *Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.* Si illa tota pulchra, & sine macula, unde tot iudici vulnera? Ex uno crine? Ex aspectu transeunte? Introivit ipsa, quantumvis dilecta in iudicium Sponsi: ibique notantur levis oculorum incuria, atque cogitatio sine reflexione vaga. Si hoc est in viridi ligno, quid enim erit in arido? Quid in gravato totà vità criminibus, dum uti vulnus notatur capilli pondus, & simul levis oculorum iactus? Quid si Paulus non iustificatus, licèt sibi in gravamen nihili conscius? Quid delicta cognita, si de occultis & inscijs ducenda causa?

Cantic. 4. 9. *Quàm exactè!*

D. Herm. Hug. *Vnius at timet solummodò iudicis urnam:*
Iudicis & testis qui vice solus agit.

Nam quamvis miseris bonus est, veniæque paratus
Attamen in sontes iurè severus agit.

Succinit Doctor Hermann. Hugo, *Pior. desider. anim.* lib. 1. *Gemit.* 10.

9 Haud credebant Ethnici animæ immortalitatem, futuri post mortem non timentes timorem. Plautus in *Captiv.* Act. 3. scen. 5. v. 83. delirat, inquiens:

Plaut. *Post mortem in morte nihil est quod metuam mali.*

Seneca de *Tranquill.* cap. 11. *Causa multis moriendi est, timidè mori.* Quid insanè vecors Lucretius? Unde lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 1017. effutit:

Seneca

Lucret. *Hæc neque sunt usquàm, neque possunt esse profectò.*

Plinius, cùm in aliquibus videret formidinem, ridet. *Quæ* (post mortem) *deinde sedes, quantàve multitudo tot sæculis animarum, velut umbrarum? Puerilium ista deliramentorum, avidæque numquàm desinere mortalitatis commenta sunt. Similis & de asservandis corporibus hominum ac revivisscendi promissa Democrito vanitas; qui non revixit ipse. Quæ ista dementia est, iterari vitam morte? Hac credulitas duplicat obitus, si dolere etiam, futuri æstimatione, evenit.* Hæc Plin. 7. *cap.* 55. Fallitur, quippe verissima, quæ ridet fatuus vel infatuatus ut falsa: equidem cùm anima sit immortalis, ante mortem conscia criminis, formidat iurè meritòque à divina iustitia, quicquid præsumit vulnerata conscientia. Dicit, qui inficiatur Tartarum, ipse Lucretius, quò suprà, à v. 1022.

Apud Ethnicos pœna inferorum, phantasiæ ludibrium. Plin.

Lucret. *Quæ tamen etsi absunt; at mens sibi conscia facti*
Præmetuens, adhibet stimulos, torquetque flagellis:
Nec videt interea, qui terminus esse malorum
Possit, nec quæ sit pœnarum denique finis:
Atque eadem metuit magis hæc ne morte graveſcant.
Hinc Acherusia fit stultorum denique vita.

Haud eiusmodi cogitatio stultitia: sed si vita ita anxia, & erumnosa ex delictorum conscientia; quid erit in morte, & post mortem, ubi ut pœnas luant, viderint cum verbere Nemesim? Si iustus vix salvus fiet, iniquus & peccator ubi parebit? Hinc timor, hinc tremor, hinc horror. *In die qua ignorat, & hora qua nescit, anima rapitur à morte, pergitque miserijs plena, tremens & dolens: & cùm nullam excusationem habeat, quam pro peccatis possit ob-*

Conscientia gravata crimine, in pœnis infern.

obtendere ; contabescit & pertimescit , coram Deo apparere. Crescit pavor cùm cogitat , quòd viam vitæ huius nequaquàm sine culpa transire potuit ; nec hoc quidem quod laudabiliter vixit , sine aliquo reatu est , si remotâ pietate iudicetur. Quapropter nullus perfectè semetipsum dijudicare & comprehendere potest : sed a multis cogitationibus occupatus , sibimetipsi aliquo modo manet incognitus ; ut omninò quod tolerat , nesciat. Propterea urgente exitu , subtiliore terretur metu ; quia si illa quæ scivit , numquàm se prætermisisse meminit , formidat tamen ea , quæ nescit. Hactenus Mellifluus Doctor , de *Cognitione Human. Condit.* cap. 2. Quis enim scit , an dignus sit amore , vel odio? In exitu sine recursu , ex huiusmodi tenebris iurè non erit formido ? Iurè : etenim maior angor de periculo mortis , quàm de morte.

Bernard

Angor animæ in exitu de corpore quanto.

10 Pæribant universi Iudæi insidijs Aman , ni pro illis intercederet Esther: quod quidem illo in tempore fatale ; quoniam ni vocata à Rege , sese exponebat ultrò periculo vitæ. Monuit Mardochæus illam susque deque facere tyranni furentis violentiam , ob populi sui innocentis periclitantis gratiam ; quippequàm sine eius necessaria interventione , extrema pœna suorum addebatur servituti. Esther audivit & flevit. Retinebat animum mors promptissima : impellebat in præclarum facinus contribulium damnatorum innocentia. In huiusmodi perplexitate , sine dispendio proprio haud erat summa dilectio: quapropter mori decrevit ; quæ nata, etiam dilectione, bono publico. *Ego ingrediar ad Regem non vocata , tradensque me morti , & periculo:* respondit Mardochæo. Quodnam igitur horum verborum propositum ? *Morti & periculo* ? Periculo mortis , sit : verùm morti & periculo! Quid est hoc ? An periculum post mortem ? Amplius post novissimum , discrimen ? Utique : quodnam ? Novissimum. Ergo mors non est extremum. Est extremum vitæ, sed est extremum extremi , & maius periculum , quia periculum extremum. Est periculum in vita , quod periculum mortis: est periculum in morte , quod consummationis finis. In vita finis timetur , verùm temporalis vitæ : in fine ex morte timor maioris periculi , æternitate incipiente. In morte vitæ , mors prima , quæ reparabilis. In fine mortis , mors secunda , quæ perennis : & post mortem , ut quid maius, addit periculum mortis , in signum acrio-

Esth. 4. 16.

Unde origo formidinis post acerbitatem mortis.

ris ac vehementioris , cruciaminis ; quippequàm post mortis pœnam iudicium divinum sequitur vel ad mortem , vel ad vitam. Maior debet esse metus , ubi periculum maius : & ubi tantum discrimen , timetur dumtaxat quod periculum post mortem ; quoniam dignum , ab hominibus timeri , post mortem iterùm mori. In morte moritur caro : post mortem anima mortis iacet periculo. Ibi dolor , hìc utique timor ; quo percutitur anima in ipsa mortis angustia : & post mortis extremum , denuò exponitur periculum ; quippe ultimum uti principale, in corpore mortali debet timeri , animam immortalem post mortem posse perire : igitur si post exitum divinum & inevitabile iudicium, est periculum post exitum.

11 In rem veniamus. Ipsa forti animo mortem despexit , quandoquidem ipsa conceptâ & obviâ ad iudicem introivit, lege fractâ , quippe transgressione ingressa. Iam enim obnoxia morti , sed non timet. Ingressa, non solùm timet, sed tremuit. *Coruit , & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput.* Quid timet, quæ non timet amaritudinem mortis? Iudicium Regis. Ab eius iudicio pendebat calamitas vel felicitas. Fractâ lege iudici glorioso sistitur , ad tribunal percussâ conscientiâ ingreditur: tremitque anxia de sententiâ quia nescit , quemnam in exitum causa : & an illo in articulo ruptâ lege, salvaretur , vel damnaretur à iudice. Hinc Hebræus : *Tollar , tollar. Secundum quod peribo , peribo. Moriar , moriar.* En periculum post mortem , & morte maius cruciamen: equidem maius , illo in tribunali, illo iudice , pati post mortem expectationem sententiæ. Dicit vel Ethnicus in *Alcest.* v. 781.

Ibid. ca 15. 11.

Ignorantia sententiæ, telum est animæ.

Hæbr.

Omnes homines debent mori : & nemo mortalium

Euripid.

Est , qui sciat , an sit victurus.

Qui fide imbutus scit , in morte oportere ante tribunal Christi præsentari. Scit leges fregisse : debet ergo timere , quæ à conscientia vulnera dictant , ne morte gravescant. Adhibet stimulos , torquetque flagellis , nesciente transgressore , quæ sit in iudicio finis. An cadet causâ , an recessurus victorià ; an prævalebit iustitia , an palmam tollet clementia : an ex iudicio erit pœna , vel gloria , perpetuitate noctis, vel dies faustus splendore æternitatis.

Solilo-quia mentientis.

Ille , dies quàm longus erit sub sidere Cancri ;

Quam

Auson. d. *Quantaque nox tropico se porrigit in Capricorno,*
Cogitat, & iusto trutinæ se examine pensat.

Foris sensuum pugnæ, intùs timores; quia nec post mortem suspenduntur pericula; eò quòd remanet fulminanda sententia: quæ præ morte ex periculo cor angit, & summè premit; etenim vehementior inter cruciamina afflictio, illius iudicij trangressoris expectatio, exitu in exitum properante, & cum ignorantia iusti tenoris sententiæ. Felix qui de *angustia, & iudicio sublatus est*: equidem nulla maior angustia, quàm ex iudicio pendula ignorata sententia; quippe præ morte certà excedit valdè tormentum, post corporis mortem, animæ miserabilis periculum.

Isai. 53. 8. *Et causa timoris.*

12 Hic timor hominum compescit audaciam, ut timeat post mortem ruinam; exciteturque in virtutem, quippequàm riculum etiam post mortem. Hæc memoria ac articulus tanti momenti excitavit Davidem in pœnitentiam ex sopore peccati. En soliloquia. *Quandiù ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?* Per diem, in robore valetudinis; quippequàm dubius dolor in nocte mortis. Quando in me? Quando prævaricator convertar ad cor? Cràs. Quid tunc? etiam cràs. Quid pòst? Idipsum quod fuit, sed numquàm est, nisi quod priùs; quia numquàm ad dolorem & vitæ conversionem convertitur animus. Quando? In animæ exitu, quo inimicus validus, & anima sine viribus? Periculo occurrere necessarium, ne incurram in mortis somnum: siquidem qui post peccatum sine dolore, decursu veloci vitæ, frequenter ad mortem dormit in morte; ita ut Dei singulare auxilium sit necessarium, ad illuminationem oculorum. Unde Deus Israël *illumina oculos meos, ne umquàm obdormiam in morte*; ubi insidiator vigil Argus intendit, & infirmitas lumina patientis claudit. Quando excitabitur cor? *Usquequò exaltabitur inimicus meus super me?* Quorsùm in vita ad bonum conversa, huiusmodi vigilantia? In morte luminum vigilia quorsùm? Quoniam ab illa æternitatis momentum. Ipse qui cupit vivere iuxta legem aliam demonstrat alti momenti rationem. *Nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversus eum.* At quid, si sæpe victor, dum sæpe prævaluit tot sceleribus error? Est summum discrimen, inter valere, & prævalere draconem. Valet in pugna (supra terram vita hominis est militia) dum vincit hominem infirmum; sed datur locus, gratiâ Dei, ut victus possit resarcire damnum. Aliquando victoria victorem facit inertem, & victum palmâ triumphantem. Prævalet in hominis virtutem vafer inimicus & truculentus, dum in morte iacet victus, quin ad iterandam pugnam detur locus, vel sit tempus. Valet in cursu fragilis vitæ: verùm prævalet in morte: & non ita formidatur, quòd aliquando dæmon valens hominem vincat, sed quòd semel aliquomodò prævaleat; quoniam post huiusmodi ut novissimum certamen, homo haud habet recursum in conversionem. Ita qui dormit in morte, ductus pravà consuetudine: equidem cùm tempus non sit ampliùs, nec dolori detur locus; adversus hominem prævalet hostiliter inimicus, deducens in triumphum usque in flammas æternas, quem nec vulneribus in contritionem excitavit iniquitas. *Tunc anima inveniens oculos clausos* (subdit Bernardus, d. n. 5.) *revertetur ad se, & videns se solam & nudam, ingenti horrore concussa; desperatione deficiet in se, & cadet sub se: & quia amore mundi & carnis voluptate Dei amorem dereliquerat; derelinquetur à Deo misera in hora tantæ necessitatis, atque dæmonibus tradetur, in inferno cruciandа.* Vide eius miseriam *Tautolog.* ult. *Didasc.* 4. à n. 12.

Præcrastinatio pœnitentiæ in morte animæ.

Psal. 12. 3.

Vers. 4.

Vers. 5.

Post mortem non est recursus in pœnitudine.

Bernard

13 Easdem minas in reproborum pectus tamquàm fulmina retorquet SS. Benedictus. *Tantùm liber erit Pastor* (inquit *Regul. Sanct.* cap. 2.) *si fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis actibus, universa fuerit cura exhibita. Pastor in iudicio Domini absolutus dicat: Veritatem tuam & salutare tuum dixi: ipsi autem contemnentes spreverunt me: & tunc demùm inobedientibus curæ suæ ovibus pœna prævalens ipsa mors.* Non mors valens, sed prævalens? Pravi mores! Abominabiles sunt facti in studijs suis: igitur crimina in vita non deserit animus, nisi quando corrupta deseritur à criminibus. Futilis conversio fit, nec micat in contritionem spes; modò in pugna pœnitudinis & iniquitatis, perseverat certamen, usque ad prævalentem mortem: igitur postremò fauciatur pectus, desponderur animus, haud conceditur medicinæ locus, nec pœnitudini tempus; & prævalet inimicus. Bugnotius hìc:

S. Bened

Tum meritas iudex in oves ardescit amaris
Vocibus: & meritæ victima mortis erunt.

Gabr. Bugnot.

Quid ergo facit peccator? Quod fecit: te-

Quæ in anima sit mors valens, & prævalens?

rere scilicèt tempus, renovare & exulcerare vulnus: transire ut valeàt, & valeàt transire; si nequit ut velit, saltem ut possit, habens inter huiusmodi tenebras mensis vacuos, atque noctes laboriosas, præ nimia pravitate consuetudinis, cùm dies formantur & nemo in eis. Valet dæmon, quia sæpe cadit homo, qui sub eius iacet triumpho: verùm dùm esse sub sentibus, delicias iudicat, flocci pendit si prævaleàt. Quid hodie operatur? nihil. Cràs? Idem. In hebdomade? Quod heri. Idem in mense operis: nihil tot annis, & simul in tota vita. Lamentabilis tragœdia! In morte obdormiet, clausis oculis iacebit. Sic stat, & simul vel saucius, inimico valente, persistet sic: unde cum hoste subitò prævalet mors; quoniam nihil inveniens in manibus suis, ratione sopità, sine recursu evigilabit in flamma.

Quanti nocumenti negligentia in spirituali vita!

14 Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione: igitur fructum nullum percipiunt, in quibus nunc erubescunt. Quando ergo ponent in anima consilium? Quando in te & ad bonum convertentur? Quando erit dolor de vulneribus, ut quiescat animus? Quousque adversus eos exaltabitur in propudium inimicus? Non formidatur iudicium, quo revelabuntur abscondita tenebrarum? Haud timent, quod timent iusti, & cavent sibi vel ab imperfectione? *Cuius enim mentem* (scribit super *Psalm. pœnitential.* ult. n. 2. Gregor. Magnus) *cogitationes vanæ non laniant? Cuius cor tentationes non vexant? Cuius animam desideria carnis non turbant?* Stant siccine peccato mancipati, ab omni perturbatione securi. *Non peccavi*: dixit Iobus. *Si peccavi*: iam dubitat. *Peccavi*: iam affirmat: additque: *Iccircò ipse me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere.* 42. 6. Quis enim intelliget hæc? Ad iudicia Domini tremulum pavidum cor: igitur coram Iudice ac divino tribunali, fatetur ut peccatum, de cuius noxa nec dubium: acceditque pœnitudo, cuius quasi esset crimen, nec cogitatio. Hæc est ad salutem via. Nolite obdurare corda vestra. Hodie sanè pœnitentia ac de peccatis contritio: cràs est serò. Etiam hodie tardè fit: nescimus, quid erit cràs. Ovveneus *lib.* 5. *Epigram.* 44.

quanta!

Greg. Magn.

Iob. 7. 20. 10. 14. & 17. 2.

In discussione timendi, quod nec cogitatur cogitatu.

Cràs (inquit) faciam, concessà quæ labitur horà.
Fac hodie: fugit hæc non reditura dies.

Ovven.

DIDASCALIA V.

Dei gratia ultra cuncta bona.

1 INTER rerum suarum natura homine nihil habet, quo magis glorietur, aut certè cui glorietur: quapropter ab illa super cuncta exaltatur & extollitur. Unde ludicrum, quod canit Lucretius. 5. de *Rer. natur.* à v. 157.

Hominis eximium opus naturæ.

Dicere porrò hominum causa voluisse parare
*Præclaram mundi naturam, propterea*que
Id laudabile opus Divum; nec fas esse.

Lucret.

Fallitur: universa propter hominem facta, illique subiecta; quippe factus ut præesset; illum Conditor rerum naturæ esse spectaculum iussit; sed, ut *Epist.* 66. inquit Seneca: *A terrenis dimisit ad divina.* At quomodò ad divina, si iacet in terra? Dicit ipse *Epist.* 41. *Cœlestis potentia agitat. Non potest res tanta sine adminiculo Numinis stare: Itaque maiore sui parte illic est, unde descendit. Quemadmodùm radij Solis contingunt quidem terram, sed ibi sunt unde mittuntur; sic animus magnus & sacer (& in hoc demissus, ut propiùs divina nossemus) conversatur quidem nobiscum; sed hæret origini suæ. Illinc pendet: illuc spectat ac nititur.* Verùm quomodò isthac donabitur beätitudine, quando natus de muliere? Gratiâ Dei, cum qua illustre prodigium fit: igitur dum sine illa pauper miserabilis & nudus, homo de terra terrenus; cum illa factus in prodigium multis, fulget de terra cœlestis. Spoliat vetèrem hominem cum actibus suis, & induit novum, quia renovatur in agnitionem, secundum imaginem eius, qui creavit illum. Fit novus homo: dexteræ Excelsi est mutatio: & claret alter & idem, secundum interiorem hominem, factus prodigium, in cœlorum spectaculum: igitur in eadem natura, nobiliore essentiâ, qualitatis formâ, cœlesti felix perfungitur conditione; qui miser, cæcus & nudus, natus fuerat de muliere.

Senec.

Unde de terra cœlestis

Iob. 14. 1.

2 Fragilis, repleta miserijs humana, prona in terrena, natura; sed *homo & homo natus est in ea.* Verùm quomodò? Homo & homo est: homo in homine fit; sed non ex homine, sed in homine, dum gratiâ illustratur cor; quia se feliciter levavit & super se, mirabiliter in sublimen

Psal. 86. 5.

naturam erectus, qui in humanam fuerat de muliere natus. *In ea*, non *ex ea*. *In ea* homo, sed non homo *ex ea*; quoniam huius nobilitas filiationis, non ex voluntate carnis. Quod natum est ex carne, caro est. Ex carne natus est homo: ita humanæ carnis conditio: sed extra conditionem carnis, nove conditio in homine hominis generationis: etenim iam superior prorsùs humanà naturà, qui homo natus est in ea; quoniam non ex ea, sed per gratiæ divinæ qualitatem, accipit illà, in qua natus, superiorem conditionem. *Homo, & homo.* Homo in natura. Pluſquam homo ex gratia. Ex Hæc nova generatio, ut non sit homo qui plus, quippe ex Deo natus est: igitur consors factus divinæ naturæ (conditione gratiæ) qui in natura humana accepit originem; in ea & non ex ea vivit feliciter extra humana conditionem. Dicit Chrysostomus, in *Mattb.* Homil. 2. *Tu, qui filius es Adæ; futurus es filius Dei. Non enim fruſtrà, nec vanè, ad tantum humilitatem ipse descendit, sed ut non ex humili sublimaret. Natus est enim secundum carnem; ut tu nascererespiritu. Natus est ex muliere; ut tu desineres filius esse mulieris.* Vetera recesserunt. Descendens qui sedebat in throno, ecce nova fecit omnia: omnibus hominibus Dei apparuit latens gratia: & habitavit in nobis; ut cum illa, in illa, ex illa habitaremus in cœlis. Vide *Didasc.* 1. *à n.* 1. Iacob. Bilius in *Antholog. Sacr.* accinit opportunè:

Nil hominis primi retinens, sed plena secundi,
Cœleste accipiet gens nova principium.
Sic nostrum assumens matris de corpore corpus,
Esset ut assumptæ carnis origo Deus.

3 Etiam cognovit vel Æthnicus. Unde egregiè Cordubensis Stoicus. *Virtus* (ait *Epist.* 87.) *extollit hominem, & supra chara mortalibus collat.* Si vitium hominem infra se posuit, virtus gratiæ supra se extulit, & in cœlum collocavit; ut quid ex adventu Dei in terras, diceret dignata charismatibus, humanitas: equidem si non homo in natura humana ex vitio; in ea, per gratiam feliciter, homo & homo. Adhuc ipse, *Epist.* 41. præcit. *Bonus vir sine Deo* (inſit) *nemo est. An potest aliquis supra fortunam, nisi ab illo adiutus, exurgere? In uno quoque virorum bonorum habitat Deus.* Deus solus bonus, Optimus-Maximus. Unde ergo homo bonus ut in illo habitet Deus? Sine Deo bonus non est; quo bonus, eius dilectione fit. Naturà filius iræ, filius gehennæ, filius pœnæ. Bonus non ex illa, sed bonus in illa; quippe dono gratiæ (iustificantis animam) participat ut sit bonus, bonitatem divinam. Hæc ex Dei dilectione gratia: *Sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus.* Augustin. in *Ioann.* Tract. 87. Sicut Iris à Sole, sic homo gratiâ radiante.

——*Iridis instar amœnas*
Virtutum formas, florigeraſque ferens;
Mille trahit varios propitio Sole colores.

Naturam cœlestem sumit, quin deponat hominem; cùm secum & alius sit, & supra se: homo & homo, quia sublimis generatio & à cœlesti principio.

4 *Genuit nos* Pater luminum: dicit Iacobus. *Genuit*? Generatio in naturæ similitudinem tendit. Hinc tota nobis felicitas emanavit: equidem quin excludat in homine hominem; per gratiæ domum concedit divinitatem. *Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Nihil plus: & mirum non mirum est: quia ex iure (licèt homo) accipiat divinitatem, quia gratia participavit naturæ similitudinem: igitur in illa illius habet principiatum principium, ut est ens à se infinitum & illimitatum. Quidni Dij, si filij Excelsi? Filij gaudent naturà genitoris: patet gratia undecumque mirabilis: etenim cùm summè distent natura humana & divina; per illam divina sedet in natura humana. Nuvum homo fit figmentum per huiusmodi principium. Deus nos condidit & genuit. Condidit naturam, & genuit conferens gratiam; ut homo & homo nasceretur, dum à patre luminum & conditore formatur: Iacobusque non dicit *Condidit*, sed, *Nos voluntariè genuit*, ut in esse hominis aliud esse illustrissimum exprimeret: super naturam humanam, aliam superiorem naturam: igitur quibus Conditor dedit humanitatis conditionem, etiam concesit ut Pater divinitatem. Pater luminum, qui illustravit singulari fulgore genus humanum: equidem fecit, quòd homo filius Adam, generatione per gratiam existeret filius Dei.

5 *Genuit.* Princeps Apostolorum non dicit *Genuit*, sed *Regeneravit nos.* Utrobique promitur Dei amoris excellentia, & quàm pretiosa collata hominibus gratia. Regeneratio spectat futurum sæculum, in gloriam hominum. Generatio connotat præsens huius vitæ tempus, quo ad æternam dirigitur cursus; ubi regeneratio non

Qui homo à natura, pluſquà homo ex gratia.

Chryſ.

Bil.

Senec.

Adventu Dei in mundum homo ſublatus in cœlum.

Idem.

Auguſt.

Cur homo cum dono gratiæ ſimilis Iridi.

Geome. Virgil.

Iacob 1. 18.

Pſalm 81. 6.

Unde ea gratia homo Deus?

1. Petr. 1. 3.

est, quoniam hæc post mortem fit: & in tempore generationis divinæ (quæ notat gratiam) signatur regeneratio, quæ spectat gloriam; ut cuncta bona explicentur, quàm à Patre luminum generantur: quandoquidem in hoc tempore & miserabili vita, quæ maior gloria, quàm gratia? Venerunt omnia bona pariter cum illa: igitur quæ facit hominem Numini gratum, ei corcedit omne bonum. *Gratia Dei* (ait Augustin. lib. 2. ad *Bonifac.* cap. 6.) *non solum sidera, cœlos; sed etiam omnes Angelos supergreditur.* Quod enim descendit à Patre luminum, datum optimum. donumque perfectum; quippe eius cum cæteris bonis omnibus forma, credibilia facit incredibilia. Dicit & Pindarus, *Olymp.* Od. 1. à v. 46.

Gratiæ quæ omnes parat voluptates,
Mortalibus afferens honorem,
Etiã quod est incredibile facit credibile;
Ut in altissimam latè honorati
Iovis domum transferret.

Quis enim crederet infimum hominem æternæ gloriæ accipere posse semen; ut in perpetuum cœlesti sederet aula, & in cœlum (uti ait Horatius, lib. 2. *Carmin.* Od. 8. v. 19.)

——Potuisset nasci
Matre pudenda?

6 Ideo dicitur: *Voluntariè genuit nos verbo veritatis.* Pende. *Voluntariè.* Si est voluntaria generatio adoptionis, planè necessaria generatio naturalis: scilicèt Filij unigeniti Dei, qui Verbum erat apud Deum; ut astruit Fulgentius, lib. 3. ad *Monim.* cap. ult. Verbum ab æternitate; nos genuit in tempore. Illum filium necessariò, homines ultrò. Illum natura, nos gratiâ; ut amoris exhiberet celsitudinem, per huiusmodi voluntariam generationem: quandoquidem nihil ultrà in eus amore poterat excogitari, quam esse conformes imaginis filij sui. *Nos ergo Deus* (infit) *verbo veritatis genuit: illud autem Verbum veritatem genuit. Nos Deus voluntariè genuit; quia voluntas generationem præcessit.* Amore geniti sumus, qui quidem supremus: etenim gloriosè habemus per gratiam, quod filius eius habuit necessariò per naturam. *Notum* fecit *nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo in dispensatione plenitudinis temporum; ut simus in laudem gloriæ eius nos.* Hanc generationem præcesit divina voluntas; ut eius dilectionis in nos voluntariæ, emineret maiestas: & quæ nobis gloria ex gratia, eius dicitur laudabilis gloria; quippe amoris eius & gloriæ culmen, per gratiam nobis conferre divinitatem. Voluntariè ergo nos genuit: ideſt, quia voluit, quia placuit, quin respiciens hominum formam, aliquid dignum vel congruum inveniret ad gratiam; quippe si divinum admirabile munus; & ab illa hominum salus, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, gratiam indigentibus tribuit; sed voluntatiè secundum misericordiam suam salvos nos fecit.

7 *Genuit verbo veritatis.* Iam enim eramus. Quomodò genuit? Non eramus in esse, quia cœlestis deërat generatio; qua unusquisque in propria conditione videretur homo & homo: equidem cum gratia sit forma formæ, & vita vitæ; quandiù natura rationalis non habuerit gratiam, in forma non habet formam. Ideo in choro cœlesti dicitur: *Propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Apocal. 4. 11. Exponerem, ni feciſſem, *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 5. *num.* 7. In præsenti testimonio astruitur cogitatio. Gignitur homo in beneficium respirationis. Unde ergo eius essentiæ forma verbo veritatis? Ex gratiæ collatione, forma quæ vitæ: equidem licèt per generationem habeatur naturaliter vita; sine gratia erit vita, cæterùm non vita vera. Fit homo in animam viventem, verùm non vivificantem: genituſque dicitur homo verbo veritatis, nequaquàm à naturali principio respirationis; quoniam in vita non habet vitæ virtutem, ni per gratiam habuerit in vitam vitalitatem. *Genuit verbo veritatis.* Paulus: *In verbo vitæ.* Haud uterque diversa promunt in diversum sensum, sed in idem propositum; dum ab uno gratia dicitur vitæ vitalitas, & ab alio vitæ veritas: equidem vera forma humanæ vitæ, subsistit tantùm in vitalitate gratiæ; qua generatione mirè homo plusquàm homo fit, quia prædestinatur in adoptionem felicem filiorum Dei. *O quàm pulchra est casta generatio* cum claritate in lucem hominum, descendens à Patre luminum, conferens pulchritudinem, verumque ipsi vitæ vitalitatem! Singulare prodigium! Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; ut in eius lumine videamus lumen; quia per gratiam castam, ut potè cœlestem, habemus generationem. *Elige vitam ut vivas.* Vita naturalis à vivente non eligitur: que ergo vita notatur? Vita electa, quæ dumtaxàt fit à gratia: igitur est vita super vitas electione, quia dedit hominibus potestatem fi-

Gratia in hac vita gloria.

Gratia homini collata divinitatis est gloria.

Origo bonorum omnium, & bonũ summũ.

Pindar.

Horat.

Ub. sup.

Non in eo vitæ vera sine gratia.

Ab illa similitudo cum imagine Patris.

Fulgen.

Ephes. 5. 25.

Ephes. 1. 4. 9.

Sapient. 4. 1.

Deuter. 30. 19.

filios Dei fieri: qui quidem illi grati per adoptionis formam, habent iam vitam, ut vivant: siquidem huiusmodi vitam si infelices non haberent, vel viventes in carne, nequaquàm viverent,

8 Enthusiasmum Senecæ audiamus, quippe ad mores selectissimus. *Ingens negotium in manibus est* (ait *Epist.* 49.) *quid agam? Mors me sequitur, fugit vita: adversus hæc doce aliquid. Effice, ne ego mortem fugiam, vita me non effugiat.* Unde ergo in vitæ possessione, vita ipsa potest effugere? Vivit, qui vivit: vita igitur viventem non effugit. Effugit, ubi sine vitæ forma; quæ fit in vita dilectione divinà: equidem cùm tribuat hæc viventi vitalitatem, vitæ vitalem virtutem, utpotè forma vivificantis formæ, atque qualitas eximia vivificatæ substantiæ; vita in vita amittitur, si per gratiam non habetur: curandumque est, ut gratiam in vita homo ad vitalitatem habeat: ne vita in ipsa vita permanendo diffugiat.

Senec.

Imo nec ia vita vita.

Quod sis, esse velis.

Ut succinit Martialis, 10. *Epigram.* 47. Potest non esse quod est, ut sub hac conditione, quod est desideret esse? Potest. Ethnicus nescit, sed Christicola cognoscit. Est naturalis vita, & in gratia ad vitam supernaturalis forma. Hæc vivificat aninam viventem, etenim sine illa vitam conferens, non habet vitilitatem: potestque quisque desiderare quod est, ut quod est; in esse sit; quippequàm ni habuerit gratiæ superiorem formam, non habebit infelix in vita vitam. Homines sine gratia vel viventes mortui sunt. Sine illa cor illorum (à quo vita) vanum est. Videte, gratia quid sit. *Abundantiam gratiæ in vita*: dicit Paulus. Gratia est à Conditore vita: gratia est à Patre luminum vitæ abundantia: & dum gratia signatur, abundantia vitæ ostenditur; siquidem sine gratiæ abundantia, numquàm vitalis est vita. *In iustificationem vitæ*: subdit Gentium Doctor. Elucet vitæ entitas, & entitatis qualitas; quippe non vita, vita non iustificata. In iustificationem animarum filius Dei descendit in terram: dicitque, *ut vitam habeant, & abundantius habeant*. Ni abundantius, in vita non esset vitalis virtus: signatque abundantiam gratiæ in donum concessum vitæ; quia vita sine gratia non vita in conservationem. cùm à graria accipiat vita vitalem vitalitatem. Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 17. Abundantia ex gratia oritur, quæ vita ex Deo à viventibus accipitur. Veniente Christo vitam homines habebant: dicit, *ut vita habeant*; quia sine abundantia gratiæ in vitæ usu nec habebant vitam: illeque hominibus dedit, dum aberrantes eximio amore quæsivit: etenim per divinæ gratiæ adoptionem cœlestem; cum vita quasi cadaver in vitam veram vivificavit hominem. Iam vitæ humanæ alius color, quippequàm ab æthere decor.

Martial

Roman 5. 17.

Ves. 18.

Ioann. 10. 10.

Cum illa vitalitatis abundantia.

9 Aptè ergo gratia Dei dicitur abundantia, quia cum illa cuncta bona, imò cuncta bona gratia. Adinstar lapidis philosophalis, quicquid tangit, pretiosum exit. Non Midæ nisi fictum donum: sola gratia cuncta convertit in aurum. Ut notetur abundantia, in gratia, vera, quæ de Anij filiabus à Græcis ficta; siquidem illarum tactu inficiens omnium fructuum cornucopia. Adi Nasonem, 11. *Metam.* à fab. 3. & *lib.* 13. *fab.* 4. Hinc Bernard. de *Gratia & liber. arbitr.* cap. 6. n. 19. infit: *Perfecta erit voluntas, cùm plenè fuerit bona; & benè plena: ubi perfecta conversio ad bonum, ut nihil libeat, nisi quod deceat, aut liceat. Gratia dat verum scire, & plenum posse.* Dat facere, & perficere pro bona voluntate.

Quid sit dono gratiæ, abundantia vitæ?

Bernard

Quæ dedit velle dedit & illa posse.

Visitavit animum, excitavit auxilium, subrogavit effectum, ita ut in omnibus inveniatur omnia. Retorqueatur Horatius, d. v. 19.

Ovvenius

Lætus in præsens animus, quod ultrà est,
Oderit curare: & amara læto
Temperet risu.

Horat.

Maximum bonum inter bona iudicatur amicitia, à Principe benevolentia, opum abundantia, ex inimicis trophæa, familiaris fortuna; & sui victoria. Unde illud vulgare Publ. Syri in *Mimis*, v. 236.

Bis vincit, qui se vincit in victoria.

P. Syrus

Hæc hominum potiora vota? Cuncta inveniuntur in gratia: etenim carnis dominatur affectibus, sui victor homo, suique dominus: dæmones gratum Deo non solùm timent, sed & horrent, quippe ab illis desperatur victoria, quorum frustrata certamina, Deo favente, cuius amicitia gaudet, & gratiam prosperè possidet, amplissimas divitias, cœlestes fortunas, pretiosas gazas, cuncta desiderabilia, potita vota, bona selectiora in cumulo; quoniam universa in gratia tamquàm in centro.

Quæ bona ex gratia?

10 Salutatur Virgo virginum ab Angelo, in qua inventa eminenter gratiæ plenitudo. *Gratia plena*: & cùm ex salutatione & eius qualitate hereret cogita-

bun-

Luc. 1. 30.

bunda; ei dixit: *Ne timeas Maria: inveniſti enim gratiam apud Deum.* Feliciſsimam ſalutat & gratiam divinam connotat: etenim cùm felicitas à dilectione Dei, qua hominis anima accepta Numini fit; per gratiam eius demonſtravit acceptionem, ut ampliſsimam Virginis ſignaret felicitatem. Opulentam ſingularibus opibus, ſalutat Angelus: gratiamque Dei inveniſſe, dicit, ubi de cœlo ad illam gratulaturus deſcendit; quippe neque in terra, nec in cœlo ſunt divitiæ, quæ ſint divitiæ, reſpectu pretij divitiarum gratiæ. Reginam etiam cœli, Gabriel expreſsit ſalutatione: eius oſtendit ſingularem maieſtatem & plauſum, etiam ſuper conditionem ſuperiorem Angelorum: dumtaxàtque fatur, gratiam apud Deum Virginem inveniſſe; quoniam ſuprema maieſtas, accedere ad thronum gratiæ. Sic glorioſa dicta ſunt de te, Civitas Dei. Glorioſa? & univerſa, quæ nihil ultra, eſtò diverſis vocibus Angeli plauderent, & Reginam, opulentam, feliciſsimam cognoſcerent: igitur inter plauſus nil invenit exæſtuans amore cor, quod æquè conferri poſsit ad laudem gloriæ gratiæ amantiſſimi Dei.

Felicitas ex divitijs, regno, gloria.

Illuſtrans adeſt divina potentia cœli,
Ac virtus alto ſummi dominantis Olympo.
O nimiùm felix! Alta ad faſtigia cœli,
Ad ſolum Domini, Superum Regina vocatur.

Souſa, lib. 5. v. 313.

Sed unde? Ex gratiæ inventione: equidem quæ invenit gratiam, hauſit ſimul in pectore cœli gloriam. Dicit contextus: *Gratiâ plena.* Cumulata abundas bonis æternæ felicitatis. Diverſis chariſmatibus fulges, cœli dotibus extolleris, donis divinis ornaris, obſequijs cœlitum: nil Gabriel niſi de gratia dicit: & dicit totum: etenim ſignans ſolùm gratiæ maieſtatem, cunctorum bonorum demonſtravit plenitudinem.

Verſ. 28 *Quid in Virgine plenitudo gratiæ?*

11 *Ne timeàs*, præmittit Angelus. Indicat Virginis pectus, Deo gratum. Quid ergo gratiâ timendum? Quis nos ſeparabit ab hac charitate illuſtri? Tribulatio, periculum, perſecutio, glaudius? Cuncta præſtant cum gratia pectori robur. Fortius eſt, dum infirmatur. Nihil timet: in eo qui confortat, omnia poteſt. Nihil valet in gratum Numini, fortitudo, altitudo; vel profundum. Quid igitur cum gratia, aut de quo timendum? *Verum eſt* (ait Chryſologus, *ſerm.* 142.) *quia qui invenit gratiam, neſcit timere.* Ita Ioann. 1. Epiſt. 4. 18. *Timor non eſt in charitate.* Seneca, *Epiſt.* 47. *Non poteſt amor cum timore miſceri.* Idem Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 11. Unde Oth. Vænius, *Amor.* Embl. 51. & Auſon. *Edyl.* 4. (ab alijs 32.) v. 26. accinunt.

Chyſol.

Seneca.

Averſus pedibus premit ecce Cupido timorem.
Degenerens animos timor arguit.

Oth. Væn. Auſon.

Gratiam enim & apud Deum invenit Maria, & invenit illa ſola; ut ſubdit Chryſolog. d. & Bernard. ſuper *Miſſus eſt*, Homil. 3. n. 10. Cum gratia Dei non timetur, niſi amittere gratiam: & non timere iubet, quam cognoſcit gratiâ plenam; ut cognoſcatur in Virgine, quænam plenitudo gratiæ, ſine timore: etenim recipiens Virgo Matris Dei excellentem dignitatem, accepit ſimul in munere & gratiam inamiſſibilem. Quod non timendum à Virgine, à nobis debet timeri: igitur cùm in gratia ſint omnia læta, & omnia bona; illa amiſsà per peccatum, evaneſcit omne gaudium, quia fruſtratur omne bonum.

In quo eius plenitudo gratiæ, ſibi?

Amiſsa gratia timenda.

12 David cæcè perdidit, dum furioſè deliquit, ab affectu peregrino fallaci ductus, qui priùs divinis nutriebatur affectibus. Miſit in lutum margaritam gratiam, quin propriam conſideraret periculoſam miſeriam. Magna clades, ad nihilum eſſe redactum; cæterùm maior, quod neſciret periculum. Dolum illi arte amicus detexit, & illicò frugi redditus è corde reſipuit, deſiderans anxiè quam per errorem amiſerat; & quærens gratiam, vel dolens non inveniebat. Percutiebat pectus pœnitudo, & cuius iam habebat latitabat dulcedo: equidem neddùm fruebatur (recenti culpâ) bonò delectabili, quod duxerat pœnientia. Ad Deum cucurrit, qui pœnitentem non deſpicit: illique clamat: *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Quid ergo effiagitat? Gratiam. Cur ergo vocat Lætitiam? Ut gratiæ divinæ effectus explicet, dum illâ anima feliciſsimè gaudet: quæ quidem iurè dicitur lætitia, quia in gratia non ſolùm gaudia, ſed omnia. Indicavit vel in utero genitricis ſanctificatus Ioannes. Gratiam adventu Redemptoris accepit, & ſtatim exultavit. Quid tribulatio, quid perſecutio? Cum gratia omninò perfectio. Semper gaudendum, quippe gratiæ comes, gaudium. Quid pericula, quid gladius, quid mors, quid vulnerà? gaudia: ſiquidem per mortem cum gratia gloria. Mala occurrunt: planè gaudium. Vincunt? & etiam vincuntur. Omne gaudium exiſtimantes, cùm in tentationes varias incideritis. Afficimur quotidie,

Pſalm. 50. 14.

In gratia gaudia cuncta.

Nihil cum illa timendum.

tidiè, dicetis, morte. Gaudete & exultate. Cum gratia nihil timeâtis : leve tribulationis momentum cum illa, æternum pondus operatur in gloria. Hinc omne bonum. Sine illa, quid ? Omne malum. Pende. *Redde mihi lætitiam.* Dum dicit *Redde*, amiserat : sanè : & lætitiam signat divinam gratiam, quam amiserat per culpam ; quoniam inter delicias, seu potiùs illecebras voluptatum (gaudium acerbum) summo fugiente bono, evanuërat omne gaudium. Gaudibundus, felix, locuplex vixerat : quid ex tot bonis ? calamitas, atque bonorum &-charismatum nuditas : siquidem, quo amissa gratia, ab errore deceptus; cum sæculi gloria, ad nihilum est redactus.

13 Hinc ille pœnitens in oratione dicit : *Inclina Domine aurem tuam & exaudi me ; quoniam inops & pauper sum ego.* Ideſt, miserè pauperrimus. Numquàm postquàm floruit in regni sella, Davidem afflixit inopia. Non solùm habuit regnum ; sed etiam potitus abundantià divitiarum. Vallatus cunctis bonis describitur à Nathan (2. *Reg.* 12. à 7. quo igitur infortunio se miserrimum Numini enunciat David ? Pauper & inops, quem bonis cunctis amplexabatur fortuna ? Sine dubio : aberat, qua dives, divina gratia: rescissa erat amicitia, qua gratus Deo; unde divitiarum magnitudo. Ab illius anima recesserat Deus, verum atque summum bonum : & in copia bonorum ac regni felicitate se profitetur pauperrimum ; quoniam sine Deo, quicquid habet evanescit : sine amicitia Numinis, non potitur, quibus gaudet : somnium deliciarum dormivit, & in manibus boni nihil invenit : etenim cùm à gratia Dei sit opum decus, & bonorum cunctorum sit bonum maius, in prosperitate vitæ ; inter divitias inops non habuit divitias gratiæ. Quicquid optimum, rapuit molimine dæmon : deceptàque animà per veteratoris astus, misit manum ad omnia desiderabilia eius ; offerens in adoratione idoli voluptatis, radicem amaritudinis. Seductus hæc & acriora tolerabat, sed delicijs falsis infatuatus nesciebat. Evigilavit, cognovit, pœnituit, miserumque se dicit, sine amicitia Dei, deliciarum servitute ; quia cum principatus opibus sub dæmonis potestate. Mell. Sous. d. à v. 351. succinit:

Nullus honor, nulla est humanis gloria maior,
Quàm servire Deo. Teneânt ingentia Reges
Nomina terreni: iactent & in orbe potentes
Imperium sublime: ferant victricia bello
Signa Duces: longà tumeant ditione tyranni.
Sit nisi mens servire Deo, vanescit inanis
Gloria, quam rapiet non exorabile fatum.

Adest ergo gratia Numinis, titulus supremus honoris : igitur debet dumtaxàt gloriari cor, in adoptionem divinam filiorum Dei.

14 At quid faciunt filij hominum? Deligunt vanitatem, quæruntque mendacium, sequentes seipsos, amantes se, pereuntque caduca, ut pereânt. Dicam ex Seneca in *Hippolit.* à v. 902.

Unde ista venit generis infandi lues?
Stirpem primam degener sanguis refert.

Necesse est in adoptionis gratiam, veterem oblivisci naturam : seu potiùs propter naturæ novitatem, eius relinquere conditionem. De aqua Iordanis dicitur renovare ætates. Verè, qui hauriunt aquas de fontibus Salvatoris. In novitatem ergo dicitur à Servatore N. *Qui vult venire post me*, ut adeât cœlum, *abneget semetipsum* Quid sit, *Abnegare semetipsum*, & *Se sibi*, ut ait Doctor Monachorum, SS. Benedictus Regul. S. cap. 4. diximus sæpe ; sed novâ luce suffragandum auctoritati. Documentum etiam multorum est, ut vita hominum rationalis sit. Vel Ethnici suadent. Senec. ad *Polyb.* cap. 25. *Si tibi ipsi renunciaveris, nihil horum quæ facis, posse subduci*: dicit. In præfat. lib. 3. *natur. qq.* subdit: *Innumerabiles sunt, qui populos habuerunt sub potestate : pauciſsimi, qui se.* Quid qui studeant verè divinæ legi, dum ita loquuntur sine fide profani? Seipsum abnegare, nil aliud est, nisi sui non esse. Quomodò ergo sibi non erit, qui sui est, & aliter non esset ipse ? Quomodò ipse & non ipse, si alius à se non ipse poterit esse? Est ne se amare, & odisse, sequi & persequi, mori & vivere, esse & non esse ? Planè : igitur constituitur vita hominis per affectus & effectus rationalis & irrationalis voluntatis. Constituitur per rationem homo : si per pravos affectus sopitur ratio ; non est quod est. Alius concupiscentijs à se fit: diciturque in ipsis, quod ipse in ipsis abneget se; ut homo qui ex se floret ornatus ratione, sit in esse, cùm se negaverit, ipse.

15 Gregorius Magnus, in *Evangel.* Homil. 32. *Si enim* (infit) *nosmetipsos relinquimus ; quò ibimus extra nos ? Vel quis est, qui vadit, si se deseruit ? Sed aliud sumus per peccatum lapsi ; aliud per naturam conditi : aliud quod fecimus, aliud quod*

Pſalm. 85. 1.

Sine gratia, summa animæ inopia.

Peccator sub dæmonis tyrannide.

Sousa.

Senec.

Matth. 16. 24.

S. Benedict.

Senec.

Quid sit abnegatio sui?

Gregorius Magn.

quod facti sumus. Relinquamus nosmetipsos quales peccando nos fecimus ; & maneamus nosmetipsi quales per gratiam facti sumus :::: Tunc enim nosmetipsos relinquimus , tunc nos ipsos abnegamus ; cùm mutamus , quod per vetustatem fuimus , & ad hoc nitimur , quod per novitatem vocamur. Novitas est gratia Dei , qua eius filios facit nos : nosque negamus cum simus homines , relictis voluntatibus pravis ; quippe adoptione cœlesti divinæ gratiæ , in natura hominis sumus diversæ superioris naturæ. *Vivo autem iam non ego:* dicit Paulus. Sese negavit, etsi perstiterit ipse. Ipse est, & ipse non est. Quæ videtur sui negatio, est vera sui , hominis atque sibi constitutio : etenim vetustate depositâ , & formatrice gratiâ , filius elucet felicissimè Numinis; qui , ni se negasset , esset filius mulieris. Mirare à Profano signari causam & elevationis formam. Manilius , 4. *Astronom.* cap. 1. à v. 404.

Homo ipse & non ipse renovatione gratiæ.

Gal. 2. 20.

Novus homo, alter à se.

——— *Pudeàt tanto bono velle caduca.*
Luxuriæ quoque militia est , vigilatque ruinis
Venter , & ut pereant , suspirant sæpe nepotes.

Manil.

Quid cœlo dabimus ? Quantum est , quod vaneat omne?
Impendendus homo est , Deus esse ut possit in ipso.
Hac tibi nascentem mores sunt lege notandi.

16 Cominùs itaque accedamus Didascaliæ proposito. Filius mulieris est homo , idest , filius carnis , quod astruit vitijs , signans (propter delectabilium concupiscentiam) corruptam , quam sequitur, esse affectibus naturam. Qui eius corruptioni renunciat , ductus ratione atque lege ; ipse est homo & non est ipse : igitur cùm sui sit , quandiù sui in affectibus non est ; ovanter lucratur perfectionis culmen, modò corruptæ naturæ non sequatur corruptionem. Conditio naturæ à fœmina, repletur multis miserijs : instat delicijs surripere imperium rationis. Negat se, ut ipse sit , qui in his affectibus per Dei gratiam sui non est : negareque congruit , per quod esse hominis esse desinit; ut ubi nulla , superior rutilet ratio: quandoquidem tunc cognoscitur homo, & habere naturam excellentem ; ubi naturæ eiusdem corruptæ negaverit conditionem. Alter ipse est. Gratiæ illustratione fit alter. Patet sui negatio , quia novus homo : igitur uti novus, desinens filius esse mulieris , filius Dei fulget per illustrationem adoptionis. Quid qui debent abnegare se , & toti sunt sui ? Intelligite hæc , qui obliviscimini Deum. Quid ergo erit vobis ? Dicit , à quo sententiam non cogitatis. *Quid est præcipuum ? Erigere animum* (subdit Stoicus , ubi dudùm in *Præfat.*) *supra minas & promissa fortunæ. Nihil dignum putare , quod speres. Quid enim habet dignum , quod concupiscas ? Qui à divinorum contemplatione quoties ad humana recideris , non aliter caligabis , quàm quorum oculi in densam umbram à claro Sole redìere.* Timeant ergo huiusmodi umbram , qui oculos suos statuerunt declinare in terram. Contemplentur homines ultra homines esse , qui abrenunciatà conditione naturæ , ipsi sunt & non ipsi , ratione gtatiæ : etenim illà qui de muliere natus , non mulieris , sed Dei adoptione filius. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater , ut filij Dei nominemur & simus. Operamini , ut certam vestram vocationem faciatis. Aliter miseri , imò miserrimi. Plus speratis , quàm cupitis. Æneas Silvius libell. de *Prav. Mulierib.* modulatur:

Senec.

Miseri, qui recedunt à vocatione.

Disce homo de tenui constructus pulvere, quare
Edidit in lucem conditione Deus.

Æn. Silv.

DIDASCALIA VI.

Elucent in Christi nativitate studia amoris divini.

1 OBSERVAVIT Plinij curiositas , referentis bonas margaritas, nullam umquàm nasci, quæ cum alia omnimodà gauderet similitudine ; tam in candore (qui philtrum luminum) æqualitate (quæ delectabilis error oculorum) corporis magnitudine (in qua pretiositas) pondere (quod ptetiositatis claritas) quàm in figura (quæ sanè curiositatis amœnitas) igitur , quia semper inter speciem invenitur discrimen , per antiphrasim Latini vocant Unionem. *Dos omnis* (inquit, *lib. 9. cap. 35.*) *in candore , magnitudine , orbe, lævore , pondere ; haud promptis rebus; in tantum , ut nulli duo reperiantur indiscreti: unde nomen Unionum Romanæ scilicèt imposuere deliciæ.* Dalecampius hìc: *Dotibus haud inventu facilibus , eximijs illis præstantiæ notis , omnibus in unico unione.* Illustris profectò umbra inter naturæ miracula. Numquàm hucusque visa con-

In quo dotes unionũ?

Plin.

Dalecamp.

conformia cum terrenis cœlestia. Quando non inæqualia? Unde Seneca, ut diximus etiam de alijs & ex alijs, in *Expositt. litter.* à n. 10. accinuit:

Senec. *Mortale genus non potest iungi cœlo.*

Quando in unum, finitum, & limitatum? Quando gloriæ & lachrymæ? Quando tempus & æternitas? Quando mortale; & immortalitas? Quando auditum, mutum Verbum? Quando cum frigore ignis, lux sine radijs, Sol sine luce, & radius sine splendore? Uti unicum habebat in sinu Pater cœlestis filium, divinum unionem; qui cum alijs haud ullam habebat similitudinem. Verùm extrema distantia, dignatione Numinis miramur in terra nostra: quandoquidem nato Salvatore, humana ex Matre-Virgine nativitate; propter nimiam charitatem Patris cœlustis, Verbum caro factum, habitavit in nobis. Iam enim elucet diversarum naturarum unio; quia inter homines apparuit qui Deus-homo. Possumus, quæ deiecta lapsu, naturam nostram appellare felicem, propter Unionem. Claudian. *Epigram.* 39. appositè modulatur.

Christo nascente, quæ mira perfecta in orbe?

——*Mortalia corda*
Artificem texere poli: mundique repertor
Pars fuit humani generis, latuitque sub imo
Pectore; qui totum latè complectitur orbem?
Claudia *Et qui non spatijs terræ, non æquoris unda,*
Nec capitur cœlo, parvos confluxit in artus,
Passus corporeâ mundum vestire figurâ,
Affarique palàm populos, hominemque fateri.

2 Hæc effulget gloria honorifica lapsi atque iacentis hominis; & simul honor singularis Virginis. Maternitas conciliat per prolem auctoritatem. Virginitas pulchritudinis decorem. Hæ itaque margaritæ, oppositis dotibus, nonnumquàm visæ discretæ, mutuò sibi adversantes; & ab ipsa generis conditione discordes: iamque patent indiscreta, quæ numquam vidit conciliata natura; igitur quæ Iustitiæ peperit Solem; nec habuisse visa similem, nec habituram sequentem; habens simul genitricis honorem, & virginis integerrimæ singularem pulchritudinem.

Maria, dum Christum peperit, quæ discordia concilia-vit,

Ovid. 6. *Fast.* v. 285. *Effigiem nullam Vesta, nec ignis habet.*
Iure igitur virgo est; quæ semina nulla remittit,
Nec capit: sed comites virginitatis amat.

Virginitatis habet comites, verùm non virgines matres: etenim illa sola gaudijs matris potita, cum virginitatis honore: quia ex illa filius Dei natus homo sine semine. Quid nostra Tautologia? *Homo* (ait Iobus) *natus de muliere.* Aliquid in periodi suppositione innuitur, dum suppositio signatur. Sanè, & res mirabilis, quam desideraverat, sed non viderat orbis, ubi appareret gloria in terra nostra, Deusque in terris facere mirabilia. Haud mirabile, imò naturæ opus, quod homo ex muliere natus. Novum faciet Dominus erga partum, quod miremur ut prodigium. Series naturæ demonstratur in fœminæ partu; ut supra naturam, alius sublimis prænotetur ordo: diciturque meditanter *homo natus de muliere*; quippe futurus in mundo, qui nasceretur de virgine. Hæc in mundo, atque genere novitas: matris virginitas, & in virginitate maternitatis claritas. Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

Iob. 14. 1.

In orbe novitas, virginalis maternitas.

Ius tibi fecisti Numen cœleste videndi.

3 At Paulus dicit: *Ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium factum ex muliere.* Hoc ne cum alijs commune? Nullo modo. Non loquitur de conditione, sed sexu; in quo numquàm simul visa pretiositas, virginitas, scilicèt & maternitas: Christusque natus dicitur & factus ex muliere; ut in unione utriusque dotis privilegium notaretur singulare: equidem mulieris matris-virginis demonstrabatur gratia, dum Christi corpus factum ex muliere sola. Aliæ sub maledictione partus propter fructum exultantes: Maria verò virgo-mater, benedicta inter mulieres. *Verè novum, & omnium novitatum supereminens novitas virtutum*: inquit Hieronym. vel ut alijs placet, Sophron. in *Virgin. Assumpt.* Virtus virginitatis à se fœmina habet: maternitatis virtutem à viro recipit: iurèque in his virtutibus, prærrogativâ Mariæ, novitatum est novitas; quippequàm à se emanavit simul virginitas & maternitas. Christus erat filius unicus matris suæ. Diximus in *Litter. expositt.* à n. 15. & dicemus, *Toutolog.* 5. D. 1. In nativitate Salvatoris, erat, sed haud nota huiusmodi gratia Matris. Plura illa sciebat, verùm pectore servabat. Dicam ex Claudiano, in *Laud. Serenæ*, à vers. 84.

Ovi. d. v. 23. Galat. 4. 4.

Corpus Christi dum-axat ex matre.

Ierem. 31. 22. Hieron.

Christus filius unicus matris suæ.

——*Longè conjux, penitùsque remotus:*
Orbi parabatur tanti concordea fati.
Omnia nō audet genitrix tam magna fateri,
Successusque suos, arcani conscia voti.
Claudia

Ubera prima dabat, gremijs redolentibus auris:
Ternàque tunc nuda innectens gratià membra.

Quod Poëte fictum blandimen, proni Christicolæ veneramur veritatem. Audiamus Senecæ entusiasmum. *Illa arcana* (infit, 7. *Natur. qq.* cap. 31.) *non promiscuè, nec omnibus patent: reducta & in interiore sacrario clausa sunt. Quando ergo ista in notitiam nostram perducentur? Tardè enim magna proveniunt* (Quando? Dixit ille, nescius quid diceret) *Pusilla res mundus est; nisi in illo quod quærat omnis mundus habeat. Rerum natura sacra sua non simul tradit.* Collimaret Seneca, si diceret: Hæc sacra tradenda uti prodigium in rerum natura supra naturam rerum. *Ad intelligendum sacramentum nativitatis Christi, qua de matre virgine est ortus* (ait Leo Pap. hic *serm.* 7. cap. 1.) *abigatur procul terrenarum caligo rationum: mundanæ sapientiæ fumus abscedat.* Idem hic etiam S. Maximus, *serm.* 5. & 6. Totum continet in *Antholog.* Iacob. Bilius:

Qui Patris in Deitate manens, Deus Omnicreator,
Verus de sacra Virgine factus homo.

4 Per Virginem venit ad nos filius Dei; ut statua viva quæ iacebat in pulvere; iam non esset statua, igne collato cœlesti, quem secum traxit: simulque per illam, ad illuminantem humana natura venit. At quò ductus in inferiores partes terræ? à se, quia voluit dumtaxàt propter amorem amare.

Cur petis humanas puer ò bellissimè sedes,
A superis factus sedibus exul? Amo.
Cur tua panniculos molles, quibus implices artus,
Non habet in apto tempore mater? Amo.
Cur geminas inter pecudes decumbis, & udas
Lachrymulas madido lumine fudis? Amo.
Cur rigidæ stimulis paleæ mordacibus urũt,
Et tenerunt lædunt frigora corpus? Amo.
Cur stabulis sacris durissima robora membris,
Et lapis, heu, sapiti sternitur asper? Amo.
Pauca modò patior; sed postquàm adoleverit ætas,
Verbera, vincla, vepres, robora cruce feram.

Hæc amoris munera, sed in officijs ignorantur studia. *Annunciate inter Gentes studia eius.* Luc. Contile in *Symbol.* pinxit Amorem in volumine legentem. Opus sanè eximio studio, si cor versatur in amore magno. Cæterùm studium quale summæ Sapientiæ? Studium amoris, quod quidem magnum, si non videtur studium. *Dedi cor meum* (si dat cor, studium amoris est) *ut scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam*: dicit Salomon de se. Ecce plus quàm Salomon hic: igitur didicit in amore Sapientiam, per errorum stultitiam, Summa stultitia & error, modò in pectore regnaverit proprius amor; quippe tunc in amore non scientia, sed ignorantia, ex qua totus error & labor.

——*Sic plurima nosse,*
Nil iuvat, ut maior sit nisi corde dolor.

Patet. *Dicit, quòd dives sum, & nescis, quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus.* En effectus philautiæ: & amor Christi sapienter mundanæ studuit prudentissimæ stultitiæ; quoniam propter homines, visa est stultitia Gentibus, quòd locuples, nihili indigus, cunctorum dominus, Summus, Optimus, Maximus, præamore fieret miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. In halitum facit vitæ hominis, insignes ibi tacens prædicans *virtutes altissimæ humilitatis* (ait Alap. in *Luc.* 2. 7.) *ditissimæ paupertatis, ecstaticæ charitatis, sapientissimæ stultitiæ.* Hic eximius cordis amor, atque Angelorum stupor. Dicamus ex Seneca, *Hercul. furent.* à v. 458. etiam pectore entheo:

Quid: Qui gubernat astra, qui nubes quatit,
Non latuit infans rupis exesæ specu;
Semperque magno constitit nasci Deum.
Quemcumque miserũ videris, hominẽ scias.

5 *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos*: dictum est Lystris, viso homine, miraculosè restituto naturali rectitudini. Plus mirari ius erat descensum, quàm miraculum: equidem magis insigne, quòd ad illos de cœlo vellet descendere. Numen ex prodigio cogitabant, sed cuncta prorsùm nesciebant; etsi ab illis notaretur causa unde stupor & prodigia. Deus dicitur, & homini similis simul signatur; ut novum illis non esset, quantum gratiarum, illo in terris apparente veniret: etenim cùm ex Numine apparente in carne corporis, felicitatem natura obtentura rectitudinis; iuxta votum coràm perfectum prodigium, videntibus quod de cœlo descendisset Deus, in similitudinem hominum corporaliter factus. Ex eius adventu libertas cum perfectione salutis, tribuenda sanè in rectitudinem hominis, qui semper iaceret, ni de cœlo Numen in auxilium descendisset: homoque surrexit, floruit, atque facta re-

Senec.
Orbis nihil tale Salvatore in orbe.
Leo Pap
Bilius.
Pſal. 9. 12. *Studium amoris.*
Eccle. 1 17.
Amoris proprij ſtudia, non ſcientia, ſed ignorantia.
Marian.
Apoc. 3 17.
Amor Chriſti in præſepi, quæ ſtuduit & ſimul docuit?
Alapid.
Senec.
Act. 14. 10.
Homo ſemper iaceret, ni Deus homo de cœlo deſcendiſſet

reformatio; quippequàm ille visus descendisse de cœlo, habitu inventus ut homo. Deus verus in his regionibus, sicut in Græcia. Deus erat ignotus: absconditus enim erat vultus eius. Vultum ostendere non valuit, quousque naturam spectabilem uniret. Ab eius aspectu cuncta naturæ dona restituenda, & simul amissa gratia. Unde viso Numine-homine, de cœlo descendere, consortes facti sunt gratiæ; quia tunc alterius naturæ accepturi rectitudinem, ubi in humana natura Numen ostenderet faciem. Cur igitur si inter homines, ab illis multi Dij facti per apotheōsim, eorum non dicunt in carne divinitatem; sed dumtaxàt, quod apparuerit humanitas? Erat tota generis felicitas. Pendebat hæc à Deitatis manifestatione, in humana assumpta carne: sibique gratulantes (in Deo propriam imaginem hominis) ut cuncta feliciter caderent; modò Deum hominem in terra viderent: etenim si ab illis visus, iam non erat Deus ignotus.

Dum homo factus, notus uti Deus.

6 Accedamus principali instituto. Si diceretur, *Homo Numini similis descendit ad nos*; non descendisset, sed ascenderet, quoniam homo è terra in cœlum assumitur. Non deprimitur, sed elevatur. Dicendo: *Deus similis homini*; verè descendebat, quippe se è cœlo in infimis collocabat. E cœlo in terram Deum apparere ut hominem, præ se fert miseram calamitatem. Ascendere in Empyrium è terra; profectò optabilis gloria: minimèque signatur homo in cœlum assumptus, sed in terram descensus, in similitudinis hominis; ob blandimen amori, novà generatione nascentis: etenim cùm esse humanum astruat calamitas (ex qua totius generis felicitas) ne genus miserum esset: præ amore miser assumptà naturà apparuit. Hinc fortitudo nostra, & ex hoste victore victoria parta: equidem hominum vires, ex eo quòd Deus homo videretur cum lachrymis. Ab hostibus occupatà Macedoniâ (ferè cunctis civibus cadentibus, aut fugientibus in pugnâ) Infans Rex erat, cum provincia libertatem cogitabat; sed metus hostium subigebat in iugum. Quid ergo faciendum? incidit enim eis concilium optimum. *Cùm hostes infantiam regis contemnerent* (ait Iustin. *Histor.* 7.) *bello Macedonas aggrediuntur: qui prælio pulsi, Rege suo in cunis prolato, & ponè aciem posito; acriùs certamen repetivere: tamquàm ideo victi fuissent anteà, quòd bellantibus sibi Regis sui auspicia defuissent: futuri vel propterea victores, quòd ex observantia animi vincendi ceperant: simul & miseratio eos infantis cenebat; quem si victi forent, captivum de Rege sibi facturi videbantur. Conserto itaque prælio, facilè magnâ cæde hostes fudère, eisque ostenderunt, priori bello, Regem Macedonibus, non virtutem defuisse.* In rem Baptista Pius. *Silog.* cap. 46. Tom. 1. *Criticor.* pag. 457. subdit: *Vagitus infantis impulit victos ut vincerent: vicerunt qui amore pugnabant.*

Ne homo miser esset, miser apparuit.

Vagitus Regis infantis victos fecit Macedonas victores.

Iustin.

Bapt. Pius.

7 Haud aliò intentus, amore ductus filius Dei homo venit ad homines, nisi ut victi aëreas debellarent potestates, & repellerent recuperatà virtute tela igneà victoris diaboli. Victi fuerant primâ in pugna in paradiso. Iacebant sub iugo tyranno, quia licèt haberent è cœlo virtutem, nequaquàm habebant Regem. Habuimus, ut hominem & è cœlo lapsum, Altissimi filium, sed infantem, Verbum mutum. *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Loquitur lachrymis: iacetque victus, qui vicerat hostis; quoniam resumpserunt quam amiserant virtutem, habentes coram oculis infantem cœlestem Regem. Simeonis viderunt oculi, & petit citò dimitti. *Nunc.* Cur ita? Micat victoria: non enim timet mortem, qui habet in manibus, coram oculis infantem, & vagientem. Vagitus excitavit, lachryma movit, amore pugnabant, dum mortalem in præsepio videbant. Habebant coram se in pugnam, qui ne vincerentur, ultrò assumpserat miseram conditionem humanam. Mortalis coram illis apparebat immortalis, & propter illos: victusque iacuit, qui superaverat diabolus, adversus eum instaurantibus victorias; quia Rex illorum uti miser in carne vagiebat infans. Præcinuit vel Theocritus, Edyl. 25 à vers. 60.

Isai. 9. 6

Victus vincit homo communem hostem; dum videt lesâ in præsepio vagientem.

Luc. 2. 29.

Exuvium feræ videns & grandem clavam.
Eamus ad eum ad præsepe nostrum.
Ibi inveniemus Regem.

Theocrit.

Hæc verba pastorum sunt. *Transeamus usque Belehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis, & invenerunt infantem positum in præsepio.* De Nilo dixit Lucan. 10. à v. 296. Maluisse, cùm non liceret parvum videri, *Ortum mirari quàm nosse.* Longè huiusmodi intuitus ab amore cœlesti. In admirationem parvum Christus in præsepio voluit nosci: quandoquidem in assumpta natura, propter vehementiam amoris; non solùm apparere voluit mortalitate miser, sed miserabilis.

Luc. 2. à 15.

Lucan.

8 Deus pridem ut diximus, erat ignotus, sed iam notus, quoniam in carne temporaliter natus. Vidit Paulus Athenis, quò magis inolevit superstitio, aram sacram *Deo ignoto*. Quis iste Deus ignotus, & quare si ignotus, dicatus in venerationem locus publicus; interrogant plerique. Oecumenius hìc ex relatione Herodoti, *lib.* 7. cap. 28. dicit: *Athenienses miserant ad Lacedæmonios de ferendo auxilio, cùm Persæ exercitum ducerent in Græciam* (fugiente à Scythis Dario Hystaspis in Marathonem, de quo fusè in *Ephemer.* 6. *Augusl.*) *quorum nuncijs iuxta Parthenium montem, Panos spectrum obviam factum, Athenienses accusabat, quòd se neglecto, alios Deos colerent, & auxilium promisit. Cùm itaque victoria potiti essent, templum illi erexerunt, aramque ædificarunt, inscribentes: Ignoto Deo, & peregrino.* Herodotus loc. cit. *Extruxerunt sub arce templum Panis: illique annuis hostijs, ex quo nuncium accepere, sacrificant; & ardenti candelabro supplicant.* Idem apud Lorin. Sanctium, Alapide, hìc, & Baron. *Ann. Christ.* 52. à n. 8. Sub umbris latebat veritatis splendor, & vel gratiarum indignis favebat divinus amor. *Pan* omnia sonat, qui Deus & Deus solus. *Parthenium*, interpretatur Virgineum. Deus iste verus colebatur ignotus: de cœlo descendit peregrinus; ut auxiliaretur egentibus, ne extinguerentur ab hostibus. Cognoscendus erat conferendis beneficijs, tametsi Numen non cognoscerent homines; illorum fortuna secunda, dum illi à gratis cognito, venerationis erigeretur ara: quandoquidem dignum cultu, cùm ignotus lateret Deus homo; quod qui invisibilis omnia erat & eminebat in cœlis, apparere dignaretur in monte Virginis-Matris. Ex Sibyllis, vel Hebræis, ut autumant Tertullian. *Apologet.* cap. 46. & Eusebius, 8. de *Præpar. Evang.* cap. 5. scivere Athenienses Deum invisibilem & immortalem: eique tribuerunt quantumvis incognito, ex corde venerationem; quippequàm corda in captivitatem allicit, quod non cognitus mortalis, ut mortalis appareret. *Invisibilis est, etsi videatur* (infit Tertullian. d. *cap.* 17.) *incomprehensibilis, etsi per gratiam repræsentetur: inæstimabilis, etsi humanis sensibus æstimetur: adeo verus & tantus est.* Ita ut Deus. Quid Deus-homo? Hic erit magnus, qui pridem ignotus & peregrinus: igitur magnum in eius maiestate & celsitudine, quòd in monte Virginis invisibilis dignaretur ab hominibus aspici: incomprehensibilis, ab humanitate comprehendi; & postquam accepit corpus; æstimari nostris sensibus. Prosper, de *Ingratis*, v. 961.

Act. 17. 23.

Oecumen.

Quis Deus ignotus, & ei sacratus cultus?

Herodot.

Quanta momenta felicitatis, ex nativitate Salvatoris!

Tertullian.

Verbum homo fit, rerumque sator sub conditione
Servilis formæ, dignatur Virgine nasci.

S Prosp.

9 Ulteriùs. *Formam servi* accepit, quo Deus-homo nostrum propositum innuit. Potuit esse homo, & simul longè mortalitatis conditio. Poterat esse homo, quin hominis pateretur miseriam: servilemque carnis accepit formam, ut tanti amoris servis ostenderet flammam: etenim vehementiâ flagrantissimi amoris, esse dignatus est homo, similis nobis passibilis. Aliter non miser sed felix esset, dum inter miseros viveret. Haberet carnem, sed non servilem corporis conditionem. In carne exultaret, cùm homo miserijs fleret: & cùm posset esse felix (ne iaceret homo miser) ab immortali electa mortalis caro; ut miser fieret, habitu inventus ut homo. Altiora latent. Deus immortalis & invisibilis, apparet ut homo visibilis & mortalis; ut qui ignotum in se Numen, carne assumptà veniret in hominum cognitionem. *Unde* (ut subdit hic Alapide) *per Deum ignotum accipiunt Deum in carne appariturum: putà Christum incarnandum. Potuerunt Athenienses à Sibyllis & ab Hebræis discere; illique aram statuere hoc titulo; Deo ignoto.* Magnum Sanè incarnari Verbum Dei, & ut hominem in terras descendere: cæterùm non maximum in eius amore. Maximum, venire mortalem; sed summum, venire in mortem. Mortalis, miser apparebat, præ carnis conditione defectibilis. In mortem, miserandus præ crudelissima nece, ex vulneribus in carne: mortalisque assumitur, & in qua nascitur; quippe præ dilectione singulari erga demerentes homines, non solùm miser esse decrevit, sed miserabilis.

Philip. pen. 2. 7.

Effectus cur magni amoris, quòd videretur mortalis?

Alapid.

Summum, quòd veniret in mortem.

10 Dicit Paulus: *Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne.* Duo divini amoris signa proponit; & quod assumpsisset Dei filius hominis carnem, & haberet peccati similitudinem: etenim etsi in carne ex Adamo verus homo, dumtaxàt pro similitudinem absque peccato. Non dicit, in similitudinem carnis humanæ, sed sine peccato in carne, peccatricis carnis similitudine. Carne humanà esset miser, propter labores: carne peccati esset mi-

Rom. 8. 3.

miserandus, propter conditionem criminis; quippe per primum Adami crimen, vulnera impacta in necem, vocabant mortem. Nemo hominum est propter carnem miserabilis, sed propter carnis peccatricis conditiones: caroque peccati sumitur, ut amor eximius ipsa assumptione notetur: etenim si mors miseranda per peccati carnem, carnis peccati Verbum assumit similitudinem; quoniam erga humanum genus amor eximius, quòd in humanis miserijs filius Dei appareret miserandus. De Aiace Telamonio fictum non posse nisi luto interfici: etenim ut ait in præfat. *Tragœd. Sophocl.* Ioann. Bapt. Gabia; *Corpus, quod cooperuit leonina pellis, invulnerabile erat: non coopertum verò vulnerabile mansit.* Inter Christi humanitatem & divinitatem verum, quod in Aiace phantasticum. Nequibat, uti Deus vulnerari: ut homo, poterat mori (quippe caro obnoxia crimini) Miser esset, si ut homo debitum contraxisset. Miserabilis, dummodò sine peccato assumeret carnem, & indignè pateretur illatam mortem: assumsitque peccatricis carnis similitudinem; ut emineret æstuantis pectoris flamma, siccine assumptà peregrina naturà; ita nobile amore flagrante pectus; ut pro hominibus, illis homo appareret miserandus: igitur pro humano genere subivit in carne mortem; quasi haberet in carne, uti cæteri crimen. Magna itaque dilectio, quòd Deus appareret factus homo: cæterùm amor eximius, quòd homo verus, in *similitudinem hominum factus*: simulque perfruens omnimodà puritatis sanctissimæ libertate; pro cunctis, cunctis appareret formà servi.

Ultrà quod in carne Dei filius appareret miserandus.

Gabia.

Aiacis conditio.

Philip. 2. 7.

11 Effectus indicatur à Paulo. *De peccato* (inquit) *damnavit peccatum in carne.* Mortem, quæ per primum crimen, nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. Erat invulnerabilis, & vulnerabilis. Invulnerabilis, amictu divinæ substantiæ: vulnerabilis, luto humanæ naturæ. Sine apparentia peccati non auderet mors in certamen liberum adoriri. Eius fovebatur audacia, generis humani culpà, quæ cum ipsa morte ab homine-Deo vincenda; qui quidem obiecit formam mortalitatis participem, sed servitutis expertem: peccatumque damnavit de peccato, simili carni peccati, corpore assumpto; ut appareret redemptoris opus, dum mortalibus mortalis videbatur miserandus: etenim ne illi miserabiles iacerent (cùm pro peccato servirent) similitudine carnis peccatricis hominis, voluit esse miserabilis; deducens homines in optatam libertatem, assumens sibi præ amore voluntariam servitutem. S. Prosper, quò dudùm, v. 971. succinit:

Ubi sup.

Christus assumpsit hominis servitutem, ut conferret homini libertatem

Hoc igitur pretio captivi cùm redimuntur,
Agnoscunt, quali concluſi carcere, quove
Obsessi fuerint morbo: quibus eripiendis,
Succurri haud aliter potuit, quàm morte medentis.

S. Prosp.

Ex ore eius gladius utraque parte acutus exibat, quem in mortali mors nequaquàm cognoscebat. Hominem-Deum pro similitudine carnis peccatricis sine peccato, percussit; atque ipso vulnere percussa, absorpta præ dolore clamavit. Tunc Christus, ut aliò cecinit Princeps Poëtarum, 9. *Æneid.* à v. 441.

Morte mortem vicit.

——— *Instat non segniùs, ac rotat ensem*
Fulmineum, donec validæ clamantis in ore
Condidit adverso, & moriens animam abstulit hosti.

Virgil.

12 Redeämus ad titulum aræ Athenienſium. *Inveni & aram* (dixit illis Doctor Gentium) *in qua scriptum erat: Ignoto Deo: quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis.* Annunciat Paulus Christum, & hunc crucifixum; uti ait 1. *Cor.* 2. 2. Quomodò igitur si Deus enunciatur immortalis; ut ignotus noscereturſignatur vulnere mortis, & morte crucis, quod apud Gentes semper visum stultitia? Ut eluceret amoris divini flamma. Non poterat homo è miserijs exire, ni immortalis subijceretur morti; equidem ex illa, in hominibus vita pendebat æterna. Vulneribus comprobat dilectionis fidem, queis meretur in carne innocente & mortali compassionem; cùm nihil mali feciſſet, & quæ non rapuerat, solveret: & Paulus cupiens manifestare hominibus Deum ignotum, immortalem exponit mortalem & crucifixum; ut constaret quanta filij Dei dignatio, & in assumpta carne cordis dilectio: etenim tunc magis hominibus notus amor ignotus, quando Numen apparebat, tamquam homo miserandus. Articulum refert Helduinus, Archiepisc. Rhemens. apud Surium, 9. *Octobr.* in Vit. Dionis. Areöpag. *Interrogavit Paulus* (inſit) *Quis est ille Deus incognitus? Ad quem Dionysius: Adhuc, inquit, non est ipse* Deus demonstratus *inter Deos; sed est incognitus nobis, & sæculo venturo futurus: ipse enim Deus, qui regnaturus in cœlo & in terra sine fine. Subiunxit Paulus: Homòne? & Dionysius: Verus Deus, & verus homo; qui renovaturus*

Ubi sup.

Eius numen & amor notus, dum apparuit miserandus.

Helduin.

est

est mundum, sed adhuc hominibus est incognitus, quoniam apud Deum in cœlo est. Illum Deum, ait Paulus, prædico vobis, quem incognitum appellatis: qui natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato. Quem incognitum usque nunc habuistis, modò cognoscite. Rara in illius cognitionem propositio! Deus incognitus cognoscendus; quia è Virgine ortus, & sub Pontio Pilato crucem passus? Utiquè. Host studium ab amore. Per crucem miserabilis visus: ex Virgine-matre, homo, in terris mortalis natus: nectitque Paulus in cognitionem ignoti (summa æstuantis charitate) & crucis passionem, & miram nativitatem; quoniam sibi univit esse, & conditionem hominis, ut videretur pro illis & miser & miserabilis.

13 Huiusmodi visionem optabat Moyses. *Ostende mihi gloriam tuam*: id-est, Filium tuum, hominem factum: sed *ostendit Dominum cruci affixum*; ut cogitat Anton. Fernand. *Vision. 7. sect. 3.* Gloria Patris filius est: speculum sine macula, & splendor bonitatis illius. In cruceque oculis amantis objicitur, dum gloria desideratur? Nasci Salvatorem cupit, & mortem eius cœlestis Pater ostendit? Sanè: satiare intendit aviditatem Moysis, cum gloria filij: etenim tantus amor eius cordi; quòd desideraret studio, hominem pro hominibus fieri, & nasci, ut pro illorum redemptione posset mori. Ideo gloria nativitatis, & signum crucis: felicitatis insigne, atque symbolum miseriæ; ut Deus esset amore insigniter notus, ubi magis notabatur miserandus: quandoquidem è Virgine cupiebat vitam habere; ut pro hominibus dilectis in cruce posset amittere. Vide dicta *Tom. 6. T. 10. D. 6.* à 10. Hæ sunt *posteriores gloriæ*. Quænam? Passiones futuræ. *Quæ in Christo sunt* (inquit Petrus) *passiones & posteriores glorias*. Erant priores & posteriores. Priores in sinu Patris, ubi immortalis & invisibilis. Posteriores, in sinu matris, ubi carne mortalis, sed visibilis. Priores, quibus eminebat genitoris imago. Posteriores, queis ex matre habitu inventus ut homo. Priores, quando uti Deus de Deo sine dolore beatissimus. Posteriores, quando passionibus nocivis, hominibus miserandus: & in signum excellentis charitatis, gloriæ signantur solummodò posteriores; quippe illi gloria, posterior & peregrina, nasci mundo à claustro Virginis, ut pro hominibus ut homo videretur miserabilis. *O miracula! ò prodigia! ò mysteria!* *Naturæ iura mutantur* (inquit Augustin. de *Christ. nativit.* serm. 9.) *in homine Deus nascitur, virgo sine viro gravidatur, viri nesciam sermo Dei maritat; simul facta mater & virgo: mater facta, sed incorrupta: virgo semper clausa, sed non infœcunda. O mira & inexquisita compago! O nova & inaudita commistio! Qui immensus est, capitur; divites constituens, pauper efficitur: incorporeus carne vestitur, videtur invisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, in præsepio angusto collocatur, immortalis occiditur.* Cuncta promissa in Didascalia exponunt Augustini verba; sed nimis protrahitur: extrema reliqua videbuntur *Tautolog. 7. D. 2.*

14 Hæccine solemnitas insignis, obumbrata festis veteris legis, qua iubetur, in exitu anni post congregationem omnium fructuum, celebrari solemnitatem Tabernaculorum. *Exod. 23. 16.* Describuntur ritus in assumptione fructus arboris pulcherrimæ, palmarum, myrti, & salicis. *Levit. 23.* Rupertus hìc, *cap. 37.* huiusmodi ritus accomodat Nativitati Christi, cæterisque sequentibus festivitatibus: etenim arbor pulcherrima cum fructu est Virgo-Mater, quæ sola inter fœminas benedicta, gaudens fructu genitricis, & flore virginitatis, in quo summa pulchritudinis (vide *Tautolog. 5. Did. 1.*)

——— Cœlestia semina partu
Ediderat.

Palma comitatur singularem nativitatis Christi pulchritudinem; quia demonstrat Stephanum Protomartyrem; de quo, *Tautolog. 4. D. 1.* Huius festum myrtus, flos amoris, in amante & dilecto corde Evangelistæ Ioannis; de cuius excellentia, *Tautolog. 5. D. 6.* Accedit his fasciculus florum, in salicibus infantium innocentium, iuxta torrentem lachrymarum matrum; de quorum prærogativis, *Tautolog. 9. Didasc. 2.* Hæc poma nova & vetera servavit Virgo-Mater à partu; ut eius & filij pleniùs rutilaret pulchritudo. Ita cuncta florida. Surgit gens aureä mundo.

Magnus ab integro cœlorum nascitur ordo;
Quia nova progenies cœlo demittitur alto.



Exod. 33. 18.

Homo oritur, ut pro hominibus moriatur.

1. Petr. 1. 11.

Eius gloria amoriri, videri pro hominibus miserabilis.

August.

Quæ prodigia in Christi natali.

Virgo cur arbor pulcherrimas.

Levit. 23. à v. 40.

Ovid. 1. Fast. v. 383.

Ex Virginis partu unde cœlorum ordos.

Virgil. 4 Eclog. à v. 5.

DIDASCALIA VII.

Pura Virginis conceptio est, ut Aurora, & Luna, & Sol.

Tota Virginis gloria, in conceptione singularis gratia.

1 OCCURRIT gloria plurisimæ Matris-Virginis, quæ in cunctis & nonnumquàn singularis: etenim eius singularis gloria in gratia & in gratia plena; & cuius eximia mirabilis plenitudo effulget etiam eminente gloriæ throno. *Quantum enim gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantum in cœlis obtinet gloriæ singularis*: ait Bernardus in eius *Assumpt.* Serm. 1. n. 4. Totum pondus gloriæ, sed tota gloria singularis gratiæ. Verùm unde singularis? Quippe eius conceptio longè ab hominis miserijs. *Homo natus de muliere.* (dicit nostra Tautologia) *repletur* non solùm *miserijs*, sed etiam *multis*. Illicò ac concipitur, qui ut flos egreditur, falce primævæ supplantationis succiditur. Mell. Sousa, in *Iob*, 30. accinit:

Bernard

Iob. 14. 1.

Mell. Sousa.

Spiritus interiùs mecum languescit, & ægrũ
Torquet amara dies, & fœta doloribus urget.

Hæc est conditio, qua concipitur homo: cæterùm specialis Virgini prærogativa; quippequàm in miserijs non concepta, licet ex muliere nata. Affuit floris pulchritudo ab ipso & in ipso conceptionis momento; quo sola pulchra floridè egressa, sed non recisa; dum cunctis tempus putationis advenit: unde & inde singulari gratia fulget; quia concepta illa & sola in puritate; etsi nata de muliere. Ex mulieris conceptione peccatum: verùm Virgini ludibrium: equidem ex carne peccati facta conceptio, sed sine carnis peccato. A Domino factum est istud, quod est mirabile in oculis nostris, in singularem commendationem Virginis; purissimæ ex corruptione, atque intemerata ex infecta radice: etenim à sæculo non est auditum, in serie generationum, intendentium in similitudinem naturæ; naturæ conditionem esse, sine acceptæ naturæ conditione. Virga igitur Iesse floruit, dum Virgo mirabiliter apparuit: igitur mirum, quòd egrederetur flos, ex deflorata, putri radice Iesse.

Speculũ puritatis à momento conceptionis.

Marrac.

2 *Novus paradisus* planditur à Marracio, in *Virgin. Polyanth.* Utique *Paradisus*, & *novus* quippe in illo singularis fructus. *Plantaverat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.* Ibi ergo *lignum faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam.* A vitiata Amadi radice, quilibet fructus prodibat in paradiso generis maculà Adami. Ex Adamo, radice generis, Virgo feliciter oritur: novusque paradisus meritò plauditur; quia haudquaquàm ex radice contraxit maculam, secundum speciem suam: quando quidem pura ex traduce conceptio, pro carnis similitudine, cæterùm ab sque peccato.

Genes. 2. 8. cap. 1. 12.

Cur novus Paradisus?

Naturæ sequitur semina quisque suæ.

Propert

Inquit Propertius, 3. *Eleg.* 9. v. 20. Appositè Cassiodorus, 1. *Var. Epist.* 6. *De arte veniat, quod naturam vincat*: & summo plausu, qui paradisus iste novus à Domino Deo fuit plantatus à principio; ut clareret splendor gratiæ, non solùm in gratia, sed in tempore: non solùm quia ramus radicis insertus contra naturam. sed quia ex tempore gratiæ demonstravit gloriam: igitur gratiæ dote, floruit, etiam infectà radice; ab ipsomet primo animationis instanti. Septuagint. *Plantaverat paradisum in Oriente.* Idem Maluend. Vox emphatica, ut Virginis conceptæ signaretur excellentia: equidem non solùm fulsit paradisus novus gratiæ, sed cum gratia in ipso oriente. *Gaude & lætare Anna* (infit Fulbertus de *Ortu Virgin.*) *O felix pro tali filia, tali dote donata!* Ars gratiæ vicit naturam; ubi dum illam invenit, invenit gratiam. Dos insignis, & filia singularis, minimè sequens conditionem genitricis: equidem si ab illa origo, & filiæ pura conceptio; dos planè mirabilis, quòd sequens naturæ originem, minime sequeretur originis conditionem. *Benedictus* sanè *fructus ventris tui.* Fructus utique præventus benedictionum dulcedine: igitur non solùm non elanguit secundum speciem suam; sed in ipsa conceptione faustè consequta est gratiam. Floridè succinit Picinell. 12. *Mund. symbol.* n. 243.

Cassiod

Septuag

Fulber.

Natũ humanæ conditionis originẽ, haud vero originis conditionem

Impuro rutilam quis speret ab æquore gemmam?
Sunt tamen æquoreo munera fusa salo.
Prodit ab impuris Virgo Maioribus insons:
Nonne iterùm gemmam fundere credis aquas?

Picinel.

3 *Hic dies est dies lucis, dies exaltationis & exultationis, quia Maria concepta de hominis natura*; *sed tamen sine macula*: ait N. Theodipactus Idiota, Ioseph

Ioseph à S. Benedict.

Dies hoc prodigio summe præclara

sephus à S. Benedicto, in *Exaltation. natur. human.* n. 11. Dies enim lucis, splendore gratiæ. Exaltationis, quippe in primo instanti. Exultationis, quoniam flos pulcher ex vitiata radice. Totum sic admirationis fomes, etiam in Angelis. *Quæ est ista* (dicunt) *quæ progreditur quasi Aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol?* Respondet Sponsus adamussim: *Una est.* Una. Quæ divisa beatos efficiunt, continet sola. Sola gyrum cœli circuivit: igitur cùm cœli circulares & rotundi, sint perfectionis symbolum; in illa sola cunctarum ambitus invenitur perfectionum. Videsis hìc *Tautolog.* 8. n. 17. Ergo in præsenti Didascalia, Virgo-Mater eminebit plena gratiâ, & gratiæ plena: quandoquidem singulariter floret, quo totum cœlum splendet. Dicam, quod alibi ex Claudiano, in *Probin. panegyr.* à v. 194.

Cantic. 6. à 8.

Quare dicitur cœlum?

Claudi.

——*Crederes ex æthere lapsam.*
Talem nulla refert antiquis pagina libris,
Nec Latiæ cecinere tubæ, nec Greca vetustas.

Ub. sup.

4 Ista ergo progreditur, quasi consurgit Aurora. Aptè *quasi Aurora consurgens*, dum signatur inter homines: etenim ubi cæterum genus cadit, illa valide surgit. Non *Surgens*, sed *Consurgens*. Aliquid sanè cum Virgine surgit, quod comitem habuit. Profectò. Quia in reliquis sine gratia, surgens cadit humana natura. Virgo dum existentiam accipit, surgit, & cum natura consurgit, igitur obtinuit in primo instanti singularem excellentiam, accipiens simul & naturam & gratiam. Aurora est prima lux, quæ quidem numquàm sine splendore non fuit: igitur lux non esset, si aliquod tempus signaretur, quo non fulsisset: Virgoque in conceptione extollitur uti Aurora, & in esse uti lux prima; quia fulsit gratiæ splendore ex primo instanti. Aurora est, & prima lux, in qua & summus splendor est. *Luce splendidâ fulgebis*: dicit Tobias de Civitate glorioſa, quæ quidem vel in ipsa conceptione Maria; quam Dominus possedit in initio viarum suarum, antequàm quicquam faceret à principio. Lux gratia est, & vita in ordine ad cœlum, quia lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lux gratiæ homini confertur, quùm eius sanctificatione cœlitùs illuminatur: verùm non dicitur splendida; quoniam gratiam præcesit maculata natura. Splendet in ipsa illuminatione, si accipiatur natura cum dono gratiæ: luceque splendidâ in ipsa conceptione refulsit Virgo; quia gratiam habuit ex primo suæ formationis momento. In cæteris contrarium habet lux, quippe primæ transgressionis fæx & fraus: hoc est principium: in Virgine verò vel ex eadem radice contrarium: equidem splendidè gratiæ luminè fulsit, ex quo habuit esse.

Simul habuit naturam & gratiam.

Tob. 13 v. 13.

Cur dicta in conceptione splendida aurora?

5 Ut Aurora est prima lux. Ita dum Deus iussit *facta est*; & primo die: clarescit tempus in Virginis conceptione: etenim cùm in ipsa mundus visurus singularem splendorem; constituit Deus simul & primum diem, & primævam lucem: simul tempus formavit, & lucem condidit, in typum intemeratæ Virginis, splendore conceptionis: igitur ita fulsit vel dum accepit esse; ut nullum diem immaculata videre sine lumine gratiæ. Virginis privilegium est: eius etiam primum diem signavit fulgida lux. Lux ergo prima fulget. Corpus lux prima non habuit; & in specimen purissimæ conceptionis, non solùm symbolum exponitur lucis, sed signat Numen lucem primam & splendidam; quippe lux sine corpore non habet umbram. Ampliùs rutilat immaculata conceptio, ubi in primo instanti facta gratiæ illuminatio. Corpus Virgo, quia humana, in conditionem habebat; quod gratia cœlitùs illuminabat. Corpus naturaliter ab Adamo contrahens noxam, facit umbram. In Virgine vel cum corpore & etiam ex massa Adami, umbra haudquàm videtur vel ex opposita luce; quia lux illi non opposita, tametsi ex radice humana: imò splendor gratiæ summus; quasi ex Adamo non haberet Virgo corpus. Lucem primam alij corpoream, alij incorpoream appellant. Vide Perer. à *num.* 73. Utrumque sanè impossibile, sed victum in Virginis conceptione. Corpus oppositum luci, umbram efformat: ex corpore Adami adversus gratiæ lucem, umbra resultat; & dum Virgo concipitur humana, lux signatur corporea & incorporea; quoniam ut umbram adversus gratiam formaret, quasi corpus in corpore ex Adamo non haberet: igitur ut summum in eius conceptione eluceret miraculum, & nobile ad esse humanum principium; fecit singularis gratia, quòd in umbra corporis non esset corporis umbra.

Genes. 1. 3.

Cur lux prima?

6 A Numine in signum valetudinis desperatæ Exechiæ, patratum est miraculum grande, sive in cursu revertente Sole, sive dumtaxàt umbrâ Solis revertente: de quo ex professo latè exponetur controversia, & delibabitur, *Tautol.* 8. à *num.* 44. & seqq.

4. Reg. 20. 9.

seqq. Burgensis, ut ibi videbimus, dicit miraculum factum in umbra ex luce, sine interposito corpore, quasi accidens miraculosè sine subiecto, uti videtur in Sacramento Augusto; uti præmisimus, *Tom.* 2. *T.* 10. *D.* 7. *n.* 12. Unde iuxta præfatum Auctorem, miraculi materia & forma, quòd sine ullo corpore videretur corporis umbra: qua quidem positione, percutiente Sole in temporis signum, horologium Achaz; necessarium est, quod si umbra tempus signabat sine corporis materia, corpus gnomonis esset coram radijs Solis procul ab umbra: aliàs umbra duplex esset in horologio: alia ex miraculo, alia ex corpore coram radijs interposito. Quapropter in huiusmodi articulo duplex miraculum fulsit: unum, quòd umbra non haberet corporis causam: aliud, quòd corpus opacum nullam spargeret umbram. Utrumque insigne miraculum: verùm videndum quod in nostrum propositum, in horologio naturæ rationalis; cuius corpus ex stylo protoparentis. Numquàm in nostra conditione mundus corpus animatum vidit, quod umbram ex prima transgressione non haberet: unde in Doctoris Gentium significatione, in unoquoque videtur *caro peccati.* Rom. 8. 3. Concipitur Virgo ex materia Adami, & connaturali corpore; & ubi concepta fuit, plauditur, à Marracio, d. *Sacrum horologium Achaz.* Iurè, dum apparet in corpore lucis radijs, sine umbra ex suppositio corpore: equidem cùm à principio indipiscerentur gratiam, quæ arcet humani corporis umbram; ad Solis Iustitiæ radios, quasi non haberet corpus. Non habuit ex prima transgressione opacitatem, ubi vidit Solis lucem, insigni obiecto miraculo (in Adami protogenis horologio) singulari gratiâ, visâ numquàm in humana natura: igitur excellentia singularis, quòd corpus haberet umbræ sine umbra corporis. Sousa de eius *Conception.* v. 88.

Dicta & quare horologium Achaz?

Marrac.

Mell. Sous.

Corpore quæ terras habitet, sedes ubi gratia figit:
Summaque; divinæ fulgent miracula dextræ.

2. Paral. 32. 31.

7 Meritò interrogatur Ezechiæ virtus, *de portento quod acciderat super terram.* Portentum est quasi de futuris signum, qui in Virginis conceptione videndum; ubi corpus coram Sole, sine umbra connaturali. Interrogat sapientia humana, quod non viderat in terra, & perfectura gratia: etenim vel inter mediâ materiâ umbrosâ ex Adamo; sine umbra facta intemerata conceptio. Perpende. In salutem Ezechiæ ascendit umbra: in Virginis conceptione descendit. Ibi umbra quasi interpositi corporis: hìc corpus sine nota nigredinis; ut Rex surgeret, quia cecidit, & Virgo labi nequiret: etenim sine splendore in horologio naturæ, sufficit umbra corporis ad umbram, & sine umbra resplendet corpus ad gratiam. Picta pyramis supra quam directè Solis flamma; & epigraphe: *Umbræ nescia.* Silvest. à Petra-Sancta, *lib. 9. Symbol. heroyc.* cap. 2. In expressionem purissimæ Virginis conceptionis siccine pyramidis eligitur forma; quippe mirabile patet, quòd corpus ad lucem subsisteret sine umbra. Virgo refulget amicta Sole, gratiæ plenissimà luce: igitur ita undique illustravit Solis radius; ut ad umbram corpus esset, quasi non haberet corpus. In templo Lycei Iovis, *ingredientes nullas è corporibus suis umbras reddere*: ait Pausanias, *cap.* 269. & nos ex eodem & Caussino, *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 6. *n.* 14. Hic dicebatur *Iupiter Clarius*, qui & Sol. Corpus gratiâ Solis, sine umbra magnum est. Maius portentum in hac purissima conceptione, gratiæ abundantissimà divite luce: etenim si corpus umbram non habebat in templo Solis; quid ingrediente Sole, illustrante templum Virginis? Corpus reddidit pellucidum gratia, dum concepta fuit Maria: umbramque corpus non habuit, quamvis Adamus corpus in horologio cognovit; quia licèt corporis perspexit materiam, corpus per transparentiam ex luce non habet umbram. Venant. Fortun. de *Virgin. partu*, à v. 214.

4. Reg. 20. 11.

Symbolū in pyramide.

Et templo Solis.

——*Rota Solis adest:*
Sidereum speculum, illustris domus Omnipotentis:
Vultibus ex illis fulgura clara ferens.

Venant.

8 Nuda pingebatur olim naturæ pulchritudo, in Gratiarum concilio. Adi Chartar. in *Vener. Imag.* fol. 343. Gyrald. *Syntagm.* 13. num. 1. Pier. Valer. 54. *lib. cap.* 8. & Munster. 3. *Cosmograph.* cap. 433. sine gratijs vel pulchritudo in natura perfecta, dicitur nuda; quippequàm nulla æstimabilis venustas in splendore donorum sine societate Gratiarum; quæ quidem ob ingenitum amorem, nudæ naturæ sequebantur pulchritudinem: unde Pamphil. Saxus, *Carm.* 19. vers. 7. accinit:

Imagō naturæ.

Et cui dant munera Gratiæ triformes.

Paphil.

Status pingi videtur in fabula, quo obijcitur per Adamum humana lapsa natura; quia ab initio non fuit sic: etenim ut ait

In umbra corporis non erat corporis umbra.

Augustin. 12. *Civit.* cap. 9. *Deus creavit, simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam.* Claret, gratiam & naturam simul natas, ex quarum consortio floruit in hominibus venustas: pòstque Gratiæ, post primæ supplantationis divortium, naturam minimè comitantur, sed sequuntur. Unde in esse primo natura dicitur nuda, privata comite gratia. Huiusmodi serie videbatur nascitura Virgo ex Adami radice: at per insigne miraculum, singulare privilegium, fecit utraque unum: equinumquàm apparuit in natura nuda, quam comitata à conceptione gratia. Non secuta pulchritudinem; quam non haberet, connotando originem. Cum illa stetit, & conditionem vel in humanis constituit: igitur ut signaret conceptionis excellentiam; accepit Virgo naturam & simul gratiam. Ad rem Theöcritus, *Edyl.* 16. v. 108.

Sine gratijs esse potest?

Nullo modo. Haudquaquàm siccine esset Virginis-matris conceptio: etenim in ostentum pulchritudinis naturæ, astiterunt ad formam & gratia, & gratiæ. Ravis. Textor, *Epigram.* 8.

Quàm suavis placido comitata gratia vultu!
Ventre recepta gratia pulchra sinu est.

9 Dubium occurrit in Virginis obsequium, quod excitat, sed delicat subsequens testimonium. Concepit ergo Thamar: *& instante partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum dicens: Iste egredietur prior: illo verò retrahente manum, egressus est alter.* Chrysostom. in *Matth.* Homil. 3. *Neque enim* (inquit) *consueti motus hoc fuit, ordinisque naturæ: nam præmissà quidem huius manu, alterum egredi; naturale fortassè fit. Retrahi verò istam, & transitum alteri cedere; non iam fit lege nascentium, sed profectò ex Dei gratia, quæ tunc aderat, ista dispensans, & nobis quandam imaginem futurorum, nativitate depingens.* Quid est hoc? Signatur eius conceptionis articulus, de qua natus est Iesus. Tunc in illa duplex apparuit fœtus: alter à natura, alter à gratia. Naturæ, ex Adam: gratiæ, ex maternitate Dei. Prior videbatur ut subiectum gratiæ, natura egressura Adami: cæterùm retraxit manum, utut vidit gratiæ fœtum. Substitit in eius physica constitutione fœtus naturæ paulisper, & manu ad prioritatem retracta, illicò egressus est alter: igitur prior in Virgine gratia maternitatis, quàm natura filiationis. Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 3. *D.* 1^. *à n.* 22. Motus huiusmodi non fuit ordinis naturæ, sed præcurrentis gratiæ. Ni in natura priùs protulerit manum in humanam conditionem; inficiaretur, licèt Adami filia, ab illo acceptam originem. Ex primiparentis temerato semine, privilegium affuturum mundo mirabile, in Virginis conceptione. Concipiendam vidit, manum retraxit, prioritatem cessit; quo resplenduit ex Dei gratia Matris præclara excellentia: quandoquidem maxima; quòd in naturæ functione, priùs in illa ut matre Dei, esset gratia, quàm natura. Ordinem ergo naturæ superavit, dum in conditione conditionem præcucurrit: etenim si gratia naturam sequitur, dum fœtus ex Adamo in existentiam formatur; mirabilem Virginis designavit conceptionem, quòd sequeretur sequentem. Suffragatur Damascenus, de eius *Nativit.* Orat. 1. *Vitam* (inquit) *habuit, naturà præstantiorem.* A priore derivata in existentiam, præstantia; & posterior fuit physico in esse natura: equidem ante signum humanæ ex Adamo conditionis; iam fulserat gratia matris.

10 Ex editis fœtibus elucet prærogativæ illustrissimus articulus. Qui protulit & retraxit iurè manum, naturam signans, fuit Zaran. Qui, vel illo obice, egressus est prior, fuit Phares; connotans gratiam, quia ad Salvatoris spectat genealogiam; cuius mater Virgo est, de qua natus est Iesus: priùsque ad uturorum imaginem, in lucem egreditur Phares, quàm frater eius Zaram; quia cùm ex gratia Virginis esset maternitas, spectabat ad illam gratiæ prioritas. Videbatur enim prior maternitatis Salvatoris gratia; dum ex Adamo in eius decus, condebatur filia. Patet Angeli testimonio, huiusmodi in Virginis conceptione cogitatio. De Verbi incarnatione alloquitur, illam (quam salutat) gratiâ plenam, utpotè Salvatoris genitricem; & concipiendi fœtus exprimit celsitudinem, quo nihil in mundo & cœlo sublimius. *Hic erit magnus.* Argumentum difficile occurrit, *Hic* & *Erit.* Si erit magnus, non est hic. Qua veritate præsentem matri demonstrat, quem concipiendum præsignat? Expositio literalis, quia iam erat, antequàm ex illa esset. Qui erit ex te, hic est, & antequàm tu: *Erit* & *hic.* Unica profectò divina persona, cum duplici discretâ natura: *hic*que magnus erit

Augusti.

Et cum illa Gratiarum.

Theocrit.

Textor.

Genes. 38. à 29

Chrysost.

Prior in illa gratia matris quâ materia filiationis.

Damasc

Quomodò gratiæ prioritas?

Luc. 1. 32.

Christus ante quâ filius Virginis, filius æterni Patris

erit conceptione genitricis ; qui est *hic* & sic, ex conceptione Patris. At hoc *Tautolog.* 5. *Didasc.* 2. per tot. In nostrum propositum, aliter exponetur argumentum. Signatur enim ab Angelo, Salvatoris mirabilis, quia singularis, conceptio; unde illius emineret magnitudo : & ad conceptionem *Hic* & *Erit* iurè dicit; quippe mirabile quòd esset, antequàm esset. Quod miramur in conceptione Christi, respectu duplicis essentiæ; respectu gratiæ & naturæ miramur etiam in Virginis conceptione : etenim erat mater Dei, & filia Adam : mater Dei per gratiæ copiam: Adami filia per conditionem humanam, quæ in esse participavit; quæ antequàm esset, ex ore Altissimi mater Numinis prodivit. Quid ergo ? Mater *Erit* : verùm *Hæc* ? Utique. *Hæc* demonstrativè, & erit: priùs prædestinata in Salvatoris genitricem, quàm humanam acciperet conditionem: & quæ *Erit*, dicitur *Hæc* ; ut clarior conceptio sit : igitur purissimam illustravit, quòd esset, antequàm esset. Quod esset genitrix, antequàm genita : quòd gratia, antequàm natura : quòd in conditione humana in momento conceptionis, prior eluceret ad esse, privilegium genitricis : etenim non illa existeret in natura, ni Matris-Virginis mira antecelleret gratia. De Aurora dicitur à Dionysio, 4. de *Divin. nomin.* cap. 4. ita respicere Solem, ut non sit aliud præter Solis lucem. Unde iuxta D. Thom. 1. *part. quæst.* 67. *art.* 4. *ad* 2. lux prima non Sol, sed Solis lux. In Sole Virgo posuit tabernaculum suum, dum humanam accepit in conceptione existentiam ; respiciens primò Solis Iustitiæ genitricis gratiam : igitur in Aurora aliud esse nequit cogitari, quàm ipsa lux quæ conspicitur in Sole. Prior videtur Aurora, sequitur Solis flamma: eadem lux est, quam terris præmittit Sol : sine Sole haud illa existeret, quia Numen, unum Auroram & Solem fecit : & in Aurora Maria, lucis Solis perpriùs videtur substantia; quippequàm ante humanæ existentiam conditionis, Solis Iustitiæ respexit dignitatem genitricis. En Virginis in conceptione excelentia. Lucet, quæ sit ista, quæ consurgens progreditur quasi Aurora. Mane rubens colores Solis induerat:

Quæ prodigia in conceptione Mariæ

Virgil. de Ortu Sol.

Præviaque flammiferi cursus Aurora parabat.

11 Haud in virgine minus gratiæ ex pulchritudine Lunæ : etenim, ut in concetione resplendeat humanitatis forma, extollirur *pulchra*, *ut Luna*. Bernardus, in *Virg. Serm. Panegyr.* 3. (post Sermones Assumpt. Tom. 2.) *n.* 5. infit: *Tu ergo pulchra es*, *ut Luna* : *imò pulchrior Luna* (quia videris sine macula, neque luminis mutatione) *quia tota pulchra es*, *& macula non est in te*, *neque vicissitudinis obumbratio.* Esset vicissitudo, si è tenebris egrederetur in lucem, ut advenientem gratiæ reciperet venustatem : & non solùm pulchra, ut Luna, sed pulchrior Luna plauditur, dum humana concipitur ; quia sine mutatione, & lucis vicissitudine, à primo instanti habuit splendorem gratiæ. Pende. Pulchritudo Virginis non confertur à Sponso Lunæ fulgenti ; sed fulgenti in prima productione. Unde articulus signatur ; dum dicitur : *Quæ est ista*, *quæ pulchra ut Luna progreditur* ? Quid quòd sic vel sic collatio, ubi eximia demonstratur pulchritudo ? Ad Virginis nobilissimum encomium, totum singularis pulchritudinis momentum. Lunam in plenilunio creatam; asserunt Leonard. Marius, & Iacob. Bonfrer. cum Angel. Magistr. d. *quæst.* 70. art. 2. ad 5. Adamussim dum Virgo concipitur, & humana progreditur ; Lunæ primò constitutæ speciositati comparatur. Eximia Lunæ pulchritudo, dum orbe pleno. Summa perfectio est in plenissima luce, & splendor in oriente: nullumque aptius Symbolum in Virginis pulcherrimæ conceptionem ; quippe in conditione ostendit totius eximiæ perfectionis pulchritudinem. Aptiùs quidem. Progreditur pulchra ut Luna, & Luna plena, quia plenè pulchra. At unde plenè ? Ex prodigio in conceptione : ex singulari gratia qua progreditur : ex præstantia splendoris, quo producitur, Lunæ conditionis æmula: quandoquidem maior gratia, haud quia pulchra in plenitudine lucis; sed quia plenitudo lucis in instanti conceptionis.

Bernard.

Fulget Lunæ splendor, & Luna pulchrior.

Gen. 1. 16.

Quare?

12 Perscrutemur. Corpus Lunæ duplici hemicyclo constare, alio lucido, alio obscuro, placuit nonnullis AA. *Globum eius dimidium lucere*, *dimidium autem obscurum esse* (ait Rupertus, lib. 1. in *Genes.* cap. 42.) *dumque movetur in circulo suo*, *partem qua lucet*, *paulatim ad nos convertit* ; *ut videri à nobis possit.* Suffragatur cogitationi D. Thom. & 2. de *cœlo*, lect. 16. & in *Psalm.* 10. in princip. Exponitur præ oculis in Lunæ semicirculo duplici, societas naturæ & gratiæ in Virginis purissimæ conceptione: quæ quidem Lunæ in sui constitutione confertur, dum in esse constituitur ; ut luceret privilegium, & cuius Lunæ formatio esset in signum: igitur si lux natu-

Rupert.

Ubi sup

ræ rationalis gratia, obscuritas generis lapsi natura; in primo instanti naturæ, effulsit splendor gratiæ. In ordine communi primò in hominibus videtur labis obscuritas, quàm gratiæ fulgentis claritas: pulchritudoque Virginis assimilatur Lunæ, primo in momento plenissimè luce perfectà, radianti; ut prodigium esset gratiæ, vel ab ipsa conceptione; igitur non ita magnum, quòd gratiæ plenè videretur fulgor; sed quòd primò videretur. Liqueat unde huiusmodi gratia, & à subsantiæ existentia. Lux & tota Lunæ à Sole. Transfuso *in se Solari lumine, illuminat*: subdit Bernard. ibid. Ad Solem Christum respexit, ubi primò fulgoris hemicyclum Luna mystica monstravit: equidem si in hominum conceptione solemne, naturæ ostendere obscuritatem; Virgo priùs Solis prætulit fulgorem: priùs in illa matris singularis pulchritudo, quàm conditionis in conditione formatio: igitur prior in illa dignitas genitricis, quàm ad illam existentia naturalis. Mitior cœli gratia, terris collocatà Lunà, eximio valdè fulgore,

Sole repercusso radiantis imagine Lunæ.

13 Habet Virgo Lunam sub pedibus, quia splendidior gratiæ radius. In plenilunio illam conditam vidimus. Haye placuit; in novilunio creatàm, quia eius imaginem de sub pedibus habebat. Suppositio præfata sanè destruitur, quippe perfectio plenitudinis evacuari videtur. Nullo modo: Ita præsignatur in conceptione immaculata perfectio. *Luna in novilunio numquàm per eclypsim obscuratur*: inquit ibid. *Concept.* 24. Positio videtur diversa, sed in propositum optima. In novilunio, Luna quasi concipitur. In plenilunio totam radijs illustratam miramur. Si lux in Luna Virgine gratia est, quam effudit in illam divinus Iustitiæ Sol; aptè uterque status in conceptione Mariæ, quippe fulsit plena gratiâ vel ab ipsa conceptione. Ideo nova, & gratiæ plena (quia gratiæ plena, mirabiliter nova) quin splendorem ex radijs Solis immutaret status, neque conceptionis tempus; etenim sic pati non potuit primæ transgressionis eclipsim; propter excellentis gratiæ plenissimam perfectionem. *Quasi Luna plena in diebus suis lucet.* Cur *Quasi*? Quia sine eclipsi. Non enim habebat dies, ut rutilaret plenitudine splendoris: & quasi in diebus suis Luna plena notatur, dum novilunio concipitur; quoniam Virginis ubi ostenditur conceptio, obijcitur simul gratiæ tota plenitudo. Luna ergo sit sub pedibus Virginis, præstituta eius formâ conceptionis. Luna nequit habere simul claritatis plenitudinem, & incipientis claritatis influxum in splendorem. Iaceàt ergo, quia Maria etiam in novilunio lucet quasi Luna plena: quandoquidem gratiæ progreditur splendore, vel ex primo ad existentiam conceptionis instanti. Hoc est privilegium conceptionis. Fulget *sicut Luna perfecta in aternum.* Sol est *testis in cœlo fidelis*, qui antequàm ex illa lucem videret; illinc Virginem ut matrem illuminavit. Sic enim à Sponso dicitur: *Una est perfecta mea.* Est Luna perfecta, & imperfecta. Imperfecta, in origine: perfecta in fulgoris plenitudine: Virgoque dicitur Luna perfecta, accipiens originem in humana natura: quippequàm vel à conceptionis tempore; nacta feliciter plenitudinem gratiæ. Reliquæ Sponsæ ut imperfecta Luna: una est quæ Luna perfecta: igitur in novilunio animatæ Virginis conceptionis, ex Solis radijs visa plenitudo lucis. *Hæc dicit Dominus, qui dat ordinem Lunæ* in claritatem; igitur splendor perfectæ Lunæ Virginis, ultra communem ordinem. Hic est in illa ordine naturæ & gratiæ: habere scilicèt lucem gratiæ: vel in principio naturæ. Respexit Virginem Sol. Elucet, de qua natus est Iesus. Conceptio nitet,

Clara etiam pernix cœlo quùm Luna refulget.

14 Etiam ubi gratiæ in conceptione præ se fertur lux, Virgo-Mater progreditur *electa ut Sol.* Maluenda: *Quæ est ista, quæ progreditur pura ut Sol*? An quia iustitiæ Solis imago, vèl dum concipitur Virgo? Dicit, quò supr. Bernardus. *Solis imago expressissima, inter milia astrorum Deo assistentium virginali puritate in cœlo gloriosa.* Versio enunciat. Ut Sol *pura*, ut Sol *electa*: etenim Sol Iustitiæ, de qua natus, non eligeret in genitricem, ni vel in primo animationis momento cognosceret puritatem. *Lux & Sol ortus est*: dicitur à Mardochæo. Potest salvari huiusmodi tropus per Hendiadym: q. d. Lux Solis. Sed, ni fallor, arcanum aliquod latet in divisione, & prioritate lucis & Solis, expressionem conceptionis Virginis. Si Sol, sine luce non est. Quorsùm igitur lumine posterior Sol? Quia, cùm forma Solis sit lux, priùs condita Solis forma quàm materia. Materia est corpus luminaris magni: lux equidem forma corpori: dicturque priùs conditio lucis, post Solis; quippe ad Solem maturè præparatus lucis radius, antequàm Solis formaretur corpus.

Prodigiù gratiæ.

Bernar.

Lucan. 8 *Pharf.*

Apoc. 12. 1.

Haye.

Quomodò Virgo Luna nova, & Luna plena?

Eccli. 50. 6.

Cur Luna perfecta?

Psal 88. 38.

Cantic. c. 8.

Ierem. 31. 35.

Cæs. Germ.

Ubi sup Maluen.

Bernar.

Imago Solis & Sol.

Esth 16. 11. *Hendiadys.*

Greg. Naz. pus. Accumen est Nazianzeni, *Orat.* 43. *Forma* (inquit) *Solis lumen est. Ut maioris cuiusdam miraculi specimen ederet; formam materiâ priorem protulit.* Cognoscimus lucis prioritatem, in cuius miraculum, efformatum specimen. Sol plauditur, & iurè, in conceptione Mariæ: lux in conceptione est gratia: minimèque in existentiæ origine enunciatur Sol & lux, sed econtra lux & Sol; quippe ad eius conceptionem vigil extiterat gratia, priusquàm corpus formaretur à natura. Si priùs corpus Solis, esset impurum per absentiam splendoris lucis. Prior esset ex Adamo materia, quàm è cœlo gratiæ forma? Virgoque electa in matrem, dum puram notat originem, & corporis conditionem; quoniam adhuc in formatione materiæ, ut nitidus Sol resplenduit lumine gratiæ. Prædefinita fuit primùm in matrem Dei (de quo infrà) quàm in corpoream substantiam ex Adam, qui corruptus prolem, per vitiatam ex transgressionem radicem. Ex hac itaque substantia, sed non vitiata, formatum corpus Virginis in momento conceptionis: priùsque in luce ostenditur gratiæ radius, quàm Solis Virginis corpus; qui ad materiam ex Adamo conceptionis, præiverat in splendorem, gratia lucis genitricis.

Vel in momento conceptionis, prior excellentia genitricis.

Eccli. 24. 21. 15 *Quasi balsamum non mistum* dicit ipsa. *Non mistum*, quia in Virginis conceptione, tota pretiositas oritur ex puritate. *Balsamum inter viperas gignitur; sed veneni omninò expertes; quòd scilicèt balsami pastu, odoris præstantissimi mitescit veneni acerbitas*: ait Pausan. *cap.* 303. Quo intuitu (ut præmisivus, *Tom.* 4. *T.* 8 *D.* 6. n. 1.) lemma viperæ, ramo balsami accedenti, *Venio positura venenum.* Adi Theophrast. 4. de *Plantis*, cap. 6. An in singulari gratia, maior Virginis indicatur excellentia? Utique maior, ubi puritatis conceptionis præ se fertur splendor: equidem si à vipera, natura humana, venenata, corporis designatur efformatio: mirum, quòd corpus à natura, sine corporis veneno. Dicam meritò ex Venant. Fortunat. d. à v. 119.

Pausan.

Corporis conditio sine corporis veneno.

O Virgo insignis, mater pia; nobile semen,
Atque sacro fœtu progenitura Deum!
Peccati iaculo defixa in stirpe cicatrix:
Ulcera nulla geris, nec levi signa patent.

Venant.

Hæccine obiter delibavi, propter singularem cogitationem Plinij. Ita ergo de balsamo loquitur, *lib.* 12. *cap.* 25. *Maximè probatur, quod ante semen fluxit. Secunda gratia semini.* In postremo fallitur, dum in Balsamo Virginis conceptio ostenditur: igitur maior gratia in corporis conditione; ubi nulla gratia erat in Adami semine. Totum quod ad Virginem spectat, prodigijs micat. Sine gratia semen erat protoparentis, uti patebat ex veneno prolis: balsamoque intemerato Virgo confertur, dum in natura ex Adamo concipitur; igitur talem vel in natura acquisivit à principio puritatem, quasi gratia inesset comes semini ad Virginem. Sic enim huius odor balsami: *maximèque probatur, quod ante semen fluxit.* Quid hoc? Quomodò præstantissimum ante semen balsamum, si ex semine exortum? In Virginis excellentiam illustrissimum symbolum: in eius enim conceptione,

Plin.

Quare balsamo puro confertur?

Spirant irriguæ redolentia balsama venæ.

Claud. de Laud. Seren.

Ex semine prorsùs Adami, efformatur corpus in conceptione: & licèt ex semine, præstantioris odoris, quod ante existentiam seminis; quoniam Virgo immaculata priusquàm ex semine Adam, destinata Mater Dei.

16 In mythologia Ethnicorum, vulnerato Orpheo, capiteque præciso, fictum, riguisse serpentem in saxum, cùm virulentum coram Sole cuperet inferre morsum. Ovid. 11. *Metamorph.* fabul. 1. succinit:

Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis,
Os petit, & sparsos stillanti rore capillos
Lambit, & hymniferos inhiat divellere vultus.
Tandem Phœbus adest, morsumque inferre parantem,
Congelat, & patulos, ut erant, obdurat hiatus.

Ovid.

Aptè Sol (præciso capite Adami) in Virginis conceptione, adest in gratiæ luce; dum vellet anguis tortuosus (quia mortuum caput) inferre morsum, & deturpare vultum. Unde in saxum convertit, dum virulentia tumuit; quippe ad originem sordis, serpens erat tamquàm lapis. Ex illo capite vulnerato, erat ad Virginis conceptionem origo. Respiciebat in semine radicem; sed Phœbo præsente, potiùs quod fuit ante semen: quo quidem saucio capite protoparentis, caput confregit draconis: etenim cùm in illa, uti in balsamo, præstantius, quod ante semen; in Dei prædestinata purissimam genitricem, antequàm pater Adam constitueretur in patrem. Nonnullis D. D. placet, gratiam collatam Virgini singularitate eiusmodi privilegij, connotatâ labe transgressionis

Quomodò confregit caput draconis?

Adæ

Adami: ita ut consisteret ex eo gratia, quòd in Adamo potuit transgredi; cæterùm non est transgressa: quasi ad originis peccatum haberet debitum; sed nullum ex origine peccatum. Longe abeo ab huiusmodi cogitatione. Ordinem decretorum in eiusmodi articulo exhibui *Tom.* 1. loc.cit. à *n.* 24. & *Tom.*5.*T.*3. à n.132. regerere supersedeo. Videsis. Quia Virgo ante Adamum decreta, & Adamus propter ipsam; non solùm immunis ab originaria labe, sed etiam à necessitate debiti. Adi Christophor. Vega, in *Marian. Theolog.* n.131. 146. 568. & 577. Maria etiam à principio non solùm ornata gratiâ; sed gratiâ plenâ. *Gratia* igitur *super gratiam*, antequàm mundus videret sanctam & pudoratam eiusmodi fœminam: gratiaque super gratiam designatur, dum ex Adamo concipitur; quippe eius labem in conceptione non solùm non contraxit, sed nec potuit.

Ordo decretorum Dei in eius purissimam conceptionem.

Eccli. 24. 19.

17 Perscrutemur difficile Scripturæ testimonium. Holophernes arctè circuivit Bethuliam, sed Achior in senatu illum edocuit, desperare victoriam. Tyrannus risit, & adversarijs illius arrogantiæ & fastus lubitò dedidit; ut etiam ex illo inter manubrias hostium, erigeret nobilissimum trophæum. Suscepit & festivè Synagoga, quem insolentiæ proiecerunt castra: & in solatium cordolij fidenter dixit: *Cum Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis; sit & tecum Deus.* Difficile videtur, quod auditur. *Libertatem*? Quanam ergo per hostem contraxerant servitutem? Liberi sanè erant: unde conferendam libertatem nominant? Est libertas insignis, quæ dicitur *gratia libertatis.* De libertate & eius circunstantijs, conditionibus & differentijs, differendum, *Tom. seq. T.*4. fusè, à *n.* 21. Est libertas singularis, sine vexamine subiectionis. Est libertas post servitutem, & est ante servitutis gravamen. Utrobique gratia Numinis est, sed ante amissionem libertatis, quæ libertas, gratior fit: gratiorem meritò sine servitute prædicant libertatem; quippe Deus protexit, ne liberi contraherent ab hostibus servitutem. Si post mancipationem eriperet, & libertate donaret, esset sanè beneficium; sed non optimum: felices essent, sed post infelicitatem. Modò florebat libertatis felicitas, quoniam ante servitutem: & huiusmodi libertatis extollunt donum; quippe gratius, in periculo libertatis, non experiti periculum servitutis. Præservativa gratia est, quæ in tanta quasi necessariâ angustiâ, mirabiliter perfecta à Numine fuit; cùm usquequaquè esset in procinctu numerositas hostium, quin naturaliter posset cogitari effugium: iurèque plauditur de cœlo libertas; quia verè in gratiæ collatione felicitas, non solùm in periculo gaudere charismate libertatis; sed nec contrahere debitum servitutis imminentis.

Iudith. 6. 18.

Quænam in libertate gratiæ, gratia libertatis?

Candida libertas hoc perperere decus. Ravis.d.

18 Restat investiganda in gratiam libertatis illustrior gloria. Pende verba: *Cùm Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis. Hanc libertatem?* Quid? Estne alia? Et sublimior, & glorioſior. Qualis? *Hæc.* Quænam in conceptam gloriam? Libertas, in qua *gratia super gratiam.* Nota articulum, atque Numinis miraculum. Vallavit hostis Dei civitatem, à quo mirabilem expectabat protectionem; igitur libertate gaudebat, quamvis hostis impugnabat. Gratia profectò, ab hoste in servitutem non capi: gratia, servituti obnoxiam esse, & debitum non contrahere: adhuc super huiusmodi gratiam gratia pretioſior addenda; qua quidem cœlitùs ita arcebat servitutem, ut minimè posset amittere libertatem: hancque libertatem à Domino signat civitas, ut gratiæ excellentioris constet summitas: igitur superioris gratiæ ad libertatem celsitas; non solùm in debito servitutem non contrahere, sed gratiæ pretiositate, nec posse. Fluminis gratiarum impetus lætificavit civitatem Dei Mariam, dum contulit (ne in servitutem dæmonis caderet (cum natura primam gratiam. Obnoxia huiuscemodi servituti erat infelix natura protoparentis Adami; ex qua originem contraxit Virgo, dum facta in esse naturali conceptio: deditque Dominus gratiâ insigni in ipsa conceptione, libertatem, quantumvis ab ærata natura participaret originem; ut constaret è cœlo civitatis præsidium: quandoquidem in libertatem servitutis singulariter magnum; in debito conditionis, nec recognoscere conditionis debitum.

Quæ gloria gratiæ?

Haud debitum cõtraxit ad crimen originale.

Et validas valuit ævi rescindere leges. Lucret. 5. v. 93.

19 Hæc est libertatis gratia, sed non summa. Glorioſa dicta sunt de te, Civitas Dei. Restat gloria in huiusmodi gratia, cuius scopus, quòd fit conditionis impossibilis servitus. Mirifica libertas, immunitas à debito servitutis: sed amplior gratia in pretiositate libertatis, quæ videnda, dum Orbis Numinis miratetur genitricem: Deusque illi hanc contulit libertatem;

tem; ut in ipsa Virginis animatione, mu-
Nec potuit contrahere. nimine gratiæ, non solùm non contraheret servitutis priscæ sordem; sed nec posset, uti Numinis mater, debitum ullum cognoscere in servitutem. *Hanc libertatem*, in qua præstabilis gratia fuit. *Hanc.* Qualis? *Hæc*, quæ Virginis-Matris propria, conceptæ in gratia: igitur civitas uti Dei, ita hac libertate à captivitate immunis, quasi non venisset hostis. Hostem in natura habebat Virgo, ut in servitute conficeretur conceptio: affuit uti Dei genitrici, libertatis gratia ita specialis; ut impossibilis esset ex patre contractio criminis: Deusque hanc illi contulit libertatem; quasi ex
Matth. 11. Adamo non haberet originem. *Tu es, qui venturus*: dixit ad expressionem puritatis in conceptione Virginis, Filij Præcursor Ioannes. Venturus erat ex illa filius Altissimi in carne: præsensque simul signatur in suæ matris conceptione; ut pateret gratiæ origo, ubi notata tantùm humana propago: igitur vel ex Adamo in radice splenduit flos; quia concepta ut mater Dei, de qua natus est Iesus. *Tu es,*
Ioann. 4. 25. *& qui venturus est.* Venturus, cùm veneris. At dum Virginem natura ex Adamo concipit, *Messias iam venit.* Videtur *libertas hæc*, dum matris conceptio fit: igitur possibilitatem originalis labis, pepulit à conditione gratia insignis genitricis. Hac enim splendida luce,

Mantuan. 9. Eclog. 71. — *Leges rigidæ rumpuntur Averni.*

Q. Curt. 20 Patet iam Solis fulgor, & eius conceptionis splendor. In castris apud Persas, *super Regis tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago Solis, crystallo inclusa, fulgebat*: inquit Curtius,
Ut Sol in crystallo fulget. 3. de *Histor. Alex.* cap. 3. Quo intuitu, præmisimus, *Tom. 6. T. 8. n.* 10. Elucet planè in symbolo Solis Virginis in terris immaculata conceptio, dum eius radij includuntur crystallo. Crystallus vel coram Sole non habet umbram. Corpus Virginis vel ex Adamo splendoris minimè impedivit gratiam: equidem huius vel in corpore mira rutilavit lux; utpotè & pura & electa ut Sol. Cuncta continet, & undecumque lucet. Sousa, d. *lib.* 2. à *v.* 298.

Mell. Sous. *Et rutilans Aurora micat, & igneâ lampas*
Irradiat, Lunaque globus, & sidera fulgent.



DIDASCALIA VIII.

Clarius encomium Mariæ, quòd mater misericordiæ.

1 GRAVIS Mater in Rempublicam Livia, imperatrix & Tacit. uxor Augusti, taxatur à Cornelio Tacito, 1. *Annal.* cap. 10. Speciosa Mater & suavis in delicijs suis Sancta Dei genitrix: quandoquidem manus eius plenæ gratiarum hyacinthis: vel diffusam in labijs continet gratiam & suavitatem, ut trahantur hominum corda propter innatam dulcedinem. Nazianzen. in Tragœd. *Christus patiens*, à *v.* 659. accinit:

Virgo bonis minibus, mater suavit & dulcis.

Mater, Regina, Domina,
Quovis in loco salus. Mortalibus
Amica: generis humani bonum.

Greg. Naz. Non Mater gravis, sed dulcis. In dulcedinem sufficit nomine Matris. *Dulcedo lactis est* (inquit Bernardus, de *Deipar.* serm. 2. n. 6.) *Totius boni plenitudinem posuit in maria: ut proinde siquid spei in nobis est, siquid gratiæ, siquid salutis; ab ea noverimus redundare. Hortus planè deliciarum, ut undique fluant & effluant aromata eius; charismata scilicèt gratiarum*: etenim quamvis accusent reös perpetrata flagitia; cuncta excusat suavitate Matris gratia. Ovven. lib. 4. *Epigram.* 171. exclamat:

Bernard. *Illorum patrona.*

Virgo beata licèt communi voce voceris,
In mulieribus es tu benedicta magis:
Nil mihi prodesses, si tantùm Virgo fuisses;
Quantum at prodes, ò! quia mater eras

Ovven.

2 Universi mundi votum (ne sit) experitur Virginis patrocinium, tamquàm à Reginæ maiestate, atque potentis favore. Unde corditus exclamat ex clientela, humana fauta natura: *Salve Regina, mater misericordiæ.* Breve itaque encomium, sed suavitate plenum. In misericordia quidem eius effulgurat pietas; in Matre suavitas, in Regina potestas; ita ut in gloriam Virginis excellentia sint nostra commoda: demonstrat enim in pietate, gratiæ insignem magnitudinem: ut Regina præëminentem potestatem; & ut Mater generis singularem amorem. Huiusmodi plausus præelectiore linguâ, tantùm valebant prædicare corda; ut crebris gratijs æquè responderent pectora. Plures enim

Quæ & quanta dona ex illa

ho-

hominibus confert, quin cognoscat, nisi qui recipit; quàm eâs, quas Ecclesia generaliter extollit. Plures sunt, & amplioris magnitudinis, quæ ad favorem singulares; quàm quæ à dignatis designantur ut communes: unde cùm encomiastes debeât esse gratiarum, qui amplius per illas tantæ matris invenerit patrocinium, si in cordibus multiplex, continua, maiorque gratia; gratias Virginis dumtaxàt debent exprimere corda. Protectionem eius, potestatem, & in genus humanum, animum gratis proclivem, præsignat Psalmographus (dum Deo dicit: *Astitit Regina à dextris tuis, in vestitu deaurato, circundata varietate.* Iuxta Hieronym. in *scutulatis*, ut per scutum indicetur patrocinium; quippe in hominum auxilia, mille clyplei pendent ex ea) & ut Virginis donorum formetur perfecta laus; præ se fert linguam & cor. *Eructavit* (inquit) *verbum bonum: lingua mea calamus scribæ, &c.* Lingua tantùm cum corde in gratiarum instrumentum? Profectò appositum. Sunt pleniores gratiæ particulares à Virgine, quæ à reliquis ignorantur, & à gratis dignatisque cordibus cognoscuntur: nectitque linguam & cor, ut plenè respondeat donis Virginis David; ut doceat gratijs insignitos adæquatam gratitudinem, in Virginis-Matris obnoxiam venerationem: igitur exiguè rependent pectora gratias, ni cuncta corda convertantur in linguas. Si tot Virgines manus hominibus fayent;

Psalm. 44. 10. Hieronymus.

Vers. 2.

Eius plausus proprie dicuntur à cordibus.

Totidem ora sonent.

Virgil. 4 Æneid. v 183. Ubi sup

3 *In vestitu deaurato. In scutulatis. In uberibus* (Vide Lorin.) quia scuta in uberum forma. Haud huiusmodi supremæ Reginæ cultus latuit Ægyptios: quandoquidem siccine ornarunt suam Isidem, quam vocabant *Mammosam* (de ea agemus in *Ephemer.* 7. *Ianuar.* ex Kircher. in Tabula Bembin. Tom. 3. *Oedip. Copt.* Syntagm. 1. cap. 5. Unde ut notat Anonym. ad Natal. Comit. *Mytholog.* observat. 14. quam excerpsit ex Maiolo, *Tom.* 2. *Colloq.* 1. Isidem dicebant Virginem, quæ paritura humani generis Salvatorem.) quorum Mythologiam æmulantes Ephesini, suam Dianam effinxerunt *Multimamiam*, ut ibid. dicemus, 26. *Augusti.* n. 8. In rem ergo lux huius umbræ, ut maius constet, quod Virgo-Mater gesserit; quàm Ethnicismus finxit. A dextris iudicis supremi assistit maiestate throni, superiore tribunali; quæ virgo peperit Salvatorem Mundi. Eius in situ deauratur vestis, sed scutulis, ut homines respicientes ornatum, lætentur ob patrocinium: etenim sub eius validissimo scuto, evanescit tribulatio. Hic namque cultus gloriæ, intra præcordia Mariæ, cuius pietate protectio, etiam dum venit afflictio: quandoquidem in signum protectionis, vel pro non suis ostendit ubera Matris. Inquit nostra Tautologia. *Homo natus* filius *de muliere.* Quid? Miseriarum gravatur multitudine. Alia sanè præsignatur ex fœmina excellentia filiationis, in qua molestiarum specimen libertatis; nimirùm filiatio à Virgine, quæ mater misericordiæ: diciturque meditanter, *filius natus de muliere*; quia ab illa homo cognoscitur filius, quamvis ex illa non natus.

Imago Isidis.

Vel pro non suis ostendit ubera matris.

Iob, 14. 1.

Homo eius filius, licet ab illa non natus.

O Virgo excellens vincens super omnia matres! Venant.

Dicam ex Venant. Fortunat. de *Partu Virgin.* v. 203. Elucent in genus humanum scuta valida, & genitricis ubera: quandoquidem videt matrem, quam non habet genitricem.

4 *Matrem filiorum lætantem*, inquit Psalmista, expressà meditanter in periodo materiâ supposita; ut præmissimus in *Litter.* à n. 34. Aliquod utique arcanum sententia in documentum includit, ubi in propositum quod subintelligit, profert. *Matrem filiorum*: Quæ non? Virgo mater Christi, in hominum protectione: equidem singulari fœcunditate amoris, cunctis ostendit viscera & ubera matris. Indicat Sponsus. *Venter tuus* (plaudit) *sicut acervus tritici, vallatus liliis.* Virginis elucet fœcunditatis decor, ubi ventris purissimi murus liliorum candor. Verùm in eius virginitate fœcunda, metaphora videtur impropria. Virgo Maria unicum habuit filium: quorsùm igitur flos Sponsus designat tritici acerbum? In tritici cumulo multa sunt grana, quæ in ventre filiorum nata. Unde ergo multitudinem continet, si unicum dumtaxàt genuit? Ex ubertate amoris, in ostensionem mirabilis genitricis: equidem filiorum habet acervum, quoniam mater non filiorum. Liquet. Unum enim habuit, & plures ostendit uterus; ut ipse sit *primogenitus in multis fratribus*: & in uno, filiorum demonstratur acervus; quoniam dum unum habuit, propter unum plures genuit: etenim cùm sine illa, fuligine iniquitatis essent homines; illos amore genuit fœcunditate gratiæ, ut essent conformes imagini filij sui. *Primogenitus in multis fratribus.* Qui unicus, dicitur primogenitus. Astruit

Psal. 112. 9.

Cantic. 7. 2.

Qualis eius fœcunditas ex amore, & quare?

Rom. 8 29.

Lu-

Lucæ testimonium: *Peperit filium suum primogenitum. Filium suum*: ergo etiam gnati, qui non sui. Hic est Virginis plausus, quòd scilicèt maternitas extendatur in non filios. Filius, qui in illa conceptus, & ex illa natus. Singularis quidem amoris gratia, Virginis videntur charitatis viscera: incensum flammà dilectionis dulcissimum pectus; dum homo eius feliciter filius, licèt ex illa non natus. Qui primogenitum respectivè nominat, alios filios relatione designat: Salvatorque noster Virginis primogenitus dicitur, ubi ex illa in lucem editur; quippequàm præ excessu amoris, videntur etiam homines filij Virginis-Matris. Vide alia *Tom. 2. T. 2. D. 12. à num.* 14.

Luc. 2. 7

5 Hinc dicitur emphaticè; magni huiusmodi fœcunditatem esse, ac præclaram virtutem, *Matrem filiorum lætantem.* Frequens ex filijs matrum hilaritas, quia in fœminis ex fœcunditate conciliatur auctoritas. Maius Virginì gaudium, quippe maius privilegium; cùm sit mater non filiorum. Facit gratia, quod inficiatur natura: illaque floret ampliore auctoritate, gaudetque singulari exultatione; etenim iuxta se videt filios, qui non filij. In virtutes Sator, & Redemptor N. excitat audientes; ut gaudeant vità felici, divinæ studentes gratiæ: *ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Filij Patris cœlestis? Qua lege? Unus est enim filius Patris: quomodò igitur potientur felicitate huiusmodi filiationis? Per gratiam & adoptionem illo reconciliante animum dedignantem; quoniam ad hoc in hunc mundum descendit, ut per illum alienam à se Pater cœlestis originem adoptaret: in filiationemque supercœlestem homines excitat, dum ad se aberrantes in cœlum, vocat; ut prodigium viderent in terris, intercessione potentiore mediatoris: igitur prodigium, quòd uti filios Pater cœlestis cognoscat, quos non genuerat. Ab illo concilianda gratia, qua denudata natura; in quo constabat Redemptoris gloria: quandoquidem in eius amore magna; quod eius ob patrocinium, Pater cœlestis, pater esset non filiorum. Cognovit mundus, in quem venit caro factus; ut adoptionem filiorum reciperemus.

Ubi sup

Quomodo qui nõ filij, filij sui?

Matth. 5. 45.

In quo Christi mica gratia mediatoris?

6 Hinc ille dixit: *Operamini non cibum, qui perit; sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater signavit Deus*: ideſt, *uti filium dilectum*, ut constat ibid. *cap.* 1. à 32. & *Matth.* 3. 17. Utquid Pater cœlestis Filium ut filium signavit? Ille non solùm filius, sed etiam naturalis, eiusdem essentiæ & conditionis: & hunc insignem signavit? Planè, ut à reliquis distingueret: igitur filium declarat, quem genuit eius intellectualis cognitio; ut ab illis discerneret quos genitura dilectio. Filium signavit naturalem, ut alij geniti viderentur per amorem. Si non signaret, homines à sorte faustà filiationis excluderet. Alia alterius generis futura filiatio, quæ nimiam Patris exprimeret charitatem: præter intellectus naturalem filiationem; ut postquàm visa fœcundi intellectus claritas, voluntatis etiam videretur fœcunditas: filiusque naturalis à Patre meditanter signatur, ubi unigenitus primogenitus generi humano proponitur; quoniam in visceribus paternis, plenis amoris, etiam homines, & hæredes beatitudinis. *Hunc Pater signavit*, cuius in sigilatione patrocinium mediatoris altè præmisit; quùm præ malitia, vel vitiatà origine, natura humana defecit à Conditore: etenim per illum filium dilectum, desuper filium signatum; in genere humano numerus visus filiorum.

Ioan. 6. 27.

Tota eius gloria, hominibus gratia.

7 Quanta de hominibus sollicitudo Virginis! Ostenditur curà matris, & flammà amoris. Propensè incumbit, ut obliti humanæ degeneris conditionis, sint filij Patris cœlestis: etenim per eius precum energiam, gratia cœlestis illustrabit naturam. Per Virginem? Utique: habet etiam ut Regina potestatem. *In eius sinum omnes Thesauros suos absque mensura transfudit*: subdit Bernard. num. 2. in *Deipar. panegyr.* Verùm quomodò? Pende præfatum testimonium, & scrutare. *Ut sitis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* In cœlis est Pater noster; Virgoque satagit, quòd sint homines in cœlis, ubi Pater. At videntur implicare verba in huiusmodi clausula: igitur supponit quod abnuit, & simul inficiatur quod supponit. Si solicitudo Virginis; ut filij Patris cœlestis homines in terra sint; ergo non sunt. Si non sunt, qua ratione præmittitur, *Pater vester*? Non enim pater esse valet, ubi filios relatio ad respectum non supponit. Notatur gratia in protectione Mariæ, ad obsequium frequens conditionis humanæ, & quomodo Numini grata; traditis illi charismatum thesauris absque mensura. Homines Dei (naturà) non filij, sed adoptione; quam habere non possunt, quoties à gratia recedunt. Filij siccine non sunt: & excitantur à Virgine, dicente; *quod sunt, & sint*; quia

Bernar.

Ubi sup

Virginis solicitudo, homi num curæ filiorum conciliatio.

facit eius potentia, quod filij sint, qui non sunt: etenim per Virginem nanciscuntur adoptionem, quam possidere ad cœlestia non valebant per originem. Filium, mundi Salvatorem, in pignus maternitatis possedit. Hunc ex utero, quæ Mater-Virgo signavit: sed quorsùm? Ut eluceret in homines amoris decus, illos respiciente ut filios, & elargiente intercessionis thesauros: quandoquidem filios innumerabiles possidet Virgo per gratiam, cùm unicum genuerit solummodò per naturam.

Nonn. *Tu enim virginitatem amans,*
Paris novos filios.

Dixit aliò Nonnus, 48. *Dionysiac.* v. 835. Novos, & noviter. Novos, quippe non naturales: noviter quia quos non prodidit uterus, genuerunt viscera amoris.

8 Virginitas dicitur sterilis, in cuius signum objicitur ignis: unde Ovidius, 6. *Fastor.* v. 283. ut vidimus Didasc. 6. n. 2. accinit:

Ovid. *Iurè igitur virgo est, quæ semina nulla remittit:*
Nataque de flamma corpora nulla vides.

Modò proclivè delicabitur testimonium Isaiæ. Dicit ergo sterili Ierusalem, idest virgini (qua de causa ipsa, *Ego sterilis & non pariens*: v. 21.) *Leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt: venerunt tibi*:::. *Adhuc dicent: Filij sterilitatis tuæ.* In te fœcunda virginitas, & castæ generationis singularis pulchra claritas; igitur vel tu dices: *Istos quis enutrivit? & isti ubi erant? Dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos?* Speculum exponitur in Mariam fœcundæ virginitatis, & novæ per amorem generationis. Filium habuit non sterilis Virgo: unde ergo illi modò multitudo filiorum? Unum concepit, unum peperit. Alios quis illi genuit? quis enutrivit? Sunt filij virginitatis eius, quos non continuit uterus, sed genuit pectus. Non erant, quousque filium suum primogenitum concepit: & modò mater novos noviter innumerabiles videt; quoniam (si à gratia in dona cœlestia acceptio, & nova ex generatione generatio) solicita ut mater, viso crimine noxæ; in filiationem novam restituit Numinis gratiæ. Vidit non suos, à lege devios, à gratia remotos, & concupivit ut suos: sine amicitia cum Deo, fieri nequibat adoptio, ex qua in filios generatio: amor ducebat, quippe genus humanum uti mater deperibat: & qui non filij sterilitate generis, sunt filij & innumerabiles; etenim potenti intercessione Virgo uti mater obtinuit, quòd non filijs in filios gratiam Salvator conferret, accipientibus per illam beneficium libertatis, è servitute tyrrannicà dirà dæmonis. Ad rem intentus aliò qui supr. 2. de *Ante*, v. 289.

Isai. 49. 18.

A vers. 21.

Homines filios amore concepit, quia gratiæ restituit.

Libertas alicui fuerit promissa tuorum
Hanc tamen à domina fac petat illa tuâ. Ovid.

9 Ulteriùs: *Isti* (dicit cor Virginis) *ubi erant*? Sub potestate diaboli, qui ut canit Claudianus, 1. in *Rufin.* v. 304.

Corruptos Stygiâ pestem desudat in omnes,
Et avidus prædo iam non per singula sævit. Claudia

Ibi erant miseri, sub truculenta hostili captivitate: sed *isti venerunt tibi*, qui est refugium peccatorum, cuius uti in matre vel non filij, ut filij sint, nanciscuntur patrocinium: & cùm nemo recurrat anxiè afflictus ad Mariam, in cuius vultu non inveniat matris gratiam; per levem pectoris gemitum, de potestate eripiuntur tenebrarum. *Venerunt tibi.* Ni venerint, peribunt. Felices, quia venerunt, & tibi venerunt: equidem viscetibus matris à te suscipiuntur, & potenter à pressuris in solatia liberantur. *Virgo*, *sicut est omnium Regina* (ait Idiota, de *Contemplat. Virgin.*) *sic etiam omnium advocata & patrona est; & cura illi est de omnibus. Nemo est, qui se abscondat à calore eius, ideſt, dilectione & charitate.* Filios fovet, non filios trahit, illorum hostem premit, mille nocendi artes impedit: & ita protegit mater, ut homo ab hoste sit liber; quod nullo modò à certamine recedat, donec inimicum in gratiam hominis vincat. Pingit Claudian. ibid. à v. 297.

Refugium est peccatorum pœnitentia. Ibid.

Idiot.

Certamen sublime diù, sed moribus impar;
Virtutum scelerumque fuit. Iugulare minatur: Claudia

Tu prohibes. Ditem spoliat: tu reddis egenti.
Eruit: instauras. Accendit prælia: vincis.

10 Fax elucet, ut originem intueamur amoris Virginis, in tenebras obscurissimæ auctoritatis. *Quid alius est Virginis uterus, quàm misericordiarum thesaurus*? Ita Richard. à S. Laurent. de *Laudib. Virgin.* lib. 4. Quorsùm ut astruatur miserationum thesaurus, signatur Virginis uterus? Signetur eius cor, signetur pectus. Idem est. Uterus destinatur in prolem: cor in pietatem: & dum Virgo ostenditur ut misericors, matris describitur uterus; quippe in anxietates atque pressuras hominis, nonnumquam Virgo beata ostendit viscera matris. Leva Virgo benedi-

Richar

Ex gratia constant in Virgine matris ubera.

cta in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati venerunt tibi. Ad illos tuos misericordes oculos suavitate converte: igitur tui erunt, si venerunt tibi: quandoquidem qui tui sunt (vel tui volunt esse, relicto crimine) ita amplectitur dulcedine pectus; quòd dirigas gratiâ & diligas uti filios.

11 Infelices, qui matrem cognoscentes, recedunt à matre. Isti venerunt, verùm non venerunt tibi: siquidem tibi non venit, qui virtutem tuam non sequitur, & agnoscit. Isti ubi erant? Ubi peribant. Venerunt tibi, verùm foto scelere: & tibi non venerunt, quando tibi appropinquabant; quoniam venientes remanserant unde venerant. Appropinquaverunt & steterunt. Non te propter te, sed propter se fatuè desideratunt, quasi vitiorum esses patrocinium: peccatorum, non peccantium, pœnitentium: & tibi non venerunt, qui congregati sunt tibi; igitur non tam cupiebant, arceri per te afflictones, quàm quòd protegeres illorum iniquitates. *Efferebatur filius unicus matris suæ.* Ut quid *Suæ*, si filius refertur matri. Ut elucèat relatio mutua, si à Virgine piæ matris petitur gratia: equidem etsi filius matris sit amoris scopus; non mater, ubi non filius. Potens est, & impotentem audax flagitijs efformat, dum matrem veneratur, & filium fauciat: nec benè velle potest, aut in gratiam extendere manus; si viderit filij vulnus. Filiorum propria sunt erga matrem obsequia, minimè plaga: & verbo tenus devotis patet infernus, quippe declinant in obligationibus. Aliter contingit, si matri filius, uti filius respondet. Maria filiorum non potest non esse mater.

In illa non matris munus, quàdo non filius, devotus. Luc. 7. 12.

12 Hanc in cruce pendens vidit Iesus, cuius aspectu plusquàm vulneribus, transfixum nobile cor: conversusque ad illam, ne relinqueret matrem inhonoratam, visoque Ioanne dilecto, in quo florebat cum fide redamationis spes; dixit Matri suæ: *Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.* Quare igitur priùs matri designat filium, quam filio matrem? In indicem vanæ aliquorum fiduciæ, ex futili nominali devotione; ex qua offendentes criminibus Salvatorem, Virginem invocant matrem. Debet profectò Virgini-Matri devotus, sese gerere uti filius: & filium matri Salvator signat, dum illi matrem Virginem nominat; quippe tantæ venerandæ matri matris sanè non est honos, si inter filios vocales non fuerit filius. Filiatio hæccine non constat vocibus, sed operibus. Haud cohærent vita prava, & summa celebris Virginis innocentia, nec in iusta professione vitiorum atque virtutum certamina; cùm vita Virginis detur in filiorum æmulationem: signaturque filius, priusquàm in ligno pendens nominet matrem; quippe mater illa clarissima non est mater, si à vita matris filius invenitur pravè degener. Econtrà filio accidit, qui corde, & opere filiationi respondet. Si filius, statim materni amoris in Virgine inveniet pectus: & dum filius Ioannes nominatur, in matrem Virgo proponitur; quia ita prompta in illa gratia, ut occurrant matris viscera. Non est distantia inter matris auxilium, ac filiorum respectum. Est filius? En matris munus & manus. Non degener? *Ecce mater*: etenim prævenit afflictionem matris protectio, antequàm veniat afflictio. Christus tunc illi filium designat, quippe per filios honorat: est enim honor matris, filios non habere degeneres. Tribuit huiusmodi honorem, *matrem filiorum lætantem*, & non filios fastidientem, quorum cor longè, & solùm voces in laude; quia tantùm voces, & nequaquàm obsequia, quæ dilectionis cogitata studia: etenim hi in matre dumtaxàt ad angustias vident mulierem; dum qui filij uti filij statim inveniunt matrem. Quia protrahitur Didascalia, cætera promissa videnda, *Taut.* 8. *D.* 3. Ne tristeris, si venerit afflictio; quippe in Virgine protectio. Recedet cordolium, ubi eius occurrerit patrocinium. Dic Numini ex corde: *Ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ*: igitur Virginis profectò filius, qui Dei exteterit servus. Prompta est gratia. *Ecce mater tua.* En matris favor & honor.

Filiorū, non potest non esse mater.

Prompta illius gratia.

Ps. 112. 9.

Non eius filius, qui Dei non servus.

Ps. 115. 16. Plaut. *Cistellar.* Act. 3. s. 13.

O salute mea salus salubrior.

Ioan. 19 à 26.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

QUEM VISURUS SUM EGO IPSE, ET OCULI mei conſpecturi ſunt, & non alius. Job 19. verſ. 27.

EXPOSITIO LITTERÆ.

MULTÆ tribulationes iuſtorum, ſed de omnibus liberabit eos Dominus; ut conſolationes ingerant gaudia menti, ſecundum multitudinem dolorum in corde de corpore. Nec mors in morte, quia evaneſcit corruptibile.

Camer. *Securè moritur, qui ſcit ſe morte renaſci:*
Non ea mors dici, ſed nova vita poteſt.

Sic in Collectan. ad Pier. Valer. & Camer. *Centur.* 3. *Emblem.* 100. *Deſinunt iſta, non pereunt* (inquit Senec. *Epiſt.* 36.) *& mors, quam pertimeſcimus, ac recuſamus, intermittit vitam, non eripit. Veniet iterùm, qui nos in lucem reponat dies.*

Senec.

Vigil. Horat. ——— *Quæ lucis miſeris tam dira cupido!*
At bona pars hominum decepta cupidine falſo.

Non ita Iobus: ſpe ſuperiore plenus (etſi omninò conſumptus, vivumque cadaver, exeſis carnibus, lacera pelle manante ſanie, cui à planta pedis uſque ad verticem ulcus) fovet ac ſervat totum gaudium intra pectus: igitur quò præcedit gloria capitis, eò ſpes vocatur & corporis. *Etſi derelicta ſint tantummodò labia circa dentes meos, rursùm circundabor pelle meâ, & in carne meâ videbo Deum meum.* Iam in carne non miſeriæ, ſi Deus videtur in carne. *Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo*: etenim ſi *Redemptor meus vivit, in noviſsimo die de terra ſurrecturus ſum: quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.* En materia Tautologiæ; nec facile, in epitomen redigere quæ dicta erga præſens argumentum. Utar ergo verbis Valerij Maximi in *Prolog.* Memorabil. *Dicta* (inſit) *memoratu digna, quæ apud alios latiùs diffuſa ſunt, quàm ut brevius cognoſci poſsint, ab illuſtribus AA. deligere conſtitui; ut documenta ſumere volentibus, longæ inquiſitionis labor abſit.*

Iob 19. á 20.

In carne nõ miſeriæ, ſi Deus videtur in carne

Valer. Max

7 Reſurrectionem mortuorum, tamquàm quid novi mirati ſunt Athenienſes, audientes Paulum. Unde diſſerentibus cum eo Stoicis & Epicureis Philoſophis, poſtquam ſeminiverbium, nugipolyloquidem, bambalionem, bombalobombacem dixerunt, ſequentes quæ buccis crepantibus tradiderant, ſtulti facti in cogitationibus ſuis, vel Platonis honor, Zenonis vigor, Ariſtotelis tenor, Epicuri ſtupor, Heracliti mœror, aut Empedoclis furor (ut verbis utar Tertulliani, de *Anima*, cap. 3.) curioſitate ducti, ac ducentes in Areöpagum, dixerunt: *Poſſumus ſcire quæ eſt hæc nova, quæ à te dicitur doctrina? Nova enim quædam infers auribus noſtris: volumus ergo ſcire quidnam velint hæc eſſe.* Incredibile fuit Priſcis reſurrectionis myſterium: quare Auguſtin. 22. *Civ.* cap. 5. infit: *Hoc incredibile aliquando: ecce iam credit mundus. Si rem credibilem crediderunt; videant, quàm ſint ſtolidi, qui non credunt. Si autem res incredibilis credita eſt; etiam hoc utique incredibile eſt, ſic creditum eſſe quod incredibile. Hæc igitur duo incredibilia, reſurrectionem ſcilicèt noſtri corporis in æternum, & rem tam incredibilem mundum eſſe crediturum; idem Dominus antequàm vel unum horum fieret, ambo futura eſſe prædixit. Unum duorum incredibilium iam factum eſſe videmus; ut quod erat incredibile crederet mundus. Cur id quod reliquum eſt, deſperatur, ut etiam hoc veniat, quod incredibile credidit mundus?* Stoici qui cum Paulo diſſerebant, ex Zenone aiebant cuncta peritura per mortem: imò ipſam mortem morituram extremò, cùm Dij omnes pervenirent in finem, excepto Iove immortali, in ſe converſuro cuncta Numina

Actor. 17. à 19.

Apud Ethnicos delirium reſurrectionis myſterium.

mor-

mortua. Plutarch. de *Defect. oraculor.* Ovid. ad *Pison.* v. 196. *Perituru perdidit hoc stem:* & Senec. in *Hercul. Oetæo*, à v. 1110.

Cœli regia concidet,
Certos atque ebitus trahet
Atque omnes pariter Deos Senec.
Perdet mors aliqua, & chaos:
Et mors fata noviſsima
In ſe conſtituet ſibi.

Nonnulli ut Philolaus Pythagoricus homines etiam aſſerit convertendos in Iovem, converſis corporibus in pulverem; quia anima ut portio Deitatis in ſuam originem revertetur. Refutavimus *Tom.* 1. *T.* 4. *n.* 19. Phocilides in *Parænetic.* v. 138. Phocylid.

Nulla lues animas defuncto corpore tangit:
Spiritus ille Dei eſt homini conceſſus imago:
Corpus terra dedit, verſi niſi pulvis in ipſam,
Nil ſumus: aſt animæ ſpiracula ſuſcipit æther.

3 Qui negant animæ immortalitatem, à fortiori inficiari debent reſurrectionem: at mirum, ita homines aberrare; ut dicerent ſemel animas mori, poſteà reſurrecturas, nec amplius morituras. Adi Auguſtin. *Hæreſ.* 83. Damaſcen. lib. de *Hæreſib. Netopſychitar.* etſi Euſeb. *lib. 6. cap.* 13. huiuſmodi errorem tribuat Arabibus. Latè & eruditè confutat Delr. in Senec. *Troäd.* v. 374. Traditi ſunt in reprobum ſenſum. Quæ non viderant, non credebant, quaſi quod futurum præſens ad illorum libitum; vel quaſi naturali lumine cognoſcere poſſent opus ſupernaturale. Unde, cùm tota regula intelligendi ſit in carnalibus conſuetudo cernendi, Dei omnipotentiam negarunt in reſurrectionis functione. *Mortales Deum* (ait Plin. *lib. 2. cap. 7.*) *æternitate donare, aut revocare defunctos, non poſſe. Nec Deum quidem poſſe omnia.* Euripid. in *Alceſt.* v. 1075. *Ubi hoc fieri poteſt? Satis ſcio, impoſsibile eſſe, mortuos revocare ad vitam.* Lucan. 6. *Pharſal.* v. 768. & 823. Plin. *Dei omnipotentiam negarunt.*

Si tanti vixiſſe iterùm; nec verba, nec herbæ
Audebunt longæ ſomnum tibi ſolvere Lethes.
Carminibus magicis opus eſt, herbiſque, cadaver, Lucan.
Ut cadat, & nequeunt animam ſibi reddere fata,
Conſumpto iam iure ſemel.

Ita Porphirius & alij apud *Auguſtin.* d. cap. 25. Lucret. 3. de *Rer. natur.* à v. 943.

——— *Nec quiſquam expergitus exſtat,* Lucret.
Frigida quem ſemel eſt vita pauſa ſecuta.

4 Alij naturalem dixere reſurrectionem ex intervallo annorum, & certis temporum revolutionibus, quam *Palingeneſiam*, ſeu regenerationem (voce Biblicà) ſignant, de quibus Marc. Varr. de *Gent. popul. Rom.* Auguſtin. d. cap. 28. Quam quidem inſaniam ſuxerunt ex priſcis Ægyptiorum Myſtis. Unde Plutarch. de *Iſid. & Oſirid.* inquit: *Veniet autem tempus fatale, quo Arimanius, qui peſtem & famem inducit ab Oromaze intereät, & tollatur neceſſe ſit: & tunc cùm terra plana & æqua fuerit redditа, una vita, unaque reſpublica exiſtat hominum beatorum & unà utentium omnium lingua. Theopompus ait ex Magorum auctoritate, viciſsim ter mille annos alterum dominaturum, alterum fractum iri. Altera autem tria millia annorum, pugnaturus, bellaturos & everſuros mutuò alterum res alterius: ad poſtremum abiectum fore Ditem patrem; futuroſque homines felices, neque cibum deſideraturos, neque umbram facturos.* Alij naturalem dixere reſurrectionem. Plutarch.

Arabes alio modo reſurrectionem naturalem ſibi applaudentes de inventione ſomniarunt. Finxerunt in hominis corpore os quoddam *Albadaram* dictum, ex quo perenni nullaque vi umquàm abolendo, non igne, non ferro, non putredine corrumpendo, non carie reſolvendo, corpus humanum renaſcendum ariolantur. Huiuſmodi virtutem ad corpus reformandum attribuunt Cabaliſtæ Oſsi *Luz*, incognito nobis, ex quo ſoto, ſicut ex quolibet ſemine, vel oviculo bombycis tepeſcente, reviviſcit caro humana. Præclarum ratiocinium! Videſis Nicol. Nancel. *Analog. Micr. ad Macr.* lib. 13 *Probl.* 15. p. 2. Senec. *Epiſt.* 30. *Supervacuum eſt naturæ cauſam agere* (inquit) *quæ non aliam voluit legem noſtram eſſe, Quàm ſuam. Quicquid compoſuit, reſolvit: & quicquid reſolvit, componit iterùm.* Deus ſolummodò vivificabit mortalia corpora noſtra. *Rom.* 8. terraque iacebunt, donec immortalitatis calore foveäntur. Quare ſi aliqua quoad apparentiam vel ſpeciem reſurrectio naturaliter viſa; dumtaxàt quoad apparentiam præſti- *Os Albadaræ quid ad reſurrectionem? Etiam os Luz.* Senec.

ſtigijs dœmonis;naturali deliquio (à Medicis *Lipothymia*) ſyncopè,aut epilepſiâ quaſi corpore mortuo (ut dicitur de Subtili Doctore,& Imperatore Zenone) & remiſſo ſymptomate , explicita in corpore non extincta , ſed oppreſſa vitalitas. De his plura apud Delr. *Diſquiſit. Magic.* lib. 2. quæſt. 27. & Paul. Zachiam,Tom.1.*Medico-leg.qq.* Titul. 4. q. 11.

5 Hæretici Chiliaſtæ,ſeu Millenarij duplicem carnis reſurrectionem aſsignant,primam quam orthodoxi fatemur , poſt quam Chriſti regnum ; ſed nequaquàm præut illi delirant: ita ut per mille annos multitudini infinitæ hominum,illo ævo natorum,dominentur uti præſides , qui ex inferno ſuſcitati exierunt in prima reſurrectione, cum diabolo è vinculis ſoluto : at cùm completi fuerint illi mille anni , renovabitur mundus à Deo ,& cœlum complicabitur , terra mutabitur , & transformabit Deus homines in ſimilitudinem Angelorum, & erunt candidi ſicut nix,& verſabuntur ſemper in conſpectu Omnipotentis , pòſt iudicium terribilius primo , ac iteratam reſurrectionem carnis , iuſtis in æternum ad cœlum aſſumptis,& improbis cum diabolo flammæ æternæ mancipatis. Vetus error abeat. Ex profeſſo refutabimus , *Tom. ſeq. T. 9. à num. 36.*

Somnium Chiliaſtarum de duplici reſurrectione.

6 Reſurrectionem fatentur Pythagorici,quæ nequaquam reſurrectio eſt,cùm ſignetur tantùm animarum ex hoc corpus in illud iuxta conditionem morum,queis ſtudium, vivente anima in primo corpore.

Ovid.

Morte carent animæ , ſemperque priore relictà
Sede , novis domibus vivunt , habitantque recepta.

Tranſmigratio Pythagorica.

Ut idem apud Ovid. 15.*Metam.*fab.3.ſomniat.Nancell.quò dudùm *lib.*7.p.2.Noſque Metempſychoſen impugnavimus,*Tom.*1.*T.*4.*n.*44.*&* *Tom.*5.*T.*5.*à n.*2.Plato ſæpe errorem prompſit , quem Virgilius Æneidi in delectamen inſeruit.

Virgil.

O Pater! Anne aliquas ad cœlum hinc ire putandum eſt
Sublimes animas , iterùmque ad tarda reverti
Corpora? Quæ lucis miſeris tam dira cupido?
Has omnes , ubi mille rotam volvêre per annos
Lethæum ad fluvium , Deus evocat agmine magno:
Scilicèt immemores ſupera ut convexa reviſant
Rurſus & incipiant in corpora velle reverti.

Ita lib.6. à v.719. Nugæ: non eſt reſurrectio, quia in alia corpora;& animæ ſolius nequit eſſe reſurrectio , quia immortalis : igitur vera reſurrectio ex eadem ſur gentis forma & materia. Metaphoricè dicitur ſolius animæ reſurrectio. Quo ſenſu Paulus peccatori dicit : Epheſ. 5. 14. *Surge qui dormis , & exurge à mortuis , & illuminabit te Chriſtus.* Surgit homo de morte peccati ad vitam gratiæ, quæ reſurrectio vera non eſt; tùm quia non reparatur eodem numero gratia , quæ deſijt per crimen: cùm quia idem homo ſimpliciter permanet , & tantùm ſecundum accidentia mutatur , & dicitur ſurgere , quia in meliorem ſtatum reſtituitur. Hinc *Chriſtus* (ait Auguſtin. d. 20. *cap.6.* dicit : *Amen amen dico vobis , quia venit hora & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei , & qui audierint vivent. Nondùm de ſecunda reſurrectione loquitur,quæ in fine futura eſt; ſed de prima,quæ nunc eſt: hanc quippe ut diſtingueret,ait:Venit hora & nunc eſt.* Graphicè de *Tempor.*ſerm.128.*Reſurrectio ſine morte.* Fides olim , quæ vita (quoniam qui credit , vivet) depoſita inter Iudæos. Extincta fuit obduratione ac cæcitate cordium : ſubditque Doctor Gentium, Rom. 11.15. *Si enim amiſsio eorum,reconciliatio eſt mundi* (ideſt, Gentilium) *quæ aſſumptio,niſi vita ex mortuis?* Claret ergo quo ſenſu animarum dicatur reſurrectio.

Quæ dicatur animarum reſurrectio?

Auguſt.

7 Reſurrectionem corporum multi Ethnicorum aſtruunt. Theopompus 8. *Philippicor.* dicit,*revicturos homines iuxta Magorum ſententiam , immortaleſque futuros.* Idem Diogen. Laërt. in Proœm. de *Vit. Philoſoph.* Plato, in *Phœdone*,& lib.10.de *Republ.* Ariſtoteles, obſcuritate qua ſolet,2. de *ortu & interit.* cap. ult. Chryſipp. Stoic. *Dialog.* 1. infit: *Ad opus pietatis ſervatur corpus fragile : non fruſtrà ſperamus è terra in lucem regredi.* Credidit Democritus, quem ridet Plin. *lib.*7.*cap.*55. *Quæ deinde ſedes* (ait) *quantàve multitudo animarum, velut umbrarum? Puerilium iſta velut deliramentorum , avidæque numquàm deſinere mortalitatis commenta ſunt. Similis & de aſſervandis corporibus ac reviviſcendi promiſſa Democrito vanitas , qui non revixit ipſe. Quæ iſta dementia eſt , iterari vitam morte?* Miſſa facienda quæ de multis in vitam revocatis finxere Poëtæ , uti de Hippolyto Virgil. 7. *Æneid.*à v.765.Ovid.d.*fab.*45.de Alceſti , Claudian. de *Bell. Getic.* à v.438. & Euripid. in *Alceſt.* de Glauco , Palæphat.

Theopòp. *Univerſalis reſurrectio à nonnullis Ethnicis credita.*

Plin.

cap.

cap. 27. ac de alijs Plin. *lib.* 7. *cap.* 52. Celsus lib. 2. cap. 6. & Reyes-Franco in *Elyſ.* quæſt. 79. Valer. Flaccus, lib. 3. *Argonaut.* v. 301. haud ſub fabula, accinit:

——*Patet illis ianua lethi*
Atque iterùm remeare licet. Valer. Flac.

8 In Phœnice nonnulli pro eventu ſanè futuro obumbrant huiuſmodi myſterium. Unde Tertullian. de *Reſurrection. Carnis*, cap. 13. *Multis paſſeribus attiſtare nos Dominus pronunciavit: ſi non & phœnicibus, nihil magnum. Sed homines ſemel interibunt, avibus Arabiæ de reſurrectione ſecuris?* Idem videris apud Pinicell. *Mund. Symbol.* lib. 4. n. 56. Pier. Valer. *lib.* 20. à *cap.* 1. Alapid. in *Malach.* 4. 2. ubi dicit Solem eſſe phœnicem. Sedul. *lib.* 4. à. 288. Clement. Rom. 5. *Conſtitution.* cap. 8. Hoc enim ſymbolo (uti videſis apud Hemelar. in *Numiſm.* Tab. 55.) capite radatio, orbe ſtellato ſedente phœnice, reſurrectio aſtruitur, quaſi ſuper ſidera in immortalitatem futura mortalitas. Cauſsin. *lib.* 6. *Parab.* 37. Barliathi volucri reſurrectionem confert, quæ ex carie abietis plumeſcit in avem: *lib.* 8. *cap.* 11. Alphoræ vermi, converſo in piſcem, qui erosâ carne reviviſcit: tuncque illi accedit longævitas, cùm anteà breviſsimæ eſſet vitæ. Totum arbitror ſymbolicum, vel fictum in argumentum. Bornitius *Emblem.* 49. obumbrat arcanum in hydrargiro, ſive argento vivo: quod quidem in priſtinum ſtatum revertitur, etſi in atomos pluveſcere videatur. Addit in comprobationem vitrum, & accinit: Tertul. *Symbola reſurrectionis.*

Ex cinere illuſtre eſt vitrum, vi flantis & ignis:
Corpora quidni olim ſplendida noſtra forent? Bornit.

Aptiùs Levin. Lemnius, 1. de *Miracul. nat.* cap. 14. in perpolito ſpeculo, ac eclipſe luminarium, ſicuti in homine moribundo revaleſcente: *Ut enim artifex opus fuſile confractum atque imminutum ex eadem materia reſtaurat, formamque inducit præſtantiorem; ita Deus corpus in terram reſolutum, ſuo tempore revocabit in vitam, eadem quidem qua fuit ſpecie; ſed omni labe, omnique terrenâ concretione ſublata.* Dracont. de *Oper. ſex. dier.* à v. 378. Levin. Lemn.

Mortua pars hominis, quoties pars una iacebat
Funera viva gerens vivax in morte cadaver,
Ac ſine morte tamen vitali morte peremptâ
Et rediviva ſalus reduci per membra vapore. Dracont.

9 *Minus eſt aliquid ex aliquo facere, quàm omnia ex nihilo feciſſe. Ipſa nobis elementa, ipſæ rerum ſpecies reſurrectionis imaginem prædicant. Sol enim quotidiè noſtris oculis moritur, quotidiè reſurgit. Stellæ matutinis horis nobis occidunt, veſperi reſurgunt. Arbuſta æſtivis temporibus plena folijs & frugibus videmus, quæ hyëmali tempore nuda floribus, folijs ac fructibus & quaſi arida remanent; ſed vernali Sole redeunte, cum à radice humor ſurrexerit, ſuo iterùm decore veſtiuntur. Cur ergo de hominibus diffiditur, quod fieri in lignis videtur? Sed ſæpe in pulverem putreſcentes carnes aſpiciunt & dicunt: Unde oſſa & medullæ? Unde caro & capilli poterunt in reſurrectione reparari? Hæc itaque requirentes, parva ſemina ingentium arborum videant: atque ſi poſſunt dicant, ubi in eis latet tanta moles roboris, tanta diverſitas ramorum, tanta multitudo & foliorum viriditas, tanta ſpecies florum, tanta ubertas, ſapor atque odor fructuum. Numquidnam ſemina arborum odorem vel ſaporem habent, quem ipſæ poſt arbores in ſuis fructibus proferunt? Si ergo ex ſemine arborum, quod videri non poteſt, produci poteſt; cur de pulvere carnis humanæ diffiditur, quia ex eo reparari forma valeat, quæ non videtur? Sæpe autem obijcere inanem quæſtiunculam ſolent, qua dicunt; carnem hominis lupus comedit, lupum leo, leo moriens ad pulverem redit: cùm pulvis ille ſuſcitatur, quomodò caro hominis à lupi & leonis carne dividitur? Quibus quid reſpondere aliud debemus, niſi priùs cogitent, qualiter in hoc mundo venerint, & tunc invenient qualiter reſurgant. Dic rogo, ſi noſti qualiter ille humor ſeminis in oſſibus duruit, qualiter in medullis liquidus remanſit, qualiter in nervis ſolidatus eſt, qualiter in carne crevit, qualiter in cute extenſus eſt, qualiter in capillis atque unguibus diſtinctus, ita ut capilli molliores carnibus & ungues eſſent teneriores oſſibus, carnibus duriores. Si igitur tot & tanta ex uno ſemine per ſpecies diſtincta ſunt, & tamen in forma remanent coniuncta; quid mirum ſi poſsit Omnipotens Deus in illa reſurrectione mortuorum, carnem hominis diſtinguere à carne brutorum; ut unus idemque pulvis, & non ſurgat in quantum pulvis lupi, & ſurgat in quantum pulvis eſt hominis? Vide qualiter ad vitam veniſti, & nequaquam dubites ad vitam qua-* Greg. Mag.

liter

liter redeas, &c. Hactenus Gregor. Magn. Hom. 20. in *Ezech.* & in *Iob*, lib. 14. à cap. 28.

10 Isthoc testimonium astruxi, quoniam amplectitur quicquid priores & posteriores Gregorio nixere, ferè eisdem terminis ac eisdem symbolis, ut videri licet in Tertullian. *Apolog.* cap. 48. & de *Iudic. Domin.* cap. 5. à v. 1. Decranor. d. à v. 355. Prudent. in *Simmach.* à v. 1005. Paulin. *Panegyr. de Cœlso*, à v. 227. Imò Seneca, *Epist.* 36. in fin. Quomodò ergo resurrectio fiet, quando, quo ordine, formâ ac figurâ; quæ non ad arcani entitatem, sed ad curiositatem spectat, tanti interest scire; videsis Augustin. lib. 22. *Civ.* à cap. 13. Levin. Lemn. & Nancell. quo supr. nervoseque dissentem Eximium Doctor. in 3. p. *D. Thom.* disput. 44. à sect. 2. His ergo præmissis perspicuior fiet expositio Tautologiæ. Ad resurrectionem, intercessisse mortem omninò necessarium: etenim oboriri non potest, nisi mors præcedat. Ita PP. & singulariter Athanasius, de *Incarnat. Verbi Dei.* Hinc Græcè *Anastasis* dicitur resurrectio à *Stasis*, idest statu; & *Ana*, rursùs vel denuò; quasi eiusdem regeneratio, uti dicitur, *Matth.* 19. 20. quo loco Hieronym. *Quando mortui de corruptione resurgent incorrupti.* Astruit Paulus, 1. Cor. 15. 36. *Quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur.* Ita enim scitur, *quomodò resurgunt mortui, qualive corpore venient* Idem Ioan. 12. 24. *Surgit homo qui moritur, ne moriendo desperemus, & vitam nostram in morte finitam putaremus.* Augustin. de *Tempor.* serm. 175. Eadem Hilar. in *Matth.* Can. 20. Bernard. Serm. 75. in *Cantic.* & Gregor. d. in *Iob*, cap. 38. ubi; *Nec rectè resurrectio dici potest, ubi non resurgit, quod cecidit.* Hinc non tautologicè dicitur ab Assertore N. *Mortuos suscitate.* Aliò tendit, dum exprimit suppositum necessarium tàm quoad veram corporum, quàm quoad metaphoricam animarum resurrectionem. Idiotismo Hebræo, & etiam Hellenismo connotatur sæpe suppositum; ut illud *Matth.* 8. 22. *Dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Homer. 7. *Iliad.* v. 409. *Ex cadaveribus mortuis*, Sophocl. in *Antigon.* v. 916. *Ad sepulchra mortuorum*: denique Plutarch. in *Numa*, infit: *Curatum, ut sepeliretur mortuus.*

Ad resurrectionem necessaria mors.

Hieronym

Matth. 10. 8.

Ex primitur suppositum necessarium.

11 In statu originalis iustitiæ transferentur homines sine morte in meliora, quoniam custodita iustitia, ut observat Augustin. *Enchir.* cap. 25. superveștiti beatitudine è paradisi felicitate. Modò autem mors interceșșura, quia per peccatum mors. Natura propter amarum mortis articulum, renuit spoliari, & cupit superveștiri. 2. *Cor.* 5. 4. Ingemiscit, habitationem, quæ de cœlo est, superindui cupiens, sed non valens; quia non in altiora surgit, sed de pulvere resurgit, & resurrectio ut est vitæ restitutio, fit suppositâ morte destructiva primæ vitæ. *Resurgere non poterat* (inquit Ambros. de *Fid. Resurrection.*) *quod mortuum non erat: ut dum moritur quod solet; quod mortuum fuerat hoc resurgeret.* Resurrectio enim fit per novam introductionem eiusdem animæ rationalis in idem corpus, ita ut idem homo substantialiter non distinguatur à se præut erat antequàm moreretur. Sic ergo dicitur: *Ex resurrectione mortuorum. Resurgens ex mortuis: Ad resurrectionem quæ est ex mortuis*: tùm quia necessaria mors in resurrectionem; tùm quia non resurrectio, nisi in utroque extremo idem sit homo. Unde de Christo dicitur: *Surrexit Dominus verè.* Non est sermo de corpore glorioso de quo infr. n. 16. sed de resurrectione vera: veraque resurrectio ex reunione eiusdem animæ & corporis. Ita resurrectio solius hominis est: quæ autem brutorum non est vera resurrectio, si fiat; sed in eadem materia alterius formæ productio; siquidem forma simul corrumpitur cum materia. Resurrectio cùm sit eiusdem numero animalis, nullum præter hominem resurgere valet; quia ita propriam formam à corpore segregatam habet, ut per se immortalis existat: cætera verò animalia ita corpori habent annexam, ut nequeat sine illo subsistere: quapropter evanescit corruptâ materiâ, quasi numquàm fuerit in rerum natura. Adi Suar. d. Delr. d. *quæst.* 21. *sect.* 2. *lib.* 2. & Paul. Zach. quo supr. à n. 14. Unde Tertullian. *Apolog.* cap. 48. ait: *Quis bestiam reformari vidit?*

Ambros. *Quid propriè resurrectio?*

Rom. 1. 4. 6. 9. Philip. 3. 11. Luc. 24. 34

Tantùm potest homo resurgere.

Tertull.

12 Ast inquiritur, cur exprimitur à Paulo ex mortuis resurrectio; si quod non mortuum resurgere nequit? Plures asserunt, non omnes morituros, quia Christus iudicaturus est vivos & mortuos: quasi cùm iudex advenerit, qui electi, sine morte in immortalitatem transituri; ita ut raptu in cœlum appareant sicut surgentes, glorioși. Ita Chrysostom. *Homil.* 41. *in* 1. *Cor.* Epiph. *Hæres.* 64. Hieronym. ad Marcellam *quæst.* 3. Tertullian. 5. *Adverș. Marcion.* cap. 10. & de *Resurrect. carn.* cap. 42. & Caietan. 1. ad *Thessal.* 4. 16. & 1. Cor. 15. 51. ubi: *Ecce mysterium vobis dico. Verè hoc est magnum mysterium* (subdit) *quod aliqui electorum absque morte intercedenti assequentur*

Caietan.

im-

immutationes omnes has, *incorruptibilitatis*, *gloriæ*, *potentiæ*, &c. Non temeritatis damnanda temerè huiusmodi sententia, ut fulminat Sotus in 4. *distinct.* 43. *quæst.* 2. *art.* 4. saltem propter venerationem AA. facilius, dicere, tunc rudi sæculo non omnia revelata (quamvis non excipiatur Caietanus) maximè dum fulti PP. apparenti Pauli testimonio, dicentis: *Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur*: & ad Thess. cit. v. 17. *Deinde nos qui vivimus* (sub persona iustorum illius temporis) *simul rapiemur*. Displicet sanè sententia, quia quæ abolita à Caietano exhumata: in quam textus pro contraria, sensui vero astipulatur. *Omnes* (inquit) *resurgemus*. Si resurrectio vera (uti pluribus testimonijs probavimus) sine morte non datur; qui resurrectionem dicit, mortem supponit. Ita alibi: *Statutum est hominibus semel mori* (Hebr. 9. 27.) *post hoc autem iudicium*: potissimè in sententiam asserentium ante iudicium universi ecpyrosim, seu conflagrationem; de quo Suar. d. *disput.* 57. *sect.* 1. *Quis est homo qui vivet, & non videbit mortem*? Psalm. 88. 49. *In omnes homines mors pertransijt*. Rom. 5. 12. sic alia & obvia. Diceretur ne resurrectio, permanente Adamo in iustitia originali, si transferretur in omnes illas immutationes, incorruptibilitatis, gloriæ, potentiæ, dotiumque glorioſi corporis? Ludicrum omninò. Christus ergo iudicaturus est vivos & mortuos, iustos scilicèt & iniustos, decernens præmia & supplicia. Noverunt & Ethnici, ut observant Iunus de *Monarchia*, & Del. in *Troad.* Senec. ad v. 367.

An omnes in dicendi, moriturì

1. Cor. 15. 51.

Est semita iustorum & iniustorum.
Est apud inferos iudicium,
Quod faciat Deus omnium Dominus.

Sophocl. Palæm.

13 Cortex testimonij Pauli, haud enucleato sensu, impulit in voluntariam textus expositionem, & mentis lubricitatem: quandoquidem debebat cogitari in auctoritate Tò *Non omes immutabimur*: & *nos immutabimur*. Quomodò sine contradictione de se Paulus dicit immutari, & non immutari? Negotium mihi facessit illustre testimonium, ut sine contradictione perspicuè an genuinè delicetur; quod faciam: an rectè, iudicet doctus. PP. præfati arbitrantur in otroque loco Paulum agere de resurrectione, dum illam supponit, & tantùm de ordine resurrectionis differit: haudquaquam resurrectionis carnis absolutè, sed respectivè ad bonos: qua de causa ut constat ex v. 34. subdit: *Evigilatè iusti*: hoc est, gaudete: hæc vita laboriosa finietur, in felicem commutabitur: igitur *si in hac vita tantùm, in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*? v. 19. *Ad bestias pugnavi Ephes. quid mihi prodest, si mortui non resurgunt*? *Ut quid nos periclitamur omni hora*? à v. 30. Non crepera omnium resurrectio: supponit enim universæ carnis resurrectionem: & invitat laborantes spe gloriæ, ut permaneant absque ulla tergiversatione in semel suscepta fide: *In hac vita brevi & exigua agones essent & labores: in illa verò quæ æterna est, coronæ & præmia meritorum: ut labores quidem citò finirentur; meritorum ergo præmia sine fine durarent: ut post huius mundi tenebras visuri essent candidissimam lucem, & accepturi maiorem passionum cunctarum acerbitatibus beatitudinem*. Ita Vener. Bed. serm. 18. de *Sanctis*. Astipulatur Alapid. in otroque cit. loc. Pauli, ubi: *Non meminit hic Apostolus* (inquit) *resurrectionis impiorum & reproborum; sed tantum mortuorum in Christo: idest, in fide & gratia Christi. Fideles enim pios & bonos tantùm consolari vult hac spe resurrectionis*.

Ven. Bed.

Alapid.

14 Non de resurrectione, sed de huius dumtaxàt ordine agi à Paulo, liquet ex contextu. *Unusquisque* (dicit vers. 23.) *in suo ordine*: *primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, qui in adventu eius crediderunt*: *deinde finis*. Clariora sunt Sole, queis sine ulla contradictione exponitur: *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*: *mortui resurgent, & nos immutabimur*. Ex contextu supponere debemus, primùm Christum surrexisse, & cum illo plures alios, qui crediderunt, antequam veniret, in adventu eius. Catalogum illorum ex diversis AA. signat Alapid. in illud Matth. 27. à 52. *Multa corpora Sanctorum qui dormierant surrexerunt, & exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in sanctum civitatem, & apparuerunt multis*. Ordo ergo proponitur resurrectionis gloriosæ (suppositâ universali, quæ illotunc non ad rem, quippe improbis mors secunda, uti videbimus, n. 16.) in qua Christus primus, uti primogenitus mortuorum deinde qui in adventu eius Patres Antiqui crediderunt. Tunc Christus non resurget. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur: mors illi ultrà non dominabitur. Ergo dum Christus dicitur *Primitiæ dormientium*, post quem alij revocati in gloriosam vitam; non est intelligendum de resurrectione futura, sed de ordine in resurrectionem habito & habendo. Ordo igitur habitus in diversi-

1. Cor. 15. à 51.

tate temporum, fuit primùm reſurgente Chriſto, quem ſecuti ſunt in die reſurrectionis, qui crediderunt in adventu eius. Ordo verò habendus, quem videbimus in noviſsimo die in iuſtis reſurgentibus ad corporum gloriam. Clarent ergo Pauli teſtimonia. *Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui vivimus, qui reſidui ſumus, in adventum Domini non præveniemus eos, qui dormierunt.* Tametſi primitias ſpiritus habentes, non poſſumus illos in reſurrectione prævenire, qui iam ſurrexerunt cum Chriſto, & Deus adduxit cum eo: igitur *mortui qui in Chriſto ſunt* reſurrexerunt (futurum *reſurgent* pro præterito per Enalagem, de quo *Tom. 3. T. 1. n. 19.* & Iſai. 41. 3.) *primi*: *deinde nos qui vivimus* (& moriemur, tunc ſurgentes) *ſimul rapiemur cum illis obviam Chriſto in aëra.* Unde uniuſcuiuſque in ſuo ordine facta vel futura reſurrectio. *Omnes quidem* iuſti *reſurgemus*: alij cum Chriſto reſurgente: alij in noviſsimo die: quare *non omnes* tunc *immutabimur*, quia quos non poſſumus in reſurrectione prævenire, iam ſunt immutati ex quo in gloriam corporis ſurrexerunt. Tune *qui reſidui ſumus & mortui, ſurgemus*, & tunc *immutabimur*, & erit Deus omnia in omnibus, iuxta qualitatem meritorum; quia *alia claritas Solis, alia claritas Lunæ, & alia claritas ſtellarum: ſtella enim à ſtella differt claritate. Sic & reſurrectio mortuorum*: v. 41. Expreſsit perſpicuò Daniel. 12. 2. *Multi* de his qui *dormiunt in terra pulvere, evigilabunt*. Non dicit *Omnes*, ſed *Multi*; quippe non reſurgent, qui iam cum Chriſto ſurrexerunt. Omnes reſurgent, ſed non omnes in noviſsimo die, ſed multi tantùm, reſpectu illorum, qui reſurgente Chriſto, cum illo glorificati corpore & anima. *Omnes quidem* (ait Paulus) *reſurgemus*, quia non ſurreximus: ideo è pulvere evigilabimus, & erimus ex multis qui tunc evigilabunt. Cunctorum hominum abſolutè erit reſurrectio. *Omnes quidem reſurgemus, ſed* in illa *non omnes* gloriâ *immutabimur*: *mortui* in Chriſto *reſurgent*, & cum illis *nos immutabimur.* Quo quidem non ſolùm reſurrectio cunctorum, quæ ſupponitur, clara eſt: ſed etiam ſingularis reſurrectionis ordo. Sic pro meo captu, & meliora expecto, amplectendo volupe. Ergo in reliqua.

1. Theſſal. 4. 15. *Enallage, futurum pro præterito.*

15 Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem; quia neceſſarium ratione ſtatus æterni ad ſupplicia vel ad præmia. Ex hoc enim quòd ſtatus omnium erit æternus à parte pòſt; oportet corpus reddi æternum, induendo incorruptibilitatem & immortalitatem. Hoc commune bonis & malis. Reſurrectio eſt ad utroſque, ſed aliter & aliter; quia omnes reſurgent, ſed non omnes immutabuntur. Mutabuntur ſanè improbi, ſed ſecundum quid; non ſimpliciter uti iuſti ad ſtatum immortalitatis glorioſum: igitur mors peccatorum peſsima, de malis in mala, pœnnà immortali per reſurrectionem immortali corpore: in morte autem iuſtorum corpus ſeminatur in corruptione, ſed ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale: etenim ut ait Gregor. Magnus d. cap. 29. & 30. *Corpus noſtrum in ipſa reſurrectionis gloria erit corpus ſubtile per effectum ſpiritalis potentiæ; ſed palpabile per veritatem naturæ. Caro eadem per naturam, diverſa per gloriam: eadem per veritatem, diverſa per potentiam.* Hinc Græcè reſurrectio impiorum dicitur abſolutè *Anaſtaſis*: iuſtorum verò *Exanaſtaſis*, quaſi exſuſcitatio de morte ad gloriam, ad quam Paulus aſpirabat anhelans, configuratus morti Chriſti; *Si quomodò occurram ad reſurrectionem* (dicens) *quæ eſt ex mortuis.* Unde reſurrectio ſumitur pro gloria, eodem teſtificante: *Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.* Rom. 6. 5.

Diſcrimen reſurrectionis iuſtorum, & improborum

Greg. Mag

Philipp. 3. 11.

16 Ita ergo intelligitur Tò *Verè*, in Chriſti reſurrectione. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Haud quòd non verè ſurrexerint, quos Elias, Eliſeus & Chriſtus ante ſuam reſurrectionem revocavit à mortuis; ſed quia primus omnium gloriam accepit corporis, quin moreretur iterùm, qua de cauſa dicitur *Primitiæ dormientium* ut vidimus, & *Primogenitus mortuorum.* Coloſ. 1. 15. & Apocal. 1. 5. & uti canit Sibylla apud Auguſt. d. *lib.* 18. cap. 23.

Luc. 24. 34.

Sibyll.

Ab inferis regreſſus ad lucem lætam veniat,
Primus reſurrectionis principio revocatis oſtenſo.

Cur reſurrectio impiorum non dicitur reſurrectio. Pſal. 1. 5.

Eſt reſurrectio ad vitam, cuius gratia dicit Regius Pſaltes: *Et vivet anima veſtra:* Pſalm. 68. 33. Daniel. 12. 2. *Multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt. alij in vitam æternam, & alij in opprobrium.* Idem *Matth.* 25. 46. & *Ioann.* 5. 29. Reſurgent omnes, ſed quia pravi non in gloriam, quæ dicitur vera reſurrectio: *Non reſurgent impij in iudicio*; quippe tantùm in iudicium reſurgent, in opprobrium ſempiternum, mortem ſecundam, perpetuam interminabilem flammam. *Tibi reſurrectio*

ad

ad vitam non erit : dicitur peſsimo Antiocho , 2. Machab. 7. 14. Sicut enim viventis ærumnosè non vita , ſed viva mors dicitur ; ita qui in pœnam reſurgit , reſurrexiſſe negatur. Sic Auguſtin. *Epiſt.* 28. Surgit , ſed non verè ſurgit , quippe in peiora reſurrectione cadit. Dicit Plinius *lib.* 7. cap. 55. neſciens quid dicit. *Perdit profectò iſta dulcedo præcipuum naturæ bonum , mortem : ac duplicat obitus , ſi dolore etiam pòſt , futuri æſtimatione evenit.* Lucret. lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 1024. & 1094. Plin.

Proinde licèt quot vis vivendo condere ſæcla,
Mors æterna tamen nihilominùs illa manebit
Nec videt interea qui terminus eſſe malorum
Poſsit , nec quæ ſit pœnarum denique finis. Lucret.

17 Iam ergo in portum devenimus , ut eluceàt prælibatis Iobi auctoritas. Credit Redemptorem devictà morte victurum : & cùm eſſet eius reſurrectio cauſa noſtræ (ut ait Auguſt. loc. cit. D. Thom. 3. *p. q.* 56. *art.* 1. & ibi Suar. *diſput.* 50. ſect. 1.) ſuam prædicit , & glorioſam. Unus fuit illorum qui crediderunt in adventum eius : qua de cauſa cum Chriſto ſurrexiſſe dicimus è probatis AA. in *Ephemerid.* 10. Maij, n. 3. Unde complantatus ſimilitudini mortis eius , reſurrectionis fuit conſors , & ante tempus quo gloriam corporis expectabat; igitur ut phœnix refloruit, antequàm dies noviſsimus adveniret. Redemptor è morte ſurget, glorioſè vivet ; & cum illo è terra ſurgam , ac ſimul in gloriam. *Quem viſurus ſum ego ipſe , & oculi mei conſpecturi ſunt , & non alius.* Lepidè & ingeniosè Mellius Souſa hic. *Iobus cum Chriſto ſurrexit.* Iob 19.

——— Gelidà tellure reſurgam
Tunc ego corporeo rursùm veſtitus amictu:
Singula namque Deus reddens in priſtina , corpus
Reſtituet , ſpeciemque mihi , redivivaque membra,
Pellis & ipſa meos iterùm circundabit artus.
Ille ego qui fueram , Dominum tunc luce videbo,
Non alius : namque hiſce meis ſtellatus ocellis.
Conſpiciam, rursùm æthereas revocatus ad auras. Souſa.

Florida ſanè explicatio , & periphraſis polita.

18 *Quem viſurus ſum ego ipſe & oculi mei conſpecturi ſunt , & non alius.* En Tautologiæ tenor ; in quo *Synchyſis* videtur : quod quidem ſchema ſit , dum periodus cum remotiore iungenda , ut ſenſus genuinus utriuſque orationis conſtet. A nonnullis dicitur *Hyſteron-proteron.* Ioann. 9. 41. *Nunc dicitis , quia videmus ; peccatum veſtrum manet* : hoc eſt , Nunc quia dicitis , Videmus. Pſalm. 35. 2. *Dixit iniuſtus , ut delinquat in ſemetipſo* : ideſt : dixit iniuſtus in ſemetipſo , ut delinquat. Eccli. 29. 28. *Initium vitæ hominis , aqua & veſtimentum , & domus protegens turpitudinem* : ubi *protegens turpitudinem*, iungendum cum *Veſtimentum*. Eccle. 12. 14. *Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato , ſive bonum , ſive malum* : nimirùm , Cuncta quæ fiunt , ſive bonum ſive malum , &c. Marc. 1. 10. *Statim aſcendens de aqua , vidit cœlos apertos*: ſcilicèt, aſcendens de aqua , ſtatim vidit &c. Ioan. 17. 5. *Claritate, quam habui , priuſquàm mundus eſſet apud te* : videlicèt , claritate quam habui apud te, priuſquàm mundus eſſet. Sic alia. Auguſtin. de *Verb. Domin.* ſerm. 26. *Voluit acceptà formà ſervi , in illa paſci à ſervis dignatione, non conditione*: ubi , *dignatione , non conditione*, non cum Servis iungendum, ſed cum *acceptà formà ſervi* à filio Dei. Apud Profanos frequens huiuſce ſchematis uſus. Terent. in *Adelph.* Act. 2. ſcen. 1. n. 40. *Ego liberali illam aſſero causà manu* : ideſt , Ego liberali cauſa , manu aſſero , manumitto. Sophocl. in *OEdipo Tyrann.* v. 465. *Peregrinam ad ſceptro demonſtrans , terram proficiſcetur*: ideſt, ad peregrinam terram proficiſcetur, quam ſceptro demonſtrat. Plaut. in *Bacchid.* Act. 4. ſcen. 4. v. 47. *Quæ dicta dixit me adverſum tibi*: hoc eſt, quæ dicta dixit tibi adverſum me. *In Trucul.* Act. 4. ſcen. 3. v. 15. *Quid puero factum eſt , mea quem peperit filia, meo nepoti?* Ovid. 9. *Metam. fab.* 11. *Synchyſis, & Hyſteron-proteron.*

——— Fer has fidiſsime noſtro,
Dixit , & adiecit longo pòſt tempore , fratri. Ovid.

Manil. 4. *Aſtron.* cap. 2. v. 24. *Æquà cogit , cum vincula profert , parte.* Lucan. 1. *Pharſal.* v. 176. *Leges & plebiſcita coactæ.* Claudian. *Gigantomach.* v. 30. *In Iovis exitium telum non eſſe recuſo.* Hoc eſt, non recuſo telum Iovis in exitium. Haud aliter in preſenti teſtimonio , ubi , *& non alius* iungendum cum *Ego ipſe* : ita ut ſenſus ſit: *Quem viſurus ſum ipſe , non alius* , in comprobationem propoſiti veræ ac rigoroſæ re-

ſurrectionis, iuncto poſteriore nomine cum particula remotiore, efformata parentheſi ex Tò *Oculi mei conſpecturi ſunt.*

19 Viſurum Redemptorem ſe dicit reſurgentem, additque ſuis oculis illum novâ vitâ florentem viſurum. Videtur Epitaſis ſeu Exergaſia, quaſi confirmatio primæ ſententiæ, ut ſæpe alibi in Biblijs, ut certitudinem viſionis exprimat; equidem illam firmat & actione videntis, & viſionis organis, ut canit d. Souſa: *Videbo, his meis oculis aſpiciam*: phraſi Ciceroniana ac Plautinâ; uti obſervavimus, *Tom. 3. T. 2. & 7.* Hic utraque ſententia, nimirùm, *Viſurus, & oculi mei conſpecturi*: *Ego ipſe & non alius*, non argumentum corporis reſurrectionis exaggerant, ſed veritatem explicant; ita ut Iobus reſurgat, ſicut Chriſtus reſurrexit. *Expreſsè indicat veritatem Reſurrectionis*: ſubdit Gloſſ. Euthychius, Eutycius, vel Eutychius hæreticè aſtruebat in reſurrectione corpus non corpus, quia omninò inviſibile, impalpabile aëreum (ut ait Gregor. d. & Caſtro *Adverſ. Hæreſ.* lib. 13.) aliud ab habito in vita. Quare ut Iobus exprimat non aliud, dicit: *Ego ipſe & non alius.* In eadem forma, in eadem materiâ (& ut placet Suario d. *diſput.* 44. ſect. 2.) eadem numero ſubſtantiali unione reſurget homo: qua de cauſa Iobus non dicit abſolutè, *In carne videbo*; ſed *In carne mea*: *rurſum circundabor pelle mea*: hoc eſt ipſiſsimo corpore, cui reunienda anima: aliàs ſi corpus aliud, non eſſet reſurrectio, ſed animæ tranſmigratio de materia in materiam, de corpore in corpus: tuncque alius homo moreretur & alius reſurgeret: & ad veram reſurrectionem *Ipſe & non alius.* Ad rem Prudent. in *Apotheoſ.* v. 1132.

Aſſio & inſtrumentum ſuppoſita ali quando expreſſa. Gloſſ.

Iob 19.

Prudent.

Noſco meum in Chriſto corpus conſurgere, quid me
Deſperare iubes? Veniam quibus ille revenit
Calcata de morte vijs: quod credimus, hoc eſt:
Et totus veniam, nec enim minor, aut alius quàm
Nunc ſum, reſtituar: vultus vigor & color idem
Qui modò vivit, erit.

Connotat in reſurrectione identitatem reſoluti & reformati ſubſtantialis compoſiti, quin aliquid ex aliquo extremo deſit. Non ex anima quia immortalis: non ex corpore, quia idem & non aliud: ipſummet non ſolùm ſpecificè, ſed numericè: non ſolùm in toto, ſed in partibus ſingulis. Erit illa prior materia ſingularium partium ad partes ſingulas: pellis materia, pelli: carnis, carni: oſsium, oſsibus: unguium, unguibus. *Capillus de capite veſtro non peribit.* Luc. 21. 18. Hinc non ſolùm oculi (ſubdit Iobus) ſed *oculi mei conſpecturi ſunt.* Auſonius in *Ephmerid. v. 68. Chriſtus.*

In materia corporis pars parti reſpondebit in reſurrectione.

Auſon.

Eſſe iter æterni docuit remeabile vitæ,
Nec ſolam remeare animam, ſed corpore toto
Cœleſtes intrare plagas, & inane ſepulchri
Arcanum vacuis adopertum linquere terris.

20 Siccine exemplar reſurrectionis noſtræ, ut in eiſdem rebus diverſis modis ſuſcitatus in vitam ſit idem ipſe. Eodem ſtylo ut identitas ſignetur, profani utuntur. *Ex me & non alio.* Sophocl. in *Elect.* v. 894. Ovid. 15. *Metam.* fab. 3. *Ipſe ego me memini.* Manil. 1. *Aſtron.* cap. 1. v. 29. *Cuperet Deus ipſe.* Prop. *lib.* 2. *Eleg.* 19. v. 29. & *Eleg.* 26. v. 3. *Ipſe Deus*: *Ipſe ego.* Quod paliloqiâ ſolet aliquando exprimi, ut ſignetur identitas. Virgil. 4. *Eclog.* à v. 62. poſtquàm dixerat, *Ipſi montes, ipſæ rupes, ipſa arbuſta*; haud dicit: *Ipſe Deus*: ſed *Deus Deus ille Menalca*: geminatione vocis pro identitate. In ſacris *Ego ego.* Iſai. 51. 12. cap. 45. 22. *Ego Deus & non eſt alius*: denique cap. 48. à v. 12. *Ego ipſe, ego primus, ego noviſsimus, ego ego.* Diverſimodò explicatur identitas, quo intuitu ut Iobi conſtet in reſurrectione; non ſolùm dicit *Ego ipſe*, ſed *Non alius*: equidem in eiſdem numero formâ, materiâ & unione (iuxta D. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 44. *q.* 1. *à* 1. *quæſtiunc.* 3.) ſurget; ita ut diverſo ſtatu ſit ipſiſsimus. *Si quæcumque ratio præeſt animarum humanarum reciprocandarum in corpora* (infit Tertullian. *Apolog.* cap. 48.) *cur non in eandem ſubſtantiam redeant, cùm hoc ſit reſtitui, id eſſe quod fuerat? Multo utique dignius, credi hominem ex homine redituram, quemlibet pro quolibet, dum hominem; ut eadem qualitas animæ in eandem reſtauretur conditionem, etſi non effigiem* (effigiem dicit non diverſitate corporis, ſed gloriæ corpori communicatæ, qua huius effigies non habitudine, ſed ſplendore diverſa, ut diximus, n. 15.) *certè quia ratio reſtitutionis deſtinatio iudicij eſt; neceſſario idem ipſe, qui fuerat, exhibebitur.* Aliàs alius peccaſſet, & alius iudicaretur. *Ideoque* (ſubdit) *nec mors iam, nec rursùs ac rursùs reſurrectio; ſed erimus ijdem qui nunc, nec alij poſt.*

Eadem erit forma, materia & unio priſca.

Tertull.

Nihili

Nihili prorsùm, quòd amissum ante mortem aliquid, cùm in morte totum, totaliter restituendum. Prudentius, d.à v. 1136. succinit:

—— Nec me vel dente, vel ungue
Fraudatum revomet patefacti fossa sepulchri.
Qui iubet ut redeam, non reddet debile quicquam:
Omne reverzenti reparata in membra redibit Prudent.

21 Resurrectio propriè est de homine, ut dixi, formà & materià compositio: forma incorruptibili, & materià corruptà, quæ solummodò tunc capax reproductionis, si destructa ac deformata. Hinc suscitatio animæ Samuelis non fuit resurrectio, quia nullo modo reunita corporis materiæ: resurrectioque non est partis sed totius: quare Iobus non dixit surrecturus de terra, Quem videbit anima mea; sed *Quem visurus sum ego ipse, & non alius*, connotans totum compositum: quo sensu pòst ab illo non genitos filios & filias, sed à Deo suscitatos à mortuis asserit Doctiss. Sanctius in cap. 42. n. 22. & alij apud Pineda v. 13. num. 3. maximè Gregor. *lib. 35. cap. 11. Filij totidem sunt redditi, quot amisit; ut & hi qui extincti fuerant, vivere demonstrentur. Totidem ei filios restituit, quot amisit.* Vidit Iobus in filijs, quod de se spe firmà conceperat; quando non alios, sed illos ipsos quos amiserat viventes iterùm recuperavit, reformatà materià, & animà reunita. Iccircò postquàm visionem resuscitandus expressit, addit: *Et oculi mei conspecturi sunt. Mei* in assertionem restitutionis oculorum, per resurrectionis beneficium: Oculi in conspectum Numinis, non per oculos carnis, sed in oculis carnis; sicut dicit, *In carne mea videbo Deum*, licèt nequaquàm per carnem; sed oculis mentis, sumptà metaphorà ab oculis corporis, acie intellectus in suscitata carne: igitur vel in carne similes *ei erimus, & videbimus eum sicuti est.* 1. Ioan. 3. 2. Videsis Suarium de *Deo*, lib. 2. à *cap.* 7. In huiusmodi articulo cogitarem uti opportunius, loqui Iobum de visione Christi, Dei-hominis, quod maior gloria oculorum carnis; ex eo quòd præmiserit: *Scio quòd Redemptor meus vivit, & in carne mea videbo Deum* (Bibl. Antiq. & Maluend.) *Salvatorem meum.* Summam enim beatitudinis accidentalis arbitror visionem humanitatis Salvatoris. Quid in gloria cœli, si felix Simeon, quia viderunt oculi? Ipse dixit asseclis, Luc. 10. *Beati oculi qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt.* Siccine in gaudium tragœdia Iobi. Modò in expositionem Tautologiarum affinium,

1. Reg. 28. á 11.

Filij Iob à mortuis revocati. Greg. Magn.

22 Mors sæpe dicitur somnus in sacra pagina (apud Profanos somnus *ferreus & æreus.* Homer. 11. *Iliad.* v. 240. *Somnus surdus.* Propert. *lib.* 4. *Eleg.* 5. v. 17.) Psalm. 4. 9. *In pace in idipsum dormiam & requiescam*: & 12. 4. *Illumina oculos meos, ne umquàm obdormiam in morte*: igitur sicut qui dormit, aliquando evigilat; ita qui mortuus excitatus aliquando resurget. Zachar. 4. 1. *Angelus suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo*: addito somno dormientis, ut à somno distingueretur cadaveris. Sub qua metaphora dicit Lucretius lib. 3. d. v. 908. *Letho sopitus* Lucan. 6. *Pharsal.* v. 769. *Somnum tibi solvere Lethes.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 278. *Lethi consanguineus sopor.* Homer. 6. *Iliad.* v. 665. *Et morte & somno gemellis.* Dormire per Hypocalismum, obscœnum sonat. *Genes.* 39. 7. 1. *Reg.* 2. 22. Virgil. 8. *Æneid.* v. 405. Propert. *lib.* 2. *Eleg.* 6. v. 12. Petronius, Ovidius, & Martialis usquequaquè. Interdùm pro quiescere, de quo infrà, hoc est, ab aliqua operatione cessare. Unde Mantuan. *Eclog.* 6. v. 3. *Dormit humus*: idest, nihil producit, vel nuda est. Iuvenal. Satyr. 1. v. 16. *Consilium dedimus Sullæ, ut altùm dormiret*: nempè, à crudelitate cessaret. In Scriptura, Psalm. 43. 23. *Exurge, quare obdormis Domine?* Quasi facta non videret, uti dixerunt de suis Numinibus Ethnici (Quinctus Calaber, *lib.* 2. v. 505.) & Talmudistæ de Deo vero, qui non dormitabit, neque dormiet, sicut Phryges astruebant sex mensibus Deos dormire, & totidem vigilare. Plutarch. de *Isid. & Osirid.* Homer. 2. *Iliad.* & Natal. Com. 3. *Mythol.* cap. 14. Sumitur dormitio pro oblivione, quas sorotavit Homer. 23. *Iliad.* v. 69. *Dormis & mei oblitus*: de quo Læl. Biscioli. *Hor.* subsciv. *Tom.* 2. *lib.* 10. cap. 3. sicut econtrà per vigiliam exprimitur operatio. Psalm. 77. 65. *Excitatus est tamquàm dormiens Dominus.* Thren. 1. 14. *Vigilavit iugum iniquitatum*: & Habac. 3. 9. cùm videret iustos premi, atque impios exaltari & illis insultare, dormiente iustitiâ Dei; in vindictam supeaventuram dicit: *Suscitant suscitabis arcum tuum*: iuncto verbo & participio in vindictæ certitudinem.

Zachar. 4. 1.

Acceptiones dormitionis. Hypocalismus.

Habac. 3. 9.

23 Unde cùm ecstasis sit cessatio actionum externarum, quasi suspendium animæ; di-

Pro extaſi. Geneſ. 2. 21.

dicitur, ſomnus. *Immiſit Dominus Deus ſoporem in Adam* (Hebr. *Eſtaſim*) *& cùm obdormiſſet.* Cant. 3. 5. *Ne ſuſcitetis neque evigilare faciatis dilectam donec ipſa velit.* Eſtaſim vocat Bernard. hìc *ſerm.* 52. quaſi operationum ſenſuum omnimodam ſuſpenſionem, uti accidit in dormientibus. An in ſomno aliquando poſsit eſſe meritum diſputant DD. Scholaſtici cum D. Thom. 1. 2. *q.* 113. *art.* 3. In ſomnio Salomoni conceſſam fuiſſe ſapientiam, quam in ſomno etiam petijt à Domino; aſſeritur 3. Reg. 3. 5.

3. Reg. 3. 5 *Apparuit Dominus Salomoni per ſomnium nocte, dicens: poſtula quod vis; ut dem tibi.* Poſtulavit tunc ſapientiam, & obtinuit: v. 12. & 1. *Paralip.* 1. à 7. Ex defectu liberi arbitrij, ligati ſomno, excludunt meritum Sanctius hìc n. 25. Perer. in 1. *Daniel.* quæſt. 7. Pineda de *Rebus* Salomon. lib. 3. cap. 8. & D. Thom. d. inquiens: *Dormiendo non meruit ſapientiam, nec accepit; ſed in ſomno declaratum eſt ei, quòd propter præcedens deſiderium ei à Deo ſapientia infunderetur.* Ex præcogitatis efformari in ſomnis imagines à phantaſia, diximus *Tom.* 3. *Tautolog.* 2. *n.* 21. occurrunt alia. Petron. *Carm.* 13.

Petron. *Somnia quæ mentes ludunt volitantibus umbris,*
Non delubra Deum, nec ab æthere Numina mittunt;
Sed ſibi quiſque facit: nam cùm proſtrata ſopore
Urget membra quies, & mens ſine pondere ludit;
Quisquis luce fuit, tenebris agit. Oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſævit in urbes;
Tela videt, verſaſque acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuſo ſanguine campos.
Qui cauſas orare ſolent, legeſque foramque,
Et pavido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit avarus opes, defoſſumque invenit aurum, &c.

Iuxta Plinium *lib.* 10. *cap.* 75. Somnus hominis nil aliud eſt, quàm animi intra ſeſe receſſus: quare ex præcogitatis in vigilia imagines efformat phantaſia.

Ovid. *Tu mihi cura Phaon, te ſomnia noſtra reducunt.*

Canit Ovid. *Epiſt.* 21. v. 123. Idem Virgil. 4. *Æneid.* v. 465. Valer. Flacc. 7. *Argonaut.* v. 50. & Statius lib. 7. *Thebaid.* v. 463.

24 Hoc profectò naturalè: ſingulare prorsùm vigilando ſomniare, quod quidem ſpecies deſipientiæ ut dixi, *Tom.* 5. *T.* 10. *n.* 21. Permanent enim ſomniata ex vi potentiæ imaginativæ: deſcendit tunc in organa ſenſuum humor commotione ſpirituum (aut impreſsione ab imaginatione ortâ, ad ſenſumque communem perducta) depravans facultatem: atque ideo movere poteſt apprehenſionis principium; ut ſenſus externus ſibi affici videatur, ac ſi obiecto exteriore informaretur. Patet in auditu, in quo poſt modulationem muſicam remanet tinnitus concentus, cuius virtute qui non audit, dulcedinem cantus arbitratur audire; ut obſervat Senec. *Epiſt.* 123. Dumtaxàt in hoc ſenſu quit tolerari oculos dormientium videre, uti aſtruit Ariſtotel. 5. de *Generat. Animal.* cap. 1. vel vigilantes ſomniare, ut ait Plaut. in *Amphitr.* Act. 2. ſcen. 2. v. 65. *Menæch.* 2. 3. v. 15. & *Pſeudol.* 1. 3. v. 152. Terent. in *Andria*, Act. 5. ſcen. 6. v. 7. *Nunc ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit.* Succinit Lucret. lib. 4. d. à verſ. 973.

Unde ſomnus in vigilia.

Lucret. *——— Plerumque videmus*
Cùm iam deſtiterint ea ſenſibus uſurpare
Reliquas tamen eſſe vias in mente patentes
Qua poſſint eadem rerum ſimulacra venire
Ante oculos, etiam vigilantes, ut videantur
Cernere ſaltantes, & mollia membra moventes.

Aſtruit etiam Delr. *Diſq. magic.* lib. 2. p. 29. ſect. 2.

25 Ut certa eſſent ſomnia & ſibi ad votum caderent optata, priùs Ethnici concipiebant vota, tranſibant in ſacrificia, pòſtque detractis pellibus victimarum arbitrabantur à Dijs dona accepiſſe per ſomnium. Fuit enim aliquorum iste delirium, ut ſibi, etſi ab alijs riderentur, illapſum cenſerent donum Poëſis duce Mercurio, ſi dormiſſent in Parnaſo. Adi Biſciol. d. *Tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 6. De uſu pellium ad oracula captanda, diximus, *Tom.* 5. *T.* 10. *D.* 2. *n.* 4. *Tom.* 6. *T.* 6. *à n.* 14. & *in Ephemer.* 1. *Ianuar.* à n. 12. ſiccineque ab idololatris Hebræis credebantur ſomnia: *Iſai.* 65. 4. & Salinas in *Ion.* 1. quæſt. litter. 39. latè Stuck de *Sacrific. Gentil.* à cap. 212. In confirmationem præfati moris Strabo imponit Moyſi huiuſmodi ritum. *Docebat Moyſes* (ait *lib.* 16.) *omnem*

Quomodò Ethnici captabant ſomnia. Per pelles victimarum.

ſea-

ſtatuarum fabricationem ommittere oportere,& fano ac templo auguſto,certis finibus circumſcripto, quod Deo conſecraretur , eum Deum colendum; & in eo templo pro ſe quemque vel alios pro alijs , qui eſſent ad benè ſomniandum apti , oportere indormire. Meminit La-Zerd. 7. *Æneid.* v. 88. n. 9. & Stuck cap. 214. Unde hæccine invenit Strabo? Ubi Tacitus & Plutarchus circumſpectus. De Maſſagetis aſtruit Heroditus. *Divinant* (ait *lib.* 4. cap. 43.) *ad ſuorum accedentes monumenta , & illis ubi preces peregerunt , indormiſcunt, ubi quodcumque per quietem Inſomnium viderint , eo utuntur.* Ad directionem, ut iuxta meditata exirent ſomnia Brizonem Deam commenti: de qua Cœl. Rhodigin. *lib.*27. *cap.*10. & Nos d.15. *Ian.* n.7. Hæc enim Ethnici ſuperſtitioſè obſervabant , iudicantes tunc ſomnia immiſſa à Deo ; qui ſe inclinabat vigilum votis , dum illorum in ſomnis repræſentabat imagines. Haud ita Salomonis ſomnus , ſed naturalis , in quo illi Dominus apparuit , ſapientiam conceſsit ; quin tunc ullum uti in ſomnis haberet meritum : qua de cauſa evigilans *Salomon, intellexit, quod eſſet ſomnium*; v.15. Abulenſis hic *quæſt.* 12. & 13. autumat Salomonem dixiſſe ſomnium fuiſſe ; quia in naturali ſomno ſomniavit , Deum ſibi apparuiſſe , illum in optione eligiſſe ſapientiam , &c. Hoc eſt mittere cogitationem in paſcua , & non vera, ſed cogitata proferre. Siccine quomodò verum Tò *Apparuit Dominus Salomoni per ſomnium* ? Dicemus ad illud Matth.1.20.& 2.13. *Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph* ; hunc ſomniaſſe, Angelum ſibi apparuiſſe. Exigua ergo eſſet fides Prophetarum , modò huiuſmodi expoſitiones non reijcerentur , uti impropriæ ac violentiſsimæ.

Strabo.

Herodot.

Quæ Brixa Dea?

26 Sherlogus , 1. *Antiq.Hebraic.* diſſert.11. ſect.13.& Suarius Tom.2.de *Religion.* lib. 2. cap. 19. aſſerunt in ſomno naturali fuiſſe divinum ſomnium , ſeu propheticum aut ecſtaticum , in quo liberum arbitrium in meritum : locutionem internam & mentalem (non excludendo corporalem dormitionem , ſed ſupponendo , ligatis ſenſibus externis) in qua ampliſsimus uſus rationis & voluntatis , ut dicit Sponſa : *Ego dormio & cor meum vigilat* : ubi vigil & vitalis ſomnus , uti de ſomno Adami aſtruit Rupert. in *Geneſ.*2. 21. *Sopor* (ait *lib.*2. *cap.*34.) *quem Dominus Deus immiſit non vigilias rationis claudere debuit ; ſed obturatis quinque ſenſibus corporis , ſenſum mentis liberum reliquit, ut ſcire poſſet, quid erga ſe faceret omnium artifex ſapientia.* Idem Hieronym. in *Tradit.Hebr.*Epiphan. *Hæreſ.*48.& Scholaſtici in 2.diſt.18.& in 1.p. *D.Thom.*quæſt. 97. art.2. indicat loc. ſupr.cit. Angel. Doctor : *Ille ſomnus non fuit naturalis* (Somnus pro ſomnio) *ſed ſomnus prophetiæ : in quo caſu aliquis uſum liberi arbitrij habet.* Ratio iuxta Suarium , quia tunc elevata fuit mens Salomonis , ac internæ potentiæ claritudine phantaſiæ , & expulſione vaporum , qui illam in ſomno impediunt , manentibus externis ſenſibus uti in naturali ſomno : vel revelatione intellectuali , per ſe infuſa iuxta Sherlogum ſine converſione ad phantaſmata ; quæ eſt perfectior , & in qua vel ſenſibus ligatis ſomno , eſt plena libertas voluntatis , atque cognitio rationis. Unde Salomon in hoccine ſomno ecſtatio oravit , ac ſapientiam meruit propter electionem ; qui obſtet, quod dicitur : *Evigilavit Salomon , & intellexit , quod eſſet ſomnium* , quaſi non diſtingueret quid ſomnium naturale,& à Numine illapſum. Intellexit Salomon in illo ſomnio Dei eſſe locutionem , qua homines per quietem illuſtrare ſolet. Quare illud *Quod* haud arbitror relativum , aut particulam ſubiunctivam , ſed adiectivum qualificativum: ita ut ſenſus ſit, non quòd evigilans Salomon intellexit, quòd eſſet ſomnium, ſed quod ſomnium eſſet : hoc eſt à Deo immiſſum , ſicut prophetis , dum illis Deus loquebatur per ſomnium. Hinc dicitur : *Siquis fuerit inter vos propheta Domini , in viſione apparebò ei , vel per ſomnium loquar ad illum.* Diſcrimen inter viſionem & ſomnium , diximus, *Tom.3. T.2. n.19. & 6. T.5. n.27.* Multifariàm multiſque modis locutus eſt Dominus in prophetis , & viſionibus quaſi imaginibus , & locutionibus ecſtaticis ; quapropter dicitur : *Senes veſtri ſomnia ſomniabunt , & iuvenes veſtri viſiones videbunt.* Locutus eſt Dominus Salomoni , cui nocte apparuit per ſomnium , nullà imagine obiectà , ſed locutione mirificà , ſenſibus externis ligatis , atque liberis potentijs : unde evigilans intellexit in ſomno non fuiſſe viſionem,ſed ſomnium in ſapientiæ & intelligentiæ lumen.

In ecſtaſi uſus rationis & voluntatis libertas. Cantic. 5. 2.

Rupert.

D. Thom.

Quomodò?

3. Reg. 3. 15.

Quod pro Quale.

Numer.12. 6.

Ioel. 2.28.

27 Quomodo poteſt cognoſci ſomnium naturale eſſe , vel ſupernaturale , innuitur à Bernardo ſerm. 52. in *Cantic.* ex quo patet , ſuſpenſionem oriri in corporis ſomno à ſenſibus , & procedere impedimentum uſque in intellectum , quo terminatur , abſque ullo intellectionis uſu,vel cogitaminis functione ob vaporum copiam in cerebrum aſcendentium , & impedientium ordinem phantaſmatum. In ecſtaſi , ſeu elevatione animæ in-

Quomodo cognoſcendum ſomnium an naturale,vel ſupernaturale?

incipit ab intelligentia, & ex eius in cognita vel cognoſcenda vehementiâ, uſu defunguntur exteriores ſenſus, ne aliquid rimari aut percipere valeant; ut liberior & expeditior ſit mens in intelligentiam. Unde in ſomno naturali non invenitur iudicium; ſed perfectiſsimum in ſomnio miſſo à Deo, intendente acie elevatæ mentis in perceptionem & intelligentiam locutionis. Abulenſem conſule in *Geneſ.*13. quæſt.356. & 400. Ita ut Deus oſtenderet Abramo quid futurum de ſemine ſuo, & poſſet percipere locutionem; *ſopor irruit ſuper Abram.* Geneſ. 15. 12. Non ſecùs immiſit Dominus ſoporem ecſtaticum in Adam, & obdormivit. Quo ſenſu poteſt exponi illud David: *Ego dormivi, & ſoporatus ſum.* Q.d. Somnia prophetica habui, ſed cum ſopore; ne poſſent externa impedire elevationem animæ, expeditioris in perceptionem ſupernaturalium arcanorum, ſuſpenſione externorum corporis ſenſuum. Hæc eſt differentia inter dormitionem ſomni; atque ſomnum dormitionis. Dormitio ſomni, eſt quies corporis, uti videbimus. Somnus dormitionis eſt ſomnium in ſomno, quo Deus alloquitur animam, cuius vigil intuitus, ducens illam ſine uſu ſenſuum in ſolicitudinem, ut loquatur ad cor eius, revelatis quæ illi placuerint. Qua de cauſa dicit per Ieremiam, 23. 28. *Propheta qui habet ſomnium narret ſomnium*: qui non habuerit, haud fingat, dicens: *Somniavi, ſomniavi*: v. 25. igitur tunc vel à dæmone in deceptionem, vel à vigili ſomniante in vanitatem: & ſomnia illa mera ſomnia, ficta, fallacia, commentitia, voluntatis ſpectra dicisgratiâ, ut egreſſa è porta eburnea, non cornea. Taxat ibid. Dominus, & cap. 29. 8. *Ne attenditas ad ſomnia veſtra quæ vos ſomniatis*: etenim ſi à Deo, non eſſent veſtra.

Pſalm.3.6.

Diſcrimen inter dormitionem ſomni, atque ſomnum dormitionis.

28 In planiorem intelligentiam aliqua, non omnia quæ de ſomnijs dicta, exponenda ſunt, cum remiſsione ad AA. qui ex profeſſo agunt; ut præmiſsis cunctis ſomni acceptionibus, reliquæ tautologiæ delicentur. In ſacris, præter ſomnia ex inanitate, vel plenitudine ventris, quatuor genera ſomniorum ſignat N. Gregorius & in *Iob*, lib. 8. cap.13. & lib.4. *Dialogor.* à cap.48. Aliquando ab illuſione, ut de ſpiritu fallace dicitur 3.*Reg.*22. 21.quare *Multos errare fecerunt ſomnia.* Eccli.34.7. Aliquando oriuntur ex cogitatione & illuſione, uti cùm ſatanas transfigurat ſe in Angelum lucis: qua de cauſa, Eccleſ.5. 2. *Multas curas ſequuntur ſomnia*: & *ubi multa ſomnia, plurima ſunt vanitates*: v.6. Interdùm cogitatione ſimul & revelatione: *Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in ſomnis Ioſeph.* Matth.1. 20. Aliquando ex revelatione ſola, uti in ſomno Iacobi, Ioſephi & Prophetarum. De his latè Pererius de *Somn.* in *Daniel.* 1. per diſput.7. Alapid. in *Geneſ.*40. v. 8. Pined. ubi ſupr. Delr. *Diſquiſ.magicar.* lib.4. cap.3. quæſt.6. Maiol. *Tom.*2. *Colloq.*4. Cœl. Rhodigin. *lib.* 27. cap. 15. Dempſter. in *Roſin.* lib.2. cap.2. Reyes-Franc. in *Camp.Elyſ.* quæſt. 37. & Bulenger. lib.2. *Adverſ.Magos*, cap.16. Inter profanos magna ſeges, ſed non bona.

Quatuor genera ſomniorum.

29 Macrobius 1. de *Somno Scipion.* cap. 3. quem ſequitur Sarisberienſ. de *Nugis Curial.* lib. 2. cap. 17. dividit imagines oblatas in ſomno in Somnium, Inſomnium, Oraculum, Viſionem & Phantaſma. *Somnium* dicit quod figuris tegitur, & interpretatione indiget, ut intelligatur. Siccine frequenter erant, quæ in Oraculis à dæmone miſſa; & ut magis ambagibus irretirentur cultores, expoſitione perplexa. Diximus, *Tom.* 5.*T.*7. *à n.*27.*&* 6.*T.*5.*n.*4.10.*D.*5. *n.*10. *Inſomnium* dicitur, dum in ſomno imaginatio objicit, quicquid vigilans agit, mentemque neque in quiete quieſcere ſinunt, ſive ſint ingrata, ſive odioſa tàm ex corpore, quàm ex animo, quæ quidem cum ſomno advolant, atque vigilià evaneſcunt. *Perierunt velut ſomnium ſurgentium.* Pſalm.72. 20. Chald. *Velut inſomnium hominis evigilantis.* Similiter Pſalm. 75. 6. *Dormierunt ſomnum ſuum, & nihil invenerunt viri divitiarum in manibus ſuis.* Nebriſ. *Erra-* Carm. 23.

Quid Somnium, & Inſomnium?

Nocte ſoporifera veluti cum ſomnia ludunt
Errantes oculos, effoſſaque protulit aurum
In lucem tellus, verſat manus improba furtum,
Theſauroſque rapuit, ſudor quoque perluit ora,
Et mentem timor altus habet, ne fortè gravatum
Excutiat gremium ſecreti conſcius auri.
Mox ubi fugerunt eluſam gaudia mentem,
Veraque forma redit, animus quod perdidit, optat;
Atque in præteritâ ſe totus imagine verſat.

Petron.

Idem

Idem Æschyl. in *Prometh.* vers. 440. Homer. 14. *Odyss.* vers. 505. *In somno astitit insomnium.*

30 *Oraculum* dicitur, haud sicut in sacris, dum in somnis auditur Numen; sed *dum in somnis* (subdit Macrobius) *Parens, vel alia sancta gravisque persona, seu sacerdos vel etiam Deus, aperte venturum quid, aut non eventurum, faciendum vel vitandum denunciat.* Sic enim dæmon ludificabat cultores, ut sub imagine Æsculapij Romanos (de quo Ovidius, 15. *Metam.* fab. 50. & Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 1.) Ita huiusmodi insomnia observabantur uti oracula, ut refert Homer. 2. *Iliad.* à v. 55. Quint. Smyrneus *lib.* 12. à v. 130. inquit: *Minerva naves petijt, tenellam virginem corporis habitu referens, & bellicoso Epeo supra caput astitit per quietem, illique mandavit ligneum fabricare equum. Ille animo gavisus, statim intellexit Deæ vocem, & repente somno excutiebatur.* De huiusmodi somnis gravida pagina Tit. Livij, Videsis Biscios. d. *Tom.* 1. *lib.* 19. *cap.* 20. Tertull. *Apolog.* cap. 22. & de *Anima*, à cap. 46. Tantùm huiusmodi somnia pretiosa apud Ethnicos: succinit Thom. Maius in *Supplem. Lucan.* lib. 1. à v. 165.

Quid Oraculum?

Q. Calabet.

Sacratos intrant templi sola illa recessus
Somnia quæ Deus ipse creat: nam cætera cuncta
Quæ vel temperies varias, variosque sequuntur
Corporis humores, vel quæ repetita diei
Aut studia aut curæ finxerunt somnia, templo
Exteriort volant, multas imitantia formas, &c.
——*Cedunt hæc omnia cuncta*
Divinis, quæ dat Numen, longèque remota
Non audent templi sacros intrare recessus.

Maius.

31 *Visio* seu *Visum* non accipitur ut in sacris pro speciebus in somnio visis, ut sæpe in Scriptura legitur *Visio Isaiæ*, 1. 1. *Videre visionem*, 6. 9. & Ezechiel. 1. 1. idest, imaginem, de quo egimus Tomis prioribus: sed pro eventu visionis, ut accidit Petro, cui post visionem occurrit quod viderat. *Act.* 10. à 17. Unde Macrobius d. infit: *Visio est, quum id quis videt, quod eodem modo quo apparuerat, evenit.* Illustre testimonium habetur in somno Ciceronis, de quo Tranquil. in *August.* cap. 94. *M. Cicero* (inquit) *C. Cæsarem in Capitolium prosecutus, somnium pristinæ noctis familiaribus forte narrabat: puerum facie liberali, demissum cœlo catena aureâ ad fores Capitolij constitisse, eique Iovem flagrum tradidisse. Deinde repente Augusto viso, quem ignotum adhuc plerisque avunculus Cæsar ad sacrificium acciverat; affirmavit ipsum esse cuius imago secundum quietem sibi obversata sit.* Idem refert erga eundem de Q. Catulo. Meminit Iuvenal. Satyr. 10. v. 110.

Macrob.

Sueton.

Quid Visio, aut Visum?

——*Et illum*
Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites.

Iuvenal.

Macrobius subdit: *Visio, ut amicum peregrè commorantem, quem non cogitabat, visus est sibi reversum videre, & procedenti ovius, quem viderat, venit in amplexus.* Specimen huiusmodi visi aut visionis habemus in somnio IudæMachabæi somniantis à Ieremia accipere gladium aureum, quo postridie detruncavit Nicanorem, 2. *Machab.* 15. à 11.

Macrob.

32 *Phantasma* denique non accipitur pro spectro oculis obiecto vigilantibus; quo sensu discipuli videntes Iesum ambulantem super mare dixerunt: *Phantasma est.* Matth. 14. 26. Nec pro præstigijs, queis hominibus videtur videre, quæ non vident, visis illudentibus; ut perficiunt circulatores excitamine admirationis, molimine inanitatis; quia totum embolium, ac dolus luminum. Qua de causa, quia in huiusmodi arte excelluit Bartholomæus Bagatella (de quo dicit Cœl. Calcagnin. refertque Gyrald. *Dialog.* 24. in 2. Tom. *Criticor.*

Qui nostris oculis adeo miracula finxit,
Ut se negarent cernere quod cernerent.)

Cœl. Calcagn.

Omne quod inane & futile à voce Itala, Nostrates dicunt *Bagatella.* Nectit Virgilius utrumque 10. *Æneid.* v. 636.

Quid sit Bagatella?

——*Tenuem sine viribus umbram*
Divini assimilat capitis, dat inania verba
Dat sine mente sonos, gressusque effingit euntis;
Morte obita quales fama est volitare figuras.

Virgil.

Aut quæ ſopitos deludunt omnia ſenſus.

Quid Phantaſma? Non inquam, hìc *Phantaſma* uſurpatur, niſi pro incubone, æſtu cordis, perculſione, aut preſſura reſpirationis: Græce *Pnigamona*, vel *Ephialtes*: *quem publica perſuaſio quieſcentes opinatur invadere, & pondere ſuo preſſos ac ſentientes gravare* (Macrob. d.) Macrob. *Hoc eſt viſum inter vigiliam & altam quietem, in qua primâ ſomni nebulâ adhuc vigilare ſe exiſtimans, qui dormire vix cœpit, aſpirare videtur irruentes in ſe, vel paſſim vagantes formas à natura, ſeu magnitudine, ſeu ſpecie diſcrepantes, variaſque tempeſtates rerum vel latas, vel turbulentas.* Hiſpanice, *Peſſadilla*. Apud Romanos Silvanus dicebatur Auctor huius oppreſsionis, ſeu incubi, uti dicimus *Ephem. 11. Iul.* Apud Hebræos & Egyptios *Lilith*, de quo Kircher. in *Panth. Hebr.* Syntagm. 4. cap. 13. Ab alijs Dæmon (qui in Scriptura dicitur *Nocturnus timor*. Pſalm. 90. 5. ubi Genebr. *Terricula nocturna*. Hebr. *A terrore noctis & pavore.*) vel Empuſa, Lamia, Eſtrix. At vulgi illuſio eſt, ut latè probat Iaſon Pratenſis, cap. de *Incubo*. Theophil. Bonet, Tom. 1. *Theſaur.* lib. 2. cap. 28. & in *Mercur. Compital.* lib. 9. verb. *Incubus*, eodemque verb. Ioan. Iacob. Manget. lib. 9. *Biblioth. medic.* Cauſa huius pravi affectus eſt ſpirituum animalium interceptio: unde diffinitur, ut motus intercipiens reſpirationē & vocem cum falſo rei gravis thoraci incumbentis & ſuffocantis inſomnio, ob impeditam liberam ſpirituum, vijs obſtructis, ad nervorum penetrationem. Siccine dum vapor animæ offunditur phantaſmata prævaricantur, fiuntque turpi deformatione ſpectra, atque in errore moleſtiſsima ludibria, & aliquoties lethalia, maximè in pueris: qua de cauſa iurè incubo dicitur Epilepſia nocturna.

Pſalm. 90. 5.

Quid nocturnus incubus?

33 Hæc inſomnia in ſomno; ex quibus inter Ethnicos idolatriâ cæcos, innumeræ ſuperſtitiones: at quia totum ludicrum, prætermitto videndum apud Bulenger. lib. 2. *Adverſ. Magos*, cap. 16. d. & de *Divination.* lib. 5. cap. 1. Maiolum. *Tom. 2. Colloq. 4.* Paul. Zachiam, *Tom. 1. lib. 4. tit. 1. quæſt. 5.* à n. 7. Ulyſſ. Aldrovand. *Tom. 4.* cap. 1. pag. 150. Plutarch. in *Sympoſ. Sap.* & lim. 8. *Convivallum qq.* cap. 10. Plin. *lib. 10. cap. ult.* Menoch. de *Republ. Hebr.* lib. 4. cap. 3. Sherlog. *Antiq. Hebr.* 1. diſſertat. 4. ſect. 9. Rhodig. d. & *lib. 7. cap. 29. 27.* cap. 10. Novarin. *Schediaſm.* lib. 8. cap. 27. Delr. d. *lib. 4. cap. 3. quæſt. 6.* Biſciol. *Tom. 1. lib. 5. cap. 19.* Dempſter. in lib. 2. Roſin. de *Rom. antiq.* cap. 2. fusè, ſicut Ariſtotel. libell. de *Divination.* Ridebant vel ipſi Profani. Unde Diogenes Cynicus ſuperſtitioſis Athenienſibus dicere ſolebat (ut refert Eraſm. lib. 3. *Apophthegm.* de eo *Centur.* 1. n. 70. *Quæ vigilantes agitis, non curatis: quæ verò dormientes ſomniatis, ſolicitè perquiritis.* Quam vana, diximus, *Tom. 3. T. 2. à num.* 13. Plin. *lib.* 10. ubi dudum, *Magus hìc* (ait) *invitat locus, & diverſis refertur documentis, utrùmne ſint aliqua præſcita animi quieſcentis, qua fiant ratione, an fortuita res ſint, ut pleraque: etſi exemplis agatur, profectò paria ſunt. A vino & à cibis proxima, atque in redormitatione vana eſſe viſa, propè convenit.* Præmiſerat Seneca de *Conſtant. Sapient.* cap. 11. *Illa quicquid huiuſmodi eſt, tranſcurrit, ut vana ſomniorum ſpecies, viſoſque nocturnos, nihil habentes ſolidi, neque veri.* Ovid. 3. de *Pont.* Eleg. 3. v. 3. ſuccinit:

Obſervationes & divinationes ex ſomnis. Eraſm. Plin. *Omninò vana.* Senec. Ovid.

Dum tibi quæ vidi, refero; ſeu corporis umbra eſt
Seu veri ſpecies, ſeu fuit ille ſopor.

Idem Nonnus 35. *Dionyſiac.* à v. 340. Denique Cicero, 2. de *Divination.* ſubdit: *Quid convenit ægros à coniectore ſomniorum potius quàm à medico petere medicinam? An Æſculapius, an Serapis poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis?* Ad rem Varro in *Eumenidib.* M. Cicer. M. Varro.

Hoſpes quid miras nummo curare Serapim?
Quid, quaſi non curet tantidem Ariſtoteles?

34 Inter illos, vel captantes ſomnia, quæ poſt cœnam diſpiciebantur, utpotè magis orta à ſupervacaneō cibo, potuque, ut verbis utar Clementis Alexandr. 2. *Pædagog.* cap. 9. Aſtruit Artemidorus, lib. 1. de *Somn.* cap. 8. Cicero, 1. de *Divinat.* & Theocrit. *Edyl.* 7. à verſ. 11. Unde quaſi quoddam divinum arbitrabantur & colebant, quæ poſt mediam noctem ludens ſpectris efformabant phantaſia. Idem ibid. v. 31. *Apparuit, cùm veracium paſcitur turba ſomniorum*: & Horatius 1. *Satyr.* 10. verſ. 32. *Quæ ſomnia dicebantur vera?* Horat.

——Vetuit me tali voce Quirinus?
Poſt mediam noctem viſus, cùm ſomnia vera.

Ratio huius obſervationis eſt, quia poſt mediam noctem ſub Auroram Dij cœleſtes, cùm

tene-

tenebrosi recessissent, per somnium innuebant sibi placita faciunda. Quare Virgilius de Umbra Anchisis filio obviâ in somnis, lib. 5. *Æneid.* à v. 738. accinit:

Iamque vale: torquet medios nox humida cursus,
Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis.
Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras. Virgil.

Idem Claudian. de *Bell. Gildon.* à v. 348. & Natal. Comes, 5. *Mytholog.* cap. 1. quippe Furias vagantes, Dæmones, ac Manes mortuorum in hominum terriculamenta ante mediam noctem apparere solebant. Propert. 4. *Eleg.* 7. à v. 87.

Nec tu sperne pijs venientia somnia portis:
Cùm pia venerunt somnia, pondus habent.
Nocte vagæ ferimur: nox clausas liberat umbras; Propert.
Errat & abiectâ Cerberus ipse serâ.
Luce iubent leges Lethea ad stagna reverti:
Nos vehimur, vectum nauta recenset onus.

Idem *Eleg.* 5. à v. 3. Ex qua cogitatione, quia apparere nequibat qui luctabatur cum Iacob (utpotè Angelus malus, spectrum nocturnum sub specie Esau, ut placet Iosepho 1. *Antiq. Hebr.* cap. 19. & alijs Rabbinis, apud Lyran. hìc.) fugere satagit dicens: *Dimitte me: iam enim ascendit Aurora.* Genes. 32. 26. Illustre prorsùm commentum & ratiocinium! Hinc *Silentes* Umbræ ex inferno dictæ, & quæ in terram emergebant ferebantur per opaca locorum, ut dixi, *Tom. 6. T. 7. n. 26.* & Senec. in Adonicis de *Ludo Claud.* quia lucifugæ, ut malignantes, diem horrentes: unde de huiusmodi larvis sub metaphora ferarum Psalm. 103. 22. dicitur: *Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur.* Papæ Minervà! *Quare sub Auroram?* Genes. 32. 26.

35 Alia, si insomnia dubiæ significationis, vel tristia portendentia, perpetrabant. *Mos fuit veteribus* (infit Scholiastes Sophoclis) *ut viso gravi aliquo insomnio statim summo mane illud Soli narrarent; ut is qui contrarius est nocti, infortunium averruncaret.* Unde in *Antolog.* 1. *Epigram.* 30. dicitur. *Manè accipiunt Solis lumen.* Ita Clytæmnestra apud præfat Sophocl. in *Electra*, v. 434. & 645. viso in somnis Agamemnone, à se occiso; inquit: *Cur somnia gravia referebantur Soli?*

Talia quando Soli ostendit somnium,
Preces avertens terrorum.
Audias iam Phœbe Præses secretum meum sermonem
Ad lucem. Sic audi, sic enim & ego dicam
Quæ enim vidi nocte hac visa duplicium somniorum, Sophocl.
Hæc mihi si apparuerunt bona, da perfecta:
Si autem inimica, inimicis retrò dimitte.

Eadem apud Euripid. in *Rhesso*, v. 90. & Aristoph. in *Nubes*, Act. 4. v. 13. Quod Ethnici ex somnis, Hebræi faciebant visis in cœlo inusitatis signis, ut dicitur, 2. *Machab.* 5. 4. *Quapropter omnes rogabant in bonum monstra converti.* Nescio an hoccine sensu aversans superstitionem, Iobus dixerit: *Si vidi Solem cùm fulgeret. Si* pro *Non*: q. d. Nequaquàm. Qui narrare nolebant, expergefacti, manibus vel velis tegebant oculos, ut innuit Euripid. in *Iphigenia Tauric.* v. 151. Iob 31. 26. *Si pro Non.*

Qualem vidi faciem somniorum hac nocte.
Tegite peplis vultus à Solis flamma. Euripid.

Vel priusquàm Sol oriretur, ut insomnium evanesceret, aquâ se purificabant, caviseque manibus illi orienti undam offerebant. Senecam videsis in Octav. à v. 750.

Imperat hìc altè Phœbi surgentis ad orbem
Ferre manus. Valer. Flacc.

Canit Valer. Flaccus, 3. *Argonautar.* v. 83. & Virgil. 8. *Æneid.* v. 67. *Quo spatio somniorum?*

——— Nox Æneam somnusque reliquit.
Surgit & ætherei spectans orientia Solis
Lumina, ritè cavis undam de flumine palmis Virgil.
Sustulit.

36 Relictis igitur hisce, alijsque superstitionibus, sciendum est somnum sæpe usurpari pro incantatione: quæ sic dicitur, quippe cùm in somni quiete cessent operationes sensuum, ut diximus *num* 22. quoties suspendebantur facultates alicuius conditionis tam in sensibilibus, quàm in insensibilibus artificio dæmonis, dicebatur incantatio, quasi opus supra vel contra naturam, uti flumina in scaturiginem reverti, & alia plura gra- *Somnus pro incantatione.*

phicè deſcripta ab Ovidio, 1. *Amor.* Eleg. 8. Senec. in *Medea*, Sil. Italic. *lib.* 3. Statius 2. *Thebaid.* Lucan. 9. *Pharſ.* & Plinius credulus uſquequaque. Cicurari ſerpentes & alia indomita, aſtruit Cœl. Rhodigin. *lib.* 7. cap. 29. quibus embolijs, Maluend. lib. 7. de *Anti-Chriſt.* cap. 9. Delr. 2. *Diſquiſit. magic.* q. 13. fusè. *Mercatores etiam, quod eſt mirabile dictu, quibuſdam carminibus dracones faciunt manſuetos ad tempus, quibus*

Holcot. *inſidentes, freno eos ferunt uſque in Æthiopiam, ubi eos vendunt. Æthiopes in fervida plaga habitantes eorum carne veſcuntur, quia eà veſcentes infrigidat: venenum nempe arte priùs excutientes, vel caudam in qua latet, abſcindentes, ut dicitur in lib. de Natur. Rer.* Ita Holcot. in *Sapient.* 16. 10. probaturque ex Pſalm. 57. à 5. *Sicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, quæ non exaudiet vocem incantantium*, &c. Ierem. 8. 17. *Mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio.* Sub metaphora huiuſmodi ſuperſtitionis, ſeu magicæ artis (qua cicurari verbis Ethnici arbitrabantur ſerpentes, extrahi à caveis, vel ſtupefieri, ut notant Virgilius 8. *Eclog.* v. 71. Manil. 5. v. 230. Ovid. de *Medicam. fac.* v. 39. & 7. *Metamorph.* Fab. 4. alijque plures, quorum propoſita compilat Senec. in *Medea*, v. 684.

Pſ. 57. 4.

Ierem. 8. 17.

Quid ſit incantatio?

Senec.

——Tracta magicis cantibus
Squammeâ latebris turba deſertis adeſt
Hìc fera ſerpens corpus immenſum trahit
Trifidamque linguam exertat, & quærens quibus
Mortifera veniat; carmine audito ſtupet,
Tumidumque nobis corpus aggeſtis plicat,
Cogitque in orbes.)

Exprimit David duritiam cordis improbi indomabilis; & Ieremias truculentiam Chaldæorum nec prece, nec pretio inflexibilium: equidem ut ait Propheta Evangelicus:

Iſai. 13. 17 *Suſcitabo ſuper eos qui argentum non quærant, nec aurum velint.* Cauſa huiuſmodi alluſionis pendet ex eo quòd aſpides & baſiliſcos cenſebant Ethnici, ſopitis alijs ſerpentibus non poſſe incantari: innuere videtur Ælian. 1. *Hiſtor. animal.* cap. 54. & Lucian. in *Philoſeude*, contrà Plin. inficiatur *lib.* 20. *cap.* 4. & 12. qui *lib.* 21. *cap.* 31. inſit:

Plin. *Aſpidum naturæ halicacabum* (Hiſpanicè, ſeu potiùs Punicè, *Alcaquengi.*) *in tantum adverſam, ut radice eius propiùs admotà ſoporetur illa ſopore enecans vis earum.* Inter DD. controverſia eſt, an per magiam, an per antipathiam ſoporentur: quæſtioni parco, quippe non nova, ſed lata provincia. Conſule AA. præfatos, & N. Perezzium in *Laur. Salmantin.* Certam. 7. expoſit. cap. 1. Valleſ. *Sacr. Philoſoph.* cap. 3. Reyes-Franc. in *Elyſ.* quæſt. 22. & latè Kirch. in *Cabal. Hebr. & Saracenic.* Multa videnda apud Moura de *Incantation.* Opuſc. 1. ſect. 1. cap. 1. inter quæ quid ſentiendum de Tauro feroci, cicure in feſto S. Marci, adducto in templum ſuper cuius cornua imponebantur candellæ; *ſect.* 2. *cap.* 2. à n. 13. Aliqua diximus, ubi de oculo faſcinante, *Tom.* 4. *T.* 3. *à n.* 41. Ex his ergo patet ſoporari ſumi pro enervatione, ſeu privatione facultatis naturalis, uti dormientibus contingit.

37 In hominibus gravis ſomnus, ſeu ſtupor ex aliquo vehementi affectu dicitur incantatio, quaſi homo extra ſe, uti dicitur de Prodigo, *Luc.* 15. 17. Iccircò de Petro, dum in intellectum communem redit, quia viſis abſorptus, etiam dicitur, *In ſe reverſus.* Act. 12. 11. Similiter de Zacharia, uti vidimus, *num.* 22. *Suſcitavit me, quaſi virum qui ſuſcitatur à ſomno ſuo*: ideſt, à ſomno graviſsimo in rationalem vigiliam. *A ſomno ſuſcitari ſe dicit, vel quia in alta eorum quæ viderat* (inquit hìc n. 1. Doctiſ. Sanctius) *contemplatione defixus erat, neque aliter quàm qui alto immerſus eſt ſomno à*

Sanct. *ſe totus abierat: vel quia præ cœleſti: atque prophetico ſplendore reliqua tenebrarum inſtar obtinent, in quibus qui dormit, iacere exiſtimatur.* Siccine ſomnus metaphoricè

Cur mors dicitur ſomnus? accipitur, uti diximus de morte, ac reſurrectione: equidem ſicut qui dormit motu aut clamore excitatur; ita ſonitu tubæ ac clamore evigilabunt ad iudicium in morte dormientes. Daniel. 12. 12. *Omnes qui in monumentis ſunt audient vocem filij Dei.*

Ioann. 11. 11. Ioann. 5. 28. Sic dictum, *Lazarus dormit, ſed vado, ut à ſomno excitem eum*: ideſt, per reſurrectionem à ſomno mortis, dum diſcipuli ſimpliciter intellexerunt de dormitione ſomni; quippequàm facilius illi ſuſcitare Lazarum in halitum vitalem, quàm illis excitare dormientem. Somnum enim nil aliud eſt, quàm ſenſuum externorum ceſſatio

Quid eſt ſomnus? facultatis, ad quietem & ſalutem animalis inſtituta. Hæc autem ligatio fit à vapore & fumis, qui ex ventriculo maximè, & alijs corporis partibus per arterias occultoſque meatus in cerebrum aſcendunt, ibique refrigerati & condenſati implent cerebrum,

ob-

obstruuntque nervorum orificia, unde impeditur transitus spirituum animalium, quibus sublatis nulla in externis sensibus potest operatio exerceri. Hic est somnus naturalis: equidem dum à prava affectione suffocatur vel extinguitur huiusmodi facultas, dicitur Epilepsia, vel Apoplexia. Somnus ergo datur à natura propter vigiliam; igitur illo refrigeratur cerebrum, ne nimiâ siccitate ex functionibus vigilis, serpat amentia; cùm somno facultates animalis recreëntur, vegetioresque reddantur. Somnus solvitur subito horrore aut timore: sic enim spiritus excitantur, ad organaque diffunduntur. Similiter per clamorem, aut tactum; quibus torpor discutitur, ipsæque facultates organicæ beneficio spirituum (qui semper in organis residui sunt) alios è cerebro evocant; sequiturque vigilia, quæ est solutio sensuum extornorum, ut possint operari; quippe animal est propter suas operationes. Denique in vigiliam solvitur somnus, dum vi caloris nativi evanescunt vapores, qui meatus exteriorum sensuum occuparunt. *Quid vigilia?*

38 Modò delicantur aliquæ circa somnum tautologiæ, ut illud David: *Ego dormivi & soporatus sum.* In Scriptura verba realia interdùm usurpantur pro mentalibus, & actio pro fine actionis, vel actus secundus pro primo, ut sæpe alibi dixi, nonnullaque addam testimonia nolentibus remissiones adire. Levitic. 20. 8. *Ego Dominus, qui sanctifico vos*: ideſt, qui sanctos & mundos esse præcipio. Ioann. 13.6. *Tu mihi lavas pedes?* nimirùm, lavare meditaris? Eccle. 7.29. *Quærit anima mea, & non inveni. Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.* Utroque loco *Non inveni*, sumendum pro Non potui invenire. Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 5. v. 17. *Quæcumque voles, fugient tibi verba quærenti*: hoc est, conanti quærere, uti hìc placet Pasleratio: sicut illud Virgilij, *Eclog.* 6. v. 3. *Cùm canerem Reges*: nempè, cogitarem canere: sicuti moliebatur Ovid. dum dicit, 1. *Amor.* Eleg. 1. v. 5. Psalm. 3.6. *Verba realia pro mentalibus.*

Arma gravi numero, violentaque bella parabam
Edere, materiâ conveniente modis, Ovid.

Sic igitur Tò *Dormivi* in actoritate intelligendum: q. d. cogitavi, seu decrevi, ut aliquatenùs quietem ex laboribus haberem; ire cubitum, ut dormirem. Voto sum potitus, igitur recumbens *soporatus sum.* Favent Versiones. Iustin. *Ascubui, ut dormiam.* Caietan. *Iacui.* Flammin. *Cubabo, & dormiam*: sumptà actione ac cogitatione pro obiecto, seu materia cogitata. Sic illud Psalmi 117.14. *Laus mea Dominus.* Ierem. 17.14. *Quoniam laus mea tu es.* Hoc est, in quem diriguntur laudes. Isai. 36.4. *Quæ est ista fiducia, qua confiditis?* ideſt, quis in quo confiditis! & Ezech. 24.5. *Efferbuit coctio*, pro materia coquenda, usurpatâ actione pro actionis fine. Lucan. 2. *Pharsal.* v. 150. *Permistaque viva sepultis corpora*: ideſt sepeliendis. Non secùs cum accubitus præmittatur dormitioni, dormire dicit, qui in lectulum ut dormiret, decrevit ascendere. *Actio pro materia actionis, seu obiecto.*

39 Aliter etiam exponi potest testimonium, intellectà dormitione pro somno, sumptoque sopore pro somni quiete: Ierem. 31.26. *Somnus meus dulcis mihi.* Sapho. Tom. ult. Chori *Poëtarum, Græcor*, fol. 98. *Dormivi in somnis.* Igitur sæpe tot insidijs appetitus, dormivit; sed dormivit conturbatus. Sic ergo de quiete in somno delicanda geminatio: quo intuitu Psalm. 4. 9. dicit: *Dormiam & requiescam. Dormiam simul* (addit Genebrard.) *& requiescam tranquillissimè nullis tristibus insomnijs me inter dormiendum exercentibus & terrentibus*; ne capiam somnos, invigilemque malis. Quare cùm timor urget, excitat à somno sonitus folij volantis. *In doloribus dormitis.* Isai. 50. 11. quod quidem non est dormire, sed quiete cruciari; quippe animus magis incumbit curæ, quàm quieti. In hoccine propositum dicere solebat Themistocles (ut in eo dicit Plutarch. & Valer. Maxim. *lib.* 8. cap. 14. n. 1. *Me tropheä Miltiadis de somno excitant.* Propulsant quietem quietis anxiæ solicitudines, curarum impellentes imagines. Genebr. *Dormire pro sopore quiescere.* Valer. Max

Quæcumque mentis agitat infestus vigor
Ea per quietem affert sacer refertque sensus. Senec in *Octav.* v 733.

Patet turbulentia dormiente Nerone. *Terrebatur* (inquit Sueton. in eo, cap. 46.) *evidentibus portentis somniorum & auspiciorum & omnium, tùm veteribus, tùm novis; numquàm somniare solitus. Occisâ demùm matre, vidit per quietem nuvem sibi regenti extortum gubernaculum, trahique se ab Octavia uxore in arctissimas tenebras, & modò pennatarum formicarum multitudine oppleri, modò à simulacris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circuiri arcerique progressu.* Sueton. Sunt, quorum vulnerata conscientia, sicut morsi à cane rabido, qui in somnis horribilia ac terribilia vident; uti observat Grannuyse, 7. de *Propriet. rer.* cap. 67. Spinosas Erinnys serit in pectore curas, *Quàm gravis conscientia vulnerata!*

Nec

Virgil. —*Nec placidam membris dat cura quietem.*

Ut ait Virgil. 4. *Æneid.* v. 5. quem imitatur Ovid. *Epist.* 11. à v. 29. & Lucan. d. 7. vers. 64.

Lucan. *Quos agitat vesana quies, somnique furentes:*
Invigilat cunctis sævum scelus, armaque totà
Mente agitant, capuloque manus absente moventur.

Ex gravitate curarum nascitur aliquando ægritudo, tuncque si somnus laborem facit, signum lethale est: ait Hippocrat. 2. *Aphor.* 1. ubi Leönicenus addit: *Quidam inter dormiendum delira loquuntur, & ubi expergefacti fuerint, multo tempore in delirio perseverant. Multi gravi oppressi somno & delirantes, tales ex somno fiebant. Quare ubi ex somno lasio aliqua, lethalem esse notam, pronunciandum est.* Unde Ovid. 2. *Metam.* fab. 12. succinit:

Nicol. Leonic.

Ovid. *Sed videt ingratos, intabescitque videndo:*
Nec fruitur somno, vigilantibus excita curis.

Secùs David dormivit, igitur sopor placidus ac dulcis, uti expers periculi, & quasi extractus à conturbatione hominum. Unde hìc Augustin. *Ego dormivi, & somnum cepi*, quasi soporatus sine cura, neque curarum angore. *Requies curarum somnus habebat.* Ovid. 3. de *Pont.* Eleg. 3. v. 7. *Somno dulci dormientes.* Homer. 24. *Iliad.* v. 635. Euripid. in *Hercul. furent.* v. 1049. *Dormientem bene.* Theöcritus, Edyl. 24. v. 7. *Dulce & excitabile somnum.* Virgil. 5. *Æneid.* à v. 844.

Virgil. —*Spirant auræ, datur hora quieti:*
Pone caput, fessosque oculos furare labori.

Siccine exprimitur placidè somnus, cuius quiete & refrigeratione in lecto soporatus David, quousque dissipatis vaporibus, facultas spirituum animalium reddijt ad sensus: quare subdit, *& surrexi.* Haye hìc. *Dormivi soporatus: ideſt, dormivi non quomodocumquè, sed sine metu in utramque aurem.*

Haye.

40 At quorsùm, dices, tò *Soporatus*, si dormivit? Nequit dormitio (etsi contingat in dormitatione, quod Nostrates dicunt *Entredormir*) esse sine sopore. Geminatio nominum aut verborum idem significantium, vel verbi & nominis in præsenti argumento vel significat gravitatem somni, vel ex eius dulcedine commodam quietem atque optatam ex sopore tranquillitatem. Gravitatem, ut illud Ionæ 1. 5. *Dormiebat sopore gravi.* Græc. *Dormiebat somno*: quare navis gubernator illi dixit: *Quid tu sopore deprimeris?* v. 6. Hebr. *Tardemah* quod sonat lethargum, altissimum somnum. *Somnoque sepulti:* Lucret. lib. 5. v. 971. Homer. 10. *Odyss.* v. 548. *Dormientes indulgete dulci somno. Dormientem domitum somno. Somno dormiens:* iterat *lib.* 7. v. 318. 15. v. 5. 16. v. 480. & 19. v. 49. Euripid. ubi dudùm, v. 1050. *Somniculosum somno.* Sophocl. in *Trachin.* v. 1062. per Epizeuxim, seu Palilogiam, *Sopito, sopito.* Christus expresit Matt. 26. 45. quia oculi discipulorum somno erant gravati, dicens illis: *Dormite iam & requiescite:* duplici verbo idem significante; sicut Patriarcha N. cap. 22. *Regul. Sanct.* verbo & nomine, sive suppositio necessario. *Vestiti Monachi dormiant, & cultellos ad latus non habeant; dum dormiunt; ne fortè per somnum vulnerentur dormientes.* Statius 10. *Thebaid.* à v. 100. describit æmulatus Ovidium, 11. *Metam.* fab. 10.

Geminatio in vocibus significantibus somnum, indicat somni gravitatem.

Epizeuxis.

S. Benedict

Stat. *Ipse autem vacuus curis, humentia subter*
Antra soporifero stipatus flore, tapetis
Incubat, exhalans vestes & corpore pigro.
Evigilat domus: ipse autem nec lampade clarà
Nec sonitu, nec voce Deæ perculsus, eodem
More iacet.

Ioan. 11. 13. 41 Quietem seu somni dulcedinem; uti cùm dicitur de *dormitione somni*: equidem cùm placidus somnus signum sit salutis, quietè *si dormit* Lazarus, *salvus est* à nunciato languore. Æthiop. *De dormitione decumbentis.* Sic, ut exergasicè exponatur somni voluptas ex quiete naturali vinculo sensuum; additur nomen, seu vox æquivalens. Hellenismus etiam est. Obortà tempestate, laborantibus discipulis in remigando, de Christo dicitur, Marc. 4. 38. *Erat ipse in puppi super cervical dormiens:* Græc. *Dormiens somno.* Idem ad illud Actor. 12. 5. *Erat Petrus dormiens (somno) inter duos milites, vinctus catenis duabus. Somno*, quasi diceret, placidissimè & dulciter soporati. Homer. 13. *Odiss.* v. 79. *Dulcis somnus in palpebris incidit.* Plaut. in *Rudent.* Act. 4. scen. 2. v. 11. *Sopori & quieti præposui.* Per Hendiadym, sopori quietissimo. Lucret. *lib.*

Vel somni tranquillitatem.

Hendiadys.

*lib.*3. d. v.1042. *Sopitus quiete eſt.* Martial. lib.12. *Epigram.*57. *Somnus & quies.* Virgil.1. *Æneid.* v. 684. *Hunc ego ſopitum ſomno* ; quippe totus homo quieti deditus , ut ſubdit Lucretius quò dudùm.

Nec ſibi enim quiſquam tunc ſe vitamque requirit,
Cùm pariter mens & corpus ſopita quieſcunt. Lucret.

Senſus, quo velis delicare teſtimonium , genuinus eſt. Dormivit David,& dormiens ſoporatus eſt; vel quia gravi ſomno oppreſſus, vel quia dulciter ſoporatus. Ovid.11.*Metam.* fab.10. accinit:

Somne quies rerum , placidiſsime ſomne Deorum,
Pax animi , quem cura fugit , qui corpora duris
Feſſa miniſterijs mulcet , reparaſque labori. Ovid.

Aptè ut ſomni virtus conſtet, vigil amor ſocors vinclis victus iacet. Floride Iacob.Bornitius , *Emblem.* 50. *Amor victus ſomno.*

Omnia vincit amor , ſed tandem ſomnus Amorem:
Fortius imperium Somnus amore gerit.

42 Haud ſiccine accipiendum eſt illud , *Dormierunt ſomnum ſuum* ; etſi ſomnus uſurpetur pro quiete : etenim reciprocum *Suum* ſignat mortem , quaſi nati proprium munus. *Omnibus enim nobis hoc debitum eſt , mori.* Sophocl. in *Electr.* v. 1181. Hic dicitur ab Homero *Somnus ferreus.* In Biblijs , *Somnus ſempiternus.* Quare Ierem. 51. 39. *Ut ſopiantur & dormiant ſomnum ſempiternum, & non reſurgant* : & Daniel.12.2. *Qui dormiunt in terræ pulvere.* Quapropter ſenſus geminationis eſt : Qui feliciter abundantes in ſæculo obtinuerunt divitias , quaſi qui ſomniant habere , ita illi cùm moriuntur ; quia ſic tranſit gloria mundi. Haccine ſimilitudine uſus eſt Seneca. *Cùm magnam partem contumeliarum ſuperbi inſolenteſque faciant , & malè felicitatem ferentes ; habent quo illum affectum inflammatum reſpuant. Illa quicquid huiuſmodi eſt , tranſcurrit , ut vanas ſomniorum ſpecies* : & reliqua uti *n.*33. Æſchyl. in *Prometh.* v.438. Pſalm. 75. 6. Sophocl. *Felicitas brevis & fallax.*

Somniorum formis ſimiles longo illo tempore. Æſcyl.

Acumen eſt Auguſtini in *Pſalm.*131. *Omnes iſtæ felicitates quæ videntur ſæculi, ſomnio dormientium. Sic iſta omnia vana , de quibus homines gaudent , in ſomno gaudent.* Augustin. Evaneſcunt cùm apparent , & quæ cogitata ut magna ; in morte videntur nulla. Senec. in *Thyeſte* , v.445.

Falſis magna nominibus placent. Senec.

43 His ergo diſcuſsis , verſiones argumento principali reſpondent. *Quem viſurus ſum ego ipſe , & oculi mei conſpecturi ſunt , & non alius.* Hebr. & Caietan. *Quem ego videbo mihi , & oculi mei videbunt & non alienus.* Maluend. *Quem ego prævidebo mihi , & oculi mei viderunt , & non alienus.* Guarinus Coduic. *Vidi , atque his oculis intuitus ſum ego.* Septuagint. *Quorum ego mihi conſcius ſum , quæ oculus meus vidit, & non alius.* Arabic. *Si oculi mei viderint , videbunt & lumen.* Alij , *Quem ego mihi contemplabor.* Tempora Iobus mutat per Enallagen , ut inſinuetur prophetia , & cognitio cum præcognitione duarum naturarum in perſona Redemptoris , ut hìc obſervat vigilanter Caietanus. Modò ſermo flectatur in mores,ut illum poſsimus videre ſurgentes. *Verſiones.* *Enallage.*

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Ego ipſe & non alius* , ut è ſepulchro in gloriam ſurrexerit Chriſtus,cuius triumphum ſecutus eſt homo , & humana conditio ; quæ alia & ipſa : ipſa , ſed altera: etenim gratia Salvatoris, at gloriâ reſurgentis , fauſtè mutatur conditionis forma ; ſed non mutatur natura.

2. *Ipſe , & non alius.* Detrectantis pœnitentiam exponitur pravum pectus ; cuius intentio , damnatio : igitur dum volat tempus , & cupit eſſe criminum pœnitudine alius; dilatà uſque in mortem contritione , numquàm alius , ſemper ipſe.

3. *Ipſe , & non alius.* Quorsùm neceſſarius terminus ? Ut eluceàt alius à ſe pecator , dum animum percutit ſcelerum acer dolor : equidem mutatione pœnitentiæ , in conditione manet alius & ipſe.

4. *Ipſe & non alius.* Eſt amicitia cœleſtis; dum gloriæ reſurgit corpus; ut in mundo vera fides non credatur , etiam dum arctior exponitur : igitur vel in gloria qui gloriatur uti amicus ; quoàd amicitiæ fidem , ipſe non ipſe , ſed alius.

5. *Ipſe & non alius.* Quorsùm *non alius*;

si alius nequit esse, qui constat ipse? Potest ipse, ipsum non esse affectionis pravitate; eò quòd non ipse sit, qui ipse manet extra se: ipseque dici potest & ipse & alius; quippequàm mente ex affectione furiosus.

6. *Ipse & non alius.* Signat hominis entitatem, & simul hominis conditionem, Est homo ipse, illustratus ratione: non ipse, homo sine mente: & dum patriæ & non rationis dominatur affectus; cognoscitur ipse & alius: igitur ipse non est, qui phrenetico amore furens extra mentem sit.

7. *Ipse & non alius.* Ambitio simulat calidè conditionem, dum præsentit iuxta votum posibilem dignitatem. Ipse est & alius, si obtigerit munus: equidem quæ videbatur ad speciem commendabilis modestia; dum fungitur munere insolentiæ summæ conspicitur arrogantia.

8. *Ipse & non alius* (corpore & animâ in ordine ad gloriam) objicitur Iobus. At Iesus in ordine ad gratiam, cum Gertrude est ipse & alius: igitur eximij amoris vehementi efficacitate, & diversum & unum est cor utriusque.

DIDASCALIA PRIMA.

Homines florent Phœnices ex resurrectione Salvatoris.

1 PULCHRIOR oritur post nubila Phœbus: pulcherrimusque Sol iustitiæ Christus Dominus; devictâ & morte & mortalitate, in signum rutilans pulchritudinis gloriæ. Inter mortuos liber, triumphat liber, qui fuit mortuus; & uti novus celebratur triumphus. Obumbrat Stoicus in *Hercul. furent.* à v. 595.

In lucem extulit secreta mundi.
Inaccessa omnibus, ignota Phœbo
Vidit, noctis æternæ chaos,
Et nocte quiddã gravius, & tristes Deos,
Et fata vicit: morte contemptà redit.
Quid restat aliud?

Senec.

Surgit Christus, devictis morte atque dæmone.

Patres advexit Christus in lucem, & catenatum traxit Cerberum canem, ex ignotis Phœbo locis, & cæcis tenebris, in quibus dæmon contritus; etiam si quid nocte gravius: quandoquidem in vitam redijt, donatus gloriosà immortalitate, devictà & contemptà morte. Videtur in hac victoria portentum, quod de Hectore fictum. Homer. 15. *Iliad.* à v. 281. inquit:

Certè magnum miraculum hoc oculis video:
Qualiter rursùs ex integro surrexit morte vitatà
Hector; non sine Deo propugnator exultans stat.

Homer.

Ridet Euripides, in *Troãd.* cogitationem, succinens, v. 747.

Non venit Hector, ex terra reversus.

Euripid

Cæterùm redivit ex terra Christus, surgens ex integro, dum eius refloruit caro. Dormivit, sed soporatus non est. David, qui vidit corruptionem; iurè dicit: *Ego dormivi, & soporatus sum.* Christus verò dormivit in sepulchro lethali vulnere; sed non soporatus morte: etenim ex morte corruptionem non vidit, imò glorioſus è sepulchro resurrexit: evigilavit etiam percusso latere in tumuli thalamo, quasi vir, qui suscitatur à somno suo. Tertullian. 5. metricè *Adverſ. Marcion.* à v. 102.

Psalm. 3. 6.

Illi mors misera dominatur tempore certo,
Quo renovata levi de pulvere, mors inimica
Deficiat tandem, caro quùm resoluta resurgit.
Hæc est & expectata diù victoria summa,
Quam fecit virtute Patris, venerandus in ævum
Factus verus homo, hominis qui membra redempta
In cœlos tulit.

Tertul.

Ita qui dormit, salvus est. Dormit, sed vigilat cor: equidem huiusmodi infirmitas carnis, vel in morte non ad mortem inferendam; sed tantùm somnus ad morientis gloriam. Alijs contingit somnus dormitionis, quia morte veniunt in potestatem pulveris: Christo verò dumtaxàt dormitio somni; quippequàm tamquàm è somno, ad gloriam excitatus è sepulchro.

Cur in illo non dormitio somni, sed somnus dormitionis?

Ioann. 11. 13.

2 In prognosticum elevationis Vespasiani ad imperium, plausum uti omen faustissimum; quòd *arbor cupressus in agro avito sine ulla vi tempestatis radicitus evulsa atque prostrata* (infit Suetonius in eo, cap. 5.) *in sequenti die virilior atque firmior resurrexit.* Non arbor in nece Salvatoris corruit, sed ipse in arbore de angustia & de indicio sublatus est; qui

Sueton.

quia radicitùs è vivis evulsit crux. Iacuit; sed post triduum firmior resurgendo floruit : siquidem in immortalitatem visa transisse mortalitas, in virtutem firmiorem carnis infirmitas, in speciositatem vulnerum fœditas, in exaltationem passionis humilitas, contumelia in gloriam, opprobrium in excellentiam. Casus in triumphum, atque crux dira in victoriæ trophæum; quod ovans inferret cœlis, primus resurgens à mortuis. Arator. 1. in *Act.* à v. 318. accinit:

Infernum Dominus cùm destructurus adiret,
Detulit inde suam spoliato funere carnem,
Victor ab arce crucis radiantia signa ministrans.

Quæ mira in eius resurrectione?

Conditio Squillæ.

De Squilla pisce (lupum voracem interficiente, morte) refert Ælian. 1. *Animal.* cap. 30. *Primùm in gutturis laxitate saltat : pòst aculeòs in miserum venatorem defigit : huic interiora exulcerantur, tumescentiaque plurimum sanguinis mittunt : denique suffocatione lupum interficiens, interficitur.* Ita pugna, ex qua occumbentis victoria. Dicam cum Iuvenale, *Satyr.* 5. v. 81.

Ælian.

Aspice quàm longo distendat pectore lancem,
Quæ fertur Domino, Squilla.

Iuvenal

Mors mortis factus est Christus, ubi succubuit. Interfectus lupum mortem interfecit. Ubi est mors victoria tua ? Absorpta est mors in victoria : igitur expectans ex ictu triumphum; morientis in pugna, erecta fuit in trophæum. Moriens animam abstulit hosti; & mors fata novissima constituit sibi. Victum est Chaös, & vivit iterùm. Mortua est mors, & ex deliquio Solis splenduit supernè lux. Quorsùm Magdalene mittit lachrymas? *Mulier, quid ploras?*

Christus moriens, interfecit mortem.

Ioann. 20. 15.

Quid me, tenentem regna siderei poli,
Cœloque tandem redditum, planctu iubes
Sentire fatum? Parce : nam virtus mihi
In astra; & ipsos fecit ad superos iter.

Senec. in Oet. æo, à v. 1937.

Cettamine cum morte inito, gemuit mors clusa barathro.

O felix! quo solvimur omnes
Hoc tibi suppeditat vires : præbetur origo.
Quin & supplicij nomen, nexusque subisti;
Ut nos subriperes letho, mortemque fugares
Morte tua.

Claudian. de Phœn. v. 101. & de Christ v. 16.

3 Iam claret triumphus, & instar Phœnicis ex morte devicta plausus. De illo ergo refert Pierius Valer. lib. 20. cap. 1. *Phœnicem renasci, qui nidum è ramis avellat, suaque incunabula & sepulchrum reponat ante ipsius Solis fores* Numquàm vacuum Phœnicis patet sepulchrum; quin floreseat novus Phœnix, è tumulo vitam hauriens. *Nasci primò pullum, totumque deferre nidum in Solis urbem* : ait Plin. *lib.* 10. *cap.* 2. Singularis sanè historia, quæ verum articulum repræsentat, quamvis ficta; quoniam pro nobis Redemptor mirabiliter perfecit, ultra quæ hominis cogitatio fingere potuit. Piæ fœminæ, cùm in Christi sepulchro illarum mansisset cor; *Emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum.* Accesserunt ergo ad monumentum, fulgentemque invenerunt Angelum obvium, qui dixit illis : *Iesum quæritis Nazarenum crucifixum ? Surrexit, non est hìc, ecce locus ubi posuerunt eum.* Bonum utique, & maximè afflictis nuncium; sed quorsùm ad argumentum? Quid loci, ubi sepultus, Angelica demonstratio; ut Christi sepulti astruëretur resurrectio ? Quibat non resurrexisse, & ibi non esse. Quid quòd locus esset vacuus, vel non esset? Totus articulus : sepulchro vacuo Christum à mortuis surrexisse declaravit, exprimens signa, quod protulerat verbo. Sepulchrum Christi fuit nidus, quò triduò ut Phœnicis requiescebat eius corpus. Fuit utique bustum, ubi renovandum inter odores aromatum. Numquàm huiusmodi nidus invenitur vacuus, quin exurgat Phœnix novus : Angelusque meditanter sepulchrum demonstrat vacuum; quippe Christus ut Phœnix iam habet corpus glorioſum. *Ecce locus.* Surrexit, si non est hìc. Hìc profectò esset, si in novam vitam cadaver non surrexisset. Hìc non est, donatus decore gloriæ : surrexit verè : etenim spolia videntur superposita cadaveri; & ut nidus Phœnicis est sepulchrum sine corpore. *Ecce prædixi vobis:* subdit Angelus. Quid prædixit ? Dixit, quòd surrexerat glorioſus : prædixit, ab illis ita videndus. Unde præsagium ? Ex signo. *Videte locum.* Si sepulchrum vacuum corporis, in vitam novam avolavit Phœnix.

Plin.

Quare plaudit. tur Phœnix in re surrectione?

Marc. 16. 2.

Vers. 6.

Matth. 28. 7.

Vers. 8.

4 *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni*; erat inter Christi discipulos festiviſsima vox, redeuntibus duobus de castello Emmaus. Quid ergo Petrus fecit, unde verè diceretur; quòd Dominus surrexisset, & quod Simoni apparuerit ? Dicit contextus. Auditis fœminis, *Petrus surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & abijt secum, mirans quod factum fuerat.* Quid factum fuerat, ut secum attonitus miraretur factum ? Vidit vacuum monumentum, vidit sine corpore sepulchrum:

Luc. 24. 34.

Vers. 12.

Pier. Valer. *Conditio Phœnicis*

In cognitionem renovationis Phœnicis, ducit in tumulo evacuatio cadaveris : Petrusque miratur factum, de quo dumtaxat dubius acceperat nuncium ; quippe Phœnix è sepulchro floret vivus, si in sepulchro non est corpus. Si ablatum fuisset, secum linteamina ferret. Hæc in sepulchro, nihil amplius, vidit Petrus : ubi corpus? Verè donatum vitâ novâ, gloriosa ; dum videt in sepulchro haudquaquam corpus, sed cadaveris signa. Linteamina necessaria cadaveri, neutiquàm glorioso corpori: Petrus linteamina vidit, corpusque iam glorioſum asseruit ; igitur qui è tumulo vitam accepit ut Phœnix, reliquit mortis spolia in signum resurrectionis. *Qui surrexit verè, apparuit Simoni.* Quando? Non dicitur, sed infertur. Aspexit mirans sine cadavere sepulchralem vestem, & cogitavit resurrexisse Phœnicem : etenim si linteamina in sepulchro reliquerat; è signis Simon vidit quod factum fuerat.

Quo intuitu relicta in sepulchro linteamina; resurrectione gloriosa?

5 *Mirans*, dicitur. Quid miratur Vitam exire à morte, profectò singulare. Haud creditur, tametsi videatur. Iudicatur impossibile. Discipuli vel ad oculum existimabant se spiritum videre. Vivus è sepulchro ! *Non credentibus & mirantibus præ gaudio.* De quo gaudium, si non credunt ? Quid ergo credunt ad gaudium? Gaudent sanequàm videre, quod minimè arbitrabantur credibile: igitur, ut non visum, illorum, etiam videntium, excedebat fidem ; mortum atque sepultum gloriâ videre immortalem. Referunt fœminæ prodigium ; *& visa sunt ante illos sicut deliramentum.* Excedit humanam intelligentiam, ex dedecore oriri gloriam, ex morteque surgere vitam : modòque gaudent, dum vident : credentesque non credunt, quod gaudio aspiciunt ; quia vel in facto non facile fidei, quod sine delirio aut poterat cogitari. Mirantur præ gaudio, quid vident ex tumulo : siquidem argumentum dignum admiratione, de sepulchro florere, sed sine iure sepulchri. Pende in mysterium verba Iobi. *Scio* (ait *quòd Redemptor meus vivit ; & in novissimo die de terra surrecturus sum.* Quia Redemptor vivit, illius vita vel post mortem expectata: de quo infrà. Cur igitur si utriusque describitur resurrectio, in hoc mirabili articulo, ex quo utrique immortalis gloria ; de Redemptore non dicitur, quòd surrecturus de terra ? Quia de terra non surrexit, quantumvis ex morte cadaver iacuit. Surgit de terra, qui per mortem in terram corruptibilis revertitur; haudquaquàm qui immortalis ex mortalitate oritur. Surgit in gloriam de terra, quisquis non surgit virtute propriâ : Iobusque dicit, quòd Redemptor resurrectione florebit, dum ille per illum de terra surget ; quia in sepulchro dabitur locus cadaveri absque ulla iurisdictione sepulchri : igitur virtute propriâ obtinebit corpus immortalitatem ; quin corpus mortuum redigatur in pulverem.

Verſ. 41

Cur illam videntes mirãtur, sed non credunt?

Verſ. 11

Iob. 19. 25.

In quo Christus ex morte vicit sepulchrũ?

Verſ. 27

6 Hinc de se dicit : *Ipse & non alius.* Ipse, non alius ; sed ex alio, quia ex non esse, seu pulvere resurrectio. Christus ipse ex se ipso & non alius; licèt mortuus & sepultus : quandoquidem Iobus sensit mortis corruptionem, verùm Christus non sensit ex morte mortalitatem. *Mors illi ultrà non dominabitur* : dicit Paulus. Postquàm ab eâ hominis vita adempta, morsne dominatur ultrà ? Profectò : dicit pulvis cadaveris in sepulchro : morsque in Christo ultrà non dominatur, quamvis in sepulchro ponitur ; quoniam uti Redemptor ostendens propriam virtutem, non vidit vel in sepulchro dominatricis mortis dominationem. Redemptorem Christum respexit, ut illum post mortem etiam à morte redimeret ; ut videretur ipse alius miraculosè ; & non alius esset, sed idem ipse. *Ipse & non alius*, cùm in gloriam surrexerit Redemptor Christus : cuius triumphum felix sequetur homo, atque mirabitur humana conditio : diciturque alia & ipsa, ipsa sed altera; quippe ex gratia Salvatoris (summâ glorià resurgentis) faustè mutabitur conditionis forma, quin immutetur mutatione natura. Illum sequentes, vivemus instar Phœnicis : *Qui seipsum* (ait Tertullian. de *Resurrect. carn.* cap. 13.) *Iubenter funerans renovat, natali fine decedens, atque succedens iterùm Phœnix. Ubi iam nemo, iterùm ipse: qui non iam, alius idem.* Ipse Dominus surgens dedit exemplar, ut in nobis resultaret glorificationis iubar. *Ipse Iesus ibat cum illis. Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum.* Alius & ipse, ut renovatus Phœnix. Ipse, quia eiusdem naturæ cum hominibus cæteris: alius, quippe glorioſus, iam alterius conditionis: igitur iam elevavit in gloriam, quam mortalem susceperat propter homines naturam. Sequitur triumphum homo, illo surgente de tumulo, ac demonstrante, absorpta morte per immortale corpus, quòd sit ipse & etiam alius : alius & ipse, quoniam eiusdem naturæ & alterius gloriæ: igitur illi complacuit naturæ humanæ com-

Rom. 6. 9.

Et surripuit à dominante morte dominationem?

Tertul.

Luc. 24 15. & 39.

Gloriam comunicavit toti humanæ naturæ.

communicare gloriam ; quippe acceperat naturam. Modum expressit Dracontius de *Oper. sex dier.* à v. 343.

——*Mos est, de flammis tollere flammas;*
Nec minuit quicquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena solent aliorum lucra parare:
His quæstus, non damna parant in fomite flammi.
Detractis : auferre iubar, accenditur ignis.
Ecce dedit hominis.

Draco.

Gregor. Nazian.

7 Facta est Redemptoris *resurrectio propter resurrectionem*; inquit Gregor. Nazianz. *Orat.* 1. Quid mirum? Propter resurrectionem fuit resurrectio ; quippe surrexit ut resurgeret homo. Noluit bibere Ulysses Circes calicem, fictam continentem dulcedinem, quoniam potus ingerebat effigiem irrationalem. Ut homines eveheret Christus in altiorem gradum, hausit usque ad fæces poculum. *Calicem, quem dedit mihi Pater, non bibam illum?* Bibit, hausit, & non solùm hominibus naturalem effigiem ; sed restituit Deitatis quam amiserant imaginem : etenim cùm propter resurrectionem fieret ejus resurrectio ; surgens uti Phœnix de sepulchro, non tantùm redemit captivam imaginem Numinis ; sed etiam corpus quo splendet, quæ est imago Deitatis.

Christi resurrectio ut resurgeret homo.

Ioann. 18. 11.

Inde fides, dextraque data, thalamoque receptus,
Coniugij dotem sociorum corpora poscit.

Ovi. 14. Met. fab. 6.

Hinc Gregorius Magnus : *Candor enim vestis* (inquit Homil. 21. in *Evangel.*) *splendorem nostræ denuntiat solemnitatis Nostræ dicamus, an suæ? Sed ut fateamur verius ; & suæ dicamus, & nostræ. Illa quippe Redemptoris N. resurrectio & nostra festivitas fuit ; quia nos ad immortalitatem reduxit* Aptè Redduxit : Igitur immortalitatem, quam in paradiso perdiderat homo ; restituit surgens de tumulo, singulari ex resurrectione gratiâ, vivificando mortalia corpora nostra. Tertulian. d. *lib.* 3. v. 236. modulatur:

Gregor. Magn.

——*Per gentes tradit ubique*
Esse caput Christum, sunt cuius Ecclesia membra.
Corporis ipse salus, membrorum vita perennis:
Ipse caro factus, pro cunctis ipse peremptus: Ipse surrexit primus, spes una salutis.

Tertul.

Surrexit? Ergo mortalibus amissam immortalitalitatem restituit ; ut nostræ esset festivitatis, quæ eius erat glorioſæ resurrectionis : etenim in plenum triumphum, ut mortis victor poscit corpora. sociorum:

Cur eius gloriæ festiva festivitas nostra?

reformavit enim corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

8 Lazarus mortus est ex languore lethali, vitam premente. Infirmitatem nuntiaverunt sorores, sed Christus sanare distulit, ut resuscitare posset : discipulisque dixit : *Infirmitas hæc non est ad mortem ; sed pro gloria Dei.* Venit ergo Iesus, quò videnda eiusmodi gloria ; & occurrit ei, fratrem lugens, mœstissima Martha: cui, ut, lacrhmas abstergeret, dixit : *Resurget frater tuus. Ego sum resurrectio. Credis hoc?* Quod illa? *Utique Domine, ergo credidi, quia tu es Christus filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.* Quorsùm hæc? Christus fratrem resurrecturum de tumulo, asseruit: quo igitur orationis filo, in hunc mundum Christum è cœlo venisse; respondit? Ut adstrueret spe fidem, qua cogitavit surrecturum fratrem : igitur qui glorioſus, in hunc mundum mortalis venit ; ut mortuos ad vitam de sepulchro revocaret : filiusque Dei vivi dicitur, dum cadaveris resurrectio proponitur ; quoniam eius resurrectione perfectà, exultabunt è sepulchris ossa humiliata : etenim surgent glorioſa ex abiectione pulveris, quomodò Christus surrexerit à mortuis per gloriam Patris. Novum est, quòd in morte vita sit. Ad hoc descendit de cœlo, qui uti Lazarus etiam deponendus in sepulchro : siquidem ejus glorioſa resurrectione, resurgent viventes mortui, & innovitati vitæ. Iccirco infirmitas Lazari, quæ in mortem fuit ; non in mortem introducta, sed tantùm pro gloria Dei. Esset infirmitas in mortem, modò cadaver redigeretur ad pulverem : si mors arriperet à corpore vitam, ut convetteret in terram : si moveretur homo, iacens mortuus in sepulchro ; hæcque infirmitas læthalis, non fuit in stemma mortis, sed ad Domini gloriam : quoniam in sepulchro cadaver translatum dè morte ad vitam.

Ioann. 11. 4.

Act. 23.

Cur Cur resurgente homines non moriuntur in morte?

9 *Non videbit interritum* ; astruit David. Interrit & non est mors? In ipsa resurrectione index fulget potestatis ; quippe resurrectio ex mortuis : corpusque non interit, quamvis moritur, & cadaver sepeliatur, quoniam Christo surgente vivificatur, & de sepulchro in eius gloriam assumitur.

Psalm. 48. 10.

Securè moritur, qui scit, se morte renasci:
Non eâ mors dici, sed nova vita potest.

Ioanch. Chamg.

Uti diximus in *Litter.* n. 1. Corpus etiam si mortum fuerit vivet, etenim surgen-

te Christo, in morte mortem gustabit, sed non videbit. Videt interitum corpus mortuum, si sepulchrum domus eius in æternum: sed non interit, quod moritur, tametsi propter mortem sepeliatur; quod quia Christus resurrexit; è sepulchro vitam habet. Mors non mors quæ tendit in vitam: imò mors vita quæ tendit in gloriam; qua corpus mortuum (quia mortale) in novitate vitæ resurgit incorruptibile. Erit uti in Phœnice sepulchrum nidus, ubi sine corporis conditione refloret corpus: ipsaque morte nullus interitus est; quia si vita ex ipsa morte, perperàm dicetur mors. Mors valet, sed non prævalet: non eâ mors dici, sed nova vita potest. Pende. *Resurget frater tuus. Credis hoc? Utique Domine.* Verùm unde? *Ego sum* (ait Christus) *resurrectio* in radice, ideſt, causa resurgendi; credis hoc? Infallibiliter surget de sepulchro frater tuus: quandoquidem in huiusmodi vitæ mirabilem novitatem fiet resurrectio propter resurrectionem: habebitque Lazarus ex ipso sepulchro vitam; antequàm ego de morte subripiam gloriam: etenim cum gloria & in gloriam perficietur è tumulo resurrectio; ut in vitam & gloriam resurgat homo.

Eorum corpus gloriâ Christi, sine corporis conditione.

10 Dicit Iobus. *Scio* (inquit) *quod Redemptor meus vivit.* Quid ex hoc? Quid? *De terra surrecturus sum.* Ille de terra surget, quia Christus vivit? Quorsùm vita Christi morte devictâ, ut Iobi cadaver cum gloria surgat è terra? Non solùm Christus venit animæ Redemptor, sed & corporis Salvator in novitate vitæ, quippe vita ex eius morte. Gloria mortui humani generis pendet à resurrectione Redemptoris, qui dotes gloriæ communicabit corpori, cum mortis victor surrexerit de obscuritate sepulchri: Iobusque sibi etiam ex terra asserit resurrectionem, dum corpus Christi è sepulchro hauriat immortalitatem; quia de sepulchro in novam gloriam surrexit, ut homo in vitam & gloriam etiam cadaver resurgeret. Vitæ dum participes etiam in carne immortalis lucis; Deus Dominus & illuxit nobis: etenim etsi cadavera, ad immortalitatem in lumine eius videbimus lucem.

Christus dum surgit, corpora nostra redemit.

11 Videtur vera Redemptoris sanguine (quam commentus est Callisthenes) Ara Midæ. Eius filius sponte, ne periret totum regnum, se dedit in sacrificium. In eius memoria extructa est ara, quæ quidem, ut asserit ille, 2. *Metamorphos.* Plutarch. in *Parall.* n. 5. & Causin. lib. 2. symbol. 13. ex terreâ facta est aureâ; eò quòd aperta usque in Tartarum terrâ, minimè coivit, nisi hominis animâ. Vetustas, ut dicam ex Martial. lib. 9. *Epigram.* 36.

Ara Midæ quæ, fuit

Plurima sed fingit, sed quasi vera refert. Martial

Propter originale in paradiso delictum, exules cum morte & inferno pepigerunt pactum, quo infernum usque victrix prævalebat mors, & ad recipiendum reos Orcus aperuit os suum, quod hiscens occludi non valuit; quousque anima Christi in cavernam descendit; seque dedit, ut præcipites, inferno mancipatos, liberaret, & nomen æternum sponte vitam amittens, acquireret. In memoriam erecta est ara (humana nempè natura, quæ ab illo voluntariâ morte erecta; quippe iacebat in pulvere triumphante morte) chirographum cùm deleret, atque cruci in libertatem affigeret: factaque est aureâ, quæ peccato fuërat terreâ; eò quòd Christo resurgente, ex conditione terreâ corruptionis, nacta est aurum glorioſæ immortalitatis. Appositè, sed aliò intentus Manilius, 4. *Astron.* cap. 1. à v. 49.

Quomodo corpora immutavit

Quis tantum mutare potest sine Numine, fati?
Hoc nisi Numen daret, numquàm fortuna tulisset.
Ille qui cœlo genitus, cœloque receptus,
Cùm benè cõpositis victor cibilibus armis, Manil.
Indicium dextrà retinens, crimenque cruore
Delevit proprio, posset ut vincere fata.

DIDASCALIA II.

Pœnitentia tarda omninò periculosa.

1 NOnnumquàm in natura ex igne fumus: econtrà operatio intra pœnitentes pectus: equidem ex fumo criminis oritur ignis amoris, quo flagrat vehementer cor; ut ex vitio decor sit.

Ex fumo criminis ignis relucet amoris.

Fumiferos fert ignes. Virgil.

Ait Virgilius, 9. *Æneid.* v. 522. Fumus acrimoniâ percutit oculos, ex quo oritur promptissimè fletus; quippe natura non habet quo extinguat ardentem incendium oculorum, præter aquam lachrymarum.

——*Est quædam flere voluptas:*
Expletur lachrymis, egeriturque dolor. Ovid. 4. *Trist.* 3. v. 37.

Ignis fumum mittit; sed in corde pœnitentis niger fumus ignem congerit: igitur ut lachrymis è pectore egeratur cordolium;

lium ; ignis amoris tendit in fumum: quem quidem curat accendi, ut quæ fumus iam fini flammæ : in pectusque redeat amor, cuius absentiam deplorabat dolor. Diximus ex Plinio, *Tom. 4. T. 9. D. 3. n.* 19. herbam Anacampserotem tantæ esse efficacitatis ; ut eius tactu depositi redirent amores. Huiusmodi herba, quæ tantùm divina gratia, pretiositate philtri, invenitur dumtaxàt in florido paradiso pœnitentiæ ; cuius tactu amoris ignis fumo peccati depositus, cordi statim restitutus : etenim si eius splendor in fumum versus per crimèn ; iam fumus in splendorem : illicò quippe ac tactu pœnitentiæ in pectore incensus dolor; intensiore flammà redijt depositus amor ; quo dum fumo criminis à pœnitentia inflammatur, accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.

Quænam conditio Anacamp serotis Plin.

2 Gracias ab Horto, lib. 2. cap. 22. & Paludanus, 4. p. *India Oriental.* causam in nostrum propositum reddunt. *Flere facit tacta.* Quid si amorem iam depositum restituat? Videtur in dolente fugam ignis, quid faciat fumus doloris : igitur si amor avolat, dum crimen in pectus intrat ; numquàm efficaciùs amor restituitur cordi, quàm lachrymis pœnitentiæ. In vulnus virulentum aspidis præsens medicina est aqua. Unde Ælian. 9. *Animal. hist.* cap. 62. infit : *In quinquatrijs circulator ad ostentandam suam ipsius sapientiam, simulque ex artificio suo specimen dandum; aspidem ad brachium admovit, & ex impresso morsu virus exuxit. Cùm posteà non aquam, quam sibi præparaverat, exsorbuisset, quòd ea esset subducta (ex insidijs vas fuerat eversum) pòst sine dolore sensim pernicie veneni illapsà, extrabuit, & vità privatus est.* Exemplum objicitur impœnitentis : etenim virus bibit, abestque sensus doloris. Deficit aqua quæ haustæ virulentiæ medicina: signumque claret mortis, si dolor aufugit vulneris : peritque vita, quippe deficit aqua. Aqua ista semel hausto veneno peccati, est in apotheca penitentiæ. Sæpe itaque homines venena voluptatum fidenter bibunt, quoniam in posterum adversus venenum aquam lachrymarum disponunt, ut *filij Heli filij Belial* : qui ut asserit Philo Biblius, correcti à patre, in senectute promisere pœnitere ; quasi senectus & pœnitentia essent in illorum voluntate. Hinc *filij* dicuntur *Belial* ; quia insidiæ diaboli sunt, spondere tempus ad flagitiorum planctus; dum ad planctus non est tempus : igitur repentè in iuventute mortui, qui voluerunt (si voluerunt) pœnitere in senectute : *filij* sanè *Belial*, sine lege, sine iugo, sine freno; quippe vanà fiducià in posterum pœnitudinis, præ nimia iniquitate convertuntur in dæmones. Spe futili fugunt aspidum venena, à dæmone dolis substrahitur aqua: venenoque tabescentes privantur vità; quoniam veneni non pœnitet, quos mori sine dolore non dolet : nequit enim dolore de crimine, quem non pœnitet de morte: moriunturque sine sensu, quia moriuntur sine planctu: moriuntur uti vixerunt. Aquæ fiducià (quia adversus aspidem medicina est aqua) criminum perplacuit toxicum: mortuique sunt, aqua in expulsionem deficiente lachrymarum : etenim in criminum virus, remedium criminum fletus; ne sine dolore pernicie veneni illapsà, inter morulas mortis ex tabe depereat vita.

Lachrymæ in venena sùt aqua vitæ.

Garc. ab Hort.

Ælian.

1. Reg. 2. 12.

Deperit peccatorũ vita, si protracta pœnitentia.

3 Carpat Seneca eiusmodi stultitiam vel amentiam in cogitationum vanitatem & fugam. *Audies plerosque dicentes : Sexagesimus annus ab officijs me dimmittet : & quem tandem longioris vitæ prædem accipis? Quis ista sicuti disponis, ire patietur? Non pudet te, reliquias vitæ tibi reservare ; & id solum tempus bonæ menti destinare, quod in nullam rem conferri possit? Quàm serum est, tunc vivere incipere, cùm desinendum est? Cur tam stulta mortalitatis oblivio, in sexagesimum annum differre sana consilia, & inde velle vitam inchoare, quò pauci perduxerunt? Omnia tamquàm mortales timetis : omnia tamquàm immortales concupiscitis.* Ita exclamat, de *Brevit. Vitæ*, cap. 4. Ardua dicitur pœnitentia : & vitæ debilitas reservatur in ardua? Firma valetudo in crimen, & quassata in pœnitudinem? Stultitia est : sine sensu, quomodò dolebit cor? Unde irrepet dolor mentis, si mentem surripit cruciamen corporis? Non est sensus, & vulnera sentiet? Motus erid ad cœlos, & corpori non est motus? *Non est sensus, ubi est amaritudo* ; quippe subtrahit omnem sensum: unde ægritudine corporis & molestià amaritudinis, ad bonum peccatorem converti, & recipi frugi ; est velle, sine motu moveri, & sine sensu sentire. Est sensus & non est sensus, ubi ex dolore corporis percellitur animus, qui solùm attendit, & intendit ubi dolet : etenim si vulnus corpori & animo ; æger adest ubi corporis amaritudo : vulnus enim & dolorem animi prætermittit ; nec dolet, de quo non doluit.

Senec. *Criminũ in futurũ pœnitudo cogitationes prorsus sine intellect.*

Eccli. 21. 15.

Non

Psalm. 6. 6. 4 *Non est in morte qui memor sit tui*: dicit. Domino saucius ictu peccati David, infirmus animo sagitta criminis, cognoscens tamen discrimen infirmitatis, & periculum in morula curationis: quapropter subdit: *Convertere Domine, & eripe animam meam: salvum me fac propter misericordiam tuam.* Nunc; nunc Domine ægrâ animâ, & valido corpore, tempus faciendi: equidem si in mortem extenditur medicamen, nullam animæ in salutem obtinebit conversionem. Eripe Domine modò animam meam à crimine, quippequàm dolet de vulnere; & compuncto corde pungitur animus: haudquaquàm in morte qua sentiendo non est sensus, nec dolor sentitur, eò quod sensum furetur corporis dolor: nunc fiam salvus, quia misericordiâ tuâ cognoscitur vulnus, & etiam misericordia cognoscitur; ubi vulnere anima saucia compungitur: non utique in morte, qua rarus est qui memor sit tui, ut pœnitentiam agat, & ad te animam ægram convertat: igitur tunc vel tua insignis aufugit misericordia, qua recedit pœnitentia. *Non est in morte qui memor sit tui.* Dùm sui æger præ dolore recordatur; tui, ut veniam deprecetur, obliviscitur. Quid si in morte misericordia non sit, quùm miser in illa obliviscitur Dei? Corpus quod corrumpitur aggravat animam: fugitque misericordia, nullam videns pœnitentiam; quoniam præ dolore corporis, obliviscitur æger doloris criminis, qui necessariò à pœnitentia propter salutem inferitur; ut qui moritur dolore, præ dolore non moriatur. Quia in morte dolor, nemo Numinis est memor. Ubi maior in subsidium recordatio, maior viget oblivio? Proh dolor! Sensus amittitur. Memor Dei est ægri cor, si dolor criminis est: nemoque in morte, Dei oblitus corditùs dolet de crimine; quia dum dolor esse debet in illo, ille totus in dolore.

Vers. 5. *Cur in morte, pœnitere difficile?*

In morte non est sensus ni si ad sensum.

5 Ægra iacebat ad mortem filia Archisynagogi Iairi. Hic procidit ad pedes Iesu, *& deprecabatur eum multùm, dicens: Filia meâ in extremis est. Veni, impone manum super eam, ut salva sit & vivat.* Quid Iesus? *Abijt cum illo.* At cùm paululùm subsisteret in alterius curatione; *veniunt nuncij ab Archisynagogo, dicentes: Quia filia tua mortua est.* Grave ocurrit argumentum. Si Archisynagogus erat in Salvatoris præsentia: quomodò ab illo venerunt, qui denuntiarunt illi de mortua filiâ? Ut ab illo venirent, necessarium erat, ibi esse, unde venerant nuncij. Si ibi erat, filiam mortuam nequaquàm ignorabat. Si sciebat nuncium, quorsum nuncientes venerunt? Haudquaquàm ab illo ad illum venire poterat, dummodò ille in præsentia Iesu, quin removeretur, erat. Non erat, etsi esset ibi: Qua lege? Erat in dolore. Erat, ubi dolor vocabat: & ab illo ad illum nuncium mortuæ filiæ volat; quia non erat, ubi erat. Erat dolore extra se, fugit à dolente cor: abijt quò premebatur sensus, quin haberet animus. Ictus amaritudine, non erat, ubi erat corpore: & quamvis salutem à Salvatore sperabat, cum illo, & coram illo non erat; quia præsens dolor ita sensum ademit, & extra se traduxit, ut nec de Christo, quem præsentem habebat, cogitaret. En peccator in ægritudine vel in morte filiæ animæ sauciæ satagens, quæ quidem est in extremis. Dolor ægretudinis urget: plus criminis urgere debet; sed obliviscitur, quippe tantùm de corporis incommodis recordatur. Cogitat infirmitatem non crimen. Non est, ubi manet; sed ubi dolet: cuius urgentia ita præ sensu extra sensum tollit dolentis cogitationem; ut nec Iesum cogitet habere præsentem. Non est in morte, qui Deitatis sit memor, cùm premit in extremis corporis dolor; ex quo provenit finalis impœnitentia, & quod in conversionem avolet misericordia: quandoquidem angor ita extra se ducit cor; ut obliviscatur adstare coram Iesu: huius immemor, & molestiarum memor, sine dolore criminis; quantumvis in præsentia Salvatoris: igitur in illo non est dolor pœnitentiæ, quia totus homo dumtaxàt est in dolore.

Marc. 5. à 23.

Vers. 35

6 Videtur discrimen inter duos latrones dolentes in extremis, iuxta crucem Salvatoris. Uterque quærebat salutem, verùm ob diversum finem: igitur unus ne amitteret vitam; alter verò vel cum dolore, ut ageret pœnitentiam. Hic dolet, quia erat in cruce, cæterùm dolore pœnitet: nec pœnitet doloris, etsi acerbissimæ crucis, crucem patiens, cruce dolens: obtinuitque à Domino animæ conversionem, quia nequaquàm per dolorem cogitabat crucem, sed Iesum quem videbat cruce pendentem. In morte memor fuit Dei, ac dolore in eum excitavit cor, accipiens gratiam; ut quamvis serò ageret pœnitentiam: alterque perivit, quamvis Salvatorem coram oculis habuit; quia cùm illo non erat, estò staret coram illo in ligno crucis, clamans pro salute cor-

Vera & falsa in dolore mortis pœnitentia.

Luc. 23. à 39.

po-

poris: unde cùm Christum patientem etiam vidisset, quasi non esset; quippe non erat in cruce doloris criminis, sed sine fructu patiens in cruce doloris: Christusque utrique in cruce clamanti, non parcit, conferens gratiam; quoniam in uno ex dolentibus non invenit pœnitentiam. Hoc micat periculi in procrastinatione pœnitentiæ. Si futurum homini benè erit; quanto melius est hodie, quàm futurum? Si futurum, utile; utilius sanè in præsenti. Nemo securus est de crastino, quantumvis panchratica valetudo. Stultitia est expectatio. *Remove* (infit Seneca, *Epist.* 117.) *ista lusoria arma: decretorijs opus est. Agatur aliquid. Non est bonum futura sapientia. Ægro interim nihil ventura sanitas prodest. Quis nescit, hoc ipso non esse bonum id quod futurum est; quia futurum est? Quod bonum est, utique prodest: nisi præsentia prodesse non possunt.* Si bonum futura sanitas; necesse est ut æger iaceat, quousque sanitas veniat. Futurus est ab infirmitate liber; non est: erit, cum fuerit. Ex nihilo nihil fit. Quod futurum, nihil est: sed non futurum, sic debacchantem designari insanum: quandoquidem desipientia, voluntariè retinere infirmitatem, propter futuram (si futura) valetudinem. Cui placet bibere virus, quia futurus medicus? Quod posteà factum velis, age: utilius & melius hodie. Nunc ita: nescis, si facturus posteà. Accinit vel Ethnicus, in *Heautont.* Act. 2. Scen. 3. à v. 102.

Quid ego nunc? Quid boni est? Quod boni datur
Modò, fuere, dum licet: nam nescias, eius sit
Potestas posthàc, an numquàm tibi.

7 Ita peccatoris procans insania, ut prævaleat in vanitate sua. Fusè Chrysostomus Homil. 22. in 2. *Cor.* sensu moral. *Cave* (inter alia, reflexione digna infit) *dixeris: Erit tempus cum ad meliorem frugem revertendum erit. At inquis, Multis Deus in extrema quoque senectute, peccata sua confitendi, spatium concessit. Quid tum? An tibi quoque concedet? Concedet fortasse, inquis. Quid ais, Fortasse, & interdùm & sæpe? In mentem tibi veniat, te de anima consilium inire. Contrarium pone, tecumque ita reputa: Quid autem si non concesserit? Tu contrà. Quid autem, si concesserit? Concesserit quidem ipse: veruntamen hoc tutius est & utilius. Ex dilatione periculum nascitur: ex cunctationis fuga & certa & perspicua salus. Incertis eventibus teipsum committis. Non ita incertis, inquis, sed Dei benignitati.* Respondet Siracides: *Ne dicas: Miseratio Domini magna est: misericordia & ira ab illo*: procedit enim ab illo implacabilis ira; quoniam toto vitæ tempore, ad crimina abusus es Domini misericordiâ: tempusque quod dedit in pœnitudinem, trivisti audacter in ampliorem pravitatem. Quid quòd amoris flamen, in cor ingratum revocetur in fulmen? Quid si misericordiam non inveniat, qui venientem pravè expulerat? Qui quærit, invenit: qui repulit, etiam desiderans non inveniet.

8 *Qui manè vigilant ad me, invenient me.* Pende *Manè*: idest, tempestivè: non in morte, qua in cordis conversionem non est virtus, & forsàn non erit tempus. *Manè*, tempestivè; quia qui pœnitentiæ quærit lucem, illum oportet, prævenire Solem. *Manè*: haud sanè in extremis vitæ: etenim non invenit, qui tunc cordis compunctionem quærit; quoniam tunc plus vigilat præ dolore corporis, quàm præ nimia amaritudine criminis: caroque crutiatibus opprimit mentem: ut nullam, cuius non dolet, exerceat cogitationem. *Manè*, non serò vigilat, ut quærat anxiè quod quærit: igitur si non manè, tunc non est vigilare, sed præ dolore, sine dolore dormire. *Manè*, quia tunc opportunè: quandoquidem minimè vigilat, ut pœnitentiam inveniat, qui illotunc odio criminum pœnitudinem quærit; cùm tota vita oculis clausis ad flagitia tantummodò vigilaverit. *Manè*, ut sit animæ bene. Sin intempestivè, malè: equidem si tantùm invenit, qui maturè quærit; non inveniet quod optat, qui serò vigilat. Ex tempore solicitudinis, ac inquisitionis, pendet fortuna felicitatis. Qui *manè* vigilat, necesse est ut gratiam ad pœnitentiam inveniat. Prævenit enim tempus, ne cunctatione putresceret vulnus. Qui serò ad pharmacum inveniendum vigilavit; forsitàn inveniet, & forsitàn non inveniet. Dormivit plenus ulceribus sine dolore nonnumquàm: nescit iter, & quà perveniat ad pœnitentiam. Quid si erret, dum semitam non cognoscit? Vigilat, sed oculos, ne videat, prava consuetudo gravat. Vigilat, ne in morte obdormiat. Vigilat, ut desiderata inveniat. Vigilat, & fortè inveniet: & forsitàn non inveniet, quippe serò vigilavit. Manè tempus est. Inveniet, qui manè vigilaverit. Ergo si non manè non inveniet; quippe licèt in criminum pœnitentiam dolore moveatur animus, ad actus

Fiat hodie, quod possibile non fieri.

Senec.

Terent.

Chrysost.

Eccli. 5. à 6. *Errat impœnitens fiducia de Dei pietate.*

Prov. 8. 17.

Pœnitentia ante mortè invenit requiem.

actus pœnitentiæ obvia morte non est tempus. *Manè*: quia qui vulnus & virus in vulnere sentit quæsito medico, statim medicamine vomit. Medicus enim ut explorat dolorem, uti accinit Dracont. in *Hexaëmer.* v. 480.

Dracont. *Confestim iubat, quem pœnitet esse nocentem.*

9 Hæc felicitas post infelicitatem manè requirit solicitudinem. *Qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem eius.* Eccli. 4. 23. Complectitur quod optat, qui ad illam de luce vigilat: at quin sit de luce atque manè ad pœnitentiam; non dabit Deo placationem suam. Amor & dolor (amor ad offensum, & dolor in offensam) constituunt per cordis conversionem, & criminis pœnitudinem, gratiæ reconciliationem; ut Numen placatum pœnitentes inveniant: cæterùm si ad illud vigilant. Etsi parcat, non ille placatur, dum serò inquiritur. Unde manè inquirendus, ut placatione sit salus, maneatque sine cicatrice vulnus; quippe fiducia vana (etiam interveniente pœnitentiâ) totâ vitâ delinquere, & ex toto in morte velle converti. Plorat anima crimen. Ignoscitur. Placationem solicitat: non amplectitur. Serò vigilavit: quamvis ploret, non effugiet. Erit tristis, lachrymas effundet inanes. Tertull. de *Iudic. Domin.* cap. 9. à v. 3.

Stultitia, tota vita delinquere; ac morte velle converti.

Tertull. *Tum miseranda venit, lugens sua crimina turba:*
Effundit gemitus lachrymis arentibus omnes,
Et sua testatur crebris ululatibus acta.

Amplecteretur quidem cum placore plenè misericordiam; si manè post crimen vigilasset vulnerata in pœnitentiam.

10 Placatio licèt pendeat à doloris contritione; contritio ut pura sit pendet à tempore pœnitentiæ: etenim sine placatione, pœnitentia aspicitur; sed quia serò dolor, pœnitentiam non amplectitur: surgit ergo ad plenam reconciliationem donum gratiæ ex amplexu pœnitentiæ. Nota est balsami gratia, etiam præsens ad curanda vulnera. Guttæ illius efficax pharmacum: vox signanter notanda in nostrum propositum: igitur signatur per guttas; ut in criminum medelam pœnitens anxiè recurrat in lachrymas. De illo ergo Plinius

Plin. *lib. 12. cap. 25.* inquit: *Corticis etiam ad medicamentum pretium est: præcipua autem gratia, lachrymæ; mordens gustu, fervensque in ore. Lachrymæ probatio, candido colos. Adulteratur, si color niger, qui pessimus.* Patet in placationem offensi Numinis, vel fusis lachrymis differentia temporis. Si manè pœnitentiâ, candida balsami gutta: si serò, nigra profectò lachryma: & quamvis lachryma, placationem non præstat, dum vulnus sanat; quoniam post vulneris corruptionem, balsami pœnitentiæ appositum medicamen. Lachrymis sanantur criminum vulnera. Si tempestivè, huius balsami erit lachryma candida: igitur videtur in odium criminis, dum non fletur metu mortis: adipiscitur que gratiâ plenam reconciliationem; quippe dolore vulnerum in vita aversatur crimen. Nigra in morte est; quantumvis lachryma sit; quæ morte pulsante (etiâ in odium criminis) manat ab oculis, quoniam tunc deplorat pectus, quod ploràsse esset utilius: suspectæque videntur lachrymæ, appropinquante morte, vertentes pœnitentiæ candorem, in propositi nigredinem; quippequàm etiam vulnerum corruptione non ploraret, ni mors, sine criminum dolore, in perditionem veniret. Unde huiusmodi pœnitentia iurè dicitur balsami lachryma nigra; quoniam pœnitens sic (modò viveret) proculdubiò in placationem pœnitentiæ pœniteret.

Quæ lachrymæ candidæ in pœnitentia & quæ nigræ

— *Sola est iniuria facti:*
Reddat, & emendet facta priora novis. Ovid. 4. *Fastor.* v. 594.

11 Hinc pro acceptabili pœnitentia dicitur: *Quasi balsamum non mistum odor meus.* Eccli. 24. 21. Exprimitur esse balsamum; sed enim nequaquàm mistum: lachrymam candidam, neutiquàm nigram. Candida, quùm in vita, morte procul, agitur (ne mors veniat) pœnitentia. Nigra, ubi in dolorem criminis elicitur lachryma, sed morte proximâ. Est sanè balsamum, sed mistum in medicamina vulnerum: mistaque non congruit esse lachryma balsami, cuius præcipua gratia est in candore; quoniam delinquens in dolorem & pœnitudinem criminis, non debet expectare usque in horam diræ mortis.

Ex lachryma candida, reconciliatio per facta.

Tolle moras: semper nocuit differre paratis. Lucan. 1. v. 281.
Ideò nobis propter emendationem malorum (infit N. Glorioſus Patriarcha, Prolog. *S. Regul.*) *huius dies vitæ ad inducias relaxantur.* S. Bened. Iniquum est, verti in nigredinem, quod à Numine conceditur in candorem. Tempus in pœnitentiam miserator indulget; ut minus inveniat, quod condemnet. Prompta sit pœnitentia, si prompta vulnera. Haud producatur medicaminis tempus, ne sit piëtatis abusus: igitur haud videtur dolor de crimine, si ploratur visâ morte. Dum licet, fiat, ne non feciſſe cor doleat: maximè si temporis relaxatio in collectionem virtutum, collocatur pravè in relaxationem morum.

Ferè relaxatio temporis in augmentum pravitatis.

Ter-

Tertull. quò dudùm, cap. 12. vers. 23.

Tertull. *Pessima cuncta bonis, cedant mortalia vivis;*
Et servare novam iamiam sine crimine vitam.

12 Ambrosius propter huiusmodi pœnitentium eventus, queis vel surgens cadit animus; ait de *Pœnitentia*, lib. 2. cap. 10. *Facilius inveni, qui innocentiam*

Ambros *servaverint, quàm qui congruè egerint pœnitentiam.* At quare? Quippe pœnitentia erit legitimè exacta; si per illam pœnitentis cognoscitur innocentia; de quo, seq. *Didascal.* In huius ergo pro-

Qui pœnitentiâ abluitur & non mundatur? positum. Si fit pœnitentia in vita; congruè cognoscitur pœnitentia. In morte verò, est profectò pœnitentia; sed non congrua: est balsami nigra lachryma: equidem cùm innocentia intendatur pœnitudine; quem criminum dumtaxàt pœnitet, visà morte, ad innocentiam contritione abluitur, sed non mundatur. *La-*

Isai. 1. 16. *vamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis*: dicit Dominus Israëlitis, ut relinquentes malitiam, amplectantur pœnitentiam: quod quidem ritè perficitur, ubi peccatum à Numine non videtur: quandoquidem si crimen dolore pectoris fletum; mundi sunt oculi eius, ne videat malum. Vide, *Tom. 1. T. 4. D. 6. & 2. T. 4. D. 4.* Sic ergo factà pœnitentià purificatur anima. Utquid post pœnitentiæ ablutionem, petit animæ munditiem? Quitne aliquid esse impurum post pœnitentiæ lavacrum; ut corda per illam & abluantur, & mundentur? Sanè, si fit pœnitentia in morte. Lachrymæ profectò pœnitentium maculam criminum lavant; sed minimè lavacro mundant; nisi sint lachrymæ candidæ, in vita effusæ à dolore: Deusque

In mortis hora, suspiciosa pœnitentia. pœnitentes monet, ut abluantur & mundentur; quoniam pœnitentia nigra, ni propter se deplorentur peccata: etenim necessaria mundities, dum fit pœnitentia in morte; ad detergendam nigredinem pœnitentiæ. Lavatur in morte lachrymis ex corde pœnitens; sed videtur lachrymari propter periculum imminens: & post deploratum & ablutum crimen, solicitat Numen in pœnitente candorem; quippequàm periculosum in gratiam, mortis horam expectare ad agendam pœnitentiam.

13 In superstitione Ægyptiorum exhibetur exemplum. In Apim eligebatur bos, de quo latè in *Ephemer.* varijs in dieb. Primò Nili aqua abluitur, pòst uti Numen ostenditur, cuius insignia *Candicans macula*; ut ait Plin. *lib. 8. cap. 46.* & ex eo Textor, *Offic.* cap. 2. lib. 7. Elucet in insignijs bovis abluti, quid contingat congruæ vel incongruæ pœnitentiæ. Si in morte,

Plin. *Concreta diù proluitur pectore culpa.*

Tert. l. d. v. &c. Sed remanet, ut ritu mundetur, macula: si in vita fiat, & exprimatur de crimine dolor; ex maculæ candore fit splendor: & post fletus lavacrum, solicitatur mundities plenà purificatione; ut dolor resultet in candorem pœnitentiæ: etenim quùm in vita est criminum pœnitudo; sine macula fit gratiâ perfecta reconciliatio: suspitionique patet acer dolor pœnitentiæ; si propter præsentiam mortis, apparent lachrymæ nigræ.

Quinam candor pœnitentiæ?

Quod pretium supereſt, mortis quia lege tenetur.

Idem ibid. 14 Ierusalem etsi post servitutem remissa captivitas; de non anteacta pœnitentia luit miserè pœnas. Ploravit, sicut nonnemo, sed *ploravit in nocte*: idest, in fine vitæ. Lachrymis fuit abluta, verùm non munda; quippequàm remansit macula: perseveravitque etiam post lachrymas dolor; quousque veniret pœnitentiæ candor. David econtrà, in quo candicans macula, vel suppositio crimine.

Threni 1. 2. *Lachrymæ meæ panes die ac nocte.* Verè profectò pœnitens, cuius vita alitur lachrymis. *Die ac nocte.* In vita, & etiam mortis præsentiâ. Haud renuet, qui deliquit, corde pœnitere in morte, qui pœnitentiam egit toto curriculo vitæ. Candebit maculâ præstantiore pœnitentiâ; quoniam non mista balsami gutta, nec niger dolor, sed purificans amor, inveniens quietem; etenim vigilans amplexus est placationem. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis, & mors ultrà non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà; quia prima abierunt.

Vere pœnitent, qui alitur lachrymis.

Psalm. 41. 4. *Cur pœnitentis felix mors?*

Hinc lætis animis pravum depellite crimen:
Abstergete pijs commissa piacula sacris;
Et faciles certique bonum decurrite cursum:
Interniſque Deum precibus placate tremendum.

Tertull. d.

DIDASCALIA III.

Quem pœnitet peccasse, penè est innocens.

Senec. 1 INQUIT Seneca in *Agamemn.* v. 243. In pœnitentiæ encomium & pœnitentium solatium, huiusmodi sæpe reperitur argumentum: igitur ita placidè Numen pœnitentem respicit; quasi numquàm deliquisset. Unde *penè innocentem*, pœnitentem Ethnicus dicit; ut crimen sine crimine notet. *Penè*, quia peccavit: *Innocentem*, quoniam luxit: equidem per cordis, crimine puncti, dolorem, ampliorem quàm innocentia, acquisivit pulchritudinem. Sæpe virtute valentior, qui semel ad hostem fugit, quàm qui numquàm à castris Imperatoris recessit: igitur cogitans ex fuga pudibundam ignominiam, facinoribus præclaris virtute delet infamiam. Non enim mactatur vitulus pro filio remanente in patris domo; sed pro filio prodigo, ad frugem pœnitentiâ revocato: equidem excellentiorem in victoriam demonstravit virtutem; secum recogitans ex transfuga confusionem. Quod longo tempore primi gratiæ haud perfecit desidia; hic novissimus, in castra, atque mentem revocatus, una hora: consummatus in brevi, explevit tempora multa. Appositè *Manil.* 1. *Astron.* cap. 1. v. 54.

Pœnitentia dolentem decorat.

Plus in gratia valet, quem crîminis pudet.

Manil. *Singula nam proprio signavit tempora casu;*
Longa per assiduas complexus sæcula curas.

2 Vestalis virgo incesti damnata, invocatâ Vestâ, & immutato proposito; deijcitur in præcipitium de saxo. Salva cecidit, dum è rupe corruit. Quid? dicit, *Controv.* 3. Marc. Senec. *Patrocinium suum vocat pereundi infelicitatem. Ait se innocentem, quia perire non potuit. Damnata deiecta est: absoluta descendit. Putares puellam demitti, non cadere. Nullam habebat gratiam: Itaque tantùm Deos invocabat: lex non usque ad saxum differret; nisi expectaret Deorum sententiam. Ita Dij maluerunt absolvere damnatam.* Ubi delicti pœnitentia, etiam mollescunt in auxilium dura saxa; damnumque è rupe præceps deiecta non sensit; quæ cadendo è lapsu surgit, maximè invocando cœlum, quod ad clamorem venit in patrocinium. Propert. 2. *Eleg.* 3. v. 11.

Marc. Senec.

Pœnitentiâ clarèt innocentia, quæ fuerat culpa.

Propert *Etiam si pecces, Deus exorabilis ille est;*
Si modò præsentes viderit esse preces.

Nullla inerat gratia; sed absolutæ (sospitis in lapsu damni) vel impellentibus patuit innocentia: igitur cœli, Numinisque gratiam habuit; quia pœnituit: post lapsum enim quæ damnata & absoluta; erga Numen derelictum exhibuit maiora obsequia. Damnatur, è saxo deijcitur, à cœlo cadens absolvitur. In damnata propter lapsum, lapsæ patuit innocentia. Quid mirum? pœnitens non erat ipsa.

Iob. 19. 27. 3 Videamus, quid nostra dixerit Tautologia. *Ipse & non alius.* Quorsùm necessarius terminus? Ut eluceât alius à se peccator, dum animum percutit scelerum acer dolor: equidem mutatione pœnitentiæ, in conditione manet alius & ipse. Qui iacebat, surrexit: qui miserè crimine aruërat, refloruit, & mirificè pulchrior, qui oculorum erat horror. Paulus erat ipse & alius, dum in saniora conversus. *Vivo autem iam non ego.* Fecit illustrem metamorphosim peccatorum pœnitudo: atque morum conversione, florebat ipse non ipse. Videsis dicta, *Tom.* 2. *T.* 1. *D.* 7.

Homo peccator, pœnitudine non ipse.

Galat. 2. 20. Ad rem (quod diximus hìc, *Didasc.* 1. *n.* 2.) prodigium de arbore Vespasiani, quæ *radicitùs evulsa atque prostrata, in sequenti die viridior atque firmior resurrexit.* Sanè prodigium, speciosius florere lignum, quod eradicatum: & fructus optimos ferre, ex peccati ariditate, siccâ radice, sine succo gratiæ; ut in Sanctuario coruscet rutila lux, cum floribus virgæ Aäron. *Frondere fecit* Dominus *lignum aridum.* Hæc mutatio dexteræ Excelsi: igitur aridum refloruit, firmius ac viridius ex casu surrexit fronde, flore & germine, præ cæteris, quæ fovebat splendor gratiæ. Verum, quod olim de lancea Romuli fictum; ut sæpe ex Ovidio dixi.

Sueton. Ezech. 17. 24. Ovid. 15. *Met.* fab. 48. *Cùm subitò vidit frondescere Romulus hastam:*
Quæ radice novâ, non ferro stabat adacto,
Et iam non telum, sed lenti viminis arbor,
Non expectatas dabat admirantibus umbras.

Ambros. 4 *Renunciandum sæculo est* (infit Ambros. 2. de *Pœnitent.* cap. 10.) *dolor interpellandus est gemitibus, interrumpendus suspirijs, sequestrandus orationibus. Seipsum homo abneget, & totus immutetur; sicut quendam adolescentem fabulæ ferunt, propter amores meretrios peregrè profectum, & abolito amore regressum, posteà veteri occurrisse dilectæ: quæ cùm non interpellata, illi dixerit: Ego sum; respondit ille: Sed ego non sum.* Negavit esse, qui se abnegaverat sibi: & verè se ipsum non esse dixit, qui animum crimi-

Seipsum abnegat & sibi, conditionis mutatione.

nis

nis pœnitudine mutavit; ita ut ex corde avelleretur, quo pridem voluptuosè delectabatur: & caderet pudore atque pœnitentia, cuius ante non erat nisi memoria.

Id. Epistol. 12. v. 91. *Vidi etiam lachrymas: an est pars fraudis in illis?*

Quæ veræ pœnitentiæ, sunt in fraude: etenim simulatque in dolente conspicit fletum; peccatorem signat alterum. Asserit ipsum esse & ipsum non esse. Ipsum conditione naturæ; non ipsum ratione gratiæ: igitur dum eius mutatum dolore criminum cor; ipsemet in portentum totus descivit à se. Hic splendor pœnitentiæ: in qua non tam sublime, quod dolentem de flagitijs faciat illum; sed quod dolore peccatorem illum faciat alterum: ut per lachrymas, dum fraus pœnitentis fit; possit veraciter dicere sum ego & ego non sum.

Ars pœnitentiæ.

5 Occurrunt articulo duo restituti sanitati, vel sanitas reddita utrique; in quorum discrimine objicitur symbolum legitimæ vel ad speciem picturatæ pœnitentiæ. Servator N. exiens extra Sanctuarium, etiam *præteriens, vidit hominem cæcum*: misericorsque ut excuteret ab homine cæcitatem, vidit hominem; cujus constantia fragilitas, ex qua cæcitas. Discipulis visa est cæcitas & peccato; quia omnis peccator est cæcus: at orbitate luminum favit cœlum; ne videret in luce errantem oculis mundum: qui quidem ita amabat cæcitatem; ut usquequaquè cadens, numquam videret errorem. Hunc Christus illuminavit, ut gressus rectè dirigeret. Huius cæcitas transivit in videntes; igitur nec crediderunt oculis. *Alij dicebant: Quia hic est. Alij autem: Nequaquàm.* Rationem hìc per indicem tangam *Tautolog.* 8. *D.* 4. *n.* 13. Aliud Salvator patrarat miraculum, erigens è lecto molesto ac diuturno paralyticum. Uterque vivebat gravatus infirmitate: cæcus ambulabat, sed cum errore: paralyticus nec pedem quibat movere: auxilio ergo atque gratia Salvatoris, archiatri cœlestis, & hic nactus miraculosè gressus, & cæcus oculos. Quare igitur qui stupentes utrumque miraculum viderant, paraliticum eundem esse non dubitant; & de cæco, cui Solis concessa lux, opinantur & certatim, an sit ille vel non sit? Propter falsam conversionem, dum Christi imperio excusit infirmitatem. *Nec in bonam restitutus valetudinem factus est melior*: inquit Chrisostom. in *Ioann.* Homil. 68. Alapide hìc: *Christus ei inspiravit memoriam peccatorum iuventutis suæ; quibus morbum longum meruit, movitque cor eius, ut de eis contereretur, & veniam peteret, itaque iustificaretur. Idcò Christus eius corpus sanavit; ut animam sanaret.* Sanus factus, sed minimè conversione conversus: etenim reversus in crimen, ut exuit infirmitatem. Licèt per dolorem accesserit gratiæ favor; restitutus valetudini, minimè factus est melior. Cæcus illuminatus vidit & gratiæ lumen aspexit: paralyticus videns salutem restitutam exercitavit; iterans errorem, quem contraxerat cæcus per cæcitatem: paralyticusque idem videtur; quippe in salute pœnitentia non cognoscitur: cæcusque non dicitur ille qui fuerat cæcus; quoniam omninò in meliora mutatus: etenim idem ipse alius per gratiæ formam, qui cæcitatis dolet per perfectam pœnitentiam. Alapid.

Ioan. 9. à 8.

Ex mutatione, vel non mutatione pœnitentia cognoscit quam vere vel falsò piget.

Cap. 5. 15.

Chryso.

6 Ulteriùs. Alij dicunt: *Hic est.* Alij è contrà: *Non est hic.* Quid ergo ille? *Quia ego sum.* Sum ille & non sum ille. Ipse sum, & alius, quia non cæcus, qui fui cæcus: equidem in odium cæcitatis & erroris illuminatus; gratiâ pœnitentiæ in statu gratiæ ego non ego: mutata est sine mutatione conditio. Sum ipse & alius, quàm fui: igitur quod fui, non sum: quoniam si cæcitate imaginem terreni portavi hominis, ille ipse, non ipse & ille, gratiâ Deitatis, & auxilio pœnitudinis, imaginem porto hominis de cœlo cœlestis. Floridissimè Paulinus, *Natal.* 10. à vers. 317. Vers. 25

Quomodò ex conversione, alius & ipse?

Vita prior perit, ne pereat vita futura. Spontèque fugimus. Moriamur, ne moriamur.

Lethælem vitam vitali morte tegamus: Paul.

Terrena intereat, subeat cœlestis imago. In Christo vertatur Adam. Mutemur & istic;

Ut mutemur ibi: qui nunc permanserit in se Idem, & æterno non immutabitur à se.

7 Mucroni iustitiæ mandavi Deus ultionum, ut grassaretur in iugula idolatrarum; qui post tot portenta defecerant pravè a fide, maximèque acceptâ lege. Moyses supplex obiecit indignationi, conditionis humanæ fragilitatem. Numen in vindictam duntaxat respexit duram cervicem; ut locus esset iustitiæ, & liberaretur ab intercessoris prece. *Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos.* Instat Moyses ut in veniam inclinet Dominum: illique in placationem exponit: *Obsecro, Peccavit populus iste peccatum* Exod. 32. 10. Vers. 31

maximum. Solicitat ne bilem irati movere, vel indignantem placare? Crimen exaggeratione amplificat, & veniam postulat; Utique: præcallet Dei ingenium, ut pronum in flagitiorum supplicium. Intendit in Numinis clementiæ commendationem; ubi ut parcat, maximum proponit crimen: equidem summè præcellit Numinis misericordia; ubi indulgens sine ultione prætermittit magna crimina. Hinc dolens David, & peccati pœnitens, ad illud reclamat supplex: *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.* Magnitudo iniquitatis pietatem, illi parcentis, non minuit, quinimò auget: & dum remissionem petit, *peccatum*, & *multum* dicit; quoniam in veniam quò maius pondus peccati, eo magis dolens lenocinatur clementiæ: auget enim misericordiæ magnæ glorioſum nomen, sine iustitiæ vindicta abdicere magnum crimen. Claudian. 2. de *Laud. Stilic.* à v. 8.

Dei maximè pollet misericordia, si indulgentur ab illo crimina maxima.

Ps. 24. 11.

——*Quæ maxima natu.*
Cœlicolum: nam prima chaös clementia solvit
Congeriem miserata rudem. Vultuq; sereno
Discussis tenebris in lucem sæcula fudit.

Claud.

8 Siccine itaque pietatis divinæ encomijs, Moyses in certamine pugnavit, & validiorem vicit. *Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum.* Iustitiæ gladium in exterminium populi, tradidit, & despumatâ bile ab indignatione quiescit: *Quando fecerunt domus Israël vitulum* (dicitur *Paraph. Chald.* in *Cantic.* 1. 5.) *denigratæ sunt facies eorum, sicut filiorum Æthiopiæ, qui morantur in tabernaculis Cedar: & quando egerunt pœnitentiam; multiplicatus fuit splendor vultus eorum, sicut vultus Angelorum.* In denigratos idolatriæ noxâ, gladium accepit iustitia: è nigris in candidos commutavit pœnitentia: suspensusque videtur iustitiæ gladius, ubi peccati dolens pœnituit populus; quoniam divinæ iustitiæ gladius non habet aciem, si viderit innocentem. Candor illæsus permanet coram iustitia, à Throno Deitatis popâ demissâ in peccata. Signum profectò ultionis, nota nigredinis: illos pœnituit culpæ, manentes sub præsidio pœnitentiæ: Deique iustitia transivit, quin ullum læderet; quoniam totam transgressionis factæ nigredinem, criminis pœnitentia mutaverat in candorem. Cum fœditatis signo ultrix in vindictam pennata cucurrit, sed ad castra perveniens, penitùs hesit; quia in peccatoribus nullum peccati signum, ex lachrymis pœnitentium. Ad crimen puniendum missa, verùm suspensa machæra: etenim quærens in transgressoribus crimen, nullius criminis vigil invenit nigredinem. Favet iustitia, ubi assistit gratia. Hac ornata anima pulchra, crimine nigra: equidem horrore criminis denigratur etiam super carbones. Si modò iustitia nigram aspiciat, arcum tendit, atque vasa mortis præparat. Haud alia industria, ut color mutetur, missi criminis dolor. Sequitur iustitia à tergo, sed in ultionem tunc pendula cogitatio: equidem ubi cogitabat in cordibus atrum crimen; invenit, ne ulciscereturr, ex pœnitentiæ fletu gratiæ splendorem. In supplicium exposita illi rationalis imago, cum nigredinis signo. Ideo irascitur furor; quia in vulneratis non erat dolor, sed peccati color: illicòque quiëvit, qui furore in ultionem intumuit; quippequam intendens, in peccatorum nigredinem, per pœnitentiam in illis aliam invenit imaginem. Erant illi, & non erant illi: ipsi & alij, etenim ipsimet iniquitatis fuligines; ipsi & alij splendore pœnitentiæ.

Vers. 14

Chald.

Candor pœnitentiæ ex nigredine peccati, unde?

Visa pœnitentia, fulget divina iustitia.

9 Quin sciret quod fingeret, Antiquitas in articulum cogitationem exposuit. Ino duos filios ex Athamante habebat, atque ex aula viri fugerat: qui Themistonem pro illa fugitiva duxit, de qua etiam duos filios suscepit, qui simul cum prioribus nutriebantur. Quasi capta domum Ino à marito recepta, sed uxori posteriori omninò ignota: ad quam, quasi servam dixit Themisto (quia aversabatur filios Inonis) ut huius vestiret nigris, & suos habitibus candidis; quia volebat occidere tædio ac odio novercali. Gavisa est signo mater, ut suos liberare posset; unde & vestes commutavit: Themistoque iugulavit suos, ubi per vestem iudicavit alienos. Refert Hygin. *fabul.* 4. Dicam cum Lucretio, 4. de *Rer. natur.* v. 324.

Fabula Inus.

——*Longæva vetustas*
Cuncta situ involvens, & res, & nomina delet.

Lucret.

Verè, cùm tribuât novercali malitiæ, quod tribuendum pœnitentiæ. Quicquid non candidum Dei gratiâ iugalandum profectò à divina iustitia. Non in candore peccatores, fusci fuligine criminis, futuri ut pœnas luant; eò quòd leges non custodiant. Altum cogitat in huiusmodi ærumna, mater clementia; ut mutent vestem, & fugiant mortem; quæ perfidè insidiatur infelicium vitalitati, ni propendeant cordium aversorum conversioni:

Per pœnitentiam, iustitia invenit candorem, ubi arbitrata ingrediat.

re-

remittitque in pœnitentiam per quam lucrentur contritionis gratiam. Hæc recipit, corda tangit, intimè percutit, illos pœnitet, cor dolet: & cùm in nigredinem peccatorum dumtaxàt inveätur iustitiæ gladius; in peccatores eius etiam suspenditur ictus: equidem liberantur à morte, quia pœnitentia permutavit vestem: vidit enim illustrem candorem gratiæ, ubi arbitrabatur esse nigredinem culpæ. Amicti sunt pœnitentes stolis albis; quippe abolitum cum fuligine crimen, per pœnitentiæ introductum splendorem. Fallitur Sophocles in *Aiac.* v. 701. dicens:

Sophoc. ——*Quid adeò doles ob facta?*
Facta infecta fieri nequeunt.

Pœnitentiam non noverat pro mutatione cordis; igitur mirificè facit infecta de factis, ita ut mutatione coloris vestium, maculæ non sit vestigium. Summitate enim artis facere consuevit

Ovid. *Candida de negris.*

Cantic. 4. 1. 10 De Sponsa dicitur (quo illa summè extollitur) *Tota pulchra es amica mea & macula non est in te.* Nonne erat nigra? Iam non nigra, dum sponsa. Decolorata erat, ubi aversa, absentiâ gratiæ; modò gratiosa sine fuligine culpæ: & quæ fusca, rutilat sine macula; quia iam amica. Sit ergo, verùm tota sine macula, & tota pulchra? Tota quidem pulchra, quoniam ex contracta amicitia absque ulla macula. *Quid est, quòd Sponsa tota pulchra esse dicitur* (inquirit Gregor. Magn. hìc) *in qua macula non habetur? Unaquæque anima munda efficitur; quia dum per voluptatum mortificationem vitijs reluctatur, & frequenter lachrymis abluitur; sordes lavat, ut Sponso placeat cui pulchra apparere conatur: cuius conatum ad effectum Sponsus per gratiam suam ducit, & dicit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.* Haccine de causa N. Theödidactus Patriarcha nobis Zelotes commendat: *Mala sua præterita* (longè præsentia mala; quæ iurè arbitratur in claustris impossibilia) *cum lachrymis vel gemitu quotidiè Deo confiteri.* Ita *Regul. S.* cap. 4. metricèque Gabriel Bugnotius:

Gregor. Magn. *Quomodò anima quæ culpâ fusca, invenitur sine maculâ?*

S. Benedict.

Bugnot. *Sæpe Deö delictum aperi, pectusque reclude,*
Et pigeät summo displicuisse Patri.

Sic reditur pulchra imago, crimine maculata: etenim cùm illustret per dolorem pœnitentia; tota apparet sine macula ex lachrymis, sine vestigio nigredinis, imò in cumulo pulchritudinis, per amicitiam eximio candore vestis: totaque sine macula fulget: quippe gratia non solùm fecit pulchram, sed pulchritudinem in splendorem perfecit. Evanuit criminum per pœnitudinem, nigrum: &

Ovid. *Omnibus è nigro color est mutatus in album.*

Videtur fràus lachrymarum à pœnitentia; ne peccatores obnoxij inveniantur à iustitia.

Numer. 5. 15. 11 In lege veteri erat Domino *oblatio investigans adulterium.* In explorationem primò caput fœminæ discoöperiebatur, ut pudore suffunderetur. Dein Sacerdos pulverem in aquam inijciebat, maledicta in papyro notabat, aquamque mulier bibebat. *Scribet sacerdos in libello ista maledicta, & delebit eä aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere.* Pende. Estne hoccine examen criminis, vel discussio examinis? Dum discutitur ceremonijs adulterium, exponitur patrocinium. Obijcitur fœminæ crimen, & simul obstringitur ostendere faciem. Sat in satisfactionem culpæ, videri à cunctis in examen vocari: igitur si evacuatur culpa pœnitudine criminis; dolor maior in fœmina pudor examinis. Bibebat mistas pulvere aquas amarissimas, quæ signabant lachrymas. Unde innotescet in crimine crimen, præveniens tantum dolorem? Antequàm etiam reä iudicaretur, per signum absolvebatur: nequibat utique condemnari; cuius lachrymantis cor operabatur pœnitentiam in pulvere. In maiori periculo non peribat, uti dolens potum cum fletu miscebat. Lachrymæ tamquàm aqua dulces sunt, datæ ut sublevetur cor: pollent acerbitate amaritudinis, si causa criminis dantur in dolorem cordis: at cùm dolor cordis commisso crimine, immitatur artificio pœnitentiæ; nequibat investigari delictum, quod delebatur amarore lachrymarum. Dicit textus. Scribet Sacerdos in libello maledicta, & *delebit ea aquis amarissimis.* Quis? Sacerdos? In crimine scripto, cuius viderat fletum; nihil apparebat scriptum. Non enim delebantur, si legerentur. Mulier? Sanè, confusa pudore: etenim quæ in pœna manu scribebantur Sacerdotis, delebantur aquis amarissimis ex conflictu pœnitentis. In aqua amarissima abluebatur criminis suspecti schedula; quousque nihil distingueretur ex scriptis. Hinc, uti dixi, in examine latebat excusatio transgressionis, infectis factis, aquis preä-maris pœnitentis cordis: equidem si iuxta acta iudicatura iustitia; nullatenùs in crimi-

Verſ. 31. *Lachrymæ mœdentes, vestigia culpæ.*

mine crimen notum, cùm ex scriptis in obicem nec remanserat vestigium.

12 Suffragatur cogitationi Iosephus. Ioseph. *De membrana* (inquit, 3, *Antiquit.* cap. 10.) *delectum nomen in phialam sacerdos exprimit, atque poculum bibendum porrigit.* Formetur ergo fœminam contra processus: in sententiam scrutandi sunt actus. In quam & ex quo fulminanda sententia? Aquis amarissimis lachrymarum epotis, non sunt acta. Perperàm etiam in peccatrice iudicabitur crimen; ubi non apparent neque scripta neque nomen. Astruit articulus fœminæ, propter adulterium ad Christum, tanquàm iudicem, adductæ. Ioann 8. 4. *Hæc mulier* (dicunt actores) *modò deprehensa est in adulterio. In lege Moysis mandavit huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?* An quòd compleretur lex? Lex iam executioni mandata; cum illa plorare, alto pudore diffusa. Vide Novarin. hìc. Pudet, convicta criminis hæret. Bibebat aquas amarissimas in dolore pœnitudinis, testibus occulis. Ad iudicem propter damnationem delata; sed condemnavit nemo. Iudex electus illi etiam dixit: Vers. 11. *Nec ego te condemnabo.* Scripta deleverat pœnitentia; & iudex non condemnat, quia non sunt acta. Sine causa perliclitabitur vita mulieris. Nihil constat ex scriptis. Est calumnia: fugiunt testes. Calumnia, & modò in adulterio fraganter comprehensa est? Calumnia: pœnituit cor. Nullam meretur pœnam, iuxta præsentem iustitiam. Est sine crimine, præ criminis vehementiore dolore. Lex non iubet huiusmodi lapidare. Adulteram iubet, sed non quam pœnitet, haustà lachymarum amaritudine, & fletus acerbitate. Hæc mulier non est huiusmodi. Nemo ausus suffragari præiudicio. *Nec ego te condemnabo.* Quare? Ex accusatione constat. *Hæc mulier*, dicitur. Quomodò vocatur? Tacetur. Vel cum crimine calumnia est. Cuius qui vindex damnabit crimen, si non est nomen? Profectò à iurè forma fulminatur absolutionis, ubi nil constat de nomine nec scriptis. Tertullian. ad *Senator. Apostat.* v. ult. Tertull. *Non erit in culpa, quem pœnitet ante fuisse.*

Cui criminis dolet, & res & nomina delet.

13 De aquis amarissimis, quarum potio ab Hebræis *Sutha* vocatur, ut inquit Petr. Cunæus, 1. de *Republ. Hebr.* cap. 12. dicitur, quòd esset *sacrificium & oblatio investigans adulterium.* Utique, ubi non est criminis pœnitudo, oblatione lachrymarum: equidem dum intervenit pœnitentia, evanescit investigatione vel patens culpa; quoniam dum ex eius dolore è pectore erumpit fletus, sacrificium Deo spiritus contribulatus: quod quidem placidè accipit; igitur in tempore tribulationis peccata dimittit. En adultera

Quam Pharisæa manus, placido sub iudice sistens, Sedul. 4. v. 239.
Quùm damnare parat, plus liberat.

Quàm Deo acceptũ, sacrificium lachrymarũ

Haud turbet in desperationem multitudo peccatorum, quùm in spiritu tribulato insit sacrificium lachrymarum: etenim conciliatrix gratiæ solicita pœnitentia, proijcit in mare, ne videantur summersa cuncta peccata. Peccatum adulteræ in membrana scriptum, dilutum aqua illi propinabatur in potum. Quorsùm ergo? Ut videretur an sederet, vel non sederet stomacho. Nostrates: *Que estomago la hacia* An dulcedo in facto, ex examine esset viscerum amaritudo: & ex eo quod amaricaret stomachus, fictæ dulcedinis esset fletus amarus; quo possit delere scripta in examinis causa: etenim si potu visceribus amaricabat peccatum; ex scriptis ad causam, nec unum apparebat elementum. Vernaculè: *Entrando la amargura de la penitencia en la culpada, no parecia de lo escrito ni una letra.* Prudent. in *Psychom.* à v. 967.

Evanescit corpus criminis, dolore cordis.

O quoties animam vitiorum peste repulsa
Sensimus incaluisse Deo! Quoties tepefactũ Prudent.
Cœleste ingenium, post gaudia candida retrò
Cessisse è stomacho!

Ergo seminemus *super aquas*, ut ex criminum miseria alluceat nobis felicitas: igitur fluminis imputus lachrymarum, operit multitudinem peccatorum. Isai. 32. 20.

14 De singulari gemma Alexandri Magni, dixi hìc *Tautolog.* 1. *D.* 4. *n.* 2. alioque colore agam, *Tautolog.* 9. *D.* 5. *n.* 6. Lapillus erat ex se pretiosior, sed ex summo pondere æstimabilior; quippe in statera collocatus ut in libramen elevari posset, non erat pondus. Unde huiusmodi conditio oriretur, à Gymnosophista interrogatur: causam haud indicavit; sed pulverem, aut cinerem super lapillum iniecit, quo statim in statera sursùm sine pondere attolitur, paleà levior. Quid expressius & signatius in nostram causam, pro indice ponderosæ culpæ atque levis pœnitentiæ? Culpa est lapis oneris, in divinæ iustitiæ libra: pondus propendet in Tartara. Per cinerem, aut pulverem dolor de peccatis signatus est; qua causa in cinere & pulvere pœnitentiam agit cor. Crimen gravat, dolor levat: & ita levatus ut

Gemma Alexand. Magni.

Iuxta pondus pœnitentiæ minuitur pondus peccatis.

D. v. 15. *Quæ potio Sutha, apud Hebræos*

ut criminum maiora pondera, per pœnitentiam leviora sint plumâ. Regnum criminis erat regnum Baltasaris. Appensum in Iustitiæ divinæ statera fuit. *Cogitationes eius conturbabant eum.* Præut in criminum dolorem conscientia instabat percutiens; *appensus, inventus est minus habens.* O infelix, pulverem adversus pondus flagitiorum refugiens! etenim si superposuisset perfectæ, plenæ cinerem pœnitudinis; totum criminum pondus in statera nullius ponderis. Paulin. in *Carm. Baptist.* v. 292.

Daniel. 5. 6.

Vers. 27

Paulin.

O verè quod ais, pondus leve, quodque coharet
Suave iugum; toties homini ignoscitur uni.

15 Haud ideo quia sunt pharmaca, haurienda à pectoribus aconita. Quamvis sit scutum, haud exponendum pectus vibrationi telorum. Phreneticus esset, qui proijceretur ex nave gratiæ, ad procellosum fretum quoniam prompta tabula post naufragium. Malum accipere vulnus, quoniam non aberit medicus. Dixi encomia pœnitentiæ, non ut confidas; sed ne diffidas: imò ut gaudeäs, quòd si crimen, adipisci valeäs reconciliationem. Ut sis ipse qui eras ante amissionem gratiæ; & ipse alius perfundato ab odio crimine: etenim si de gratia ad gloriam in resurrectione corporis, homo ipse & non alius; ipse debet esse & alius, ubi per pœnitentiam anima surgit de peccamine ad gratiam; ut renovetur & denuo floreät, qui crimine aruërat. Monet Boëtius, de *Consolation. Philosophic.* lib. 3. Metr. 1. à v. 1. & 4. v. 7.

Concedit. tur pœnitentia nõ in crimẽ, sed contra desperationem.

Qui serere ingenuum volet agrum,
Liberat arva prius fruticibus,
Falce rubos, filicemque resecat:
Dulcior est apum mage labor,
Si malus ora prius sapor eät.
Gratius astra nitent, ubi Notus
Desinit imbriferos dare sonos.
Lucifer ut tenebras pepulerit,
Pulchra dies roseos agit equos.
Tu quoque in falsa ruëns bona prius,
Incipe colla iugo retrahere.
Vera debinc animum subierint.
Quis illos igitur putet beätos,
Queis miseri tribuunt honores?

Boet.

DIDASCALIA IV.

Inter homines amicitia vel nulla, vel falsa.

1 IPSE *& non alius*, in felici corporis resurrectione dicitur Iobus. In gloria claret amicus, persistente gratiâ; quæ sæpesæpiùs mutatur ex gloria, ex cuius absentia constat vel deficit amicitia: unde in gloria cœlesti, non alius dicitur ipse; quippequàm in amicitia sæculi (cùm sit ex gloria) amor apparet perfidia: etenim in arctiore qui gloriatur ut amicus, ipse non ipse sed alius. Ita ut dicit Plautus in *Trinum.* Act. 3. Scen. 2. v. 19. & Euripid. in *Hippolyt.* v. 955.

Iob 19. 27.

Amicus inventus difficilis.

Nimium difficile est reperiri amicum,
Ita ut nomen eluet, ut sine cura dormias.

Plaut.

Venantur enim gratiam magnificis verbis,
Interim facinora turpia moliuntur.
Fugiendos moneõ.

Euripid

Hoc opus, & labor. Alij fiduciâ fallunt, alij cautione recedunt. Non est animi nota: quandoquidem quæ fides videtur magna (quippe tantùm videtur) patet perfidia; & eò nocentior, quò resplendet candor.

Iras & verba locat.

Senec. in *Furent.* v. 172.

In amici perfidiam pictum scutum ut musicum instrumentum, in figura sagittarum; de quo Vincent. Chartar. de *Imagin. Deör.* fol. 40. Kircher. *Obelisc. Pamphil.* lib. 3. cap. 12. pingit in modum serpentium. Ergo denudemus symbolum.

Symbolũ amici perfidi.

2 Quid magis rationi consonum, quàm amicitiæ instrumentum è chordis cordium & fide fidium? Nil dulcius sonat: verùm cor Sirenem caveät. Pub. Syr. *Mim.* 166. & 171.

Cavendi nulla dimitenda occasio.
Habet suum venenum oratio blanda.

Pub. Syr.

Non est melos, sed incantatione dolus: igitur quod auditur harmonia, cordis sagitta. Priùs viscera percutit, quàm auditum: equidem blandimen auris patet ex vulnere telum. Chordæ sunt verba in pectoris cithara, sed corde & corde prolata; in quibus amarum prædulce per falsum sonum, quippe corruptum citharæ cordis secretum. E temperie secreti citharæ pendet consonantia, atque suavitas harmoniæ. Ad ictum cognoscitur, ubi arte fides percutitur: pectusque perfidum declarat ictus; quoniam dolosè pectus (dum sonum chordarum

Eius gratiæ fugienda.

Modus Sutelæ.

darum audit) auditas voces non recipit vel corrumpit: semperque vel assonum auribus dissonum, artificiosà corruptione vocum.

Ovid. Epist. 5. v. 109. *Tunc levior folijs, tunc cùm sine pondere succi*
Mobilibus ventis arida ficta volant.

Allicitur cor dulcedine amici, sicut auris citharæ suavitate: verbis ut fidibus traditur, atque his miserè decipitur: siquidem esse verba venabula, dicunt vulnera. Dolet animus, dum patet dolus; & quod priùs non pateret, unde infeliciter dolet, illusus confidentià, insidiatrice perfidià: igitur invenit volatile telum, unde sperabat scutum. Fovit in pectore aspidem, perfidiæ præstando fidem, dum mulcebatur blandimine verborum, ad inexpectatum exterminium: prævalueruntque sagittæ, quia nudo pectore. Serò lamentum, quando virus introductum: dicit cordis palpitantis expiramine angor, quantus de circunventione dolor, ubi vel longà in officijs experientià, tandiù simularetur perfidia: sonum citharæ odit, dum per amicum ruit: tardèque cognovit per falsæ amicitiæ harmonicam suavitatem, non amicum inveniſſe, sed virulentum serpentem.

Vulnera.

Et venena.

Idem 2. Metam. fab. 1. *Frigore pigra priùs, nec formidabilis ulli,*
Incaluit, sumpsitque novas fervoribus iras.

Hisce discriminibus exponitur innocentia, ubi in cithara humana à corde discordat lingua.

3 Sub Madiánitis gemebat Israël, quia pronus in idola reliquerat Deum suum. Verùm cùm ad lachrymas vigil adsit eius ingenita pietas (igitur si supplicijs urget, ne opprimantur peccatores, premit) misit Angelum ad trepidum Gedeónem; ut per illum subeuntes servitutem, indipiscerentur libertatem. Angelus ad illum hominis specie accessit, solvere iussit, Ducem vastationis Madianiticæ elegit: additque, ne formidaret tot hostilibus copijs, nemine iuvante in expeditionem, cor: *Ego ero tecum, & percuties Madian.* Sermo placuit, arrisit, verùm ad audita expavit; quippe victorem hostem, & facilè subiugare; militi inermi videbatur impossibile. Unde statim subloquitur: *Si inveni gratiam coram te; da mihi signum quòd tu sis, qui loqueris ad me.* Singularis cogitatio! Quòd ipse cum illo loquens, daret signum, quòd esset ipse qui loquebatur illi? Ipse erat, nec alius poterat esse, quippe locutus est ipse; & in illo haud alter poterat loqui: aliàs qui tunc locutus non esset ipse. Quid hoc? Quænam huius locutionis mens? Sensus in Hebraismo erit: *Ut daret signum, verum esse, quod diceret*: ipsumque dicit, si loquitur verum; quia ipse non ipse, si loqueretur mendacium: etenim ubi mendax fucatus colore sermo; non ipse, sed dæmon loqueretur in ipso. *Inquirit, quia nesciebat* (ait hic Alapid.) *an Dei esset Angelus, vel diaboli*: signumque quæritur, an loquens sit idem ipse, qui loquitur; quia nullum maius signum, quàm dicere verum: equidem qui alij, fallacià prompti sermonis; non sunt homines, sed dæmones. Intrat in illos Satan, & ipsi & non ipsi sunt: ipsi, quia in illis sermo conficitur: non ipsi, quippe dæmon per illos loquitur. *Signum quod tu sis. Ne recedas.* Si tu es, mecum manebis: si non ipse qui loqueris, recedes: verres tergum, si vertero vultum: equidem amicum signare, & in conflictu fugere; non est amicitiæ gratia, sed in amicum perfidia. Si tu es, eris tu. Ideſt, bonæ fidei. Ne recedas hinc; ut tu ostendas, quòd sis tu (Apud Nostrates: *Si eres hombre de bien, no me dexarás*) etenim in mundo si amicum deserit, qui se in amico requirit; mihi amicum mittit cœlum, qui propter se, se non respicit, sed amicum.

Judic. 6 v. 6.

Vers. 17

Perfidus est in conditione dæmon.

Alapid.

Vers. 18

4 Ulteriùs. Cùm Gedeóne amicè loquebatur; sed ille scire cupiebat, an loqueretur amicè. *Si inveni gratiam coram te, da mihi signum, quòd tu sis.* Multoties fit gratia ut deäuretur proditoris perfidia. Ipse est, si linguæ consonat cor; aliter; qui videtur ipse, longè recedit à se: equidem si per gratiam quærit amicus, ipse præsens, sed est alius; quoniam ubi pectus aperitur, non ipse qui loquebatur. Cor fidele credit amicum mentientem, iuxta proprij cordis fidem, in qua fide non solùm periculum, sed & damnum, fideique fraus, dum arbitratur amicum, cui ipse non est. Ita debet amici fidei cautè credere; ut arbitretur inimicum fieri posse. Unde præfatus Syrus, num. 142. succinit:

Cur non credenda dubis

Perduellis fletus sub persona risus est.

Publ. Syr.

Senecaque *Epist.* 44. cùm videat plus errare, quò magis cor ambulat falsà fide; ait: *Cùm summa beatæ vitæ sit solida securitas, & eius inconcussa fiducia; solicitudinis colligunt causas, & per insidiosum iter vitæ non tantum ferunt sarcinas, sed trahunt. Ita longius ad effectu abscedunt, quò plus operæ impendunt, & se magis impudiunt, & feruntur retrò;*

Seneca

quod

quod evenit in labyrintho properantibus: ipsa illos velocitas implicat. En amicus illusus, & simul specie amicitiæ perfidus; qui magna promittit labijs, atque fidem supplantat insidijs cordis. Qui adinstar Angeli occurrit, sed specie fallit. Qui morum candore invitat, ut tutius confidentem circumveniat: Gedeónque dum ab Angelo loquente victor exponitur, cautè inquirit, an ipse sit qui loquatur; quippe sæpe maior in amico dolus, dum qui fallit, credenti videtur Angelus. Sub specie enim Angelica, latent viscera putrida: & in exitu corde maligno Angelicus vultus, dæmon omninò larvatus, in cuius pectore ad amici ludibrium latitabat totum baratrum. Hæfius lib. 3. *Emblem.* 28. accinit.

Tunc maior perfidi dolus. dum æstimatur ut Angelus.

Guil.

O quoties odium, sibi cùm sponderet amorẽ,
Turpis amicitiæ, cultor ab hoste tulit!

5 Ars nonumquàm perfidiæ in fidei speciem, ostendere cordis amorem; & ludæ adinstar adoriri homicidium per larvatæ fidei osculum. Cum amico simul est; & non est, quia longè cor. Unde cùm Assertor N. à ministris addiceretur capturæ; illis dixit: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire*: & quia malitiam, dum non valet in fortem, in socios exercet furor; & ut videretur, calamitate irruente, sociorum amor. Mirum addit Evangelista: *Ut adimpleretur sermo, quem dixit: Quia quos dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.* Non dixit: *Non perivit*, sed *Non perdidi.* Vel proditori amore respondi: ipse perivit, quia defecit à fide. Pende. *Stabat autem, & Iudas, qui tradebat eum eum ipsis*: & non stabat, quoniam amicùm tradebat. Iesu discipulus erat: & malignitate cordis, ibi præsens non erat cum magistro, sed cum ipsis; quia licèt amicum designaret osculo, cor non erat cum amico: simulavit per præsentiam benevolam societatem, ne amicus cognosceret amici supplantationem: quæ quidem securiùs à pravo perfido fit, ubi specie amoris amico demonstrat cor. Dixi, *Tom. præced.* T. 7. D. 3. n. 9. simulatorem signatum per malum punicum. *Malum punicum est* (inquit Pier. Valerian. lib. 54. cap. 30.) *quòd interius putridum sit; & exterius mirabilem præ se decorem ferat.* Non hoccine totum malum, ut indicet pectoris humani artificiosum simulatum dolum. In maiora tendit, ubi proditionem fingit: specie pulchrà adinstar huius mali pectus aperit: hic maior dolus, aperire pectus: meritòque per-

Ioan. 18 8.

Præsens ab est.

Vers. 9.

Vers. 5.

Candore seducit.

fidi malo granata sunt symbola; quippe quàm dum pectus aperit, apparent viscera putrida. Ubi maiorem fidem nudum pectus ostendit (ut canit Virg. 10. *Æneid.* vers. 601.)

Tum latebras animæ pectus mucrone recludit.

Virgil.

6 Huiusmodi caliditas iam inolevit in hominum corde; quippe fallunt veritate, & in vehementiore amoris demonstratione delitescunt insidiæ. Nostrates: *Engañar con la verdad, y aborrecer con fineza.* Etsi habeat crimen frequens via est per amici fallere nomen; sed aliquando ut decipiatur proditur, ars prudentiæ utitur arte malitiæ: in qua ut subdit Seneca, de *Vit. beat.* cap. 1. Eadem facimus, & *quæ reprehendimus, probamus.* Perfidus filius Absalom coniuravit adversus patrem David; quem secutus, apertò Marte, extensisque vexillis, multitudo Israël, quos ducebat furor: successore novo vincitur omnis amor. Amicum David in præsenti calamitate secutus est Chusai: *Sciss à veste, & terrà pleno capite.* Sequebatur utique amici personam, non fortunam: in cuius fidei respectu, cognovit amicum, vel electum è solio. *Qui amicus esse cæpit, quia expedit; placebit ei aliquod pretium contra amicitiam, si ullum in illa placet pretium præter ipsam*: subdit Stoicus, *Epist.* 9. Heliòtropius ergo fuit cum amico Chusai. Ei amicitiæ pretia, nulla nisi ipsa amicitia: secutus est Solem etiam deliquio patientem eclipsim. Picinell. 11. *Mund. Symbol.* n. 82.

Amicitia innotescit si amicum in calamitate cognoscit.

Seneca.

2. Reg. 15. 32.

Seneca.

Vera in Heliotropio signata.

Non mè sacrilegæ flectet contagio turbæ
Non meus à Rege devius ibit amor:
Non me trãsversum rapiet scelerata libido,
Ambitioque potens, aut malus error aget.

Picinel.

7 Ex condicto David, ut obsequeretur ad speciem Absolomo: reversus est Chusai in Ierusalem: qui quidem aulicè occurrit simulato studio Regi novo: hicque quasi arguens ingratitudinem (cùm suam excusaret) erga patrem; festivè dixit: *Hæc est gratia tua ad amicum tuum? Quare non iviisti cum amico tuo?* Chusai verò ad Absalomum: *Nequaquàm: quia illius ero, quem elegit Dominus.* Obiter notandum quanta insolentis cæcitas, ubi arriserit perduellioni felicitas: igitur cùm uterque à respectu veri Regis defeciisset (licèt Chusai apparenter ostenderet) sibi arbitratur ratione dignitatis, uti licitum; quod in subdito objiciebat ut peccatum, non cogitans in amici ingratitudine; se ipsum magis ex obiectione damnare. Ut

Ibid. c. 16. à 17.

Potentia videtur dicere, quod libet.

Vers. 18

magis infatuaretur ; blandimine Chusai stultissimus illuditur. *Illius ero , quem elegit Dominus.* Illum elegerat diabolus: ut excusetur turpis insolentia potestatis, velamine religionis ; quasi in omne facinus haberet improbus libertatem : quia effrenis vulgus divinam extollebat electionem : maximè cùm quæ Davidis , de cœlo , dicebatur diaboli ; quia illos volebat contineri sub lege : minimèque placet pessimis electio Præsidum , ni indulgeant vivere ad lubitum. Ob peccata Israël, erat Princeps Absalom. Constituit Deus peccatorem super eos ; & diabolus Achitophel erat à dextris illius. Ergo in Didascaliæ propositum.

Assumptio improbi ab his plaudituræ electio cœli.

8 *Quare non ivisti cum amico tuo?* Quoniam amici studebat obsequio: & cum illo non iret , ni ab illo abesset : igitur ni relinqueret , reliquisset ; quippe illum persequi uti ingratus videbatur , ne filius perfide persequeretur. Amicitia finxit in amici salutem prudentiam artis , ut amicus amici inimicis videretur ut hostis : equidem salvum amicum fecit , dum illum fugit. Illecebris obsequij perfidi filij inclinationem subtraxit ; illumque & festum Achithophelem seduxit , sinuämine cordis; ne cognosceretur & artificium fraudis , & amicitia pectoris : igitur maior in perfidum dolus , dum vehementior videbatur flagrans amoris excessus. Quamdiù filius plus extendebat dedecore Davidis perfidiam , Chusai ut hostis moliebatur in amicum maiorem gratiam , & in Absalomum latentem technam : quandoquidem celavit erga amicum amorem cordis , ignoto inimico , velamine hostilitatis. Vernaculè ; *Para que el traydor no conocieſſe la traza , engañole la fineza.* Hoc fuit studium amantis , per officium proditoris. *Hæc* sanè *est gratia ad amicum* : quod gratia videatur odium. *Beneficium demus* (ait Seneca , *lib.* 2. cap. 14.) *quod usu magis ac magis placeat ; quod numquàm in malum vertat.* Amor semper tendit in beneficia : sed his inest maior gratia; dum amor apparet odium , & fides hostile tædium, corde non recedente ab amico quem fugit ; ut fugà servet : tunc enim arte & ingenio prudentiæ, perfidus illuditur specie amoris , amicusque liberatur velamine aversitatis. Ad rem Hermann. Hug. *lib.* 3. *suspir.* 4.

Perfidus decipitur fide, perfidie velamine.

Senec.

Ingeniũ amoris cognoscitur , si amicus fuga servatur.

Herm. Hugo.

Defenditur hoste.
Semper oberrat imago:
Quamvis longius abſit, adest.

Psalm. 16. 11.

9 *Projicientes me , nunc circumdederunt me* : dicit amicus ab amico servatus. Alij : *amplexati sunt me.* Amplexus signat pectus amicum : proiectio implacabile odium : simulque contraria nectit dum liberatur; quippe amor odij vestem pro fide induitur : equidem amicum non posset salvare , ni videretur projicere. Discrimen in actionibus signatur inter amantem , & perduellem proditorem , propter dissimulationem, vel simultatem, arte cordis; amici vel perfidi : & ut industria amici se vidit salvum , David conciliat proiectionem & amplexum ; quoniam si perfidi amplectentes projiciunt ; projicientes amici plus proiectum amplexantur. *Projicientes circumdederunt* : Moure : *Efformarunt coronam.* De nullo alio aptiùs potest exponi, quàm de Chusai , amicum suum projiciente : igitur per eius proiectionis industriam David profugus restitutus in coronam. Claret Chusai , amicitiam propter amicitiam quæsisse , & nihil amplius. Econtrà universus populus. Omnium Regem persequentium, in plausum elatus est clamor; dum notuit perfidi victor : *Omnis populus certabat ; dicens : Rex liberavit nos de manu Philisthim. Usquequò non reducitis Regem* ? Certatim accurrunt , qui proiecerunt? Perfida pectora , tracta à fortuna! Fortunam tantùm eius sequuntur , quem dudùm persequebantur: & in solio ut mulgent, officiose maiestatem mulcent ; quasi certatim defendissent maiestatem. Quid de Chusai in hoc tractu ? Neque verbum. Erat in amoris triumpho , sequens Regis amicitiam & non fortunam; quia per obsequium solùm quærebat amicum , lætus de fortuna , quia non propria : igitur illi satis pro dignitate , quod elevasset in thronum, quem fugerat ut projectum. Quievit populi furor, & apparuit in amico dissimulatus amor. Ecce decor.

Vatabl.

Valet arte , qui diligit odij specie.

Mour.

2. Reg. 19. à 9.

Amici triũphus, dùm servatur amicus.

10 Amicitia inter humanos labilis est, quantumvis exulet fraus. Quis magis quàm Petrus gloriabatur de fidei constantia ? Sed post cœnam. Plerumque fugit fides , qui in cœna gnatones. Hinc ad illum solum inter dormientes : *Simon dormis?* Fides sanè cadit , si amicus in persecutione dormit. Fato functus erat Lazarus, & dixit Medicus: *Lazarus amicus dormit.* Nonne amicus mortuus? Utique, si dormit amicus. Adinstar Lazari est fides fluxa inter humana corda sensim amoris moriente flammà. Primò amor languet , pòst dormit, denique deficit. Patet in Petro, dum caperetur Dominus , cuius amoris obsequium pro amico afflicto educere gladium: verùm

Marc. 14. 37

Joann. 11. 11.

Amicitia inter homines fluxa.

verùm fervor elanguit, ubi inter vincula vidit. Non sequi amicum oppressum; quia dignatus maximè, habuit amor ut propudium: sequebatur, sed amore dormiente; quippe dumtaxàt sequebatur à longè. Politicè tunc secutus, ut amor caderet mortuus: igitur amicum vinctum & iniustè, non sequebatur, sed ut finis comprehensionis videretur: igitur si felix exitus; dicere quibat, quòd de se benè meritum secutus: sin autem causa per iudices evanescceret; amicum palàm negaret. Ita contigit, negavit ille, fugerunt alij. Quid mirum si ille amicum negavit, quòd alij fugerint?

Virgil. d.v.600 *Haud talia dudùm dicta dabat.*

Liquèt, quid hominum amicitia, & quid homines sine cœli gratia. Articulo ergo.

11 Prædixit illis mœstis in solatium, huius terribilis tribulationis exitum; & simul amanter allocutus: *Non turbetur cor vestrum, neque formidet. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad Patrem*: ad gloriam, in cœlum; equidem si ad crucem; amanti poti, dilectionis lenocinium. Ex absentia Salvatoris, illis quos iam non servos, sed amicos nominavit, summus emanabat dolor; sed erat, quippe ad gloriam amici decor: gaudereque iubet de absentia necessaria, ex qua pendebat amici gloria; quoniam primum est amici absistentis honos, quamvis patiatur amicus. Dolentes de amici abitu, dolebant de eius ascensu; quem acquirere non posset, modò cum illis maneret. Unde cùm commodum amantium, sit in corde amici commodum; dum cœli amicum expectant, gaudeànt illi, quamvis doleànt. Absentià exultabitis, si diligitis. Non est dilectio, exprimens amoris flammas; si propria in amico, & non amici solicitatur utilitas: Christusque amicos mœrentes iubet gaudere, illis proponens abire; quippe non debet se quærere in amico falsum cor, sed dumtaxàt ob amorem amicum quærere in se. Dicit Stoicus præcitata *Epist. 9. Non dubiè habet aliquid simile amicitiæ, affectus amantium. Possis dicere illam esse insanam amicitiam. Numquid enim quisquam amat lucri gratiâ? Numquid ambitionis aut gloriæ? Ipse per se amor.* Haud alicuius substantiæ, ni amor subsistat per se, amans amicum & adstantem & absentem propter amicum: quapropter ex absentia dolentibus exponit gaudium, ut fulgeàt amore dolor, & dolore verus amor: etenim aliter non est demonstrare in felicitate amorem; sed titulo amoris, amoris utilitatem.

Ioann. 14.28.

Amor Christi gaudet passione.

Vera amicitia quærit amici commoda.

Senec. *Amicitiæ commodum, amare amicum*

12 Hi sunt de quibus Iustinus lib. 9. *Amicitias utilitate non fide colebant.* Hinc amor pictus cum fortuna in globo, qui etiam ruëbat, lubricante fortuna. Otho Vænius, *Amor.* Embl. 79. Unde Ovid. 2. de *Pont.* Eleg. 3. v. 10.

Iustin. *Imago amoris.*

Et cum fortuna stat, caditque fides.

Ovid.

Si cadit amor, cum fortuna est: & non est amor qui fortunam sequitur, quæ quidem etiam cum splendet, frangitur: & non est amor, sed amoris splendor, citò evanescens sine luce favoris. Navem animæ in mari temporis regit amicus, dexter nauclerus. Dexteritatem notat tempestas & nequaquàm tranquillitas: etenim non salvat navem peritus, ni in tempore contra tempus. Non magnum in regimine amoris, ventis dare vela secundis. Eius rutilat flamma in amici tempestuosa procella, qua insurgunt fluctus, verùm non quatitur pectus, ex navi expellens fortunam ut demonstret amicitiam: igitur si fortunà comitè; leviculà tempestate, amor summergitur, & illicò suffocatur. Est frigidus ignis, pendens à calore sortis: equidem si fortuna cadit, statim oblitus est qualis fuerit. *Homines naturà ita comparati; ut tunc demùm officiosos esse libeat, quando aut pro meritis, gratia est rependenda; aut ipsi demereri quempiam cupiunt, quem cumulatè aliquando beneficium repositurum sperant. Egregium igitur exemplar beneficentiæ nobis exhibuit, ostendens nihil esse potius, quàm in necessitate constitutos sublevare: nihil quod hominem magis deceàt, nihil quod æquè Deum conciliet, & ad benefaciendum magis provocet.* Hæc Ioseph. 6. *Antiquitat.* cap. 15. Ita in homines cunctos. Quid in amicos? Non enim illorum fortuna sequenda, sed amicitia; ne amor è globo lubrico præceps cadat, si fortuna ruït.

Periculæ amicitiæ fortunà comite.

Ioseph.

Non fortuna sequenda, sed amicitia.

13 *Assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse*: dicit Matthæus de Servatore N. exeunte è cœnaculo. Singularis prorsum Hilarij sententia hoccine in articulo. *Assumptis, cœpit tristis esse* (subdit hìc Canon. 31.) *ergo non ante tristis, quàm assumpsit, & omnis metus illis esse cœpit assumptis: atque ita non de eo orta est, sed de his, quos assumpserat, mœstitudo: & quidem recordandum est, non alios hìc assumptos fuisse, quàm ipsos illos, quibus ostensus est, quando toto æternæ gloriæ suæ honore circundatus est: & quæ tunc assumendorum eorum, eàdem & nunc fuit causa.* Illos, quos

Matth. 26.37.

Hilar.

in amoris ostensionem, ad gloriæ suæ visionem pridem assumpsit; secum in præsuram trahit; an sequerentur in pœna, qui secuti sunt ad gaudia: & de assumptione illorum esse cœpit mœstitudine tristis, ob inconstantiam humanæ fragilitatis; cui placet amici thronus, deficitque si mutatur status: quandoquidem qui magis fauti, visâ tribulatione, ab amico defecturi. De illis assumptis est tristis. Assumptio ad dignitatem, eius magis excitavit mœstitudinem. Spes honoris forsitàn faceret, quod perseveraret fides. de illisque mœret, quos honoribus extulit; quippe post dignitatem obtentam, qui magis fauti, sunt primi, qui deserunt amicitiam: igitur qui glorioſi cum spe sequebantur maiestatem; modò assumpti gratiâ amici, non dependent ad honorem. Haud tristatur de proximitate mortis, sed de discipulis amicis & plus dilectis, erga quos mera puta gratiâ, ampliora exhibuit dilectionis obsequia: equidem quæsita ab illo in arctiore angore fides; invenit illos in amore dormientes. Dedecus est amicitiæ, quod qui dignati non auxilientur fautori: mœretque quòd proprij obliviscantur honoris, ubi illorum dormit fides; quia nullam aliam maiorem ignominiam trahere possent, quàm quòd amicum in angore deserent: maximè dum pro illorum honore, amicus sudabat sanguine. Dormit sanè amor, dum vigilare congruit; ut flammam explicet: verùm mutatâ scenâ theâtri, quod læti viderant in Thabore; dormiunt versis animis pro varietate temporis: igitur bonum illis visum ibi manere; & his dormientes cogitabant fugere. De morte ab aliquibus iudicatur Domini mœstitudo: de discipulis cogitatur ab Hilario. Utrumque arbitror, quia ab utroque cordis dolor: igitur amicitiâ illo in articulo fractâ, iam mortis diræ amor susceperat vulnera. Hinc dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Mors ex corpore: hic dolor est animæ. Non dicit de morte, sed *usque*: mortemque prævenit mortis tristitia; quia fides fracta. De illis mœret, qui illos sine merito diligit: in hunc articulum contulerat gratiam, ostenderat gloriam: verùm utriusque oblivio, ubi advenit tribulatio: & dicit, mortem usque tristem esse; quippe mortis imminentis auxit tribulationem, cum gratia & gloria in amicis nullam invenire fidem. Denique. De illis assumptis est tristis; nequaquàm de pœnalitate mortis: illos inter alios fidos præcogitaverat, quamvis quid eventurum sciebat: & non de se mœstus profitetur, sed de illis, licèt in illo hæsisset pondus doloris; quippe dolet animus, eorum falsum invenire pectus, quos amor assumpserat præ tribulatione socios.

Quibus maius officium, citiùs recedunt.

De amicitia hominum vana spes.

Vers. 38

Dolor amici à dignatis, differt.

— *Quem nemo gravius nec acerbius urget,*
Quàm modò qui me unum, unicum amicum habuit. Catull. Carmin. 74.

14 Hoc extremum inest ingratitudini, maximè dum ratione fortunæ, ratio adhæret felicitati; & quia iam non est spes, in odium sæpesæpius perfidum mutatur cor: in odioque fingit gratiam, ut de novo inspectam nanciscatur fortunam: igitur ambitioso nec ius nec fas: susque deque facit intimiorem benefactoris fidem; ut cuniculis assequatur honorem. Propter huiusmodi insidias, & aliquandò plausas, quæ sunt insana atque ignominiosa felicitas; dicit SS. Benedictus, *Regul. S.* cap. 4. *Dolum in corde non tenere: pacem falsam non dare*: etenim etsi abesset severitas ex tenore legis; via eius vel ad famam, est infamis. *Id commodo servilia ingenia corrumpit* (inquit Tacitus, 2. *Histor.* cap. 92.) *pravitas amicorum fœcunda gignendis inimicitijs, cum ambitu, comitatu, & immensis salutationum agminibus. Unde miles vagus, non principia noscere* (præterit, cum quibus loquor) *non servare vigilias, neque labore firmari; sed per illecebras & inhonesta dictu, corpus otio, animum libidinibus exercet.* Totum sæpe fit, ut sit aliquid qui non est: fallit in gratiam, & gratiâ fallitur; quoniam magni habetur perfidia, sed nihili proditor. Claudian. de *Bell. Gildon.* à v. 260.

Fidei violatio plerumque in ambitioso.

S. Bened.

Quantum dedecus!

Tacit.

Ergo fas pretio cedet? Mercede placebit
Proditio? Taceo læsi quod transfuga fratris,
Quòd levis ingenio, quamvis discrimine summo
Proditor apportet suspensa morte salutem;
Numquàm erit gratus.

Frustratur voto.

Claudian.

DIDASCALIA V.

Affectio prava, statera dolosa.

1 UTINAM falsa sententia! Non enim tot conscientiam gravarent affectionis prolubia; ni affectio esset in pondus statera dolosa: etenim cùm deliret amusis, propendeatque in desideria cordis; præ obcæcatione affectus, est men-

Omninò cæca.

mensura & mensura, pondus & pondus: unde iudicia prava sine pondere & mensura. Boëtius, 3. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 10. v. 2. & *Metr.* 12. v. 47. accinit:

Boet.

Quis legem det amantibus?
Maior lex amor est sibi.
Fallax ligat improbis catenis,
Terrenas hebetans libido mentes.

Quod semel lubet, quia lubet, semper placet, & libidini licet; quippe pravam in prolubium titillantem affectionem, sine mente ac ratione iudicat legem. Voluntas caret iudicio: dum usurpat, dormit ratio: perperàm ad iudicium videre valebit, quæ quia cæca, nihil videt. Unde qui, eò quòd potest, ad iudicium dumtaxàt ductus ducit affectum; ostendit ex electione nullum habere iudicium. Colores, uti vestes cumulantur, ne cognoscatur amor, dum vestitur affectus; vel excusetur, quia nonnumquàm amor nudus: verùm qui cæcus, propudiosè fallitur; quippe amor quò magis operitur, clariùs cognoscitur: eligitur enim in indicem & electoris pudorem, ubi simul ostendit ad munera meritorum nuditatem. Videsis Brixianum in *Amore*, n. 98. Amans multa mentitur sibi, quippe somniat: non videt quid deceàt: modò acquiescat somnio, non cogitat de iudicio; neque de vulnere mentis, si prævaleat imperium voluntatis: qua lesà phantasià, non solùm somniant vigiles; sed fingunt somnia, ut credatur ab alijs, quod non videtur ab ipsis.

Et cæcæcata.

Prudens nequit esse, ratio quem deserit omnis.

Iacob. Bell.

Quid tum, pectus si tenet delira lubido.

2 Hi sequuntur scholam amentium Pyrrhonum, de quibus Aul. Gellius, *lib.* 11. *cap.* 5. *Nec videre quicquam, aut audire se putant; sed ita pati afficique, quasi videant, vel audiant: eaque ipsa, quæ affectiones istas in sese efficiant, qualia & cuiusmodi sint, explorant. Ex omnibus rebus, perinde visa fieri dicunt, quas phantasias appellant, non ut rerum visarum natura est, sed affectio animi, corporisve est eorum, ad quos eà visa perveniunt.* Insignis stultitia, & in scrutatoribus naturæ; uti videbimus, *Tautolog.* 7. n. 12. Haud secùs desipiunt, qui sua & suos ornantes extollunt. Non audiunt, quæ audiunt; quoniam secundum affectiones audiuntur. Non vident, quæ vident; sed quæ sibi videtur videre, etenim vident quæ videntur sibi. Patiuntur, dum agunt, oculis cæci, audituque surdi, iudicijque præ affectionibus è cranio expellentes formam; quippe totum iudicium iuxta phantasiam. Iccircò dicitur: *Videntes videbitis, & non videbitis*: & *Audite audientes.* Sensus corrumpuntur affectionibus: & audientibus præcipitur audire, & videntibus videre; quoniam cum audiant & videant phantasmata sine mente, vana ludibria phantasiæ; in suis de non visis gaudent, dum in odiosis & videntes nihil vident: audiunt enim quæ audiri non possunt, & non audiunt quæ renuunt, licèt audiantur. Languet profectò iudicium, quia vacuum cerebrum: & præ cogitationis pravitate, ita ægrotum affectione; ut nec videat nec audiat à sensu obiecta, nisi præut ad lubitum fallax pinxerit phantasia.

Qui Philosophi scepticiseu Pyrrhonij.

Aul. Gell.

Affectio delira.

Matth. 13. 14. Isai. 6. 9

3 *Non habebis diversa pondera, maius & minus: pondus habebis iustum & verum.* Quod fulminatur commutativà iustitià, debet esse in destributivæ forma; ne pondera sint diversa distributione præmiorum à puraputa voluntate Principum: etenim si malum pondus; peius, ubi minus maius & maius minus. *Pondus* habebitur *iustum & verum.* Quorsùm *verùm*, si dixerat *iustum*? Ut rijciatur pondus quod affectio (quæ cæca sine iudicio) quod iurè discernit munera, iuxta creditorum merita: igitur affectu in pondus iudicium videtur iustum; & in libra iustitiæ pondus ostenditur falsum. Iuxta rationem pondus, quod pondus: iuxta inclinationem maius & minus; sed sine pondere, quia quod libratur pondus dumtaxàt in statera phantasiæ; quæ dat pondus ventis, iuxta pondus prementis inclinationis: & dum quæritur à iudicio signatum à voluntate ludificatà pondus; in affectus ludibrium invenitur libratus ventus & ventus. Seneca in *Medea*, v. 318.

Deuter. 25. à 13

Et statera dolosa.

Ausus ut Tiphys pandere vasto
Carbasa ponto, legesque novas
Scribere ventis.

Senec.

4 Siccine pravus affectus: pondus ostendit, ubi non est pondus. Imitari volunt in potentiæ ludibrium, quod elucet omnipotentiæ portentum. Numen fundavit *terram super stabilitatem suam*: *non inclinabitur.* Quodnam erit ventis pondus; ubi ut stet, non inclinatur quod gravius? Cæterùm terra quò stat, ut stabilis stet? Est aliquid? Nullo modo: *Super Nihilum*: ait Haye. En potentium phantasia, ut eorum rideatur affectata potentia: igitur si affectus cæci inquiritur fundamentum; tota inclinatio stabilis super nihi-

Psalm. 103. 5.

Eius iudicium phantasticum.

Haye.

Mich. 1 à 6.

hilum. Omnia *fundamenta eius revslabo, & omnia sculptilia eius concidentur.* Elevantur certatim voluntatis idola, ut demonstretur delirantis potentia: sed dum causa inquiritur elevationis in solium, invenitur à iudicio non habere fundamentum. Elevantur quasi Numina, sed sunt, quin aliquid sint, vanitatis simulacra; quæ minutim conteruntur, dum elevantur: etenim necessariò quòd è culmine corruant, cùm ad standum fundamenta non habeant, nisi prolubij delirantis arbitrium; qui ut pondus habeat, phantasticè librat ventum.

Pers. 5. v. 24.

——*Ostendisse iubat,*
Quid solidum crepet, & picta tectoria linguæ:
——*Dare pondus idoneâ fumo.*

5 Inter Ethnicos fictum (ut aliò dicemus *Tautolog.* 7. *n.* 34.) Furias adesse in Throno Iovis ob specimen Maiestatis; & simul ad limina sævi Plutonis, in signum diversitatis decretorum, ad nutum Numinum; ut simul essent in cœlo ac in inferorum tartaro. Virgil. 12. *Æneid.* à v. 845. modulatur:

Virgil.

Dicuntur geminæ pestes, cognomine Diræ.
Serpentum spiris ventosaque addidit alas:
Hæ Iovis ad solium, sævique in limine Regis,
Apparent.

Chartarius de *Imagin. Deor.* fol. 195. refert, huiusmodi furiarum habitus, situs & effigies, ad eos, qui transeunt in affectum cordis: benèque ac vividè imaginem furiarum demonstrare Iovem, dum placet, illum in Trono explicare furentem: etenim nullus nisi furiosus assumeret in maiestatis thronum, quas detrudere oportebat in infernum. Electione præposterâ voluntatis, furiæ elevantur ad culmina honoris. Profectò dominantis insignis ac plausibilis maiestas, elevare ad thronum recti regiminis furias! Quid affectio non faciet, si Præses furit? Indignos (vel à consortio hominum expellendos) audacter tollit in munus; ut ostendat sine cerebro quid possit, eligendo quod non congruit; sed quod placet: cùmque iuxta lubitum decreta, sint dominantium insania, qua cogitant maiestatem fulciri, indignorum proiectorum dignitate; gestiunt, dum furunt, & subditi lamentantur: igitur in assumptis à Iove ad celsitudinem sedis; nihil vident regimine nisi furores. Patet infatuatio ex Iovis delirio, mente capti; dum in limine inferni furiæ collocantur à Plutone. Non admittit intùs, ubi furit affectus, taxando regimen Iovis, non ex lege, sed potestate & vanitate regentis: igitur furias Iupiter elevavit in culmina; quas Pluto noluit recipere vel intra tartara. Videtur Iovi, cadere potestate, meritorum electione. Unde Senec. in *Hercul. Oetæo*, v. 357. ait:

Senec.

Illicitæ amantur: excidit quicquid licet.

6 Antequàm perscrutemur fabulæ abditas; occurrit principalis Tautologia. *Ipse & non alius.* Quorsùm *non alius*, dum alius nequit esse, qui constat ipse? Potest ipse, ipsum non esse affectionis pravitate, eò quòd non ipse sit, qui ipse manet extra se: ipseque dici potest ipse & alius; quippequàm mente ex affectione furiosus: etenim ut furioso potenti, placet Iovi; in summa tollere; quas uti Diras renuit infernus recipere: sufficiunt igitur barathro communia mala; quin furiarum societate malis addantur maiora. Ovid. 4. *Metamorph.* fab. 13.

Iob 19. 27.

Extra se sunt, quorum affectus in affectionem it.

——*Tortoque incinguitur angue,*
Egreditur que domo: luctus comittatur euntem,
Et furor & terror, trepidoque insania vultu.

Ovid.

Hîc amor verè pestis, inficiens seriem prudentis moderationis; & Iovis confundens cerebrum, ob phantasticum consilium: igitur ni fureret, & potentem maiestatem ostendere vellet; alas, estò ventosas, non daret, ut ascenderent in celsitudinem throni; quæ iacebant præ veneno ad tristia limina inferni. Turbatum olympi solium, ubi insperatum circumspexit ascensum, cum furore, terrore, luctu & insania, ut regentis delirantis approbarentur prolubia: quandoquidem micat extremum furoris; Iovis ad solium, quæ sævi in limine Regis: & quòd ubi meritis ac dotibus debent homines, furiosè regnent venenati serpentes. Si à potente, & non à iure habent alas; quid mirum, *vipera & regulus volans*? Videsis dicta, *Tom.* 1. *Tautolog.* 2. *D.* 12. *à n.* 6.

Et totus infernus.

Indignus elevatus, reipublicæ virus.

Isai. 30. 6.

Et phreneticum.

7 Necdùm acumen plenè deprompsimus fabulæ; ut oriatur virus, terror, luctusque Reipublicæ, duce regentium furore; qui abutuntur dignitatis potestate, ut potiantur affectione: in quibus cùm ius sit absolutè (aptiùs, dissolutè) votum cupidinis lex; propter rationis ludibria, & lubidinis prolubia; nil aliud videtur nisi statera dolosa: siquidem in altum tollunt, quos debent opprimere; deprimuntque quos oportebat extollere. Iupiter trahit, Pluto deprimit: uterque furit. Iupiter atra-

Furit, qui dignos humiliat, & incapaces exaltat.

attrahit in cœlum. Plutus niger in Orcum. Diversa omninò operatio ; sed utrumque amplectitur prava affectio, commutans pondus inter dignos & indignos ; quia necessarium , quòd alios deprimat , dum alios studiosus exaltat : & cum Iove in cœlo , & Plutone in Orco, assistit Furia , ut constet phrenetica affectionis insania : equidem non valet tollere in cœli culmen indignos & indotatos; quin detrudat in infernum præclaros & benemeritos. Sedes omnibus non sunt, sed quibus debentur sedes. Benemeritis tantùm sigillatur sedium numerus : alijs autem non est locus ; undè si hos perplacet exaltari , oportet illos vel ad barathrum excludi ; quoniam ni sedes evacuëntur hominibus, à furente phantasiâ nequeunt expleri serpentibus. Hoc quod à ratione ploditur , summè in decus dignitatis plauditur : modò sit felix temeritatis exitus; quid ad furentes immaculatus honos ? *Est omninò iniquum* (infit Plin. *lib. 5. Epist. 21.*) *sed usu receptum ; quòd honesta consilia , vel turpia , præut malè aut prosperè cedunt , ita vel probantur , vel reprehenduntur. Inde plerumque eadem facta modò diligentiæ , modò vanitatis , modò libertatis , modò furoris nomen accipiunt.* Verius in affectione designabitur nomen : diligentia scilicèt in furorem , atque vanam libertatem. Ridetur , verùm à dignatis extollitur. Sic, at quid dicemus ad hæc? Quod Claudianus in simili tractu , 1. in *Eutrop.* v. 140.

Plin.

Oblivio honoris, blandimine potestatis.

——*Prob ! Quisquis Olympi*
Summa tenet , tantòne libet mortalia risu
Vertere?
Per cunctas licuit fraudes impunè vagari.

Claudi.

8 Hinc cuncta replent in furoris excusationem fraude : sed quo colore ? Quæstu an ducti , census respecti , ambitus utilitate , ut repellantur vacuitate honoris, qui vacui lucellis ? Sanè muneribus pleni, qui muneribus vacui ; ut constet potestatis plenitudo ex vacuitate cerebri , ac corpus monstrosum , quia sine capite. Non habent dignos , nisi varijs , perversis intuitibus electos ; in quibus dignitatum maiestas , sed illis dignitatum utilitas : igitur regunt sine iure dignitatis , & dignitate potiuntur sine fastidio regiminis. Quid digni ? Præter hos , ubi ? Domi. Unde non habent habentes , quippe iacent. *Quæ mulier , si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam , & everrit domum & quærit diligenter , donec inveniat* ? Ita Assertor noster ; at argumentum excitat dubium. Drachma enim habebat pretium : quomodò ergo perdiderat , si domi habebat? Habebat in angulo, dignam pretio : diciturque perdidisse pretium quod habebat domi; quippe licet habeatur non habetur, quod despicitur : pretiosumque caret prætio , si domi habetur in angulo. Vernaculè : *Què ha de tener, si la tiene en un rincon* ? Pretiosa possidet , quasi non haberet : equidem cùm in parabola commendetur solicitudo de meritis , ut iuxta pretia quærantur in dignitates ; nequaquam invenientur, dummodò solicitè non quærantur : nihil enim & nihilo qui magni pretij , si domi proiecti & in angulo sunt positi. Vigilantiùs Nostrates : *Hallaràn se en las casas , si se buscan, hombres de prendas ; perdiendose los sugetos , por estàr arrinconados.* Modum quærendi & inveniendi indicat , qui indignos relegat , & dotatos honorat. In inquisitionem accendit lucernam : aliter in tenebris ambulat , ac perdita non desiderat: non enim lucent , qui in obscuro latent. Quid amplius ? Everritur domus. Hac profectò diligentia , inveniëntur pretiosa, quæ erant amissa: etenim tunc apparet meritorum optabile pretium ; si domus sordes detruduntur in angulum. Semper ènim ad honores ostium præcludetur meritis; ni expellantur è domo quisquiliæ & sordes: alienatur itaque à dignis, quicquid conceditur sine consilio demeritis.

Artes & intuitus in electione pravorum.

Luc. 15. 8.

Dotes despecti e non habite.

Si quæruntur , invenientur , & quomodò

9 Quid , etsi nefas , non cogitat servus , ut fiat dominus ; & maximè in dominum , quem tunc habeat in ludibrium! Quæ non imposuit perfidus Siba fideli Miphiboseth ? Proditori nihil fas. Embolio , seducto profugo Rege , obtinuit calidè quæ fuërant domini. Cùm dolus illi benè cessisset ; ne cognosceretur , officijs ad speciem fictionem auxit : sed tandem tandem strophà nudà , suffocatur innocentia , quæ licèt cognita , plectitur, dum impostor à supplicio fide Regis liberatur. *Quid ultrà loqueris ? Tu & Siba dividite possessiones.* Quid ad hæc innocens? *Etiam cuncta accipiat.* Restituta respuit ? & generosè ; visà calumniâ servi: equidem quod videbatur premium , erat honoris ludibrium : dedecusque fidei, confusà pudore facie , quasi inhonoratus ; qui altiori honore dignus : etenim in premio par erat ei honore ; qui propter perfidiam merebatur suspendi. Virtutem fastidio reprobat , qui nocentes donis benemeritos æquiparet : & à Miphiboseth non admittitur , quod in honorem perfido servo con-

2. Reg. 16. à 1.

Cap. 19 30.

Pari honori imparibus meritis; nec species honoris.

ce-

ceditur; quippe honos quo degener illustratur improbus, innocenti non est honos: etenim in pari præmiorum distributione, sine censura virtutum; non est, honores concedere, sed dignitates confundere. Quid itaque decus & splendor dignitatis; quando in ineptis sunt dedecus sine meritis? Sui & honoris sunt ludibria, qui sine meritis numquam cogitantur præmia: satiùsque atque illustriùs sine honore decoratur, quàm si modò obtineretur: etenim nec honor nec præmium meritorum ac virtutis potest esse; quorum dignitatum participes nocentissimi.

10 Muneratur fidelitas Mardochæi insigni honore; igitur assumitur inter custodes palatij Regis Assueri, tamquàm præpositum satellitij. *Præcepitque ei Rex, ut in aula palatij moraretur, datis pro delatione muneribus.* Decursu temporis ipse Assuerus interrogat quam mercedem accepisset; & dixerunt ei ministri: *Nihil omninò mercedis accepit.* Unde nihil omninò, si honore tanto fungebatur in palatio? Habebat itaque nobile munus, sed inter perfidos; qui ianitores erant intra Principis palatium, in quo cum illis æquale habebat officium. Sunt aliqui I munera, modò fuerint aliquid merita. Quantumvis magna in magnis nec aliquid habent, si demeritis inhærent. Æqualia munera nacta fuerat Mardochæi fidelitas, atque Sociorum iniquitas: & ubi æqualem honorem cùm iniquis & improbis accepisset, verè nihil honoris ac mercedis accepit; quippequàm honos, estò magnus, quo pari sorte potitur indignus: benemerito in munere non est honos. Nihil ergo dignitas tanta dicatur, quæ cum sordibus habetur. Astipulatur cogitatiõni Eucher. de *Contempt. mund.* Epist. ad Valerian. *Cùm promiscuè cum bonis* (inquit) *mali ambitione conscendant. & non unius meriti viros unus honor ambiat, & indignos non tàm dignitas discernat, quàm confundat; nonne honor maior est huiusmodi honore, sine honore esse, quàm promiscuis honoribus honorari?* Quænam in munere dignitas indignorum iactatur, ubi à dignatis despicitur? Conferentis est furor: & in signum, ut canit Claudian. in *Hercul.* v. 46.

Sævit in auctorem prodigiosus honor.

11 Methodum assignat in prudens regimen N. Patriarcha, instruens Superiorem in optatum moderamen. *Non unus plus ametur, quàm alius; nisi quem in bonis actibus invenerit meliorem;* infit cap. 2. *Regul. S.* Ergo melior est amandus & plus; quippe melior est: igitur si æqualis esset diversis in moribus mensura amoris; esset omninò inæqualis, quoniam sine differentia munerum, atque confusione honorum; qui non plenè recti non viderent perfectionis excellentias; & extenderent iusti ad iniquitates manus suas. Hoc enim periculum; si non distinguitur inter bonum & malum: equidem si virtus cum deside honorem haberet æqualem; non haberet honorem: & modò demeritis promiscuus daretur honos; ad dignitatum honores, non ita anxiè solicitaretur virtus. Non plus unus ametur, quàm alius; sed virtus in hoc aut illo; ut sit perfecta dilectio: igitur si virtus perfectior habeat ampliorem honorem; hic & ille aspirabit in perfectiorem virtutem.

Hic honor in nobis invidiosus erit.

12 Ab huiusmodi scopo aberrat in actis, qui ducitur audacter potestate lubidinis; ubi confusa munera & merita, præut sine mente debacchatur phantasia. Cuncta quæ meritorum, sibi arrogat; ut fanatice lenocinatus distribuat; & ut præcogitat resistentiam in delirium, & clareat factum post factum, nec profert verbum: patulà cordis affecti intentione, dum factum irrevocabile, nactà pectoris vafri sutelà; quando confusa gemit munerum pravà distributione respublica: ineptis assumptis, quippe incapaces, & sibi utiles, ad thronum; & benemeritis detrusis fulmine potestatis desipientis, in infernum. Conscientia arguit, sed stimulos ridet. Dicit enim prolubium: *Modò possum.* Quid affectio? *Ni fecerim, quando potero?* Faciamus hìc. Cuncta mihi tradita sunt. Illa magna, *& cui volo do illa.* Ut fallat, fallitur: vel ipse scit quòd mentitur. Utile arbitratur cogitamen propositi, licèt distributio fiat iuxta propositum diaboli: ineptique cum explorent honorem; certatim curant adorare dæmonem: qui quidem in quæstum & ostentationem vanitatis; eligit verrens domum dumtaxat sordes. Patuit in præfato Siba callida assania. Nihil credidit de amico afflictus regni perturbatione David; cùm illius muneribus visis; interrogavit: *Quid sibi volunt hæc?* Illo in statu suspecta xeniola, & apophoreta hamata. Ita liberalis conditione servus, qui semper parcus? Quid homo versipellis? Aliquid latet intra sinuámina cordis. *Quid sibi volunt hæc?* Aliquid hæc sanè volunt, & volunt sibi. Utique. Si hamum repulisset, servus in dolos

Quomodò dilecti Præsidis debeant esse æquales & inæquales

Ovid. 6. *Fast.* v. 56.

Discrimen inter ambitiosum & avarũ

Luc. 4.6

2. Reg. 16. 2.

Ambitiosus nil est fas nec ulla lex.

&

Esth. 12, 6.

Cap. 6. 3

Si eundè habeant indigni, virdigni non est honos.

Eucher.

Claudia.

S. Benedict.

& mendacia non auderet: equidem cùm videret rempublicam turbulentam, posseque exaltari per calumniam; post admissam ingrati proditoris munusculum, fictum in herum commentus est testimonium. Hæc sunt ad solium ineptorum merita, & affectionum phantasmata. Strigillat Iuvenalis, *Satyr.* 1. verb. 73. & 7. vers. 189.

Vers. 3.

Aude aliquid & carcere dignum,
Si vis esse aliquis: felix & pulcher & acer:
Felix & sapiens, & nobilis & generosus.

Iuven.

13 De huiusmodi ridicula distributione quæritur Ieremias, ut servaretur in dignitatibus horum integritas. *Parvuli* (ait) *petierunt panem & non erat qui frangeret eis.* Magna miseria, modò in civitate panis non ultrà: sed maior dolor, ubi deest in abundantia quin effluat, quippe non est qui distribuat: equidem cum merita alantur honoribus, hisque resultet regiminis decus; deficiunt in summa copia, si non distribuuntur dignitates iuxta merita. Vide dicta. *Tom. 6. T. 6. D. 2.* Haud prudens distributio in regimine, si infirmi accincti sunt robore: siquidem ægrè affectum languet cor, si meritorum famelici plenè saturati sunt. Secùs accidit cum Domino, socijs manentibus in castello. Ignotus erat illorum errantium oculis; *& cognoverunt eum in fractione panis.* Non in pane, sed in panis fractione. Quis sit Princeps patet iuxta modum quo distribuit. Colores quærunt affecti in ineptias, quasi demerentium deauraretur habilitas; & quo magis pinguntur magis fuscantur: quoniam inter tot umbras & ascititios colores; non solùm non videntur, sed nec apparent imagines. *Deus facit mirabilia magna solus*: etenim dum eligit magna, in muneribus videntur, quæ exoptantur mirabilia; & affecti in prodigium ostendunt monstra. Ad rem, quod alibi dixi ex Petron. *Carm.* 19. à v. 36. Huiusmodi studium.

Thren. 4. 4.

Cognoscitur quis habeat solium in distributione dignitatis.

Luc. 24. 35.

Psalm.

Florebùt honores, si conferantur meritis.

Ut revocent per damna famem.
Falsus erit testis, vendet periuria summa.
Nec minor in campo furor est, emptique Quirites
Ad prædam strepitumque lucri suffragia vertunt:
Venalis populus, venalis curia Patrum.
Est favor in pretio: senibus quoque libera virtus.
Exciderat, sparsisque opibus conversa potestas,
Ipsaque maiestas auro corrupta iacebat,
Pellitur victus Cato.

Petron.

DIDASCALIA VI.

Patriæ amor, non amor; sed furor.

1 INTER Ethnicas à veritate devias superstitiones, plausus fuit Amor extensione potestatis; quippequam stabilivit regna, intra humana æstimabilia præcordia, maiore pondere gratiæ; quò sine sensu è sensu radicabatur in corde; ubi eius dulcis tyrannis ita grata, ut neque pectus doleret, etiam si sentiret vulnera. Unde Euripides apud Delr. in *Tragœ. Hyppolyt.* ex Senec. vers. 185. accinit:

Cur amor figi natus maximus dæmonum.

Rudis, omnisque elegantiæ expers,
Quisquis maximum hominibus Deum ignorat;
Et inter dæmones omnes supremum esse.

Eurip.

Modò inter mundanos altius fabula sedet, quàm Ethnicismus studiosè finxit: igitur dum amor patriæ præcordia titillat, & pectora fauciat; non solùm fovetur dæmon, sed supremus dæmoniorum non enim tantam Deitatem auderet turpiter adorare; nisi arreptitius & possessus à dæmone. Ita objicitur, & iure timetur; quia non ligatur, cùm sit extra se, & gladius in manu furiosi sit; tolerante patientia sub ense quæque deliria; eò quòd phreneticam & potentiâ impotentem insaniam, insani extollant expectabilem prudentiam, amplectanturque libentissimè pectoris gaudio, à quo declinatio congrua, quasi à dæmone & furioso. Ægrè pertulit Achis Princeps Geth, quòd furiosus (estò larvà) aulam ingrederetur David. In tædio demonstrat decora throno. In aula regia phrenetici nec imago: pudet utique, quòd in conspectu Pricipis fiat scelus, & sit propter furorem aulicis risus. *Vidistis hominem insanum* (ait Achis) *quare adduxistis eum ad me?* Sanè reipublicæ virus, homo in palatio furiosus. *An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum?* Cur dicit *Istum?* Cur iste tantùm in tædium; ubi fatetur multos secum habere, & etiam uti mente externatos tolerare? Alij erant adstricti funibus; hic autem errabat vagus. Illi non tolerati arcebantur ab aula: hic toleratus, ingressus in interiora: hicque iurè ab aula expellitur, dum turba mentis impotum vel ridetur, vel despicitur; quippequàm toleratus furore

Quilatet, sub larva patriæ.

1. Reg. 21. 14

Vers. 15

Furiosus toleratus intolerabilis.

percitus, mente destitutus, œstro pungente phrenesis, proculdubiò ad vitæ quietem insanus intolerabilis. Breviùs ac vigilantiùs Nostrates: *Un loco tolerado es intolerable loco.*

Iob. 19. 27.

2 Tautologia indicat, unde vecordia & vesania. *Ipse & non alius*: dicit Iobus dum ascenderit in gloriam summi honoris. Ipse & alius videtur qui ascendit gradum leviculæ dignitatis. Ille signat vel in throno eamdem usque in cœlum assumptam, entitatem: hic in mundo vanissimam hominis conditionem. Est homo ipse, si decoratur ratione; sed non homo sine mente, cerebro vacuo; vanitate pleno: & ubi patriæ & non rationis dominatur effectus & affectus, cognoscitur ipse & alius; igitur ipse non est, qui phrenetica passione furens extra mentem fit. Statius, 2. Silvar. 1. v. 212.

Affectus in patriâ facit ademptiam

Statius.

——*Hos bella, hos vulnera poscunt.*
His amor exitio, furor his, & seva cupido;
Ut sileam morbos.

Non hìc de gleba loquimur; licèt, qui de terra est de terra loquatur, & lactetur amplius amor, quò terra peior. *Nemo enim patriam, quia magna est amat, sed quia sua* (ait Senec. *Epist.* 66. etsi contraria dicat Ad *Helviam*, à cap. 6.) Ulysses ad *Ithacæ suæ saxa sic properat; quemadmodùm Agamemnon ad Mycenarum nobiles muros.* Est sanè dulcedo, & proprio quisque valet excussari voto; licèt amoris scopus sit quercus & quercus; ut ait Euripid. in *Phœniss.* v. 361. & Ovid. 1. de *Pont.* Eleg. 4. v. 35. Unde Homer. 1. *Odyss.* v. 57.

Senec.

Patria cur dicitur dulcis.

Homer.

Ut nihil est patria, propisque parietibus ulli
Dulcis.

Patriæ fumus igne alieno clarior, & nebula Sole pulchrior: de quo Erasm. *Chil.* 1. *Centur.* 2. n. 16. Plauditur situs basilica, quæ invenitur hara. Qui ortus Romæ, dicet cum Martiale, 12. *Epigram.* 8.

Mart.

Terrarum Dea, gentiumque Roma,
Cui par est nihil, & nihil secundum.

Dicet hæc qui aliunde? Erubescet præpudore? Minimè. Quasi nihil despiciet eam: & ad propriæ patriæ speciem transibit ex fumo in lucem. Hæc profectò inania, etsi fuissent magnifica. Exultent ergo pro arvis de cupulis, vel de scopulis.

3 Non hoc nostrum. Nostra sanè, quæ tantùm nostra, de queis apud Scribani fidelis & acceptabilis sana doctrina. *Scinditur enim* (ait in *Medic. Relig.* lib. 3. cap. 16.) *nationum gentiumque discriminatione, universum Religionis corpus, quod sola animorum coniunctio tuetur: descenditurque invalidas partes, neque iam in uno aut altero, sed totis concurritur castris: pronique in universæ Religionis perniciem & interitum laxatis habenis devolvimur. Ad quid sperari potest, quid non timeri; cùm ad fugam aut sequelam satis est, hanc illamve gentem ita consuisse aut damnasse? Tantum nationum studia possunt; ut destituti nostris, carere in solidum velimus melioribus; ne ab alieno solo nata nobis salus, aut petita videatur: & iam ad impugnationem damnationemque satis est; ab alia, quàm nostra gente venisse consilia: etiam Solem negaturi in meridie; si ab alieno in nostrum illuxerit agrum.* Urgebit necessitas? Estò factiosi deducantur in angustias. Occupavit animos pestis, evanuerunt in consilium rationales facultates: sepelitur ratio, mentem suffocat affectio: patetque furor, qui vocatur amor. Boët. 1. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 7. à v. 1. tenebras signat.

Scrib.

In sunt amor. frenetic. furor.

Nubibus condita, nullum
Fundere possunt sidera lumen.
Si mare volvens turbidus Auster,
Misceat æstum, unda diebus
Visibus obstat: cernere verum,
Tramite recto carpere callem.
Gaudia pelle, ne dolor adsit.
Nubila mens est, vinctaque frenis,
Hæc ubi regnant.

Boet.

4 Perscrutemur, quomodò huiusmodi furore Principes Sacerdotum deliraut, & debacchantes fanatici aberrant. Disceptabatur inter illos, visis Salvatoris N. miraculis, quæ nemo alius fecerat à sæculi sæculis; an qui mittendus esset ipse, quasi penderet ab illorum electione. *Dissensio itaque facta est in turba propter eum:* & cùm palàm loqueretur; ex illis nonnulli dixerunt: *Numquid verè cognoverunt Principes, quia hic est Christus? Sed hunc scimus unde sit: Christus autem cùm venerit; nemo scit undè sit.* Illuminavit cæcum à nativitate, & intenderunt in crimen, quin testimoniorum perspicuam notarent contrarietatem. Ferè factiosi laborant hoc morbo, modò in iudicijs profit prævaricatio: siquidem non inquirunt veritatem, sed uti furiosi crimen. *Nos scimus* (inquiunt) *quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.* Quid hoc? Pridem dicunt: *Hunc scimus, unde sit.* Modò: *Hunc autem nescimus unde.* Modò affirmant

Ioan. 7. 43.

A vers. 26.

Cap. 9. 29.

mo-

modò negant ? Affectio tradiderat in insaniam. Non erat ex illis, quo factus in signum contradictionis: indignusque dignitatis condemnatur, ab honoreque repellitur; quippe ni floreret prodigijs ex propria patria, licèt vidissent prodigia. Sciunt unde est, atque nesciunt unde sit: scire & nescire, est vulnus veritatis ex prævaricatione læsæ mentis, renuentium conferre dignitatem, nascenti extra electorum regionem: etenim summis dotibus, divinisque charismatibus indignus; quamvis floridus occurrat homo de cœlo delapsus. Phrenesis cognoscitur, ubi mens prævaricatur. Furor patet, Est, non est: Est & non. Scire & ignorare, ut arceatur ab honore, qui debet eligi. Modò, quia cognoscitur Unde, repellitur; dignus claret, quùm nescitur. Quid ad hæc? Furores sunt; & persistent in insania cerebro vacuo, quoniam sinciput sanum evacuavit affectio: etenim in repulsam, ni patriæ intercedant merita; eligent, uti furentes, extrema contradictoria.

Non credunt in alijs etiã prodigia.

5 Præterea, ut clareat furor, quem gignit pestilens amor: equidem eisdem utuntur technis & circumventionibus, quos virulenti momordit vipera affectus. Merita præclara exposcunt præclara munia. Cognoscuntur; sed quia in aliënis à provincia, & odio habentur. Qui his ornatus, in honorem assumendus ut dignus. Quid si non indigena? Non nationes honorandæ, sed merita: dignusque ex iure honorandus est, undecumque meritis in congregatione sit. Splendor solicitatur honoris, dignatis meritis, respondentibus magnitudini dignitatis: & si in digno dotes sunt; parùm interest, quod oriatur hinc vel hinc. Si merita essent in suis, aliquid ad errorem haberent excusationis. Inquirunt, sed non inveniunt. Persistunt in consilio; ac sine dedecore, nullum ni è suis cogitant convenire dignitati. Eligatur ex alijs. Tunc equus durius furoris: malunt enim ex proprijs cum ignominia dignitatis assumi, quàm ex electione digni dignitatem honorari. Floret, dicunt, meritis; cæterùm non est ex nostris: nescimus unde sit, estò micet dotium lux: nostrique nec honoris decus; quòd ad illam assumatur homo ignotus, alterius utique gentis & nationis; quantumvis prodigium multis. Falsum proponitur, ut expellatur. Ex vestris est, qui orbis miraculum. Itaque, verùm non nostrum. Est, sed scimus unde sit. Ideò: propulsabitur in electione; quia scimus Unde. Non est, tametsi magnus, unde vellemus. Unde natus, scimus; sed nescimus unde. Ad repulsam sufficit quòd sit inde. Inde est, qui debebat esse hinc, atque emergere inter nos. Quid ille, quantus sit, in culmina dignitatis? Si ex nostris non oritur, non oritur nobis. Hoc primum quærendum: scilicèt commodum, quin in contradictione constet testimonium falsum. Scimus Unde, & propugnamus; quia unde sit profectò scimus: attamen si inter nos, ex nobis & ad nostra non ortus; ignoramus, Unde natus. Si non ex nostris, quid quòd homo, de cœlo descendens? Ita putri cerebro, Vatinio postponitur Cato.

Dignus honorandus est, undecumque sit.

Cogitationes phreneticæ nationalis.

Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. Virgil. Eclog. v 18.

6 Apositè Stoicus. *Cùm negligentissimè amicos habeant* (ait *Epist. 63.*) *miserrimè lugent; nec amant quemquam, nisi dum perdiderunt. Deinde ne unum quidem amavit; qui plusquàm unum amare non potuit.* Quid quòd alienus, si dignus, atque dotibus ornatus? Postquàm in Regis solatium Iosephus exposuit somnium; ut virum industrium in nobile ministerium provideret, non se, sed modò dignum, quemcumque Pharaöni proposuit. Quid Pharaö? *Num invenire poterimus talem virum? Tu eris super domum meam; & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Amplectuntur sine tergiversatione Principes, cùm inter illos essent plures, & sapientes. Quia sapientes, peregrinum ut Principem venerantur, & libentissimè obediunt; nec illo elato ad exaltationem, hiscunt. Solium constituërunt dotes, quo gradus in culmina dignitatis: indigenæque mutuò sibi gratulantur, ubi merita Iosephi ad thronum iurè assumuntur; quippe quantumvis ex alia natione & gente, meliorem atque digniorem videbant in dignitate. Claudian. 2. de *Laudib. Stilicon.* à v. 122.

Senec.

Genes. 41. à 38

Merita debent honorari, licèt non patrigenæ.

——— *Non obruta virtus*
Nuditate latet: lectum ex omnibus oris
Evehit, & numquàm meriti cunabula quærit,
Et qualis, non unde satus. Sub teste benigno
Vivitur: egregios invitant præmia mores.
Instruit, ut nulli cupiat cessisse labori.

Claudian.

Iosephus ex illis non erat, verùm erat & insignior inter illos. Si nonnemo quereretur de exaltatione, quia alienus; esset profectò furiosus, concedens fanaticè indigenis, quod debebatur meritis: qua cervicosà electione; utpotè indigni, sine in-

Prudentia ex omnibus eligit, qui dignitati congruit.

dustria in ministerium, sine obtione meritorum ad officium) si in civem fortuitò lubitu affectioni caderet; Ægyptus tota periret: etenim amor patriæ, uti furiosus, mavult omnium exterminium, quàm ex altera natione dignissimum exaltatum.

7 Super scutum fiebat olim inauguratio Principum; felici omine, ut esset in protectione subditorum. *Persarum vallo direpto* (refert Rhodigin. *lib.* 18. *cap.* 1.) *gregarius miles, cum Parthicum fortè scutum comperisset, in quo seriatim collacentes visebantur margaritæ; per rei insciliam, gemmis abiectis, tantùm abit pellis nitore contentus.* Huiusmodi stoliditas magis ridenda in factiosis; qui nihil pretiosum arbitrantur nisi in patriæ vilibus arvis: equidem (inter telluris sordida, vel exterorum aliena momenta) modò articulus electionis occurrat; amor nationis infatuat: pellisque nitore (si nitor) ornatur dignitas, & in dignis, quippe alterius regionis, proculcant gemmas. Non porcis proijciendæ margaritæ. Sunt frontones conditione porci: & quibus conditio immunda, haud perplacent nisi sordida. Ex suis dumtaxàt coruscant ornamenta dignitatis, neque existimant pretiosa ornamenta, nisi suis: pellemque ex nitore desipientes eligunt, & margaritas despiciunt; igitur cùm nihil sit illis pretij, ni fuerit sui; potiùs appetunt barbari barditatem, quàm pretiosum Superiorem. Si electionem critici carpunt; ipsi se sapere dicunt. Nescio quid sapiant erga electionem, nisi divinem. Dicam: an iudicio obliquo, vel prorsus recto? Frequenter factiosi perveniunt in optata, per scelera aut flagitia. Est, iusto Principe, formido, an Nemesis sit à tergo: & cùm aliquid mulciminis habeat suffragium; dumtaxàt quærunt sine gemmis in protectionem scutum: inepti bardi celebrantes exaltationem; quia servant pellem: ostenduntque suis ex suis gratulabundi in culmine honoris,

Numina, monstriferis quæ Tartarus edidit antris.

8 Verùm unde tantum pondus miseriæ? Ex affectionis furore. *Modicus originis, Principum amicitia* (ait Tacit. de Poppæo Sabino, 6. *Annal.* cap. 39.) *triumphale decus adeptus, nullam ob eximiam artem; sed quod par negotijs, neque supra erat.* Honorem adeptus, quia munere minùs; iacebantque sine ullo vestigio honoris, quia ille sustulerat, virtute præstantes. *Audite hæc omnes gentes* (infit Psalmographus) *quique terrigenæ, filij Adam: simul in unum dives & pauper.* Quid audituri, qui habent aures audiendi? Quodnam factum terrigenas maneat, ubi illorum potestas usquequaquè delirat. *Sicut oves in inferno positi sunt.* Vivunt & in Tartaro iacent: Quippe terrigenæ indignis suffragia præbent, quin obstent scandala, quæ cognoscunt, quoniam posteà præ natione, in ore suo plenissimè complacebunt: & huiusmodi dumtaxàt egredi quibat assumptio; ab illis qui antequàm mortui, habitabant in inferno. Ita filij Adam, si in terra terrigenæ sunt. Omnes gentes audite in stuporem hæc: etenim nationales suis tantùm concedunt honores, qui pro meritis pertinent ad omnes gentes. *Ecce isti de longè venient: ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra Australi.* Tunc cœli terræque plausus, si eligitur dignus, & ex omnibus gentibus: igitur sive illinc, sive hinc, ad laborem & honorem, filij sunt omnes Adam: nec ius est quòd meritis prævaleat patria, si prælegenda sunt merita: alias si dotes ratione telluris; affectio divites dimittet inanes. Ex textu constat quid faciant terrigenæ, patriæ titillante furore. Videtur *simul in unum dives & pauper*; quippe ab obcæcatis extollitur plenus ditissimè munium; sed in decorem honoris, pauperrimus meritorum: ita nudus in solium, ad quod vesania contribulium assumpserat; ut opus sit quòd ostiatim in splendorem centunculos petat: etenim si dedecus infula, aptiùs caderet clitella.

9 Ne mireris: hæc miracula debacchantis affectionis. Inter Astrologos, ut observat Arator in *Phœnom.* & Rufus Avienus in *fabul.* collocatur ut sidus Sileni Asellus.

Græcia docta dedit: quapropter denique Asellum
Aspice, astra adolet.

Merita refert Natalis à Comitib. 5. *Mytholog.* cap. 8. *Cùm Iovi* (inquit) *adversus gigantes pugnanti, opem ferret Silenus; dicitur eius asinus, quo in eo bello usus fuerat; inter sidera Iovis beneficio locatus.* Dignus sanè solio: Iovem iuverat ruditu; quasi asellus in fervore certaminis careret meritis, ut per eius munus postponeretur gigantibus. De delirijs præ natione factiosis fabula narratur, dum inter illos ne extorris eligatur contenditur; quin cognoscant phrenesim, neque consilij pudorem; perfrictâ fronte sequentes propositum, in meritorum gigantum ludi-

Psalm. 48 à 2. Heb.

Vers. 15

Eorum delira suffragia.

Isai. 49. 12.

Stoliditas natio nalium.

Cœl. Rhodig

Claud. d. v. 111

Tacit.

Avien.

Natal. Comit.

Furor in dignos ex tollit dignosque summergit.

dibrium : equidem minimè piget, asinum collocare in cœlo stellato dignitatis ; ne fulgere in illa possit dignus alterius nationis : quia dum hìc insignijs singularibus dotium depromit meritum ; ille elatus à terrigenis cognoscitur per ruditum. Videntur, sive ridentur *simul in unum dives & pauper ; pauper & dives.* Ineptus dives dignitatis insulis, nudus meritis: dignusque ornamentorum locuples plenitudine, honorum profectò in extrema paupertate. Quapropter, ut succinit Iuvenal. *Satyr.* 7. v. 203.

Iuvenal *Pœnituit multos vanæ sterilisque cathedræ.*

10 Pharmacum apponit Patriarcha N. in hæccine putrida vulnera, ut in congregatione sint unum diversa corda. Ita *Regul. S.* cap. 2. infit : *Ergo æqualis sit ab eo* (Præside scilicèt) *omnibus charitas: una præbeatur in omnibus secundum merita disciplina.* Pende *Æqualis* amor, ne in Monachis de inæqualitate sit dolor, & expressione imprudentis amoris sit amans amens. *Omnibus.* Sic Præsulis integritas, ut sit charitas : quippe aliàs non erit ordinis disciplina, sed inordinata corruptela; cùm omnes sint ad onera muneris, & ad munera non omnes. *Æqualis omnibus & in omnibus*, ne sint in pectore questus; cùm æquales in servitio, sunt inæquales in præmio. Hìc non introducitur gratia, sed stabilis iustitia : ideo addit : *Secundum merita.* Non ad libitum his vel his tribuatur munus, sed in omnibus, secundum merita omnibus : non suis, quia sui, quod quidem commendatio sine pondere : sed omnibus secundum virtutes ; quia sic, sui & ex suis florent omnes : & magis splendent, quùm in honoribus cognoscuntur per merita, & non ex patria. *In hoc mirabile est* (dixit qui fuerat cæcus cæcis corde) *quia vos nescitis unde sit, & aperuit meos oculos.* Nescitis unde : in hoc mirabile, dignusque honore : equidem non cognoscitur à patria sed per prodigia. Inde est, unde miraculum fit. Inde culmen manifestatis, unde vos nescitis ; & magis mirabile, quia nescitis unde. Dicunt merita. Quidùm sciendum de patria, quam prædicant mirabilia ? Devenit in extremum vis furoris; dum miraculum conceditur & negatur, quia non à suis.

S. Benedict.

Unde rectus ordo, dum occurrit electio:

Ioann. 9. 30.

Dignus, qui non cognoscitur patriâ, sed per prodigia.

11 Videamus profectò, quanta malignatus est inimicus in sancto. *Posuerunt* (ait Regius Psaltes) *signa sua, signa.* Quænam signa sua ? *Idola & sculptilium vexilla*, ut dicemus hìc *Tautolog.* 7. *D.* 1. *n.* 11. Signa, quæ priùs signa, erant præ-

Psalm. 73. 5.

grandia saxa in quibus Dei præcepta erant scripta. *Iosue*, 8. 32. Ita ut canit Ethnicus, 1. *Pharsal.* à v. 6.

In commune nefas infestisque obvia signis
Signa. Lucan.

Patet quanta malignitas in sancto, dum eliguntur Duces è patrio solo : quandoquidem lex proteritur sacra, ut erigantur affectionis idola : & ubi solicitatur rectum Reipublicæ regimen; signis pro signis convenitur in certamen. Oculos suos statuerunt declinare in terram, & in vexillis ostentarunt ignominiam : equidem cum suorum solicitatur erectione maiestas, suos dumtaxàt erexerunt in statuas ; ut facerent quicquid placeret respectu legis, cùm pro Præsidibus constituissent lapides, evertendo legem, ut insensatum haberent constitutum Superiorem. *Signa sua, signa*, in queis malignitas nota: equidem non eligerent ineptos, nisi deturparent dignos; ut eiusmodi expulsione, dum licet, possent vivere sine lege.

Extermi nium religionis ingeruntur nationales.

——— *Hic nuda & candida signa?* Iuvenal 3. v. 215.

Hæccine molimina prava, pro lege in terra, terræ concipiendo idola, sine mente, sed furore : igitur secundum legem in erectionem signa; non alia signa, quàm undecumque merita.

12 Occurrit phrenesi cerebrum terebratum, quia evaporatum iudicium. Non cognoverunt (subditur) *sicut in exitu super summum.* Quoniam in exitu? An vitæ? Serò cognoscunt, huiusmodi pravà affectione, seminata zyzania in agro amœno reipublicæ : & morte patet proximà, unde habet comburenda zyzania, pravumque lolium. Ibi erit fletus & stridor dentium, & signa laudis ; propter quam vocaverunt nomina sua in terris suis. Quod illis videbatur, si momentum, momenti parùm, objicietur uti summum. Summum, permutatis legis signis, in tremendo iudicio; totà vita animorum perturbatio & conturbatio. Exitus acta probant, malignitatemque firmant. Aliter cogitat Sidonius Apollinar. Non Domini, Domini exitum mortis, sed exitum dignitatis. *Lubricis, ac præcipitibus culminibus insistunt.* Ita *lib.* 2. *Epist.* 13. Non desinunt sed cadunt. Cùm tantùm erecti deserviant in dignitatis pondus, disponuntur in lapsus : elucet in ruina imaginis, quid sit electum & erectum à suis : igitur si in dignitate lapides ; extra dignitatem offendiculà pedis : saxum & saxum, vel suis erectoribus odiosum : dum iudicarunt fore culminis splendorem, invenerunt extremam

Ibid.

Quantum nocumenti ex huiusmodi affectione.

Sidon. Apollin.

Cur proterunt, quem eriguat?

mam honoris indignitatem. Alia timor. Non invenerunt uti cogitarunt. Singuli, quia ex illis cuncta cupiebant; & cunctis, non singulis erant concta. Unde in exitu vel ad exitum, quicquid cogitatum cùm non cecidisset (nec possibile) ad votum; saxum ab erectoribus alliditur, uti saxum.

13 *Hæc res* (inquit Seneca 3. de *Ira* à cap. 30.) *sua in reges arma convertit; fidissimosque eò compulit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus & ante quos mori, votum habuerant. Divum Iulium plures amici confecerunt, quàm inimici; quorum non expleverat spes inexplebiles: sed quemadmodum sufficere tam improbis desiderijs posset; cùm tantum omnes concupiscerent, quantum poterat unus?* Hoc periculum ex affectione nationum, & quùm ad honorum munia, non eliguntur merita: ut contigit perverso C. Caligulæ, cui initio principatus scriptum encomium: P. P. *Pater* scilicèt *Patriæ*: verùm decursu temporis, iurè interpretatum *Patria Pestis*. Hemelar. *Tabul.* 5. Hinc cautum à populo Romano, Senatuque, *ut vacationem aliquando honoris Fabiæ gentis daret; ne maximum imperium in una familia continuaretur*. Ita apud Valer. Maxim. *lib.* 4. *cap.* 1. *n.* 5. Dotes enim abesse ab alijs, est dumtaxàt cogitare cogitationes. Statuæ Heroibus Athenis erectæ, dicebantur *Lotina simulacra*: inquit Pausan. *cap.* 250. ex quo etiam Chartar. de *Imagin.* pag. 16. Ex usu loti procedere oblivionem patriæ, asserunt ex Homer. 9. *Odyss.* Strab. *lib.* 17. Plin. 13. *cap.* 17. & Erasm. *Chiliad.* 2. *Centur.* 7. n. 62. Aptè statuæ hominum insignium factæ ex loto; ut affectionis suorum amandaretur suspicio: igitur cùm honoris splendor illis sit, non à suis, sed per se; signant patria oblità, haudquaquàm habere à patria, sed per clarissima gesta: macula sanè est honoris, si habetur tantùm à suis: etenim meritorum est oblivio, si suffragatur affectio. Hinc lemma ignis, extra sphæram qui lucidus: *Splendet, nativà è sede remotus.* Picinell. 2. *Mund. Symbol.* n. 14. Ita claritatis meritorum, muniumque fulgor; si operationum solicitatur splendor: igitur qui non per se, sed à suis honoratus, obtinet profectò dignitatem; sed nequaquàm dignitatis splendorem.

14 Bernardus studet paci, ac medetur carcinomati. *Eligendi* (ait, 4. de *Considerat.* cap. 4.) *de toto orbe, orbem iudicaturi.* Ita relegatur nationum questus, dum secundum merita omnes eliguntur, & ex omnibus: etenim si nos Deus congregavit de nationibus in unum, ad regnum vel principatum, & hos vel illos prætermiserit iustitia; signum erit, quæsisse, sed non invenisse merita: & spectat ad eius inflexibile regimen, in dignitatibus constituere meliorem: in cunctas nationes ad iudicium inclinari, cæterùm nullam expellere. Christus è cruce regnans, super humerum cum illa subiens imperium; *Inclinato capite, tradidit spiritum.* Quorsùm versus? In pectus quidem. Ad illos, qui erant in pectore: ad illos qui latebant in corde, ut aperiret, quando caput inclinavit. In corde Christi erant omnes nationes, quæ in universa terra. Ideò *exivit sanguis & aqua*: & ibi ubi omnes, caput inclinat; ut quid faciendum in electionibus doceat: igitur dum aliquid in congregatione optantium gratiâ aut iure distribuitur; in omnium nationes debet inclinari caput. In cunctis sunt vel possunt esse merita: hæc à capite iudicanda: & tali inclinatione; ut cognoscant esse in pectore: plenum iurgis est distributionis discrimen, caput in hanc vel in illam gentem non habere inclinationem. In singulis est aliquid laudabile, anfractusque occurrunt quolibet itinere. *Quid attinet mores natione pendi?* ait Valer. Maxim. 1. *cap.* 1. n. 2. in *extern.* Imprudens & vecors est, qui cæteros despicit, non quia despicabiles; sed quia non ex suis, suorum tantùm buccinator encomiastes; qui continuò in sanitatem cerebri poscit eleborum, vel indiget, ut dormiat, unguine murium. Ni illi dicatur, quod alij dictum, carmine inepto quærenti plausum, & obtundenti cerebrum: *Sinum saxis onerabo, ut quotiescumque cœperis à te exire, sanguinem tibi à capite mittam.* Petron. *Satyric.* pagin. 32. Ita fracto capite, desistet furore: & ictu cognoscet ut furiosus extra se exire, illusus amore frenetico patriæ: dicamque cum Ovidio, 5. *Trist.* Eleg. 3. v. 5.

O decus, ò patriæ per te florentis imago!
O vir non ipso, quem regis, orbe minor!
Sic habites terras.

Eriguntur in compodium.

Seneca.

Hemelar.

Valer. Maxim.

Quæ Lotina simulacra?

Cur heroes instar ignis?

Picinell.

Bernard.

Ioann. 19. 30. *In distributione munia, sit respectus cunctarum nationū.*

Secùs, iurgia.

Valer. Maxim.

Et dissensionum semina. Petron.

Ovid.

DIDASCALIA VII.

Nonnumquàm pravus, qui è servitute dominus.

1 SUNT nonnulli ita vafri & versipelles, cordis cuniculis, ac sinuamine pectoris, ut in optatos ambitionis exitus imitentur conditionem fulminis; cuius strages primùm in fletus videtur, priusquàm ullo strepitu sonus exterminij audiatur.

Pers. 5. v 115. Iob. 19. 27. ——*Fronte politus,*
Astutam vapido servat in pectore vulpem.

Dicit principalis Tautologia. *Ipse & non alius*, infit Iobus: secùs ambitiosi pectus. Simùlat conditionem, si præsentit iuxta votum posſibilem dignitatem. Ipse est, & alius, si obtigerit munus: equidem quæ videbatur commendabilis modestia; dum fungitur munere, insolentiæ summæ expanditur arrogantia. Conditio ferè servorum, ludente fortunà in lapsum, atque simul demonstrante & ortum & præcipitium. *Milites, quasi ditandi hoc* Principe (inquit de Thriphone Ioseph. 13. *Antiquit.* cap. 12.) *continuò ei imperium dederunt. Dum verò adeptus iam concupitam potestatem; non amplius dissimulare pravum ingenium valuit, quod privatus tegere conatus est; quo magis animos hominum sibi conciliaret. Quam primùm enim Rex declaratus est; absque persona Tryphonem agere cœpit.* In culmine principatus, cunctis subditis claruit, quis fuerat servus. *Ita animus cæcus* (ait Senec. 5. *Benefic.* cap. 12.) *quicquid illi commiseris, id onus suum & perniciem, & occasionem miseriæ facit. Felicissimis itaque plurimum æstus subest, minusque se inveniunt; quò in maiorem materiam inciderunt, quà fluctuarentur. Ergo nihil potest ad malos pervenire, quod prosit: imò nihil quod non noceat. Quæcumque enim illis contigerint, in naturam suam vertunt: & extrà speciosa, profuturaque si alijs darentur; illis pestifera sunt.* En signa vilis pectoris & servitutis.

Ambitio specie virtutis.

Ioseph.

Honor ex primit cō ditionem electi.

Senec.

Horat. de *Art.* v. 337. *Numquàm te fallant animi sub vulpe latentes.*

2 Insignis olim cogitatio fuit, Nemesim collocare unà in ara cum Spe: de quo videsis Politian. Marull. & Claud. Minoen. in *Alciati Embl.* 46. Societas harum spectat, ut nil speret animus, nisi quod liceat: equidem ultra licitum, irrationale votum: spes enim debet præscindi à Nemesi, quæ sine corde. Videsis, *Tom. 1. T. 3. D. 11. n. 2.* Altiorem arbitror sensum ex societate duarum. Spes semper florida, etsi fructibus vacua. Spectat sidera vultu, ut vota explicentur eventu felici è cœlo, Rhamnusiæ insignia erant frenum & mensura, ut ex Chartar. sæpe diximus, & hìc iterabimus, 5. *D. 3. n. 1. & 6. D. 5. n. 1.* Spes persistit, quousque votum potitum; illudusque, illam ut compescat, comes Nemesis frenum. Nullum insigne remanet Nemesis, dum evanescit spes ex adventu fruitionis: unàque collocantur, ut improbi proposita ex ambitione explicentur: etenim si spe honoris, eius audaciam compescebat Nemesis; cadente in sinum feliciter voto, ad omnia illicita, & flagitiosa impellitur sine freno. Flos spei in fructum fauste mutatus, quo gestit pectus. Timiditas transijt in gaudium, quia exulat votum, sub quo ad amussim Rhamnusiæ, vultus effingebantur fuco modestiæ, angue latente sub herba, ne præcognoscerentur toxica, & cogitationes vapidi cordis, exhalaturi possessione dignitatis. Illa dum contingit, cum spe Nemesis fugit: equidem cum eius non esset frenum, quo arceretur in pravitatem propositum; in quælibet à voluntate atque lubito decreta, præceps procedit audacter sine mensura. Nihil distinguit inter sacrum & profanum: nullius ponderis arbitratur pondus legum: per fas & næfas iure potestatis frangit repagula iuris; proditque effrons in indigna dignitate, quæcumque scelera cordis conceperat ambitione: etenim si pridem non præceps; recesserat freno, ex defectu potestatis: cautèque flagitijs captabat honorem, ut ad illa posset adipisci libertatem.

Imagines Spei, & Nemesis.

Nullo honore ab ambitioso principatur sine freno.

3 Quibus non se mancipavit intentiò prava Absalom! Illi audaci nulla lex. Nec exilio flexus in meliora genius, neque resipuit indultus. Appositè Seneca. Molimina protervi; turbulentique cordis, ex pravitate pectoris, *stant in loco eodem, stabuntque, & in omne nefas labi* (subdit, 1. *Benef.* cap. 10.) *paululùm dumtaxàt ultrò aut citrò mota, ut fluctus. Abrumpit frenos pudicitia, nunc viger furor, nunc cultus corporum nimius, & formæ cura; præ se ferens animi deformitatem: nunc in petulantiam & audaciam erumpit malè dispensata libertas: nunc in crudelitatem privatam, ac publicam itur, bellorumque civilium insaniam; quà omne*

In vitiā nudatum pectus.

Senec.

San-

sanctum ac sacrum profanatur. Haud inficiabitur Absalom, suis coloribus non esse depictum. Prava indoles propendebat in malum, atque terebrabat cerebrum. Haud eius malignitati satis in fratris crimen, insurgereque cogitavit in patrem: & ut obtineret eautè (quippe nequibat, ut cupiebat vivere liberè) usus est ambitus arte. *Quis me constituat* (inquit) *iudicem super terram*? Spe dignitatis inerat frenum pudoris. Principatus ambitur: voto perversus potitur? Quorsùm? Ut proijceret legis & pudoris frenum, quo retinebatur, ne malignitas cognosceretur; quia defectu potestatis, latebat malitia cordis: & dum obtento honore micuit libertas in crimen, contra patrem & beneficum molitus est turpissimam proditionem. Qui ambitione ascendit fictà modestià, expectatur in honore ab arrogantia: qui autem splendore evehitur, dignitatis culmine non mutatur.

1. Reg. 15. 6.

Fingitur modestia in flagitia.

4 Sol igitur dum altior, splendidior. In terra creatur origo luminum: Deusque cum super terram esset fabricatus, postea in altum sublevatum, posuit in firmamento. Ita placuit Anastasio Sinaitæ, *lib.* 4. Lemma picturæ eius corporis: *Idem ipse.* Adi Octav. Strad. Tom. 1. *Symbol. Pontific.* Kircher. in *Oedip. Copt.* Tom. 2. p. 1. Class. 1. cap. 2. *Alius idem.* Non mutatur. Constat non sordidus, sed splendidus: patet minimè assumptus è sordibus: equidem si è sordibus micaret, tanto splendore intumesceret. Est exemplar dignitatem non ambientium, sed ob dotes assumptorum; quorum permanet moderatio, vel in throno: equidem idem fulget & non alius, quamvis ad cœli maiestatem etiam è pulvere erectus. Sic fulget, qui manet sic: nam si stultus ut luna mutatur; iustus permanet ut Sol. Plaudit aliò Statius, 5. *Silvar.* 1. v. 115.

Conditionis sordidæ mutatur in dignitate.

Non tamen hìc mutata quies, provitàsve secundis
Intumuit: tenor idem animo, moresque modesti
Fortunà crescente manent.

Statius.

5 Quid in indignis ambitionis astu dignatis? Superbia illorum ascendit semper. Ad vivum pingit Innocent. III. *Statim autem ut ambitiosus est promotus ad honorem* (inquit lib. 2. de *Miseria condit. human.* cap. 30.) *in superbiam extollitur, & in iactantiam effrenatur: nec curat prodesse, sed gloriatur præesse: præsumit se meliorem, quia crevit in Superiorem* (*Bonum facit non gradus, sed virtus: non dignitas, sed honestas*) *Priores dedignatur amicos, comites contemnit antiquos, notos ignorat hosternos, vultum avertit, visum extollit, cervicem erigit, fastum ostendit, grandia lequitur, sublimia meditatur, subesse non patitur, præesse molitur, prælatis infestus, subditis onerosus: molesta non suffert, concepta non differt, præceps & audax, gloriosus & arrogans gravis & importunus. Magnum reputat si loquidignetur: maximum, si surgat. Insolita gestit, consueta fastidit: numquàm vult uti paternitatis affectu, semper vult uti dominationis imperio.* Ferè eadem Bernard. de *Gradib. superb.* Hic est homo: Dæmonem signat conditio.

Innoc.

Conditio servilis in honore ascendentis.

6 *Ex vobis unus diabolus est*: dixit assectis Magister cœlestis. Est? utique. Quomodò, si necdùm nota proditio? Cogitabat, tametsi latebat: & designat iurè dæmonem; quippe introspiciebat pectoris intentionem. Per supplantationem elucebit quod est. Erit, sed modò varijs moliminibus fermentat perfidum cor; & est quod erit, dum malignitate concipit: igitur indolem celat, & crimen; quousque inveniat vafer opportunitatem. Deaurabat summissus, proiectus exteriùs acta, ne in homine diaboli exploraretur malitia; & præcogitaret socius, quid eius fovebat in futurum pectus: & quod erit, asserit Christus, quòd est; quippe cùm diabolus iam misisset in cor, haud perfidiam omittebat, quoniam oderat; sed quia tutò exequi malignitate nequibat: ut nudaretur pectoris partus, ad dolum fallax expectabat tempus. Ille qui corda scrutabatur, sciebat insidias. Introivit in eum satanas: estque quod erit, ubi circumventionem disponit: quamvis comites in ministerio ignorarent: igitur numquàm in illorum venit mentem; qui ita abiectus post dignitatis officium, astu & officijs fututum esse dæmonium.

Ioan. 6. 71.

Ita pectoris virus, ut reseatet in illo totus infernus.

7 Observaveris tempus quo à Magistro designatur diabolus. Quod ita signaretur, dum inter illum & hostes de crimine convenitur; mirum non esset, cùm Christus discipulis traditionem ipsa in cœna prædixisset. At signare, statim ac electione cum cæteris constituit Principem, & contulit superiorem dignitatem, ita ut quod futurus, esset; ac diabolum iam induisset? Utique: iam gaudebat honore. Celabat pectore facinus, sine potestate impossibilis effectus. Introitu in scholam ambiebat, quasi supplex se humiliabat: tuncque dicitur diabolus; quia tunc in cor-

Non homo, sed damon.

corde totus infernus: etenim si non fecerat, quod dictaverat satanas, quia defecerat potestas; se declaravit hominem dæmonem, simulac habuit in honore potestatem. Evectus fuit in sublimitatem throni, quam posibilem non valebat cogitare, *ex servo & profugo*, libertati à Christo restituto. Ita Mon. alv. in eius *vit.* Modestus extitit, quandiù conditionem cogitavit: sui oblitus, spem altiorem concepit animus; qui paulatim intumuit: maiorem libertatem in libertate ambijt. Obtinuit: & dum potitur, qui servus fuerat, uti diabolus signatur; quia iugulata à gaudio spe, Nemesis frenum ac mensuram audacter confregit cor; equidem vehi non poterat nisi in diabolicam malignitatem, servus nanciscens honore dominationem: quin ausus, vanosque & arrogantes spiritus arceat, eius auctoritas, qui ad libertatem & dignitatem erexerat. Floridè Claudian. 1. in *Rusin.* à v. 175.

Montal.

Servus ex altatus, ipsum sce lus.

——*Claram subrepsit in aulam.*
Ilicet ambitio nasci, discedere rectum,
Venum cuncta dari, profert arcana, clientes
Fallit, & ambitos à Principe vendit honores
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit & exiguum stimulando vulnus acerbat.

Claudia

8 Ambitiosus haud quiescit. Altiora ambit, an è sordibus exire possit: & quos iudicio proprio deceptus cogitat, illos relinquens, alios amicos inquirit, ut dolo novo fallat. Modò conciliet in optata, etsi turpes, amicitias; parvi ducit, quod concilientur per nefas. Utitur subdolè fraude, ad id quod nequit meritis obtinere. Supplicat, offert, spondet, tribuit; quia totus conatus in potestatem dignitatis, ut valeat sine freno perficere vota cordis. In omne facinus mancipatus, cupidus culminis, & flagitiorum floret servus. Unde si necessarium ad obtinendum honorem; technis, tricis, offucijs veterator industrius apponet crimen. *Hinc sanè videre licet* (profert Ioseph. d. *lib. 7. cap.* 1.) *quam nihil non audeant ambitioni dediti. Nam & dum cupitis potiri properant, & nulli cedere volunt; non dubitant quodvis perpetrare facimus: & ne quod semel nacti sunt, amittant; maiora etiam non reformidant: sic existimantes, levius incommodum esse, ad summum fastigium non pervenire, quàm excidere: ideoque illis plus semper audaciæ supereſt.* Audacia tendunt in procacitatem, ad quam disponunt refricare frontem, cupientes attollere vertice cristas; si fuerit modò potestas, atque iuverit malignitas: qua quidem uti dæmones, & sunt (dolo fallaciàque pleni) inter homines in mundo; & simul habitantes in inferno.

Malimina pravæ indolis.

Ioseph.

9 *Quos dedisti mihi custodivi* (dicebat Patri Servator N. post cœnam) *& nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis.* Ille perijt, qui è servitute vocatus in potestatis honorem, in virtutis culmen, in perfectionis apicem? Ille, quia acceptus solio. Quid facturus assumptus in principatum e servo? Quia libertate caruit, pravam indolem cooperuit; ostenditque pravitatem, dum tutò ostendere potuit: pridem quidem maligni genij demonstrasset specimen, si pridem fuco virtutis obtinuisset libertatem. Ex malo ovo malus pullus. Maligni, pravus conatus. Quod ex aspide confotum, erumpet in regulum: igitur si honorem ambiens detinetur potestatis formidine; si potest, quippe iam liber, abutetur potestate: finis criminum, iacuisse: equidem de malis in peiora præcipitium, quousque ne noceant ampliùs, detruduntur in infernum. Vocatus fuit proditor hic in perfectionis scholam, in qua anteactam quibat corrigere vitam: languitque medicamine, perivitque præstantiore salute: equidem qui in virtutis disciplina obliviscitur virtutis; semper filius perditionis. *Perijt.* Quid Domine? Perijt? Peribit. *Perijt.* Est, quod futurum; quùm potestate acceptà inter homines evasit in diabolum. Ad regimen pravus homo, quem ita concinnavit è servitute libertatis ambitio: illa cum honore restituta, legum petulanter fregit iugum, & inauditâ perfidiâ conversus est in dæmonium: cuius cùm cogitamina, potiùs quàm ex mundo, ex ipso inferiori inferno sint; non homo, sed aptiùs diabolus est: igitur cum antequàm in barathrum ijsset, esset; priusquàm perijsset, malignitate perivit. Iurè ante damnationem eius astruitur damnatio; quippe præ huiusmodi causa habendus pro derelicto. Haud servus redit frugi; quia quocumque in statu non potest inferius cadere. Astipulatur Stoicus, d. *Erunt fures, erunt raptores, sacrilegi, proditores. Infra omnia ista ingratus, nisi quod omnia ista ab ingrato animo sunt. Idem semper pronunciare debebimus, malos esse, malos fuisse* (*invitus adijciam*) *& futuros esse.* Frustra abluitur Æthiops, & non mores, quamvis pilos, mutat lupus. Felix qui scit, felicior qui præscit, & in cautionem præsagit. Qua sorte Persius d. & Satyr. 3.

Ioann. 17. 12.

Quomodò & in mundo & in inferno.

Cur qui vilis, à culmine non timet labi.

Seneca

Persius.

Pelliculam retines veterem:
Ego te intùs, & in cute novi.

Thren. 5 8.

10 *Servi dominati sunt nostri*: Ieremias, ut vexationis exprimeret acerbitatem, tyrannidemque opprimentem; clamabat in cœlum. Gravis sane, ubi tantùm è cœlo poterat venire auxilium; etenim cùm imperium servi vigeat sine iuris, neque legis moderamine; haud cessabit servorum gravamen, quousque herilem libertatem redigant in servitutem. Servus Mardochæi erat Aman, & pessimus servus: quem exclusit extra domum, dedignatus secum habere etiam uti servum. *Eius priùs fuisse servum, cuius insolentiam ferre non valuit, cum in libertate uti Numen adorari voluisset*: ait Paraph. Caldaic. & nos *Ephemer.* 20. *Februar. n.* 3. Pellucet servi genius, & quantus, extensione in ordine ad se, dum ita arrogantià inflatum cor; ut post turpem servitutem, in potentatu quæreret adorationem. Habuit, sed minimè quievit: plus intumuit. Domini solicitabat reverentiam, ut plenam haberet insolenti fastu gloriam; ut servus videretur qui fuerat dominus: in quo protervè perstitit, quousque suspensus.

Servi regimen, non regimen, sed gravamè

Chald.

Esth. 3. 5 *Tendit in adorationem.*

Naturam expulit furcà.

Horat. 1 *Epist.* 10 v. 24.

Hinc intelligitur ita perculsus, cur Propheta dolet & in cœlum clamet sub captivitate, de tali servitute dolente corde. Servitus profectò amara cunctis, quia mors civilis: verùm servire servis, acerbius dolore mortis; siguidem cuncta ferit, dum ut servus cuncta timet. Gemitus cognoscit, dolorique parcere nescit. Desævit in omnes; ut se posse putent. Furit exercens flagellum: numquàm otiosum, cùm dominatus fuerit pauperum, tantoque catenato labore Vates sacer non queritur de captivitate, sed in ipsà, de servili servitute; quoniam inter cruciamina excedit pœnam, servi tolerare insolentem arrogantiam: simulque ingenuos fatali demitti sorti, ut serviatur servituti; cuius ob probrum dedignabantur servitium: igitur eorum tædet obsequij, qui ad servitia tantùm nati. Eorum enim in honore tantùm honos, ostendere per flagitia fuisse servos. Estò fortuna, indolem simulando, invitè pravitas celet; ut accinit Iuvenal. 13. *Satyr.* à v. 239.

Servit servire, intolerabile.

——*Tamen ad mores natura recurrit.*
Peccandi finem posuit sibi? Quando recepit
Eiectum semel attrita de fronte pudorem?

Iuvenal.

Eorum petulantia.

11 Quid non cogitant, accepto, empto, vel rapto, aut per crimen acquisito, infami honore? Si se vident infulatos, quantus ventus! Attonant culmina, & cerebrum quatiunt tympana & crotala; quorum strepitu dulcique sono, turgidi, tumidi, inflati; ludente blandità phantasia, effutiunt attoniti vacuitates cerebri.

——*Nec vultum cognoscit amici.*

Id. 10. v. 234.

Nec se cognoscunt, cùm sibi fatuè blandiuntur, ostentantes pompaticè maiestatem; cuius, quia non habent, ius sanè, habere pudorem. Quid Bentidio pondus triumphi? Pondus. Quid consulatus? Dedecus dum munium exoptavit & obtinuit talem tantamque sublimitatem; oblitam decursu temporis excitavit turpissimam servitutem. *A Pompeio Strabone Pompeij Magni patre, cùm cæteris servis puer ante currum ductus est*: ait Valer. Maxim. *lib.* 6. cap. 9. n. 9. Addit Gellius *lib.* 15. *cap.* 4. *Victum sibi ægrè quæsisse, cumque sordidè inveniisse, comparandis mulis. Eamque rem tam intoleranter tulisse P. R. qui Bentidium meminerat curandis mulis victitasse*; ut vulgò per *vias urbis versiculi proscriberentur*:

Ostentante maiestatem præ iam servitutem. Val. Maxim.

Concurrite omnes Augures, Aruspices:
Portentum inusitatum conflatum est recens:
Nam mulos qui fricabat, Consul factus est.

Aul. Gell. Iuvena.

Iccircò Satyricus, 7. v. 199. Inquirit; *Bentidius quid enim?* Ascendens in thronum, explicuit servitium: igitur attingens insperatam, sed optatam culminis dignitatem; in cunctorum assumptus diram mortificationem.

12 Pingit indolem Ezechiel sub metaphora vitis. *Cùm germinasset humili statura, fructificavit in palmites (ambitiosos*: ait in *Paraphr.* Sanctius) *& emisit propagines.* Tigurin. *Protulit palmites & flagella.* Statura humilis egebat grallis; & quam nequibat pusillus nancisci meditatam altitudinem; technis & technis panurgicè obtinuit per ambitionem: igitur ni fulcimen habuillet, per palmitem non ascenderet. Ita sine dotibus effloruit pesuppedaneum, quasi posset ad staturam adijcere cubitum unum. Ita vitis ambitiosa *protulit palmites & flagella.* Vitis sunt ornatus, ut germinet in utiles botros. Verùm *arescet.* Unde vel germinans aret? An quia humilis & sordida inter spinas, radice infectà ferre nequibat nisi labruscas? *Prælatus dirus objicitur, brevis statura meritorum. Hoc est ænigma propositum à Domino*: inquit Hector Pint. Ab effectu elucet, unde aruit, quæ palmitibus invalidè floruit, in flagella convertens palmites; quia fulcra habebat in dedecore honoris, sine meritis: igitur in munere non

Ezech. 17. 6.

Tigurin

Quinta embolis pro obtinendagratia

Vers. 9.

Pint.

est

Porrò duritia & truculentia.

est honor, sed arescet in dignitate Superior; si propter fulcimen pravum, palmes convertitur in flagellum subditorum. Non quia dignum, nobilem palmitem in potestatem assumpsit; sed quia indignum atque sordidum cognovit. *In superficie posuit* (subdit Hieronymus hìc) *nec potestatem eius altà radice firmavit. Ut præesset quidem; sed respiceret ad Babylonij iubentis imperium*: equidem etsi dignitate vigeret, precaria dominatione fructibus aruit, convertens palmites in flagella; quia nihil aliud faciebat, nisi quod barbarus præcipiebat ab aula. Erat Princeps pictus subditorum coloribus; à Superiore in potestatem evectus, in cuius lenocinium; criminibus insolenter dispositum erat præmium: brevis sanè etiam cum grallis, statura humilis est; cuius siccine optat gloriam, ambitione punctum cor: etenim ni caput putre, pectusque malignum; cum huiusmodi pensione nequaquàm admitteret potentatum. Propert. 2. *Eleg.* 24. v. 31. exitum signat.

Hieronym.

Non eliguntur ut digni, sed ut cõmodi.

Propert.

Qui nunc in tumidum iactando venit honorem,
Excidium erit.

Culminis gloria, illis cur ignominia?

13 Estò vanum ambitiosus cognoscat; vanitas inflat, ut in cathedra pestilentiæ sedeat: modòque magnificetur fimbria; flocci pendit, quòd sedeat in huiusmodi cathedra, eundo post consilia impiorum, standoque in itinere criminum: quia cùm quærat vanitatem, etiam diligit mendacium; ut plus complaceat per quem habet, etsi precarium imperium: vel ut retineat, & qui servivit ut serviat. Quàm grave onus, dicit qui suprà Innocentius. *Honores affectat* (infit d. à *cap.* 26.) *& superbus extollit. Semper est pavidus, semper attentus, ne quid dicat vel faciat, quod valeat displicere. Humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit. Subsequitur, obsequitur: cunctos honorat, universis se inclinat, visitat optimates: adsurgit, amplexatur, applaudit, adulatur: etsi nullus erit pulvis, tamen excutit ullum: promptus & fervidus, si placere cognovit. Improbat mala, detestatur iniqua: alia cum alijs probat & improbat; ut iudicetur idoneus, ut reputetur acceptus.* Nonne ex huiusmodi moribus, probitatis magna spes? Minimè: in vafriciem totus it: disponit falsis coloribus callidè formam, ut erumpat sine obice in procacem insolentiam: làrgèque vel indignis effudit propudiosam adorationem; ut in honore turgidus; cunctos despiciens, adoretur solus Numen.

Innocẽt

Mores ad honores, sed pleni falsitatis

14 *Exivit radix peccatrix Antiochus illustris.* Hic illustris, qui peccati radix? Mundus plaudit, maiestatem extollit, signatque magis in regimine illustrem, quem viderit insaniorem. *Fuit ingenio inquieto, versatili, turbido, furibundo, turgido, deliro, vario, vago, phrenetico: adeo ut lapides sinu gestaret, & obvios appeteret*: ait Leõnicus, 3. *Var. histor.* cap. 91. Quicquid additur dementiæ deservit criminum excusationi: cur ergo non solùm dicitur in scelere illustris, sed peccati amara radix? Quia cuncti rami sub eius imperio singularis corruptelæ, ab illo procedebant tamquàm à putri vitiata radice: non enim peccatores in tot auderent iniquitates, ni ipse instaret & foveret peccatores. E custodia uti obses Roma fugit, Syriam pervenit, exuens civilem præstantem, sed odiosam servitutem, ad quam pater destinaverat natu minorem. Spe invasit Syriæ principatum, & specie virtutum construxit dolum. *De regno Syriæ habendo præsumens* (ait Petr. Comestor in *Esther*, cap. 11.) *clam Romam egressus; benignum se omnibus & munificum exposuit. Strenuus erat in agendis & acer; unde dictus Illustris. Mortuo fratre regnavit pro eo. Tunc iniquitatem sibi insitam aperuit, quam pro regno obtinendo palliaverat.* Patuit indignitate, quam velamine virtutis ambivit, quod virus astu in stragem cunctorum texit: igitur claruit radix peccatrix in culmine usurpatæ dignitatis; qui insignis moribus, priusquàm haberet plaudebatur illustris. Meritò in *Orat. Marij*, Salustius: *Privi quàm humiles in obsequijs! Illis pòst difficile, dissimulare mores.* Studiosus cunctis, nemo priusquàm veniret honor, illo projectior. In culmine, nemo tumidior, impudentior, arrogantior. Quæ vilis animi nota, res felices comitante inverecnndia. Unde Plutarch. in *Lucullo*, inquit: *Nihil est enim rebus secundis elato contumacius: neque parentius imperio, rebus adversis deiecto.* Sic Epiphanes sentina vitiorum, & radix criminum: igitur qui ante imperium pro imperio sacras leges colebat, iusta illustris iudicabat, improbitatem oderat, cunctis serviebat, specie humilis, gratus obsequijs, manificus beneficijs, ita imperio nacto insanivit, furijs agitatus evanuit; ut illo dominante phreneticè, tradito à dæmone honore, nullibi esset, præter lubitum, ius, lex, fas, neque sacrum,

1. Mach. 1. 11.

Leonic.

Comest. *Qui vitia deaurat, in dignitate demonstrat.*

Salùst.

Plutarch.

neque iustum, neque sanctum, neque templum : etenim radix peccati simulavit ad dignitatem probitatis speciem ; ut vivere possit ad libertatis amussim , & genialem voluptatem.

15 Cunctis, ambiens munia, in libertatem serviebat ; imò adorabat. Quid modò? Extremæ adiatrephiæ abominatio. *Ambulaverunt post vanitatem & vani facti sunt.* Evanuit cerebrum , vento honoris ; quippe appetitus propter vanitatem; & qui adorabat, proiectè quærebat adorationem : ita inflatus, ita tumidus (cæteros meritis superiores despiciens , dotibus potentiâ illudens) ut constaret, quòd dolus, fictâ virtute , artificio construebatur ; ut ab adoratis solus ex hominibus Numen adoraretur. Quis cogitare quibat huiusmodi vanitatis embolia , nisi insolentia: *Faciet* (prædixit Daniel) *iuxta voluntatem suam : & elevabitur , & magnificabitur adversus omnem Deum , & adversus Deum Deorum loquetur magnifica.* Non est illi alia Deitas, nisi propria voluntas: equidem haud auderet in tot flagitia cor pravum ; si esse cogitaret Deum : Sese cogitavit, subditisque constituit phantastice Numen ; ut ex cunctis haberet adorationem. Post vanitatem ijt , atque vanus factus est: patet , quàm vanus , ubi subditis exponitur adorandus quasi Deus.

Credo ego non paucos istà perijsse figurà: Credo ego, sed multos non habuisse fidem. Quæ fides in eius fidem , cuius improbitas malis figuris & coloribus cordis depinxit faciem ? *Morum ac gestus inæqualitas* (infit Gregor. Nazianzen. *Orat.* 4. n. 25.) *atque ingens quædam mentis emotio me vatem efficiebat. Neque enim boni quicquam significare videbantur cervix minimè firma , humeri quos subinde agitabat & attollebat , oculus vagus & oberrans , ac furiosum quicdam intuens , terga curva , pedes instabiles & titubantes , nasus contumeliam spirans , vultus lineamenta ridicula , risus protervi & æstuantes , nutus & renutus ratione carentes , sermo hærens, spirituque interciscus , interrogationes præcipites & imperitæ , responsiones nihilo meliores , aliæ in alias insultantes , neque eruditionis ordine progredientes. Talem ante opera (quid singula ?) conspicatus sum , qualem in operibus posteà cognovi.* Non boni viri descriptio. Possumus dicere cum Ethnico ludibundo:

Hunc tu Romane caveto.

Hæc mala figura ambivit imperium , ratioque cognovit ambitum : quandoquidem postquàm dignitas obtenta ; figuram expressit vividè cum insolentia arrogantia iactabunda.

——— Ludere gestit sordidus,
Seque aliquem credens.

16 Iurè *Sordidus* : huiusmodi dissolutionem expellit ingenuum pectus. *Secundis rebus* (monebat Chilo , apud Erasm. *Apophth.* 2. n. 18.) *elato non applaudendum , neque arridendum. Infelix felicitas est , quæ hominem reddit insolentiorem: eòque non plausum meretur , sed lachrymas.* Quorsùm felicium elatum cor ? Modestia vobis necessaria est. *Non oblitus es pristinæ fortunæ , conditionis & professionis* (dicit Bernard. Eugenio , lib. 2. *Considerat.* cap. 5. num. 8.) *Non excidit menti. Ad singula imperia , iudicia instituta ipsam habere præ oculis , non erit inutile.* Cum huiusmodi memoria sepelietur arrogantia : igitur pellis si inflatur, detumescit, quando pungitur. In cœlo sedes posita erat , thronusque micabat : *& supra sedem sedens* qui sedebat. De sensu litterali fusè *Tautolog.* 6. à n. 3. Sic forma Superioris sedentis , ad inferiores: quapropter dicitur : *Qui in conspectu Dei , sedent in sedibus suis.* In sedibus sedent, non iacent. Sedent , dum sedent , in sede non eriguntur , neque cervices attollunt: igitur dedecus, turpi inflatione nescire pudorem ; qui superioris maiestatis occupat sedem : nec inferior iurisdictionem insurgendo turgidè maculat ; si suprema maiestas in sede sedeat. In sede sedent : tunc lucent : igitur nulla vanitatis ex culmine inflatio ; estò fulgerent in Throno. Quænam æqualis gloria præ splendore Salvatoris ? discipulis ita dignatus est apparere, *Et ipse Iesus ibat cum illis.* Non elatus, quia videbatur glorioſus. Apparuit , illos decor in admirationem impulit. In medio illorum stetit ; & pace palàm data , illis dixit : *Ego sum.* Summus in nova corporis conditione splendor. *Ego sum.* Ego Dominus & non mutor : non mutatur per novam dignitatis excellentiam , qui non ex Throno , sed per dotes habet gloriam : nec est in exaltatione digni exaltatio; dum maiòr throno. *Illustri & magnifico viro* (ait Cassiodor. 1. *Var. Epist.* 4.) *claritate notissimo per honorem magni nominis , declarantur merita servientis ; qui non fragili felicitate provectus , fortunæ ludo ad apicem fascium repentinis successibus evolavit : sed ut crescere virtutes solent præconij conscendit gradibus dignitatum. Nullo quippe , ut plerisque moris est, elatus*

Ierem. 2 5.

Quanta illorum vanitatis arrogantia & insolentia!

Daniel. 11. 36.

Propert d. v. 41.

Gregor. Naz. *Dicit interiora cordis eorum exterior species.*

Horat.

Perſ. 1. v. 141.

Erasm. *Cur vera felicitas infelix?*

Bernard

Apoc. 4 2.

Cap. 11 16. *Sedent ut surgant, & erigantur.*

Luc. 24. 15.

Vers. 36

Quàm commendabilis modestia in cuiuscumque gloria!

Cassiodor.

elatus favore fortunæ, in cothurnum se magnæ potestatis erexit. Maiora sibi de se fecit optari; dum intra modestiæ terminos magna cohibuit. Fastigia decorant, sed non splendet thronus; in quo qui sedent, figurantur ad effigies honorum vultibus. Ille magnus in dignitate throni, qui non eget dignitatis magnitudine. Hinc Seneca, *Epist.* 75. *Idem est* (ait) *videbimus qualis sit, & quantus. Unus sit.* Unus, & idem? Utique: inde constat quantus & qualis: igitur nihil totus, etiam iactabundus est; si in throno, vel extra thronum unus & idem non sit.

Senec.

17 *Sitis synceri & sine offensa*: commendat Paulus. An cum offensione synceritas? Instruit hunc dolum malignitas: magisque in dignitate inflatis fervet, exæstuatque bilis, specie synceritatis. Videntur summitti, dum animi plus elati: etenim pridem usi, seu abusi summissionibus; ut in honore plus intumesceret pectus: apparetque per offensam, fictam illam summissionem, cordis simplicis non esse synceritatem. Candidatorum studiosus itaque color, sed nequaquàm morum candor: igitur apparenti velamine appetunt dignitatem, ut post votum demonstrent cordis nigredinem. Patet, sed patere nollent: pudetque dici, quorum neque pudet facere: etenim indulgeri excessus vellent, ut liberiùs & tutò vivere possent. *Iactanter erga subditos se erigunt* (regeremus ex Gregorio *Tautolog.* 9. D. 7. *n.* 5.) *nec quid agere debeant, sed quid valeant attendunt. Nihil de subsequenti iudicio metuunt, qui improbè de temporali potestate gloriantur. Libet, ut licenter & illicita faciant; & subditorum nemo contradicat.* Ergo subdit: *Qui & prava studet agere, & tamen ad hæc vult subditos tacere; ipse sibi testis est, quia plus se veritate appeti diligit.* Totum studium, quod lateat totum furoris propositum; at si aliquatenùs micant flagitiorum specimina; quanta in deaurationem embolia! Hoc & illud, hinc & hinc, huic inde, huc atque illuc, ultrò citroque; ut inveniatur effugium: quamvis sit per falsum meditatum testimonium: & in triumphum veritas trahatur à mendacio, illis permanentibus, sicut erant in principio. Indicat Iuvenal. *Satyr.* 13. à v. 108.

Philipp 1. 10. *In ignorum synceritas in vafritiè.*

Greg. Magnus

Quanta caliditas, ut lateat, vel excusetur improbitas!

——— *Vexare paratus:*
Nam cum magna malæ supereſt audacia causæ,
Creditur à multis fiducia.

Iuvenal

Taxat Scribani, 3. de Medic. Religios. *cap.* 33. & 46. ubi: *Audita plerumque, nulla penitioris cognitionis examinatione præmissa, creduntur: nec auditis contenti, aliud ex alio infertur, & tamquàm dicta factaque referuntur; quæ si propius certiùsque discutiantur nec dicta nec facta, ac nec cogitata quidem reperiemus.* Unde tantum nefas? Ut floreat improborum auctoritas, triumphetque cordium malignitas.

Scriban

18 *Quibuscumque præciditur cerebrum, his necesse febrem cum phreneſi, & bilis vomitum supervenire*: infit Hippocrates, 6. *Aphorism.* 50. Conditio videtur potestatum foventium in tutamen insolentiam; caput præcidunt frangentes, & anxiè solicitant, quod & icti nihil vomant. Satiùs erat non vulnerare, quàm velle taucios silere: cùm ipsi (ex phreneſi, commotâ bile) quippe præcisum cerebrum, ita propendeant in vomitum, ut putrida expellant viscera, quæ nec facta nec dicta, nec cogitata: voveantque Eumenidibus Orci, quotquot signarunt foramina læsi cerebri.

Hippoc. crat.

Volunt insanire, sed tacere.

O Utinàm, cœlique Deis, Erebique liberet,
Hoc caput in cunctas damnatum exponere pœnas!

Lucan. 2. v. 306.

Cur ita furor? Pupugit acriter dolor; eò quòd à zelo compescatur libertas, atque in flagitia derogetur auctoritas. Dicit idem lib. 7. *Aphorism.* 12. *A pulmonis inflammatione phrenitis, malum.* Malum sanè, debacchari vulnere; quando pharmacum in quiete: verùm cùm illorum votum, in maiora, sit plenè occultatio vulnerum; peior furiosa frenitis, ex inflatione & simul inflammatione pulmonis: huius enim læsione non possunt flare; cùm pridem recedebat brachium,

Post fulmina fessum.

Claud. de Rapt. v. 106.

Hæc ne insolentia lactata fotaque potentiæ prurigine, philautiæ scabie, per ignominiosam culminis auctoritatem: habebit finem? Inflati blandimine adorantium solicitant non habere: sed enim usquequaquè cruciantur finis angore. *Ipsa voluptates eorum trepida* (ait Senec. de *Brevit. vitæ*, cap. 16.) *& varijs terroribus inquietæ sunt: subitque cùm maximè exultantes solicita cogitatio: Hæc quandiù? Ab hoc effectu Reges suam flevere potentiam: nec illos magnitudo fortunæ suæ delectavit; sed venturus aliquando finis exterruit.* Cùm arrideat & libertas & felicitas, & ad prolubia sine obicibus auctoritas; premit cor, *Hæc quam diù*, quod erit aliquando. Sed tunc ergo quid? Qui ipse fuit alius in digni-

Senec.

Cogitatio finis auctoritatis, pungit illorum vastas cogitationes.

gnitate, extra dignitatem erit aliter ipse. Timebit, eritque cunctis proiectus, universisque pacatus, qui honore turgidus, terribiliter debacchabatur stolidus. Dicemus, *Tom.8.T.5. n. 2.* ex Valer. Maxim. *lib.8.cap.1. n. 5.* quod contigit L. Pisoni: qui accusatus, quod graves & intolerabiles iniurias socijs intulisset; eo tempore, quo tristes de eo sententiæ ferebantur; prostratus humi, pedes exosculans, os suum cœno replevit. In huiusmodi dedecora deveniunt insolentia & arrogantia. Exaltatus, humiliatus, conturbatus, non ante consummationem; sed post finem.

19 Accidit hoccine in articulo, quod Esthere intrante ad Regem, astruit Scriptura de Assuëro. *Ingressa igitur, stetit contra Regem, ubi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs; eratque terribilis aspectu: cumque elevasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset; Regina corruit, & in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinavit caput.* Assuërum perculit casus, quo cordolium premebat pectus: *& festinus ac metuens exilivit de solio* (haud parùm commendabile; quòd solium relinqueret, qui maiestate furiosus, in auxilium subditi) *& his verbis blandiebatur: Quid habes Esther? Ego sum frater tuus. Cur mihi non loqueris? Quæ respondit: Vidi te, Domine, quasi Angelum Dei. Valde enim mirabilis es, & facies tua plena est gratiarum.* Cur sic blanditur, ut vocet ac plaudat Angelum, quem in throno vidit & torvo vultu furiosum? *Exilivit de solio.* En mutationis origo. Descivit à maiestate, oblitus superbiæ splendoris throni, quo fovebatur & ex potentia audacia, & ex blandienti adoratione insolentia. Unde cùm occasio esset remota tumoris, & videretur sicut unus è cæteris; mutatione conditionis, videbatur tamquàm Angelus, qui erat in throno furiosus. Pende: *Festinus ac metuens exilivit de solio.* Quid & quare vel obsequiosus metuit? De solio exilivit: iam non defendebatur à potestate: cessit ab honoris iure: timetque inferri ab irato, eundem furorem, quem exercuerat in throno. Gliscit arrogantia potentium ex insulis dignitatum, & fragore adorationum. Descendit è dignitate, & qui in illa sine mente, non erat ipse; quippe cùm iam non esset in solio (ex quo cerebri evacuatio) restituta sincipiti mente; visus delirus Angelicâ conditione. Non solùm præ se fertur compos mentis, sed etiam *valdè mirabilis.* Patet unde; cùm pridem in honoris culmine tantùm pollebat furore, quo nec affabilis ulli; ardentibus oculis speciem præbens phrenesis, quasi ex vultu fulminantis: dum fratrem se humiliter dicit; quæ ad pedes furore corruit, mirabilem plaudit; quandoquidem si nota superbienti insolentia, se iudicare super omnes, superque omnia; mutationis sanè insigne, quod frater esset cum fratribus affabili societate. Iam modestia in vultu sedet, qui pudoris tincturam, uti procax non cognovit; mirabilis & ut Angelus apparet; quippequàm quæ præ commotione bilis conciliabat odium, eò quòd frater, qui Superior iam facies plena gratiarum.

20 An huic summissioni danda sit fides, creperum; etenim esse quit non humilitatis, sed humiliationis artificium: & sicut ad honorem, furore latente, duplex cor simulavit prabitatem; valet aliud comminisci theatrum in iactantiæ emolumentum. *Cathedra* (infit Bernard. *Epist.* 28.) *quam nuper sortitus es, hominem multorum expetit meritorum: quæ in te aut nulla, aut non quantum satis est, præcessisse dolemus: siquidem & facta & studia tua præterita in nullo prorsùs visa sunt convenire officio. Nescio enim quo pacto plus placebit subita hæc mutatio dexteræ Excelsi; quàm si vitæ prioris merita suffragarentur.* Potens est Deus de istis lapidibus filios Abrahæ suscitare; sed è lapideo corde sanè difficile: igitur genij serviles, haud alijs vincuntur armis, quàm flagellis. Refert Herodotus quomodò à Scythis repressa contumacia ac insolentia servorum; qui contendentes conati sunt excutere iugum. *Ex servis & uxoribus Scytharum* (inquit *lib.4. n. 1.* quem sequitur Iustin. *histor.* lib. 2.) *progenita est iuventus, quæ suorum natalium conditione cognitâ, obviam perrexit ijs, qui revertebantur à Medis; quibus introire conantibus repugnabat. Sæpe commissâ pugnâ, quùm nihil tamen Scythæ proficerent; quidam dixit: Mihi videtur, hastis arcubusque omissis, sumenda flagella, quibus equos verberamus, & ad illos propiùs eundum: nam quoad vident nos arma habentes, arbitrantur se similes nobis, atque è similibus esse. Ubi nos pro armis verbera tenentes viderint; tunc se nostros esse servos intelligentes, atque id agnoscentes, non perstabunt. Hoc Scythæ cùm audissent, ita sibi faciendum putaverunt: qua ex re perculsi illi, pugnæ immemores, fugam ca-*

Esth.15 à 9.

A vers. 11.

Vers. 16.

Qui dignitate furiosi, deponitur dignitate

Modestia invita, suspiciosa.

Bernard.

Herodot.

In servos arma flagella.

capesserunt. Stratagema ex cunctis doctrina, ut non credant, sed fugiant servilia ingenia; quæ non solùm astu & dolis aspirant vafrè in dominum, sed ut extremum, in servitium dominorum; etenim licèt obsequijs solicitent corda, virulenti scorpiones pungunt à cauda: perveniente que in dominium, prodit tunc quasi ex adipe iniquitas eorum. Studia illorum æstimentur ut servitia: eorumque in contumaciam nulla arma, nisi flagella. *Panis & disciplina & opus servo*. Dedecet dominatio: etenim non videtur illis dominari, elatis per insolentem fortunam; ni cum furore exercuerint insolentiam.

Eccli. 33. 25.

Dij talem terris avertite pestem.

Virgil. 3 Æneid. v. 620.

DIDASCALIA VIII.

Catenæ mirabiles, queis Iesus tractus in pectus Gertrudis.

1 EX his haris ergo transeamus ad pascua, ut possint colligi lilia: etenim ut ait Poeta, 1. de *Remed.* v. 46.

Ovid.

Urticæ proxima sæpe rosa:

Ad unicam Christi Sponsam, Gertrudem scilicet, dirigimus Didascaliam. Gertrudis, etsi insignibus charismatibus magna; unica est Salvatoris sponsa? Quippini? *Una est perfecta mea*: dicit ipse. Una est & plures sunt, quia in illa sunt plures: una est eminentiâ plurium; quippe in illa sola perfectiones cunctarum. Sic picta fulgens stella cum Epigraphe: *Inter omnes*. Adi. Octav. Stradam, Tom. 2. *Symbol.* 21. Non una de omnibus, sed inter omnes una; quoniam illius charismatum micantium claritas, continet aliarum radiantium perfectionum excellentias: ambiens cœlestes, æternos ignes in circulo cordis, licèt primæ magnitudinis. Sponsus

Cantic. 6. 8.

Strad.

Continet aliarum perfectiones.

Vertit iter, cœloque petit diversa relicto:
Nec se dissimulat: tanta est fiducia formæ.

Id. 2 Met fab. 12.

Unde illa inquit: *Dilectus meus mihi, & ego illi*. Cur sibi soli dirigit Gertrudis plausus, dum ille & Dilectus omnibus? Omnes diligit Dilecti nobilitas: & in Gertrude etiam diligit alias; quoniam in eius sphæra pectoris, residen gratiæ, quas habebant omnes. Ideo Dilectus illi, & fulget una. Quid dicemus in Theresia? Quod alio Ethnicus:

Cant. 2. 16.

Pone metus. Plena est promissi gratia vestri:
——*Animasque duas conservat in una.*

Ovid. 11. *Met.* fab. 9.

Videsis de Theresia fusè *Tautolog.* 4. *Didasc.* 8.

2 Tribus iaculis Sponsum dilectum vulneravit, ut ad illam singulariter veniret. Amoris primum fuit rogus: exinde animarum zelus, postremòque humilitatis abyssus: triplicique Sponsus singulari gratia, rependit inflicta pectori vulnera. De fulmine inquit Plinius, *lib.* 2. *cap.* 54. quod illo ictus, si clausis oculis, patentibus reperitur. Clausos oculos Gertrudis habuit, quousque in baptisma pervenit: tunc illos aperuit, & attollens fixit aciem in crucifixi Salvatoris effigiem. Ita Andrade in eius *Vit.* cap. 2. Ictus fulminis amoris divini fuit, quo eius excitatum in Sponsi gratiam cor: aperuitque oculos ad obiectam Salvatoris imaginem; unde cordi dormienti venerat fulmen. Vidit Paulus Ananiam introeuntem, ut videret; quoniam ex luce de cœlo oculus caligavit. *Vidit introeuntem, ut visum recipiat.* Quid hoc? Inficiatur quod supponit? Quomodò introeuntem aspexit; si ingrediebatur, ut visum reciperet? Habebat quod recepturus. Aliud viderat oculus, aliud pectus. Baptismo accepturus erat lumen, qui non videbat. In baptismum clausis oculis anhelabat: nil præter gratiam videre cupiebat: & (cùm insigne desiderij amantis sit, oculos attolere tantum in id quod appetit cor) qui clausi sine lumine ante baptisma, illico aperti sunt oculi; ut posset gratiam videre ex receptione baptismi. Vidit, ut videret: vidit, ut visum reciperet. Viderat Christi imaginem, & lucem de cœlo circunfulgentem: & ut visum reciperet, visum habet; quia per baptismi gratiam aspicere cupit, ad quem ante baptismum & oculos elevavit. Vidit, ut videret Paulus. Vidit ut videret cæcus: quid quòd Ananias accedat? *Vidit, ut visum* in baptismate *recipiat*; & cordis Pauli exoneretur amor, dum ante lumen gratiæ venit splendor: etenim summus, si oculos baptismate aperiturus; quòd ante baptismum amans aperiret oculos. Arator, 1. in *Act.* à v. 769.

Conditio fulminis.

Act. 9. 12.

Ut per baptismū consors esset gratiæ, aperuit oculos ad imaginē Crucifixi.

Culpa cadit, dum lumina claudit,
Pectora tunc aperit, cœlique agnoscitur auctor.
Post oculos maiora videt.

Arator

3 Æmula Pauli Gertrudis studia summa exercet in schola amoris; ut originalis cadat culpa, & oculos clausos illumi-

net in batismate gratia : etenim illos clausit, ut posset grata Salvatorem videre. Imaginem vidit : & tunc oculos aperuit; igitur vel pupa explorabat oculorum acie, quem receptura in baptismate, corde. Prævenitur ante gratiam benedictione dulcedinis, in singulare spectaculum amoris: igitur gratia, quòd ante gratiam cognosceret, in quem oculos, ut haberet, perpetuò lumine figeret. Aperit ergo oculos, quæ usque in baptismum habuerat studiò clausos; ut pro pignore amoris, esset obsequium illius voluntariæ cæcitatis : quandoquidem mirum, quod in imagine sponsum videndum cognosceret, antequàm oculos aperiret. *Vidit, ut visum recipiat*; igitur ut videat, ad illum oculos levat. Vidit, ut videat, quasi non vidisset. Vidit, ut gratiam eius post baptismum videret. Amanti enim semel aspexisse non sufficit; equidem dilectum primum vidit in imagine, ut pòst videret in corde.

Pridem clausos habuerat

Ovid. d. 10. fab. 8.

——*Ad lumina lumen*
Attollens, pariter cum cœlo vidit amantem:
Coniugio quod fecit.

4 Illustratus singulari visione Propheta Evangelicus; dicit, quòd inter Seraphim ab illo Dominus visus, & facie ad faciem; ut Deitatis haberet plenissimam cognitionem. *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum, & elevatum.* Unde esse Dominum cognovit? Quia faciem vidit? Difficile prorsùm, eò quòd Seraphim alis, eius obtegebant vultum. *Duabus velabant faciem eius.* Quomodò cognita, si facies pennis velata? Videt, qui mundo corde : qui pollutus tunc Vates, quo iure potuit videre? Interno gratiæ motu, ut esset magis mirabilis sine Deitatis cognitione cognitio; etenim magnum, quod cognovisset; ad quem pro gratia obtinenda etiam oculos attolleret. Gratiâ, ut videri possit, habetur Numen : tractusque tunc exposuit mirificam claritatem; stante Vate ante Divinum Thronum : quandoquidem novum & mirum, quòd Numen pollutus labe distingueret; priusquam ad cognitionem gratiam haberet. Non Dominus in hac visione obiectus fuit, sed tantum imago. Ita Fernand. de *Vision.* Sanct. & Alapid. hic. Non poterat ipsum Dominum videre, ni mundo corde : pollutum se Vates dicit, quod nollet; ut videre valeret : at cùm amor ingeniosus sit, ut flagrans demonstret cor; Dominum vidit, cùm Dominum non videret : etenim haud valens Numinis videre speciem; pro labe eluenda, oculos levavit in Deitatis imaginem: quippequàm gratiâ à se videndum cognovit; priusquam speciem mirâ visione videret.

Isai. 6. 1

Vers. 2.

Eius ad Dilecti imaginem discretio, antequàm esset cognitio.

5 *Singulari modo* dirigebatur amor Virginis Gertrudis, ut fieret cor singularis habitatio Salvatoris. Ita apud Castanniz. *lib.* 1. *cap.* 17. Ante baptisma, quo concessa gratia, originaria labe erat polluta; quam excutere optabat, quoniam nihil ex his quæ cordi, videbat. Cæcutiens templo pro gratia accessit, Dominum sensit, atque lumina levando, Dominum vidit. Dominum, & habens originale delictum? Non vidit speciem, sed imaginem; vidit, ut amplius videret: quapropter ut Dilecti gratiam habeat, figit oculos in imagine quam viderat. Vidit & non vidit : etiam vidit ut videret : equidem ante baptismum Numen Sponsi vidit pro gratia in imagine; ut post baptismum haberet singulari modo in pectore : quippe cognovit, antequàm vidisset : dicereque quibat saucium dilectione pectus:

Castann

Priùs quam lumine, vidit illustrato corde.

Ante tuos animo vidi, quam lumine vultus:
Illa dedit, cuius imaginem iam viderat,
ardens cor. Verùm flamma cuias est? *Cleomeni sacrificanti in templo Iunonis* (ait Herodot. *lib.* 6. n. 15. & La-Zerda in illud Virgil. 2. *Æneid.* v. 173. *Arsere coruscæ luminibus flammæ*) *flammæ subitò è pectore simulacri effulserunt.* In signum felicitatis præ se fertur victima sine corde; quia raptum Numini : ait Achill. Bocch. *Symbol.* 122. quod quidem nostro articulo congruit, dum succinit:

Ovid. *Epist.* 18. v. 35.

Herod.

Litatio cordis sine numen felicitat.

—*Raptum Hermocrati Dijs forte litanti,*
Cor fellix quondam fecerat auspicium.
Casto atque integro (*mihi crede*) *litatio corde*
Nulla potest summo gratior esse Deo.

Achill. Bocch.

6 Nostro in articulo uterque convenit, sed grave argumentum cogitationi producit. Cor offertur flamma amoris, felicitate offerentis. Cur igitur flamma non invenitur in corde, sed in imagine? Ignis erumpit è pectore imaginis, & in corde à quo natus, aut videtur ullus ignis? Imaginem Dilecti Gertrudis viderat, cor obtulerat, quod amorem conceperat: & ex pectore imaginis procedunt flammæ; quippequam Sponsus flagrabat amore, eò quòd sibi dicatum in crucis ara, sine corde inventa victima. Per oculos cor advolavit in Sponsum, imagine crucifixum : hinc Sponsi incendium; cuius radij visi sunt in simulacro, & corde & amore mutuo : equidem cor ad illum ictu

Oculos in Sponsum tunc direxit, ut ad se traheret.

ocu-

Cant.6. 4. oculorum dixerit, ut ad se traheret. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt.* Unde & ubi ? Unde, à cruce, quia ibi vidit in imagine. Ubi, *In te ferri* : ait Sanctius hic, *n.* 10. siquidem ita capi delectatur dum Gertrudem amore flagrans amplectitur ; ut totam crucis obliviscatur passionem, propter cordis sagittantis habitationis dulcedinem. Fuit sagita hamata, qua vulneratum traxit, dum ab oculis emisit. Illa ad illum fertur : ille verò à Gertrude dulciter trahitur. ille cor saucium singulari charitate, respexit; & qui spectavit vulnera, vulnus habet: etenim qui pectori fecit vulnus, quia simul saucius avolavit in pectus. Vidit itaque eius vulneratum cor,

Sanct. *Cur eius sagittæ hamatæ.*

Ovid. 1. Art. v. 172. *Et pars spectati vulneris ipse fuit.*

7 *Averte oculos, quia ipsi me avolare fecerunt.* Haut fuit morula in præparata gratia. Oculi fuerunt in amore duces, ut Sponso præpararentur Gertrudis cogitationes. Videtur, & trahitur. Illa spectat & ille avolat : idem in instanti, præparato utriusque corde ; ut clareret sedes cordis, roburque vulneris : igitur idem fuit, illam Sponsum videre, ac illum ut vulneratum, ad Sponsam avolare. *Avolare fecerunt*, quem oculi vulnerarunt. *Tantus illorum aecor* (infit Alapide hìc) *tanta, tamque ignea, ô Sponsa, in eis vis ; ut mei in sui amorem rapiant : ut mihi dominentur : ut amori succumbam : ut mihi mentem quasi eripiant : ut nimietate amoris fugitivum cor quasi avolet, & in te transvolet.* Elucet amoris theatrum, & cordis obsequium, atque fortis redamationis studium : etenim cordis traditio ita Dilecto complacuit, ita presit, ita obstrinxit, ita rapuit ; ut in eius cordis habitationem transiret.

Traxit, dum vidit.

Alapid.

Senec. Oetæo Here. v. 335. *Captiva capiet.*

Aptè. Ut vidit ? Minimè: antequàm videret. Imigine Sponsi capitur, ad illum fertum, sed processit tamquàm insidiosus amor ; quippe cepit capta, ex oculorum hamata sagitta: equidem in Sponsum amore excessivo fertur ; ut raptus etiam & captus in eius corde videatur. *Inter eius brachìa me tamquàm captivum tradidit.* Illa capta in Sponsi imagine ; ut illum captivum suaviter videret in corde.

Castan.

Galat.2. 20. 8 *Vivo autem, iam non ego : vivit verò in me Christus* : dicebat Paulus. Si ita more punctus, ut non viveret sibi, sed vità Dilecti ; stylus omninò variatur: equidem si amore vivit, amor in dilectum fertur : quare dum ius est dicere, eum vivere amore in Christo ; asserit vivere Salvatorem in eo ? Astruit supereminentiorem charitatem, & præstantiorem amorem. Vivere in re amata, sunt amoris vulgaris insignia ; quippe amore fertur, qui vulneratus amore. Aliquid insignius videndum in amore singulari. Si vita Christi viveret, in illo esse, & habitare signaret : dicitque meditanter Christum in illo vivere; ut summum videretur in excelsa charitate: etenim ita illum Paulum dilexit; ut ad eius cordis habitationem traheret. Claruit prodigium, dum Christi erat eius pectus habitaculum. *Ut revelaret filium suum in me* : præmittit Galatas alloquens. Non per illum sed in illo, ut constaret cordis æstuantis dilectio : siquidem in corde Pauli Pater æternus filium non revelaret, ni corde haberet. *Ut revelaret filium suum in me.* Thronus eius Pauli cor : vivensque Christi amore, in se dicit Christum vivere; quia Christum amore traxit, ut habitaret in corde. Vivebat in Christo, & etiam Christus in Paulo : at hoc excellentia vitæ in vita, ut amoris singularis splenderet excellentia ; qua cepit captus atque captor sensit vulnus. Vivendo in Christo, ferebatur ; non trahebat. In illo Christo vivente, trahebat, qui tractus, singulari amore. Novum videbatur, Dilectum trahi ; quod contingit solùm ex amoris magnitudine. In pectore ostendit ; ergo traxit : siquidem ut constaret quantus flagrantissimus amor ; in eius corde revelatus fuit Redemptor. Ibi elucet, ubi manet ; ut qui quærit, quærat ibi, videatque cordis excellentem flammam, & amoris capti & capientis excellentiam : igitur rependens gratijs dilectionis magnitudinem; elegit pectus amantis in dulcem habitationem.

Charitas Pauli præstat singulari amore.

Cap. 1. 16.

Cor eius Iesu thronus.

Nec tamen est mirum, si sit ut oporteat, arcu Missilibus telis cominus ictus, amet.

Ovid. Epistol. 13. v. 37.

9 Quid de Gertrude dicam, dum eamdem miramur in pectore flammam? Capta ab amore cepit, captivum ipsum dilectum in cor reduxit. Christus vivebat in illa : ergo ad se traxerat : erat amor excessivus : exprimit pectoris thronus: equidem illa præ dilectionis singularis magnitudine ; quem illuc traxerat revelabat in corde signans quòd ibi habitationem haberet, ibique in Sponsa placidissimè viveret. Appositè, etsi aliò Manil. 2. *Astronom.* cap. 16. à v. 59.

Et Gertrudis pectus.

Nunc huc, nunc illuc sortem mutantis utramque.
Conde locum, Numenque Dei, totumque potentis.

Manil.

Quæritur inverso titulus sub corde sagaci,
Quod tibi posterius magnos revocatur ad usus.

Plin. *Conditio Phlegontidis gemmæ.*

De gemma Phlegontide, *lib. 37. cap. 11.* ait Plinius: *Intus ardere quædam videtur flamma, quæ non exeat.* Hæc pretiositas non invenitur præstantia ac fulgore lapidis; sed tantùm in corde inflammato Gertrudis zelo animarum, ut devias ac errantes revocaret ad Sponsum. Ardentissimo animarum zelo æstuabat, & omnes in visceribus Iesu-Christi cupiebat. Ut accensa est flamma non exijt: & maius præbusto (quòd semel accensa non exiret: etenim ex quo cœpit, honor sibi honor sponsi. Latè in *Insinuationib.* maximè *lib. 1. cap. 8.* Luebat sponte pœnas, pro his qui malignè commiserant culpas. En flamma, atque in flammam exercitia. *Ut omnes Christo lucraretur* (dicitur, ibid. *cap. 5.*) *sæpissimè visa est, sibi requiem, somnumque subtrahere, cibum differre, reliquaque corporis commoda aut aspernari, aut differre: quo animabus, imo quo Christo, animas eidem reducendo, serviret. Faciebat autem omnia hæc cum alacritate tanta spiritus; ac si in ijs non laborem, sed delicias sentiret.* Charitas enim omnia suffert, omnia sperat.

Quantus in Gertrude zelus animarum.

Castan.

10 Videbat prævaricantes & tabescebat, fructà lege; unde exitus aquarum deduxerunt oculi: igitur Rachelis adinstar, eius anima liquefacta (illorum sentiens vulnera) ut converterentur ad cor; plorabat *filios suos, quia non sunt.* Suos dicit, qui nequaquàm sui erant, & quia idololatræ, & ex tribu Ephraimitæ: tuncque radiabat charitatis zelus; quippequàm à se & etiam à lege alienos, lachrymabatur ut suos. Quiescat, ò Gertrudis, vox tua à ploratu, *quia est merces operi tuo.* Profectò: fletus est & luctus Rachel plorantis filios suos, ut sint; & nolentis consolari, quia non sunt. Lachrymarum merces est: quandoquidem per illarum copiam; egit, qui captivus ducebatur, pœnitentiam: percussit femur, erubuit, opprobrium sceleris confusione cognovit, simulque per lachrymantem Rachelem, obtinuit optatam peccatorum contritionem: suique facti, qui non erant sui. Non peccavit, *& in amaritudine moratur oculus eius*; quia cordi ex crimine alieno planctus, ut ulceri in dolore medicina adhiberetur, dum illa amarè lachrymabatur: igitur cum summè Sponsum amaret, & non amorem sentiret; quælibet iniuria adversus Sponsi honorem, cedebat illi in animæ amaritudinem.

Matth. 2. 18.

Ierem. 31. 16. *Pro peccatoribus flebat.*

Iob, 17. 2. *Illi Dei offensa, Sagitæ.*

Cerne cicatrices, vestigia pugnæ.
Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio:

Ovid. 3. *Amo.* 10. v. 19. Ps. 34. 13.

dicit David. Sibi ipsis molesti erant peccatores, quos anxios videns flammâ excitabatur charitatis: qua quidem sibi sumebat cilicium; ut ab illis molestiam averteret flagitiorum; igitur ut divinam placaret accensam iram: agebat pro transgressoribus inauditam pœnitentiam. Congregata fuerunt in Gertrude flagella, qui in illa esset flagellorum causa, nisi charitatis ignis in Ætna pectoris; ut flammam demonstraret amoris: etenim magnus; ubi pro peccatis aliorum doloribus satis fit, & in pœnis exantlatis manet impollutum cor. Patuit in Moyse pro peccato in adoratione Vituli. *Deuteron. 9. 18.* sed splendidius in Christo; cuius maior zelo animarum dilectio. Videsis dicta *Tom. 2. T. 7. D. 7. à n. 4.*

Eius pro peccantibus pœnitentia.

11 Summus Pontifex proponitur Salvator N. à Paulu sanctus; innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus: *qui non habet necessitatem quotidiè (quemadmodùm sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre; deinde pro populi: hoc enim fecit, semel se offerendo.* Mira profectò charitas, & obla tionis celsitas; exprimente in cruce charitatis magnitudinem; dum sese obtulit in criminum satisfactionem. Alij sacerdotes pro se, pollutis, offerunt sacrificium, & pro alijs. Christus erat à peccatis segregatus, innocens ac impollutus; flagrans tamen in salutem animarum, quæ oppressæ iacebant sub onere peccatorum. In tot doloribus, sensus mortificantibus, non sentiebat vulnerum dolorem, sed vulneratorum crimen; quorum infelices animæ arcebantur voluntariè ab æterna beatitudine: & se semel offerendo, eius charitatis cordis coruscavit magnitudo; quippequàm nulla in zelo maior dilectio, quam quòd pro alijs (cruciatu, passione, cruce) plenissimè satisfaceret; cùm nullum crimen haberet, Contextum nota. *Prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit, semel se offerendo.* Quænam ergo delicta, si uti impollutus haud haberet ulla: Aliena describit. Unde ergo pro suis, semel se obtulit? Ut non solùm ostenderet charitatem, sed charitatis insigniorem celsitudinem: etenim ita satisfecit patiens propter aliena peccata; quasi qui impollutus potuisset habere propria. Hoc est, amore mori: pœnam delictorum, & dilectorum assumere sibi. Ad unguem altiore sensu Ethnici cogitatio, 10. *Metamorph.* fab. 7.

Hebr. 7. 27.

Præstantia summa amoris, in pœnitentia pro alijs.

Vi-

Ovid. ——*Videoque tuum mea crimina vulnus:*
Tu dolor es, facinusque meum: mea dextera letho
Inscribenda tuo: ego sum tibi funeris auctor.

12 Quàm propriè utriusque Sponsi mutuantur corda; ut in utroque eadem zeli fulgens reperiatur flamma! Pro alijs, culparum pœnis obnoxijs, Gertrudis festiva pœnitentiam agit. Illius in corde Sponsus charitatis suæ sigillum impressit; ut propter animarum conversionem, proposito sibi gaudio, sustineret crucem. *Etiam infidelibus.* Quid amplius? In ampliora tendit pectus. Pro infidelibus & hæreticis in ieiunio humiliat animam, quippe deplorati nullam agunt pœnitentiam. Hic est cordis amantis scopus, nec est qui se abscondat à calore eius. 2. Rag. 16. *Usquequò tu luges Saul?* Signum præstantis amoris est: equidem, quia possessus à diabolo animæ respuebat salutem; charitatis flammà lugebat impœnitentem. Possumus dicere aptiùs quàm Plinius de Essenis, *lib.* 5. *cap.* 17. *Tam fœcunda illis aliorum vitæ pœnitentia est.* Ita Gertrudis plures frugi lucique gratiæ prodidit, quos in Christo concepit. Helena in album Deorum relata, & spartæ sub titulo Veneris Hospitæ culta fuit; ut dicemus, in *Ephemer.* 9. *Febr.* Nata est puella turpissimæ formæ, quia fœdissima facie. Ægrè tulit nutrix, excogitavitque ut singulis diebus illam ante Helenam poneret, ut alumnam à deformitate liberaret. *Eius intercessione frugi convertuntur animæ.* Apparuit Helena, iam Diva, specie aliena; & nutrici monstrum videri detrectanti, institit puellam videre: *Magni enim faciuram illam, si à se infans conspiceretur* (ait Herodot. *lib.* 6. n. 15.) *Ita nutricem puellam ostendente, demulcentem caput puellæ, dixisse, futuram eam formosissimam; atque pristinam speciem decidisse.* Hæc quæ mira coloribus phantasticæ ludentis fictionis; sunt vera prodigia intercessionis, & lachrymarum Gertrudis: igitur illa plorante, & pro anima peccatrice pœnitente; quæ nigra prorsus, formosa, atque sine macula, quippe evanuit forma prisca.

Plin. Herod.

13 Cesset ergo, Diva Rachel, vox tua à ploratu, quia est merces operi tuo. At quanta aut qualis? Inusitati, sed singularis favoris. Accidit, usque ad intempestam noctem laboranti in huiusmodi exercitijs, dixisse ille Sponsum. *Vade, quiesce, dormi. Instat hora matutinæ tuæ laudis*: respondit Gertrudis. *Quiesce, dormi* (promit denuò) *ego pro te vigilabo.* Vernaculè: *Yo te guardaré el sueño.*

——*Datur hora quieti:*
Pone caput, fessosque oculos furare labori:
Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo.
Vig. 7. Æneid. v. 844.

Recubuit & in pectore Sponsi: dormivit, & soporata est, quia Dominus illam suscepit in latere. Ita mirifica visione ostensa Marianæ à Iesu, ut referunt Andrade in eius *vit.* & Lardito, *lib.* 3. *cap.* 11. priusque articulum describens Bernard. in *Cantic.* serm. 52. n. 2. *Nec deest in nostro genere* (inquit) *qui hoc munere felix lætificari meruerit: ubi manifestè inducitur cœlestis Sponsus vehementissimè zelans pro quiete cuiusdam Dilectæ suæ solicitus servare inter brachia propria dormientem; nequà forte molestia, vel inquietudine à somno suavissimo deturbetur: Quid putas illic accipiet, quæ hìc tanta familiaritate donatur; ut Dei brachijs amplecti se sentiat, Dei sinu foveri, Dei cura & studio custodiri, ne dormiens excitetur.* Hoc privilegium Ioannis dilecti, qui cæteris altiùs à Domino meruit honorari. Aliquid tamen arbitror discriminis, in gratijs exhibitis in commendationem Gertrudis, & Ioannis. Ioanni (uti Sponsæ) gratiam indulsit, ne suscitaretur; donec ipse voluerit: Gertrudi quiescere mandat, & à somno vigil excitat, ut choro assistat. Uterque in sinu Dilecti dormit: at cui plus Dilectus favet? Maius videtur amoris specimen, haberi somni custodem.

Iesf. eius somni custos. Bernard. Quanta privilegium, & quibus gaatijs. Cant. 2. 7.

14 *Ego dormio & cor meum vigilat* (dicit cum sponsa Gertrudis) *Vox dilecti mei pulsantis.* De amantis solicitudine potest intelligi, eò quò amor sicut cor, nequeat, vel quiescere, vel dormire.

Cap. 5. 2.

——*Placidà resoluta quiete;*
Sæpè videt quod amat.
Ovid. 11. Metam. fabul. 9.

Sed altior inest & somni, & vigiliæ sensus. *Periodum* (insit Doctis. Sanctius hic, n. 15.) *Rab. Salomon ita dividit, ut illud,* Ego dormio: *Ad Spondam pertineat: illud vero,* Cor meum vigilat: *Ad Sponsum. Ostendit maximè humanitatem Sponsi & amoris vim; quòd Sponsæ dormienti invigilet ipse, deliciasque omnes & paret, & indulgeat.* Laus Sponsi totus Gertrudi conatus: chorus instabat, & somnus. Sponsus invigilat, ut Sponsa dormiat: sicque deliciæ clarent Gertrudis; ut vel sopita surgat ad vocem pulsantis. Ille vigilat, ut illa post somnum vigilet, & laudes cantet; in quibus ille delectatur, & suaviter demulcetur; quandoquidem ut vocem eius audiat, dormientem excitat, sistiturque choro, quasi vir qui suscitatur somno suo. *Dilectus loquitur: Surge, propera amica mea.* Mihi

Sanct. In somnum vigiliat, & ad chorum excitat. Cap. 2. 10.

curæ, tuam solicitate quietem: tibi profectò, in choro cordis exprimere vocem.

Bie. Va. *Epistol.* Proces. *Est mihi cura tui, sit tibi cura mei.* Surge, venit hora & nunc est. Propera surge velociter. Surge qui dormis, ut audiam a te & exaudiam vocem laudis. Vox enim tua dulcis: exaudieris excitata; ut enarres universa mirabilia. Surge, maximè percusso latere. Surge. Minimè Gertrudis à choro aberit; quippe non dormitabit, neque dormiet, qui custodit. Secure dormit, quæ ita deliciosè quiescit: iureque gloriatur, cùm a Dilecto excitatur; ut ad illum excitetur. Gaudet vulnerari ab illa: erant Sponsæ verba divini amoris iacula. O Iesu bone! Vides vulneratum cor ex vulnere. Ita cor? *Suscitans suscitabis arcum tuum*, ut ex dormientis corde, veniant sponte sagittæ; & voce laudis vulneretur auditus, quia iam vulneratum pectus. Dormit sanè: & dum Sponsus vigilat, cor suum vocat, in signum amoris mutui, atque summæ charitatis; equidem Sponsus, somni custos vivebat corde Gertrudis. Micat per vulnera.

Cur excitat?

Abac. 3. 9. *Quia iuvat in nudis hamata recondere tela. In te tam vires somnus habere potest?*

Vivit Christus corde Gertrudis.

15 Vixit (inst Castanniz. *lib.* 5. *capit.* 1.) *quantum ad Deum ferventissimâ charitate: quantum ad proximum, vigili solicitudine: quantum ad seipsum, profundissima humilitate. Inerat illi gaudium de sui despectione. Imò arbitrabatur in huiusmodi operibus, esse in Ecclesia Dei tamquam larvam.* Hoc humilitatis opus: *cùm feceritis omnia; dicite: Servi inutiles sumus.* Videbat charismata, & apertis oculis, nihil videbat: tota sibi videbatur larva; quasi virtutum contineret colores, & non virtutes. *Ab Domine mi* (clamabat) *inter præcipua quæ operaris miracula; hoc unum singulare arbitror, quòd me indignissimam terra fert, peccatricem*; & in corde Iesum habentem! Imò in pectore habitantem! Hæc de se cogitat? Magna cogitat: non cognoscit perfectionem; & ad perfectionem, nec esse humilem: tantùm ab eius quibat cogitari humilitate, ita perfectam peccatricem esse.

Ovid 2. *Amor* 9. v. 11. Proper. 4. 7 v. 14 Castan. Ibi. *lib.* 1 *cap.* 12. Luc. 17. 10. Ibid. *Gertrud. humilitas singularis.*

16 *Christus Iesus* (dicit Paulus) *venit in hunc mundum, peccatores salvos facere; quorum primus ego sum.* Sit ergo ad ostendendam Domini misericordiam, & propriam resipiscentiam: verùm eius delictum iam erat pœnitenti condonatum, reconciliante gratia, qua à Christo acceperat singularissima dona, concessa in sinum familiaritatis intimæ, specialissimæ gratiæ; ita ut in illo Deus revelare filium suum, & stigmata Iesu-Christi impressa portaret cor. Hæc non sunt signa peccatoris sed amici: quo ergo sensu in hoc statu, primi & peccatoris maximi. Dicat, *Inter peccatores maior fui*: verùm *Quorum primus ego sum*? Quomodo cum gratia & tot gratijs peccator dicitur, & uti primus signatur? Præmittit causam ad humilitatis excellentiam. *Superabundavit gratia Domini nostri.* Venit Christus peccatores salvos facere, illorum cum Patre facta reconciliatione. Cunctis salvandis, ut vitam haberent: alijs etiam, ut abundantius haberent: & dum paulus summè gratus, peccator & primus dicitur, gratia superabundans meditanter signatur; quia gratia insignis, cùm esset de cœlo abunde plenus gratiarum, se cogitare ad obsequium uti abyssum peccatorum. Gratia utique (cum esset) propter pœnitudinem, sese cognoscere peccatorem. Maior profectò emituit, cum non esset; exprimens ornatus insigni gratiâ, non solùm humilitatis specimen, sed excellentem atque mirabiliorem humilitatem: quandoquidem humilitas inaudita; Christum in pectore habere, & se peccatorem maximum & primum dicere, propter pretiosam singularem humilitatem: propriam præterire perfectionem: & peccatorem tunc esse, donatum ita gratia singulari; ut in pignus excellentissimi amoris, Iesu stigmata portaret in medio pectoris.

1. Tim. 1. 15. Vers. 14 *Pauli quale iudicium in sui despectu.*

17 Aliter cogitat David, qui ad nihilum redactus est, & nescivit, ad nihilum per sui despectum esse humiliter redactum. *Respexisti humilitatem meam*: dicit Domino. Aliquid signat insigne in haccine humilitatis expressione. Unde Genebrard. subdit: *Cognovisti humilitatem. Septuaginta voluerunt explicare efficaciam & effectum istius cognitionis.* Quid ergo, ut palàm fiat effectus & efficacia? Dicit Propheta. *Ego autem dixi in excessu mentis meæ*: *Proiectus sum à facie oculorum tuorum.* In excessu: extra communem mentem, & intellectionem; quia cogitabat, adversus quod cognoscebat: igitur quæ cognoscebat incendia cordis, & usque ad excelsum mentis; arbitrabatur præ amore amoris imperfectiones. *Proiectus sum à facie oculorum tuorum.* Quia sua, esto Numini accepta, displicebant opera: seque iudicat proiectum ab oculis Deitatis, quando acceptior eius oculis; quippè quàm obsequia amoris damnabat cordis humilitas, quasi malè operans. Ab oculis

Ps. 30. 8. Genebr. Vers. 22 *Opus humilitatis, perfectæ arbitrari imperfectiones.*

Quænam species humilitatis ex excessu mentis

lis Deitatis proijci, est in infernum detrudi, quod fit per commissa crimina. Huiusmodi cogitatio cum tanta gratia? Plusquàm excessus mentis, videtur excessus humilitatis: quippequàm huius virtutis excessus, non solùm ignorare perfectionem, animam summè gratam iudicare peccatricem; sed propter amoris intensissimi excogitatum deliquium, dignam proijci in infernum.

18 Hæc cogitatio Gertrudis ex excessu humilitatis. *Tanto zelo divini honoris, tantaque humilitate respiciebat seipsam* (subdit Castanniz. d. *cap.* 12.) *ut interdùm de se vel cogitare, vel loqui soleret: Quamqnàm post mortem, in inferno, propter mea essem demerita, crucianda; adhuc gaudebo Dominum ex alijs hominibus per me recipere honorem.* Signat simul amoris studium & demeritum. Vulnerata charitate loquitur, & plus cogitando vulneratur. Est extra se. In excessu mentis amore vehementi fit; ut cognoscatur effectus & efficacià humilitatis, dum arbitratur proijci a Divinitatis oculis: igitur quia sibi visa indigna, ut ita peccatricem ferat terra; arbitratur excessu proijci in tartara. Studia amoris non cognoscere, & amori totis viribus studere; displicere quod summè placet, quod si non placeret, displiceret; non est intelligentiæ defectus, sed excessus intellectionis, & fastigium in apice charitatis. Totum quod sibi possibile, appetenter operatur: ac cùm videat nihil amanti satis; nihil videtur. Nihil dignum dilecto scrutatur cognitio. Quid in eius obsequium faciat; amor incessanter cogitat. Se dicare, parum est: parum, offerre studiosè cor. Quid faciet? Dum ampliorem ostendit amoris fidem; perfectionem illam signare ut imperfectionem.

Castann

Arbitratur Gertrudis totum nihilum, in dilecti Sponsi obsequiū.

19 Maior charitas haud valet inveniri, quàm vitam pro amico tradi. Unde dignum reflexione, quod sextus filius Salomonæ, dixit Antiocho, propter fidem torquenti: *Mori incipiens, sic ait: Noli frustrà errare. Nos enim propter nosmetipsos hoc patimur, peccantes in Deum nostrum: & digna admiratione facta sunt in nobis. Peccantes?* Extremum demonstrat amorem, & eius profundendo vitam, insigniorem fidem; & dicit: *Peccantes?* Quid? Astruit excessum amoris excessus mentis: igitur si excessus, singularis dilectionis sunt officium; claret summa summarum, quòd se cognosceret peccatorem, dum maiorem in fide ostendebat charitatem. Ideo *digna admiratione facta sunt in nobis*: subdit. Quid ergo factum? Quod ab amante auditum: igitur summum in obsequio studium, non dici obsequium; maiorem fidei demonstrationem, non habere plenam fidem; quod non ultrà, facere, & nihil totum videri; sunt profectò cuncta dignissima admiratione. Humilitatis est ars, dum opprimitur, qui diligit: errat & frustrà, qui sævit: mirabiliaque dicuntur facta; quippequàm in humilitatis & amoris statera, plus & altiùs elevatur, qui à se deprimitur.

2. Mach. 7. 18.

Cur mirabile huiusmodi iudicium

20 Intelligitur modò effectus humilitatis, industrià amoris. *Crescente in hac Dei electa cum cæteris virtutibus humilitate, crescebat.* Amor & ignis & pondus est. Gertrudis elevatur in humilitate, amoris pondere; ita ut coronaretur personaliter à Trinitate: Patre scilicèt vocante *Lampadem Ecclesiæ*; Filio, *Medicinam gratiæ*; Sanctoque Spiritu, *Nutrimentum fidei.* Patent catenæ mirabiles, quibus totum cœlum traxit ad intima cordis. Ex reverberatione radiorum Solis in speculò convocavo, accensus est ignis magnus, ad cuius præsentiam (quippe ubique impellebat flammam) quilibet adstantium habens cor, ex pectore extractum, apponebat ad focum; quo flagrabant ignita, eò quòd igne cœlesti erant tacta. Ita apud Achill. Bocchium, *Symbol.* 60. Accedamus ergo ad cor Gertrudis, in quo flamma cœlestis amoris, ut nostra igneścant, & liquefiant: iuvabit enim in felicitates æternas, imitatione vitæ de flammis tollere flammas.

Castan. 1. cap. 17.

Ibid *libr.* 5. *cap.* 7.

Elogia Gertrudis à SS. Trinitate.

Sic qui mente Deum pura capit; illicèt intùs
Corde micans, flammas concipit ætherea?
Unde alij atque alij divino prorsus amore
Succensi igneścant, Templaque summa petant.

Achill. Bocch.

TAUTOLOGIA TERTIA.

VOCE MEA AD DOMINUM CLAMAVI.

Psalm. 3. vers. 5.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 SCELERUM impunitas in quæ non proruit scelera! Ex facilitate gratiæ frenum proijcitur, ac flagitijs calcar maligno subministratur. Si quæ correcta prava, quæ non correcta? Deliquit Saul in omissionis cædis Amalec, & pœnas luit, quippe truncando in exterminium pepercit. *Admonens igitur ea de re Prophetam Dominus, ait se pœnitere Saulem elegisse. His auditis Samuel* (inquit Ioseph. 6. *Antiq.* cap. 8.) *vehementer conturbatus, per totam noctem fusis precibus, Deum Saulo conciliare conabatur. At ille quantumlibet à Propheta rogatus, veniam Regi non annuit; quod non placeret peccata donare in gratiam deprecatoris: quæ non aliunde magis nascantur, quàm ex nimia eorum, in quos peccatur indulgentia; qui dum lenitatis gloriam aucupantur imprudentes, maiorem delinquendi ansam offerunt.* In flagitia impudens Absalom non ita facilis, modò pater ad indulgendum severitate difficilis. Quid occisso fratre, ac indulto crimine quibat sperari ab improbo, nisi in caput patris perduellis sine fronte machinatio, totiusque regni cum commotione subversio?

Ioseph. *Indulgentia criminum crimina crescunt.*

Tutum fac citò. Non est sapientis medici
Flere medicamina sectionis indigenti morbo.

Sophocl.

Succinit Sophocl. in Adiac. v. 578. Ad rem Diadumenus patri Macrino iuxta Æl. Lamprid. in eo. *Non satis mi pater videris in amore nostro tenuisse tuos mores, qui tyrannidis consceios reservasti, sperans eos vel amiciores tibi futuros, si ijs parceres, vel ob antiquam familiaritatem dimittendos; quod nec debuit fieri nec potuit: nam primum omnium iam te exulcerati suspicionibus amare non possunt: deinde crudeliores inimici sunt, qui obliti veteris familiaritatis se inimicissimis tuis iunxerunt. Adde quòd exercitus adhuc habent. Feriendi sunt isti, si vis esse securus, nam vitio generis humani alij non sint defecturi, cùm isti servantur.* Aurea prorsùm. Quæ nocent viva prosunt amputata serpentium capita, ut icti veneno sanentur, dum serpentem suspensum vident pro signo. Observat Tzetzes *Chiliad.* Histor. 240. inquiens:

Æl. Lamprid. *Gratia ingrata malignit.*

Compositores theriacorum medicaminum, atque antidotorum,
Serpentes ac viperas & venenata
Capiunt, atque excidunt capita,
Multisque condimentis apparantes, ut decet,
Commune remedium omnibus ex his faciunt.
Sic oportet & malos & fraudum futuros omnes
Concidere, atque confitere communia remedia.

Tzetz. *Remedia in mala malorum extermin.*

2 Fovit David in sinu aspidem, quæ calore favoris evomuit pectoris bilem. Haud exercitus esset formidini viro forti, oppresso maturè, dum licebat, Duce; qui dono veniæ callidè congregavit iniquitatem sibi. *Dum turbulentissimo cuique locus & honos erat, quid* (ait Famian. Strada *lib.* 2. *Prolusion.* 4.) *nisi discordiæ aliæ ex alijs serebantur, factiones fovebantur, eodemque cives ingenio exemploque conformabantur? Etenim qui in pace hominumque concordia nullos se usquàm esse vident; facilè ineunt aliam viam, turbatamque rem volunt, si fortè honores quos ex quiete desperaverant, perturbatione consequantur. Quod si animadvertant hoc ex sententia cessisse nonnullis, quibus concitata multitudo honori aut quæstui fuerit; dant sese in hanc aleam, & tamquàm artifices improbi opus quærunt, vellentque semper ægri aliquid esse in republica ad cuius curationem adhibeantur: nam sic res omnes laudantur & appetuntur; ut earum usus*

Fam. Strad

est,

ſit. Malitia præmijs exerceetur. Ubi præmia improbo dempſeris, nemo omninò gratuitò malus eſt. Finem factionum non fieri, nec futurum, donec quàm felices diſcordiæ, tam honorati diſcordiarum auctores ſint. A criminum pendent cuncta impunitate, & ab effreni turpis dominationis ambitione. *Hæc res ſua in Reges arma convertit* (inquit Seneca; 3. de *Ira*, cap. 31.) *fidiſſimoſque eò compullit, ut de morte eorum cogitarent, pro quibus & ante quos mori, votum habuerant. Nulli ad aliena reſpicienti ſua placent.* Haud ſecùs ambitione percitus vafrè Abſalom corda ingratorum diſpoſuit, ut regnum ſubverteret, ac ingratiſsimus patrem invaderet, licentiuſque fretus principatu viveret felicitate flagitij, qua peſsimus bipedum, quippe peſsimus, ſupremo fauſtè gaudebat honore. Non ita premeretur Davidis amor, ſi filij iuxta legem priùs opprimeretur furor, qui eò adorſus averſum naturæ crimen, quoniam in iudice patris invenit amorem. Malignitas filiorum abutitur favore ac benevolentiâ in patrum exitium; & à quibus acceperunt extinguitur vita, ne toties deſpecta appareat vitiorum irreverentia.

Malitia præmijs exercetur, nec deſunt peiores, ſi mali ſervantur. Senec.

3 Audi facinus iuxta Abſalomi virulentiſsimum pectus. *Caius Toranius Triumvirum partes ſecutus*) inquit Valer. Maxim. *lib. 9. cap.* 11. Appian. lib. 4. *Civil. bell.* & Oroſius, *lib. 6. cap.* 18.) *proſcripti patris ſui, prætorij & ornati viri, latebras, ætatem notaſque corporis, quibus agnoſci poſsit, Centurionibus edidit, qui eum perſecuti ſunt. Senex de filij magis vita & incrementis, quàm de reliquo ſpiritu ſuo ſolicitus; an incolumis eſſet, & an imperatoribus ſatisfaceret, interrogare eos cœpit: è quibus unus: Ab illo, inquit, quem tantoperè diligis, demoſtratus, noſtro miniſterio filij iudicio occideris: protinùſque pectus eius gladio traiecit. Nihil adijci huic crudelitati videtur.* Fallitur: *Collapſus eſt infelix, auctore cædis quàm ipsà cade miſerior.* Fallitur, inquam, Abſalomi conanime, cuius audacia pervenit ubi nil ultra. Ipſe enim patrem quæſivit ad necem: unde Rex cognoſcens indolem, dixit ſervis ſuis: *Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Abſalom.* 2. Reg. 15. 14. Effugium haud eſſet neceſſarium, ſi priùs in cor vibratum triplex quod futurum telum, ſuffocareturque vita, priuſquàm huiuſmodi ſerpens tota effunderet venena. David non poteſt non eſſe pater. Filius namque aggreſſor vocatur, vel cùm non eſſet. *Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te Abſalom fili mi!* Ibid. cap. 18. 33. Vel illo mortuo, regnans in corde vivit affectio. In ſimili articulo ita exclamabat Apollo, apud Ovid. 10. *Metam.* fab. 5.

Valer. Maxim. *Quantus amor patris! Quanta ingratitudo filij!*

——*Videoque tuum mea crimina vulnus:*
Tu dolor es, facinuſque meum: mea dextra letho
Inſcribenda tuo eſt: ego ſum tibi funeris auctor.
Atque utinam pro te vitam, tecumque liceret
Reddere! quod quoniam fatali lege vetamur,
Semper eris mecum, memorique hærebis in ore.

Ovid.

Indignus profectò Abſalomus huiuſmodi imprecatione, ubi tot indigna concepit perfido pectore, iuſtitiâ in vindictam vigili. Quid & quòrsùm patris votum, ſi flagitium acuit obtuſum vindicis gladium? Pater parcit, læſus connivet.

At tu magne Pater Divum miſerere, tuoque
Inviſum hoc detrude caput ſub tartara telo.

Virgil. 9. *Ædenid.* v. 495.

4 Fecit ac perfecit iuſtum Numen, ut in tanto periculo Davidi redderet pacem: quod quidem videns David ac futura acriora prævidens (multiplicatis inimicis honore novæ factionis, quam ſequebatur abruptè univerſus Iſraël, ut ſub Principe illege, liceret vivere ſine iure (expulſus è throno èque ſancta civitate, effugium cogitans currit ac accurrit in divinum refugium, Dominum deprecans, à filio liberari; quia ſumma tribulatio premi ſub filio, ac hoſtem truculentum invenire, ſanguinem eius ſitientem, quem erga, ſeſe nonnumquàm oſtendit patrem. Unde dicit: *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte ſancto ſuo*: ideſt, Sion, in quo Arcam fœderis collocaverat. In prima periodo vocis exprimitur tenor: in ſecunda verò de cœlo dilapſus favor: quo ſtylo ſæpe uſus idem Pſaltes & tautologicè & palilogicè. Primo modo Pſalm. 26. 7. dicens: *Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te.* Pſalm. 65. 7. *Ad ipſum ore meo clamavi, & exaltavi ſub lingua mea*: Hebr. *Voce mea*, uti infrà videbimus. Utroque modo, Pſalm. 76. 2. & 141. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Deum & intendit mihi.* Cuncta in idem propoſitum; ſiquidem & ſignat cordolij tormentum, & à Deo collatum promptum auxilium. *In die anguſtiæ* ſubdit Caietan. hìc) *proponit duas combinationes: altera eſt. Voce mea ad Dominum clamavi:*

Florent prævi, pravo Principe.

Caietan.

al-

altera, Voce mea ad Deum & intendit mihi. Prima conſtat ex voce & clamore: ſecunda ex voce & exauditionis ſigno. Totum conſtat ex hiſtoria, loc. cit. 2. *Reg.*

5 Facilè expediemur ab huiuſmodi Pleonaſmi difficultate, qui grave nobis negotium faceſſeret; ni plura in argumentum ex profeſſo præmiſiſſemus, *Tom.3. T.3.* ad illud: *Oculi veſtri vident, quòd os meum loquatur ad vos*: & Tom.5. *Tautolog.6.* ad illud: *Loquens locutus ſum.* Vox diffinitur ab aliquibus Priſcis, *Aer tenuiſsimus ictus.* Ridenda. Digitus movetur, cuius motu aer percutitur, & non eſt audibilis. Dumtaxàt dicuntur soni, iuxta Lucret. 4. de *Rer. natur.* v. 528.

Lucret. *Quantum poſſunt impellere ſenſus.*

Plat. Sextus Empiricus vòcem cogitat rectè definiri, ut ſit proprium ſenſibile auditus: at reverà ſoni, non vocis definitio eſt. Plato apud Aulum Gell. *lib.11. cap.15.* ait: *Non enim percuſſus aër, ſed ipſa aëris percuſsio vox eſt.* Papæ! Sublime profectò acumen

Senec. & diſcrimen! Neutrum ſanè, quippe dumtaxàt accidens quoddam ex ictu aeris tenuiſſimi reſultans. *Quid enim eſt vox, niſi intenſio aëris* (ait Senec. 2. *Natural.qq.* cap.6.)

Quid proprié vox? *ut audiatur linguæ formata percuſſu?* Hoc totum ſonus non vox, quia vox propriè tantùm animalis eſt. Unde rectè diffinitur *Sonus animalis factà percuſsione aeris inſpirati, ab animæ per trachiarteriam emiſsi cum intentione ſeu imaginatione aliquid ſignificandi.* Ita Ariſtotel. 2. de *Anima* text.88. Galtruch. *Phyſic. particul.* Tract. 3. diſp.3. cap.4. & Pavon. p. 2. de *Definic. Iſagogic.* diſtinct.4. n. 1749. Inſtrumenta ergo vocis ſunt pulmo, lingua & palatus: finis verò expreſsio interiorum animæ paſsionum. Ijdèm ibid. & Andr. Veſal. lib. 7. de *Fabric. corporis human.* à cap.4. ex Galeno lib.7. de *Uſu part.* cap. 5. Multa ac ſpecioſa congerit Nicol. Nancell. 3. *Analog. Micr. ad Macr.* cap. 9.

6 Neceſſe & operæ duxi in delicationem præſentis Tautologiæ, ac affinium, ſtrictim regerere, quæ fusè aſtruxi *Tom.6. T.7. à n.13.* ut conſtet de qua voce præſens ſermo.

Quid Muſica? Vox eſt ſpecies ſoni. Sonus alius ſimplex, compoſitus alius; ubi ſimul in unum multi ſimplices coſiunt, qui dicitur ſonus Harmonicus, ſeu Muſicus ex gravi & acuto proportionaliter conſtans in aurium delicias. Nec ideo vox, niſi vulgò, dum ſignatur vox tubæ, citharæ, ſymphoniæ, fiſtulæ & ſambucæ; quippe ſonus tantùm, qui impropriè dicitur vox. Quare ſi aliquando vox, non tubæ vox, ſed hominis impulſa per tubam. Uterque ſonus dividitur in rectum & reflexum. Rectus fit ſine obice corporis curſum motus impedientis: reflexus oppoſito corpore virtute repercuſsionis, qua conficitur Echo, de qua Nancell. d. & Lucret. *lib.*5. Natal. Com. 9. *Mythолog.* cap.16. Plin. *lib.2. cap.*44. 36. *cap.*15. Ovid. 3. *Metamorph.* fab.5. & Auſon. *Epigram.*11. 97. *Edyl.*3. v.296. & *Epiſt.*12. v.23. Dividitur etiam ſonus in ſtridorem, murmur & vocem; ita ut vox ſit ab animato producta, quia vocem non habent inanima. Stridor ſonus aſper, murmur confuſus ſonus, & vox ſonus diſtinctè ſignificativus ſine horrore & confuſione. Plin. *lib.* 11. *cap.*51.

Quid ſonus & quotuplex?

7 Vox dividitur præut ſignificativa in vocem mutam, & vocem vocalem. Muta dicitur immutabilis, quæ ſine flexione aut reflexione ſemper eadem; ut videtur in vocibus irrationalium: barritu (exempli gratiâ) & latratu. Cuncta eundem modum ſervant procedendi & agendi, & affectiones ſignandi uno ſono, uno motu & una voce; quippe deſtinata ad quidam. Rationale animal, ut conſtet rationale, eſt aptum ad quidvis, diverſis linguis utitur, diversà voce, ſonis, motibuſque; quibus rerum ſimilitudines ad lubitum exprimit, ſicut formæ in pictura repræſentantur coloribus. Sic enim vox libera, articulata, propriè dicenda vox, ſpeculum verbi mentis, ſpecimen rationalis, logos, verbum, ſermo; dialectus, in ſignum rationis & iudicij. Rationis, quod commodum & incommodum: iudicij, quoad licitum & illicitum: igitur cùm ratio ad virtutem detur, homo inter animalia dumtaxàt capax virtutis. *Mira præterea ſunt de voce digna dictu. Vox in homine magnam vultus habet partem. Agnoſcimus eam priùs, quàm cernamus, non aliter quàm oculis: totidemque ſunt eæ, quot in rerum natura morſitas; hinc tot cantus & moduli, flexioneſque; ſed ante omnia explanatio animi, quæ nos diſtinxit à feris: inter ipſos quoque homines diſcrimen alterum æquè grande, quam à belluis fecit.* Hactenùs Plin. *lib.*11. *cap.*51. Alterum diſcrimen vel inter homines, quia per voces ſenſa communicantur, & rationales ſociabiles fiunt reciprocis verbis, in expreſsiones conceptuum à mente, quos audiens intelligit, & eiſdem ſignis ac inſtrumentis reſpondet. Euripid. in *Supplicib.* à v. 201. ſuccinit;

Qua vox muta & vox vocalis?

Plin.

Laudo

Laudo eum, qui nobis vitam à confusa & ferina.
Quisquis ille fuit Deus, discrevit,
Primum quidem indens mentem, deinde verò
Nunciam sermonis linguam, ut agnoscamus vocem. Euripid.

Solus ergo homo sermonis usu valet, quippequàm ratione pollet.

8 Patet ex his quàm dissonum rationi, asserere animalia irrationalia rationalia; illis tribuendo non solum sensum, sed præstantissimum; ac per consequens, cuilibet generi proprium idioma, quo explanatur mens per intelligibiles voces in animi signa. Ita blatterant, ut sua ingenia in deridiculis promant, Hieronym. Fabricius Aquapendens, de *Brutor. loquel.* cap. 12. Laurent. Valla 1. *Dialectic.* cap. 9. ex Ciceron. 2. de *Natur. Deor.* Platonem Chorodidascalum harum nugarum dictitant (eodem iure poterant Æsopum, qui plura in Apologis refert) quoniam dixisse fertur, ut scribit Euseb. 12. de *Præpar. Evangel. cap. 9. Quod regnante Saturno non homines modò cum hominibus, sed cum bestijs sermocinari poterant: & si quid ex illis valent cognoscere, interrogabant; & vicissim ab ipsis responsa accipiebant. Sermones secum & cum bestis conferebant, quales modò de ipsis narrantur.* Obesa prorsum AA. Minerva, qui nesciunt, vel nescire, ad occultam philosophiam fabularum involucra, delirantes affectant. Eodem modo in fulcrum alogiæ torquent, quod Homil. de *Paradis.* Basilius Magnus dicit metaphoricè, pro obedientia animalium sub ditione Adami: scilicèt: *Sunt illic variorum animantium spectacula: quæ omnia sunt mansueta, omnia eorundem morum; quæ omnia & audiunt inter se, & loquuntur sensatè.* Exempla plura in testimonium coacerbant. De Elephanto *lib.* 8. *cap.* 1. infit Plinius: *Animal proximum humanis sensibus, quippe intellectus illis sermonis patrij & imperiorum obedientia, officiorumque quæ didicere, memoria, amoris & gloriæ voluptas: imò verò (quæ etiam in homine rara) probitas, prudentia, æquitas, religio quoque.* Quanta fatuitas! Per 12. sequentia capita comminiscitur similia, ac mendacia singularia, quæ novis sequitur Maiol. *Tom.* 1. *colloq.* 7. Acosta æmulatur, obsequitur Ælianus, & alij eiusdem furfuris; quibus in palinodiam præcipiendum, huiusmodi quæstionem de ratione irrationalium cum brutis expedire, selectis prudentioribus in concilium, ut cervà Sertorij & Hannonis avibus. Quid ergo dicerent? Si bruta ratione pollent; rationales huiusmodi ratiocinio irrationales fiunt.

Animalia omninò muta. Basil.

Plin.

9 Respondent maiore commento: scilicèt, quia à nobis non intellecta, haud sequi, inter illos non esse idiomata, quorum vocibus mutuò explanetur animus & percipiantur intelligentiæ conceptus; sicut non verùm, homines carere linguis in mentis expressionem; quia non intelligimus, uti exoticum, idioma auribus peregrinum. Sermones enim avium & brutorum intellexit Adamus, quorum scientiam infusam etiam Salomoni astruunt Rabbini, de quo Lyran. & Abulens. in 3. *Reg.* 3. q. 11. Habuisse Prometheum, asserit Æschyl. in eo, v. 478. & nos, *Tom.* 3. *T.* 3. *D.* 3. *n.* 8. *Tom.* 4. *T.* 3. *n.* 17. risimus. Concedit etiam huiusmodi excellentiam Philostratus Apollonio Tyaneo, in eius vit. *lib.* 4. *cap.* 9. & alijs perfidus Porsirius lib. 3. de *Sacrific.* uti referunt Cœl. Rhodigin. *lib.* 17. *cap.* 13. & Reyes-Franco in *Elys. Camp.* quæst. 55. Quomodò ab his intellectum, quod non intelligibile, quia non intellectivum? Illi cognoverunt ex irrationalium vocibus, quod nos intelligimus. Ratione ergo carentes carent sermone; quippe sermo est rationis denunciatio & enunciatio. Moventur itaque ad operandum bruta non libero impulsu, sed necessario, expellente libertatem, & propriè excludente finem, in quem formaliter (ut ita dicam) non tendunt, quippe proportionem connexionis mediorum cum fine non cognoscunt; propendentque tantum in obiecta sine reflexione, allecta à naturali appetitu, quatenùs sibi commoda in sensuum oblectamen conducentia, materialitate intentionis, quin appetant finem sub ratione finis, quia determinata ad unum, ut suprà diximus. Quæ faciunt; faciunt instinctu: & dum singularia, vivaciore, extra communem generis vel speciei conditionem; igitur quæ ut mira in aliquibus proponuntur, contraria rationi & sermoni astruunt: equidem si singularia, generi non communia: quæ quidem functiones in cunctis reperirentur, si brutis communis esset ratio, atque per voces conceptuum mentis expressio. At de his consulesis Theologos in 1. 2. *D. Thom.* quæst. 1. & Philosophos in lib. 2. *Ethic.* Aristotel Vallesium de *Sacr. Philosoph.* cap. 55. Auctoris irrationalis intelligentiæ locuti sunt falsa, quod nequeunt bruta, quia non intellectiva: sub complexione enim intelligibilium sunt veritas & falsitas. Nolite delirijs, anilibus nugis fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. *Non potest esse perfectum naturæ bonum nisi in natura perfecta* (ait Senec

Quodnam discrimen inter horum voces & animalis rationalis.

Senec. *Epiſt.* 124.) *Nec illud nego, ad ea quæ videntur ſecundum naturam, magnos eſſe mutis animalibus impetus, & concitatos, ſed inordinatos: moventur ſecundum naturam ſuam. Nulli vitium eſt, niſi cui virtus poteſt eſſe. Muto animali erit aliqua virtus? Erit aliquid perfectum? Nec bonum abſolutè, nec virtus, nec perfectum. Hæc enim rationalibus ſolis contingunt, quibus datum eſt, ſcire quare, quatenus, quemadmodum. Ita bonum in nullo eſt, niſi in quo ratio.*

10 Homini & Angelo datur locutio, quoniam utpotè intellectivi, & libero arbitrio gaudentes, habent & ſuos velare conceptus, ne in mentis arcem perrumpere cuilibet fas ſit: & cùm volunt, arcana animi patefacere. Hæc enim eſt lingua Angelica. *Ex hoc verò quòd conceptus mentis Angelicæ* (ait D. Thom. 1. *p. q.* 107. *art.* 1.) *ordinatur ad manifeſtandum alteri per voluntatem ipſius Angeli; conceptus mentis unius Angeli innoteſcit alteri: & ſic loquitur unus Angelus alteri: nihil eſt enim aliud loqui ad alterum, quàm conceptum mentis alteri manifeſtare.* De idiomate & mutua loquentis & audientis intelligentia, conſulendi Scholaſtici DD. in loc. cit. D. Thom. Valentia, 1. *p. diſput* 8. quæſt. 4. punct. 2. Molina, ibid. *quæſt.* 106. art. 1. diſput. unic. concluſ. 2. Granado de *Angel.* Tract. 5. diſput. 4. ſect. 1. *Leſſius* de *Summ. bono*, lib. 2. cap. 10. num. 68. Theophil. Raynaud. *Theolog. natural.* diſtinct. 4. & Sherlog. 1. *Antiq. Hebr.* diſſert. 4. ſect. 12. Modus locutionis diverſus ferè à quolibet cogitatur: inter quos, ſicut in hominibus dantur ſigna corporea ad placitum ſignificantia; ad locutiones Angelicas cogitantur etiam ſpiritualia ſigna ad placitum arcanos Angelorum conceptus exprimentia. Indicare videtur Angelicus Magiſt. in illud Pauli: *Si linguis hominum loquar & Angelorum*, lect. 1. *Eſt enim* (infit) *in quolibet Angelo aliquid, quod naturaliter ab altero Angelo cognoſcitur: dum ergo id quod eſt naturaliter notum, proponitur ut ſignum eius, quod eſt ignotum; manifeſtatur occultum, & talis manifeſtatio dicitur locutio ad ſimilitudinem hominum, qui occulta cordium manifeſtant alijs per voces ſenſibiles, aut per quodcumque aliud corporale, exteriùs apparens. Unde & ea quæ ſunt in Angelis naturaliter nota, in quantum aſſumuntur ad manifeſtationem occultorum, dicuntur ſigna vel nutus: poteſtas autem manifeſtandi conceptum ſuum, hoc modo metaphoricè lingua nominatur.* Miror ab AA. hoc ſenſu abundantibus, propriè accipi; quod ab Angelico Magiſtro dicitur *Metaphoricè, & locutio ad ſimilitudinem hominum*: tunc enim Angelicum idioma non diceretur *Labium electum*, Sophon. 3. 9. *Lingua erudita*, Iſai. 50. 4. Hebr. *Lingua eruditionum.*

11 Haud facilè ſic, ſignum quòd ad unum, non eſſe ad reliquos Angelos: cuncti namque cognoſcerent quod loquens nolebat cognoſci niſi ab uno: igitur venirent in ignotum, per notum naturaliter in ſignum. Metaphoricà ibi de locutione Angelicà ac modo, exponit teſtimonium Pauli D. Thomas: propriè locutio fit, dum Angelus imprimit in audiente ſpeciem, vel aliquid novi ad ſpeciem pertinens, quod audienti ſuum actum repræſentet: igitur aliqua novitas fit tunc ſpeciebus eius, ad quem locutio dirigitur, ſpecie nova immutato Angelico intellectu à manifeſtante ſpeciem: intelligibile in actu natum eſt movere intellectum. Aſtruit D. Thom. loc. cit. 1. *p. ad* 3. unde elucet eius placitum. *Sicut ſenſus* (inquit) *movetur à ſenſibili, ita intellectus movetur ab intelligibili. Sicut ergo per ſignum ſenſibile excitatur ſenſus; ita per aliquam virtutem intelligibilem poteſt excitari mens Angeli ad attendendum.* Hæc locutio (per ordinationem conceptus) libera loquenti eſt, quin alius intelligat niſi cui loquitur; quia in illum & non in alium dirigit ſpeciem, & ſine ſpecie nequeunt immutari intellectus aliorum: impreſsio igitur ſpeciei ſufficit ut excitetur audiens Angelus, & occultus manifeſtetur conceptus; quod quidem ad locutionem neceſſarium. Ita Bonaventura *in* 2. *diſtinct.* 10. artic. 3 quæſtiunc. 1. Vide ſelectiſsima apud Eximium Doctor. 2. de *Angel.* à cap. 27. Liquet ſiccine cur Paulus ſignet linguas *hominum & Angelorum*, horumque ſint *labium electum*, *& lingua erudita*, ſeu mirabilis excellentiæ inter idiomata, diſcrimine ex modo locutionis hominis & Angeli: tùm quia Angelica locutio ſine medio fit: ſufficit enim ſpecies intelligibilis tàm in audiente, quam in loquente: ſenſibile tantum ſignum indiget medio: tùm quia in linguis hominum dumtaxàt cognoſcuntur actus per locutionem expreſsi, in lingua verò Angelorum actus oſtenduntur in ſeipſis.

12 An autem idioma Angelorum ſit labij unius, vel multiplicis, quia Paulus non dicit, *loqui linguâ*, ſed *linguis Angelorum*, iuxta Hierarchias diſcretis, vel iuxta ſpecies Angelicæ naturæ; diſputant nonnulli. Deus ſcit, ſciemuſque, dum eadem menſura homini, quæ eſt Angeli. Idem dicendum de lingua in æterna beatitudine, quippe *linguæ*

iuxta

D. Thom.

An Angeli loquantur?

Idem.

Soph. 3. 9. Iſai. 50. 4.

Idem.

Quomodo loquantur?

1. Cor. 13. 1.

Diſcrimen linguæ Angelicæ & humanæ.

iuxta Paulum, *ceſſabunt*: v. 8. Linguæ, non lingua, quia non ceſſabit ſenſibilis locutio, ſed diverſitas idiomatum. Aliquibus placuit futuram Hebræam, de qua mira dicunt Rabbini & Kircher. Tom. 2. *OEdip. Copt.* p. 1. Claſſ. 2. cap. 1. à diſquiſit. 2. Quo fulcro, ipſi viderint. Alijs arridet, ibi idioma ſingulare futurum omnibus, ſuaviſsimum, breviſsimum, ac clariſsimum; quod vocat Propheta, ut vidimus *Labium electum*, in qualibet voce mirificum. *Una erit omnium lingua*: inquit Bernard. *Meditat.* cap. 4. n. 2. Alij econtrà aſtruunt Deum omnium linguis glorificandum in cœlis iuxta illud Iſai. 45. 23. & Rom. 14. 11. *Mihi curvabitur omne genu, & iurabit omnis lingua.* Vid. Salmer. hìc. Omnis lingua confitebitur Numen, & Chriſtum Dominum noſtrum in gloria eſſe Dei Patris. Alludit in cogitationem Martialis *Spectacul.* Epigram. 3.

An Angelorum enultiplex, & quæ hominibus in patria? Bernard.

Vox diverſa ſonat: populorum eſt vox tamen una
Cum verus patriæ dicerîs eſſe pater.

Martial.

13 Vox homini data eſt, ut rationis promat verba, & intelligenti communicet mentis arcana: quapropter loquela dicitur rationalis vita. Inſpiravit Deus in hominem ſpiraculum vitæ, *& factus eſt homo in animam viventem*: Geneſ. 2. 8. Chald. *In animam loquentem*: igitur per ſigna vocis, videbatur eſſe rationalis. Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 4. *n.* 22. *Id itaque unum bonum eſt in homine, quod unum hominis eſt*: ait Stoicus, *Epiſt.* 76. Illi unico datum eſt, cogitationes præut voluerit abſcondere, & revelare per voces, ſigna conceptionum animi. Quare vox interdùm accipitur pro illo cuius eſt vox. Apocal. 1. 12. *Converſus ſum, ut viderem vocem, quæ loquebatur mecum*: ideſt, loquentis mecum, ut dicitur in Ezechiel. cap. 2. *Audivi vocem loquentis.* Marian. *Vocem loquentem.* Aptiùs per Hypalagen: *Voce loquentem*; quippe verba non ad intima cordis, ſed dumtaxàt illo tunc dirigebantur ad aures, ſignis humanis, ideſt verbis, quibus humana locutio. Qua de cauſa dicitur *Voce loquens*, ut voce poſsit intelligere Propheta loquentis prolata mentis arcana. Apud Ethnicos, niſi viſio eſſet cœleſtium, nulla iudicabatur entitas vocum: unde apud Plutarch. in *Coriolan.* invenitur Umbras & dæmones non poſſe voces edere, ſed tantùm ſonum. Senec. in *Troad.* verſ. 188. *Irati ſonus*, non voces. *Vocem incertam, ſonitumque materialem* (ſubdit Kircher. d. *Claſſ.* 3. *cap.* 9.) *Quem poëſis ſtridorem nominat. Sicut enim animarum in cœlos aſcendentium organa vocem emittunt harmonicam, & concinnum decentemque motum habere videntur; ita illarum quæ ſub terram deſcendunt, ſonus ſtridori ſimilis eſt, appetitioni tantùm & imaginationi dedita vita ſpeciem repræſentans.* Hinc ſacer Vates audit voce loquentem expreſsè, ideſt verba: in quo ſenſu ſæpe vocis acceptio. *Sonet vox tua in auribus meis*: Cantic. 2. 14. & 5. 2. *Vox dilecti mei pulſantis*: haud pro murmure horriſono, ideſt, tonitruo, Pſalm. 28. 3. *Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit*: ſic de alijs acceptionibus, de quibus nihil in præſentiarum.

Vox pro cuius eſt.

Ezech. 2. *Hypalage.*

Kircher.

Quænam Manuũ vox

14 Vox humana ſignat mentis conceptus, ſed modus vocis affectus animæ pro qualitate expreſsionis; quippe non ſolùm vocis entitas ſed modus loquax: proiectio enim animi exprimitur vocis fractæ remiſsione, quaſi informis, & invalida ad munus: iracundia conſtat ex vocis aſperitate, benevolentia dulcedine; ita ut tot ſignis obijciatur vocum modus, quot in pectore variantur affectus. Vox acuta quantitate & qualitate promitur ex inopinato articulo, vel potito pridem concepto voto, cordolio irruente, vel gaudio, tranſeunte ſono ſignificativo in ſonorem, graviorem atque vehementiorem ſonum, qui dicitur clamor, ſeu vociferatio, quia vox elata, ut attentionem magis conciliet audientium. *Extenſionem aëris* infit Seneca, 2. *Natur. qq.* cap. 6.) *oſtendent tibi inflata, nec ad ictum cedentia. Oſtendent voces, quæ remiſſæ elataque ſunt, præut aër ſe concitavit. Hoc quid eſt aliud, quàm intenſio ſpiritus, ſine qua nihil validum, & contra quam nihil eſt?* Sic clamor, quia vox intenſior & cum impetu maior. *Clamore oppreſſerat*: ait Cicer. 6. in *Verrem.* Tacit. 1. *Annal.* cap. 26. *Druſus clamore turbatus.* Virgil. 2. *Æneid.* v. 679. & Statius 1. *Achileid.* v. 653.

Quid ſit in voce clamor?

Seneca.

Talia vociferans, gemitu tectum omne replebat.
Illa quidem clamore nemus, montemque replevit.

Virgil. Stat.

Sil. Italic. 1. de *Bell. Punic.* v. 380. *Magno clamore vocantem, voce inſuper urget.* Idem in ſacris, Marc. 15. 37. *Emiſsâ voce magnâ.* Hebr. 5. 7. *Cum clamore valido.* Ion. 2. 3. *Clamavi de tribulatione.* Alia ſanè obvia. Ita ex victoria plauſus & clamor, ut *Io triumphe.* Ovid. de *Art.* v. 1. & Virgil. 5. v. 227.

Tum verò ingeminat clamor, cunctique ſequentem
Inſtigant ſtudijs, reſonat clamoribus æther.

Virgil.

15 Sic de Chriſto prædicat Evangelicus Vates victâ morte ac belli principe, inferni conculcatione: *Sicut vir prælíator ſuſcitabit zelum: vociferabitur & clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur.* Maluend. *Taratantarizabit* (& adinſtar elephantis) *barriet.* Sumitur ex duobus verbis unum pro ſuperlativo, vel adverbio. Ibid. v. 14. *Diſſipabo & abſorbebo ſimul*: hoc eſt, radicitùs diſsipabo, vel extremà diſsipatione conteram. Pſalm. 64. 10. *Viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.* Nimirùm, viſitaſti magnoperè, & multipliciter donis locupletaſti. Ioan. 11. 34. *Veni & vide*: q. d. citò videbis, vel citò venias. Plutarch. in *Scipion.* utitur idiotiſmo. *Receſsit fugiens*: ſcilicèt, velociter receſsit. Haud aliter exultant victores captà prædà, quando dividunt ſpolla: diciturque de triumphante: *Vociferabitur & clamabit*, pro exceſſu plauſus, ut homines victum ac proſtratum videant, quem invincibilem ſuis viribus iudicabant. *Acerrimè proclamabit, vehementer vociferabitur*: Forer. ſumpto verbo pro adverbio in maiorem effectus vel affectus amplitudinem. Multifariàm in eadem materia ſtylus Ethnicorum. *Voce vociferante.* Homer. 12. *Iliad.* v. 439. Idem Orph. in *Argon.* v. 555. Sophocl. in *Philoct.* v. 219. *Clamat ſonantem clamorem.* Euripid. in Bacch. v. 159. *Clamore & vociferatione.* Denique Virgil. d. lib. 9. v. 596.

Verbum pro adverbio & ſuperlativo.

Iſai. 42. 13.

Virgil.

Vociferans, tumiduſque novo præcordia regno,
Ibat & ingenti ſeſe clamore ferebat.

16 Cùm ad clamorem neceſſaria ſit vox; in genuinam expoſitionem principalis Tautologiæ erit operæpretium, dicere quare exprimitur ſuppoſitum. Sufficere videbatur *Clamavi*, quin oſtenderetur *Voce*. Quoties additur in periodis neceſſarium inſtrumentum vel ſuppoſitum, non ſolùm actionis explanatur entitas ſed functionis qualitas. Unde dum dicitur à Davide: *Voce mea ad Dominum clamavi*, non ſolùm intelligenda eſt intenſiſsima tribulatio ac vehementia acerbitatis; ſed modus expreſsionis, uſurpato tò *Voce* pro adverbio: q. d. Vehementer, fortiter clamavi: igitur clamor ex voce vehementi, ſicuti vox ex urgente dolore. Haud alio ſenſu apud Homer. 24. *Odyſſ.* v. 530. *Minerva clamaſſet voce.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 506. *Manes ter voce vocavi.* Ubi La-Zerda n. 3. *Pleönaſmus non eſt, ſed ſignat modum vocis.* Unde lib. 5. v. 860. & Ovid. 7. *Metamorph.* fabul. 25. & Martial. *lib.* 10. *Epigram.* 5. *Voce beatos, clamitetque felices*: expreſsà vocis entitate & conditione, ubi non ſolùm angorem latentem in pectore dixit, ſed clamore dixit, quaſi ferre non potens preſſuram ob cruciaminum vehementiam; vel auxilium implorans, ut ab audientibus inuſitatam vocem, ſuppetiæ adhiberentur in afflictionis ſolamen. Homer. ibid. v. 536. *Deà voce vociferante.* Virgil. d. lib. 6. v. 607. *Intonat ore.* Sic ergo David utrumque declarat, & Deum in adiutorium implorat, vehementer afflictus ob vulnus pectoris, cuius morſum oſtendit gravem in clamore vocis. *Invocavi Conditorem voce lamentabili*: accinit Crucius hìc. Hinc alibi dicit: *Ad ipſum ore meo clamavi.* Non ſolùm corde, ſed voce, quæ exprimit conceptus animi, ac in præſenti articulo intenſionem afflictionis, & deſideria libertatis.

Geminatio pro adverbio

La-Zerd.

Expoſit. prima.

Crucius.

Pſalm. 65.

Virgil.

Fudiſſet preces, Divoſque in vota vocaſſet.

Ut canit Virgil. ibid. *lib.* 5. v. 234. Clamor ergo tametſi ex voce, ſimul cum illa profertur; ut conſtet in intimè vulnerato, novitate cladis incogitatæ perculſo, ex voce expreſsio doloris, in clamore modus expreſsionis dolentis.

17 Clamans ex acri acerbitate ſæpe quaſi extra ſe vel per ſuſpiria vel per interiectiones, cruciamen explicat: v. g. *Ah, Heu, Ha, Hei*; ſi ſecum: alijs autem per *Hoi, Hui, Væ, Oh, Proh.* & O. Non per voces articulatas, quia dolor ſuffocat voces. *Vox excidit ore.* Virgil. d. v. 686. & Ovid. 3. de *Pont.* Eleg. 6. v. 47.

Ovid.

Sed pavor attonito rationis ademerat uſum.

Quaſi rationalem expectorat, ubi præ nimio dolore anguſtia mentem præoccupat. Clamor tunc, ſed tantùm clamor, ideſt vox inarticulata, index doloris, cæterùm non vulneris, ut Electra apud Euripid. v. 129. *Iò, Eheu*, O! & apud Sophocl. v. 834. *Heu, heu, heu!* In ſacris per ululatum, ac manuum impoſitionem ſuper caput patefit dolor acerbus ex accepta iniuria, quæ præ pondere ſubtiliùs explicatur ſignis, quàm verbis. De temerata Thamar dicitur 2. Reg. 13. 19. *Aſpergens cinerem capiti ſuo, ſciſſa talari tunicâ, impoſitiſque manibus ſuper caput ſuum, ibat ingrediens & clamans.* Naturale ſignum doloris ſummè pungentis, videmus oculis uſquequaquè; cuius meminit Euripides in *Helen.* à v. 375.

Cur dolor maximus per interiectiones exprimitur?

Euripid.

Vocem vocem reſonantem edidit, & ululavit,
Capitique manus impoſuit.

Signum

Signum naturale dixi impositionem super capita manuum, haud quia irritum votum, vel desideranti exitu contrario adversum (quapropter Nostrates dicunt: *Volviò con las manos en la cabeza*: de quo Nos egimus, *Tom.5.T.2.à n.* 12.) sed quia fulcro manuum stabili capite, vox in lamentum fortior ac vehementior. Qua metaphorà, quia in concupiscentias suas & idola vehebatur Iuda, dixit Dominus (pro Pœnas Iues) *Manus tuæ erunt super caput tuum.* Ideſt, exulcerata ululabis. Hispanicè, vividè: *Tu chillaràs: los gritos diràn el golpe.* Maluend. *Complicatis manibus super caput tuum luctu gravissimo.* Haud voce dices intimum vulnus, sed vocibus; quod expressiùs declaratur; ubi vocibus ululatus, & nequaquàm voce exprimitur: etenim cùm vox articulata signet rationem dictantem, voceſque inarticulatæ voces tantùm ob dolorem; prudentia punctis præcordijs aufugiet, quia ratio præ acerbitate perturbata, invertit, deformat, non format verba. David longè ab huiusmodi expresione animi, vel tantà premente tribulatione. Præ vehementià clamabat, ad Dominum sospitem clamabat, sed non vocibus, sed voce: igitur quantumvis grave tormentum, voce vota cordis supplex dirigebat ad Dominum.

Ierem.2. 37. Maluend. *Secunda expositio.*

Hæc ipse suo tristi cum corde volutat,
Et sic ore precatur.

18 Haud pleonasmus clamor cum voce (qui sine voce non fit) sicut in profano præcedenti testimonio *Ore precatur*: equidem David corde clamabat, ut videbimus; sed ex intimo dolore etiam in verba erupit, queis & accursum in Deum, & causam intùs prementem comitibus ostendebat. Hinc clamor cum expresione necessaria vocis quid sonat emphaticum. Clamor in Deum intimè, vox ad homines extimè; ita ut perspicuò pateret pondus afflictionis per cruciamen, ubi internus affectus foràs erumpebat in vocem. *Vocavi voce Deos*: subdit idem *lib.* 4. v. 680. Non solùm Numen in auxilium invocavit, sed ærumnam alijs audientibus voce exposuit: qua quidem omnes intelligerent, quàm arctè cordolia Principem fugientem premerent. Haud huic vel illi dixit David cordis vulnus, omnibus profectò nudavit pectus, & mentis conceptum voce deprompsit. Dicere voce, est utique loqui clarè, & cunctis loqui. *Sapientia voce locuta*: Alcim.Avit.lib.1.*Genes.* v. 51. Ideſt, omnibus dixit, ut audirent omnes. *Voce vocantem.*Virgil.6.*Æneid.*v.246.& *lib.*12.v.483. & 638. Tibull. 1. *Eleg.* 2. 7. *Voce vocet.*Ovid.7. *Metam.* fab. 3. & Martial. *lib.* 8. *Epigram.* 8. ex quo Pier. Valerian. *Poëmat.* 50. *Te voce salutant.* Quod verò uni ex circunstantibus dicitur, non audientibus cæteris;voce sanè dicitur, sed non dicitur dici voce; quia ab omnibus non auditur. Frequens tàm in sacris quàm in Ethnicis modus elucet loquendi.*Vocavit Mariam sororem suam silentio, dicens.* Ioann. 11. 28. hoc est, illà solà vocem percipiente, cuius verba instillavit in aurem. Psalm. 64. 2. *Te decet hymnus Deus*: Maluend. *Silentium.* 3.Reg.19.12.*Sibilus auræ tenuis.* Hebr. *Vox silentij*: igitur tantùm audiebatur ab illo, cuius Dominus auriculam revelaverat. Hinc Gloriosus Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 52. *Oret non in clamosa voce.* Chrysolog, serm. 97. *Non clamore vocis*: nimirùm, ut non audiant alij; uti Ovid.dicit, 4.*Trist.* Eleg. 3. v. 16. *Tu tibi refer ore.* Iurè ni fallor, vox sine voce dicitur; quia vox non audita (vel si audita, non intellecta) quasi nulla. Homer.15.*Odyss.*v.385. *Silentio nunc audi.* Claudian. Panegyr. Malij, v. 89. *Dixitque tacendo.* Sunt verba silentiosa, quia ceu sine voce, etsi verba. Virgil. 5. *Æneid.*v.860. *Socios nequicquam voce vocantem.* Phrasim imitatus Ovid. 10. *Metam.* fab. 1. *Nequicquam voce vocatur.* Secùs Regius Psaltes in tanta tribulatione: etenim cùm cor doleret, corde dumtaxàt dolorem non tulit, sed voce, ita ut omnes audirent protulit. Non obstat quòd loqueretur Dominum, clamans præ punctione vulnerum: igitur verbis clamabat ad Dominum, & per vocem cunctis orationem audientibus innotuit, quòd ad Dominum, ut protegeret in gravi angustia, clamaret: imò laudans invocasset Dominum, ut ab inimicis fieret salvus, & auspicem nominibus plausibilibus extolleret; maximè cum à filio perfido cogitaret angustiam, peccati & scandali iustissimam pœnam.

Virgil.6. *Æneid.*v. 685.

Tertia expositio.

Ioann.11. 28.

S.Benedict

Vox non intellecta, nulla.

Leniter ex merito quicquid patiare, ferendum.

19 Haud novum vocem usurpari pro nomine. Exod. 5. 2. *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius? Nescio Dominum.* Eccli.17.11. *Honorem vocis audierunt*: hoc est, nominis. Mar. Victor exponens illud Genes. 3. 9. *Vocavit Dominus Adam, & dixit ei: Ubi es?* metricè *lib.*1.v.456. exponit: *Voce voce vocans*: pro *nomine vocans.* Exod. 33. 12. *Novi te ex nomine.* Hebr. *Novi te ex voce.* Nec mirùm, per Anthropopatos, aut

Ovid.*Epist.* 5.v.7.

Somatopœia

So-

Somatopœiam; cum dicatur, v. præced. *Loquebatur Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum.* Virgil. 6. Æneid. v. 247. *Voce vocans:* explicatque præfatam acceptionem, *lib.* 4. v. 674. dicens: *Morientem nomine clamat:* & *lib.* 12. v. 759. *Nomine quemque vocans.* Hoc enim ſenſu, David clamabat tribulatus ad Dominum, illum demulcens, nomenque eius reverenter regerens, ut viſcera miſericordiæ demonſtraret, cùm cor contritum & humiliatum numquàm deſpexiſſet; uti clamavit Moyſes, Exod. 34. 6. *Dominator, Domine Deus, miſericors & clemens, patiens & multæ miſerationis ac verax.* Hoc eſt invocare Dominum in nomine Domini. Quo intelligitur illud: *Ad illum ore meo clamavi*, & aliæ Tautologiæ num. 4. Unde dum paralogicè clamorem vel vocem iterat, ut *Voce meâ ad Dominum clamavi, voce meâ, &c.* inſtantiam orationis exponit, vel pectus dolens in vota libertatis. Virgil. vividè lib. 2. d. à v. 768.

Vox pro Nomine.
Quarta expoſitio.
Pſalm. 65. 17.
Virgil.

Auſus quin etiam voces iactare per umbram
Implevi clamore vias, mœſtuſque Creuſam
Nequicquam ingeminans, iterumque, iterùmque vocavi.

20 Priuſquàm ad alia tranſeamus, cogitandum eſt quod de Davide dicitur fugiente in huiuſmodi articulo, 2. Reg. 15. 30. *Porrò aſcendebat clivum olivarum ſcandens & flens, nudis pedibus incedens, & operto capite.* De aſcenſione aſcenſus, diximus ſuo loco, *Tom.* 4. *T.* 6. *n.* 8. Operto capite procedere, eſt ſilentiosè viam carpere. Quomodò ſiccine clamavit voce? An quia flevit? *Exaudivit Dominus vocem fletus mei.* Pſalm. 6. 9. Habent enim & lachrymæ clamorem: *Clamor meus* (Vatabl. *fletus meus*) *in conſpectu eius introivit in aures eius.* Pſalm. 17. 7. Quid fletus, dum cordis deſiderantis auditur ſonus? Pſalm. 9. diviſ. v. 17. *Deſiderium pauperum* (pro *afflictorum*, ut ſæpeſæpiùs in Bibl.) *exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Nihil dixerat in afflictione Iſmaël, & *exaudivit Deus vocem pueri*, qui lachrymis clamabat. Ita ergo ſuſtulit amaritudinem ex filij perſecutione David, & quod primò ſilentiosè ſubijt, poſt videns populum plorantem flevit; tuncque fletu, vivaci voce ad Dominum clamavit: intùs enim perculſus animus inuſitato angore, in voces lachrymarum erupit, priùs corde præ vulnere intra viſcera clamante: igitur priùs ex dolore cordis ſenſus, quàm lachrymarum in ſignum amaritudinis motus. Cor namque ictum dabit voci ſuæ vocem virtutis: etenim vox lachrymarum ex clamore cordis. *Quid clamas ad me?* dicit Dominus Moyſi, cùm nihil ore protulerit. Exod. 14. 15. *Clamavit cor meum ad Dominum.* Thren. 2. 18. *Exclamavit voce magna Suſanna.* Ambroſius in *Pſalm.* 37. v. 15. infit: *Quid cùm vocem emiſerit? Accuſabatur & tacebat; intra ſe tamen loquebatur Deo, qui eam magis audivit tacentem.* Lucan. 9. *Pharſal.* v. 574.

Quinta expoſitio.
Vox pro fletu.
Geneſ. 21. 17.
Lachrymæ clamant.
Ambroſ.
Lucan.

——— *Nec vocibus ullis*
Numen eget.

Tibi dixit cor meum (dicit qui miſer calamitate curvatus) *exaudi vocem meam, qua clamavi ad te.* Vox patet & clamoſa ſine voce; igitur cor dolens clamat in ſilentio propter vulnus, & ex tacito cordis dolore vocem habet etiam fletus. *Tacitè loquamur, intùs clamemus*: ait Clement. Alexandr. 7. *Stromat.* cap. 4. Non vocibus ullis Numen eget; ſed homo in levamen utitur queis valet vocibus, ut inclinet iratum & flectat vel punientem in auxilium. Unde David additâ clamori voce, ob mordicantem penuriam, ſignat præter linguam, linguarum rationalis differentiam: quandoquidem auditur à Domino clamor cordium, & etiam vox lachrymarum. Sic enim dicit in clamore *Voce mea*, intimo cordis affectu, quin noteſceret per labia. Hæc vox duplex ab illo Pſalm. 20. 3. dicitur *voluntas labiorum*, atque *cordis deſiderium.*

Pſalm. 26. à 7.
Cle. Alexandr.

21 Hoccine modo exprimi ſolet oratio mentalis, geminatâ actione pro intenſione & intentione orantis. 3. Reg. 9. 3. *Exaudivi orationem, & deprecationem, quam deprecatus es coram me.* 2. Paralipom. 6. 21. *Exaudires orationem quam ſervus tuus orat.* Denique de Elia dicitur; *Oratione oravit.* Quod videtur idem propoſitum, omninò ſtudioſus Idiotiſmorum Hebræorum inveniet diverſum; quia aliud eſt in actione actionem exprimere, aliud ſupponere: ſcilicèt, aliud eſt, *orationem orare*; & aliud, *orare oratione.* Exempla plurima obiecta in *Prolog. Galeat.* §. 4. à *num.* 9. ubi genuina ac varia teſtimoniorum expoſitio. Alia ergo in præſentiarùm pro huiuſmodi phraſi, atque cum eodem verbo verbalium nominum per caſus atque caſus differentiâ. Dum oratio orationem exprimit, votum ſignat, & gratiam actione ſperat; ad quod inſtat Apoſtolus dicens: *Petitiones veſtræ innoteſcant apud Deum*: hoc eſt, exponite per orationem quod

Iacob. 5. 17.
Philipp. 4. 6.

vul-

vultis, & vobis est opus, ut à Domino impetrandum; quia oratio est elevatio mentis in Deum cum spe gratiarum, tamquàm interpres desiderij orantis, iuxta illud Davidicum Psalm. 36. 5. *Revela Domino viam tuam, & spera in eo, & ipse faciet.* Quapropter *orationem orat, petitionem petit* (ut est apud Danielem) sumptâ actione orantis pro obiecto orationis; quia elevans mentem in Deum, auxilium exposcit; indigentiamque corditùs repræsentat. Socrates, 5. *Histor. bipart.* inquit: *Oratione orandum.* Utitur Plautus stylo simili in *Captiv.* Act. 2. scen. 1. v. 47. dicens: *Nunc te oro per precem.*

Actio pro obiectio actionis. Daniel. 6. 7. Socrat.

22 Aliter ergo exponendum, dum oratio in orante supponitur, nimirum *Orare oratione*; quippe tunc nomen delicatur per adverbium: sensusque periodi est, *Oravit ritè & rectè.* Circunstantias perfectæ orationis refert Paulus loc. cit. ubi: *In omni oratione & obsecratione, cum gratiarum actione, orationes vestræ.* Idem 1. Tim. 2. 1. *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones.* Plura pro distinctione harum vocum videsis apud Salmer. Alapid. hic & Suar. Tom. 2. de *Religion.* lib. 2. cap. 3. & *lib. 3. cap.* 2. DD. Scholastic. cum D. Thom. 2. 2. *quæst.* 83. art. 17. Hunc sequens Gaietan. in præfatum Pauli testimonium, astruit per *Orationes* deberi intelligi in Deum elevationem mentis: per *Obsecrationes* preces ad vota concepta impetranda: per *postulationes*, intercessiones pro reconciliatione animi largitoris, fortè offensi: demùmque *Gratiarum actiones*, quod sonat; idest, grates pro acceptis beneficijs. Pia sanè cuncta, sed mihi videntur voluntaria; quippequàm indifferenter invenientur in Scriptura. Quare huiusmodi voces per adverbia explanantur perspicuiùs in propositum Pauli, ut oratio tàm vocalis, quàm mentalis ritè fiat: hoc est, reverenter, humiliter, fervidè, devotè, ac gratè; ut docet ipse Angelic. Magist. d. *art.* 15. & Psalm. 3. & 26. Unde pro *Oratione oravit*, legit Alapid. *Ferventer oravit.* Lorinus, *Attentè, intentè, fiducialiter.* Sic Plaut. in *Milit.* Act. 3. scen. 3. v. 68. inquit: *Meditemur cogitate.* Quia Elias perfectè oravit, postulans, ne plueret super terram; non pluit: & rursùm oravit, & cœlum dedit pluviam, & terra dedit fructum suum. Ita ergo Christus promisit: *Dico vobis: omnia quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & evenient vobis. Orantes* dicit, quippe ni oratio fiat ritè, non erit oratio, ut docet Suarius, quò dudùm.

Nomen pr. adverbio. 1. Tim. 2. 1.

Quodnam discrimen, inter orationem orare, & orare orationes. Marc. 11. 24.

23 Hæc oratione impetravit Elias, sicut David liberari à filij vexatione, à facie inimici & persequentis: *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo.* Dei c licet gratia ac pietate, haud orationis virtute vel astrorum opportuna constellatione, herbarum, florumque efficacitate; ut delirarunt hæreticorum, Ethnicorumque nonnuli. Alchindus, seu Alandus, ut refert Eymericus in *Director. Inquisit.* p. 2. quæst. 4. astruxit, preces Deo effusas efficaces ex opere operato esse ad removendum quodcumque malum: quodvis consequendum bonum: non quod propter orationem Deus nobi. bona largiatur; sed quia naturaliter ex ipsis verbis, & affectu, quo in vota Deum deprecamur, derivantur quidam radij potentes naturaliter in ea quæ optamus. Idem *Error.* 10. asserit de quolibet sacrificio, quippe naturaliter habet potestatem in offerentis desiderium, ut consequatur votum. Ultrà Enthusiasmici, Euchitæ, seu Messaliani hæretici processerum; astruentes, solam orationem sufficere ad delenda peccata, calcanda dæmonia, futura prævidere ac prædicere, corpus ab omni passione ac concupiscentia liberare, Spiritum Sanctum visibiliter advenire; & alijs pijs operibus prætermissis, etiam baptismate, vitam æternam efficaciter consequi. Vide Castrum *Adverss. Hæres.* lib. 11. litter. O. Prateol. 1. de *Sect. & dogmat.* lit. A. & Annat. in *Theolog. positiv.* lib. 7. Perpropriè hi dicti *Enthusiastæ*, seu *Fanatici*: siquidem solummodò qui extra se, quibant asserere quæ tantum amentium cogitationes, videntes quæ non videbant, sicut somniantes.

Psalm. 3.

Verba orationis non habent efficaciam ex opere operato.

24 Albumasar in Astrologia insignis, sed in iudicijs audax & temerarius, astruit in *Maior. introductor. in Astronom.* titul. *Sada*, quòd siquis Iovis capite existente in medio cœli, aliquid petat à Deo, necessario impetraturum. Conciliator huius infatuati Auctoris, ut præberet authoritatem delirio, asserit in tali cœli configuratione à Deo scientiam exorasse, ac plenissimè obtinuisse. Papæ! gratulemur de inventione. Nescio quis à quo suxit errorem. Præfatus Alandus inter cætera deliramenta inquit: *Corpora cœlestia & dispositiones eorum, in quibus incipimus aliquit operari, dirigunt operationes nostras à principio usque ad finem per tantum & per totum: ita quod ista constellatio sol. m, in qua & sub qua opus incipitur, quantuncumque opus sit voluntarium dominatur*

Nec ex Astrorum configuratione. Aland.

tur à principio uſque ad finem. Totum omninò magicum, ut fusè refert Delr. 2. *Diſq. Magic.* à quæſt. 2. De roſæ virtute in cogitatione Indorum ad conciliandam Principum gratiam, ut votis benignè reſpondeant; diximus in *Ephemer.* 21. *Mart.* n. 13. ex Pier. Valer. *lib.* 55. *cap.* 8. De Verbenaca quid non fictum? Videſis Kircher. in *Magia hieroglyph.* cap. 2, & Iul. Cæſar. Bulenger. lib. 2. *Adverſ. Magos,* à cap. 16. & Plin. *lib.* 25. *cap.* 9. Sat in iudicium ſuperſtitionis, ſuperſtitioris iudicium. *Magi utique* (inquit) *circa hanc inſaniunt: hac peruncTos interpretari quæ velint, febres abigere, amicitias conciliare, nullique morbo non mederi.*

Superſtitiones Ethnicorum in herbis.

Plin.

Petron.

Tantum dicta valent.

Exclamat Petronius, *Carm.* 29. ſi ritè fiant: at citra ordinem, dum optant habere aſtris inſpectis gratiam, incidunt in miſerabilem pœnam; ut contigit Tullo Hoſtilio, qui cùm oratione trahere conaretur Iovem è cœlo; quia non ritè facta deprecatio (ut obſervant Livius *lib.* 1. *ſect.* 104. Plin. *lib.* 28. *cap.* 2. refert. Rodigin. *lib.* 18. cap. 14. noſque in Prolog. galeat. *Ephem.* §. 8. n. 15.) ab ipſo Iove afflatus eſt. *Fulmine ictus cum tota domo conflagravit. Singulari fati ſortem* (inſit Valer. Maxim. lib. 9. cap. 12. n. 1.) *qua accidit, ut columen urbis, in ipſa urbe raptum, ne ſupremo quidem faneris honore à civibus decorari poſſet; cœleſti flamma in eam conditionem redactum, ut eoſdem penates & regiam & rogum & ſepulchrum haberet.* Hinc velato capite ſacra à Romanis fiebant, ut obſervat Stuck de *Sacrific. Gentil.* cap. 101. Natal. Com. 1. *Mytholog.* cap. 10. Plaut. in *Curcul.* Act. 3. ſcen. 1. v. 19. & Virgil. 3. *Æneid.* à v. 405. ubi:

Quam potens dæmon, antequam Chriſtus veniret.

Vale. Max.

Virgil.

Purpureo velare comas adopertus amictu;
Ne qua inter ſanctos ignes in honore Deorum
Hoſtilis facies occurrat, & omina turbet.

Vide dicta *Tom.* 3 T. 5. n. 7. & Sueton. in *Vitell.* cap. 2. Quare, ne dum conabantur obſecrationibus ad ſe trahere Deos, omine adverſo oſcitanter delinquerent, & ſimul iram excitarent; Artemiſiâ ornobant capita: de qua Plin. d. *cap.* 10. ſubdit: *Artemiſiam quoque ſecum habentibus, negant Magi nocere mala medicamenta, beſtiamve ullam, ne Solem quidem.*

Plin.

25 Huiuſmodi deliramenta ſine confutatione prætermittenda uti talia, dæmonis fallaciâ inducta; & cætera ut Magica omnino ſuperſtitioſa, ut fictum de annulis Moyſis & Salomonis, de quibus Comeſt. cap. 6. in *Exod.* & Cauſin. *lib.* 11. *cap* 67. Perperàm ſuadent, præfata bona ac felicitates hiſce obſervationibus obtineri: dum illi prædicatis felicitatibus vacui: fanaticique verè ſine cerebro, dum arbitrabantur tot mira ſequi, ac oratione conſequi, in cœlis eſſe, à ſeipſis à diabolo diſiungi; dum arctiùs erant ſub poteſtate diaboli. Idem dicimus de oratione ſtudioſa Alandi, quæ quidem ex opere operato non influit, dum ille per illam bonis expoſitis caruit: felixque quibat eſſe efficacitate precum, ſi non à Deo ſed in verbis eſſet optentio votorum. Hæterodoxa ſanè doctrina, cùm per orationem conceſſa, oriantur à Dei faventis miſericordia. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: revela Domino viam tuam, ſpera in eo, & ipſe faciet: ſubditus eſto Domino, & ora eum.* Pſal. 36. à 4. & 65. 20. *Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.* Ex miſericordia enim Dei oritur, quicquid per orationem à ſupplice in afflictione obtinetur. Ioann. 16. 23. dicit aſſeclis Aſſertor N. *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Si in nomine filij & non aliter à Patre conceditur luminum; gratia profectò nequicquàm ex vi verborum, quibus extorquetur tracto Iove in vota de cœlo, quod quidem ve Senec. in *Moralib.* ridet. *Elicera Iovem* (inquit) *de cœlo, quod rudis antiquitas credebat, attrahi Lunam, imbres ac fulmina cantu, rursùmque repelli, &c. quorum nihil poſſe fieri, tam eſt palàm; ut huius rei cauſa nullius Philoſophi ſchola ſit adeunda.*

Gratiâ oratione petita, tantùm à Deo.

Senec.

26 Certum eſt orationem ex ſe quatenùs petitio eſt habere aptitudinem ad impetrationem votorum: quæ aptitudo dici poteſt diſpoſitiva doni, non cauſativa; quia non habet ex ſe infallibiliter effectum, inducens neceſſitatem in elargiente, ut poſtulata concedat; ſed tantùm *ut homines poſtulando mereantur accipere, quod eis Deus omnipotens ante ſæcula diſpoſuit donare*: ut ex Gregorio dicit D. Thom. ubi ſup. *art.* 2. Ut ergo efficaciam ad optata habeat oratio, neceſſaria eſt divina promiſsio: quæ quidem nullo modo eſt abſoluta, ſed tantum conditionata; igitur ſæpe petimus, quod an expediat, vel non, omninò neſcimus. *De manſione namque huius ſæculi nobis aliquando ſubrepit* (inſit Auguſt. Tract. 81. in *Ioann.*) *ut hoc petamus, quod nobis non expediret neſci-*

Greg. Mag

Auguſtin.

neſcimus : ſed abſit ut fiat nobis , ſi manemus in Chriſto , qui non facit , quando petimus , niſi quod expedit nobis. Hinc oratio debet habere virtutem merendi , ut habeat vim impetrandi : equidem Iacobus cap. 4. 3. dicit : *Petitis , & non accipitis , eò quòd malè petatis.* Impetravit itaque David in infeſtatione filij rebellis per orationem , quicquid erat in cordolij dulce levamen. *Voce mea* (inquit) *ad Dominum clamavi , & exaudivit me de monte ſancto ſuo.* Non voce à Domino gratiam extorſit ; ſed Deus per orationem voce expreſſam liberationem conceſsit : equidem non intendit voci orationis , quaſi vox gauderet aliqua efficacitate ; ſed orationi vocis , diſpoſitivè pro virtute merendi. Unde cùm dicit , Pſalm. 5. 3. *Intende voci deprecationis meæ , Rex meus , & Deus meus* ; Hendiadys eſt , q. d. *Deprecationi vocali.* Virgil. *Æneid.* v. 454.

Ut oratio ſit impetrativa debet eſſe meritoria.

Sexta expoſitio.

Pſalm. 3. 5.

Quin adeas vatem precibuſque oracula poſcas,
Ipſa canat , vocemque volens atque ora reſolvat.

Virgil.

Ideſt, vocem oris. Eſt impetratio ex oratione vocali, aut ex orationis efficaci voce; quod vel Ethnici ſuperſtitionibus immerſi cognoverunt , Deo tribuentes elargitionem gratiarum ; ac nequaquàm infabilitati vocum. Homer. 24. *Illiad.* v. 200.

Priamus pecatus eſt : bonum enim , Iovi
Manus elevare , ſi fortè miſerebitur,

Homer.

Ovid.

Menander in *Ity* , inquit : *Præcis iuſtæ exauditur Deus.* Ovid. 1. de *Art.* v. 448.

Fectitur iratus voce rogante Deus.

Martial. lib. 8. *Epigr.* 32. *Et Dominum mundi flectere vota valent.* Sic enim Dominus orationem exaudit , monens, ne oratio fiat in peccato, quia opponit nubem ſibi , ne oratio tranſeat. Canit Paulin. Conſularis , Epiſt. 2. ad *Auſon.* a v. 15.

Paulin.

Qua non miſſa Deo vacuis in nubibus hærent,
Nec penetrant ſuperi ſtellantem Regis in aulam.

27 Iuxta Angelic. Doctor. in *Epiſt. ad Rom.* 8. lect. 3. clamor orationis non eſt in voce , ſed in corde. Curigitur David (inquires) dicit & *Voce* , & *Clamavi* ? Idiotiſmus Hebraicus eſt , quaſi duæ voces cordis & oris in ſignum orationis mentalis & vocalis: illa , dum ad Deum animam levavit tacitè , ut liberaretur à tanta perſecutione : hæc, pro gratiarum actione in monte Sion , unde venit auxilium , ut ibi in pſalmis & canticis audiret vocem laudis , & enarraret univerſa mirabilia , & quanta fecerit eius animæ catenatis laboribus afflictæ ; quia ſecundum multitudinem dolorum in corde , ita conſolationes in refrigerium animæ. Innuit Textus Hebr. & Caietan. *Voce mea ad Dominum clamabo.* Clamavit corde in preſſura: exaudituſque concipit vota pro beneficio , ut gratus voce quoque reddat Domino in Sanctuario. Non novum in Scriptura iſtiuſcemodi ſtylus. *Date nomini eius magnificentiam , & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum , in canticis labiorum & citharis.* Voce cordis in Deum , qui dicitur clamor: voce labiorum , ut per cantica cognoſcant audientes gratitudinem pectoris. Homer. 22. *Odyſſ.* v. 345. *Cantorem* (ait) *qui Dijs & hominibus canit.* Dijs , corde , ut exaudiant preces; hominibus , ut conſtent gratiarum actiones. Vox ferè in Scriptura accipitur pro cuius eſt vox , ut dixi , *num.* 13. vel pro termino , cui iungitur. Teſtimonijs parco, quippe obvia & innumera. Quare ſicut *Verbum* interdùm ſignificat præcepta (Exod. 34. 1. & 27. *Scribam ſuprr eas verba,* & Deuter. 4. 13. *Decem verba*: hoc eſt, præcepta) ita *Vox verborum* præceptum dicitur : ibid. v. 12. *Vocem verborum eius audiſtis* : quod quidem & quare vox dicitur ſignat Doctor Gentium. *Non enim acceſsiſtis ad tractabilem montem, & accenſibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ ſonum, & vocem verborum* : ideſt , præceptorum Decalogi , qui promulgatus horriſonè, voce tubæ adinſtar, cuius ſtrepitu, ac nubium fragore valdè timuerunt. *Exod.* 19. In hac enim acceptione , expreſſo ſuppoſito ex uſu linguæ, dicit David, Pſalm. 16. 4. *Propter verba labiorum tuorum* (præceptorum) *ego cuſtodivi vias duras.*

Quid in oratione clamor, ex vox?

Eccli. 32. 20.

Expoſitio ſeptima.

Verbum pro præcepto.

Hebr. 12. 19.

Legum ſcilicèt memor tuarum:

Crucius.

Succinit hic Crucius. In his ergo & alijs teſtimonijs non ſonus aliquis ſignatur per vocem , ſed tantùm rei expreſsio per vocem facta , quæ metonymicè dicitur vox.

Metonymia.

28 Vox propriè præter ſonum verborum , de quo egimus , ſignat tenorem vocis, vel differentiam modulorum in muſica. *Vocem, quam audivi , ſicut citharœdorum citharizantium in citharis ſuis.* Apocal. 14. 2. Mantuan. *Eclog.* 9. v. 76. *Voce canebam.* Virgil. *Eclog.* 5. v. 48. *Voce magiſtrum.* Vox inter Hebræos diſtinctam habet ſignificationem in plurali, quàm in ſingulari. Sic ſignat colloquium. Unde illud Sponſi ad Amaſiam : *Sonet vox tua in auribus meis : vox enim tua dulcis.* Maluend. *Accede ad me conver-*

Vox pro Muſica.

Cantic. 2. 14.

Diſcrimen eius pluralis & ſingularis.

verſare mecum, confabulare. In plurali verò ſignificat modos muſicæ: qua de cauſa, ibid. cap. 8. 13. ubi: *Amici auſcultant, fac me audire vocem tuam*; legit Hebr. *Voces tuas*: ideſt, cantando oſtendere dexteritatem tuam in modulis vocis ad vocum diſcrimen, & aurium ſuaviſsimum oblectamen: uti de Philomela dicit Euripid. in *Rheſ.* v. 548. *Multiplici voce laſcinia.* Plin. *lib.* 10. cap. 29. deſcribit graphice. *In illa perfecta muſicæ ſcientia modulatus editur ſonus, & nunc continuo ſpiritu trahitur in longum, nunc variatur inſtexo, nunc diſtinguitur conciſo, copulatur intorto, promittitur revocato, revocatur inopinato, interdum, & ſecum ipſe murmurat, plenus, gravis, acutus: ubi ſibi viſum eſt, vibrans, ſummus, medius, imus: breviterque omnia tam parvulis in faucibus, quæ tot exquiſitis tibiarum tormentis ars hominum excogitavit.* Phile, de *Animal. propriet.* Carm. 17. accinit:

Plin.

Unde varietas modulorum in muſica?

Phile.

Eructat Ædon ore carminum dulces modos
Verſalitem nam cantuum nectit ſonum
Fratraſque tillationes fabricat
Peritia artis ſingulari muſices.

Audire deſiderat Sponſus adſtantibus amicis à dilecta modos muſices, cuius vox ſuavis, an habeat ſcientiam vocis. Ad rem Bion Smyrnæus in *Syringe.*

Bion.

Suaviter canas voce puella
Pulchrè vocali, voce inviſibili.

Exergaſiæ cum epitaſi.

Cuncta quæ videntur tàm in ſacris, quàm in profanis pleonaſmica, propter dialectos orientalium exergaſicè adduntur vel in expreſsionem animi, vel exhibitionem argumenti.

Eccli. 50. 20.

29 Modò exponitur proclivè illud Siracidis in Levitis in dedicatione templi; *Pſallentes in vocibus ſuis.* Hoc eſt, Cantores in vocibus ſuis: quo patet vocem in plurali numero indicare in ſono muſicem & non vocis entitatem. Quo intuitu de Davide cap. 47. 11. inquit: *Stare fecit cantores contra altare, & in ſono eorum dulces fecit modos.* Sic à Rege laus quotidiana inſtituta per Cantores, in dedicatione templi amplior dexteritas modulaminis, *pſallentes in vocibus ſuis*: haud quia tunc voce nec ſoni muſicæ, nec ſonus loquelæ; ſed quia voces in pſallentibus ſignant harmoniam, modos muſicos ob ſolemnitatem & lætitiam. *Audivi vocem Angelorum multorum in circuiti throni.* Apocal. 5. 11. Hinc ſenſus teſtimonij eſt; Levitæ non ſolùm laudarunt Deum, ſed melodicè & numericè. *Pſallentes in vocibus ſuis, & in magna domo auctus eſt ſonus, ſuavitatis plenus.* In templo quos fornicibus conſtabat, dulcedo & ſuavitas ampliſsima, repercuſsà voce medulà, & echo reciprocatà. *Multiplici ſono carminum modi dulces fuere.* Vatabl. *Tunc* (dicitur) *exclamaverunt filij Aaron, in tubis productibilibus ſonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo: & amplificaverunt pſallentes in vocibus ſuis.* Additur *Vocibus ſuis*, propter differentiam inſtrumentorum muſicæ; quia ſonus fit ore, flatu & manu. Complectitur David Pſalm. 56. à 8. *Cantabo & pſalmum dicam: exurge gloria mea* (ideſt, *lingua*, ut Pſalm. 29. 13. *Ut cantet tibi gloria mea*) *exurge pſalterium & cithara.* Ore ſignatur linguà, flatu pſalterio, manu citharà; ex quibus omnis univerſalis ad modulamen harmonia. Sic igitur in dedicatione templi per Cantores auditus multiplex ſonus.

Voces pro inſtrumentis muſicis.

Vers. 18.

Gloria pro lingua.

30 In præfatis teſtimonijs vidimus ſuppoſita neceſſaria expreſſa ex uſu idiomatum Hebraici & Græci: nimirùm, in voce labiorum, verborum, cantici, loquentis, clamoris, &c. Similiter invenitur idiotiſmus, dum exprimitur inſtrumentum in loquelam neceſſarium; veluti cùm dicit Paulus: *Qui loquitur linguà.* In huiuſmodi periodo poterat quis cogitare quod diximus de voce in ſingulari ac plurali; ita ut aliud ſit loqui linguà, & aliud linguis loqui. *Cœperunt loqui varijs linguis:* Actor. 2. 4. Maximè cùm loquela fiat ſine lingua multis modis. *Digito loquitur*: Proverb. 6. 13. de huiuſmodi ſignis conſulesis Iſidor. 1. *Etymolog.* cap. 16. Hieronym. *Epiſt.* 4. Bernard. de *Gradib.* Superb. cap. 1. & Eraſm. *Chil.* 1. *Centur.* 8. n. 34. & 35. & 2. *Centur.* 4. n. 68. Idem in *Apophth. Chilon.* inquit: *Euphron erat choreæ genus, quo graves hiſtoriæ citra vocem ſolo corporis geſtu ſic repræſentabantur, ut ſpectatores plus intelligerent ex ſaltatione quàm ſiquis recitaſſet.* Sueton. in *Neron.* cap. 39. *Hiſtrio* (inquit) *in cantico quodam geſtu ita demonſtraverat, ut bibentem natantemque faceret; exitum Claudij Agrippinæque ſignificans.* Caſiodor. 1. *Var. Epiſt.* 20. *Ore clauſo, manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante linguà, aut ſcripturæ textu poſsit cognoſci.* Claudian. ubi ſupr. v. 309.

1. Cor. 14. 8.

Prov. 6. 13.

Quid Euphron? Eraſm.

Varij modi loquendi ſine lingua.

Nec

Nec molles egeãnt noſtra dulcedine ludi
Qui latis riſum ſalibus movíſſe facetus,
Qui nutu manibuſque loquax. Claudian.

Idem 2. in *Eutrop.* v. 362. *Quis voci digitos aptet.* Manil. 5. *Aſtron.* v. 311. *Et quodcumque manu loquitur.* Auſon. *Epigram.* 138. *Signat cuncta manu, loquitur Polyhymnia geſtu.* Petron. in *Fragm.* Carm. 3. *Manu puer loquaci.* Martial. *lib. 6. Epigr.* 19. *Voce ſonas manuque totâ.* Ovid. 6. *Metam.* fab. 7. *Pro voce manus fuit.* Denique Cyprianus de *Spectacul.* inquit: *Loqui digitis elaborat, ingratus artifici qui linguam dedit.* Cyprian.

Eſtò (ne ex auctoritate efformaretur pleonaſmus) ſufficeret varietas inſtrumentorum loquentis, quaſi non eſſet ſermo in lingua eius; *Loqui linguâ*, idem eſt, ac loqui linguis, quippe uſurpatur pro idiomate peregrino: ut illud de Ioſeph, *Pſalm.* 80. 5. *Linguam, quam non noverat, audivit.* Idem. *Ierem.* 5. 15. & *Ezech.* 3. 4. Confert Paulus præfato capite gratias gratis datas, inter quas magnificabant Corinthij donum linguarum, uti maximum chariſmatum: econtrà Paulus linguis præfert prophetiam, qua ædificantur audientes. Qui loquitur linguis, licèt alta cogitet non intelligitur: à prophetante vaticinium exponitur, & ſpiritus datur ad utilitatem. Unde ſubdit, verſ. 4. *Qui loquitur linguâ, ſemetipſum ædificat: qui autem prophetat, Eccleſiam ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare*, &c. Ex quo teſtimonio elucet, loqui linguis, & linguâ loqui idem eſſe: confirmantque Verſiones Arabica & Æthiopica. In alijs acceptionibus latè egimus, *Tom.* 3. *T.* 3. *à n.* 15. & de loquela labij, à num. 9. *Lingua pro idiomate peregrino.*

31 Iungit utrumque Evangelicus Vates. *In loquela enim labij, & (pro Ideſt) alterâ lingua loquetur ad populum.* Locus ſanè difficilis, ſed DD. expoſitionibus inextricabiliorem inveni. Brevì promam, quid ſentiam. Solicitabat Dominus ingenitâ benignitate corda filiorum Iſraël, ſed gratijs continuis minimè attraxit; quippe proniora in dæmonum ſimulacra, quàm in Numinis munifici beneficia. Vel offenſus Dominus favere cupiebat ingratis, ac per Prophetas in cordium converſionem ſtuduit minis. Ridebant Hebræi audientes labiorum crepitu, oris ridiculo motu, vultus geſtu, digitorum eloquio, cubitorum pulſatu, oculorum nutu, atque pedis pruritu, varijs modis locutionis tacitæ in ludibrium, deſpectum oraculorum. *Locuti ſunt labijs, & moverunt caput.* Pſalm. 21. 9. Excanduit Propheta impudentiâ atque fronte perfrictâ, ductuſque zelo, dicit: *In loquela enim labij, & linguâ alterâ* (Deus) *loquetur ad populum iſtum.* Ceſſabunt verba, cùm ventum fuerit ad verbera. Audient captivi à Chaldeis linguam peregrinam, experientur dominationem inſolenter tyrannicam; tuncque videbunt, quàm amarum, reliquiſſe Dominum. Dicit opportunè Euripides in *Supplicib.* verſ. 748. Iſai. 28. 11 Et *pro* Ideſt *Lingua alitus pro tranſitu gratiarum in ſupplicia.*

Cùm poſſitis oratione declinare malas
Cade, non verbis moleſtias amolimini.

Hoc ſtylo uſus eſt Paulus erga Galatas, qui receſſerant ab Evangelio, & quos inſenſatos vocat. *Vellem mutare vocem meam, quoniam confundor in vobis.* Hiſpanicè: *Mudar eſtilo: hablar de otro modo.* Qui rationales tranſeunt in beſtiarum conditionem, fuſtibus ſunt regendi, ſtimulis agitandi. Vernaculè: *A eſtos fugetos à palos.* Hieronymus, hìc favit cogitationi. *Cùm abuterentur* (inquit) *Dei patientiâ, qui differt iram, ut præbeat miſericordiam; ſolebant ex perſona prophetarum ludentes dicere: Expecta pauliſper: expecta modicùm. Dei ſermonibus non credebant: ſtatimque infert Propheta: Nequaquàm vobis Deus his verbis loquetur; ut præcipiat quid agere debeatis, ſed loquetur vobis in furore potenti.* At quid inde? Verba ad mortuos. *In alijs linguis* (exponit Doctor Gentium) *& labijs alijs loquar populo huic; & nec ſic exaudient me dicit Dominus.* Hæc loquela labij improbis duræ cervicis, ac pravi cordis, muta ſcilicèt lingua, & ligna prompta. Accinit Crucius in *Pſalm.* 35. Galat. 4. 20 Hieronym. 1. Cor. 14. 21.

Terga cum pudore vertant
Qui nocere cogitant:
Et ruente ponè vindex
Defatiget Angelus. Cruc.

32 In complementum Tautologiæ delicandum, quid ſit vox Hebræa *Selah*, iuxta Hieronym. *Sela*, ter repetita in hoc Pſalmo; ſicut in alijs vox *In finem.* Utrumque pro eodem accipit Doctor Maximus, *Epiſt.* 138. aſtruitque ex Theodotione, Aquila, Symmacho, Septuaginta & Origene. *Ubi lingua Hebræa Sela habet, Græca Semper,* Hieronym.

aut aliquid iſtiuſmodi, In ſempiternum, In finem. Plerique Hebræorum ac Orthodoxorum PP. non litteralem, ſed allegoricam, aut anagogicam expoſitionem aſtruunt; ſumpto *In finem* pro ſæculi conſummatione, ac iuſtis conferenda beatitudine: vel fine cunctorum Chriſto Domino, per quem hominibus libertas, & ſumma felicitas. Auguſtin. in *Pſalm.* 4. Unde Felix Pratenſis legit: *Danti æternitatem, effundenti ſanguinem, cruentato, ſanguinolento, triumphatori Chriſto.* Optimè quidem in præfato ſenſu, at alia omninò expoſitio in litterali: quandoquidem pro *In finem*, in Hebr. legitur *Victori*: & ne in æquivoco laboretur, ſignatur ibid. & alijs in Pſalmis (pro *In finem in carminibus*) *Vincenti in modulationibus, in pulſationibus, muſicis, concentibus, conſonantijs, pulſatilibus inſtrumentis*: Maluend. Quo ſanè conſtat, ſi Pſalmus dicatus *In finem*, quod idem eſt ac *Victori*; victorem nil aliud eſſe, quàm archichorum, muſicæ præfectum, præcentorem, præſulem muſices, archimuſicum (Noſtrates: *Maeſtro de Capilla*) qui 1. Paralip. 15. 27. dicitur *Princeps prophetiæ*: Ideſt, Cantorum, ut dixi, *Tom. 6. T.* 5. 21. & patet Habac. 3. 19. ubi: *Et ſuper excelſa deducet me victor* (Archimuſicus) *in pſalmis canentem.* Unde intelligitur quod ſæpe invenitur in titulis Pſalmorum, *In finem ipſi Idithum*: ideſt, pſalmus, quem cecinit ipſe princeps Cantorum qui vocabatur Idithum: ſicut cùm dicitur: *Pſalmus ipſi David*: nimirùm, quem non dedit Cantoribus, ſed ipſe cecinit: etenim de illo dicitur, *Egregius pſaltes Iſraël.* 2. Reg. 23. 1. Similiter dum Pſalmus ſignatur *pro filijs Core, Aſaph, & Eman*; qui fuerunt ex Levitis Cantores, & filijs eorum deſtinatum muſicum miniſterium. *David & Magiſtratus exercitus ſegregaverunt in miniſterium filios Aſaph, & Heman, & Idithum; qui prophetarent in citharis, & pſalterijs & cymbalis ſecundum numerum ſuum, dedicato ſibi officio ſervientes.* 1. Paral. 25. 1.

Quid in Scriptura vox, In finem?

Quid in muſica, Victor

33 Quorum eſſet officium canticorum in templo præfatis teſtimonijs elucet. Dicendum modò de metro, & inſtrumentis ad cantica ſecundum metra, ſeu verſus menſuras, ut clareant plurimæ in titulis inſcriptiones Pſalmorum. Auguſt. quò dudùm, inquit: *Utrum autem omne canticum pſalmus ſit, an potius omnis pſalmus canticum; an ſint quædam cantica, quæ non poſſint dici pſalmi, & quidam pſalmi, qui non poſſint dici cantica; quæri poteſt: ſed animadvertenda Scripturæ ſunt; ne fortè canticum lætitiam indicet: pſalmi autem dicantur, qui cantantur ad pſalterium.* Eruditè (uti cætera, quæſtionem diſſolvit Alph. Mendoza in *Quodlibet.* quæſt. 3. expoſitiv. quem videris, §. 9.) nominat tam tonos, quàm inſtrumenta muſica Hebraica. Titulus pſalmi 9. in Hebr. apud Maluend. eſt: *Præfecto cantorum Lyricum carmen David.* Heroicè decantaſſe conſtat ex titulo Pſalm. 31. 1. 51. 1. 141. 1. ubi: *Ipſi David intellectus.* Maluend. *Davidis carmen Heroicum*: Græcè *Epos, carmen exametron, divinarum rerum, & heroicarum humanarumque comprehenſio*: ait Lambin. in illud Horat. 1. *Satyr.* 10. v. 43. *Fortè Epos acer, ut nemo, Varius ducit.* Martial. lib. 12. *Epigr.* 96. *Scribebam Epos.* Ideſt, Heroicum carmen: quo quidem ſimul exponuntur alij Pſalmorum tituli. 41. 1. *Intellectus pro filijs Core*: Idem 43. 1. 44. 1. *Intellectus Aſaph.* 73. 1. 77. 1. & 87. 1. 88. 1. *Intellectus Eman Ezrahitæ*: hoc eſt metrum Heroicum carminis, decantandi per filios Core, Aſaph, & Eman, de quo 1. *Paralip.* 15. à 16. Similiter de muſicis inſtrumentis cogitandum, ſine quorum intelligentia, ut obſervat Genebr. in Ptalm. *Scioli ad hiſtoriam omnia contorquent, atque ex ieiunis & ſterilibus titulis univerſam ſententiam exhauriunt. Pſalmorum inſcriptiones ſæpe difficiliores, quia ferè ad muſicam antiquam nobis adhuc ignotam pertineant, ſintque tamquàm pſalmorum claves ad modulum cantui præſcribendum. Declarant modos, ſive tonos & concentum illius muſicæ, vel inſtrumenta, ad quæ eſſent decantandi.* Ergo exemplis aſtruendum.

Auguſtin.

Quid Intêl lectus?

Genebr.

34 Pſalm. 6. 1. 11. 1. dicitur: *In finem in carminibus, Pſalmus David pro octava.* Ideſt, in octavo tono, qui intenſiſsimus in muſica, & in inſtrumento octo chordarum, ſive octichord. Hebr. *Neghinoth.* Pſalm. 9. 1. 45. 1. *In finem pro occultis filij, Pſalmus David. In finem filijs Core pro arcanis. Occulta & Arcana* erat inſtrumentum muſicum, Hebr. *Almuth.* quo tenor exercebatur vocis inter ſonum acutum & gravem: ſicut *Cantica graduum* à Pſalm. 119. Hebr. *Maghaloth*, quod ſonat *Aſcenſiones*; quia gradibus, ideſt, diſtinctis varijſque modulis vocis decantabantur. Pſalm. 30. 1. dicitur, *Pſalmus David pro exſtaſi*: inſtrumento ſcilicèt muſico, quod dicebatur *Exceſſus mentis*, præ excellentia modulaminis, atque dulcedine vocis. Pſalm. 44. 1. 59. 1. 68. 1. *In finem pro his qui commutabuntur filij Core ad intellectum*: Hoc eſt, præfecto muſicæ ex filijs Core carmen exametron, decantandum inſtrumento, quod dicitur

Inſtrumenta muſica inter Hebræos.

Commutatio, Hebr. *Soſannim*: ideſt, *ſuper lilia*: à ſenario cordarum numero, *Lilia* dictum inſtrumentum; quia lilium ſex folijs vernat. Idem dum dicitur *Super Roſas*: notat hic Maluenda. *Nomen muſicorum inſtrumentorum, quæ Schoſchannim: ideſt, lilia, vel roſæ.* Pſalm. 8. 1. 83. 1. *In finem pro torcularibus*: harmonico ſcilicèt inſtrumento, in figuram torcularis, dicto Hebr. *Haghithith.* Pſalm. 55. 1. *In finem pro populo, qui à ſanctis longè factus eſt*: ſcilicèt, concentus ex inſtrumento, dicto *Columba muta*: Hebr. *Ionath-Elem.* Nos, *Muſica de ecos.* Pſalm. 21. 1. *In finem pro ſuſceptione matutina*: nempè, Canticum Davidis decantatum inſtrumento dicto *Suſceptio matutina, matutina cerva*, ſeu *Cerva Auroræ, & matutina ſtella.* Hebr. *Haſchſchar.* Pſalm. 99. 1. *In confeſsione.* Hebr. *Todah*, putà *Confeſsio*, quod dicebatur ſacrificium pro gratiarum actione, de quo *Levit.* 7. 12. Pſalm. 15. 1. *Tituli inſcriptio ipſi Davidi* Hebr. *Michtham, Davidi.* Ubi Maluend. *Inſtrumentum muſicum ſuaviter reſonans, inſculptum aureis ealaturis.* Denique Pſalm. 52. 1. *In finem pro Maeleth intelligentiæ David.* In titulis alijs vertit Vulgatus in Latinas voces Hebræas (de quo infrà à *n.* 36.) modò in inſtrumento relinquit originariam *Maeleth*, ideſt, *infirmitatem*: inſtrumentum funebre excavatum & perforatum ad pneuma. Unde ſenſus tituli eſt, Præcentori datum cancioni heroicum carmen Davidis modulandum ad voces inſtrumenti funebris. Videſis fusè Genebr. Lorin. Maluend. Reuclin. Eugubin. Præfat. in *Pſalm.* & in *Prolog.* Valent. *Tract.* 1. *cap.* 3. demùmque Hieronym. Præfat. in *Iob.* Ab Hebræis ſumpſerunt Ethnici ſignare inſtrumenta muſica in ſuis ſpectaculis, ut obſervat Cyprian. d. Frequenter in fronte Comœdiarum Terentij præfigitur, *Ludis Megalenſibus, modos fecit N. tibijs paribus, dextris & ſiniſtris. Tibijs duabus dextris. Tibijs imparibus duabus dextris. Tibijs Sarranis.* Negotium multis faceſsit, quid iſthæ tibiæ? In varias cogitationes declinarunt; ac in faciem moris quaſi per indicem aliquid proferam. Tibiæ in functionibus Theatralibus erant Dextræ, Siniſtræ, Sarranæ & Thrygiæ, ſeu Troianæ; quæ quidem etiam dicebantur Barbaræ. Tibia dextra erat ſoni acuti, ſiniſtra gravis. Sarrana dicebatur cuius caverna æqualibus foraminibus conſtabat dextrorsùm & ſiniſtrorsùm: Phrygia econtrà, unde Tò *Tibijs paribus & imparibus*: ideſt, Phrygijs, vel Sarranis. Si abundantiora deſiderantur, conſulendi Iul. Cæſar Scaliger lib. 1. *Poët.* cap. 20. Ald. Manut. de *Quæſitis per Epiſt.* lib. 3. *Epiſt.* 4. Marc. Varro, 1. *de Re ruſt.* cap. 2. Dalecamp. in *Plin.* lib. 16. cap. 36. Roſin. lib. 5. *Rom. Antiq.* cap. 11. & Servium in 9. *Æneid.* Virgil. v. 617. cum Bernart. in 6. *Thebaid.* Statij, v. 120. Hic tibiarum apparatus, cùm florebat imperium: olim utebantur Romani tibiâ ſimplici. Horatius de *Arte*, à v. 202. ſuccinit:

Maluend.

Quid tibia pares, impares, dextræ, ſiniſtræ, ſarranæ & Phrygiæ.

> *Tibia, non ut nunc, orichalco vincta, tubæque*
> *Æmula, ſed tenuis ſimplexque foramine pauco*
> *Adſpirare, & adeſſe choris erat utilis, atque*
> *Nondum ſpiſſa nimis complere ſedilia flatu.*
> *Poſtquàm cœpit agros extendere victor & urbem*
> *Acceſsit numeriſque modiſque licentia maior.*

Horat.

35 Quid ſanè reſtat explicandum de intervallo aut ſuſpenſione modulorum in ampliorem aviditatem atque ſatietatem aurium, ad quod itaque deſerviebat ſignum *Selah*: ideſt, ſilentium vel quies in canticis interpoſita, quæ dicitur *Diapſalma*, ſicut *Sympſalma*, copulatio vocum. Rabbini ad metri canticum pertinere vocem, ſine diſcrimine aſtruunt; ita ut tantùm ſignum ſuſpenſionis ſit, & non vox ſignificativa, niſi in indicem interpunctorum pausà ſtudioſa. Alij ex illis dicunt ſignare mutationem metri in eodem carmine, uti videmus in Epodis Horatij, & in pleriſque Odarum: de quo fusè Levin. Torrent. *Od.* 1. *Epod.* v. 1. Alij mutationem cantus diverſis vocibus elevatis aut ſubmiſsis: Iſidor. lib. 3. *Origin.* cap. 20. infit: *Diaſtema eſt vocis ſpatium ex duobus, vel pluribus ſonis aptatum. Dieſis, ſpatia quædam & deductiones modulandi, at vergendi de uno in alterum ſonum.* Alia videris apud Hieronym. loc. cit. Mihi arridet cantus tantùm directionem eſſe, vel Rhythmicam diſtinctionem, quod nos habemus ſigno duplicis puncti, ut ſuſpenſio vocis & ſpiritus notetur: quapropter rectè *Selah*, Græcè dicitur *Diapſalma*. Adi Caramuel. in *Rhymic.* Huius cogitationis ratio eſt, quia hoc ſignum *Selah* numquàm invenitur in principio pſalmorum vel canticorum; ſed in medio & fine: in initio non eſſet intervallum, nec ſilentium ſtudioſum: ſed ſilentium. Deinde, quia ſicut ut vidimus, ſignatur quis canticum confecit, quis intonuit, quibus inſtrumentis; reſtabat ſciendum, quis modus eſſet in cantu tàm erga voces acutas, & graves, quàm

Quid in muſicâ Selah?

Iſidor.

quàm ergà ſuſpenſionem in modulamine vocis. Quænam voces, & quales & quòtæ, videris apud Genebrard. in Pſalm. 136. 5.

36 Inveniet lector ex dictis voces Hebræas frequentiùs verti à Vulgato in Latinas; & interdùm remanere in proprio ac originario idiomate, ut ex *Pſalm.* 52. vidimus n. 34. quod ſi in cunctis feciſſet, cognoſceremus planè eſſe inſtrumenta muſica per nomina Hebræa: at in multis teſtimonijs explicationem, ſeu ſignificatum nominis pro nomine ſtatuit; unde ſcioli, quin ſe cognoſcant, ineptiunt. Notat Hieronym. *Manſion.* 9. Epiſt. 127. ad Fabiol. inquit: *Miror quoſdam eruditos & Eccleſiaſticos viros ea voluiſſe transferre, quæ in Hebraico non habentur: & de malè interpretatis fictas explanationes quærere: & exinde tropologiam proſequuntur.* Hinc ſæpe æquivoca, quæ à neſciente arrepta depravant cogitationem, quia ſcrutari renuit, aut non valet linguam originalem. Ad rem Delrius in *Medeam Senecæ*, v. 923. adverſus Sophiſtam inquit: *Glaucen Creontis filiæ nomen proprium, Nocluam reddidit; tam rectè quàm ſi quis pro Philippo vel Demoſthene, Equorum amatorem, vel Populi robur interpretaretur; cùm propria hominum, familiarum vel locorum nomina quacumque linguâ retineri, nec in aliam per interpretationem transfundi debeant: ut ſi ego me Delrium dicam, non malè; ſi Fluminenum, planè ridiculè factarus, videar.* Eadem fulminat in Laurent. Vallam Hermolaus Barbarus lib. 4. cap. 5. *Annotat. in Plin.* eò quòd pro promontorio *Ichthyn*, verterit *Piſcem*; quia Græcè Piſcis *Ichthys*. Quare non elegans interpretatio, ſi verbum verbo ubique redditur; *Cùm in nulla verſione multum laudis meretur* (ait Iodoc. Velaræus in *Traduction. Q. Calabr.*) *tunc præcipuè ſi Græca in Latinum transfundas.* Hieronym. *Epiſt.* 101. *Numquid hæc in verbis? An non decorem magis & elegantiam in translatione conſervant, quàm veritatem interpretationis?* Modum oſtendit Senec. de *Conſolat. ad Polyb.* cap. 30. *Sic enim illa ex alia lingua in aliam tranſtuliſti (ut quod difficillimum erat) omnes virtutes in alienam orationem ſecutæ ſint.* Si Verſio his conditionibus ad unguem, quare (inquires) multifariàm habetur in Vulgato? *Hæc nomina eò quòd à virtute ſumpta ſunt* (ait Gregor. lib. 35. in *Iob*, cap. 13.) *aptè cuncti interpres non ea ſicut in Arabico ſermone inventa ſunt, ponere; ſed in Latinum eloquium verſa, apertius demonſtrare.* Pro quo in argumentum titulorum in Pſalmis, ſtudioſis ſacrarum litterarum aliqua notabilia proferam.

Hieronym. — *Quomodò vocum interpretatio ritè fiat?* Delr. — Velar. — Hieronym. — Senec. — Greg. Magn.

37 Aliquando nomina & interpretationes ſimul in Biblijs videntur, ut Iſai. 25. 1. *Cogitationes fideles, amen*: Apocal. 1. 7. *Etiam amen.* Rom. 8. 15. *Abba Pater*: & ſic alia, uti diximus, *Tom. 2. T. 5. n. 23.* In Iſai. 7. 14. *Vocabitur nomen eius Emmanuel*: & Matth. 1. 23. *Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus*: cap. 27. 46. *Eli, Eli, lamma ſabacthani? hoc eſt, Deus meus, Deus meus, utquid dereliquiſti me?* Actor. 1. 19. *Haceldama, hoc eſt, ager ſanguinis.* Interdùm nomina ſola ſine interpretatione, quippe ex illorum verſione nulla utilitas, uti ſi pro Davide, Core, Aſaph, diceretur *Pſalmus Dilecti, Glaciei, & Congregantis*; quippe iſthæc ſignificant præfata nomina. Demùm quandoque dumtaxàt expoſitiones, quin indicentur uti nomina propria; unde oritur lapſus plurimorum, & multoties in ineptias: plura teſtimonia expoſui, loc. cit. *T. 3. à n. 19. & Tom. 5. T. 2. n. 1.* ſed addam & alia, ne cæſpitet lector, cùm huiuſmodi anfractus in curſum tamquàm obices invenerit.

Varij modi interpretationis in Scriptura.

38 *Zacbacar quoque carpentarius, & Galal*: dicitur 1. Paralip. 9. 15. Hebr. *BaKbacar & Cheres & Galal*: quia *Cheres* carpentarium ſonat. *David venit in caſtra.* 2. Reg. 17. 24. ideſt, in *Manaim* locum, Caſtra interpretatum, ut conſtat *Geneſ.* 32. 2. *Percuſſit Philiſthijm, & tulit David frenum tributi de manu Philiſthijm.* 2. Reg. 8. 1. Quid non de huiuſmodi freno cogitarunt Rabbini? Vide dicta *Tom. 2. T. 12. n. 11.* & Abulenſ. hìc *quæſt.* 3. Quid hoc frenum, dicitur, 1. Paralip. 18. 1. ubi: *Factum eſt, ut David percuteret Philiſthijm, & tolleret Geth, & filias eius de manu Philiſthijm.* Hebr. *Meteg-haammah*, regiam Philiſthinorum, nimirùm Geth, quæ erat frenum Iſraëlitarum, ne tranſirent in Paleſtinam. 4. Reg. 3. 25. dicitur, tres Reges percuſſiſſe uſque in exterminium regnum Moab; *ita ut muri tantùm fictiles remanerent.* Hebr. *Kirhareſeth*, Regia Moab dicta *Muri-fictiles*, quaſi inexpugnabilis, uti decantatum de Babylone. Perſpicuè videtur Iſai. 16. 7. *Ululabit Moab ad Moab, his qui latantur ſuper muros cocti lateris.* 1. Reg. 17. 20. *David venit ad locum Magàla.* Non eſt locus *Magàla*, ſed ſignificat circulum, vallum ſcilicèt in quo caſtrametati ſunt filij Iſraël, de cuius forma Vegetius 1. de *Re milit.* cap. 4. & fusè Iuſt. Lipſ. de *Militia Rom.* De principe heroum ſub Davide, 2. Reg. 23. 8. dicitur: *Sedens in cathedra ſapientiſſimus.* Exponitur

Interdùm expoſitio nominis pro nomine.

nitur 1. Paral. 11. 11. *Iesbaam, filius Hachamoni*: quod Hebr. sonat *sedens in sede; Iesbaam*: & *Hachamoni*, *Sapientissimus*. 2. Reg. 21. 19. *Percussit Adeodatus, filius Saltus*. Hebr. *Percussit Elchanan Ben-Iaghare*. *El* sonat Deum, *Chanan* dare, *Ben* filium, *Iaghar* Saltum: quod iteratur, 1. *Paralip.* 20. 5. Ibidem cap. 7. 18. *Soror autem eius Regina peperit Virum Decorum*. Hebr. *Soror eius Hamolecheth peperit Ishod*. Iob. 42. 14. de filiabus Iobi dicitur: *Vocavit nomen unius Diem, & nomen secundæ Cassiam, & nomen tertiæ Cornustibij*. Arabic. *Vocavit nomen primæ Ieminah, nomen secundæ Ketzighah, & nomen tertiæ Keren-Haphuch*. Psalm. 4. 9. *In pace in idipsum dormiam & requiescam*. Clara de Christo prophetia, quia Salem interpretatur *Pax*: unde sensus est: In Salem moriar & etiam sepeliar. Psalm. 41. 7. *Hermonij à monte modico*. Hebr. *Mizghar*: ideſt, Modicum. Psalm. 119. 5. *Incolatus meus prolongatus est*, Hebr. *In Methec*, regio sic dicta, & longè à terra sancta. Cantic. 6. 11. *Propter quadrigas Aminadab*. Aminadab, populus nobilis, seu honoratus. Ibid. cap. 7. 4. *Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in porta filiæ multitudinis*. Hebr. *Super portam Bath-rabim*. Ibid. cap. 8. 11. *Vinea fuit Pacifico in ea habet populos*. Hebr. *Vinea fuit Salomoni in Baal-Hamon*: hæc vox significat multitudinem, sicut Salomon Pacificum. Iosue 13. 3. *A fluvio turbido*, &c. Hebr. à *Schicor*: flumine scilicèt nigro, pridem Melas, modò Nilus: hinc dicitur Ierem. 2. 18. *Quid tibi in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam*? 2. Esdr. 6. 2. *Percutiamus fœdus in Viculis in Campo-ono*. Hebr. *In Chephirim*, quæ vox sonat *Vicos*. Isai. 8. 3. *Voca nomen eius Accelera-spolia-detrahere: Festina prædari*. Hebr. *Voca nomen huius Maher-Salal-Chas-Baz*. Ibid. 9. 6. *Vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis*. Hebr. *Phele, Pele, Iehova, Ghibbor, Abi*, &c. Ezech. 3. 15. *Veni ad accervum novarum frugum ad eos, qui habitabant iuxta flumen*: ideſt, ad locum *Tal-abib*. *Tal* vel *Tel* (ut placet nonnullis) cumulum, *Abib* fructificationem significat. Ibid. 17. 3. de Nabucho sub metaphora aquilæ alarum magnarum, dicitur, venturum in Libanum, & medullam cedri cum frondibus avulsis transportaturum *in terram Canaan*. Si in terra Chanaan erat Libanus; per *Chanaan* intelligenda non terra, sed nominis interpretatio, scilicèt, Mercatores: ibi liquidò signatur: *In terram Canaan* (subaudi *Ideſt*, per Asyndeton, vel Dialiton) *in urbe negotiatorum*: nimirùm, Institorum; quo etiam intelligitur illud Proverb. 31. 24. *Sindonem fecit, & vindidit, & cingulum tradidit Chananæo*: mercatori videlicet. Ibid. cap. 25. 16. *Interficiam interfectores*. Hebr. *Interficiam Cherethim*: quod signat interfectores, vel exterminantes: *Gens perditorum*: ut ait Sophon. 2. 5. ex his ergo cohortes prætorianæ Davidis, sicut apud Persas huiusmodi milites dicebantur *Immortales*. Herodot. lib. 7. cap. 22. *Voca nomen eius, Absque-misericordia*. Ose. 1. 6. Hebr. *Loruchama*: v. 9. *Voca nomen eius, Non populus meus*. Hebr. *Loami*. Amos, 1. 5. *Disperdam habitatorem de Campo idoli*. Hebr. *Bicath aven*: hoc est, de valle iniquitatis. Mich. 1. 10. *In domo pulveris pulvere vos conspergite*: pro *Aphra*, Hebr. quæ vox pulverem denotat. Denique Isai. 11. 1. *Flos de radice eius ascendet*: Hebr. *Nazaræus*: sicque protulit Matth. 2. 23.

Asyndeton. Dyaliton.

39 In his ergo & alijs (lac concupiscentibus, profectò sterilibus, quia comedunt colliphia pauci) mirè se gessit Hieronymus, improbo labore desudans, ut necleum haberemus ab illo crebis lucrubrationibus fractà nuce. *Difficile est* (inquit ubi dudùm) *alienas lineas insequentem, non alicubi excidere*: *& arduum, ut quæ in alia lingua dicta benè sunt, eandem decorem in translatione conservent. Accedunt hyperbatorum anfractus, dissimilitudines casuum, varietates figurarum; ipsum postremò suum* (*ut ita dicam*) *vernaculum linguæ genus. Si ad verbum interpretor, absurdè resonant; si ob necessitatem, aliquid in ordine, vel in sermone mutavero; ab interpretis videbor officio recessisse*. Omnibus enim numeris muneri imterpretationis respondit, tamquàm à Spiritu Sancto aflatus (uti astruit Salmeron, *Prolegom.* 3. §. *Siquis.*) iam voces originarias linguæ tantùm signans; ut Ose. 1. 4. *Voca nomen eius Iezrahel*, quin interpretaretur *Semen Dei*: & Ioel. 3. 1. *In vallem Iosaphat*, quin exponere *Iudicij*. Iam expositionem & vocem promens, ut Marc. 7. 34. *Ephphetha, quod est, ad aperire* ibid. 5. 41. *Talitha cumi*: *quod interpretatum*: *Puella surge*. Iam omittens propter euphoniam ad peregrinum idioma, in nominibus proprijs, quasi per syncopen, voces priores, ut *Salem* pro *Ierusalem*, *Ram* pro *Abraham*, *Duma* pro *Idumæa*, de quo egimus, *Tom.* 6. *T.* 7. *n.* 10. fusè. Iam denique dumtaxàt versiones nudas exponens, ut fecit Rom. 9. à 25. vertens sine asperitate loca prælata Oseè: *Vocabo non plebem meam, plebem meam*;

Hieronym.

Syncope.

&

& non dilectam, dilectam: & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam: & erit in loco ubi dictum eſt: Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei vivi. Idem 1. *Petr.* 2. 10. Similiter in Apocalypſi, ut vidimus. n. 37. *Etiam, Amen*: & ſine voce originaria Pſalm. 88. 53. 105. 48. *Fiat, fiat.* Hebr. *Amen, amen*: *Amen, Alleluia.* iuxta Horat. de *Arte*, v. 133.

Horat. *Nec verbum verbo curabit redere fidus*
Interpres.

40 His igitur brevi ſcit lector, cur huiuſmodi varietas interpretationis in Vulgato, quam etiam ſignavit Cicero 3. de *Finib.* inquiens: *Nec tamen exprimi verbum è verbo neceſſe erit; ut interpretes indiſerti ſolent, cùm ſit verbum quod idem declarat, magis minùſve uſitatum. Equidem ſoleo etiam quod uno Græci, ſi aliter non poſſum, idem pluribus verbis exponere: & tamen puto concedi nobis oportere; ut Græco verbo utamur.* Ita Hieronymus in Eccleſia Doctor Maximus effundens ſapientiæ lumen ic obſcuritate myſteriosà Scripturarum: igitur illo duce ſtudioſi obviam invenient veritatem, ſine periculo, ſi fortè attrectent. Sat de parergis in principalem Tautologiam; cuius verſiones in expoſitione exparſæ. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Caietan. *Voce mea ad Dominum vocabo.* Maluend. *Voce mea ad Deum clamabo.* Nebienſ. *Audi vocem invocantis.* Chald. *Accipe orationem meam invocantis.* Arabic. *Elevavi ad ipſum ſupplicationem meam.* Hieronym. *Exclamavi.* Perſic. *Vox mea ad Deum.* Apollodor. *Noſter clamor Regi.* Æthiop. *Revelavi vocem meam Domino.* Cruc. *Invocavi voce lamentabili.* Accedamus ergo vocibus ad thronum gratiæ, ut Numine audiente, miſericordiam invenire poſsimus.

Cicero.

Verſiones.

ADINATON EXEGETICUM.

Apolog. exeurſ.

1. *Voce mea ad Dominum.* An aliter? & felicius, ſi fit corde. Ex operibus intra clauſtra, vocatio cognoſcitur falſa, aut vera: non enim veniunt ad Dominum veritate; qui venerint tantùm voce.

2. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Oratio decora: quæ quidem à Domino exaudita, non quia à voce clamor; ſed quia facta *voce mea*: quo indicatur affectio orantis, in fructum optabilem orationis: igitur in orationem non orat, qui voce dumtaxàt clamat.

3. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Quorsùm ſi voce, *Mea*? Quippe clamabat ad Dominum, eius prædicans præceptum. Haud exaudiretur à populo, ſi modò à ſola voce eſſet ſermo: equidem hic vocem dumtaxàt audit virtutis; quæ eſt in vita prædicantis.

4. *Voce mea ad Dominum clamavi*? tantùm à Domino auditus, quia clamor ex voce eius. Eſt diſcrimen inter vocem hominis, & Domini vocem. Illa habet virtutem vocis: hæc autem vocem virtutis: equidem vox eius ad univerſos extenditur, etiam dum ſingulis loquitur.

5. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Iuxta vocis excellentiam, eſt clamor vocis in gratiam. Voce clamatur, & exauditur. Eſt alius nobilior clamor, & orationis ſingularis honor: igitur exauditur prompte Schola ſtica à Numine; dum clamaret ſine voce.

6. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Unde niſi ex voce clamor, ut poſsit à Domino exaudiri cordis, amore flagrantis, dolor? Eſt alia ex amore lingua, qua clamant, audito Domino, corda; in vocem laudis, laudis vocibus auditis; & gaudium vox ſine voce demonſtrat: diciturque, quòd vox clamat; quippequàm cor Auguſtini motibus clamat, pro voce.

7. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Claret, quando in ſalutatione Angelica, à Virgine oratio audita, & non exaudita. Exauditur vox clamantis, & non tantùm clamor vocis: clamantiſque vox auditur, dum voce & corde roſis Virgo coronatur; quoniam qui non devotè cum floſculis clamat Virgini; non ſalutat, verùm clamat ſine voce: equidem ab ipſa exaudiri nequit, quod etiam vocem in clamore non habet.

8. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Ita dum vallatur hoſte? In militia eſt clamor certaminis, & vox cordis. Utrumque tenet Raymundus, dum ab illo fauſtè ducitur exercitus; ex quo utriuſque militiæ ſplendor: voxque exprimitur ſingillatim atque clamor; quia ex orationis voce, & ardentiſsimo pectore, audiebatur in Regia clamor victoriæ.

DIDAS-

DIDASCALIA PRIMA.

Æternæ felicitatis periculum, in statu perfectionis pigritia Religiosorum.

1 CUI nihil constat, nihil diu placet; sed semper desipit, & animo fluctuat, quia mens vel in placitis non constat.

Artibus innumeris mens oppugnatur amantum;

Ovid. *Ut lapis æquoreis undique pulsus aquis.*

Accinit Ovidius, 2. de *Remed.* v. 295. Quid placidius & electum à Monachis, quàm ut audiant in choro vocem laudis? Verùm quid? Qui recedunt, desipiunt, & animo fluctuant quia proposita non constant: tuncque constat in proprium damnum, vivere in institutis extra propositum: vel numquàm habuisse; sed quod habebant in corde, modò apparere. Modò videtur fluctuatio mentium, & intuitus vocationum deauratarum. Modò cadunt, quia accedentes recesserunt: igitur si esset vera in religionem vocatio; floreret sanè vocationis perfectio. Non potest iacere, qui venit surgere. *Possunt* (ut canit Manil. 1. *Astron.* cap. 6. v. ult.)

Manil. *Nec cadere in terram pendentia sidera cœlo.*

Unde patet ex elevatione casus, quando à cœlo fit recessus.

2 Leges contra datam à Deo; *Exod.* 13. 13. invenerunt Rabbini, ubi Synagogâ dignati, in qua etiam Sacerdotes dignitatis nomine; de quibus Ioann. Saubert. de *Sacerd. Hebr.* cap. 16. infit: *In sacra dignitate inter ipsos exigua habetur ratio. Talis quippe ratione sacerdotij sui brutorum animalium primogenita tenetur educare & alere, donec unumquodque moriatur: ita tamen ut ad ipsum nihil indè usufructus.* Planè brutorum animalium, quibus commissa cura; stolidi plusquàm bruta animalia: etenim totius intelligentiæ infatuatio, alere bruta animalia sine fructu. Quæ munda debent in sacrificium offerri, quin expectentur mori: equidem patet evacuatio mentis, titulo ficto pietatis; quòd sacerdotes bruta expensis publicis alerent, & dumtaxàt ut comederent. Illorum offerri munus, qua de causa addicti, atque mancipati templo: expectatâ morte, vivunt sanè sine fructu. Educantur sed in vanum, cùm fugerint in munere sacrificium: desipiente sacerdote, si permittit animalia sic inutiliter vivere: quandoquidem educantis summa fatuitas, quòd destinati sacris educentur in paleas: simulque vivant, ut vivant ineptè, fruges consumere nati. Vivunt sacerdotis permissu, quin serviant sacris, sed genio; abolito religionis instituto, cuius obsequium, offerre iurè animalia in sacrificium. Nihil iude usufructus ex tot expensis, cùm possent expensæ iustis respondere votis; in quo gravamen Monasteriorum signatur, cum huiusmodi animalibus illorum census insumitur: igitur onerosa, quousque moriantur, animalium educatio; quoniam tametsi animalia, dicata Deo. Vernaculè: *Es rara intolerable pension, que animales sin provecho los deba el Santuario sustentar, por dedicados sin dedicacion à Dios.* Quisnam in sacris illorum usus, potiùs abusus; quùm extrà tantùm telluris inutile pondus?

Unde cognoscatur in Monacho vera vocatio?

Unde falso?

Vera, vel falsa ex proposito.

3 Facile ex pondere effugium: hæccine illustria animalia vel in sacrificium, vel extra templum. Ridicula vox, *Vivant animalia Dei.* Dei enim nisi titulo non sunt: etenim eorum nulla in religionem forma, quorum cogitationes sine intellectu solummodo diriguntur in pascua; quæcumque autem naturaliter, tamquàm muta animalia norunt; in his corrumpuntur. Lex sanè divina, quòd primogenitus asini ove mutetur, vel interficiatur: minimè (quia templi, usque ad mortem non frugi) servetur frugi. Videsis in idem propositum dicta, *Tom. 6. T. 4. D. 1. n. 11. & T. 5. D. 4. n. 4.* Taxat & meritò plorat Carol. Scribani. *Quàm ex his gravia damna Religionibus* (ait in *Medico Religios.* lib 1. cap. 21.) *ignorare nemo potest. Nocitura fœcundiùs serpunt, altas radices mittunt. Sævitia est, admittere aut detinere Religioni noxium; cùm in universi corporis vergat interitum: plusque unius sæpe improbitas nocumenti damnique dare consueverit; quàm plurimorum probitas emolumenti.* Amandentur: aliter opus sine opere futile,

Qui inutilis, nō utilis Monasteriis.

Exod. 13. 13.

Scribani

Quantō gravamen?

Et Christi nomen inane.

Tertull.

Ut succinit Tertullian. 1. *Adversus Marcion.* cap. 5. Tollantur lapides contaminati

1. Machab. 4. 43. *in locum immundum*; ne alijs sint in offendiculum: illis enim aptus locus, unde cæteri fugiunt. Non enim Christo bonus odor sunt, quorum contaminatum morum corruptela cor. Dicat Ethnicus, ut ex illo innotescat quantus morbus.

4 *Inconsultus illis vanusque cursus est* (inquit Seneca de *Tranquill.* cap. 12.) *qualis formicis, quæ in summum cacumen, deinde in imum inanes aguntur. Vitam agunt, quorum non immeritò quis inquietam inertiam dixerit. Quasi ad incendium currentium miserereris: usqueadeo impellunt obvios, & se aliosque præcipitant. Deinde domum cum supervacua redeuntes lassitudine, iurant nescisse seipsos, quare exierint, ubi fuerint; postremo die erraturi per eadem illa vestigia. Ex hoc malo dependet illud teterrimum vitium* (regeram, *T. 6. D. 3. n. 10.*) *auscultatio, & publicorum, secretorumque inquisitio, & multarum rerum scientia, quæ nec tutò narrantur, nec tutò audiuntur.* Ibi, si ibi, & non ubique; ut ait Plautus, in *Milit.* Act. 2. Scen. 4. v. 16.

Inutilitè qualis occupatio in Monasterio? Senec.

Plaut. *Oculi plus vident, quàm quod vident.*

Hic est fructus brutorum animalium in Sanctuario. Hoc opus eorum coram illo: & usque in mortem nutrienda? Sunt profectò onerum onera. Iuvamen Cyrenæi Simonis obijcitur, ut crux portetur, dum tollitur. *Angariaverunt, ut tolleret crucem.* Ad crucem invitarunt: Renuit. Pretium & lucrum proposuerunt: Annuit. Non venit ille in laborem: *invenerunt* quæstu ad crucem; patuitque in onus, dum videbatur misericors: etenim dumtaxàt vivunt oneri, qui veniunt vivere & pasci: non enim è cruce portarent quid, ni quid portarent: veniunt, ut premio comedere possint, & specie tantùm iuvaminis, uti bruta animantia cibentur ad horam mortis. Felicitas esset, si imitatores lucri & laboris Simonis, essent in auxilium angariati: possent dimitti, nec essent in incommodum post datum pretium: igitur crucem non portant, sed specie subsidij sunt gravamen & Monasterijs, & portantibus Crucem. Nostrates: *Los que vienen por comer, no vienen à trabajar: sino à cargar à las Comunidades, y à los que llevan las Cruzes.* Ad colores fucos faciunt, fucique sunt inter apes, in tolerantiam laborum.

Matth. 27. 32.

Specie iuvaminis, maius in pondere pondus.

5 Taxet iterùm Seneca, d. *cap.* 2. Contemplentur quorum interest. *Intelliges* (præmittit) *quanto minus negotij habeas cum fastidio tui; quàm hi quos ad professionem speciosam alligatos, & sub ingenti titulo laborantes, in sua simulatione pudor magis quàm voluntas tenet. Omnes in eadem causa sunt, & qui levitate vexantur, ac tædio assiduàque mutatione propositi; quibus semper magis placet quod reliquerunt: & illi qui marcent & oscitant. Adijce illos qui non aliter quam quibus difficilis somnus est, versant se, & hoc atque illo modo componunt, donec quietem lassitudine inveniant, statum vitæ suæ formando subinde, & in eo novissimè manent, in quo illos non mutandi odium, sed senectus ad novandum pigra deprehendit. Adijce & illos, qui non inconstantiæ vitio parùm leves sunt, sed inertiâ. Vivunt non quomodò volunt; sed quomodò cœperunt.* Stulti sunt: *Ut luna* mutantur. Crescunt, ut decrescant; decrescunt, ut evaneant; evanescunt, ut luceant; lucent, ut cadant; cadunt, ut surgant; accedentes & recedentes à Sole splendido vel pallido vocationis in religionem, iuxta pectoris æstum vel frigiditatem. *Duplicatum hunc modum legitimam insaniam facere* (ait Plin. *lib. 21. cap. 31.*) *quicquid adijciatur ponderi, repræsentari mortem. Hoc est venenum.* Patet virus, dum placet vivere insanos: cæterùm legitima dementia, morte in oppositis operationibus obvia: etenim penitùs evacuat rationis iudicium, insaniâ in mortem non cognoscere venenum. *Mirà oblivione innocentiæ*: subdit Plinius. *Mirà innocentiâ oblivionis*: hic Delecampius. Hic est in insaniam legitimam venenum, vel præstans alexipharmacum: siquidem in oblivione mundi per vocationem conservatur innocentia: in oblivione innocentiæ, mundi floreſcit memoria, simulque ad mortem insania; quippequàm moriuntur & morientur sine cerebro, quibus contigerit vocationis oblivio.

Varie in otium & desidiam propensiones.

Eccli. 27. 12.

Plin.

Carent cerebro, quibus vocationis oblivio.

6 *Solicitudine non pigri*: ait Paulus. Literaliter exponemus, *Tautolog. 9.* à 37. modò in propositum Didascaliæ. Debent Monachi laborare sub titulo ingenti, addicti & votis speciosæ professionis; in qua debet esse pigritiæ pudor, ne cadat vocationis splendor; verùm inertiâ introducitur levitas, & refrigescit voluntas, in derelicta corde pravè respiciente, cum assidua propositi mutatione: unde in professione pigri, qui pridem soliciti de status felicitate; quippe (cum non venirent in perfectionem status, sed in commoda quæstus) marcent & oscitant; habentes titulo unde pascantur & vivant: verum

Rom. 12. 11.

Horum pernitiosa lascivia.

in

in speciosæ professionis acta, tamquàm animalia bruta, quæ debent ali, quousque cadant morte. Non est timor Dei ante oculos eorum, ut Dei respiciant iudicium, & professionis institutæ, ut ascendant in potiora. Sic viventes stant, quasi esset vita perfecta vivere sic. Vivunt, non quomodò volunt, sed quemadmodùm cœperunt: & cum placeat pigritia in solicitudinis beatitudinis otia; dumtaxàt vivunt soliciti de pigritia, & sereniſsimà pace, quasi innocentià servatà ex oblivione innocentiæ. Sic enim, ut inquit Tertullian. *Carmen.* 1. *Adversus Marcion.* v. 1.

Tertull. *Seductos homines spe postquàm cepit inani*
Impietas profunda mali.

7 Audias ex Stoico quid dicant in inertiæ fomitem, ut status perfecti excutiant solicitudinem. *Nimis magna & dura præcipitis: nos homunciones sumus: omnia nobis negare non possumus. Dolebimus, sed parùm: concupiscemus, sed temperatè: irascemur, sed placabimur. Scis, quare non possumus ista? Quia nos posse, non credimus. Imò aliud est in re. Vitia nostra, quia amamus, defendimus; & malumus excusare, quàm excutere.* Ita *Epist.* 117. In barathrum devenitur oblivione vocationis, introductà peste ingratitudinis; quin novum sit oblivio innocentiæ, cum oblivione divinæ collatæ gratiæ; quæ cùm è sæculo veniſsent in claustrum, eius oblivione paulatim revertuntur in sæculum. *Perit* (infit Bernard. in *Cantic.* serm. 51. n. 7.) *quod donatur ingrato. Ingratitudo inimica est animæ, exinanitio meritorum, virtutum dispersio, beneficiorum perditio. Ingratitudo ventus urens, siccans sibi fontem pietatis, rorem misericordiæ, fluenta gratiæ.* Hinc paulatim pigri descendunt, atque virtutum steriles fiunt. Inter bestias objicitur Danieli, *prima quasi leæna, & alas habebat.* Cur non leo, sed leæna exponitur in imperij symbolum, ubi magnum in orbe præsignatur imperium? Quia estò magnum, proculdubiò defecturum. *Bestia sublata est de terra.* Cæterùm quare sublata? Quæ in tantæ potentiæ exterminium, est origo præcipitationis Religiosorum tepentium. *Aristoteles tradit* (ait Plin. *lib.* 8. *cap.* 16. & Ravis. Textor. 7. *Officin.* cap. 27.) *leænam primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos singulos uno minus: ab uno sterilescere.* En inertiæ Monachorum sensim in pravitatem usus, dum tempore languescit vocationis felix æstus. Meritum exinanitur, virtus dispergitur, fervor enervatur, flamma cordis penè extinguitur; quia gratia minor, ubi oblivio gratiæ maior: Conferunturque leænæ, qui paulisper præpigritia recedunt à perfectione; quoniam conceptus in religione fœtus, semper ad minus; donec præ tepore parturientium, sine fœcunditate rediguntur in nihilum.

Senec. *Relaxationis excusatio.*

Bernard *Quid sit ingratitudo?*

Daniel. 7. 4.

Conditio leænæ.

Plin.

8 Aptemus magis visionem, ut infelices, ne sint, videant sterilitatem. E sæculo (ubi homo bestia) translatus est in claustra, quò qui cupiditatibus quadrupes, staret in pedes: qua de causa ei cor hominis datum est, quoniam homo in sæculo, hominis non habet cor; sed sicut equus & mulus quibus non est intellectus: quo ut volaret virtutibus, ubi æterna felicitas; tamquàm singum imperij dederunt alas. *Super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei, & alas habebat.* Volavit! Imò cecidit: alæ eius avulsæ sunt: hominis non habet cor: igitur in status perfectione, corruptelæ sequens formam; conversus est, uti venerat, in bestiam: manetque in claustro, peiùs quàm esset in sæculo. Erat ab hoc segregatus, quasi leæna, semper tendens in minora; cum ius esset propter status fœcunditatem, tendere nonnumquàm in ampliorem perfectionem: illeque meritò tollitur, ac de throno projicitur; quoniam paulatim datam gratiam obliviscens (quotidiè peior) ad pondus inventus est minus habens. Appositè Tacitus in *Agricol.* cap. 30. *Ut corpora* (inquit) *lentè augescunt, citò extinguuntur; sic ingenia studiaque oppresseris facilius, quàm revocaveris: subit quippe etiam ipsius inertiæ dulcedo: & invisa primò desidia, postremò amatur.* Haud aliter in Monachis tepidà vocationis flamma, atque severa intra claustra disciplinà. Difficilius eorum studia, & ingenia revocantur, quàm opprimuntur, ubi ducuntur, & seducuntur dulcedine otiositatis; qua quotidie sunt ita peiores, ut leænæ adinstar minori fœtu permaneant, & donec sterilescant.

Ibid. *Huic similes, qui religione desident.*

Unde peiores in claustro, quàm in foro.

Tacit. *Desidia priùs invisa, postea amata.*

9 Periculi Corinthios admonet Paulus. *Adiuvantes* (ait) *exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Adiuvantes in gratiæ cognitionem, qua flagret ignitum cor; in eum qui vos de tenebris vocavit in admirabile lumen suum; & nos reconciliavit sibi per Christum, & dedit nobis ministerium reconciliationis. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, & qui longè, iam feliciter propè cœlo. Hæc est gratia, ut qui eratis ex-

2. Cor. 6. 1.

Et Dei gratia in vanũ recepta.

extrà, essetis intrà per singulare donum reconciliationis: unde *exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Quid est gratiam in vanum accipere, ut attruatur opus gratiæ? Habere, & non habere: aptiùs, non habere, sed habuisse: etenim cùm ex usu comprobetur, quòd habeatur; si collatam in virtutes non exercent, accipiunt gratiam, quasi non accepissent. Gratia est fœcunda virtutibus, nonnumquàmque procedit ulteriùs: multa in animæ fructus concipit, ut plura concipiat: illamque in damnum evacuat; qui sine operum obsequio, gratiam demonstrat sterilem sine fructu. Gratia vocationis est, quæ evanescit per pigritiam, & cuius fœcunditas enervatur per inertiam; quia semel dulcedine otiositatis gustata, sunt in virtutem irrevocabilia studia: cavetque Paulus, ne in vacuitatem gratiæ, virtutum vocationis aufugiat usus; quippe totum in statu perfectionis omninò vanum, sine exercitio virtutum: stant enim in gratia vocationis otiosi, quasi ad perfectionem vocatione non vocati.

2. Cor. 9. 8.

10 Ulterius. Gratiam igitur accepistis, ut *abundetis in omne opus bonum.* Ecce conceptionis fœtus. In omne opus bonum cum abundantia; quia non virtutis obsequia, ni quotidie sint maiora: & in gratia vocationis opus virtutis non est, si in opere non est plus: sterilescitque gratia, ubi in bonum opus intercedit inertia; quippequam fœcundæ in fœtus vocationis non est fructus, ubi in gratia non est opus. Hæc infelicitas fletur in Monachis pigris, oblivione vocationis; qui gratiam acceperunt non in otium, non in vanum; sed in omne opus bonum, ut illis vocationem faciant certam (aliter dubiam) ostendentes operibus fœcundissimam gratiam: quæ quidem opera ut sint fœcunda, non solùm in bono, in omni, sed etiam cum abundantia; quippe ratione status procedere debent ultrà: patetque gratiam accepisse in vanum, per pigritudinis otium; quoniam cum nullus sit fructus, nullus fœtus, nullum opus in statu perfectionis, tota fœcunditas gratiæ infeliciter vacua patet sterilis. Ut abundetis in omne opus bonum, datur in gloriam gratiæ auxiliatricis certamen. *Ut impleamini in omnem plenitudinem.* Videte, *ne in vanum gratiam Dei recipiatis.* Melius vobis, in perfectionem non vocari, quàm post acceptam oblivisci vocationem. Elucet unde gratiæ fœcunditas & sterilitas: hæc sine vocationis operibus; illa ex perfectionis fructibus; cùm ius sit Monachis non solùm aspirare in perfecta, sed in potiora ut in plenitudinem omnem de cœlo impleantur, & in omne bonum abundanter operentur. In hoc vocati, in hoc admissi, hoc professi: verùm tempore & desidiâ, fœcunditas summa effœta, statu miserabili, in statu feliciore: siquidem tempore mortis (quia pigrè in vita) gratiæ inveniunt vacuitatem, qui habere debebant perfectionis plenitudinem.

Ubi ex gratia non est opus, non est fructus.

Ephes. 3. 19.

Misrã, videre vacuos.

11 Innuit corruptelæ originem Anselmus in præf. textum. *Gratia Dei* (inquit) *est remissio peccatorum: ne per desidiam, in vacuum recepisse inveniamini. Fit vacua, quia per eam nec remissionem peccatorum, nec aliquam gratiam consequantur.* Præfigitur Monachorum status; & in statu perfecto perfectionis abusus: equidem si in remissionem peccatorum è sæculo veniunt; pigritiâ status peiores quàm in sæculo vivunt (in vanum accipientes animam, dum gratiæ prosternunt formam, extra institutum viventes iuxta leges voluptatis; fallentes seipsos, quasi aliquid esset regularis habitus, & non opus in insigne virtutis) iacentque digni commiserationis; quippequam sublimem gratiam acceperunt in vanum, cùm per illam adepturi remissionem peccatorum. Quænam peccatorum cogitabitur remissio, si videntur maiora, quàm quæ facerent in sæculo, illusis pœnis ex fiducia impunitatis? Hic status abusus: iura videamus status. *Gratia vacua* (dicit Anselmus) *quia per illam nec aliquam consequantur gratiam.* Quæ enim gratia consequenda, si iam habita? Quam per gratiam professionis debent consequi, & quotidie in altiorem suspirare. Non sat illis, esse benè: in bono stare, non sat; quippe in status perfectionem, bona ad plura plus & plus. Si non ultrà, ex gratia non acquiritur gratia: sed accipitur sterilitate in vanum; quoniam nullum habet fructum, & gratia nulla, si vacua. Ut acquirantur ex virtutibus virtutes, lata gratia vocationis (quo intuitu Paulus, in Dei obsequium, cùm plus ultrà, adderet plus; dicit: *Gratia eius in me vacua non fuit*; quæ vacua staret, nisi ulterius procederet) vocatio in perfectiorem dignitatem, atque dignitatis conditionem impulit mentem; ut sursùm essent corda, quia sursùm tendit vocationis flamma, virtute parturiente virtutem: minimèque in perfectionis statu nanciscuntur perfectionem; quippe foventes in deterius pigritiam, gratia vo-

Anselm.

Quis eũ gruebat esse pleonis.

Idim.

Gratia non fœcunda, vacua.

1. Cor. 15. 10.

Imo nulla.

ca-

cationis nullam parturivit gratiam : etenim steriles in fœcunditate mirâ radicis ad fructum, semina gratiæ acceperunt in vanum. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritum non habentes : convivantes sine timore, semetipsos pascentes.

ndæ, à 12.

Arbores autumnales, bis emortuæ, eradicatæ. Arbores autumnales, pro tempore marcescentes, in tempore sine foliis: equidem cùm corruperint fructum ; perfrictâ fronte despiciunt etiam sanctum sæculare. *Bis emortuæ* : semel in sæculo, denuò in claustro : igitur cùm nullum in vitam vitæ demonstretur opus ; apparent in ea deteriores sæcularibus. *Eradicatæ.* Peius, ubi sublimis perfectionis urget status. Arbor eradicata non reviviscit, non repullulat. Miserandum, quòd hos tale fatum maneat: etenim si per gratiam de sæculo translati ad Monasterij vitam, & in vita Monastica conterunt gratiam ; uti arbores eradicatæ manebunt, quoniam numquàm ad gratiam pœnitentiâ reviviscunt. At hoc infrà, à n. 22.

Pigri quare arbores eradicatæ.

12 *In plumbi natura molliti* (infit Doctor Duxque N. *Regul. Sanct.* cap. 1. de quo etiam diximus, *Tautolog.* 1. *D.* 1. *à n.* 4.) *adhuc operibus servantes sæculo fidem, mentiri Deo per tonsuram noscuntur.* Inquinatæ sunt viæ illorum in omni tempore : & cùm cœperint per desidiam in mollitiem declinare ; quotidiè in peius, quin possint nisi in mortem perferre fructus. Genius horum cum futuræ relaxationis specimine, delineatur in fœmina concipiente: igitur ex tyrocinio, bona aut mala præsignatur inclinatio. A conceptu decimo die, *dolores capitis* (refert Plin. *lib. 7. cap. 6.*) *oculorum vertigines, tenebræque : fastidium cibi, redundantia stomachi* (Dalecamp. *Nausea.*) *oscitatio quidem in enixu, lethalis est.* Iam ad mores, quæ videntur in physicis. Veniunt ad Monasterium qui veniunt, ut veniant. Vitam cœlestem, in æternam, concipiunt. Fructificant ? Nonnulli leænæ adinstar, donec sterilescant. Nonnulli arbores autumnales infructuosæ, antequàm radices mittant, eradicatæ ; quippe non habent humorem, servantes sæculo fidem : equidem brevi, intersunt dolores capitis, oculorum vertigines, novæ lucis tenebræ, fastidium cibi, redundantia stomachi ; atque nausea in quælibet Religionis exercitia. Felicitatem concipiunt ? Quid ad illam peperunt ? Oscitant, hiant, ut halitu vel muscas attrahant, vel spuant ; quasi sine nisu possint parere, quæ stultè conceperunt gravi corde : moriunturque sine fructu ; quippe oscitarunt in partu. In nisu oscitatio lethalis. Velle ferre fructum, signum est mortis ? Sanè. Non est parere, sed parere velle, & per oscitantiam viribus minimè posse. Pigritia fructum non fert : pigrisque in fructum proponitur dira mors ; quia illos in opus urgere, proculdubiò est morti tradere. Dialecto nostra : *Obligarlos à los religiosos exercicios, es matarlos.*

S. Bened.

Ad instar fœminæ cõcipienti ;

Plin.

Opus relaxationis unde, & quò?

Exod. 13. 15.

13 *Venerunt filij usque ad partum, & virtus non est pariendi* : dixit Ezechias Evangelico Vati, ex magna tribulatione. Dat natura facultatem ut luci constet, quod virtute concepit : verùm pigritia, post conceptionis facultatem, fructum adducit in tenebras & non in lucem. Interest in operationem oscitatio, ut careat fructu : parere cupiunt, sed non possunt ; etenim per continuam in partum oscitationem ; parturiendi concepta, nullam habent facultatem. Ad insueta timent ; fructificare non valent ; quia cùm virtus necessaria in facultatem pariendi, parere numquàm possunt sine virtute. Discrimen flagrantis vocationis & frigidæ, per operationem, & omissionem fructus ab illa concepti ; exponit præfatus Vates, de se atque sequacibus dicens : *Concepimus & quasi parturivimus, & peperimus* : sed quid? *spiritum.* Maluend. *Ventum.* Liquet quis fructus virtutis, & desidis conceptionis ; dum disponitur animarum partus per diligentiam, vel exercitij pigritiam. Soliciti concipiunt vocationem, ut perfectionem pariant : pigri, ut virtutis perfectionem vel in conceptione negligant ; unde hi parturiunt ventum, dum illi spiritum ; quippe gratiam vocationis nimis socordes acceperunt in vanum. *Vita sine fructu gravior mors* : ait Bernard. in *Cantic.* serm. 26. n. 5. Parum illis momenti, quòd vivant morte : etenim si socijs mors, fructum in vita non ferre ; illis mors, cum fructu vivere. Partus cum oscitatione lethale. Partu, fructu & exercitijs gravantur. Moriuntur, nisi morianiur. Dumtaxàt accipiunt in gratiam (ut accinit Mantuan. 1. de *Calamit. suor. tempor.*)

Isai. 37. 3.

Steriles fiunt, & quare.

Cap. 26. 18.

Bernard.

Otia & ignavam, damnatricemque laborum
Desidiam.

Mantuan.

14 Alij enim venientes veniunt, disciplinam cum gaudio suscipiunt ; deinde venit diabolus, & tollit de corde eorum, & nullum referunt fructum. Non impetè languidi fiunt, spernunt modica, & paulatim de-

Venialia peccata cavenda.

decidunt. O miseri! Dicam cum Damasceno, de *Imaginib.* lib. 2. *Parvi enim parva non sunt, ex quibus magna proveniunt.* Adi Bernard. in *Convers. Paul.* serm. 1. n. 5. & in *Cœna Domini*, serm. 1. n. 5. Hæccine catena non rumpitur, si non solvitur; quippe sensim in decliviora cor seductione dilabitur, & nequaquam sentitur, quamvis sit dolor: usu enim paulatim dulce, quod plenum acerbitate; de quo aliàs. Unde Claudian. de *Bello Gildonic.* v. 44. ad rem inquit:

Damascen.

Heu mihi, potestas
Decidit: in qualem paulatim fluximus umbram?

Claudian.

De malis in mala præcipites eunt, & sine revocatione, quorum finis est iacuisse, semper descendere; quousque in barathrum cadant, de quo non poterunt surgere.

15 De Topazion dicit Plin. *lib.* 27. *cap.* 8. *Est autem amplissima gemmarum* (Berchor. *lib.* 11. *cap.* 127. *Est gemma clarissima, aliarum superans claritatem*) *sed usu atteritur.* Quisnam obumbrabitur, dum ita pretiositas huiusce lapilli extollitur? Ni fallor, Lucifer, qui modò Vesper. *Tu signaculum similitudinis* (dicit Ezechiël) *plenus sapientiâ, & perfectus decore. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum: Sardius, Topazius*, &c. *in die, qua conditus es.* Quare igitur non deinceps? Casurus, qui plenus rutilabat splendoris. Unde Isaias inquit: *Ad infernum detraberis.* Qui claritatem omnium continebat gemmarum, detrahetur quantumvis topazion in inferni profundum? Nec sine merito. Attritus est usu, & amisit splendorem, dum ex usu ampliorem debebat acquirere claritatem. In die qua creatus est, amplissimè fulsit, pòst verò in decore languit. Perfectionis languore, emarcuit in pallorem virulentæ philautiæ, memor sui, non eius, ad quem debebat ascendere; ut esset perfectior in virtutum splendore. Labebatur gradatim, quin se cognosceret illo in statu perfectionis desidem. Unde cùm ex parvis descendat in maiora, qui semel in virtutis statu tactus pigritiâ; frigescit, nec in miserijs subsistet: etenim non cessabit insensibile damnum, quousque impulsus proprio amore demergatur in infernum. In principio non faceret, quippe conatum ut præcipitium cognosceret. Usu fit sensim & in dulcedinem, quod in principio inferebat horrorem. Evanuit tandem fulgor, deturpatus est decor. Desidia ex usu fovit inordinatum cordis desiderium, atque pernicioſum commodum. Inclinavit mala mens ex hoc in hoc, & etiam ex hoc in illud; ut periret: igitur negligentia ita ameutem excæcavit: ut tandem tandem reputaret ascensum, quod pridem verè iudicavit præcipitium.

Plin. *Proprietates topazij.*

Ezech. 28. 13.

Isai. 14. 15.

Pigri eadere, arbitrantur proficere.

16 Intende in eius irrevocabilem lapsum, atque præcipitij modum. In die quo in decore creatus, in splendore perfectus, cunctis superior; ipsis cœlis erat altior: unde deturpans pulchritudinis formam; dixit: *In cœlum conscendam.* Primus hic gradus pigritiæ, nolente in virtute stare. *Super astra Dei exaltabo solium.* Cœlo superiore est inferius Firmamentum. Sensim inferiùs cadit: nescit præsocordia à quo recedit. *Ascendam super altitudinem nubium.* Cogitatio procedit in inferiorem locum. Paulatim à cœlo removetur longiùs: non hic ascensus gradus, sed descensus. *Sedebo in monte testamenti.* Terra ultima subsedit. Lucifer ascendit vel ruit? Quorsùm huiusmodi cogitatio sine intellectu? *Similis* (ait) *ero Altissimo.* Erit ne similitudo, recedere à Deo? Cœlum eligat, quia Dominus Deus noster in altis habitat. Noluit habitare in cœlo, ubi eius rutilabat super cuncta pulchritudo; sed paulatim deserere perfectionem status, in quo fuerat à Domino cum decore summo conditus: à prophetaque dicitur in infernum detrahendus; quia deveniet subitò & incogitatò in profundum inferni, quisquis paulatim discedit ab statu perfectione. Non secùs frequenter accidit Monachis, in cœlo religionis nitidissimo decore constitutis. Vocantur, assentiunt, felicitatem perfectione acquirunt, virtutes profitentur, exultantque candidi quasi nix, quia secundissima sors, in die quo creati sunt, intendentes per virtutes in cœlum ascensum; ut videatur facie ad faciem Deus Deorum. Lapis pretiosus illorum operimentum. Fulgent sicut inclyta Topazius ob singularem splendorem, cunctarum gemmarum continentes claritatem. Nonnumquàm fulgebunt sic? Nonnulli infelices sunt. Uti Topazius usu atteruntur, indiligentia murantur. Florent, fulgent in die quo creati, pòst fiunt miserrimè pigri: flagrant durante flamma vocationis: summe frigescunt successione temporis, arbitrantes ascendere dum cadunt, & iudicantes accedere dum recedunt, quibus arridet in perfectione tepor, pridem invisus ut horror: de cœloque descendunt in abyssum, sensim oblivi-

Act. 13.

Et status deformitatem, excelsiorem perfectionis.

In quâ præcipitia illos impellit socordia.

viscen-

viscentes perfectionis statum; quia totus cadit, qui paulatim decidit. Relinquunt hoc quasi parvi momenti, pòst aliud maioris ponderis s deinde plura & plura adversus celsitudinem virtutis. Recedunt à summo felicissimo statu, & miseri sepeliuntur in inferno: equidem impetè detrahuntur in æterna tormenta; quorum paulatim extincta in corde vocationis flamma. Sousa *lib.6.* v. 251. appositè modulatur:

Mell. Sousa. *Tempus erit pigri cùm serò ingrata veterni*
Segnities commissa luet; tenebrisque sub imis
Cum male pœniteat, memores virtutis omissæ.

17 Benedictus d. *cap.* 4. ruinam præcavet, & ruinæ radicem profert. Præmiserat in munimen, *Corpus castigare: delicias non amplecti? ieiunium amare: desideria carnis non perficere.* Unde cuilibet Monachorum expedit, ne descendat in relaxationis baratrum; *Non esse somnolentum, non pigrum*: etenim adinstar Luciferi, in statu perfectionis creati, paulatim pigritiâ, desidiâ, ignaviâ, languore corruet; quippe descendit, dum ascendere debuit, & ascendere proposuit. *In cœlum conscendam.* Meditatus utique perfectionis formam: mancipatusque est inferno; quippe defecit à professionis proposito. Inferno? sanè: post socordiam in vita nullus est ordo. Non est conversio? Impossibilis iudicatur à Paulo: *Hebr. 6.* à 4. Profectò impossibilis; igitur Monachi per desidiam sensim convertuntur in dæmones: hinc in infernum adducti, qui priùs vivebant in cœlo religionis sicut Angeli: etenim qui in inferno morantur non convertuntur, nec converti possunt. Sal infatuatum nullum habet condimentum. Traditi sunt in passiones ignominiæ, vocationis languore: in reprobum sensum, in flagitium, in animum obcæcatum; quippequàm illorum impœnitens animus semper in peius, semper in deterius, quia semper inferiùs, deorsùm in infernum; igitur proiecerunt cum situla lorum: & in crimina audent, quod sæculares dissoluti, imò dissolutiores non auderent. Sæculares aliquando in diem solent convertere noctem: cæterùm pigri ecclesiastici rursus post tenebras nequaquam sperant lucem.

S. Bened. *Corruunt dum ascendere concipiùt* Ubi sup. *Quare dicuntur degiones?*

18 Sæpe ex Sanctis PP. de huiusmodi pertinatia egimus, ut qui collapsi in disciplinæ tædium; cum iustis per conversionem pœnitentiamque scribantur. At loquor in ventum? Adi, *Tom. 1. T. 1. D. 9. T. 5. D. 14. Tom. 4. T. 1. D. 3. & T. 7. à n. 29.* Anselm. *lib. 2. Epist. 37.* Bernard. *Epist. 96.* & 253. Contempleris, in morte Salvatoris, peiores fuisse Sacerdotes, quàm sæculares. In pigris Monachis languores, ex ipsis medicamentis. Habetur in sensum sanequàm cauteriata conscientia, cuius nocet vulneribus medicina. Ovid. 3. *Metamorph.* fab. 1.

Semel lapsi, peiores Sacerdotes, quam sæculares. Ovid.

Duritia pellis validos cute repulit ictus.

Propter conscientiæ indolentis duritiem, universa medicina nequit excutere pestem. *Qui videbamini totius iustitiæ sectatores* (infit Imperfectus in *Matth.* Homil. 40.) *in duritia permansistis: & ne tunc quidem pœnitentiam egistis, magis contemptores Dei, magis supervi, & vanæ gloriæ amatores, & duri: qui nec præcedere peccatores voluistis, nec sequi: Verè magna confusio Sacerdotum; quando laici inveniuntur fideliores & iustiores. Quomodò non confusio, esse inferiores; si æquales esse, confusio est? Melius est apud Deum non permittere & facere; quàm promittere & mentiri. Publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Quis aliquando vidit clericum citò pœnitentiam agentem? Præcedunt, quia illi conversi desiderant esse quod non erant: vos autem denegatis in opere, quod videmini profiteri in verbo; & estis tamquàm arbores folia habentes sine fructu* (quas maledicit Dominus) *Nihil autem impossibilius, quàm illum corrigere, qui bona scit, & contemnens bonum, diligit malum. Quicquid in Scripturis sæcularibus terribile est; usu sacerdotibus vilescit.* Ab assuetis non fit passio, & medicamine vehementior & periculosior ægritudo. Unde fiunt, venundati sub peccato, deteriores, dum obsequijs sæculares sese criminum manifestant pœnitentes.

Qui magis lus pessimus. Imperfect. *Quare & quomodò*

19 Erga Servatorem amoris ampliora nititur ostendere studia; á qua ejecerat septem dæmonia. Effudit ergo super caput recumbentis in mensa Simonis leprosi, alabastrum pretiosissimi unguenti. Numquàm otiosus amor, ad circumstantes cunctos se extendit odor. *Tunc abijt unus de duodecim, qui dicebatur Iudas Iscariotes, ad Principes Sacerdotum, & ait illis: Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam*: Tunc? O miser! Cecidit piger, quomodò cecidit Lucifer. Vitam Apostolicam professus Iscariotes, eminuit inter alios professione virtutis. Quandiù duravit vocationis flamma, eius planè splen-

Matth. 26. 14. *Cur Iscariota fit militis*

splendidiora in perfectione exercitia; ita ut patraret miracula. Tepuit, sensim ex tepore frixit, pòst disciplinæ tæduit, paulatim pectus languit, dolorem infirmitatis non sensit, ex malis in ampliora mala ruit: eòque obcæcatus ex desidia in pravitatem devenit; ut committeret crimen, quod neque dæmoni veniret in mentem. Quæ non faciet, qui perfectus pridem, dissolutus; statum perfectionis aversus? Extendet sanè impudentiam, usque in magistri perfidiam: etenim malignitatis phrenesi, peior erit sæculari peiore, tendens annixu in inexcogitabilem malitiam, dum sæcularis conversus recurrit in pœnitentiam.

20 Claruit in articulo. Magdalena in obsequium Magistri flagrat fidelis: discipulus, pravitate inauditâ maligni cordis. Illa nimis diligit, & probat obsequijs: hic summè odit, & probat studijs. Illa obsequitur, hic persequitur. Illius rutilat in dilectione fides; hic huc atque illuc agitatur perduellis. Peccatrix conversa cupit esse quod non erat: discipulus autem quod erat, eliminat: dissolutione labat, & *tunc* dum vidit peccatricis æmulabile officium, simul demonstrans ferale pectoris odium; ut constet quanta gratia ex pœnitentia, & casus quantus retrocedentis à gratia: igitur dum peccatrix maiorem per obsequia demonstrat amoris fidem; tunc discipulus ut perfidus machinatur proditionem. *Tunc* studuit avaritiæ, quando cuncta Magdalene dedisset pro dilectione. *Tunc* illi Magister odiosior, dum fulgebat amabilior: equidem ubi peccatrix amicitiam corditùs ambit, perfidus gratiam susque deque tulit. *Tunc* ut clareat, quò ingratus tandem tandem per gradus sensim deveniat, & contritio cordis, in quantam altitudinem virtutis: siquidem *tunc* cùm Magdalena Christum cunctis viribus honorat, discipulus totis viribus cogitat quomodò tradat. *Tunc*, & sine pudore ruit: cum discipulum in obsequijs illecta amore præcederet: etenim Christum emit per sublimèn dilectionem; quùm perfidus vendere cogitasset inimicis & in crucem.

21 Denique. Dum Magdalena per charitatis studia, eminet in pœnitentia; Iscariotis discipuli demonstratur perfidia. *Tunc*. Perfidia & in discipulo? Insidiæ & à dilecto, fulgente mirificè in perfectionis statu? Sanequàm. Minimè caderet, si inter flammas non teperet. Descendebat paulatim; quin cognosceret descendere, præ frigiditatis pondere. Quotidiè descendebat inferiùs in præcipitem lapsum, usque in infernum deorsùm. Numquàm potè cadere cogitavit, & unde & inde ubi corruit: patuitque desidiæ ruina, quanta ex virtutis socordia: etenim ita descendendo cecidit; ut usque ad Magistri proditionem deveniret. *Fusci pulchri apud Æthiopes: albi, deformes; quare dæmones pingunt albos: Iudam & dæmones*: ait Alapid. in *Cantic.* 1.4. Infelix inter malos virtutis color, & morum candor: igitur albi nive puritatis, nigris videntur deformes, atque dæmonibus dæmones: simulque ut indicent inferni flammas, eodem colore tinguntur dæmon & Iudas; quoniam eodem tramite dæmon tepens è perfectione habuit lapsum, quo Iudas proditor conversus est in dæmonium. Mira locutus fuerat Magister cœlestis, sese signans lucem mundi: tuncque *dixerunt ei Pharisæi: Testimonium tuum non est verum.* Impudens profectò audacia, & effrontium adiatrephia. Veritatis testimonium non est verum, & à Religiosis dictum? planè scandalum. *Religionis professores* (hic inquit Caietan.) *ex sua professione audaciores cæteris loquuntur; qui humiliores esse deberent.* Insolentior parrhesia, si oritur ex professione religionis audacia, & ubi eminet religiosior, qui impudentior: igitur plus profitebuntur odiosam procacitatem; quàm modestam religionem. Peccator, cùm in profundum veniret peccatorum, contemnit: Christus album album, nigrum nigrum demonstravit; cuius testimonium Pharisæis haud bonum visum. Erant Æthiopes, & illi audacter dixerunt: *Nonne benè dicimus nos, quia dæmonium habes?* Viderant enim Salvatorem album, atque dixerunt dæmonium. Quomodò ergo pulchritudini convertendi, qui sibi videntur pulchri ex ipsa deformitate? Pervertitur iudicium, dicuntque bonum malum & malum, & malum bonum; dum relinquentes perfectionis candorem, descendunt audaces in philautiæ nigredinem, ut fiat palàm quanta mala ex tepore vocationis & negligentia: igitur morum pulchritudinem designant deformitatem, & nigredinem candorem; inconvertibiles à malo, & quia erroris non est ulla cognitio, & quia virtutis, falsò conceptæ, nequit esse pœnitudo. Quapropter illorum impossibilis conversio; quippequàm quò peccatores se esse malitiosè nesciunt, eò deteriùs peccatores fiunt.

22 Per aquam, cuius conditio frigiditas

Magis in deteriora pervertitur, dum convertitur peccator.

Obsequia Magdalena unde pretiosiora.

Negligentia in perfectione, est sanctitatis discipulæ.

Alapid. *Iudicium Æthiopū præpostero-rum.*

Ioan. 8. 33.

Caietan. *Ecclesiastici audaciores, quippe impunes.*

Vers. 42.

Virtutis detor, vitiosis vitium & pudor.

Cur boni similes vino merè?

ditas signantur in Scriptura sectatores sæculi : per vinum , germinans virgines , religiosi atque perfecti , non audaciores ex statu , sed modestiores ex virtutis studio. Unde iuxta Prophetam , haud religio perfecta , si *vinum mistum est aquæ* ; etenim cum congruat statui fervor , & in perfectionem ardor ; haud rutilabit religionis celsitas , si in perfectionis statu , perfectionis sit frigiditas. Videtur vinum & aqua , in religiosa vita , sed sine confectione mistionis ; quippe pessimum , si vivunt religiosi ut sæculares. Verùm à Salvatore factum miraculum conversionis aquæ in vinum ; sed non legimus , in vinum umquàm convertisse acetum. Haud convertibile. Si semel elanguit , cum acore persistit : incapaxque conversionis , cum permanentia acerbitatis degeneris. *Acetum fit* (ait Barchor. 12. *Reductor.* cap. 185.) *ex vino dulci corrupto* : & *sic vinum , quod erat naturaliter calidum , efficitur naturaliter frigidum.* Dulcis profectò status religionis, in quo fervor exercetur charitatis : unde si optimum vinum convertitur in acetum contracta frigiditate ; frigiditas provenit absque dubio ex corruptione. Hinc ænigma 81. Lactant. Firmian. Vel Symposij, de aceto.

Ifai. 1. 22.

Ioann. 2 9.

Berchor

Et cur de fides conferuntur aceto?

Sublatum nihil est , nihil est extrinsecus aurum.

Quod fuerat non est , cœpit quod non erat , esse

Sympos

Nec tamen inveni quicquid prius esse reliqui

Naturaliter vinum est calidum ; unde Plin. *lib.* 14. cap. 21. inquit : *Vini natura non gelascit.* Si gelidum , i m non vinum sed acetum ; quod Religioso proponitur uti symbolum : etenim si dulcedo est in mordicante acore ; provenit ex prioris status frigiditate. Naturaliter fit frigidum , quod erat naturaliter calidum. Singularis utique proprietas , & frigiditatis efficacitas : igitur cum ex calido transeat in tepidum , & ex tepido in frigidum ; vinum transit in acetum , habens ex accidente naturà frigiditatem ; verùm nullam conversionem ; quandoquidem ex tepore in peius itur , sed acetum in melius numquàm convertitur.

Plin.

23 Pervenienti in Calvarium Salvatori , *dederunt ei vinum bibere cum felle mistum : & cum gustasset , noluit bibere.* Quomodò fel in oblato vino , si queritur quòd potaverint aceto ? Exprimitur Redemptori quàm amarum : quod virtutis vinum optimum convertatur frigiditate in acetum : equidem Religiosi desciscens glacie à perfectionibus cor ; non est acetum , sed fel. Ravis. Textor. *Epitetb.*

Matth. 27. 14. Psalm. 68. 22.

Textor.

Felle acetum turgido bibit.

Pende. *Cùm gustasset noluit bibere.* Exhibetur in Monachis , quid habitus , & quid pectus ; gustante Salvatore amaritudinem fellis acetosi , expectante virtutem pretiosi vini : verùm expuit , quod gustavit , & bibere noluit ; quippe vinum acetum nequaquàm placet : & minimè hausit , quod stomacho nocet , & concoquere non valet. Æquivocè vigilantiùs Hispanicè : *No se puede tragar , porque relaja : y un Religioso relajado en su instituto , no puede hazer buen estomago.* Hoc ante crucem : verùm in illa aceti inimici præbuerunt acerbitatem. At quid ? *Cùm ergo accepisset Iesus acetum* , dixit : *Consummatum est.* In passionem igitur tradita vita : iam nihil in doloribus ultrà. Placet potiùs mori , quàm hæc videre. Vivens moritur , priusquàm præ dolore moriatur. Moritur cruce , cruce acerbiore. Moritur halitu , vino in acetum converso : equidem nulla Redemptori acerbior mors) etsi premat clavis crux) quàm videre propter socordiæ frigiditatem , à perfectione status Religiosum in baratrum descisentem. Hinc Apostolus : *Rursùm crucifigentes sibimetipsis filium Dei & ostentui habentes. Ostentui* , ut videatur , & irrideatur : igitur Christo crux & turpe opprobrium , expectare in cruce perfectionis vinum ; & experiri in cruciatum frigiditatis acetum. Milites fuisse , asserit Lucas. *Milites accedentes , & acetum offerentes ei.* Patet in ostentu religiosi habitus , quid sit dumtaxàt ex habitu Religiosus : quandoquidem sitiente Christo , illum potant aceto : qui in statu altissimo perfectionis , vocationis tepore vivunt ut milites.

Christus illos respuit & spuit.

Ioan. 19 30.

Hebr. 6 6.

Luc. 23 36.

Eorum vita Christo crux.

24 Ergo in præfatum propositum aquæ sæcularium , & vini Religiosorum. *Multò facilius reperias , multos sæculares converti ad bonum ; quàm unumquempiam de Religiosis transire ad melius* : uti dixi loc. cit. ex Bernard. *Epist. 96.* Si *Ad melius* , ergo Monachus iam , licèt imperfectè , bonus ? Quid ergo & quomodò librat & confert Bernardus ? *Minimè profectò est bonus* (infit *Epist. 90. n. 3.*) *qui melior esse non vult : & ubi incipis nolle fieri melior , ibi etiam desinis esse bonus.* Qui non bonus , malus : ergo malus , qui non procedit in melius. Notatur pigritia , relaxationis amentia ; ut surgat in iudicium sæcularis , adversus oblivionem re-

Bernard

Idem. *Quomodò Monachus non bonus , si non melior?*

ligionis : etenim sæculares iter conficit totum ; dum Religiosus renuit ascendere gradum : simulque qui imperfectus iurè dicitur non bonus ; quoniam non est in statu perfectionis , qui non aspirat in perfectionem status. Miserior est infelicitas. Est in sæcularibus optata conversio , eò quòd pectus contriverit pœnitudo. Non cognoscitur à Monachis , in instituto frigidis , pœnitudo ; ex quo nec in melius, nec in bonum fit conversio : verùm in pœnitentia atque conversione sæcularium, est Monachorum propudium ; quippequam sæculares aliquando convertuntur ad frugem , sed religiosi si labant nullam habent conversionem. O Monachi ! Qui stat , ascendat , videat ne cadat : etenim si semel à proposito deficiat ; quod vinum optimum convertitur in acetum. Quomodò possunt hæc fieri , non conversio Religioso , & conversio sæculari ? In vinum per miraculum convertitur aqua , victà naturali frigiditate in calidum : aceti non convertitur natura , vincente frigiditate accidentali vinum : videturque in aqua cordis sæcularium pœnitudo , & in aceto desidum Monachorum nulla conversio; quia paulatim à perfectione cadentibus (etiam collisis cervicibus) dum sunt infeliciter in gelu extremæ frigiditatis , sibi videntur fulgere in statu pulchertimo perfectionis. Vide dicta *Tautolog.* 1. *Didasc.* 1.

Semel usque in flammę frigiditatem deset , inconvertibilis.

25 Ludicrum arbitror , quod Galenus apud Cœl. Rhodigin. *lib.* 28. *cap.* 26. dicit : *Vinum nimirùm utribus appensum obdurescit , in salis modum.* Arcadicum vinum vocat Aristoteles , 4. *Meteor.* & Dalecamp. ex Plin. *lib.* 14. cap. 21. Haud censendum uti verum, ni sit in symbolum. Imago patet pigritantium Monachorum, qui sine retroversione conversi sunt in acetum , quod gaudet frigiditate , sicut illi privantur perfectione. Ut redeant in pristinum calorem , sacri instituti , applicantur ad ignem. Quid ergo ? Nullam habent conversionem : igitur converti non possunt ; ubi adinstar Arcadici vini plus ad ignem congelascunt , & in glaciem obdurescunt. Arcadium vertitur , uti sal. Non sic impij , in obligationibus declinantes ; non sic : quandoquidem medicinis , quibus sæculares sapiunt , ipsi magis infatuati desipiunt : sæculares enim in profectum mutant animos , quin aliquis desidum ponat celer in via gressus suos. Videntur mihi huiusmodi veternali socordiâ , laborantes in officina ferraria. Nemo quiescere ibi valet ; quippequàm dormire nequit. Cataduparum tragor , rotarum furor , ministrorum strepitus , fistucæ tundentis ictus , excitare valent mortuos. At quid opifices ? Soporantur somno pacis, & quiete dormiunt , ubi alij nequeunt , & unde ut dormire valeant , cæteri fugiunt. Non excitantur ut surgant : non excitantur , ne dormiant ; quia illis videtur dulcissimus quieti somnus , ubi subdolè latet irrevocabilis casus : vivuntque in statum pristinum incapaces conversionis ; quoniam requiescunt , ubi fuga quietis. Nullus cogitat, vel recogitat corde periculum. Vide,

Galen. *Vinum Arcadicum.*

Quare in convertibiles , ad bonum abdicto Monachi desides?

Si potest stolidum repentè excitare veternũ. Haud facile. Est mutatio dexteræ Excelsi. Opus sane Deitatis, quod est mirabile in oculis nostris.

Dormiũt quò alij minimè quiescũt.

Catull. *Carmin.* 6. v. 6.

26 Monachus perfectus uti iustus permanet semper *ut Sol.* Sanctus est : *nam stultus sicut Luna mutatur.* Dicitur Monachus Lunæ adinstar stultus , quia mutatur in proposito : Sol verò qui perfectus, quoniam in vitæ cursu non moverur ab statu. Inter stultum & Lunam , n. 5. diximus analogiam. Pende modò quid dicat Siracides : *Luminare , quod minuitur, crescens mirabiliter in consummatione.* Homo in circulo sæculi , ut corpus profectò Lunæ. Ut illustrari possit lumine gratiæ , supernà vocatione accedit Soli iustitiæ in cœlum Monachismi recedens à mundo ; ut semper possit habitare in cœlo. Incipit cursum , quo videt virtutis emolumentum. Quò magis Soli accedit, magis nitet , plus radijs accenditur , plus illuminatur , Solem in cursu perniciter sequitur , & de die in diem , ampliorem habet , & emittit splendorem. Iam fulges plenè , sed minuitur plenitudine : minuique incipit , quippe à Sole recedit ; quin cognoscat recessum à lumine Solis, causam futuram diminutionis lucis. Haud impetè molitur nocuam retrocessionem, sed cursim , & in progressu paulatim. A cursu debio non deviat , imò sequitur, quantumvis fulgor deficiat : & cùm nolit regredi in cursus perfectionem (ut possit restitui in amissam virtutis plenitudinem) ita in luce minuitur , ut præ recessu ad nihilum redigatur. En status Monachi præ tepore cadentis , in quo signum nec videtur virtutis : igitur in tenebris abs gratiæ lumine manet , sicut antequàm in conversionem ad Monasterium accederet : unde infelix accedit morti , & moritur ante occasum sine luce. Nonnullus cognoscit oc-

Eccli. 27. 12.

Cap. 43. à 7.

Cur Luna cursũ confertur Monachus secus.

ca-

casum, simulque periculum; & convertitur ad cor, iterumque Solis ab illo quæritur lux. O Solis divini pietatem! In lucem recipit etiam Lunam deficientem; in cuius consummatione est conversio mirabilis, ut clareat Monachi, tepore à statu perfectionis, cadentis: igitur si in Luna portentum, in Monacho deside inauditum miraculum; quòd (post socordiæ deformitatem, vocationis oblivionem, conversationem in vana, retrogressum in venena, sæcularior sæcularibus, ex ipsis religionis despectæ relaxationibus, adinstar Lunæ mirabiliter in consummatione) devius reverteretur ad frugem, & ad novum pristinum perfectionis splendorem. Semper luminaria sunt in cursu. Nulla in illis retrocessio. Euntes eunt Sol & Luna. Semper splendescit prima flamma. Non secùs professio Monachis, ut quasi stellæ fulgeant in perpetuas æternitates. Est vigor in senectute, scintillæ ampliores in vitæ consummatione: & ne introducatur negligentiæ rigor, instet ad metam pectoris amor. Nostro proposito, etsi aliò, Ovidius, *Epist.* 17. à v. 97.

Quare eius conversio ad scribatur miraculo?

Qui perfectus, luminariis imitatur cursum.

Frigora ne possint gelidi sentire profundi,
Qui calet in cupido pectore præstat amor.
Et subitò lassis vires rediere lacertis;
Quòque minus restat, plus libet ire mihi,
Quo magis accedo, propioraque littora fiunt;
Fortiter in summas erigor altus aquas.

Ovid.

DIDASCALIA II.

In choro vox mentis est forma vocis.

1 UNDE verba & verba in oratione, est oratio sine mente, nec digna quæ informis, pretio; quippe nocet affectus sine iudicio. Videtur reverentia specie amoris; sed tantùm species ex frigore voluntatis. Siccine nec est donum, nec obsequium. *Quid est beneficium* (ait Seneca *lib.* 1. *cap.* 6.) *quid? Benevola actio tribuens gaudium, capiensque tribuendo, in id quod facit prona, & sponte suâ parata. Itaque non quid fiat, aut quid detur, refert, sed qua mente. Consistit in animo. Animus est, qui parva extollit, sordida illustrat, magna & in pretio habita deboneſtat. Rector animus, à quo forma datur rebus. Nec in victimis quidem, licèt opimæ sint, auroque præfulgeant, Deorum est bonos; sed piâ ac rectâ voluntate venerantium.* Aptè pro sacrificio continuo laudis, quod impensè offerri debet à Monachis: etenim despicitur dives, opima victima, si ab animo non est forma. Si quod offertur, longè à corde: si quod sacrificatur, distat à mente, idest, ab intentione & attentione; sine quibus in decore non est decus, in honore non est honos; sed honoris rapina, ubi publica Numini exhibentur obsequia: manentque quæ pretiosa sine pretio; quia Deus odit rapinam in holocausto. Si laus sine forma laudis;

Unde inanis oratio?

Senec.

Honor non est in honore, sed in animo honorantis.

Quid mirum, ignavas, fatuem, perire preces? Ovv. 1. 179.

2 Formam præscribit Bernard. de *Divers.* serm. 32. n. 2. *Providemus bona coram Deo* (ait) *tribus modis, cogitatione, affectione & intentione. Cogitatio debet esse sancta, affectio pura, intentio recta. Cogitatio in memoria est, affectio in voluntate, intentio in mente.* Unde ut accepta (quia perfecta & decora) sit ex oratione laudatio; in illa & ex illa trinæ potentiæ debent dedicari Deo; etenim in obsequijs longè meritum, sine vigili studio dicationis potentiarum. *Eructavit cor meum verbum bonum*: dicit Psalmographus: signat fontem, ex quo oratio bona sit, dum verbi designat principium cor: non sat verbum, ut sit bonum: equidem ad rationem optabilis ex oratione meriti; non bonum, licèt verbum, si non ex corde. Quid si vaga cogitatio, tepida affectio, & sine intentione locutio? Dicit Guarricus, serm. 1. in *Pentecost.* n. 4. *Gustaverunt bonum Dei verbum* (inſit) *eructabant de memoria suavitatis eius, hymnum. Nunc aut divinis intersunt laudibus, & dormitant; aut otiosà aut etiam perniciosà mente pertractant: sedent ad librum, & oscitant: verbum exhortationis audiunt, & ipso auditu laborant: de pascuis mutantur in pascua; & tam ista fastidiunt, quàm illa: iugiter versantur inter fercula vitæ, & moriuntur fame.* Sic evanescunt bona, sic neque sunt bona verba; quippe minimè est homo, nisi ubi eius sederit cogitatio: amandatque cordis dulcedinem, propter vanæ cogitationis phantasticam voluptatem. Audisis Profanum, *lib.* 2. *Epist.* 1. à vers. 127.

Bernard. *Ut sit decora laudatio, potentiæ debent dicari Deo.*

Psalm. 44. 2.

Guarri.

Oratio vana ex orantium socordia.

Torquet ab obscœnis iam nunc sermonibus aurem,
Mox etiam pectus præceptis format amicis:
Recta facta refert: orientia tempora notis
Instruit exemplis: inopem solatur & egrum,
Poscit opem chorus, & præsentia Numina sentit.

Horat.

Avertit morbos, metuenda pericula pellit.
Carmine Di Superi placantur, ordine miro:
Impetrat & pacem: levantes tempore festo
Corpus, & ipsum animum spe finis dura ferentem,
Cum sociis operum.

Hæc Ethnicus de Poëtica: quid dicemus de Psalmodia? Si quis intenderet in pretium utilitatis, diceret unde preces.

3 SS. Doctor, & Monachorum Pater Benedictus, modum orationis collocat *in reverentia, in puritate & devotione.* Ita *S. Regul.* cap. 20. Adamussim cum reverentia munera puritatis & devotionis, sine quibus oratio non esset reverentia, sed audacia; quasi alloqui Numen, minoris esset, quàm accedere ad hominem. Hinc priore *cap.* præmittit: *Sic stemus ad psallendum; ut mens nostra concordet voci nostræ*: equidem nullo modo est oratio sine mente. Ex diffinitione constat reverentiæ, puritatis, devotionis dispositio; ut sit veritate oratio. Hæc utique cùm sit *elevatio mentis in Deum*; sine elevatione mentis, essentia extinguitur orationis: quandoquidem si elevatur intentione, reverentiâ & puritate; elevari, his deficientibus, nequit sine elevatione: perperàm sanè elevabitur, dum vanis cogitationibus inutiliter deprimitur. *Ne offeratis ultrà sacrificium frustrà*: dicit Propheta Evangelicus. Frustrà oblata sacrificia? Næ. Quid victimarum oblatio, procul oblationis merito? Pendet ab offerentium proposito. Versus Numinis cultum, haud oblationis ab oblatione; sed ab oferentis mente: diciturque meritò orationis sacrificium frustrà; quippe sine ritu & forma: etenim non est orationis forma, sine intentione, puritate & reverentia.

4 *Oratione oravit*: dicitur à Iacobo de Zelote Elia: in *Litter. expos.* à n. 21. delicata Tautologia: modòque in oratione posse non esse orationem, videtur; ubi exponitur palàm, quod supponitur. Sic planè, modò modus non servetur in oratione: equidem cùm hæc ut oratio sit, cum animæ elevatione dirigi debet in Deum; in oratione non erit oratio, si à voce expressa labiorum, animæ elevationis fugit intentio. Quænam erit illius cogitatio in sacrificium laudis; in quo ut festum agant, nec reliquiæ remanent cogitationis? Quænam cordis affectio, cum spiritus frigiditate & fastidio? Quænam intentio illustrans lumine mentem, dum cuncta informia & deformia; quippe præter intentionem? Verba proferuntur sine attentione, sine reverentia, sine puritate (alis, queis assumitur anima sursùm, cum flamma cordis) ut hìc nostra sit conversatio & in cœlis. Oratio in oratione mirificè fit, si in obsequium Deitatis perfecta ad amussim est. Non oratio, ni perfectio: quapropter in sacrificio laudis, nulla orationis oblatio; quippequàm nec cogitatio sancta, nec affectio pura, nec intentio cordis invenitur recta. Potentiæ enim rationales deviant perversæ ab obiectis: quandoquidem in his quæ anima indiligenter agit, nec memoria Deitatis meminit, nec voluntas bonitatis summum diligit; neque intellectus divinæ præsentiæ maiestatem cognoscit. Ovven. d.

Orantis quasi non orantis inania verba
Sic audit, quasi non audiat illa, Deus.

5 Non audit, quia non exaudit. Verba & verba, fœta vocibus labia; sed totum inane, quia vox illa sine voce. Innuit Psaltes Regius huiusmodi diversionis diverticula, orationem, & eius spiritum suffocantia; ut animi levis addicti choris ægritudinem fugiant, ne præ vulnere putrescant. *Quoniam tacui* (infit) *inveteraverunt ossa mea, dum clamarem totà die.* Clamare & tacere? Novum quidem: quomodò ergo cum taciturnitate nectit qui infirmus clamorem? Unde valet clamore loqui, & eloquijs nihil dicere; ut verba proferat, unaque taceat? Silentio loqui videtur, ubi anima aliquid de Numine meditatur. Quapropter tacenti Moysi, admodùm silentioso, Dominus ait: *Quid clamas ad me?* Est enim in mente clamor, ubi interiùs adurit pectoris fervor. Est clamor sine clamore, qui exauditur sine aure; cùm Deus orantem exaudiat, antequàm audiat, & gratia venientem orationem præveniat, invento cantico novo in mysterioso silentio: etenim novum, ad canticum labia claudere, cùm labia aperiantur loqui. *Canticum novum.* Clamat cor non sono corporis; sed sublimitate cogitationum, atque concentu virtutum (vide Ambros. in *Psalm.* 118. 145.) novum sanè, quod vox sine voce audita, & sine sono sonora. Intelligitur modò quod Sponsæ dicitur: *Vitta coccinea labia tua.* Labia Sponsæ sunt preces animæ iustæ. Adi Ghisler. Verùm si ad preces labia, non vittæ sed vitta coccinea; potiùs videtur in orationem labia claudere, quàm diductione aperire: ita, ut laudatio sit iucunda atque decora: vittæque coccineæ, labijs clausis, perpropriè similes preces, in hieroglyphicum mysticæ orationis mentalis:

Si non sancta, pura & recta, oratio nulla

Ovven.

Psalm. 31. 3.

Exod. 14. 15. *Oratione mentali, non sine voce audita, & sine sono.*

Isai 43. 19.

Cant. 4. 3.

S. Benedict.

Conditiones orationis perfectæ.

Isai. 1. 13.

Quænam orationis forma.

Iacob. 5 17.

talis : igitur oratio interna silentio magis clamore sonora; ubi clamor efficitur, quin Sponsa in eloquium dividat labia.

S. Bened.

6 *Compunctione nos exaudiri sciamus* (subdit Benedictus præf. *cap.* 20.) *non in multiloquio : & ideo brevis esse debet & pura oratio.* Ad exauditionem precum non multiloquium , quippequàm loquax silentium ; ut miremur in laude ad laudem canticum novum : igitur clamor mentalis orationis singularis , ubi audiuntur à cœlo sine vocibus voces. Est huiusmodi oratio coram Deo , *sibilus auræ tenuis.* Maluend. *Vox silentij.* Mirum. Vox & silentium?

Unde dicatur cãticum novum? 2. Reg. 19. 12. Maluéd

In oratione mentali sunt labia vitta coccinea : audiuntur voces , quin dicantur labia : etenim ubi in meditatione exardescit ignis , & interne gliscit in incendia flamma cordis , ut pectus occupet amoris divini fervor ; silentio mystico sine vocibus clamor. Ioannes in cœlo *conversus* est, *ut videret vocem* : laudis divinæ internam explicet laudem , & quantæ efficacitatis clamor sit remotione clamoris : equidem in cœlo virtute contemplationis vox videtur , priùs quàm clamor vocis ab hominibus audiatur. *Monemur* (ait Gregor. Nyssen. de *Vita Moys.* prope med.) *sonoram esse vocem , non contentione clamoris , sed puritate cordis , quæ sua meditatione concipitur.* Vox sine voce mira, quæ ex interna mentis meditatione concepta : & ut dulciter moduletur in cordis cantico ; auditur & videtur ut nova vox in silentio.

Apocalyps. 1. 12.

Nyssen.

Ubi sup

7 Dicit Sponsus : *Sicut vitta coccinea labia tua , & eloquium tuum dulce.* In precibus dulce eloquium, & labijs clausis silentium ? Unde vox ? Formavit accensa mens. Unde clamor oritur ? Flagrante ex corde concipitur ; ut clareat discrimen inter vocalem & mentalem orationem ; igitur si eloquium placet labiorum , dulcius clamore orationis silentium ; cum vox procedat ex mente , atque clamor in silentio , flammato corde. O Moniales ! O Monachi ! Sponsum quærite apud quem sit vestrum eloquium dulce. *Quærite & invenietis : pulsate & aperietur vobis.* Bernard. Seu potiùs Guigo in *Scala Claustral.* cap. 2. & 10. *Quærite* (inquit) *legendo; & invenietis meditando: pulsate , orando ; & aperietur vobis , contemplando.* Lectio ergo est *secundum exterius exercitium : meditatio secundum interiorem intellectum : oratio secundum desiderium : contemplatio super omnem sensum. Hic gradus est beatorum.* Ergo currite post unguentorum odorem , ut vel hìc nanciscamini æternam felicitatem. *Omnis enim qui petit accipit : & qui quærit invenit : & pulsanti aperietur.* Ingressi itaque in potentias Domini , etiam in via gaudebimus beatitudine : audietur cordis clamor sine voce : non solùm erit eloquium, sed eloquium dulce: etenim oratione silentiosè sonorà;

Vocis forma ex cordis flamma. Luc. 11. 9.

Bernard

Gradus ad elevationem animæ.

Vers. 10

Coccinea labra, dulcisque & blanda loquela. Marian

8 Etsi eloquium videatur à tramite devium ; gratia Dei nullatenùs saltavimus extra chorum. Ergo in testimonium præfatum. Hìc præ se fertur vox mira sine clamore : quorsùm ergo à Davide silentium , dum clamaret totà die ? Promitur fructus orationis vocalis omninò vacuus, dum ad prolata incuriosè non attendit intellectus : ubi memoria præsentiæ Dei evanescit , voluntas friget , atque cognitio intellecta non cognoscit. Ubi oratione non ingreditur homo in Domini mirabiliores potentias ; potentiarum hominis manifestatur vacuitas. Est in oratione vox , dum mens correspondet voci : dum sensus ligantur sacrorum intelligentiæ: aliter præ desidia, verba dumtaxàt & verba: sepeiiunturque mutà taciturnitate, quantumvis in oratione sint clamores tota die; quoniam defectu attentionis , affectionis , puritatis, nulla vox inter tot voces. Vide dicta *Tom. 3. T. 3. D. 4. à n.* 7. Chorus itaque est dulcedine & voluptate plenus ; unde vires atque suavitatem fugit animus. Dicit vel Ethnicus , 8. *Astronom.* cap. 1. à v. 150.

Ubi sup

Non in Dei canticum vox ex voluntate labiorum.

Est in oratione vox, si voci consonat mens.

Per varios cantus, modulataque; vocibus ora
Et graciles calamos , & nervis insita verba,
Lugentemque sonum (*labor est etiam ipsa voluptas*)
Laudis amor , tacitæ mentes , & corpora tarda
Mole valent.

Manil.

9 Cur igitur sæpesæpiùs, quibus offertur suavitatis dulcedo , egrediuntur cum fastidio ? Tota die clamant , raucis faucibus laborant , simulque silent , & vociferantes tacent , per varios cantus , modulatis vocibus. Illa verba non audiuntur; quia verba tantùm labiorum : & non est honor in vocum studioso modulamine ; si in labiorum obsequio cor cantantium stat longè. Distinguunt labia voluntatis vota, à corde meditatione concepta. Si tantùm votum in labijs , dumtaxàt voces & voces, quin intendat auditus , quid ad corda canentium loquatur Dominus Deus, cui nequaquàm cum voce dirigunt cor : unde

ora-

oratio in oratione non est ; quippe non votum per labia ad cœlum distinctum, quod solummodò concipitur à voluntate labiorum. *Non est perfecta oratio, in qua Monachus se intelligit* : ait Cassian. *Collat. 9. cap.* 31. Quid hoc, ut cognoscamus, quæ oratio perfecta sit ? Qui se in oratione intelligit, loquitur labijs : qui se non intelligit, loquitur votis. Qui labijs tantùm loquitur, nihil petitione petit : qui loquitur votis, plusquàm petit exposcit. Ille loquitur ut loquatur; hic ut loquendo meditetur: huiusque oratio extollitur ut perfecta, dum illius despicitur uti nulla; quippequàm mentis non habet elevationem, quæ ad directionem vocum non habet mentem. Aliter. Se in oratione intelligit, qui diversione nequaquàm intelligit quod precatur ; unde se intelligendo à Numine haud intelligitur. Se non intelligit (& est potior intellectio) ubi in orationis intellectu loquitur Domino : igitur avertit à se, ne se & sibi oscitanter intelligat, quicquid ut obicem cogitat ; ut ab intelligente cogitetur quod loquitur : huiusque oratio dicitur iurè perfecta, quæ secùs nulla; quoniam dum videtur Monachus orationem dirigere in Deitatem, propriam varijs phantasmatibus perlactat cogitationem.

Cassian

Quomodò qui se cognoscit in oratione non erat perfectè

10 Denique. Est oratio entitate veritatis, & est *in labijs dolosis*. In labijs dolosis, connotato conspecta Deitatis ? Dolus est, dum in eloquio disita sunt cor & labia : ubi tantùm ad fictionem conveniunt in apparentia. Oratio dirigi debet Deo, cui dicatur iurè cor ; nequaquàm ut orans, in illa intelligat se, sibi reservatâ cordis intelligentiâ, sine corde, Domino dedicans labia : & huiusmodi oratio in precibus dolus dicitur ; quippequàm qui non potest falli, fallitur : equidem dum abest cordis intentio, oratio venusta ex labijs, non est oratio. Hinc David inquit : *Auribus percipe orationem meam, non in labijs dolosis.* Quid ? sine dolo labiorum oratio & accepta est. *Ex intimo pectore cor labijs respondet* : subdit Genebrard. equidem ficta aut picta precibus oratio in dolo (sine verborum conceptu) ubi nullum ex illis Domino (flammato pectore) dirigit ; & varijs cogitationibus se intelligens Monachus, nec se precibus intelligit. Dicit vel Plautus in *Cistellar.* Act. 4. scen. 2. v. 64.

Quænam oratio dolosa

Psalm. 16. 1.

Genebr.

Itidem exorditur sibi intortam hìc orationẽ.

Plaut.

Quæ intorta

Malum, quòd Hìc, peius quod Itidem, pessimum quod intorqueatur oratio, ut sit in labiorum dolo : igitur sine elevatione animæ, & frigido corde dirigit sibi, quod debet Numini. Secùs in oratione David. *Exultabunt labia mea* (profert) *cùm cantavero tibi.* Tibi, non mihi, in orationis dulcedine ; quippe non preces in prolatione precum, non oratio in reverentia orationum, nec vox in vocibus cantici ; nisi cantavero tibi. In Deum dirigi debet cantus, ut in labia cordis gaudium eliciat pectus. Aliter tristia verba, verba, nihil in significatione significantia : equidem in cantu os non repletur gaudio, neque lingua exultatione ; ni cùm cantaverint, cantaverint tibi.

Psalm. 70. 23.

Non oratio, si non dirigitur Deo.

11 Ex Profanis meditanter modò sumitur tenor ; ut in Ecclesiasticis intortæ ignaviâ orationis sit pudor. *Preces degeneres* : inquit Tacitus, 12. *Annal.* cap. 36. Perpropriè. Oratio filia mentis ; ut anima fruatur in Deum beneficio elevationis : precesque prorsùm degeneres sunt ; ubi sine mente, sine animæ elevatione, in cœlum dirigitur tantùm vox. *Oratio non est penes dicentem, sed penes audientem* (ait Plato, 1. de *Republic.*) *ab affectu æstimanda.* Quid sine affectu voces ? Sine effectu quia degeneres : etenim nihil sunt, si petitiones minimè innotescant apud Deum. Adi *Tom. 6. T. 5. D. 4.* Ab audiente, non à dicente pendet acceptio, ut perfecta sit oratio. Quid quod verba prolata, si Deo non nota ? Cognita exaudit in gratiam : incognita habent repulsam : non exaudit, quod non audit ; & non audit in donum quæ non cognoscit. Non est in vocibus nisi silentium oratio, ni mens elata adhæresçat cœlo. Tertull. 5. *Adversus Marcion.* v. 186.

Tacit.

Plato.

Deus nõ audit, quam nõ cognoscit

—— *Non vobis dicere tutum.*
Quàmquam præcipites dicatis plura tacendo

Tertull.

12 Tollitur ecstasi Ioannes in cœlum, ut videat & æmuletur cœlestem chorum, ubi in laudem & gloriam Deitatis cum Cherubinis in throno erant Seniores sedentes. *Ecce ostium* (inquit) *apertum est in cœlo : & vox prima quam audivi loquentis mecum : Ascende huc : & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.* Quid post hæc oportet fieri ? Chorum cœlestem Deo dicatos imitari ; ut sit divino Numini laus decora, sicut in cœlo & in terra. Vox ergo in canticis auditur à Ioanne. At quid dixit vox ? *Ascende.* Erat in terra, in cœlo invitabat gloria, quæ audiebatur diversis canticis in modulatione vocis : ascendereque usque in cœlum iubetur, dum vox auditur ; quippe in Dei laudibus nequaquam

Apocal. 4. 1.

Haud oratur perfectè, sine animæ elevatione.

quàm perfecta musica, nisi cum voce etiam elevetur anima. *Vox prima, Ascende.* Non movetur anima pedibus, sed affectibus. Per effectum ascensionis in oratione, cognoscuntur cordis flammæ: & dum in cœlum narratur Ioannis ascensio, ex voce notescit affectu perfecta oratio; quippequàm cor ibi fuit, ubi in plausum Deitatis è labijs directa vox. Per effectum cognita meritum atque præmium puræ, immaculatæ orationis, in precum & laudis sonoris canticis; ut luceret ex corde amore maiestatis flagrante, quàm rectum propositum in prolata à labijs voce: equidem si conatus orationis quòd voce aperiatur cœlum; antequàm illuc ascenderet, iam erat apertum ostium. Pende: *Ostium apertum est in cœlo, & vox prima; Ascende.* Elucet quanti debet oratio haberi in Ecclesiasticis choris; ubi sic voces illorum in cœlis sunt acceptabiles; datà gratiâ sine morula: etenim perviam cœlorum invenerunt portam, ad vocem primam. Hoccine orationis præmium & cœli studium: hæc felicitas in mortali, fragili vita, vivere in mundo & conversari in gloria: igitur (ut ait Tertulian. d. v. 51.) orationis occupatio,

Oratio cœlum aperit.

Tertull. *Evacuare orbem, atque animas adtollere cœlo.*

13 Audiatur Regius Psaltes. Oratio cùm educat implorantem de lacu miseriæ criminis & de luto fœcis; per illam Davidi optata advenit felicitas, siquidem Dominus (ait) *exaudivit preces meas*: & (pro *quia*) *immisit in os meum canticum novum.* Quæ itaque in precibus novitas cantici ex ore canentis, ut Deus audiendo exaudiret modulos vocis? In voce canentibus solet esse consonus & dissonus orationis modus. Frequenter in carmen intenditur, haud in quem carmen dirigitur; quippe cordis cogitatio disita ab intenta significatione verborum, cùm verba instituta sint in expressionem conceptuum. Tunc oratio, si oratio, fit voce, sed sine mente: fit labijs, sed nequaquam significativis verbis; & quod non significatur, nec à Numine intelligitur. Orat vocibus orans, qui non respicit in vanitates & insanias falsas. Canticum vetus est cantu laudis locutio, & iuxta locuta, mente vagâ, nec affectio. Est novitas in celebrationis canticis, ubi vocibus applicatur affectio cordis. Ubi magis attenditur cum quo mens loquitur; quàm quid vocibus loquatur: diciturque in ore psallentis canticum novum, dum voces reflectit in Deitatis plausum; quoniam ad gratiam per vocem in cœlum emissa prece, cor non defecit à voce. Contemplare sequentia: *Videbunt multi & timebunt.* Quid timebunt? Ne desit in vocibus novum canticum: quandoquidem si cor in voce non est; in cantico non est vox: canticumque novum ad preces è cœlo immittitur, dum voce Davidis maiestas Dei celebratur; quoniam in canentis ore, nec ulla vox sine mente. *Gravida vox* dicitur à Manilio, d. v. 168. Non habet vox pretium vocis, si vox sterilis: mente & affectione fœta, est vox dulcis & sonora: voxque conciliat plenitudine carminis,

Psalm. 39. 4.

Quid in prece novitas cãticis

Ibid.

Quæ vox in oratione gravida?

——*Speculantem incendia mentis.* Manil.

14 Ulterius. *Oratio non in verbis solum est, quibus divinam clementiam invocamus*: infit N. Beda in *Marc.* lib. 3. cap. 38 Ideo multi timebunt, atque fovebunt formidinem, erga divinæ maiestatis laudem; ne vanæ insultu cogitationis, sit tantum oratio in verbis. Abigat solicita mens ab holocausto cogitationes volantes, sicut abegit Abraham; quin tepescat orationis fervor, quantumvis irruat gravissimè sopor: timendum tane ne in cantico sit vetus canticum, & ne voces sint silentium: equidem arte dæmonis, tot vocibus in laudem, nec verbum quidem. Descendenti N. Servatori de monte, in quo fuerat transfiguratus, occurrit quidam filio lunatico afflictus; ab illo implorans beneficium, ut à filio ejiceret deridiculum dæmonium. Christus increpavit & statim *exijt.* Apud Lucam, 9. 39. *Spiritus apprehendit eum.* Spiritus vocari solet, qui in magna virtute tendit; & etiam dæmon nequam, qui seducit: grassatur sæpe huiusmodi pestis, prævaricatione cordis; igitur quem arbitratur vivificantem spiritum, est teterrimum dæmonium. Innuit pater: *Lunaticus est & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam.* Ferè eiusmodi morbus, ubi sine discretione ploratur mentis defectus; modò animis solutis in relaxationem, modò in virtutis perfectioris speciem; quo subditi suffocantur, vel uruntur: patiunturque malè, spiritus lunatici continuata vertigine: etenim in illa quæ videtur spiritus summi flamma, latent in fatuitatem plura dæmonia.

Quæ tarditurna?

Bed.

Matth. 17. 18.

Unde in oratione ex diabolo, quod videtur bono spiritu.

Vers. 15.

15 Articulus delicetur. Multis Prælatis videtur spiritum non habere, ni molestissimi sint in Communitatis oratione. *Hæc brevis* esse debet, iuxta Benedicti præscriptum, d. *Ne intentio & devotio*

S. Bened.

per

per moras evanescat? Augustin. *Epist.* 121. *Orans nihil novum faciat*: Chrisostom. in *Matth.* Homil. 21. Oratio circunspectè, moderatè, non in fastidium morosè debet constitui; quippequàm festinanter solet esse sine mente & sine pondere: & dum nimis, deridiculè (ut Præsidis demonstretur spiritus) protrahitur chorus; quod videtur zeli & religionis flamma, astu dæmonis elucet spiritus apparentia: siquidem si in oratione fervor debito more; per productiores morulas oratio languidè & frigide: nequit esse ullum animæ ex carmine emolumentum, dum orationis musica nutrit fastidium. *Moneo, purè semper & strenuè divinis interesse laudibus: sicut reverenter, ita alacriter* (inquit Bernard. in *Cantic.* serm. 47, n. 8.) *non pigri, non somnolenti, non oscitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba, non integra transilientes, non fractis & remissis vocibus mulebre quiddam balbà de nare sonantes; sed virili sonitu & affectu, voces Sancti Spiritus depromentes. Purè verò, ut nihil aliud cum psallitis, quam quod psallitis cogitetis.* Quomodò ergo quæ psalluntur, purè, strenuè, reverenter, alacriter cogitanda; si non tantùm voces diapsalmate (fastidioso intervallo) sed etiam franguntur verba? Videtur quod ridet Martialis, lib. 8. *Epigram.* 7. succinens:

Hoc agere est causas, hoc dicere Cinna diserte:
Horis Cinna decem, dicere verba novem?

Huius spiritus orationi possumus dicere, quod legatis Samijs Ephori Lacedæmones. *Orationis priora non meminimus, posteriora non intelleximus: quo nihil ex oratione.* Refert Plutarch, in *Apophth. Laconic.* Sanè: ad sententiarum intelligentiam, homines loquuntur verbis, non syllabis; quæ quidem propter disiunctionem si non unum, ad perceptionem mentis non habent sensum: & sine sensu, non putabitur oratio. Perperam siccine in oratione,

——*Et ius & forma loquendi.*

16 Nonnullis diverso tempore lactat extremum, ut in spiritu cognoscatur dæmonium: igitur in fatalem ruinam, subditos modò ducunt in ignem & modò in aquam; ut cuncta severitate timeant, & cuncta facilitate prætereant. *Significat* (præmittit Beda, quò dudum) *eos, de quibus scriptum est: Stultus ut Luna mutatur. Qui numquam in eodem statu permanentes, nunc ad hæc, nunc ad illa vitia mutati: flammescunt, arescunt, otio torpente langueścunt; & nulla virtutis industriâ confortati, enerviter vivunt.* In contraria sanè affectio, est cordis tergiversatio, mentisque vertigo. *Qualitatis veræ tenor non permanet* (ait Senec. *Epist.* 120.) *falsa non durant. Quidam alternis Vatinij, alternis Catones sunt: & modò parùm illis severus est Curius, parùm pauper Fabricius, parùm frugi Tubero: modò Licinium divitijs, Apicium cœnis, Mecænatem delicijs provocant. Maximum indicium est malæ mentis, fluctuatio: & intra simulationem virtutum, amoremque vitiorum; assidua iactatio.* Miram Porcij Latronis in diversa, imò contraria, mutationem, diximus ex Marc. Seneca, *Tom. 6. T.* 3. *n.* 40. Unde Manil. d. lib. 2. cap. 16. à v. 53. canit:

Adversaque nitet parte, defessa peractà
Militia, rursusque novo devota labori;
Nunc huc, nunc illuc sortem mutantis utramque,
Viribus ambiguis::: curvataque primum
Culmina mutantis summo de vertice mundi
Culmineq; insurgit occasus inter & ortus.

17 Liquet cerebri futilitas, & emotæ mentis qui mutatur in horas, habens levem sine pondere vitam, modò in ignem, modò in aquam; queis aduritur & summergitur. *Lunaticus est, & malè patitur.* Videas, sequi velle æthera, & simul infima; eligique in votum elementa contraria: igitur iuxta vertiginem mentis, percupit anxiè contraria flumina flammis. Lunaticus hic spiritus per errores cognoscitur: à Luna sanè movetur, quæ interdùm plena, interdùm lumine vacua. Nunc anima fixa cœlo, nunc conglutinata mundo; aliquandò sursùm, aliquandò deorsùm; interdum cognitis illecebris mundi (studio veritatis) interdùm amore gloriæ cœli (intuitu beatitudinis) iam afflictio per cruciamina corpore, ut opprimatur; iam animo tradito delicijs, ut relaxetur; ita ut displiceat, quòd dudum placuerat, plenaque vita dicatur amaritudinis, quæ pridem circumvallata plenitudine dulcoris; aversis oculis à cœlesti patria, & actutùm tendentibus in cœlestia? Planè spiritus Lunaticus: non est spiritus. Anima operationibus diffluit, in malis miserabilis tabescit: ascendit usque ad cœlos, descendit usque ad abyssos. In circuitu ambulat, & compos mentis delirat; quippe ridicula contrariorum affectuum vicissitudine, micat procella spiritus, & spiritus procellæ. Sunt fulmina, sunt grandines; aqua & ignis. *Deprimitur alternis & extollitur: ac modò in cœlum elevatur,*

modò

Quo tenore vocali oratio habenda?

Bernar.

Eloquium syllabarũ deridiculum.

Martial

Plutarc.

Voces nec theatra lex, nec in fontiles.

Horat.

Matth. 17. à 15.

Eccli. 27. 12.

V. Beda.

Quinam & cur in oratione instabile

Senec.

Manil.

Quinam & qualis spiritus Lunaticus?

Senec.

modò defertur ad terram : Infit Seneca, *Epistol.* 72. & Ovid. 1. *Trist.* Eleg. 2. à vers. 19.

O miserum ! Quanti montes volvuntur aquarum!

Ovid. *Iamiam tacturos sidera summa putes.*
Quantæ diducto subsidunt æquore valles
Iamiam tacturas Tartara nigra putes.

Hic spiritus ambulat per loca inaquosa, quærens requiem, sed non invenit: anima cum illo minima & maxima : flammescit, arescit, languescit. Agitat concupiscientiæ dolor, & premit simul libertatis amor, qui ad sidera tollit ; dum terenorum appetitus angit. Iam super se elevarur studio frugilitaris, iam impellit inglu-vies : iam genio parcit, iam indulget. Iam intendit in virtutis pulchritudinem : iam formidad pulchra specie austeritatem. Iam allicitur dulcedine cœlestis contemplationis, & illicò transit contemplationis species ; quia labitur titillatione post vana, dudum rationaliter invisa. Ardescit, gelascit. In adversa, vicissimque aversa movetur : simul trahitur & retrahitur, quo distrahitur, cùm sapientia devorata sit. Hiccine spiritus Lunaticus est. Illo malè patietur anima, inter angustias deprehensa. Non est directio rectitudinis spiritus; sed veteratoris dolus. Non est spiritus nisi dæmonis, spiritus infernalis, qui subdolè infestat, & spiritum rectum in visceribus suffocat. Intende. Dæmon erat, sed Mathæus nihil de dæmone dicit ; tantùm itaque quod Lunaticus esset. Sat est, cùm Lunaticus sit ; ut per motus, interni animarum cognoscantur spiritus : quandoquidem si adinstar Lunæ spiritus variatur exercitium ; non spiritus (sed horribile & teterrimum dæmonium ; quod astu pectora vexat, opprimit ; atque animam dubia sub morte fatigat. Iuvencus, 3. *Histor. Evang.* à v. 361. succinit:

Nam cursus Lunæ natũ mihi dæmones arte,
Torquet, & in liquidas deiectum proijcit undas:
Aut miserũ medio proiectum volutat igne.

Iuvenc.

18 Videtur discessisse à proposito per obvia Didascaliæ: Nullo modo : exprimitur defectus orationis in hoc articulo, mutum spiritum fuisse, refert Marcus. *Magister attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum* ; Lucas, fuisse spiritum, idest, dæmonium, sed nequaquam mutum. *Ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat* : unde igitur intelligemus huiusmodi spiritum & clamantem & tacentem? Ex defectu puritatis, affectionis, attentionis, & devotionis in oratione ; queis silent, qui choro addicti. Hinc Hieronymus hic : *Qui malè patiebatur* (inquit) *propter peccata sua à dæmone fuerat oppressus.* Debent esse dum spallunt in ea quæ canentes proferunt. Non sat prolatio vocis, in perfectionem orationis vocalis. Ius est, quòd cum verbis precum, cor devotè sequatur significata verborum ; quoniam oratio ex voce, non est vox tantùm. Si vocem non sequitur sensus, non est oratio, sed orationis fucus, arte dæmonis, spiritum suffocantis orationis : & in clamore mutum dicitur canticum ; quippe in tot verbis nec verbum. Clamor utique silet, quia cor frigescit, & enerviter vivitur, vel dum hymnus dacantatur : evanescitque oratio in suavi, medulà voce ; quoniam diversione voluntarià cunctæ voces sine mente. Lunatici sunt. Idest, attoniti & stellati, atque sine rationis reflexione. Malè patiuntur. Dicunt se pati, psalmodiæ continuatione ; malè infertur & sustinetur passio ; quia sine merito. Sunt Lunatici: sunt profectò in canticis sine mente : equidem si Deum attentione digna laudent; benè patientes erunt, ut annuntient. *Orabo spiritu, orabo, & mente : psallam spiritu, psallam & mente* : ait Apostolus. Mirabilis nexus ! In oratione sine mente non est spiritus. Si spiritus, sicut Luna; quippe Lunatici ad orationem assistunt uti dæmonia. Lunatici sunt, iuxta Lunæ figuram, proiecti modò in ignem, modò in aquam : in ignem imprudentissimi zeli : in aquam, cordis allecta frigiditate; etenim non interest in oratione cœlestis spiritus flamma, sed dæmoniorum astutia : dum silent clamantes ex diversione orationis, & simul sectione, productione syllabarum, queis in verbis orationis nec intelligitur verbum. Ad se, simulque redeat sibi, quisquis extra se vagatur in oratione : igitur pravè boni apparentia decipitur, qui vult pati, & mali patitur : procul à vocibus intentionis puritate : *Nimis iners devotionis suæ servitium ostendunt Monachi. Psalite sapienter.* Si militatis, militate. Videte sub quo meretis ; siquidem sine pugna non militia, sed socordia. Exercitium sit oratio, non solùm corde, sed corde toto, & mente vigili ; ne detur rimula alienæ degeneri cogitationi: Est enim Religionis laus perfecta, gratior gratia, sublimior gloria, animæ præsidium, cœleste solatium, dæmonibus flagellum, vitijs supplicium ; denique Numini acceptabilius

Descriptio animi fluctuantis in via virtutis.

Ubi supra.

Marc. 9. 16.

Luc. 9. 39.

Hieron. *Unde qui vere orant, clamore fileant?*

1. Cor. 14. 15. *In oratione non est spiritus sine mente.*

S. Bern. d. cap. 18. & 19.

Effectus orationis perfectæ.

Pacuv. lius obsequium. Unde Pacuvius, in *Sentent.* ait:

O flexanima, atque omnium regina rerum oratio.

DIDASCALIA III.

In prædicatione vox virtutis est virtus Prædicatoris.

1 FALLITUR Imperfectus, dum Homil. 40. in *Math.* inconsultò infit: *Quid enim pertinet ad auditorem vita Prædicatoris? Si enim malè vivit, ipsius est damnum solius: si autem benè docet, omnium audientium lucrum est.* Fallitur, inquam: non enim benè docet, si aliter vivit: etenim si è virtutibus fulminatur flamivomus sermo; audientes docet vivæ vocis oraculo. Nec auditione auditur, neque clamore loquitur; quoniam cum ex virtute vox in Prædicatore sit; sine virtutis perfectione prædicanti non est vox. Innuitur in præsenti Tautologia. *Voce mea ad Dominum clamavi. Mea* quorsum? Voce clamavat ad Deum, à quo exauditus; quia spiritus contribulatus. Nequaquàm exaudiretur à populo; si à voce propria esset sermo: equidem hic tantùm audit & anxiè vocem virtutis, quæ Dei gratia in suggesto est vita Prædicatoris. Frequens in sacris phrasis est: *Vox sermonum, vox verborum*: Deuter. 1. 34. & 5. 28. Moyses de lege lata, cùm è monte essent voces, fulmina & tonitrua; dixit Israëlitis: *Vocem verborum eius audistis.* Singularis stylus! Verùm in voces, tonitrua & fulmina ad prædicationem proprius. *Vocem verborum*, dum præcepta legis in custodiam fulminantur: in haccineque formidabili voce exponuntur verba, ubi legis custodia; ut possit prædicator audiri, vocis plenæ veritate: quandoquidem non ficta, sed vox vera prædicantium; dum loquuntur ad populum verbis operum. *Vocem verborum audistis.* In tonitru vocum erant fulmina legis. Erant præcepta ad vitam, quæ cordium aures conciliabant in custodiam: voceſque dicuntur audiæ, ubi verba cum præceptis coruscant in fulminante; quippequàm non audit auris, si in fulminatis verbis dumtaxat voces. *Vocem verborum* dicit Scriptura legem, ut in sermonibus voces commendent Prædicatorem: equidem in eius vocibus verba profectò pretiosa, si per opera, verba fuerint præcepta.

Imperf.

Psalm. 33. *Concionator sine virtute, neque auditur, neque loquitur.* Deuter. 4. 12.

Quare?

2 *Verba delictorum* etiam in Scriptura legitur; ut in sermonibus sibi consulat non desipiens Prædicator, pro virtute vocis è voce virtutis. Voce clamat declamando; virtute operatur præceptorum exercitio: aliàs excussa vitæ perfectæ virtute, esset vox in loquente sine voce. Impleta lege, proficit; sine observantia, delinquit? signanturque in eius verbis verba (sine voce) delictorum, in æstimatione prædicationem audientium; quoniam delictum, benè & sublimiter loqui, atque sublimia: voce laudata, non sequi: quo quidem propter defectum virtutis, loquax sermo sine verbis.

Psal. 11. 2.

Quando eius vox sine voce?

Traditio vitæ vim quasi vocis habet. Ait Michael Verin. & acumen excepsit Ovven. *lib.* 4. *Epigr.* 244. Undè pòst in *Monastich.* Epigr. 91. succinit:

Verin.

Aspiciat lucem, qui vult damnare tenebras:
Qui carpit mores, labe carere debet.

Idem.

Hinc de infirmis, consilia non validis etiam dantibus, cùm illos oporteret primùm curare seipsos; ait Seneca, *Epist.* 27. *Tu me mones? Iam enim te ipse monuisti! Iam correxisti? Ideo aliorum emmendationi vacas? Non sum tàm improbus, ut curationes ager obeam. Tamquàm in eodem valetudinario iaceam, de communi malo colloquor: remedia communico.* Marcus eius Pater, & Rhetor, præfat. *Controvers.* lib. 5. infit, taxans Oratoris, ita laceri audaciam. *Nihil erat in Scauro, illo venustius, nihil paratius genus dicendi antiquum, verborum quoque non vulgarium gravitas: ipse cultus habitusque corporis mirè ad auctoritatem oratoriam aptatus sed ex ijs omnibus scire posses, non quantum oratorem præstaret, sed quantum desereret. Pleræque actiones malæ. Multum habuit ingenij, nihil cordis.* Quid mirum si placendo displiceret, si ingenio actionibus non respondit? Haud potest in virtutem movere, qui moveri non potest. Sophocles, in *O Edip. Tyran.* vers. 321.

Seneca.

Marc. Senec.

Non potest in virtutem movere, qui, momoveri non potest à virtute.

Heu, heu! Sapere quàm grave,
Ubi non utile sapienti! Quàm triste!

Sophoc.

3 Ita Salomonem præcedebat ista sapientia, & ignorabat igitur ignorantia summa (plusque in silentium criminibus stimulatà conscientia) magna loqui, & prava sequi: demonstrat enim, non quantum oratorem ageret; sed quantum desereret. *Non didicit sapientiam*: infit, & verè, Scientiarum caput erat Bibliotheca, simul-

Sapient. 7. 11.

Prov. 10. 1.

Sapientis stultitia, magna loqui, & prava sequi.

simulque collegium: verùm non noverat scientiam sanctorum: diciturque desipiens, & insipiens, dum magis sapiens, quoniam stultissimà sapientia didicit in interitum, quæ cordatè repulisset stultissimus virorum. Ignorabat scienter nesciebat: equidem anhelans in doctrinam & prudentiam; fatuè sanè dedit cor in errorum stultitiam. *Præcedebat ista sapientia.* Quæ enim ista? Quæ mente cognoscit virtutem, & opere sequitur intellectus cognitionem: unde in ignorantiam lapsus, dum claret duntaxàt speculativè virtus; quoniam sapientia stultissimè ignoratur, ubi illa præcedit, & qui sequitur, non sequitur.

Bernad. *Sermo datur multis, sed sapientia paucis:* dicit Bernardus ex Catone, in *Scala Claustralium*, cap. 3. n. 4. Cognitione, literarum videtur inclyta claritas; sed ad opus scientia videt illiteratissimas literas.

Sapientia mendax. Sapientia est in apparientia; verùm in opus error, stultitia & ignorantia. Cognitio non eripitur, in desipientiam devolvitur: decusque scientiæ non sequens commutat in turpitudinem: quippe operatur scienter contra scientiæ cognitionem.

Senec. *Non est huiusmodi animus in recto, cuius acta discordant. Sint in unum facta, & dicta.* Ita Seneca, *Epist.* 34. Oratio horrida, si dicuntur quæ non facta: etenim ut canim Claudian. in *Panegyr. Mallij Theod.* à. v. 130. & 186.

Claud. *Occurrit, scriptaque notas confundit arenæ.*
Desidis aurigæ non audit verba currus.

Tit. 1. 9. 4 Ampiectatur Episcopus, insit Paulus, *fidelem sermonem.* Pende. Quippini sat *Sermonem*, ut addat quasi necessariam fidem? Ambrosius ex Græc. *Sermonem veracem.*

Ambr. Quid? Concionator in sermone potestne deficere à fide, exposita veritate? Ex vitio concionantis, a sermone potest deficere fides. Fides lubitò verbis prædicantis datur, modò iuxta prædicata

Non creditur prædicatur, si contra acta videtur. ad amusim operetur: Paulusque non solùm commendat sermonem, sed fidelem; ut audientes contionanti præstent fidem; igitur si à verbis vita desciscit, si à dictis aliquomodò deficit; quantumvis mira, subtilissima loquatur, ad virtutis excitamen nequaquàm creditur. *Secundum doctrinam, fidelem sermonem.* Doctrina sanequam lucet, elegantia vitæ magis clarescit; quippe adstruit fidem operibus, cui in sapientia arridet virtus; sine qua Prædicator sibi subtrahit è sermone partam gloriam; quippequam procul operibus, non

Tacit. est secundum doctrinam: *Ut par ingenio, ita morum diversus*: ait de Marco Servilio Rethore, Tacitus, 14. *Annal.* cap. 19. Ingenio, & eloquentia celebris plaudebatur in Rostris? sed à prudentibus signabatur deridiculus; siquidem à scientia plausa erat vita atque moribus diversus: & qui sibi non sapit, profectò ingeniosè desipit. Verè Ovven. *lib.* 4. *Epigr.* 220.

Peior, ingeniosior.

Ovven. 5 Haud Pauli consilia citò deseramus. Sunt enim multi audientium inobedientes, vaniloqui, & seductores, quos oportet redarguit; in quod secundum doctrinam, opus sermone fideli: idest, vitæ eloquio, & perfectionis ingenio. Geminus debet esse Mercurius. In munere prædicationis, simul debent collocari Diomedes & Ulisses; Causam. *Emblem.* 41. expresit Alciatus, succinens:

Alciat. *Viribus hic præstat, hic pollet accumine mentis:*

Ibid. *Nec tamen alterius non eget alter ope.*

His opus est armis. Cæterùm cur tanta in opus Prædicatoris? Promit in commodum, Doctor Gentium. *Ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere.*

Quænam in illa sana, aut in firma, doctrina? Singula verba observatione digna. Doctrina sana est, quoties verba Prædicatoris confirmantur exemplis. Infirma, dum fugiunt in usum operationum, nitida verba: eritque eius doctrina doctrina sana; si Prædicator in exemplum nihil fecerit, præter quæ in sermone dixerit. Verba Prædicatoris, nonnumquàm doctrina sana instructio audientis (quamvis sit è seductoribus & protervè inobedientibus, ab illo confusis) quia nihil sermone dictum, quod à dicente non factum, & exhortante ad virtutem per operum perfectionem: Paulusque Prædicatori commendat sanitatem doctrinæ, ut possit etiam pravos ad virtutem exhortari; quippequàm nequaquàm poterit, si à prolatis sermone aliquomodò defecerit. Ut potens sit exhortari, & etiam contradicentes arguere. Perperam articulum probat, quo qui damnandus est damnat. Qui arguit & arguitur, increpatione increpatur: equidem vel in bono meritò contradicetur; quoniam legibus eisdem sibi conciliat salutem, & alijs similes sibi, fulminat condemnationem. Non est nec per fulgida verba doctrina sana. Fugit ad increpationem cordis læsione potentia. Formatur in concionante virtus opere & voce, tanquam ex tonitru & fulmine; equidem si virtute ad sermonem non est motus; in sermone ad virtutem non est virtus: Floridè, lautè, atque appositè Stoicus. *Ma-*

A se dñi absolvitur, damnatur.

Senec. *ximum negotium tecum habes* (dicit *Epist.* 21.) *tu tibi molestus est. Quid velis, nescis. Melius probas honesta, quàm sequeris. Vides, ubi sit posita felicitas, sed ad illam pervenire non audes.* Unde sectus in virtutem, atque in vitiorum increpationem conatus? Quia omissa laudata virtus. Honesta strenuè probantur, sed socordià quasi strenua non sequuntur. Scitur felicitatis locus, verùm ignoratur usus. Quocumque tempore à Prædicatore defecerit, delinquentes exhortari, neque corrigere poterit: doctrinaque sana, ex vitæ & sapientiæ integritate, exposcitur a Paulo prædicationis virtute; ut qui ex adverso est vereatur (visa plenitudine perfectionis) nihil habens malum dicere de vita & vocibus concionantis.

Felicitatem ostendit, & ad illam non vadit.

S. Ben. 6 Hoc intuitu Archimandrita N. *Regul. Sanct.* cap. 2. ait: *Cùm aliquis suscipit nomen Abbatis* (caveat solicite ne tantùm suscipiat nomen) *duplici debet doctrina suis præesse discipulis idest, omnia bona & sancta factis amplius quam verbis ostendere::: Et cùm de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat, ipse efficitur à vitijs emendatus.* Unde in Præside doctrina duplex? Ex factis: igitur si factis exempla præbent, opera ipsa ad exemplum vocem habent. Doctrina auditur per verba: duplexque in Præside desideratur doctrina; ut verbis sanè loquatur: etenim solis verbis ad discipulos non loquitur. *Suis discipulis.* Apprime. Aliquid doctrinæ intendit in schola sanctitatis: nihilque discent per sola prolata verba; quoniam sola verba ad mores non est doctrina. *Suis discipulis.* Magister cognoscitur, si ab illo in schola aliquid doctrinæ docetur. Erit utique sapientissimus in disciplinæ cathedra; modò loquatur singulariter per opera: etenim cùm hæc in expositam verbis virtutem, habeant ad imitationem, doctam efficacitatem; ni cathedraticus teneat huiusmodi magisterium, in disciplina Monastica nullum hababit discipulum. Arguit, corrigit, & ubi huiusmodi exempla ministrat, defectus proprios, vel vitia prudens emendat: quandoquidem non ita loquax, imò arroganter audax, ut ab effronte doctore discipulorum corripiatur morbus, dum magister archiater plenus ulceribus. Ergo illos alloquatur doctrinà duplici, ut possit loqui. Audiatur Sophocles, in *O Edip. in Colon.* à v. 1206.

Qualis in illo doctrina duplex?

Et quære.

Parvus quidem dicere, dignus autè admirari:
Sophoc. *Non enim pondus ex verbis habet.*
Non enim sermonibus vitam studemus
Splendidam facere magis, quàm factis.

7 *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa:* inquit Regius Psaltes. Exprimit in Prædicatoribus sermonum energiam, & ad corda concilianda & convertenda mirificam gratiam. Loquitur evangelizans insigni ad audientes legatione; habens verbum in virtute. Virtus verbi quod in auribus producit, sanè à virtute procedit: etenim sine virtute manifestà prædicantium, nec ullum ad virtutem auditur verbum: malè enim in eo audit, dum auditur prædicationis modus, si ad virtutem prædicatam non ponit in via gressus suos. Ideo *specioßi pedes evangelizantium*: hinc constat illorum verbum: stant enim in directo, & adoratur ubi steterunt pedes; quoniam factis processerunt in professionem virtutis. Adi *Tom.* 4. *T.* 2. *D.* 4. Verbum à Domino datur evangelizantibus *virtute multa.* Virtute, ad sermonis usus: multa quidem ad virtutis actus. Duplici debent doctrina gaudere, ut possint corrigere & exortari, equidem si Prædicatorem fugit verborum ad imitationem actus, vocibus atque vocibus non est sermo in lingua eius. Diffusa debet esse gratia in eius labijs. Haud difficile, etsi cœleste. Vocibus iungat opus (Propertius, *lib.* 1. *Eleg.* 2. vers. 29.

Psal. 67. 12.

Cur illi virtus necessaria, & virtus, multa?

Ro. 10. 15.

——*Ne desit iucundis gratia verbis.*

Instruat Seneca, si a sermone deviant opera. *Quæ scribis* (inßit *Epist.* 16.) *unde veniant, scio. Non sunt ficta, neque colorata. Dicam tamen quid sententiam. Tu quoque idem facias, volo. Pluribus verbis opus non est. Non est, quod tibi citò & facilè credas. Excute te, & varie scrutare, & observa. Illud ante omnia vide, utrùm in philosophia, an in ipsa vita profeceris. Non est populare artificium, nec ostentationi paratum: non inverbis, sed in rebus est: nec in hoc adhibetur, ut aliqua oblectatione consumatur dies, ut dematur otio nausea. Animum format & fabricat, vitam disponit, actiones regit, agenda & omittenda demonstrat, sedet ad gubernaculum, & per ancipitia fluctuantium dirigit cursum. Sine hac nemo securus est. Innumerabilia accidunt singulis horis, quæ consilium exigunt, quod ad hac potendum est. Deus rector est. Hæc adhortabitur, ut Deo libenter pareamus: hæc docebit, ut Deum sequaris. Habitus fiat, quod est impetus.* Unde *Epist.* 117. pulchrè subdit *Sapientia si sine usu detur, accipienda non est.*

Propert.

Senec. *Sapientiæ sermo in virtutis usu.*

est. Quis est usus? Sapere. Sapere, usus perfectæ mentis. Elucet in vita, quid sit sermonis sapientia: etenim sine usu desipit, quicumque sapientiâ sibi non consulit: nec quit esse virga directionis in actiones rectitudinis, nec plenè intelligere cognoscendo virtutem; qui sine doctrinæ operibus habet imperfectam mentem.

8 Cognitâ sapientiâ Iosephi, & morum aulicorum improbitate, super omnes rector constitutus à Pharaone, intuitum siccine deprompsit Psalmographus. *Ut erudiret principes eius, sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret.* Hebr. *Ut ligaret, & alliceret in anima sua.* Genebrard. *Ut coerceret corruptelam aulicam, & reduceret ad moderationem & virtutem, qua ipse præditus.* Super senes enim sapientiâ vanâ vanissimos & inflatos intellexit; dum illos sapientiam mirâ eruditione docuit. Sapientia Ægyptiorum, vel inter exteros sibi conciliavit plausum. Quid & quomodò docuit Iosephus senes, inter orbis sapientes in miraculum doctiores? Noverant Ægyptij scientias tantùm speculativè per verba, docendo de cœlis magna: minimè praxi per opera, exercendo quæ doctè ab illis locuta. Habebant mentem, sed imperfectiorem: Iosephusque super senes intellexit, dum in sapientiam instruxit; quippe usu sapientiæ docuit de cœlestibus sapere, & scientijs non desipere. Liquet propositum: Ut eos erudiret, *sicut semetipsum.* Ipse iam doctus, priusquàm cathedraticus. Priùs virtutem didicit, antequàm doceret: etenim priusquàm verbis in sequelam exponeretur virtus; iam didicerat operibus. Docuit, quod docuit, fecit & perfecit. Animorum in doctrina nobile philtrum, nexus vocis, & vocis operationum: ideo Iosephus allicit & alligat, quos docuerat: siquidem modò opera deficerent à doctrina; minimè seniores doctos alliceret, sed repelleret: aversatur enim doctores plena libertas rationis; qui moribus pravis deturpat verba virtutis: huius quidem sapientiæ ingenita gratia, non constituitur, sed commendatur per verba.

Psalm. 104. 22. Hebr. Genebr.

Quomodò simul sapere, & desipere?

9 Ad idem in quod erigitur Ioseph doctor; à cœlo eligitur Prædicator. Ut auditores alliciat, ut erudiat ut corruptelam peccatorum coerceat, ut improbitatem arguat, ut expellat ab animis pravitatem, & reducat ad propriam moderationem & virtutem. Non frustrabitur propositum, ni Prædicator omiserit & verbi & operis nexum: equidem si cunctis potestate moderabitur, ubi ab illo per usum verbum perficitur; nemine alliciet, erudiet, coercebit, arguet nec in virtutem à pravitate convertet; si à doctrina atque verbis è cathedrâ fulminatis, aliquatenùs incuriâ eius deviaverint mores. Erudivit Ioseph senes sicut docuerat seipsum, exprimens in professione scientiæ nobile studium. Dum Ægyptum intraret, in sapientibus linguam, quam non noverat audivit; multa de cœlo loquentibus, quin esset in illis cœlestis virtus: & sicut semetipsum illos docuit, opera verbis iungendo; ut conversio esset ab errore cordium, & in sapientia præstabilis eruditio: equidem non est mentis in usu perfectæ, nil facere & magna loqui. Docuit sicut semetipsum, priusquàm à Rege eveheretur in trhonum, habens uti discipulos quos orbis venerabatur in magisterio uti doctos: correxit aversos & correctione traxit. Nihil mirum, ubi factis & verbis sapientiæ singularis fuit spectaculum: etenim qui siccine in prædicatione fecerit, mundus post illum abibit. Manil. *Astronom.* cap. 5. à v. 191. in rem accinit:

Nullum ex prædicante emolumentum, sine exercitio virtutum.

Tu modò corporeis similes ne quære figuras,
Omniaque æquali fulgentia verba colore,
Deficiat nihil, & vacuum quà lumine cesset
Non poterit mundus sufferre incendia tanta,
Omnia si plenis ardebunt sidera radijs.
Signa clarent cœli totum deducta per orbem
Credimus exemplo.

Manil.

10 Hinc ex prædicatione fructus in auditorio planè exigus, & aliquandò nullus. *Ignis nisi ardeat, non incendit*: ait Augustin. in *Psalm.* 34. Quinam enim calor in cor audientis, ex summa frigiditate prædicantis? Quia abundat malum & in mala exemplum, refrigescit sæpe charitas multorum. Audiuntur nuda verba, operibus vidua; quippe audiuntur memores mandatorum, verùm minimè ad faciendum. Tres enim hoc in articulo infelices inveniuntur: qui scilicèt nescit, & docet; qui non docet, & docere valet; & qui non facit, quæ docet. Consulesis Venerab. Bedam in *Collectan.* In primo est lucerna sub modio: in secundo sal sine sapore: in tertio mens sine mente, atque lumen sine luce: potiùs sal sine sale, intellectus sine intellectione, sal infatuatum & lumen cæcum, præceps in maiorem infatuationem, quia totum, lumen. Cœpit *Iesus facere & docere*, ut doctrinæ opera iungeret; igitur summa doctori gloria, si *fecerit & docuerit.* Hinc Sal & lux. Simul: sali con-

Augustin. *Et imperfectione prædicantium.*

Quinam in lege infelices?

Actor. 1. 1. Matth. 5. 22. 14. & 19.

conferuntur propter opera ; luci verò propter verba. Sine operibus doctrina insipida, sine luce muta penitùs opera: & Prædicator debet esse sal & lux ; ut faciat & simul doceat : siquidem volens ostentare sapientiam, in splendorem parturit stultitiam ; quippe stultus & fatuus, qui cupit alta docere, doctrinà mentes condire, sine luce & sine sale. Videris. Lux & sal. Qui docet & nescit, est qui non facit quæ docet. Hic neque sal neque lux. Lux extinguitur, priusquàm oriatur : Sal infatuatum proteritur : & qui non facit quæ nescit in perfeccionem, imitatur insipientem; quippequàm deficientibus operibus, docere minimè valet ; quod ipse nescit. Intuitu perfectionis, *cœpit Iesus facere & docere.* Facere, priùs : docere, posteriùs; ut in exemplum doceret alios sicut semetipsum : igitur uti summus doctor priùs ut sal didicit opera ; quàm ut lux proferret verba. Ideo seipsum vocat lucem mundi, & eum qui sequitur, in tenebris non ambulare. Lux mundi, quia datus in splendorem, venit verbis & factis adimplere legem. Ambulat in tenebris, qui illum non sequitur factis ; deficiente operum sale, & in verbis doctrinæ etiam deficiente luce; quandoquidem ad imitationem lucem habere non valet ; qui observantiam indicit, & legem solvit. Nemo sequitur in virtutem, ab illa errantem.

Cur prædicatur simul sal & lux in muneres

Ioann. 8. 12.

11 De tenore vitæ Prædicatoris possumus dicere quod de vita Principis. *Vita Principis censura est, eaque perpetua* (inquit Plin. in *Traian. panegyr.*) *ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur : nec tam imperio nobis opus est, quàm exemplo. Melius homines exemplis docentur ; quæ in primis hoc in se boni habent, quod approbant, quæ præcipiunt fieri posse.* Prædicator præcipit, legem docet, legem implet : ipsoque opere exemplari, demonstrat splendidè posse fieri. Viam eius Deus volet : quæ quidem illustratur ubi ad illum gressus hominis dirigetur. *Facilis enim recti persuasor est innocens Iudex; sub cuius prædicabili conversatione, pudet mores probabiles non habere. Indigni animi signum, fame diligere commodum, & lucra potius odisse causarum* : ait Cassiodor. 1. *Variar.* Epist. 4. Haud mihi creperum, fugere legis studium ; quia quòd debetur legi, tantùm impenditur famæ, obtinendæ per compendium prædicabili insigni conversatione : etenim suspiciosum, dum plus prædicatur sermo, quàm prædicatoris ex concione conversatio.

Plin: *Quàm illius necessarium exemplū!*

Cassiod.

Scitis, quòd docuerim vos præcepta (dixit populo Moyses) *sic facietis ea, & observabitis & implebitis opere.* Ut docui, sic observabitis, quippe aliter nulla est observatio legis. Nulla enim in lege lex, ni observaveritis sic. Plenè observanda, quæ tantùm impletur opere : adimpletur perfectione, quæ data à Numine : igitur plaudere (quin sequatur) verbis & verbis; non est plenæ observationis. Intende. *Sic facietis & observabitis.* Est Hendiadys: idest, *Sic facietis observare.* Opere atque verbis à Moyse fuit lata lex : erit legis observatio, modò feceritis sic : etenim cùm in legis usum, energià valeat fulminatoris exemplum; qui legem opere impleverit, illam observari faciet. Vernaculè : *Haran observar la ley, los que la saben guardar.* Claudian. 4. *Consul. Honor.* v. 330. modulatur:

Deuter. 4 à 5.

Hendiadys. *In custodiam audeat excellere, si legem ipse custodit.*

——*Tùm promptiùs ibunt*
Te socio ; tùm conspicuus gratusque feretur
Sub te teste labor.

Claud.

12 Haud pudet toties in huiusmodi articulum, Senecæ solicitare suffragium; quoniam ab Ethnico plus sacrum roboratur argumentum. *Quod sentimus, loquamur : quod loquimur, sentiamus* (subdit *Epist.* 75.) *concordet sermo cum vita. Ille promissum implevit, qui & cùm videas, & cùm audias, idem est. Videbimus qualis sit, quantus, unus sit. Non delectent verba nostra, sed prosint. Si tamen contigerit eloquentia, parvo constat : adsit, & res pulcherrimas prosequatur. Sit talis, ut res potius, quàm se ostendat. Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent ; hic animi negotium agitur. Non quærit æger medicum eloquentem, sed sanantem : sed si ita competit ; ut idem ille, qui sanare potest, comptè de his quæ facienda sunt, disserat; boni consulet. Non ut cætera, memoriæ tradidisse, satis est : opere tenenda sunt. Non est beatus, qui scit illa, sed qui facit.* Quàm longè ab huiusmodi sapientia, qui tenent tantùm memoriâ ; ut luceant, & non ut sapiant ! Alios enim illuminant, ut diteſcant, & illi inter divitias pauperes, miserè in tenebris ambulant. Contigit illis, quod somniavit Antigonus de Mithridate, qui messem auream metebat, quam ille summo studio seminaverat (diximus, *Tom.* 5. *T.* 9. *D.* 2. *n.* 13.) quod sors infelix; quippequàm studeant alijs.

Modus prædicationis.

Et quæ modò audiendas.

13 Nato Domino, & per Magos tantæ felicitatis accepto Hierosolymis nuncio, Stellæ de cœlo radiantis mirabili signo; nescientibus nativitatis locum, designa-

signatus fuit illicò studio & sapientiâ Scribarum & Doctorum. Hos audierunt, processerunt in designatum locum, atque natum, quem quærebant, *invenerunt puerum*. Quid Doctores in Scriptura vel apices scrutantes? Signarunt, verùm signatum neque quæsierunt. Hoc est scire scripturas? Hoc totum in vanitatem ostentationis nugacitas: siquidem signum non scientiæ, sed stultitiæ; multa de Scripturis sanctis loqui; & in propriam utilitatem nihil agere. *Cur vobis viam, quam alijs aperitis obstruitis? Noluerunt enim agnoscere oculis* (inquit Leo Pap. serm. 2. in *Epiphan.* cap. 2.) *quem de sacris indicabant libris. Quæ ista, Iudæi, tam imperita in vobis scientia est, & tam indocta doctrina? Memoriter dicitis, quod legistis.* Quod retinetur in thesauro memoriæ, ius erat imprimi in libro coscientiæ; ut docta & sana in vobis inveniretur doctrina: etenim in doctrina uti invalida, docta insipientia; scripturas apprimè scire, quæstiones denodare, testimonia sacra in veritatis inquisitionem proferre; & quærentibus alijs, quasi nescientes stare. Quid, quòd alij non quærerent, si nescirent? Imperita vobis scientia est, atque sapientia stolida: indicat enim fatuam vel amentem Scripturæ intellectionem; expendere semima, ut alij colligant messem. In quæ detrudit scientiæ vanitas doctos, miseros Scribas! In vanum laboraverunt: igitur nihil prodest Scripturas intelligere, & intellecta susque deque facere. Quid quærenda scire, & scita non quærere? Melioris sortis, qui nesciunt, & per illos sciunt: in ignorantibus floruit scientia, quando in doctoribus defloruit turgens doctrina, propter vanam Scripturæ ostentationem; ex quorum testimonijs, qui cæci acceperunt lucem: etenim Magi tendunt, inquirunt, & veritatem inveniunt; quam illi testimonijs Scripturæ iactabundè designarunt. Audivit Magos Herodes, fungens tyrannico solio; qui turbatus, & omnis Ierosolyma cum illo. Sousa lib. 6. de *Magor. adoration.* v. 101. disertè concinit:

Matth. 2. 11.

Leo Pap.

Quid in Praedicatore sal infatuatum?

Vers. 3.

Mell. Sous.

——*Regi non grata feruntur:*
Ora per incerti vulgi crebescere murmur
Incipit, & motu vario turbatur iniquus.

Sonus ad Magos ducitur per sideris radios, & tremor apprehendit eos. Ipsi videntes sic, admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt; & inquirunt, ubi veritas sit: sed non Scribæ scientes per Scripturas, quò Christus debebat nasci. Hunc prædicabant, sed prædicantes nesciebant; exprimentes fatuissimam sapientiam, eodem ipso tempore, quo infallibilem deprimebant Scripturam: igitur pro inquisitione conturbato toto regno, & proficiscente Mago; ipsi sanè nec mirati, nec commoti, insederunt sine motu.

Non movetur alijs motis in exercitia virtutis.

14 O fatui! Multæ literæ in insaniam adduxerunt. Literâ occidit. *Istæ sunt epistolæ, sive litere Uriæ* (ait D. Thomas, Præfat. in *Epist. Canonicas*) *literas mortis suæ portant viri literati, qui sciunt & docent, & non faciunt. Istæ sunt literæ sine sigillo, ideſt, scientia sine vita.* Ita datur liber scienti & nescienti literas, quarum recessit sine exercitio sensus, sicut liber involutus. Ipsæ Scripturæ literæ Magistros & interpretes accusant & damnant; cùm habeant ab almo Spiritu lumen, & ardorem, & legentes refrigeant ad morum integritatem. Est vita coram oculis, sed nec vitæ datur fides. Non in verbis Scripturæ intendendus est sonus. Ponite corda vestra in virtute eius: non vocis, sed virtutis dumtaxàt proficit usus. Horologio factis & vocibus similes esse debent. Rectè moventur, si manus motui respondet: etenim quod ad regimen omninò Prædicator ineptus; modo vocibus signatis, errore devio non responderit manus. Tenorem astruit Bernardus de *Divers.* serm. 32. n. 2. & *serm.* 68. n. 2. *Tribus modis* (inquit) *providemus bona coram hominibus: ideſt, habitu, actione & sermone. Habitu, ne sit notabilis. Actione, ne sit reprehensibilis. Sermone, ne sit contemptibilis.* Singula profectò erant discutienda; verùm nimis in longum distrahitur Didascalia. Mentem exponemus Bernardi, *Tom. sequenti, Tautolog.* 7. ad illud Ezechielis: *Quando nata es, in die ortus tui:* siquidem Prædicator in lucem non natus, si non natus in lucem. Ibi signabimus nonnullorum ineptias, vanitates, & insanias falsas; quibus sapientiam & famam indecorè deturpant, queis magis inhiant. Videtur in eo obscuratum aurum, qui datur Scripturis sacris in lucem Gentium. Stulti facti sunt à scientia, quoniam nequaquàm in ædificationem gratia: & cùm ad illam debeant dirigere cor, ob plausum sanè ridiculum, cor eorum vanum est. Dicent (ut observat Hesius lib. 3. de *Charit.* Emblem. 2.)

2. Reg. 11. à 14.

S. Thom.

Illius sit scientia fatua & mortifera.

Cur conferatur horologio?

Ber nard.

O noctes malè consumptas! O cara dierum
Tempora, sed studijs perdita sæpe suis!

Stultus quemodò à scientia.

Guil. Hes.

*** *** ***

DIDASCALIA IV.

Vox Dei mirabilis, sed mirabilior vox vocis.

Psalm. 76. 2. 1 VOCE *mea ad Dominum clamavi* : inquit David, ex quo nos in præsenti Tautologia. Suam exprimit intimam pectoris pœnam, simulque Domini gratiam : etenim si magnum, quod Domino voce posset explicare gravamen; maius, quòd Dominus vellet exaudire vocem. David clamavit, Dominus exaudivit. Aliquid documenti contrapositione latet : equidem si quia pius, clamantem in gratiam audit, dum preces emittit; aliquando clamans Dominus loquitur, cæterùm ab homine ingrato non exauditur. Perspicuò articulus explicetur in virtutem. Apponitur hìc discrimen inter orationem hominis & lectionem. *Quando legis, Deus tibi loquitur : quando oras, cum Deo loqueris* : inquit Augustin. in *Psalm.* 85. ab illoque suxit Bernard. de *Modo benè vivendi ad Soror.* Cap. 50. n. 119. Unde Gloriosus N. Patriarcha, *cap.* 4. commendat nobis *Lectiones sanctas libenter audire : orationi frequenter incumbere* ; ut per utriusque fulgura lucis, simus semper in præsentia divinitatis, & Deum loquentem nobis in lectionibus audiamus; quippe ab illo exaudiri per orationem volumus. Gabriel Bugnotius hìc:

Erigat ad superos repetita oratio mentem,
Ut tibi clementem detur habere Deum.
Nec satis est fræno vanâ compescere linguâ:
Exhilaret mentem lectio sacra tuam.

Discrimen lectionis & orationis.

Augustin.

Bened.

Bugnot.

2 Vocis huius summa cum utilitate energia, enixè à Davide optata. Unde sibi dicit : *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Pende *In me.* In me mihi; in me, etiam alijs : ideſt, *Super sanctos suos, & in eos qui convertuntur ad cor.* Multifariàm multisque modis loquitur Deus: & *in me* cunctos alloquitur, quia vox Domini in virtute, moveturque terra cordium in cœlestem patriam, si dederit vocem suam. *In me* loquitur peccatoribus, iustis, & pœnitentibus: peccatoribus, ut convertantur ad pœnitentiam: pœnitentibus, ad gratiam: iustificatis ad gloriam : etenim loquitur cùm in lectione loquitur, ut alij lectionem audiant; & illi dicta per alios, in pœnitentiam, in gratiam & gloriam discant. Hæc in Deo *Multitudo viscerum, & miserationum;* In his, quæ miseratio; alijs misericordiarum multitudo : igitur eius viscera ita abundant pietate, ut cunctos alloquatur unica voce. Vox Dei (inquit Basilios in *Psalm.* 28.) *diversa est ab ijs vocibus, quas auribus sensu percipimus; nam illa fit per visionem.* Apte, vident enim qui vocem eius audiunt, quod sibi loquatur, dum alijs voce vel sine voce loquitur. Hinc illud: *Ecce Deus dabit voci suæ vocem virtutis.* Audiretur ab uno, modò vox tantùm in sono vocis: verùm cùm sit vox virtutis; ut cognoscatur virtus, unica vox cunctorum capitur auribus : igitur quodlibet & in quolibet quod singulis, ad effectus perpetrandos continet virtutem vocis. Liquet : pro *Vocem virtutis.* Hebr. *Tonitrua.* Hæc est virtus vocis, & vox virtutis: quandoquidem in voce, quod uni verbum, alteri tonitrum factum : attonitus enim audivit, quod in vocem audiente, ut audiret, ipse videt. *David pondus voci suæ.* : legit Maluend. Leve verbum videtur, si ab uno tantùm auditur. Si alterius percipit sensus, vox & verbum habent pondus : igitur Dei vocem audit, ad quem vocem immediatè non direxit: quo quidem si peccator, redditur frugi; si pœnitens, gratiæ; si gratus anhelat in felicitatem gloriæ.

Isai. 63. 15.

Basil.

Psalm. 67. 34.

Quænam vox virtutis, & virtus vocis.

Malued.

3 Hic scopus Didascaliæ; sed primò videndum, quomodò incumbendum lectioni. *Nec quicquam mellis adolebitur in sacrificio Domini.* Mel dum indicitur, etiam à sacrificio apis ut victima arcetur; ut astruit Philo libell. de *Victimis.* Nonnulli arbitrantur, ne sacrificijs Bacchi, in quibus, & bellaria offerebantur, viderentur assentiri (ut blaterat Plutarch. *Sympos.* lib. 4. cap. 5. & Tacitus, 5. *Histor.* à cap. 3.

Liba Deo fiunt, succis quia dulcibus ille
Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.

Unde Plin. *lib.* 13. *cap.* 4. *Iudæa* (ait) *gens contumeliâ Numinum insignis.*) Est vana cogitatio : in multis sacra & Ethnica sacrificia conveniebant : nec quia in profana religione à Diabolo, simia Dei, erant superstitiosè instituta, removeri debebant à Numine pro religione decreta. Apis ergo decreto Dei exulat ab altari : verùm quare otiositatis hostis? Propter modum expellende otiositatis : igitur dum ex lectione quæri debet utilitas, illà dumtaxàt amandatur otiositas : & loco dulce linis mellis, amarulentiam Gorsica torsit apis. Incuria hominis in lectione taxatur, ubi apis à sacris

Levit. 2. 11.

Philo.

Ovid.

Plin.

Apis cur arcetur à sacris.

Plures Deus alloquitur unicâ voce.

sacris meritò expellitur. *Fortuita enim & varia lectio* (ait Bernardus, *Ad fratres de Monte-Dei*, cap. 10. num. 31.) *& quasi casu reperta, non ædificat, sed reddit animum instabilem : leviter admissa, leviùs recedit à memoria. Quo enim spiritu Scripturæ factæ sunt ; eo spiritu legi desiderant, ipso etiam intelligendæ sunt. Numquàm ingredieris in sensum Pauli, donec usu bonæ intentionis in lectione eius, & studio assiduæ meditationis, spiritum eius imbiberis. In omni scriptura tantum distat studium à lectione, quantum amicitia ab hospitio, socialisque affectio à fortuita salutatione. Hauriendus est sæpe de lectionis serie affectus, & formanda oratio, quæ lectionem interrumpat. Si verò in lectione Deum quærit qui legit; omnia quæ legit ei cooperantur in bonum. Si in aliud declinat sensus legentis ; omnia trahit post semetipsum : nihilque tam sanctum, tam pium invenit in Scripturis (seu per vanam gloriam, seu per distortum sensum, seu per pravum intellectum) quod non applicet vel malitiæ vel vanitati.* Hic si modus sacræ lectionis ; foràs ejicietur imitator apis : igitur ex lectione otiositas, nullaque prorsùm utilitas ; si adinstar errantis apis, in libro vagatur per folia & folia legendo flores. Vernaculè equivocè : *No haze à la alma del que quiere leer, provecho ; andar de hoja en hoja buscando flores en los jardines del libro.*

Bernard

Modus qui habendus in lectione.

4 Libris enim Scripturæ nec rosæ nec lilia desunt. Est enim hortus & etiam pomarium. Imperfectus animus, ascendere debet in palmam, ut apprehendat fructus eius. Sine fructu maledixit Dominus ficum, ex vana ostentatione fastuque viridantium foliorum. Altæ enim floret contemplationis pulchritudine, & illa lectionis & electionis sublimitate ; si quis in hortum suum descendat, ut lilia colligat : datur enim aliquando facultas his qui legunt, si flores fructus parturiunt : cæterùm abnuitur, dum apis adinstar, leguntur flores, in nocuas & vanas animi curiositates. Qui se in lectione lactat ; Scripturæ folia vellicat, diligit vanitatem, futilem eruditionem, in iactantiam & gloriolam, sensus varios cogitando sine fructu, cogitationes dumtaxàt sine intellectu : equidem ex obrupto, sicut apis, inconsiderata lectione, parvi ducit, quòd succus floreat radicis amaræ : sursùmque germinet in animæ acerbitatem, quæ lectio elicere quibat è suavitate dulcorem. Erit ne lectio, librum sumere, paululum sedere, oculis lustrare, cum illo fenestræ accedere, ostium aperire, quid strepit explorare, hinc inde abire, denuò sedere, volumen deponere, aliud sumere, specie legendi, folia volvere, lectione se pueros sensibus effici, iterùm surgere, itidem vagari, ulteriùs inquirere, vel disquirere ? Hoc planè de foliis in folia subsultare, & nihil legendo legere ; & folium sumere in libro, quod uti philura à levi rapitur vento. Ita ergo ut astruit Martialis, *lib.* 10. *Epigram.* 4.

Non legit, qui legit curiosè.

Modus lectionis ridiculus.

——— *Quid nisi monstra legis?*

Martial

5 Dirigit huic inde errantem, Stoicus. *Lectio certa prodest* (inquit *Epist.* 45.) *varia delectat. Qui, quò destinavit, pervenire vult ; unam sequatur viam, non per multas vagetur. Non ire istud, sed errare est. In libris multi invenissent forsitàn necessaria, nisi & superflua quæsissent. Tantum nobis vacat ? Iam vivere, iam mori scimus ? Fallacia ista delectat. Sophismata nec ignoranti nocent, nec scientem iuvant.* Iuvat legere quod iuvat. Legendum itaque (accinit Horatius, 1. *Epist.* 18. v. 100.) Ut

Seneca

Optimus

Virtutem doctrina paret, naturàve donet : Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum.

Horat.

Sic enim attenditur tamquàm in speculo, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeamus : quandoquidem contra vitia in cautionem aspicimus exemplaria, & probitatis veneramur magisteria. Datur enim in utilitatem, sicut Ioanni liber : de quo ille : *Accepi illum de manu Angeli, & devoravi illum : & erat in ore meo tamquàm mel dulce : & cùm devorassem eum, amaricatus est venter meus.* Venter amaricatur, ubi quod in libro legitur, tamquàm medicina sumitur : & amaror, ut mel æstimatur dulcis ; quo viscerum animæ purgantur imperfectiones. Dulcis esse debebat stomacho, quæ dulcis in ore voluminis lectio : unde igitur pòst acerbissimè amaricat, si priùs palatum suavitate delectat ? De manu Angeli librum libenter accepit, sed non comedit : librum devoravit. Lectio debet esse comestione in digestionem, ut cibus libri cedat in utilitatem ; debet esse in substantiam propriam cibus, & non stomachi onus : nihil enim mirum quòd stomacho lectionem non inveniret amicam, cùm non haberet substantiam. Non comedit, librum utique devoravit, lectioque non profuit : equidem non prodest in nutritionem ; quod comestione non comeditur, sed sine ma-

Apoc. 10. 10.

Unde ista lectionis non utilis.

stication ex abrupto devoratur. Legit curiositas, ut legat, legendo vorat, hocque cibo stomachus amaricat; quoniam illi non utile, deglutire, & non comedere. Dialecto nostrà: *No le haze buen estomago, lo que no le entra en provecho.*

Ezech. 3. 3. 6 Ulteriùs. *Comede volumen istud*: dicitur Ezechieli. Ipsi & Ioanni in ore degustatum *sicut mel dulce*: verùm in stomacho non amarum Ezechieli. Hic librum comedit: ille instanter devoravit. Ille eiusdem saporis dulcis invenit in pectore, ac fuerat in ore: in stomachoque Ioannis haud fuit, sicut ore dulcis; quippe haud lectio gustata in animi nutritionem, sed in avidæ curiositatis ingluviem. De caryotis, seu dactylis mustaceis, subdit Plin. loc. cit. *Est enim tanta suavitas; ut finis mandendi non nisi periculo fiat.* Ita sanè, qui suavitate lectionis volumina devorat: periculum est in curiositatis satietate, qua cibus in stomacho recrudescit præ dulcedine: equidem cùm experiatur incoctum, amarescit in fastidium. Mel invenit in alveario lectionis, nec sumit palati illicio quod satis: unde gravatus præ satietate ventriculus, æger eructat amaritudine in vomitus. Pende. *Devoravi illum, & erat in ore meo tamquàm mel dulce.* Est Hypallage, quasi diceret, *Dulce, tamquàm mel*, uti dicitur, *Eccli.* 24. 27. *Spiritus meus super mel dulcis.* Haud arbitror, quippe non concordant *Illum* & *Dulce*. Vide quæ diximus *Tom.* 4. *T.* 11. *à n.* 5. Mel dulce, quippe sine prudentia sæpe amarum in lectione: etenim curiositatis dulcedo, animæ solet esse & acerba amaritudo. E cicuta amarum mel: ait Rhodigin. *lib.* 28. *cap.* 27. Indicat effectus dulcem, sed lectionem pravam; equidem stomachi amaritudine constat gustasse cicutam. Idem *lib.* 18. *cap.* 30. & *lib.* 23. *cap.* 35. *Nascitur* (ait) *in arboribus mellis genus medicati. Eius virus haustum stupidos facit, exsternatque mentem.* Etiam refert Maiolus, *Tom.* 1. *Colloq.* 17. & Plin. *lib.* 21. *cap.* 13. *Venenati favi gignuntur: nihil esse fallacius potest. Genus mellis, quod ab insania, quam gignit, mænomenon vocant.* Mala profectò mella.

1. Mach 12. 9. 7 *Habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris*: dixit Ionathas Spartanis. Sanctos libros & iurè vocat solatia, quippe oraculum cœlestisque lingua. Probet inexpertus, & non erit afflictus: perperàm, quantum auguror, aliud in laboribus quærit solatium, qui habuerit ad manum librum Auson. *Edyll.* 4. v. 43. succinit:

Perlege quodcumque est memorabile, & ut tibi prosit.

Auson. *Nulla ex lectione utilitas, si totum curiositas.*

Nonnulli librum legunt sanctum, doctum, verùm non habent solatium. Nulla ex utili exercitio utilitas, quia totum curiositas.

Idem.

Otium magis foventes, quàm studentes gloriæ.

Ait idem *Edyll.* 27. v. 3. Dulcedinis illecebris in melle lectionis animus abducitur; sed dulcedo in melle non invenitur: amarescitque devorata lectio, quando sedet in animæ stomacho; quoniam quod videbatur palato dulcissimum erat in melle venenum. Ori lectio placuit, verùm stomacho haud profuit. Solatium nec ullum, ubi totum solatium. Visceribus nocuit, quod præ otiositate pellexit. Propter sensum distortum atque pravum intellectum, illi in libris sanctis nil sanctum; igitur lectionem in animæ & animi consolationem mellifluam, patet sumpsisse in insaniam. Elucet, ita devorasse librum, helluonem scripturarum, in stomachi amaritudinem, & urentem è satietate famem: quandoquidem esculus & vesculus, saturus & famelicus, pransus & impransus, saturitate evanidà, lectione non coctà, indigesto cibo, gravato stomacho, insanus factus, mentis impos, delirat, furit, ineptit; quoniam in caput ascendentibus virulentis vaporibus lectionum, versus dementiam perturbarunt cerebrum.

Librorũ in gluvies, non legentis, sed helluonis. Plin.

Unde utile nocet?

Ibid.

Hypallage.

Mel in insaniã.

Cœl. Rhodig.

Plin.

Unde ex medicina, venenas?

O mira & cæca dementia!

8 *Quid enim prodest lectione continuà tempus occupare, Sanctorum gesta & scripta legendo transcurrere; nisi ea etiam mastigando & ruminando succum eliciamus? Lectio sine meditatione arida est: meditatio sine lectione erronea*: infit Guigo Carthusian. à *cap.* 10. in *Scala Claustral.* quod etiam invenitur apud Augustin. de *Scala Paradisi*, cap. 10.

Lactant.

Guigo.

Lecta ruminanda.

Quæ mox imitere, legas: nec desinat umquam. Modulatur Claudianus, de 4. *Honor. Consul.* v. 397. Expelluntur enim ab altari animalia, quæ non ruminant, quorum imitatione homines vertuntur in animalia. In lectionis esca ligurire, non pastus: comedere, planè cibus indigestus: necesse est ut ruminatione tendat in coctionem, ut succo defæcato edenti conferat utilitatem; ita ut digesti virtus cibi convertatur in substantiam, & substantiam aliti. Sic cibus dicitur, cuius succus in edentem con-

Claudian.

Levit. 11. 26.

convertitur : virus quia cibus non est, nec in cibum valet ; gustantem in se convertit. Liquet lectionis voratio, & unde stomachi in ruinam amaritudo : igitur virus & non civum comedit, si sic lectio legentem in se convertit. Prodest sanè ruminatio, qua lectio animæ adhæret stomacho. In commodum non solùm legatur, sed ruminetur, *Unde venimus, quò radimus, quid simus, & unde sumus ? quid fecimus, quid facimus, quid facere, & fieri potuimus ? quid nobiscum Deus fecit, quid præ ingenita pietate non fecit, & facere potuit ?* Hic utique stomacho dulcis cibus, atque ruminatione sine satietate prædulcis lectionis modus. Videsis Hugon. de S. Victore, de *Human. condition. cognition.* à cap. 1. Rumina sæpe quod Bernard. Serm. de *Miseria human.* n. 2. ingerit: *O miser homo ! Ad mala totus avidus, totus promptus, totus facilis, totus sapiens, totus sollicitus ; ad bona totus durus, totus piger, totus tepidus, totus stultus, totus incredulus & rebellis ?* O miser homo ! Horum enim perfecta & In utilitatem ruminatio : non in substantiam aliti, etsi dulcis, varia lectio ; qua adinstar apis, ut concinit Theocrit. *Edyll.* 29. à vers. 14.

Hugo. Quæ meditatio post lectionem?

Nunc hodie hunc altum tenes ramum:
Crâs alium, & alium post alium requiris.

Theocrit.

9 Si per lectionem nobis loquitur Deus ; voces planè in nobis steriles, qui per lectiones eius non audimus fœcundissimas voces, queis in aure intelligentium, peccantes vocat in pœnitudinem criminum. *Ergo verba eius dicam* (ait Augustin. de *Tempor.* serm. 256.) *& continuò cognuscetis loquentem ; ut ametis alloquentem.* Ne cunctos prævaricantes exterminet, illos supplicio aliquorum monet : quandoquidem secundum multitudinem iræ suæ non quærit. *Si quid amaritudinis in voce eius* (infit Bernard. de *Diverf.* serm. 5. n. 4.) *non sine dulcedine est ; quoniam cùm iratus fuerit, misericordiæ recordabitur : imò verò & ipsa indignatio non aliundè quàm de misericordia est.* Intendite in tò *Si quid amaritudinis in voce eius.* Quid igitur in luentibus pœnas Numen loquitur, ut eius vox, quantumvis amara audiatur ? Dicit Manilius lib. 1. *Astronom.* cap. 1. v. 89.

Augustin.

Bernard Deus vel dum plectit, diligit.

Tum belli pacisque artes:
Semper enim ex alijs alios proseminat usus.

Manil.

Manu loquitur, & ex bello pax auditur: etenim aliquorum amarissimo supplicio, dulcedine indignationis reliquorum fit in pœnitentiam conversio. *Numquid habes brachium sicut Deus & simili voce tonas?* Ita Dominus Iobum alloquitur. Quid voce tonare, & brachij summam potentiam ostendere? Deus potentiam ostendit factis, minimè tenore aut fragore vocis. Utquid ergo nectit ex brachio potenti fulmen simulque è fulmine vocem ? Respondet metricè hìc Mellius Sousa, cap. 37.

Iob. 40. 4.

Pectore volventi secum cœlestia sæpe,
Cor pavet interius, gelidâ formidine motum
Pene loco, trepidatq́ piùs spes inter amorem
Iudicijque metum: vario mens fluctuat æstu.
Audiet in terrore sonũ, vocemque tremiscet
Iudicis, & summi venientem ex ore potentis.

Sousa.

Exponit in delinquentes sumptum iurè supplicium, unàque ex voce supplicij sonum. Vox ex brachio pœnas demeritis inferente ? Sanè. Quia inspirationibus continuis peccantium conversio nulla ; à brachio iustitiæ inflicta prorsùs cruciamina: & hìc vox misericordiæ ; ut alij recurrant frugi, audientes ex brachio vocem, quod in socios pertæsum vibravit fulmen : etenim per pœnam in sceleratos impœnitentes illatam qui simul scelerati fugerunt in pœnitentiam. Vox fulminis eiaculati est vox tonitrui, quæ audientes attonat, dum aures fragore pulsat : & dum fulmen videtur, vox tonitrui etiam auditur; quoniam non percussi percussorum considerantes stragem, attoniti præ formidine amplexi sunt contritionem.

Aliorum pœnis cõvertuntur peccatores.

10 Præterea. Brachium & vox : seu vox cœlestis ex potentiore brachio. Martialis verbis utor, lib. 6. *Epigram.* 19.

Magnâ voce sonat, manuque totâ.

Martialis

Est vox pulsantis in contritionem cordis. Cognoscitur & manus & ictus, voceque cor pavet interiùs ; etenim tormenta pati poterat, queis socios criminis potenter brachium afflixerat. Vario mens fluctuat æstu, pulsatur motu, audit terrore vocem, tremiscit, formidans fulmen : pectusque contritum confugit in asylum pœnitentiæ, quò non pervenit validum fulmen iustitiæ. Præmiserat Eliu (quem Hebræi dicunt fuisse Balaam) dicens & Iobo & socijs : *Audite auditionem in terrore vocis; & sonum de ore illius ::: tonabit voce magnitudinis suæ, & non investigabitur cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter ; qui facit magna & inscrutabilia.* Perpendamus singula. *Auditionem in terrore vocis.* Hoc est fulmen. Est terror vocis, & vox terroris. Illa à fulminis ictu : hæc à tonitru. Illa à brachio potenti, sed hæc dumtaxàt ab ore: audireque commendat, unde animam ini-

Non benè convenit iustitia cum pœnitentiæ. Ibid. c. 27. 2.

A vers. 4.

quitatum pœniteat: equidem ni audierit in correctionem vocem terroris; audiet terrorem vocis in ictu fulminis. Vox est enim magnitudinis, in magnitudine vocis; quia hos plectit & alios monet, dum in contritionem, illorum movetur animus, si audita fuerit vox eius: etenim scelerum dolore, flagitiorum pœnitudine, fecerunt audientes tonitrus vocem, ne in illos sicut in alios veniret fulmen. Viperatum geniminibus ostendit plaga, quomodò fugerent à ventura ira. Nox nocti indicat scientiam, in horrorem & cruciaminum fugam: igitur Deus de tenebris protulit lucem, & ad illuminationem; ut recedat à peccatis, qui conturbatus fuerit à tribulatione peccatoris. *Tonat Deus in voce sua mirabiliter.* Quid hoc? Quod alij audiant, alijque surdescant? Opus signatur eius magnitudinis clementiæ, & inscrutabilis iustitiæ. Priùs fulmen egreditur, quàm vox egredientis audiatur. Iam facta stragis, quamvis priùs efformata origo vocis: sic alij iustè pereunt, & alij mirabiliter evadunt: pereunt, quippe signum, quòd non audierint vocem, experti fulmen: evadunt, quia antequàm fulmen veniret, vocem fulminis audierunt. Arrige aures mi Pamphile. Quærite in pœnitentia, ne noceant fulmina: hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. *Vide Tautolog.* 10. *D.* 2. *à n.* 2.

Qui alie no malo nō sapit, desipit.

11 Non videatur enthusiasmus huiusmodi vocum inscrutabilis effectus; exponit divinam vocem, & vocem vocis David. *Semel locutus est Deus* (inquit) *duo hæc audivi, quia tibi Domine misericordia, & tu reddes unicuique iuxta opera sua.* Iustitia est, si supplicia & præmia redduntur secundum opera: aliter verò clementia. Hæc duo sunt: cur ergo dicit, quòd semel ad ipsa locutus sit Deus? Demonstrat modum, quo ex peccatoribus alij sapiant, alijque desipiant. Cunctos in conversionem Deus allicit, verùm non omnes præ illorum improbitate convertit. Voce fulminis, quæ ex Iustitia, his loquitur, & ab alijs vox auditur, clade infictâ: tuncque eius mirabiliter effulget misericordia; quoniam altè punitorum visis pœnis, cordis intimo dolore resipuerunt à peccatis. Ex aliorum iustitia, alijs munificè confecta misericordia. Semel Deus locutus, & duo percepit auditus: igitur idem fuit illos converti, ac alios quia surdi voci eodem crimine perire. Duo sunt & unum fuit. Aliorum damnatio, & aliorum conversio: quandoquidem audientibus vocem vocis (qua vocabantur in resipiscentia pectoris, iustitia facta) prodivit pœnitentibus clementia; quoniam per pœnas illatas, pœnitudine cordis fugerunt pœnas. Semel factum divinum eloquium; a: pietate & rigore duo ab hominibus audiuntur. Pœna, è rigore iustitiæ: gratia, decreto clementiæ; quoniam vocem audierunt in criminum pœnitudinem, dum damnati impœnitentes, quippe non audierunt vocem. Crucius hìc succinit:

Ps. 61. 12.

Ex impœnitentia aliorum est aliorum pœnitentia.

Est semel Omnipotens sacro Pater ore locutus,
Quod tamen acceptū nō semel aure: patet.
Se facilem miseris, Numen tamen omnibus æquum.

Crucius

Et parcens & non parcens æquum omnibus? Næ. A punitis nequaquàm in conversionem audita loquentis vox. Servati, ut Deus luceret miseris crimine, facilis; vocem audierunt iustitiæ peractæ vocis. Qui audierit vivet: peribit, qui non audierit: æquumque Numen dicitur, dum pravos punit, & parcit; quia per tormenta quæ passi, non audientes Deum loquentem, intellexerunt directam & secum loquentis vocem. Videtur ex ipsa iustitia exorta misericordia: igitur dum exercet in delinquentes supplicium, solicitat anxiè conversionem peccatorum.

12 *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei*: dixit Salvator N. audito lethali languore Lazari. Symbolum hìc præfertur peccatoris, præ vomica cordis languentis, & expirantis. Consule Augustin. hìc *Tract.* 49. Quomodò interposita morte ex contracta infirmitate, erit peccatoris articulus in divinæ expressionem excellentiæ? Patuit Dei gloria; ubi ex vocatione Lazari, apparuit conversione multorum, meditata pœnitentia. *Multi propter illum abibant ex Iudæis & credebant in Iesum.* Fuit Dei cognita à circumstantibus mira claritas, ubi Christus dixit: *Lazare veni foràs.* In imperio gloria Dei magna fuit, sed in modo vocationis maior est. Maior? Utique: Deique deservivit maiori gloriæ; quia alij vocati vocatione Lazari. Emphasim expressit Evangelista, referens functionis mirabiles circumstantias: *Magna voce clamavit: Lazare veni foràs.* Illi qui vocat ea quæ non sunt, sufficiebat levis vox: designaturque vox magna, quæ à mortuo audita; quia vocis & gloriæ Dei demonstrat inauditam magnitudinem, quod sibi dictam agnoscerent vocem Lazaro loquentem. Vox expressè Lazaro directa est; cæterùm tacitè unuscuiusque

Ioan. 11 4.

Cap. 12. 11.

Cap. 11. 43.

Quenam in deo rem pœnitentis est vox clamoris

fusque intimum pulsabat cor ; quod vocem audivit conversione mirificì , datà gratià ex erroris pœnitentia : etenim verbum à Salvatore prolatum ; reperculsi pœnitudine audiverunt loqui secum. Ita enim ut alios suscitet,

Omnia clamosis vocibus implet.

Cornel. Gall. Vox clamorem non habet , si tantùm cui loquitur , auditam vocem intelligit : Lazarique revocatione ad vitam (in Numinis gloriam) divinitatis est honor vocis clamor ; quippe unusquisque vocem Salvatoris audivit , quasi se Christus in conversionem vocaret. In peccatis languentes , iurè sunt privati vitâ peccatis. Christus vocavit, ut surgerent : audierunt , revocati sunt ad vitam , agentes de flagitijs pœnitentiam. Tunc abibant & credebant in Iesum , ut effectum veræ vitæ haberet ex Lazaro audita vox : quandoquidem ad illum accesserunt per pœnitentiam , ut illos per pœnitentiam suscitaret & excitaret ad gratiam. Unde , ut canit Iuvencus, 4. *Histor. Evangel.* v. 403. videns in se vocis efficacitatem.

Christus illum per pœnitentiam, revocat in gratiam.

Pars credens sequitur tantæ virtutis honorem.

13 Minimè didicerunt capite alieno, qui visà Israëlis captivitate degebant venumdati sub peccato. Noluerunt intelligere , ut benè agerent. Vide 2. *Paralipom.* 30. 10. Ex regno Iuda pasi , quod servitute Israëlis noluerunt pravè intelligere: captivique ducti sunt in catenas Babylonis , ante faciem subsequentis & tribulantis. Tunc Ieremias, ut ait Sanctius, *n.* 15. eos alloquens , qui à communi cæde & vastitate superstites ; dixit gementibus : *Magna est velut mare contritio tua : quis medebitur tui* ? Si vulnus ex peccato , est medicina contritio : quænam ergo desideratur medicina , ubi criminibus medicata pœnitentia ? Fructus pœnitentiæ ex divina auditâ voce. Sine reconciliatione , cum Numine irato facta ; haud perfecta vulnerum peccatorum medicina. Voce divinâ ex captivitate Israëlis , effulsit peccato cæcis, lumen in sanitatem elevatæ cognitionis. Audierunt , de sepulchro criminum in veram contritionem suscitantur : & suppositis contritione & penitentiâ , Vates sacer solicitat medicinam ; ut reconciliatione transeant qui pœnitentes ad gratiam : etenim sine gratia, quamvis vox audiatur, non est plena medicina.

Thren. 2. 13.

Dei gratia pœnitenti est vulneris medicina.

14 Ergo in principale propositum. *Quis* (infit Propheta) *medebitur tui* ? Si pars regni vulnerata , illi congruit medicina. Quidni dicitur , *Quis medebitur tibi* , sed *Quis medebitur tui* ? Ut alij pœnitentiam agunt ex illius meditrice contritione. Iam enim illa obtinuerat salutem , cùm in pœnitentiam criminum audisset vocem : diciturque *Tui* , ut illius pœnitudinis exemplo , in peccatoribus alijs excitetur contritio : etenim cùm peccatores supplicijs non premat iratum Numen , nisi in cordium contritionem ; sicut illa recepit beneficium sanitatis ex vulneribus cæteri sanabuntur peccatores : restituentur sanè per pœnitentiam in gratiam; modò contriti in salutem peregerint pœnitentiam. Ita ex aliena plaga in vulnera medicina, ne in mortem duraret plaga: etenim pœnitentiæ constructit echo, quæ vox fecerat oraculo. Ovid. 3, *Metamorph.* fab. 6. succinit:

Sequatur pœnitentem, qui secutus est errantem.

Indoluit : quotiesque vox miserabilis Heu
Dixerat ; hæc resonis iterabat vocibus Heu.
Cumque suis manibus percussérat illa lacertos,
Hæc quoque reddebat sonitum plangoris eundem.

Ovid.

15 Vox Domini est in virtute , & corda voce convertit, etiamque virtute vocis; quia loquitur varijs linguis , habetque labium electum in contritionem cordium. Iacebat præ iniquitate mortua prævaricatrix Ierusalem in idolis;

Sed nec vocibus excitata blandis.

Martial 12. 99. Deus ut rediret ad cor , ostendit populo suo dura, quæ prætermisit, quoniam dumtaxàt ostensa. Unde Vates Evangelicus in illum inclamat : *Attende de cœlo. Ubi est zelus tuus* (Hebr. *Indignatio iræ tuæ*) *& fortitudo tua , multitudo viscerum tuorum*? Quid est hoc ? Quis sanè sapiens , ut intelligat hæc ? Indignatio , & in Numine viscerum dilectionis multitudo ? Amat in iurgia? Iurgium à pravis efformatur , quoniam amat. Non respondentes vocat. Quia sciunt multitudinem miserationum, proterunt legem : indulgentia meditata transgressorum fovet crimen : in zeloque Dei Vates implorat iustitiam ; quoniam pœnis & angustijs recurrunt in pœnitentiam. *Cùm feceris iudicia tua in terra , iustitiam discent* (Sanctius , *Sanctitatem*) *habitatores orbis.* Quando Dominus iudicia facit , peccatores plectit : tuncque discitur iustitia , inflicta pœnâ ; quippequàm ne gravet manum , dolore student in conversionem cordium : medetur enim & quamprimùm illato vulneri , qui sanat contritos corde. Hic est amoris divini zelus, & miserationum cumulus ; equidem

Isai ubi supr.

Deus infert dolores, ut resipiant delinquentes.

Cap. 26 9.

In ostensione iustitiæ summa clementia.

dum

dum pertæsus signa demonstrat iræ, ostendit pœnitentibus viscera misericordiæ; quoniam doloribus inducit in pœnitentiam, & de pœnitentia favens perducit in gratiam. Dum iudicia ab amore aguntur severa, cognoscitur à peccantibus iustitia. Per illatas meritò pœnas, discitur à pœnitentibus sanctitas: igitur si ex pœnis in criminum pœnitudinem, ex pœnitentia suspirant in gratiam iustificantem: Deusque demonstrat ex amore zelum, per multitudinem ex gratia miserationum. Ita in amore erga pœnitentes fulget; &

Ovid. 6. Fastor. v 316. —— *Quamvis nemo vocarat, adest.*

16 Etiam ultrà se extendit Domini vox: etenim si pœnitentes voce vocat in gratiam; gratiâ dignatos virtute vocis etiam invitat in gloriam. Hinc plauditur *mirabilis in sanctis suis.* Unde ergo mirabilis? *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis*: v. 34. virtute vocis eius, firmatur virtus, & simul signatur præmium, ut ascendat in Empyrium: quandoquidem si voce vocatur iustus in beatitudinem; alius virtute vocis vocatur in eandem felicitatem. Intelligitur modò difficile testimonium. Vidit Ioannes ostium apertum in cœlo; quippe cor Numini gratum, in cœlo non pulsat ostium: Sanctorum enim est civis, & inter homines hospes: subditque: *Et vox prima, quam audivi loquentis mecum*: *Ascende huc.* Voce primâ, quæ ab illo auditur, ad cœlum faustè invitatur: verùm cur dicitur prima? Num audita secunda? Utique, dum enunciavit *Ascende.* Vox erat ad aures Ioannis: dedit Deus voci suæ vocem virtutis; ut ex virtute intelligeret homo, quænam iustis præparata beatitudo: siquidem si habuerit gratiam, ex gloria alterius etiam vocatur ad gloriam. Prima vox, quòd ille ascendat: secunda in illa, quod qui iustus simul vadat: igitur si in gratia perseveraverit; ut ille ascendit, ascendet. Ex contextu liquet: *Vox prima, quam audivi loquentis mecum.* Quorsùm *Mecum* in auditione vocis; dum sat, *Vox prima loquentis?* Non sat: erat in voce alia vox: dicitque *loquentis mecum*, signans divinum eloquium; quippequàm dum illi loquitur, vox prima ad alios extenditur. Tibi loquitur:

Apoc. 4 1. *Ex gloria Sanctorum, illius in terra excitatur desiderium.*

Propert. *Quæ Dei ad gloriam iusti omnis vox?* Sapient. 7. 22. *Et tibi non tacitis vocibus erit*:

Ut canit Propert. 1. *Eleg.* 4. v. 18. Aptè, *Non tacitis vocibus*, dum tibi patet in cœlum ascensus. Vox tacita est, ubi uni tantùm dirigitur, quippe ab alijs non cognoscitur. Est enim iustis virtus in voce vocis. *Est in illa spiritus intelligentiæ unicus & multiplex.* Intelligitur ab alijs mirabilis virtus vocis; & simul gratè illuc tendentium, pulsat auditum, ipsa vox fulminata loquentis tecum.

17 Mantuanus *Eclog.* 3. v. 37. non sine acumine, cecinit:

Mantuã *Carmine multisono, & vocali voce fatigat.* Voce solùm Deus vocat, dum gratia in cœlestia regna invitat. Vocalis vox est, modò in alios extenditur viva vox. Non vox vocalis, ni virtus in voce vocis: unoque in cœlum vocato, vocalem designat vocem; quia simul alios invitat in æternam beatitudinem. *Ad vocem loquelæ grandis ignis exarsit*: ait Propheta Ieremias. Variè construitur adiectivum *Grandis* in periodo. Alij legunt: *Ad vocem loquelæ grandis.* Gregor. Magn. Homil. 21. in *Ezechiel.* Maluend. & Sanctius hic, *n.* 17. Alij: *Ad vocem loquelæ, grandis ignis exarsit.* Vatabl. & Hugo. Alapide verò inquit: *To Grandis tam ad Loquelæ, quàm ad Ignis referri potest.* Suffragor. In iustis, ad vocem loquelæ, grandis ignis: igitur cùm concupiscat & deficiat anima, propter tabernacula dilecta; ad gloriæ vocem auditam, amor ut ignis ardescit & maximoperè in gloriam. *Ad vocem loquelæ*: non sat, *ad loquelam*? non sat *ad vocem*? Quid loquela nisi vox? Quid vox? pro loquela fit. Nec vox sola, nec loquela satis est. Est vox vocis, est vox grandis; qua in corde pro gloria exardescit ignis, & elucet summus amor Deitatis: igitur dum alijs Numen beatitudinem confert, illis qui non in cœlo, gloriam ostendit: audientibus quidem in voce grandi (dum exponitur honos) aliquando cordis igne, usque in cœlum ascensuros. Sic audiunt gratiâ animæ decoratæ,

Ieremi. 11. Alapid. *Amor in gloriam excitatur, dum alijs gloria confertur.*

Varan. *Quarum suaviloquis gemina sic vocibus orsa.*

18 Sonet ergo hæc vox in auribus nostris, quæ quidem præ cunctis dulcis. Unde N. Patriarcha, *cap.* 4. commendat, *Vitam æternam omni concupiscentiâ spirituali desiderare.* Audiamus vocem. *Apertis oculis nostris* (præmittit in *Prolog.*) *ad Deificum lumen; attentis auribus audiamus* (*divina quotidie clamans*) *quid nos admoneat vox.* Felices enim sumus. *Parentes Patriarchas habere iam cœpimus. Quid non properamus? Magnus illic nos* (ait Cyprian. de *Mortalit.*) *charorum numerus expectat: Parentum, fratrum, filiorum frequens nos copiosa turba desiderat; iam de sua immortalitate secura, & adhuc de nostra solicita.* Felices, inquam, su-

S. Bened. *Manus Monachorum, patriæ cœlestis desiderio* Cypriã.

sumus : etenim non solùm habemus, qui nos factis sanctis invitent ad gloriam, sed etiam clementiæ exempla, supplicijs alienis, quibus emendemus (si aberraverit) vitam ; quod non solùm clementia, sed prorsùs magna. Inter Ægyptios & Israëlitas dicit Sapiens : *Oportebat enim, illis sine excusatione supervenire interitum: his autem, tantùm ostendere, quemadmodum inimici eörum exterminabantur.* Alienum enim exterminium, elucet in nobis thesaurus miserationum, & indignationis zelus multitudo viscerum : etenim fugere debemus noxam ; quippe nobis dedit Altissimus vocem suam : audiendaque sunt in criminum pœnis, quæ clementer continentur in voce voce vocis. *Decem & octo supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos ; putatis, quia & ipsi debitores fuerunt præter omnes homines habitantes in Ierusalem ? Sed si pœnitentiam non egeritis ; omnes similiter peribitis.* Perierunt propter iniquitatem suam : quod quidem longè, si vocem audientes, egissent de peccatis pœnitentiam. In hanc appoluit peccatoribus exemplum ; quia felix, quem faciunt aliena pericula cautum. Publ. Syrus, in *Mimis*, v. 157. succinit:

Sapient. 16. 4.

Ostendere peccatorũ supplicia, clementia magna.

Luc. 13. à 4.

Publ. Syr.

Bonum est, fugienda aspicere alieno malo: Ex vitio alterius sapiens emendat suum.

DIDASCALIA V.

Lachrymæ pondera vocis habent.

Ovid.

1 ALTIORI proposito, uti miraculo, videbimus, quod cecinit Ovidius, 3. de *Ponto*, Eleg. 1. v. 158. & Stoicus, 3. de *Ira*, cap. 33. *Oculi clamore exprimuntur : basilicæ resonant.* Sonus est in silentio vocum, ut demiremur prodigium ; & per clamorem non vocis, in Sanctis suis Deus celebretur mirabilis. De Scholastica Nostri Patriarchæ sorore, erit argumentum Didascaliæ : verùm cum illorum plausus propter commune decus, sint profectò inseparabiles in utriusque profectione, ante Scholasticæ gratiam memoranda laus utriusque. *Eorum mens una semper* : infit Gregor. Magn. 2. *Dialogor.* cap. 34. Idem velle, idem nolle, una voluntas : idem propositum, idem institutum, & una charitas. Respiciunt se mutuò, quin discrimen cognoscatur ; quia concepti & nati simul. Ovven. *lib.* 4. *Epigram.* 138. de Geminis, accinit:

Senec.

Clamor non semper vocis.

Gregor. Magn.

Benedictus & Scholastica, unũ.

Dissimile in nobis nihil est, paria omnia, solo
Differimus numero: nos duo namque sumus.

Ovven.

Sæpe Tomis prioribus, de illorum musica in utero matris, diximus. Videsis, 1. *T.* 4. *D.* 14. 2. *T.* 3. *D.* 4. 5. *T.* 4. *D.* 2. Nonnulla & addam, colligens quæ superaverunt fragmenta, ne pereant.

2 Inter dementias Cleopatræ, ultimæ Reginæ Ægypti, fuit magni nominis umbra. Unde unico partu marem & fœmellam geminos edens in lucem ; vocavit Lunam & Solem. Eutropius *Histor.* 7. & Guiliëlm. Rovill. in *Iconib.* p. 1. Horum nominum emblemata fulserunt in SS. Benedicto & Scholastica. Munus enim Solis & Lunæ in cœlo (ut latè videbimus *Tautolog.* 8. à *num.* 21. de cœli harmonia) est mirifica musica. Vide Statium, 3. *Silvar.* 3. v. 54. Virgil. 6. *Æneid.* à v. 640. Claudian. in *Mallij panegyr.* v. 100. & Manil. lib. 5. *Astron.* v. 493. qui in rem *lib.* 4. *cap.* 1. à v. 150. de *Geminis* dicit:

Illi plausu sol & Luna.

Laudis amor, tacitæ mentes, & corpora tardà
Mole valent, habitatque puer sub frontibus amor:
Mollius è Geminis studium est, & mitior ætas,

Manil.

Per varios cãtus, modulatisque; vocibus ora.
Inveniunt & in astra vias numerisque, modisque
Consummant orbem : : : Natura ingenio minor est.

Videntur de cœlo dati, in orbis decus ; ut miraretur mundus ; dum invenerunt in astra vias, erigentes numeris & modis musicæ scholas, nobiliore studio, naturam superante cœlesti ingenio, valente corpore, voce infantili, amore habitante in illorum pectore, æstuante mitiori ætate, tamquàm in Sole & Luna, per varios cantus, modulataque vocibus ora. Hi Benedictus & Scholastica ante usuram lucis, Numini laudes canentes in utero genitricis. Fecit Deus duo luminaria magna; visumque in terra, quòd illum simul laudarent Sol & Luna. Statius d. à v. 53. canit:

Musica illorũ in utero matris.

——— ——— ——— Soli
Servit & astrorum velox chorus, & vaga Luna.

Statius.

3 Cùm tenebræ summâ caligine essent in orbis principio super faciem abyssi; Conditor produxit lucem in futuras species cosmopœiæ : non enim divinum esset tam præclarum opus, si operis non esset usus;

usus: nec videretur omnipotentis mirificum, si esset & non videretur. Ergo fit lux in nitorem mundi, dum chaos & nigræ fuscabant cuncta tenebræ.

Alcim. Avit. *Iam proprias mundo monstrabat lumine formas,*
Obscuro cedente die: varioque colore
Plurima distinctum pingebat gratia mundū.

Concinit Alcim. Avitus 1. *Geneseos*. v. 17.

Genes. 1 à 1. *Facta est lux, & vidit Deus, quòd esset bona.* Insigne profectò singularis bonitatis, per quam alieni demonstrantur splendores. *Plena vox luminis: operationis resplendet effectu. Unde vox Dei debuit inchoare, nisi à lumine?* Ita Ambros. 1. *Hexaëm.* cap. 1. *Bona.* Idest, pulchra, delectabilis, & grata: quapropter ut Conditor vidit, signanter plausit, universique elogia in illa iurè comprehendit; utpotè quæ rerum specimen, in se continens totius orbis pulchritudinem. Est utique iubar æthereum, opus Auctoris primum, cœli candor, flammæ splendor, orbis nitor, decus astrorum, formaque siderum: ait Dracontius, de *Opere sex dier.* & à v. 6.

Ambros. Pulchritudo lucis est decus orbis.

Dracōt. *—Lux gratia Solis,*
—Aureaque cornua Lunæ.

Luna & Sol est ipsa lux? Ita placuit D. Thomæ, Pererio, & Catharino: erat duo luminaria magna, non lux sola; quippequàm in subiecto & simul cum subiecto fuit creata.

4 Videamus in Sole Occidentis Benedicto, atque sorore, quomodò fulsit vel à principio lux gratiæ. *In utero matris eos psallere auditum, Numinis gratiâ*: Buccelin. inquit in *Menolog.* Odo, Bonifac. Simonetta, plurimique alij, quos videsis, apud Yepes in *Chronic.* lib. 1. cap. 1. & Benedict. Hæften. *Prolegom.* 14. In rem Gaufrid. serm. de S. *Bernard.* n. 15. *Auditus enim est* (inquit) *in utero materno, cuius magnificè commendata est sanctitas etiam ante ortum. Novit Dominus qui sunt eius, & novit utique quos elegit à principio: sic etiam sua quibusque tempora & momenta constituit, quibus æterna suæ dilectionis vel ipsis, vel de ipsis innotescat arcanum. Cumque alios in pueritia, alios in iuventute, alios in senectute vocarit; nonnullos tamen, sed paucos, velut quodam privilegio gratiæ specialis, in benedictionibus præveniens, imò præripiens, nudùm natos, quales essent, quibus voluit signis & indicijs declaravit.* Sic Berthar. in *Hymn.* S. Benedict. succinit.

Buccel. Quæ utriusque gratiæ ex musicæ

Gaufrid

Berthar *——Fugiens probavit*
Signa primævæ novæ sanctitatis.

5 Patet gratia singularis ex textu. *Fiat lux, & facta est lux.* Ex primo existentiæ momento in corpore Solis & Lunæ incubuit cantico. *Lux sonat.* Verùm si facta, ex quo facta? Dicit Paulus: *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere. De tenebris*, non tamquàm materia ex qua, sed tamquam termino à quo; quippe in tenebris, ut producatur forma, non est materia: diciturque lux de tenebris; ut eius processus signaretur ut mirabilis: etenim mirum, in plausum & laudem Dei; quòd in tenebris simul essent lux & vox. Elucet gratia Solis & Lunæ, in vocibus Benedicti & Scholasticæ, ubi Deus iussit de tenebris vocem tamquàm lucē splendescere: quandoquidem procedunt in vocem laudis, vel in uteri matris obscuris tenebris. Incipit Sol: at Scholastica soror, ut Ovidij sensum sequar. 4. *Fastor.* v. 327.

Dracōt. Quantum miraculū

Mora Dea est, sequiturque ducem, laudatque sequendo:
Index lætitiæ fertur ad astra sonus.

Ovid.

Illuminationem perscrutemur in honorem Geminorum. Sol & Luna lux sunt (ut vidimus) ipsa. Cur igitur ipsa, canens in ipsis, plauditur sola, bona, mirabilis, & ut dicit Maluenda, *lux clara & dulcis*? Lux prima imperfecta, sed in corpore; non autem in musica & claritate: plauditurque lux dulcis, eiusque dulcedo vocis; quoniam mirabilior vox corporibus imperfectis.

Malaē

Sine corpore corpus:

Modulatur Tertullian. 5. *Adversʃ. Marcion.* v. 160. Si iam luminaria nata; in adequatione corporis fortirentur perfectionem: antequàm nascerentur, non plenam habebant corporis entitatem: etenim post triduum & Sol & Luna producta, ex luce in lucem sunt edita: luxque ante nativitatem luminarium, rapuit Dei totum encomium; quippe digna (præ laudibus Numinis) laude, in illo dulci splendore; quòd ex ipsa imperfectione entitatis, sine corpore, in illa audiretur corpus vocis: igitur excitat in summum honorem laudem, in imperfectione cernere excellentem perfectionem.

Tertull. Et ea quos

6 Prætereà. Antequàm luminaria magna post triduum nascerentur; illorum ad lucem plenam crescere videbantur: sed videbantur solummodò, quæ luce plena à principio; excitato à Numine plausu lucis, ex imperfectione corporis, atque perfectione laudis: igitur mirum, quòd dum crescerent ad plenitudinem radij, videretur

ex

ex harmonia in radiorum plenitudine. Vox haud habetur, quousque qui vocalis, nascitur: necdum nata luminaria magna, verùm vox lucis audita: quid mirùm si lux extollitur, ubi in luminarium corporibus collocatur? etenim dignum admiratione, sine prævia, necessaria nativitate; quòd lux in illis haberet perfectionem vocis, & in brevitate temporis. Plus lucis videntur merita, in sententia contraria. Sine subiecto fuisse creatam, asserit Basilius in *Hexaem.* Homil. 6. & Nazianzen. *Orat.* 43. infit: *Nec lumen organicum à principio, verùm incorporeum & Solis expers: forma enim Solis lumen est*, Vide hic *Tautolog.* 1. *D.* 7. *n.* 14. Lux in globo utriusque luminaris psallebat. Lux antequàm in ipsis esset, voce Numen laudabat. Hic corpus non habebat; in luminaribus, corpore & voce Conditorem decantabat: voceque Dei vox plauditur lucis, priusquàm esset in corpore Lunæ & Solis; quoniam corpus vocis & sonus in cœlo auditus, quasi vox haberet corpus. In utero genitricis Benedicti & sororis auditur, & in portentum vox laudis: lux est gratia Lunæ & Solis: igitur vix illorum concepta corpora, & ab illis cœlestis audiebatur musica. Quòd nata canerent, erat conditio naturæ, præditæ mentis illuminatione: videnda in gemellis mira, & vox gratiosa: etenim Deitatis studuerunt musicæ, atque gloriam dixerunt antequàm nati. Signavit Deus necdùm natos, quales essent, dum illo in tempore, non illius temporis munus perficerent: siquidem ut à principio excellentem præ se ferrent perfectionem; lucis proferunt vocem & ante lucem. Vide alia aliter, atque diverso acumine, *Tom.* 5. *T.* 4. *D.* 2. *à num.* 3.

Unde perfectio mu sicæ utriusque.

Gregor. Naz.

7 Canticum insigne & novum, in cœlo ad Numinis laudem auditum, erit huius gratiæ præpoperæ monimentum. Ita ergo vox cantici in choro cœlesti, quò concurrentes antiphoni. *Tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant & creata sunt.* Metricè Arator, in *Acta Apostol.* à vers. 338.

Apoc. 4 11.

Tu qui cuncta Deus proprijs animata figuris,
Artifice sermone facis, quiq; edita cernens,
Ante vides, rerumque creas per nomina formas;
Cùm fierent, vox semen erat, mox spiritus oris,
Materiemq; operis sola est largita voluntas.
Erant (dicitur) *& creata sunt.* Haud

Arator.

theologicè intelligetur creatio; si non ex nihilo. Creata non erant; si erant, antequàm essent creata. Quomodò in essentiæ negatione poterant esse, ut esse possent, priusquàm esse acciperent? Erant profectò, & non erant. An quia in mente divina, atque denuò in existentia? Litteralis expositio ad huiusmodi essendi formam, ducit per allegoriam. *Erant in confessionem laudis*; infit hic Haye: & non erant? Esse & non esse, sanequàm impossibile. A gratia & amore vincitur, dum Creator à creaturis singulariter laudatur: & in non esse, esse dicuntur in laudem; quasi solùm crearentur ad laudandum Creatorem. *Creata sunt*: ergo priùs esse non fuit. Dei tunc & illorum erat laus in prodigio vocis, quæ tamquàm prodigium audiebatur in cœlis: simulque non esse & esse exponitur in perfectionis atque virtutis encomio; igitur summa virtutis perfectio, quòd in laudes divinæ maiestatis existerent, antequàm essent. Confessio laudis Deitatis erat scopus mirificæ vocis: & in coniunctione esse & non esse laudantium, stat miraculum totum: etenim insigne & singulare miraculum; quòd existerent in Deitatis musicam, qui ad vocis efformationem non habebant existentiam.

Haye.

Ad Dei laudes erant in voce mu sice, sed sine corpore.

8 Perspicuius clarescit esse & non esse in Benedicti atque germanæ sororis voce. In claustro, tamquàm choro, genitricis, exercent organa laudis, sumulque audivit cœlum *canticum novum*. Novum? Mirabili vocum novitatem, esse illorum & non esse. Esse non dicitur quod informe; quod caret operationum facultate; quoniam tantùm habet perfectionis entitatem, qui in entitate habuerit perfectionem. Est, sed quasi non est, quousque in esse perficiatur. Natura, hominis existentiam non cognoscit usque in nativitatem, qua prodit in lucem. Pridem esse non est esse: non est esse imperfectione; Est, sed creari expedit, quia forma formam non habet. Tunc vox incipit: & in choro uteri matris, Benedictus cum sorore musicè concinit; ut in cantico novo musica audiretur nova, inventa à divina gratia: igitur melodi miri ante vocem per vocis nativitatem; iam ad laudes divinas habebant vocem. Creata sunt mirifica harmonia isthæc luminaria magna. *Erant & creata sunt*; quippequàm ante esse in ortu, esse declaravit vox; quàm auris numquàm audivit, dum corpus vox non haberet: verùm in cantico novo, visa perfectio; quòd incapaces vagitus, ad vocem haberent

Apocal. 5. 9.

Erat in vocibus canticum novum.

corpus. Ulteriùs. *Creata sunt*, in corporis imperfectione cùm essent; igitur nulla vox citra organici corporis dispositionem, quam sensim construit formatio: aliàs non essent in utero. Erant & non erant. Erant ex vocis entitate: non erant corporis ordine. Erat esse & non erat esse. Illis lux simul & nox. *Erant & creata sunt*, in stuporem audientium: etenim à sæculo non auditum; quòd ante perfectionem entitatis, esse haberent perfectionis. Vigilantiùs Hispana dialecto: *Fuè un assombro, que antes de ser en su ser con perfeccion; tuviessen los dos hermanos la perfeccion en su ser.* Diximus (ex Vallesio, *Sacr. Philosoph.* cap. 1.) *Tom.* 4. *T.* 13. *D.* . *num.* 5.) quod sicut ex nihilo dicitur creatio, ita ex indisposito subiecto. Intelligitur modò, quo pacto utriusque corpuscula *erant*, & postquàm erant, in esse fuerunt *creata*. Ad musicam esse ostenditur ex voce: sine voce, non esse; quia si vox ex corporis entitate, tunc entitas corporis abs ulla dispositione. Ad cantica nova, erant, & fuerunt creata: quandoquidem cùm non essent ad existentiam; iam existebant miris vocibus ad musicam. Huiusmodi ingenium ante annos venit.

Quomodò non erant, & erant.

Manil. d

Natura ingenio minor est.

9 De luce prima, ut vidimus, varia PP. atque DD. sententia: alij corpoream, alij incorpoream appellant. Cum corpore & sine corpore? Erat corpus exiguum, & informe, & imperfectum; ut ait D. Thom. hic. Edidit illicò sonoras voces, ex quo accepit formam lucis: unde meditanter dicitur, esse corpus, & non esse; propter miraculum singulare: etenim si corpus ad cantica debet esse perfectum; sanè miraculum magnum, quòd vox audiretur musicæ, ex informi, exiguo, debili corpore. *Ex hoc corpore lucido, velut in globos diviso, posteà fabricata Sol & Luna*: subdit hic Alapid. Non abs re ex effectu & imitatione Benedictus Pater, atque soror Scholastica (qui cum corpore & sine corpore, in non esse & esse, cùm essent, & ad esse fuerint creati) iacentes in utero matris, & luce specialis gratiæ depromentes voces; ut sine ætate ex privilegio præsenti, constaret, quinam futuri, tunc præventi benedictionum dulcedine: igitur in genitricis visceribus (ubi informe prorsùm corpus) voces formant, Numen laudant, expectantes fulgorem nativitatis; quasi tenerent perfectionem corporis. *Elegit Deus & ea quæ non sunt.* Electio non entis? Tantùm quæ non sunt, eligi possunt ut sint: tuncque non erunt in esse, sed ad esse in Conditoris efficaci voluntate. Cur igitur exponitur sine conditione electio? Quia futilis eorum & quasi nulla conditio: igitur quod informe, inhabile in esse muneri existit, non existit in esse; quoniam dumtaxàt videtur entitas sine entitate. In fratribus, clausis talamo matris, sed voce formantibus mutuò celestem chorum, miramur huius prodigij theatrum. Musica sine voce, vel vox musicæ in gemino & necdùm nato usuræ lucis infante? Scitè possunt canere, & nesciunt loqui? Quid est hoc? In eis qui non sunt, electio Dei: etenim dumtaxàt speciali electione Deitatis (sine entitate ad musicæ voces, quando in huiusmodi munia, corpuscula omninò informia) maiestatem divinam laudare poterant, qui pro status conditione, uti imperfecti, non erant. Erant, sed necdùm nati, nec in lucem editi, ut cognosceretur, unde cantus, & à quibus hymnus. Dominus de cœlo in terram aspexit; & qui non erant, magnos esse eligendo destinavit: igitur specimine, sanctitatis eminentis, singularis magnitudo, dum in utero materno laudes Numini cantabant, ubi alij atque alij, cùm essent, divinitati non erant.

Ex huiusmodi cantico, illorum elucet divina electio.

10 Benedictus nequit dicere cum sorore (in queis tanta gratia est) vel intra claustrum maternum: Suspendatur in posterum cœlitùs concessa vox: *Ecce nescio loqui, quia puer ego sum*: equidem (observat Gregor. d. *cap.* 1.) Benedicti nonnumquam fuit specimen, moribus transire ætatem. Hoc opus utriusque.

——Simulque Luna decorum
Protulit os.

Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunæ.

Rav. Text.

Birgitta. 3. *Revelat* cap. 20. *Cor Benedicti* (infit) *erat plenum Deo; imitans illum: qui nondum natus, exultando intra viscera materna cognovit adventum sui piissimi Redemptoris.* Ex laude Deitatis splendet laus mira eius singularis virtutis: igitur ad illam corpus informe vel in utero non gravat, dum propter Conditoris cognitionem exultat. Adventus Redemptoris in animam, est per gratiam sanctificantem infusam. Voce mirabili musicæ in utero Benedictus declaravit, quod infans loquens cognovit; ut videretur necdùm nati (sine luce, sed cum voce) non entis divina electio; inusitato in stuporem prodigio: igitur illi tunc collata

Birgitt

Alapid.

Vox illorum mirabilis.

2. Co. 18.

Ex hac singulari musica collataui detur divina gratia.

ta divina gratia, ut illâ nosceret Dominum intra viscera materna; ingrederenturque in mundum, sicut alij feliciter ingrediuntur in cœlum. Hymnus omnibus Sanctis eius, verùm in hymnis Benedicti maius opus. Immisit in os eius canticum novum, carmen in novum prodigium: igitur novum, ex Dei cognitione & cantico, quòd luci egrederetur sanctificatus in utero. Transit de claritere in claritatem: illuxit spititus ad illuminationem; quoniam visa meliore, in luce visa in Oriente, effulsit animæ candor, quem contulit gratiæ splendor.

11 De Clodij Albini in imperij prognosticum, dicit in eo Iulius Capitolinus, ex quo Hemelar. in *Aureis numismat.* Tabul. 34. *Exceptus utero, contra consuetudinem puerorum, qui nascuntur, & solent rubere, candidissimus visus ita toto corpore; ut linteamen, quo exceptus est, vinceret: qua de causa Albinus dictus.* Iure plauditur Benedictus Monachorum Imperator; dum in dignitatis insigne, nascentis, gratiæ internæ videtur splendor: ni priùs huius recepisset lucem, exceptus utero non demonstraret vel in corpore candorem. Alij rubemus, quia toti in peccatis nati sumus. Benedictus distinguitur candore, ex claritate gratiæ; signans, quid futurus, ex quo necdùm natus musicam concepit pectus: etenim excellentiæ supereminentis candor nobile signum; quippe natus contra consuetudinem puerorum. Munus, aliò intentus præsignavit Pindarus *Olymp.* Od. 1. à vers. 20.

Iustum regit sceptrum, decerpens quidem
Sumitates ix singulis virtatibus:
Resplendet autem & musices in flore, nos
Quemadmodùm ludimus frequenter.
Gratia mentem dulcissimis
Subiecit cogitationibus. Ferebatur
Corpus & victoriæ admiscuit Dominum.

12 Mirum quod refert Valer. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 5. ex quo etiam Dionys. Gothofred. lib. de *Fide mortuor.* liter. E. *Gorgiæ* (ait) *Epirotæ viri fortis, clara fuit origo; qui in funere matris utero elapsus, inopinato vagitu suo lectum ferentes consistere coegit, novumque spectaculum patriæ præbuit, ex ipso genitricis rogo lucem & cunas assecutus. Eodem enim momento temporis, altera, iam fato functa, parit: alter ante elatus, quàm natus est.* Exponitur in Sacris articulus nativitatis Beniamin; cuius vita in Dei cantico, & mentis excessu. Ex mortua matre Benedictus oritur cum sorore. Inopinato vagitu, circunstantes in stuporem coegit, sepultus antequàm natus, quia extra mundum vel in ipso mundo positus; quoniam musica natus cognoscitur, priusquam mundò nasceretur; non enim mirum, quod patriæ præberet spectaculum novum; qui mirabili psalmodia cœlo fuerat spectaculum. Verùm unde spectaculum & cœlo, & mundo? Ex cantico: quo per illud dulcissimum Numini modulamen, internam ante baptisma dixit sanctificationem. Sirent dicitur caropeccati, seu peccatum carnis, ex vi originis; quam committantur voces concupiscentiæ, ut sit sub Sirenis misera captivitate. Fictum olim, Minyas, sive aurei Velleris Heroes, appulisse Sirenum littora, ductos illarum harmonia: sed ut exirent è contracto periculo (*iam remi manu exciderant*, observat Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 13.) cithara sumpta ab Orpheo, cuius cantus virtute, antiphatica voce, modulationis dulcedine, ruerunt Sirenes & præcipites in mare. Idem ibid.

Dum citharam pulsat scopulo sublimis ab alto;
Sirenes trepidæ cantum tenuere sonorum:
Altera deinde chelym è manibus iacit, altera lotum.

13 En musica musicâ victa, in qua figuratur Benedicti de labe humanæ conditionis victoria. Qui sub illâ gemit, minimè cantat, sed plorat; & qui in utero matris in subsidium catenarum, nec fletus habent subsidium. Benedictus canit: mala utique expellit. Noxam emandat, si exultat: non enim vox erumperet in musicam, ni Sirene præcipiti, liber obtinuisset gratiam. Ab Appollonio Rhodio lib. 4. *Argonautar.* dicitur illarum damnum, & Orphei illustrissimum trophæum; specimine proprio labis originariæ, & victoriæ vocis, eius expultricis, Benedicti.

Dira luces cantus mortalibus extitit illis,
Qui mare sulcantes, iacere ad littora funes.
Periret, qui appulit (floridè, & appositè succinit)
Nisi Orpheus manibus citharam sumpsisset, & aures
Sublimi cantu, cantu revocasset ab illo;
Malignamq; chelys vocem superasset acuta.

In expulsionem culpæ paratum cor, gratia Dei. Hinc ex Davide: *Cantabo & psallam in gloria mea* (Hebr. *lingua*) *exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.* Benè in musica Benedicti, *diluculo.* Ante lucem, quippe succinuit ante nativitatem;

Benedictus in matris utero sp Eaculũ, & mundũ cœlo.

Capit.

Unde Clodius dictus Albinus?

Cur Benedictus Imperator defig natus Monachorum.

Pindar.

Natal. Com.

Sanctificatur utero.

Valer. Maxim *Prodigio fusor tus Gorgiæ Epirotæ.*

Apoll. Rhod.

Idem.

Psalm. 107. 3

tem : etenim urgente dira lue, cantus retudit virulentæ naturæ cantione gratiæ, ut pateret gratia, donumque tantæ iustificationis, etiam in utero genitricis.

14 Bonifacius Bagatta in *Admirand. Orb. Christian.* Tom. 2. lib. 1. cap. 1. n. 5. asserit, *Benedictum in alvo matris sancta præcinere, auditum; quod argumento fuit, eum stupendum fore sanctitatis prodigium.* Erat, & etiam opus; quo videbatur quid in virtute futurus. Auditur enim canere, sed non quid dixerit voce. Quòd ante baptismum iustificatus sit Paulus (etsi in ordine ad baptismum) asserit D. Thom. cum multis alijs, ad illud Act. Apost. 9. *9. Erat ibi tribus diebus*; totidemque in cœlo fuisse, quippe illo tempore raptus; Hugo, & Glos. ordinar. Unde huiusmodi sententia, ut ante baptisma Paulus potiretur gratia? Quia dicit verba audisse, *quæ non licet homini, loqui.* Adisis Alapid. Occurrit Antilogia. Quæ felicitatis in cœlo (quibus Dominus favet) *nec auris audivit*: profert & ipse. Quomodò auris hausit, quod non audivit? Sunt audita & non audita: hocque mirabile, quippequàm quod audivit non licet homini loqui. Ex argumento musicæ Benedicti, elucet sententia Pauli. Non novum, quod possit loqui, quod potest audiri. Gratia sanè, quod audita, qui audivit, non possit loqui; audita à multis Benedictis musica, sed non intellecta verba. Audierunt canere, sed non quod cecinit voce: hocque mirum in commendationem gratiæ, dum eius anima tanto illustrata decore; igitur gratia præstantissimum signum; quod auditum esset canticum, & canticum non auditum. Ad signum honoris, erat audita musica: quoad eius intellectionem erant arcana verba, signacula sanctificationis, in conspectu Deitatis. Unde cùm mira quæ ad gratiam, hominis excedant intelligentiam; non mirum, auditum, hominem non loqui posse, quod non potuit intelligere. Totum gratia, & gratiæ signa. In Paulo, non posse loqui, quæ audivit: in Benedicto, non posse audire quæ cecinit; ut cor utriusque constaret Numini gratum, antequàm procederent in baptismum. En musica, quæ melodia superat (vt ait Natal. Comes, d.) continetque

Quodque leves calami, quod suavis cantat aëdon,
Quod lyra, quod cythara, quod moribundus olor.
Sic cantus dulci modulatur voce puella.

Bagat. *Sanctitatis fuit prodigiū.*

1. Cor. 12. 4.

1. Cor. 2. 9.

Quapacto musica eius fuit audita, & non audita?

Nat. Com.

15 Vidimus iam Scholasticam Lunam & plenitudine lucis in coniunctione fratris Benedicti Solis. Lunam in plenilunio fuisse creatam; diximus, *Tautolog.* 1. D. 7. à n. 11. Sanctitatis Scholasticæ obijcitur commendatio, ubi vel à principio rutilat plenitudine perfectio. Quid pòst futura? Videbitur splendor amplissimus, Soli oppositâ: ampliore quidem nonumquam coruscat luce, si Luna opposita Soli. Si à Sole discedit, maiore lumine gaudet. Cùm essent simul, Benedictus, ut plus luceret, illam discedere iussit; verùm illa abire noluit. In Lunæ coniunctione, licet maior splendor in Sole sit; si opponitur Luna, eclipsim patitur Sol. Ita factum; cuius deliquij Gregor. Magn. delicavit articulum. Non longè à fratris monasterio, soror degebat in claustro. Ad illum ergo venire consueverat, ex quo Solem esse cognoverat. Quod semel in mense contingit cœlo, inter utrumque semel fiebat in anno; unde illuminata recedebat à fratre, ut eius fulgeret luce cœlesti. Iam occasui proxima accessit Monasterio. Sol & Luna steterunt in tabernaculo. Illa rogavit, quod Sol, quamvis nocte, non recederet. Benedictus expavit, actutumque vocem repulit; ignorans rutilis radijs; quod Deus Lunam fecerit in potestatem noctis. *Quid est* (inquit) *quod loqueris soror?* Manere, non congruit Soli. Ad unguem Propertius, *lib.* 1. *Elig.* 1. à v. 1.

Certamē Benedicti, & Scholasticæ.

Gregor. Magn.

Propert.

——Tu tandem voces compesce molestas;
Et sine nos cursu, quo sumus, ire pares.

16 Audivit Scholastica repulsam, nec expectavit à Benedicto gratiam: etenim in cursu quem conditio constituit, Sol minimè retrocedit. Molliter irasci nescit illa Soli. Verùm quod anxiè percupij;

Idem 4. v. 65.

——Querula su voce peregit.

Insertas igitur digitis manus, & caput in manibus possuit, ut à Domino, quod frater infitiatus, impetraret. Potita voto, & insigni miraculo. Serenum erat cœlum.

Lucret. v. 338.

——Numquàm cœlo iacit undique puro
Iupiter in terras fulmen, sonitusque puro fundit:
At simul ac nubes successere, ipse in eas tunc Descendit.

Vincitur Benedictus, & quo miraculo.

Aliter factum. *Tanta erat cœli serenitas, ut nulla in aere nubes appareret: sed tanta coruscationis & tonitrui virtus erupit, tanta innundatio pluviæ*; ut Benedictus à loco quo stetit, nec pedem movere posset. Appositè Crucius in *Psalm.* 17.

At pater omnipotens (*ut vocibus ora resolvit*)

Intonuit cœlo, ruit æther grandinis imber,
Et diri arserunt radijs fatalibus ignes:
Instat agens hyemes telorum, & fulmina densat
Crebrà manu, totoque vagas ferit æthere flammas.

Ita in circuitu Benedicti tempestas valida: unde qui aderant, videntes procellam permanserunt cum Sole & ante Lunam. Serena cuncta erant, vel crepusculi radiabant. Æther (ut dicit aliò Ovidius, 4. *Fastor.* v. 5.)

Ovid. ——*Risit, & aer*
Protinùs ex illa parte serenus erat.

Unde ergo sereno cœlo tanta ex nubibus cum fulgetris inaudatio? *Caput in manibus Scholastica declinans, lachrymarum fluvium in mensam fuderat, per quas serenitatem aëris in pluviam traxit. Nec paulò tardius post orationem inundatio illa secuta est; sed tanta fuit convenientia orationis & inundationis, ut de mensa caput iam cum tonitruo levaret: quatenùs unum idemque esset momentum, & levare caput & pluviam deponere.* Cognovit vel Ethnicus vim orationis, & quantæ in gratiam vel lachrymula virtutis.

Horat. ——*Præsentia Numina sentit:*
Cœlestes implorat aquas dota prece.

Vox Domini resfondit voci Scholastica. Succinit Horatius, *lib. 2. Epist. 1. v. 134.* At quid est, *doctâ prece*? Musicæ virtute: igitur sicut in matris utero, Scholasticæ fletus audijt harmoniam; intonuit de cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam.

Iob. 38. 37. 17 *Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli*? Dixit Dominus Iobo. Concentus vocatur ex motu cœlestium sphærarum; quippe ut suprà vidimus illarum gyrum arbitrabantur harmonicum. Pro *Concentum* in ordinis seriem; Pineda hìc n. 4. legit, *Inundationem*. Maluend. *De fluxus Cœlorum.* Quænam igitur convenientia inter cœlorum musicam, & aquarum inundatione procellam? Respondebit articulus Scolasticæ, cùm eius nollet Benedictus aquiescere petitioni: etenim quod prece non potuit, doctè lachrymis obtinuit. *Copia imbris ex eius lachrymis.* Misit lachrymas in cœlum, quod iuvat afflictos inundatione pluviarum; corque acquievit repellentis fratris, audito concentu mirificæ inundationis. Persistebat Sylla, captis Athenis, in illarum desertione, pertinaci pectore. *Eadem die atque hora* (refert Plutarch. in eo) *sereno cœlo, nubium concursu facto, largus imber decidit*: tuncque mutavit propositum, cùm videret decertans vel ipsum cœlum. Hinc Benedictus de sorore queritur, dicens: *Quid est quod fecisti*? Nescietat in Scholastica esse, versus cœlestes sphæras preces doctas, cùm ille nollet audire preces: resiluitque ab intentione cordis in negationi tenacis, dum cœlum vidit & plorans in protectionem sororis. Anacreon, *Carm. 3. v. 12.*

Per illunem sto noctem
Madens ab imbre totus. Anacre.

De oraculo desperabat Phalanthus Spartanus, quasi per prolata frustraretur voto. *Illo potiturum, prædixit, cum sub æthra pluviam animadvertisset* (inquit Pausanias, *cap. 226.*) *animum despondit, eò quòd numquàm eventurum esset; ut puro serenoque cœlo plueret. Sed sorore eius, Athra vocata* (quod cœlum serenum sonat) *super eum plorante, intellexit oraculum.* Non intellexit Benedictus unquàm eventurum, nocte extra cellam posse manere; ni plueret in tranquilliore ætheris serenitate: Soror eius sereno cœlo flevit, & illicò pluit: sed ita largiter extensus est imber; ut per nubium in serenitate ampliorem inundationem, in propria frater nec movere pollet pedem. Visa ergo pluvia mirabilis. Pausan.

Sic ait arcanæ moderatrix Cinthia noctis,
Desuper in nubes rutilante lampade Luna. Statius, & Ruf. Fest.

18 Ergo in textum sacrum. *Concentum cœli: inundationem.* Quid in præsenti functione concentus harmonicus in cœlo, & inundatio? Musicà cœlum Scholastica plausit in matris utero. Cœlum studet obsequio: inundationemque aquarum signat cœlorum concentum; quoniam in præmium eius dulcissimi cantici, musica inundationis respondit musicæ. Dedit voci suæ vocem, dum misit in æthera precem, respondendo lyra lyræ; quoniam ita temperamento concordiæ, ut tacta Scholasticæ vocis, vox resonaret in cœlis. Voce è terris suavitate missà, sursùm resonuit harmonia, quam iurè cœlorum dicit præ dulcedine concentum; quia sonus continuò auditus à voce aquarum multarum. Faciem confudit sororis fratris Benedicti zelus, quin caveret insidias ingeniosissimi planctus, qui musica pectoris ascendebat in ætherem, ut astu vinceret fratrem: & cùm concentui harmonico ex lachrymis, responderet è cœlis concentus inundationis; tanta convenientia interfuit ad pluviam nubium, cum musica lachrymarum; ut levaret caput è manibus cum tonitruo, dum cœli citharam tetigit cordis oratio; igitur ut maneret cum sorore Benedictus, fa-

Ex eius lachrymi modulatie, audita statim à cœlo.

factus est repentè de cœlo sonus. Ubi oratione Samuel impetravit à Domino in resistentes procellam gravem in impetu turbinis (de qua 1. *Reg.* 7. 10. & *Eccli.* 46. 20. ubi: *Intonuit de cœlo Dominus, & in sonitu magno auditam fecit vocem suam*) excusit Siclum cum lyra. Hervv. in *Theatr. Hieroglyph.* à figur. 104. Meminit Kircher. Tom. 2. *Oedip. Copt.* p. 1. class. 2. cap. 2. subditque §. 2. *Per lyram indicantur laudes Dei.* Aptè oratio in lyra, & in cœlo tempestatis procellosæ resonantia; ut voci respondeat vox (vox cœli cordis voci) & Dominus per tonitrum, vocem suam, excitet in auditionem tempestatem validam: etenim cum moveatur musicâ; lyra exponitur pro tempestate impetranda; quippequàm in meteorum ad conficiendum nimbum, nil efficacius in terris, quàm musica lachrymarum. Congruè Ovid. d. v. 99. succinit:

1. Reg. 7. 10. Siclus Samuelis.

Hirch.

Cur musicæ eius respondit de cœlo nimbus,

Ovid.

Gratia si nulla est, lachrymæ tibi gratia fiant:
Hac potes, aut nullà parte movere Deos.

19 Tautologia principalis suffragatur acumini. *Voce mea* (inquit Psalmographus) *ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Iuxta vocis excellentiam est clamor vocis in gratiam. Voce clamatur & exauditur: est alius nobilior clamor, & orationis singularis honor: igitur exauditur & promptè Scholastica à Numine, dum clamaret sine voce. Quo pacto sine voce clamavit? Flevit, Deus exaudivit & tonuit; quoniam in optatam gratiam, audit statim lachrymarum linguam. *Auribus percipe lachrymas meas*: dicebat idem. Lachrymæ non audiuntur, sed videntur. Numini musica suavior, & sonus eius auribus acceptior: & non videri, sed exaudiri poscit, dum fletum ad illum mittit; quoniam dum lachrymæ sonant, precibus doctis voce sine voce clamant. Hinc ubi oratione & lachrymis studet Sponsa musicis; dicit Amasius: *Sonet vox tua in auribus meis.* Si amici auscultant canentem, necesse quòd audient vocem. Quare *vox* dumtaxàt *in meis auribus*, dum sonat fletus? Ab alijs videtur, sed à Numine auditur: in eiusque solis auribus lachrymas sonare iubet, quæ solus audit; quoniam in musicæ optatum votum, solus ille vocem intelligit lachrimarum. Vide dicta *Tom.* 3. *T.* 3. *D.* 6. *à n.* 2. Amici dumtaxàt audire possunt, quæ præ clamore ex voce possunt audiri. Altius in Numinis aure, cui debet cantare Sponsa, ut in silentio possit audiri & exaudiri musica: etenim cùm illi soli sonet sine voce clamor (huiusmodi harmoniæ dulcissimæ tenor) solus ille ad gratias sine mora conferendas, auribus percipit lachrymas.

Psalm. 3. 5.

Psalm. 38. 13. *Quomodò vocis est clamor, ubi neque vox percipitur?*

Cant. 2. 14.

Quæ vox in fletu?

20 *Quid est quod fecisti?* dicit Sorori Benedictus, dum sic videtur procellâ vallatus. Illa respondit: *Rogavi Dominum meum & exaudivit me.* Ille interrogat de articulo facti: illa respondet de voce: *Exaudivit.* Quid locuta, ut concederetur turbulenti nimbi gratia? Flevit, lachrymarum imbrem super mensam fudit: & est exaudita, licèt à fratre nec audita verba; quoniam solus qui intelligit sonum, atque lachrymàrum musicen, audit plorantis sine voce clamorem. *Flendo cantamus, & cantando flemus*: inquit Bernard. de *Divers.* serm. 35. n. 3. Ex consonantia lachrymarum formatur musica cordium, cuius vocem non percepit in cantico Benedictus; dum è cœlo exaudivit Dominus vocem fletus, qua Scholastica canebat, ubi Numen in subsidium implorabat, & plorabat, pulsando *aurem audientem*, & intelligentem vocem: quandoquidem non Benedictus, sed solum Numen audivit; quippe oculi pupilla Scholasticæ non tacuit. *Audit Deus gemitus compeditorum.* Impedita & vincta est vox, ubi & audita non est; vel quia præteritur, quoniam gemitus sine voce non auditur. Cor deducit ingeniosum in lachrymas, quas voce vincta nequit exprimere pœnas; ex quarum silentio clamor, dum tacet dolor. Haud noteſcit sine voce, in hominum aure: sed cùm Domino pateat, estò lingua sine usu clamorem premat; cordium compeditorum sine voce exaudit gemitum, per clamorem eloquentem, taciturnum lachrymarum.

Gregor. d.

Deus solet huiusmodi vocem audire.

Bernard.

Prov. 20. 12.

Psalm. 101. 21.

21 Eluxit ex eventu. *Prospexit de excelso sancto suo.* Petijt fletu Scholastica promptum auxilium è cœlo, ut vox compedita à fratre, ibi gauderet clamore; quem intellexit Dominus, qui intelligit vocem fletus, illam exaudiens, & postulata concedens: etenim fulminibus & coruscis illicò è cœlo prospexit, in fratremque voci surdum tota procella detonuit. Ista in musica Scholasticæ vox est. Replevit in bonis desiderium suum, dum flendo cantavit, atque meloda flevit. *Desiderium pauperum* (pro *Afflictorum*) *exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Desiderium exponitur avidi pectoris, & etiam præparatio ad desiderium cordis. Desiderium est exprimere quod anima vellet: præparatio cordis, quod

Vers. 20.

Vox Scholastica audita à Benedicto, sed de cœlo.

Pauperi pro afflicto. Psalm. 9 divis. v. 17.

quod vellet velle; ita ut nequaquàm exprimat quod desiderat; in quo splendet summè Dei ad dona promptitudo, & pretiosior gratiarum communicatio. Theatrum videtur amplissimè in miraculo Scholasticæ. Magnum quidem elargitur, ubi Numen gratis concedit, quòd petitur. Scholastica cum verba fratris negantis audisset, ipsum ibi secum remanere vellet: & cùm Dominus eius desiderium audiat, votumque foveat; ut appareret votum dilectæ quàm gratum, à desiderio cordis cum gratia removit votum. Plus relucet gratia, cùm in oratione nihil expressérunt verba. Fuit præparatio cordis, & simul gratia amplissima Deitatis; ut per gratiæ modum & præstantiam adversus fratrem, ostenderet quanti duceret Scholasticæ amorem: igitur Deus de cœlo non solùm illi quod voluit illa concessit; sed etiam quod velle voluit. Quàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde! Illa clamavit voce fletus: voci cum procella de cœlo respondit tonitruus. Plus quàm vox in prodigio audita est. Signum in præstantiam vocis gratiæ,

Exauditur gratia Numinis eius præparatio cordis.

Martial 4. 27 ——*Non sola voce dedisti.*

22 Fuit igitur miraculum singularissimum; quousque factum, à Benedicto non intellectum; quapropter Sorori dixit: *Quid est, quod feciſti?* Non videt? Turbinibus crebris, succesivisque coruscis, nimbum non aspicit? Totus deorsùm irruit imbribus æther, & quid sit quasi nescius inquirit? Meritò. Miraculum vidit inundationis; sed nesciebat, quomodò factum miraculum. Miraculum erat illuvies, sereno cœlo; sed non noverat ex quo, & simul quomodò facta inundatio. Sororem fecisse, scit: cæterum nescit quid est. Si serenum erat cœlum, ad imbrem non erat materia ex qua; unde inquirit, *Quid est hoc*, & à te factum? quippe in portento arbitror maius prodigium. Unde venit aqua? De cœlo: serenum est, haud dudum, modò serenum. Unde tandem in hemisphærij commotionem copia redundantis imbris? Ex Sororis Scholasticæ oculis. Gregorius d. in miraculi commendationem, observavit originem. *Sanctimonialis fœmina* (subdit) *caput in in manibus declinans, lachrymarum fluvium in mensam fuderat; per quas serenitatem aeris in pluviam traxit.* En pluvia, etiam largissima, ex quo: quo modo, Benedictus necdùm scit; ut magis ex cognitione miraretur portentum: igitur mirum in imbrem fuisse conversas, quà super mensam soror effuderet lachrymas. Gabriel Bugnotius in *V. P.* Eleg. 29. modulatur:

A Benedicto in procella excitata ignoratur modus & materia.

Gregor. Mag.

Plangit amans, largisque gemens rigat imbribus ora;
Et cœlum effusis imbribus arva rigat.

Bugnot.

23 *Tonabit voce magnitudinis suæ, & non investigabitur, cùm audita fuerit vox eius: tonabit Deus in voce sua mirabiliter; qui facit magna & inscrutabilia.* dicebat Iobo Eliu. Penetranda sunt cum Didascaliæ propositio auctoritatum acumina; quia protracta atque nimis Didascalia. Scholastica lachrymis auxilium à Numine petit, & tonitru Deus respondet. Tonitruum ex quo pluvia (disruptis nubibus) fit, eius ad terras dicitur vox: & dum Scholastica imbrem copiosum efflagitat, Deus illicò tonat; quippequàm vox Domini super aquas, & super aquas multas: igitur propter Sponsam, quam eximiè diligit; diluvium etiam inhabitare facit. *Voce magnitudinis suæ.* Magnitudo vocis Numinis, eò quòd excedat vota supplicantis cordis. Scholastica pluviam petit? Sua *voce* Numen *tonabit*, & magnificè pro gratia; igitur illi petenti erat præparata pluvia. *Tonabit voce magnitudinis suæ*, ut respondeat miraculo petitioni. Illa cœlo studet, cœlum Scholasticæ consulit: etenim tam Sponsæ cura, ut eius oratio ad cœlum scanderet; quàm cœlo, ut pluvia facto tonitru, descenderet. Appositè Aristoteles, ex Euripide, lib. 8. *Ethicor.* cap. 1. concinit:

Iob 37 à 4

Obsequiò Scholasticæ cœlum respondet obsequio.

Pandit terra sinus, pluviasque à nubibus optat.
Cùm tristis ablato campus ab imbre sitit.
Nec minus à pluvijs, quæ turget in aere nubes,
Optat in expansos larga venire sinus.

Euripid

24 Vox ergo Dei versus terram in procellam ex tonitru, & vox fletus Scholasticæ in cœlo; quin possit investigari tonitrus, *cùm audita fuerit* inundatione *vox eius.* Sonus multæ pluviæ à Scholastica auditur; verùm à fratre neutiquàm investigatur: igitur non cogitabile nubium fulgur sine nube, nec aquarum inundatio, cœlo sereno: Deusque fecit cœli serenitate pro eius sorore; quòd Benedictus nequibat excogitare.

In quo miraculo insigne tempestatis concessæ.

——Venti velut agmine facto
Qua data porta, ruunt, & terras turbine perflant:
Eripiunt subitò nubes cœlumque diemque:
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther.

Virgil. 1 Æn. v. 86.

Au-

Audità voce tonitrui, sorore plorante, Benedictus investigare non valet, ex qua voce vox è cœlo procedit: etenim non venit in eius ambitum mentis; pluviam oriri potuisse è fletu sororis. Hinc Deus tonat *in voce sua mirabiliter*. *Mirabiliter*, dum voci plorantis procellà respondit æther: igitur miraculum novum; quod procederet vox cœli ex clamore lachrymarum. Hoc prodigium, sed non magnum, ut cognosceretur mirabiliter prodigium: quandoquidem fuit insigne portentum; in procellam, densasque turbine pluvias, cœlo

Vers. 9. sereno converti Sororis lachrymas. Dicit contextus. *Ab interioribus egredietur tempestas*. Tempestas ab esterioribus oritur, si gravidæ nubes: ab interioribus, temperie serenitatis. Occultæ dicuntur lachrymæ, situ interiore. Unde *lib* 11. *cap.*37.

Quo pacto ab oculis Scholasticæ.

Plin. Plinius inquit: *Hinc fletus & rigantes ora rivi. Quis ille humor est in dolore tam fœcundus & paratus? Aut ubi reliquo tempore?* Si pluvia ex exterioribus, fieret naturaliter; sed videnda mirabiliter; quippe pluvia voluntaria, à Numine segregata, ut in prodigio emineret Sponsa: diciturque, *Ab interioribus egredietur tempestas*; quia in tempestatem vertit Scholastica lachrymas.

Unde in baccine procella miracula magna & inscrutabilia.

25 Ita enim per illam fecit Deus *magna & inscrutabilia*, dum in contentionem fratris exhibuit portenta. *Magna* quoniam visa ex tempestate celebris inundatio, undique cœlo sereno. *Inscrutabilia*, quippe novum meteoron visum est, materià observatà, ex qua: igitur vidit Benedictus totam molem tempestatis, ex fletu atque lachrymis Sororis. Iam scit, quid sit, dum quæsivit sic, *Quid est*? Cognovit Sororem factricem pluviæ. Manere dixit, & stetit spiritus procellæ, Pridem

Val. Flac. 2. v. 51. ——*Subitò cum luce fugatà,*
Horruit imbre dies.

Pòst ab illo cognita tempestatis origo (ut verbis Virgilij utar, 3. *Æneid.* v. 518.)

Virgil. *Postquàm cuncta videt cœlo constare sereno.*

Gregor. Magn. Astipulatur Gregor. d. *Benedictum* (subdit) *voluisse aliquid, sed minimè potuisse ::: virtute Omnipotentis Dei, ex fœmineâ pectore miraculum invenit.* Ignorabat Benedictus, dum vidit subitò cataclysmum, *Quid, à quo*, & *ex quo* factum. Dum procella, consentiendo, cessavit, totum cognovit; quippe in sororis pectore, factum, ut miraculum, invenit: igitur fletum qui in oculis, vidit in nubibus aeris, lachrymas conversas in aquas multas, inundationemque pluviæ in serenitate cœli; viso etiam ex sororis pectore ampliore miraculo, ubi fulgura micabant, ætherà clarà & sudo cœlo. Describit articulum graphicè Virgilius d. *lib.*8. v. 524.

In uno tria prodigia.

— Improvisò vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repentè
Tyrrhanusque tubæ mugire per æthera clangor. Virgil.
Suspiciunt: iterùm atque iterùm fragor intonat ingens.
Arma inter nubem cœli in regione serenâ
Per sudum rutilare vident, & pulsa tonare.

26 Quia ista hæc portenta exposita, Benedicto dicit Beda, serm. de *S. Scholastic.* Tom. 7. *Ecce miracula cernis insignia, cœlo terraque probata. Quam nova miracula mundo! Quam multis laudanda præconijs!* Cœlo claro defluit nimbus, cùm in cœlo audita fuerit vox eius, egrediente tempestate ab interioribus in Sororis pectore; & parta ab illa victoria, quippequam Deus fecit lunam in tempora. *Gaude iam virgo Dei tantis sublimata triumphis* (subdit Beda) *exulta Benedicte, Pater sanctissime Patrum, Doctor dulcissimè Doctorum.* Exulta, etenim non ita gloriareris, si vicisses. Mane, ut Sororis experiaris meritum, eiusque aliquod specimen, quod visurus est post triduum *Elevatis in aera oculis, vidit* (infit Gregor. quò suprà) *eiusdem Sororis suæ animam, in columbæ specie, cœli secreta penetrare.* Non nova visio in visione nova, cùm cognoverit spiritum: semper enim illam vidit cursu tendentem in cœlum. Ut requiesceret, volavit: pennasque columbæ assumit; equidem cum sit columba, in qua resplendet perfectionis atque charitatis flamma; in meta, scopo volantis patuit perfectio & virtutis & amoris. *Volatus columbæ speciem harmoniæ perfert*: ait Viperan: Orat. 4. de *Perfecto homin. statu*, ex Platone in *Phædro*, & Virgilio, 6. *Æneid.* à v. 202.

Ven. Beda. Idem. Gregor Magn. *Cor petit secreta cœli sub specie columbæ.* Ant. Viper.

Tollunt se celeres, liquidumque per aera lapsæ,
Sedibus optatis sidunt, Virgil.
Discolor unde auri per ramos aura refulsit.
Sic leni crepitabat bractea vento.

Iter docuit in cœlum musica, in alarum columbæ motus harmonia: ad illumque volavit columbæ pennis, cui musica applausit in utero genitricis. Lucas concile pinxit volantem candidissimam columbam, cuius mysterium delicabat lemmatis forma: *Intùs & extrà.* Adi Ioachim. Cametar.

Columba in volatu motus, alarum plausus.

merar. *Centur.* 3. *Emblem.* 59. Ostendit Scholastica cordis conditionem, dum columbæ in exitu præ se tulit speciem: cecinit intùs ante lucis ortum: & etiam extrà, dum exivit in cœlum.

Menand. *Musica multis fuit incitamentum amoris:* Inquit Menander in *Siren.* Assentior: cæterùm in Scholastica musicæ incitamentum fuit amor: hic enim usque collocata in cœlo, illam illexit à genitricis utero. Ita, ut ait Theognides

Theog. *Personat & citharа sacrati carminis.*

27 Dum Benedictus in cœlum erigit lumina, in columbæ specie apparet Soror elevata super æthera. Videt, de eius gloria gaudet, atque de propria mansione dolet.

Buenot. d. *Visa columba sibi, rutilantibus aëra pennis*
Que secat: Euge Soror, sic ait: Ecce sequor.

Afferri corpus iubet, *ut munus, quod una mater contulit, nec cœli ianua, nec terræ separaret sepultura, sed una corporum arca.* Amor unà alligat, quos natura una construxerat.

Beda d. Ovid. 3. *Met.* fab. 4. ——*Poteris nec morte revelli:*
Ut quos certus amor, quos hora novissima iunget,
Componi tumulo non invideatis eodem.

In rem ocurrit Parthenopes (ideſt, Virginis) imago, apud Alexandr. Neapolit. *lib.* 2. *cap.* 1. ex quo decerpit Chartar. de *Imag. Deor.* fol. 64. *Ibi statua Apollini erecta, quæ præter alia insignia, columbam in humero habebat.* Columba, signum amoris, modò videtur in Solis humeris; dum Scholastica pro sepultura ducitur in fratris claustra; cui servit humero uno, donec cadaver collocetur in loculo. Hæc expressior imago virginis, tam in gloria, quàm in terra. In gloria dum, uti columba, Scholastica secat adyta cœli: in terra, dum cadaver effertur in humeris Benedicti, occidentis mysticè Solis, propter radiantis splendorem lucis. Vultus Sororis virginis attollit morte iacentes:

Alex. Neapol. *Imago Apollinis*

Cadaver Scholasticæ effertur humero Benedicti.

Virgil. d. v. 750 *Miratur, rerumq; gnarus, imagine gaudet,*
Attollens humero.

DIDASCALIA VI.

Cordis Augustini flamma, universa mirabilia.

1 IN singulare miraculum singularis amoris Augustini, dirigitur iurè huius totum propositum Didascaliæ: igitur in stuporem cor eius vivit in morte, videturque motu sine vita vitale. Quàm aptè pingitur (cum lemmate *Charitas*) flammas ignivomum vibrans! Imò totum flamma est, atque scintillarum fons; igitur ibi Numen excitavit incendium, ignem mittere intendens in terram cordium. *Habet charitas & mortem & alas;* inquit Iacob. de Voragine, de *Sanctis*, serm. 207. Hinc Baptista Pius succinit:

Charitas flammea Augustini tessera.

Bapt. Pius. *Amorisque volatilis ignis,*
Circumque volastis amores.

Eius cor mortuum alatum.

Alas & mortem miramur in Augustini corde, prævalente aeri charitatis igne: alas, quas amor movet: mortem, quia iacet; ut miraculum videatur, dum sine motu movetur, factum præ flammis,

Tibull. 2. 5. v. 39. *Volitantis frater amoris.*

Aperiatur siparium in huiusmodi prodigium. *Defuncto Augustino* (inquit Torellus in *Histor. Augustinian.* Ann. 430.) *antequàm venerandum eius corpus terræ traderetur; descendens de cœlo Angelus, integrum illius cor à pectore avulsit: quod posteà multis abhinc annis integrum & incorruptum, ac si vivere tunc cessasset, mirabiliter deportavit, donoque dedit crystallino vase inclusum, Sigiberto, Episcopo Lugdunensi.* Idem Bonifac. Bagatt. de *Admirand. Orb.* Tom. 2. lib. 6. cap. 3. Append. 5. n. 18. & *lib.* 7. *cap.* 1. §. 8. n. 7. Etiam Augustin. Vvichmans in *Diar. Ecclesiastic. Sacr.* qui addit: *Cor incorruptum conservatur. Nonnulli volunt arcanis sacrorum vulnerum Christi stigmatibus sauciatum fuisse. Sigibertus accepto in crystallo corde, per totam diœcesim, congregato populo, hymnum* Te Deum Laudamus, *cantari iussit: cùmque perventum esset ad versiculum,* Sanctus, Sanctus, Sanctus; *visum est cor novo miraculo, commoveri, palpitare & exultare, ac si recens fuisset sauciatum illa ter admirabili sagittà S. Trinitatis. Similes motus habuisse fertur in anniversaria die, cùm eo in altari deposito, sacrum fieret; quoties SS. Trinitas à Sacerdote exprimeretur: vel liber eius* de Trinitate *conscriptus, coram eo expanderetur. Idem facere solitum in Missa, quoties* Sanctus, Sanctus, Sanctus, *recitabantur. Insuper, quo tempore publicè solebat exhiberi, neminem hæreticorum ausum fuisse eam Ecclesiam intrare: quod siquis attentasset, in limine divinitus enecabatur, vel supinus prosternebatur.* Eadem apud præf. Bagatt. *lib.* 6. *cap.* 2. §. 5. n. 1. Ferrandus etiam refert, apud

Torell. *Evulsum ab Angelo, & crystallo inclusum.*

VVichm. *Stigmatibus Christi insignitum.*

Ad eius presentiam S. Trinitatis movetur.

Hæretici ibi ingredientes, cadunt, vel intereunt.

eundem, d. *lib. 5. cap. 3.* in Appendic. n. 3. Picinell. 3. *Mundi Symbol.* n. 556. Iordan. de Saxonia, Cornell. Lancellot. & Engelgrave in *Pantheo cœlesti.*

Augustin cur flam ma simi-lis?

2 Appositè flamma eius cordis hieroglyphicum, propter immobilis motum. *Stat, & volat*: simul *Quiescit in motu.* Vide dicta *Tom. 5. T. 10. D. 6. à n. 5.* Hoc insigne Seraphicæ superioris charitatis, & amoris plenitudinis. Totum apprimè in speciem, per Evangelicum Vatem. Vidit Dominium super solium excelsum & elevatum: iuxtà in ipso throno Seraphim, & unicuique sex alæ. *Stabant*, sed duabus alis *volabant.* Alis pectoris cor & flammam eius demonstrantes, *Eodem semper in loco alas excutiebant* (ait hìc Doctiss. Sanctius, *n. 15.*) *quasi ludibundi, & lætitiâ gestientes ::: eo igitur alarum motu, quasi flabello quodam videntur incendium illud amoris refrigerare in suo aut in divino pectore cui assistunt. Vis ergo amoris ardentissimi, atque, ut ita dicam, violentissimi, eo symbolo satis accommodè significatur.* Vox cantici antiphonici audita nova, quippe tunc occulta, manifesta mysteria. *Clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus.* Anselm. in *Apocalyss.* 4. subdit: *Ter Sanctus, quia Trinitas in personis: Dominus Deus, semel, quia unitas in Deitate.* Graphicè ac floride Carpenteius, *Carm. 1.*

Isai. 6. 2.

Sanct Seraphim humanus

Vers. 3.

Anselm.

O Sanctum, Sanctum, ò Dominum ter denique Sanctum!
O Regem armorum Dominum, bellique potentem!
Sanctus enim Pater ille igens totius origo
Fonsque boni, magnum qui complet numine mundum.
Sanctus & ille Patris Supremi Filius, ante
Luciferum genitus, melioris Conditor ævi.
Vox Summi, sensusque Dei, quem fudit ab alta
Mente Pater, magniq; dedit consortia regni.
Sanctus & ille ignis, divini fomes amoris,
A Genitore fluens per Natum, numine eodē
Amborum communis amor.

Carpent

Alia vide *Tautolog. 5. D. 2. n. 11.*

3 Nomine *Domini*, seu *Adonai*, olim signabatur Deus. Aliquid magnum vel cognoscentes latebat. Unde Salomon illustratus dicit: *Non didici* (per Enallagen, pro *Non didiceram, Non noveram*) *sapientiam, & non novi scientiam Sanctorum.* At quid tunc novit? Dicit: *Quis ascendit in cœlum, & quis continuit Spiritum? Quod nomen est eius, & quod nomen filij eius, si nosti.* Loquitur Synagogæ. *Deum nosti, sed perfectè non nosti:* subdit Alapide. Deum imperfectè noverat, quippe in essentia noverat unum, sed ignorabat in personis Trinum. Non novi scientiam Sanctorum, ut diceret Sanctum, Sanctum, Sanctum. Non sunt tres naturâ discreti; sed tantùm personarum proprietate distincti. *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, sed *Dominus Deus.* Spiritu ductus Siracides, cognoscens Dominum Deum exercituum; ut eum liberaret, *Invocavi* (dixit) *Dominum, Patrem Domini mei: & laudabo nomen. Laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini,* Non nomina, sed *Nomen*; quia *Una est divinitas, nomenque Trinitatis, unus Deus est*: ait Hieronym. in *Matth. 28.* Ita enim Deus cognoscitur perfectè, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus-Sancti. Modò lucem accipit illud Davidis: *Confiteantur nomini tuo magno; quoniam terribile* (Hebr. *Admirabile*) *& sanctum est: & honor Regis iudicium diligit.* Hìc non dicitur absolutè nomen, sed *nomen magnum*; de quo etiam Ierem. 44. 26. *Ecce ego iuravi in nomine meo magno, ait Dominus.* Idem *Iosue*, 7. 9. Quodnam eius nomen magnum, ut hìc signetur ita glorioſum? *Secretiores Theologi* (subdit hìc Genebrard.) *Tetragammaton ineffabile intelligunt; quod more reliquorum divinorum nominum non designat effectus & operationes Dei; sed ipsammet essentiam puram ac simplicem, cum ipsius interioribus proprietatibus, Personas haud dubiè constituentibus, absque ullo ad opera, extra posita respectu* (*cuius mysteria lege apud Rab. Ioseph Gigatella*, in Saarē-Orāh) *q. d. Colant te cum tuo illo nomine repræsentante esse tuum incomprehensibile, tuam essentiam mirabilem, internasque ipsius proprietates, secundum quas reipsa & actu es trinus. Mysteria illius magni nominis agnoscant, ac venerentur: te unum videlicèt essentiâ, trinum personis: unam essentiam, trihypostaton: ideſt, ter subsistentem, sive in tribus hypostasibus: quod implendum prædixit Tobias: Nomen enim magnum invocabunt in te.* Nonem enim Dei est unius divinitatis: nomen Dei magnum, trinæ in eadem natura hypostasis. Notus in Iudæâ Deus; sed non perfectè: perfectè, cum in Israèl invocetur magnum nomen eius: quod quidem innotescet præconium; ubi confiteatur Deum unum & trinum: trinum in personarum discretione; unum, in ipsa identitate substantiæ.

Enallage

Prov. 30 3.

Vers. 4.

Alapid.

Eccli 51 a 14.

Psalm. 98. 3.

Quid sit Magnum nomen Dei?

Iob. 13. 15.

Di-

Dicam quod Martialis de Hermete, *lib.* 5. *Epigram.* 25.

Martial

Omnia solus, & ter unus.

4 Tametsi Talmudistæ inficientur in essentia divina Personarum Trinitatem; plures priscorum Rabb. cognoverunt, & de illa divinisque processionibus (ex revelatis sacris Vatibus) scripserunt. Fusè Tom. priorib. argumentum astructum: adisis 1. *T.* 2. *à n.* 11. *&* 19. *T.* 4. *n.* 9. *&* *D.* 14. *n.* 16. 3. *T.* 6. *à n.* 2. *&* *D.* 1. *per tot.* 4. *T.* 4. *à n.* 14. *&* *D.* 1. *per tot.* 5. *T.* 3. *à n.* 60. *&* *T.* 10. *n.* 5. Rab. Nehemias in *Misdras Tehillim*, Mysterium asserit, ex eo quòd legitur in libro *Rabboth*, de Iacob, in Mesopotamiam pergente; *Manè tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum.* Cùm vers. 11. præmitteretur, *Tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo, dormivit in eodem loco*; arbitrati sunt tres suppositos fuisse lapides, qui in unum conversi sunt; in speculum mysterij SS. Trinitatis, quæ in unam essentiam coëunt tres hypostases: hac de causa evigilans, dixit: *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pavensque, Quàm terribilis est, inquit, locus iste! Non est hìc aliud, nisi domus Dei & porta cœli.* Per huius mysterij fidem, Scalà posità, itur gradatim ad astra.

Genes. 28. 11. 18. Unde Iacobo signum Trinitatis?

Splendet enim verum vero de lumine lumen.

Ut genitum agnoscens, noverit ingenitum
Una trium Deitas, una est sententia, ab uno
Idem est & Verbi Spiritus atque Patris.

Iacob. Bill.

Videbimus ex alio Rabbino, quomodò in cunctis unum sunt tria principium; referente terminis Platonicis ordinem emanationum.

5 Hic est Rab. Schabthe apud Athanas. Kircher. Tom. 3. *OEdip. Copti*, in *Theatr. Hieroglyph.* Anaceph. cap. 1. Argum. 4. pag. 587. *Sapientes Cabalæ* (inquit) *seu Theologiæ tres primarias Numerationes in Mysterium assignant; quæ sunt Corona summa & Sapientia, & Intelligentia in æquali dignitate, quasi summè Unum-quid esse. Omnes Numerationes sunt unitas; licet tres primariæ Corona, Sapientia & Intelligentia, quæ sunt tres mentes, non sint nisi patefactio & diffusio centri, quod comprehenditur tribus delubris, seu circulis in mysterio luminis primordialis, luminis splendidissimi, & luminis splendidissimorum splendidissimi; quæ uniuntur ipsi centro in mysterio nominis radicalis, sive essentialis. Centrum simpliciter & absolutè est unum, & omnia comprehenduntur in eo, nempè in unitate. Per tres mentes patefit absconditum, reconditum & occultum, quod est in ipseitate eius: & nulla differentia est, nisi quod tria, quæ comprehenduntur in unitate: verum in tribus mentibus diffunduntur & patefiunt, quòd quælibet illarum est mens per se; & propter hoc sunt in æquali dignitate, quasi summè Unum-quid: verùm non unum propriè & simpliciter, uti sunt in ipso centro; qui in ipso centro nullum cernitur delubrum, sed tantùm unitas centri. Nec est obijciendum: Si ita, non erunt in æquali dignitate, quasi summè Unum-quid; sed erunt dignitate inæquali, ut tria. Nulla est obiectio, quia hæ tres non sunt, nisi manifestatio veritatis centri, & illæ uniunt se radici suæ, eo modo quo illæ nihil aliud sunt, quàm unitas centri: & manifestum nihil est, nisi quod in abscondito latuit: propter hoc illæ sunt in æquali dignitate, quasi summè Unum-quid, quia de centro uno prodierunt, & centrum patefactum est in illis. Inde percipitur unitas omnium Numerationum, quoniam hæ tres Mentes propinquæ sunt emanativo suo. Lumen earum magnum valdè; ita ut impossibile sit creatis frui lumine earum. Omnes sunt virtus una unitatis suæ perfectissimæ, & absolutissimæ, quæ absque fine & termino comprehendit totum numerum.* Totum videtur excerptum à Platone, etsi Marsil. Ficinus. in *Epist.* 3. lib. 2. asserat: *Trinitatis Christianæ secretum in ipsis Platonis libris numquàm esse assero.* Umbram saltem videre, necesse est, ut in multis Mercurij Trismegisti testimonijs, uti illud apud Lactantium Firm. de *Sapientia* lib. 4. cap. 22. *Lumen ego sum, Mens Deus tuus, Mentis verò germen, lucens Dei filius.* Alia similiter quæ exhibebimus, Tautolog. 7. n. 18. & *Tautolog.* 8. n. 18. Imò in *Hymno* dicato Numini, ait trisagio, ut audivit Isaias:

Quibus nominibus tres divinæ personæ signatæ?

Sanctus, omni potestate validior.
Sanctus, omni excellentiâ major.
Sanctus, omni laude melior.

Merc. Tris.

Ita apud Kircher. ubi dudùm in fin. & Cœl. Rhodigin. *lib.* 22. *cap.* 4. ubi videris ex Platone cur in tribus summa unitas, summa veritas, & summa bonitas: nam si præter unam esset alia, non esset summa. Si non una veritas & una bonitas; aut una habet quod altera, aut non? Si habet, una est: si non habet, neutra est summa.

Quibus rationibus asstruat Plato.

6 Verba quibus suam cogitationem exponit præfatus Rabinus, malè audient

apud Orthodoxos, quippe non eadem cum illis, quibus à lacte catholicè imbuimur: scireque debent huiusmodi phrases stylum Gopticorum Sacerdotum redolere; cui pedibus hæret Plato, huiusque assectæ, ut Iamblic. Proclus, & ex catholicis duo Dionysij, Areopagita, de *Divin. nominib.* & Alexandrinus, *Contra Arrian.* Hinc Tertullianus notatus à Beato Rhenano, quia mysterium SS. Trinitatis in unitate substantiæ; seu Usiæ. *Adverſ. Praxeam*, cap. 2. sic explicat: *Unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiæ scilicèt unitatem; & nihilominus custodiatur œconomiæ sacramentum, quæ unitatem in Trinitatem disponit, tres dirigens Patrem, & Filium, Spiritum-Sanctum. Tres autem non statu, sed gradu: nec substantiâ, sed formâ: nec potestate, sed specie: unius autem substantiæ & unius status & unius potestatis; quia unus Deus, ex quo & gradus isti, & formæ & species in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti deputantur.* Idem in *Apologetic.* cap. 21. Propter huiusmodi voces legentibus incognitas, torvè aspectum testimonium; sed orthodoxè, modò cum Theologis Scholasticis *Gradus* intelligatur pro Notione: *Status* pro Substantia: *Forma* pro Proprietate: *Species* pro modo habendi; ut exponit Iacob. Pamel. utroque loco strictè, latèque *Paradox.* ultim. in *Tertullian.* Numerum signant sine divisione, quia quilibet Trinitatis est alius, sed non est aliud. Undo uti dixi, *Tom. 3. T. 6. n. 3.*

Tertullianus quibus vocibus?

Tertull.

Pater alter, sed gignendo:
Natus alter, sed nascendo:
Flamen, ab his procedendo:
Tres in unum subsistendo.

Hildebert.

7 Siccine Catholici, quia Deum unum, & in personis trinum decet sanctitudo; confitemur eius nomini magno: verùm ut Psalmista monet: *Honor Regis* (ideſt, Christi) *iudicium diligit.* Nexus admirabilis! Quorsùm de honore Christi hìc inseritur iudicium, ubi Dei trini & unius profitemur nomen magnum? Ut non fiat idem iudicium de Salvatore, ac factùm de Trinitate, si humana mens scrutetur, quod credendum; dum omninò *credendum, non scrutandum*; ut ait Bernardus, 5. de *Consideral.* n. 18. Aliter de Christo iudicandum ac de Trinitate fit iudicium, contrarietate quadam inter mirabilia novà; ut Deus faciat nova immutando mirabilia: honorque Christi in eius constitutione, econtrariò perducetur in iudicium, dum fidei magnum Trinitatis exponitur sacramentum; quoniam si in Deo tres personæ & una natura, in Christo duplex natura & una tantùm persona. Hildebert. d.

Ubi sup v. 4.

Bernard

In tam nova ligatura,
Stat utraque natura.
Hic assumptus est in Deum,
Nec consumptus propter eum.

Hildebert.

Mysterium Incarnationis oppositum Trinitatis.

8 Non enim scrutandum inscrutabile mysterium, & ut fides habeat locum, & ne opprimatur à gloria humanum leve iudicium: equidem si comprehendere posset iudicium humanum, nec esset magnum, neque divinum mysterium. Hinc confertur Iridi; cuius imago in imaginem trinæ hypostaseos, & unius divinitatis, *erat in circuitu sedis*: Irisque dicta Thaumatis filia (Vide Natal. Comit. 8. *Mytholog.* cap. 21.) ideſt, admirationis; quippe *Una & tricolor*, in quibus nullus altero potior, sed idem lumen vario profectò colore, admirabili luce, qua fulget radius, & uno lumine trinus. Sic mysterium Trinitatis est totum admirationis: igitur licèt sine numero ibi numerentur tres, hi certè tres in Deitate unum sunt; ut *spiritus intelligentiæ*, etiam in homine, sit *unicus & multiplex*: unus quoad substantiæ divinæ constitutivum; multiplexque in necessariam discretionem personarum. Venant. Fortunat. *lib. 3. v. 273.*

Synata Trinitas in Iride.

Apoc. 4. 3.

Basil.

Sapientiæ 7. 22.

Est Deus (alta fides!) unus tribus, & tribus unus.
Nam pater, & genitus, quoque sanctus spiritus unus:
Personis proprijs stat tribus unus apex.

Venant.

Suffragatur Basilius sub eadem metaphora, in Iridis similitudine. *Sicut in Iride colorum discrimina clarè cognoscimus*: & tamen alterius ad alterum *dissidium sensu percipi nequit*; *ita proprietates trium hypostaseon* (*perinde ac flos quidam eorum colorum qui in Iride visuntur*) *in singulis personis quæ in S. Trinitate creduntur, separatim relucent*: *eius verò proprietatis, quæ secundum naturam est, nulla alterius personæ ad alteram, differentia excogitari potest, sed in communicatione Usiæ, notiones propriæ in unaquaque communiter resplendent.* Hactenùs Basilius, *Epist.* 43. Ita mysterium magnum, ad sensum sine adæquatione, dissita analogiâ, allucet; in hypostasis trinæ diversitate, & identitate Usiæ.

Basil.

Clara sub æthereis fulget Thaumantia proles,
Et picturato cœlum velamine cingit,
Et illud varijs miranda coloribus ornat:

Virgil. de Irid. & Stat. 10. Theb. v. 112.

Hue

Huc se cæruleo libravit ab æthere virgo
Tricolor.

9 Augustinus simili alio contendit exprimere; non propter illius divinæ naturæ similitudinem, sed propter visibilium unitatem, ut intelligeretur, fieri posse, ut aliqua tria non tantùm singillatim, sed etiam simul unum singulare nomen obtineant; ut ait de *Fide & Symbol.* cap. 9. Ita ergo præmittit. *De fonte interrogati* (inquit) *non possumus dicere, quòd ipse sit fluvius: nec de fluvio interrogati, possumus dicere, quòd sit fons: & rursùs potionem quæ de fonte vel fluvio est, nec fontem, nec fluvium possumus appellare: tamen in hac trinitate aquam nominamus; & cùm de singulis quæritur, singillatim Aquam respondemus. Nam si quæro, Utrùm in fonte aqua sit? respondetur, Aqua. Si quæramus, Utrùm aqua sit in fluvio? Nihil aliud respondetur; & in potione nequit esse alia responsio: nec tamen eas tres aquas, sed unam dicimus. Itaque fieri potest, ut eadem aqua nunc ad fontis appellationem pertineat, nunc ad fluvij, nunc ad potionis.* Est quoad nominis vocem quadantenùs exempli similitudo; sed minimè SS. Trinitatis exemplar: ad unguem caderet, si aqua eadem simul, & una esset, & non successivè, in fonte, flumine, & eius aquæ potione; quod impossibile, ut observat idem ibid. Idem dicendum de Symbolo trium Rosarum, cum epigraphe: *Tribus unus decor, unus, unus color, unus olor.* Non quadrat: igitur eadem divina natura in Patre, fonte, in Filio flumine, & in Spiritu-Sancto, aquæ mutui amoris communicatione; ut ait Hieronym. in *Agg.* 1. v. 1. torquens illud Virgilij, Eclog. 8. v. 75.

Analogia in aqua.

In rosa.

Virgil. Hieron.

——— *Numero Deus impare gaudet.*

Imparem numerum, solumque. Deum *solum*, quia sine numero: *imparem numerum*, quippe in numero trino. Una & sola Deitatis usia, trinaque persona. *Non tres Deos, sed unum* (subdit Bernard. d.) *Trinitas est: tamen Deus. Quid sibi vult iste absque numero numerus? Si tria, quomodò non numerus? Si unum, ubi numerus? Habeo quid numerem, & quid non numerem. Substantia una est, personæ tres sunt.* Pater & Filius & Spiritus Sanctus.

Quomodò Trinitas numerus sine numero? Bernard.

Deus Pater tantùm Dei.
Et Filius similis ei,
Et Patri consubstantialis,
Genitori coæqualis.
Paracletus increatus.
Neque factus, neque natus,
Patri consors, genitoque.
Sic procedit ab utroque,
Ne sit minor potestate,
Nec minore maiestate,
Quàm genitoris & filij:
Tantùm iste, quantum illi.

Hilde-bert.

Adi Athanas. Kircher. in *Itiner. Italic.* Dialog. 1. cap. 5. §. 9.

10 Urgentur Hebræi fateri Trinitatem in Divinis (ut alibi probavimus) pondere sacræ multiplicis auctoritatis. *Lætetur Israël in eo qui fecit eum.* Hebr. *In eo, qui fecerunt eum.* Maluend. *In facientibus ipsum.* Idem apud Iobum: *Ubi est Deus, qui fecit me?* Hebr. *Qui fecerunt me.* Plures, unus. Aptè & catholicè, quia unus Deus in Deitatis essentia, identitate substantiæ; & personæ tres, hypostaseon discretione. Sedul. lib. 2. *Carm.* v. 176.

Psalm. 149. 2. Io. 35. 10.

Deus trinus & unus.

Quòd Pater & Natus, quòd Spiritus est ibi Sanctus;
Quo manet indignus, qui non numeraverit unum.

Sedul.

Ita ergo tribus dirigitur trisagion, *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, & *Dominus Deus.* Huiusmodi canticum præ admiratione, attonitum reddebat Augustinum: & adinstat Seraphim senas alas habens perspicacissimæ mentis, plenus oculis, requiem non habebat die ac nocte, secum regerens: *Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Omnipotens.* Naufragium vivacitati mentis, erat fluctus cuiuslibet vel leviculæ cogitationis; cuius efficacitate, energica quidem vis, illum super se levavit, & simul elevavit extra se. *Augustinus* (refert Sabellicus *lib. 2 cap. 6.*) *dum semel S. Trinitatis mysterium solus in cubiculo sedens contemplaretur; ita à seipso abcesserat, ut à muliere, qui illum consulere cupiebat, sæpius interpellatus, nihil responderet, imò nec respiceret quidem. Mulier autem, quia se contemptam putavit, abijt tristis. Postero autem die cùm eum in Ecclesia adiret, in spiritu rapta, vidit de Trinitate disputantem; atque audivit, iccircò se illum die externo frustrà quidem adijsse; quòd eiusmodi meditatione occupatus, ipsam neque videre, neque sentire omninò potuisset.* Siccine audito mysterio Trinitatis in cursu vitæ: quid ab Augustino in morte? Cor sine vitæ radice saltat; audito cantico, exultat.

Augustinus Ecclesiæ Seraphim.

Apocal. 4. 8.

Sabellic.

Augustinus mysterij contemplatione, rapiebatur extra se.

Loquitur gestu.

11 Hinc illud: *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Utrumque Augustini amor complectitur. Semper exultabundo, de Numine uno trinoque

Virgil. in Musis. Psalm. 83. 3.

que loquitur : vivus in carne, mortuus verò moto corde ; ut erga individuam venerandam SS. Trinitatem, nec in vitæ die, nec in mortis nocte haberet præ amore requiem. R. Kimhi : *Cor meum & lingua mea exultaverunt.* Genebr. *Iubilant & vociferantur præ gaudio.* Ad unguem. Cor Augustini extractum è pectore, motu, ut Trinitas plaudatur, in linguas totum convertitur. *Sitivit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea !* Non multipliciter caro, si tantùm exultaret in vitæ cursu. Ultrà procedit amoris flamma, ut sitibundi cordis multipliciter exprimantur desideria. Cor motu multipliciter ostendit animæ sitim ; ubi movetur ad Numinis vocem & in carne & extra carnem.

R. Kimh. Genebr.

Psalm. 62. 2. *In vita & extra vitâ cor gaudet de Trinitate.*

Crucius *Te desiderijs mens icta fidelibus ardet:*
Milleque te sitiunt viscera nostra modis.

Genebr. Genebrardus subdit : *In venerationem, spiritu agitatur.* Sitis exponitur animæ, ubi cor Augustini movetur sine spiritu spiritus degeneri agitatione, in venerationem individuæ Trinitatis; ut in carne multipliciter demonstretur vis amoris. Ubi erat spiritus illuc gradiebatur, igitur præ gaudio etiam post mortem veneratione movetur.

12 *Cor & caro exultaverunt. Cor & lingua vociferantur præ gaudio.* Quænam vox & unde? Unde, ex corde : & sine vitæ spiritu ? Constat sanè vox ex motu. Dicit nostra Tautologia. *Voce mea ad Dominum clamavi, & exaudivit me.* Unde nisi ex voce clamor, ut possit à Domino exaudiri cordis, amore flagrantis, dolor? Est alia ex amore lingua, qua clamant, audito Domino, corda, in vocem laudis, laudis vocibus auditis ; & gaudium vox sine voce demonstrat : diciturque quòd vox clamat ; quippequàm cor Augustini motibus clamat pro voce. Nota discrimen inter cordis vocisque clamorem. Voce clamat David, quoniam Dominus exaudivit eius cor pœnis oppressum. Corde Augustinus, quoniam exaudivit Dominum. Ille, quia Dominus exaudit : hic, quia Dominus exauditur, & siccine loquitur : igitur cor eius multipliciter ardens (etsi extra vitam atque molem corporis) ut audivit trisagion in Trinitatem, voce motus exultans dedit clamorem.

Psalm. 3. 5.

Quænâ & unde vox eius cordis?

Corque & membra micant, hilari exultantia motu:

Crucius *Quà possunt Dominum singula voce canunt.*

13 Videamus ergo (quo intuitu præmissimus de Trinitate parecbasim studiosam) erga mysterium, cordis motam & immobilem Augustini vivam flammam. Ergo Seraphim in throno (ut diximus, *n.* 2.) *Stabant & volabant.* Motus in eius negatione indicat impossibile suppositum : verùm Bernardus delicat argumentum. *Ad quid ergo tunc alæ? Credo* (ait de *Verbis Isaiæ*, serm. 4. num. 1.) *sicut in statione immutabilitatem, sic & in volatu alacritatem. Quò enim Seraphim volant, nisi in eum, cuius ardent amore ? Vide flammam quasi volantem & stantem simul ; nec miraberis iam Seraphim stantes volare, & stare volantes.* Vita est motus à se, cuius principium est cor. Hoc cum vita moveretur alis : sine vita stat immobile defectu originis: Augustinique cor mortuum (dum trisagium in laudem Trinitatis concinitur) Seraphinis volantibus & stantibus vigilanter comparatur ; quippe ad huiusmodi canticum, etiam post mortem movetur. Si cordi mors est stare, volatus vivere ; prodigium obijcitur magnum, dum mortui cordis circumspicimus motum: sed lucet amor, & simul amoris fervor : igitur si cor immobile ex se, sine vita stabat ; ad Trinitatis laudem adhuc volatu vivebat. Stabant immoti Seraphim quatuor alis; alæ dumtaxàt movebantur cordis: ideo trisagium cantabant, & Augustini charitatem exprimebant : etenim ab illo audito Trinitatis cantico, nequibat cor vel in morte sic stare sine motu. Sic flamma & stat & volat, quæ nonnumquàm sursùm micat. Detinetur à materia immobili: movetur ætheris potestate. Non secùs cor Augustini. Stat sine vita, sed inest cœlestis flamma : & versus cœlùm ut ascendat sursùm ; etiam immobile, nequit non habere motum. Stat, & volat.

Isai. 6. 2

Bernard

Quare Seraphinis similis

Talia flammato secum ille corde volutat.

Virgil. Æneid. 4. 54.

14 Ulteriùs. *Seraphim stabant & volabant.* Quorsùm & quomodò utrumque & in plenissimo amore ? *In duobus Seraphim* (infit Bernard. d. *serm.* 3. n. 2.) *duplicem arbitror intelligi creaturam rationalem ; Angelicam scilicet & humanam. Nec mireris hominem Seraphim factum.* Quid ? Videmus Augustinum : equidem dum chorus cœlestis ter Sanctum Dominum cantat ; stat & volat. Stat sine vita; Seraphico amore volat: etenim si alis alijs suspensis, cordis alas movet trinæ in una sanctitatis cantus ; in corde mortuo Augustini, ad Altissimi trisagium, numquàm defuit cordis motus. *Facit ministros suos flammam ignis.* Inter Domini ministros flam-

Cur flammas

Hebr. 1. 7.

Eius amor Seraphicus.

flamma ignis dicitur Seraphim, qui coram Domino ter Sanctum acclamant, & canentes stant & volant; ut per eundem cantum & cantici modum, non miremur hominem Augustinum Seraphim factum: siquidem cor eius, ubi trisagion auditur, stat mortuum & movetur. In rem Mantuanus in *Fastis*:

Mant. *Quem vivum illustrem doctrina lumina pandunt,*
Prædicat extincti flammea lingua decus.

Sic Augustinus corde fixo ac incluso in crystallo, stat & volat: tuncque amorem Seraficum indicat; quippequam uti summum habetur, quod immobile, vocis virtute moveatur.

15 Ex articulo elucet. Clamant Seraphim sic alter ad alterum antiphonicè trisagium; *& commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta est fumo.* Septuagint. *Elevatum sursum superliminare templi.* Lapides audiunt, & concutiuntur? Resonat vox in saxis, & elevantur? Sensus, ubi non est ullus? Unde sensus? Ex voce audita fuit motus: igitur ita cantici efficacia; ut moverentur etiam insensibilia. In symbolum cordis Augustini, huius miraculi species ocurrit cogitationi. Eius cor tunc uti lapis iacebat, nec sentire quidem poterat: lapisque motus à voce Seraphinorum exponitur, ubi cor Augustini post mortem etiam movetur; ut audito trisagio sine sensu, insigne miraculum sentiretur in motu: igitur palpitat & subsultat à voce Seraphini clamoris, dum iacere debebat immobile tamquàm lapis. Quo enim quibat volare, nisi in eum cuius ardebat amore? Flamma deorsùm in æternum non commovebitur: lapis sensu undecumque privatur. Augustinus fit sine sensu sensibilis, & à voce clamantis; dum tradito morti impossibile moveri. At ab amore superatur impossibile: etenim cor post mortem ut flamma movetur sursùm, quùm uti mortuum immobile videbatur tamquàm saxum. Retorqueatur Lucretius, lib. 3. de *Rer. natur.* à v. 276.

Vers. 4. *Amoris insigne, motus in mobile corde.*

Lucret. *Est frigida multa comes mortalibus aura*
Quæ ciet horrorem in membris & concitat artus.
Ut quiddam fieri videatur de omnibus unum,
Est etiá calor illi animo, quẽ sumit amore,
Cùm ferveſcit & ardor.

16 Perscrutemur. Viso prodigio (refert idem Evangelicus Vates) *Dixi, Va mihi, quia tacui.* Ideſt, *Heu! Oi, ò mihi, quia ad quietem redactus sum.* Adisis Maluend. & Septuagint. In conspectu Dei, audita vocis Seraphim suavitate, & præ illa cardinum commotione; Væ sibi dicit, quia in quietem tacuit? Iurè sanè pulsat dolor: quandoquidem pectori viventis pudor; quòd sic stet & non volet, dum voces audit, quùm à voce clamantis sentiat quod insensibile, & moveatur quod immobile. Tunc visa plena terra divinitatis gloriâ, quam cumulavit Augustini & mortui gratia: quippequàm ita ab illo vivente vox Trinitatis suavissimè auditur; ut mortuo corde, uti vivens ad vocem commoveretur. Priusquàm in alia fiat transitus, videnda sunt gloria domus, & fumus. Cur igitur dum immobile movetur, terque Sanctus Deus laudatur, atque dulcissimo cantico; templum, quod chorus, in gloriam repletur fumo? Exemplar obijcitur Templi Augustini; quo ad vocem individuæ in tribus sanctitatis, vel post mortem gestit corde. Fumus suffocat, motus siccine cordis vivificat: uniunturque in templo gloriæ cœlestis plausus, & simul lethalis fumus; quoniam si cordis motus est Ecclesiæ summæ gloriæ, in eius templo ardet fumus, quo suffocantur hæretici. Quasi in ruinam sunt commota templi superliminaria: unde solicitant heterodoxi effugium; timentes, ne super illos in excidium corruat templum:

Miraculũ grande, sentire insensibile, & immobile moveri.

Vers. 5.

Mant. ——*Et corda & sensus moles onerosa retundat.*

17 Observemus contextum. Revelare intendit Deus hominibus Trinitatis arcanum; & simul aptum eligens ministrum, regerit plausum à Seraphinis Mysterium. *Quem mittam, & quis ibit nobiscum?* Patet schema Augustini in promptitudine Vatis Evangelici. *Ecce ego, mitte me.* Quor ùm missus, tantæ maiestatis nobilissimè legatus? Ad Trinitatis mysterium revelandum, sed non creditur mysterium. Obcæcatum est cor eorum. *Aure audietis, & non intelligetis.* Actor. 28. 26. quia sensu voluerunt intelligere, & non credere. Ita illorum cordis nequam cogitatio. Ideo Augustino ministro, templum repletum est fumo; quo spiritus intercluditur, ubi ministro tanti mysterij non creditur, ut prævaleat Augustini catholica fides, & supplicium constet increduli pravi cordis: igitur hæretici vel spirant vel iacent meritò suffocati, ad eius limina templi. Alludit, ut observat D. Thom. ad desolationem templi, in quo erant adversantes fidei: Alapideque ad illud portentum, quod refert

Hæretici in eius templo suffocantur.

Vers. 8

Mysterium Trinitatis.

Vel corũ ruunt in ostio templi.

Ioseph. Ioseph. 7. de *Bell.* cap. 12. quo spontè Orientalis porta aperta est, dicente introrsùm voce: *Migremus hinc.* Arridet hæreticorum voci in templo sacro Augustini. Superliminare in motu concussum est: templum totum ex fumo incendium ardore fit. Hinc migremus; quùm arcanum Trinitatis fulminat Augustinus: etenim si moramur, fumo detenti suffocati moriemur. Ioan. Baptist. Masculus, *lib.* 9. Od. 25. succinit:

Masculus —*Tu nova*
Trophæa cœlo confer, hostis
Edomiti fugitique castris.
Sic te per altas Religio feret
Nubes, coruscî fulminis in modum
Educit, teque agit impios
Virtus in hostes vivida: nobiles
Palmasque decernens, & auro
Deproperans merito coronas.

18 Engelgrave d. *Numquàm* (insit) *in Ecclesiam, ubi cor Augustini, ingressum hominem hæreticum. Vel enim intùs moriebatur, vel in limine cadebat. Hac de causà pingi solet Augustini cor in vase pulchro super altare, ante quod iacent hæretici consternati & mortui.* Sanè felicitèr cadit cordi eius epigraphe, *Ardet & arcet*: ut est apud Picinell. *lib.* 3. *num.* 564. *Mund. Symbol.* & *lib.* 4. n. 625. *Defendit, terretque*: aptiùsque quod aliò diximus, *Tom.* 6. *T.* 7. *D.* 2. *n.* 7. *Illuminat & illiminat.* Occurrit plenus sapientiâ Cherub custos paradisi Ecclesiæ. Ejectis è paradiso, qui defecerant (credendo satanæ) ab orthodoxa Deitatis fide; *Deus collocavit ante paradisum, Cherubim, & flammeum gladium atque versatilem ad custodiendam viam.* Non sat gladius ad ostium, ut formet flammeum? Non sat, quippe Cherubim munera duplicia sunt. Glaudius secat, flamma illuminat. Utrumque in ostio templi paradisi exercet plena sapientia, cuius Augustinus æquè imitatur insignia: siquidem cùm alij ingressuri, alij vel ab ostio arcendi: in suo templo fungitur Augustinus & flammâ & gladio: flammâ, ut in fide ad clariorem illuminet corde Catholicos; gladio, ut prosternat vel interficiat hæreticos. Persequitur sæpe manus valida hæreticorum, orthodoxorum fidem, ad Ecclesiam confugientium, in cuius porta ut custodiatur via, stat cor Augustini flammea rhomphæâ. Ibi sint, tuti sunt; quippequàm fideles defendit, ut quiescant in fide tuti: hæreticos arcet ab ingressu ferro & igni. Hoc opus non totius muneris est Augustini, sed tantùm cordis &

Engelgrav. *Cor eius ardet, inimicos arcet & illiminat: catholicos defendit & illuminat.*

Genes. 3. 24.

Cur Cherubino conferatur

mortui; verùm vibrantis flammam in hæreticam perfidiam. Ardet & arcet. Ardet ut catholici fidem plenam imitentur: arcet, dum heterodoxi ab eius templo fugantur: etenim si audaciâ accedunt, arbitrantes cordis cinerem; eorum perfidiam trucidat etiam post mortem. Hæreticus fato-Augustini (in rem Floride Ovidius, 13. *Metamorph.* Fab. 2.)

Ab hæretico, etiam ut hostis sentitur in tumulo.

Tunc certè dixit, non est metuendus Achilles.
Tunc quoque metuendus erat: cinis ipse sepulti
In genus hoc sævit: tumulo quo sensimus hostem.

Ovid.

19 *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*; quibat dicere cum Davide. Aptè: quibus perversa & tenacitate fides; profectò omnes terræ peccatores: Maluenda: *Subvertam, & eliminabo.* Genebrard. ex Chald. *Magnâ diligentiâ & studio, mundo venturo, qui assimilatur luci matutinæ, dispersam operarios iniquitatis, vigilanter.* Hæreticorum enervantur vires, vivente Augustino, studij eius veritate, vivacitate & ingenio; queis posteri illuminantur, & hæretici illiminati ab eius præsentia arcentur, pudore consternationis, vel periculo capitis: igitur coram illo nec possunt hiscere, neque valent respirare. Fatiscunt prorsùm: & etiam post Augustini fatum? Fatiscunt. Non in morte mortuus est. Ut hæreticos dispersat, vigilanter salit cor: movetur, ut error & quantocyùs removeatur; etenim qui foverit, vel corruet ictus, vel cadet: inveniet sanequàm subitam fulmine necem; vel supplex aris palinodiâ imponet honorem. Mors dura, dira, trux, vel resipiscentia; ut ex mortuo corde vivat & floreat fides catholica: aliàs,

Psalm 100. 8.

Maluend.

Genebr.

Adversus hæreses vel mortuus vigilat.

Iram sanguinei sine pectore cordis
Evomit, imbutam flammis, avidamque nocendi.
Disiaciet rapidũ iaculatus è nubibus ignem.
Illum inspirantẽ transfixo pectore flammas
Turbine corripiet.

Ex Claudian. & Virgil.

20 In operarios iniquitatis, ut arceat, & terreat, hoc studium Augustini, post mortem vigili corde, cuius motus in hæreticos, in quos tota vis, & totum aversum cor: quod quidem in genus hoc sævit, neque certamina fugit: igitur vita recessit, cæterùm pugna remansit. Illorum castra cæcè secutus, transfuga ad veritatem recessit illuminatus. Nisi quia Dominus adiuvit, anima in inferno paulominùs habitasset. Ex persecutore factus est vas electionis, duxque simul constitutus, adversæ fa-

factionis miles. Sed quid? Dixit Masculus, d.

Mascul. *Manes relictas spicula militis*
Adversa mœret. Erebique turmas,
Maneta versis insequeris ferox
Impunè telis.

Fidei rutilabant trophæa, quin unquàm ab Augustino declinaret victoria; cæterùm fragilis inerat vita, qua quidem sic cogitatà, secum ait: *Quis consurget mihi* (Genebr. *Mihi: dativus commodi, Pro me*) *adversus malignantes? Aut quis stabit* (*Pegnabit*, idem) *adversus operantes iniquitatem?* Maluend. *Quis surrecturus pro me contra maleficos?* De futuris Augustinus cogitat, atque pugnare contra hæreticos desiderat. Erat impossibile, si in pugnam præventus morte. Quisnam athleta, proh! surrecturus pro me? Quis? Ne fatigeris: Cor. Post vitam vivet: imò vehementiùs pugnabit; quoniam quisquis ad templum accesserit malignantium, vel in illuminationem consternetur, vel vitâ miserè in damnationem privabitur. Manus omnium contra eum: manus eius contra omnes, quorum ausus nonnumquàm in perniciem atque dedecus. Erat lapis oneris: super quem ceciderit, comminuetur: si super illum ceciderit, conquassabitur. Quadricuspis semper ad certamen, quæ nonnumquàm sursùm habet acumen. Achill. Bocch. *Symbol.* 134.

Psalm. 93. 16. Genebr. Maluéd *Vt in illas decertetur eius vitæ cor sufficitur* *Cur murici ferro conferitur*

Quales & quantas habet trias unica vires!
Una ita quæque trium laterum patet inclyta cuspis.

Achil. Bocch.

Hæc eadem est semper talis sapientia vera:
Ipsa sibi constat, nec tempore corruit ullo.

21 Exarsit ergo ignis in Synagoga eorum, sed illi multiplicati sunt super numerum. Pullulat virus hydræ, vel amputato radicitùs capite. *Cor meum conturbatum est intra me*: ait Augustinus. Quorsùm *intrà*, si nequit extrà? Cor enim eius intra pectus conturbatur, dum affligit inimicus. Verùm extrà timor formidinis, viribus validi cordis: equidem si ut sagittent rectos corde illorum irruerint ausus; fulgura multiplicabit, & conturbabit eos. Pende *Intra me*. Extrà valet esse cor? Et cum motu vitali, quasi esset in pectore: etenim extrà & ultra vitam contra hæreticos contendit, quasi tunc viveret. Intrà solicitudo conturbat, quoniam quis pro illo pugnaturus, nesciebat: verùm cùm eius cor vitæ suffectum videret in pravitatem hæreticam; continuò certat & in vita & ultra vitam: cor extra pectus vitalitate validum, quasi esset pectore inclusum. Hinc verè, salvâ quæ videtur, implicatione, dicit: *Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei.* Deus cordis & cor defecit? Cor, si Deus possidet, habet. Habet, & non habet: defecit, sed permansit. Defecit, quia per mortem defecit caro: permansit, quia extra pectus gaudet motu: equidem vivit pugnax & contra hæreticam pravitatem; & ut S. Trinitatis exultet audiendo vocem.

Pf. 72. 26. *Quomodò de illis obtinet victoria, & in vita & ultra vitas*

22 Mirificavit Dominus Sanctum suum; qui quidem *Mirabilis in Sanctis suis*. Cæterùm in quo & magnificè mirabilis? Genebrard. *In Ecclesia. In ea mirabilia operatur, dans virtutem.* Articulo præcedenti periodus congrua; igitur in Augustini Ecclesia, singulare inter miracula, quæ Augustinum splendore decorant, quòd hæretici ad ostium corruant, vel pereant. Ultrà procedit virtus Dei. Verùm in quid? *Ecce dabit* (ait Psaltes) *vocis suæ vocem.* Vox Dei, ut in Seraphinis vidimus, est utique *Sanctus, Sanctus, Sanctus*: huicque voci Dei citiùs respondet Augustini vox; quippe cor eius exultatione movetur, quamprimùm trisagion Trinitatis auditur. Haud quiescit, quia fato functus. Vox clamat? Cordis ecce mortui motus. Ecce dabit voci vocem in Trinitatis laudem: equidem ut rutilet S. Trinitatis gloria; nec mortuo deficit vita. Assumit pennas ut aquilæ. Cor volat extra pectus: volabit & non deficiet. Volat ut requiescat. *Inquietum est cor, donec requiescat in te*: dicit ipse, 1. *Confess.* cap. 1. sed cœli adinstar quiescit in motu: etenim vel corde mortuo, exultat singulariter in gaudio.

Pf. 67. 36. Genebr. *Virtus cordis post mortem.* Vers. 34 *Pro Trinitatis gloria, nec mortuo defecit vita.* August.

23 Mortuus à corde, originariâ labe, erat Baptista in utero genitricis, dum audivit per Virginem-Matrem vocem mirificam Redemptoris. Illicò movetur, concutitur, saltat, & gaudibundus exultat. *Ut facta est vox, exultavit in gaudio infans in utero.* Chrysostom. apud Metaphrast. *Quàm novum* (ait) *& admirabile mysterium! Nondùm nascitur, & saltibus loquitur*: & Homil. 28. in *Matth.* Imperfectus subdit: *Ut vox convenit ad aures, exultans non voce, sed motu.* Appositè vocatur ex gaudio & motu, novum & admirabile mysterium. Novum, quippequàm isthactenùs non est visum: etiamque mirabile, quòd ad vocem moveretur exultans, qui mortuus erat à corde. Vox Domini à corde Augustini auditur; atque protinùs palpitando movetur. Non voci voce, sed motu

Luc. 1. 44. Chrys. Imperf. *Ad vocem Trinitatis, mirabilis motus cordis.*

& saltibus loquitur. Sine motus radice, qui à vita, tot exultationis gaudia? Est novum & admirabile, quod in corde perficitur Augustini. Trahebatur in vita trisagij dulcedine, glorificata in cantico SS. Trinitate. Mortuus est, extrahitur cor, quod saltibus loquitur, ubi præ gaudio vocis movetur. Hoc miraculum? In miraculo & novitate non novum; quòd ad inolitum cordi suave mulcimen, tunc etiam motu responderet ad vocem. Maius utique prodigium, quòd miraculum insigne, præ amore cordis non signaretur miraculum; maximè cùm motus esset compendium miraculorum.

24 Dixi, vocem Dei esse plausum sanctitatis individuæ Trinitatis, atque Seraphicas voces. David cupiebat audire mysterium, & quod patrandum corde Augustini miraculum. Unde præscius dicit: *Ure cor meum.* Ut clarescat Augustini charitatis flamma; *adure cordis intima.*

Psal. 25. 2.

Arcanis animi faculam penetralibus infer.
Donorum invenies semper meminisse tuorũ,
Hunc charitatis æmulum.

Crucius

Patet erga te flagrantis pietas, quùm scintillat flammeum cor, cuius insigne *Charitas.* Ideò *Odivi Ecclesiam malignantium*; quorum cogitatio furor, & pravitatis grassatur ardor & error. Verùm *Circumdabo altare tuum Domine*; *ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua.*

Vers. 5.

V. 6. & 7.

Scis tua quàm vivis urant me limina flammis
Tuo dicata Numini.

Idem.

Dignum profectò observatione, cur adit altare Numinis, ut audiat melodam vocem laudis; & illicò auditâ, eius enarret mirabilia, & universa. Non mirabilia vocis, estò mirabilis; sed mirabilia ex voce circa Numinis altare. Enarrare debet quæ audit. Quidùm vocem mirabilem audit; & enarrare cupit dumtaxat mirabilia, quæ ex voce videt? Quænam ex voce mirabilia? Ardenti amori universa. Mirum est etiam in æstuante corde, quòd subsultet gaudio in pectore, dilecti perceptâ voce: unde auditur ab aure quietè dormientis, vox dilecti cor pulsantis. Cæterùm magis mirabile; cor mortuum voce moveri. Cor Augustini in altari collocatur, vox in laudem Trinitatis auditur, cor movetur: & non avet dicere mirabilia mirabilis vocis auditæ, sed mirabilia singularia ex admirabili voce; quoniam Augustini cor in altari moveri, trisagio miro, Trinitate ab hominibus applausa, in miraculo videntur universa mirabilia.

Imò universa mirabilia.

O adyta! O templum Domini, quo gloria factis
Servatur immortalibus!

Idem.

25 *Vivens vivens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie*; promebat Ezechias in Numinis studiosum obsequium: Augustini cordis nobilius profectò studium: igitur Dominum gaudio & motu confitetur, etiam dum vitâ defungitur. Ustum amore erat cor: & mortuum movetur exultans, quoniam informabat charitas. Hinc dicitur terræ *Sal.* Sal per se motu caret, verùm motum ignibus recipit. Unde illud: *Ab igne resultat.* Berchor. 11. *Reductor.* cap. 126. & Grannuyse, 16. de *Propriet. rer.* cap. 95. Elucet in medio cordis inclyta conditio salis: equidem cùm ex igne accipiat motum, insilit & semper sursùm. Odit Ecclesiam malignantium, ut patet per stragem, eius sapientiæ non accipientibus lucem. *Cor eius liber erat* (de quo infrà) tacens & loquens; ut in fidelibus sanam doctrinam ædificando plantaret; hæreticorum evellendo destrueret, & dispersendo stirpitùs dissiparet. *Volumen volans*: & apud Septuagint. *Falx volans*: apud Alapid. *Flagellum volans.* Iurè per cor in illos motum & Trinitatis librum, signatur Augustinus hæreticorum flagellum. *Volumen volans*, & *Falx*: etenim illius cor cum scriptis de mysterio Trinitatis, trucidat, iugulat & hæreticos & hereses. Miramur in templo Augustini, insignia & signa iudicij cœli. *Vidi* (inquit Ioannes) *in dextera sedentis supra thronum librum scriptum.* Mutatur theatrum, deindeque dicit: *Vidi sedentem habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam*: *& Angelus exivit de templo clamans voce magna ad sedentem*: *Mitte falcem.* Præ se fertur vel emortui Augustini cordis munus, & voluminis scripti de Trinitate singularis effectus: igitur in templo vel libro expanso, vel corde moto, ut falce acutâ secat hæreticos & hæreticorum dogmata. Stragem magnam, partis gloriosis victorijs de cunctis hostibus, fecerat Machabæus; sed cùm trucidatis alijs, tres de novo surgerent magnis exercitibus hostes, qui cum illo erant coram Domino in Maspha, *expanderunt libros legis.* Quinam igitur intuitus mœrentium, & ad Dominum pro auxilio corde clamantium, in ostensione librorum? Victoria de inimicis, manifestis voluminibus legis: igitur cùm insurgerent; ne præva-

Idem.

Isai. 38. 19.

Matth. 5

Quare eius cor plaudit. Sal.

Zachar. 5. 1.

Flagellũ hæreticorum.

Apoc. 5 1.

Ibid. 14 à 14.

Et Falx.

1. Mach 3. 48.

valerent, ut munimen expandunt, tutum sperantes in adversarios auxilium: necessarium quippe videbatur, quòd cor Numinis in vindictam moveret, expandere coram illo libros legis, quos ipse digito scripsit. Idem cum Augustini corde videtur articulus, & orthodoxorum prudens undecumque sonatus. Victo prostratoque Mane, Pelagio & Donato, horum Augustino flagello; ex Donatistis, innovarunt certamen tres Erebi Duces, Gaudentius, Petilianus, & Fulgentius, quorum prava in fidem dogmata, unde exierant, Augustinus fulminavit in Tartara. Moritur Augustinus, & triumphus ab hæreticis de orthodoxis cogitatus, quasi non esset qui eriperet de manu eorum, si evaginaverint gladium. Excæcavit eos malitia eorum. Defuit virtuti, quicquid arrisit cogitationi. Mentita est iniquitas sibi. Liber expansus coram corde Augustini, quem scripserat de S. Trinitate. Hæretici palantes fugiunt, proteruntur, conculcantur, per volumen falcem, per librum fulmen: quia etiam post mortem commotum; ut illorum cruore tingeret gladium: & simul mortalis vitæ Augustini extincta flammâ, motu cordis viderentur universa mirabilia.

Dum expanditur eius de Trinitate volumen cor in hæreticos fulmen.

Bocch. d. 1

Indicat omnipotens: *Quid magis æternum signat?*

26 Hoc Augustini muneris: multique transierunt in affectum cordis; quia rapuit sibi quæque inveniebat in pectore, *Cor eius liber erat quo legebatur Iesus* ut inquit Possidon. in eius *Vita*, & videbit quisquis legerit eius soliloquia atque Meditationes. Patet cùm eius cordi stigmata impressit. Ita vidimus, *num.* 1. refertque simul Bonaventura, *serm.* in eius festivitat. De huiusmodi gratia, dicemus, Tautolog. 8. *D.* 6. *à n.* 10. diximusque sæpe *Tomis priorib.* Unde ergo huiusmodi favor Augustini cordi? An à Monica matre? Ipse *Tom.* 10. post serm. ad *Fratr. de Eremo*, de illa dicit: *Dominus crucem eius in corde infixit & passionem* O quam pulchra est casta generatio cum stigmatum Salvatoris claritate! Utriusque est summum decus. Omnes qui viderint eos, cognoscent illos. Accepit ergo Augustinus insignia à genitricis virtute; & etiam ab eximia charitate: unde etiam post mortem vulneratum, ab Angelo eius ostenditur cor; quoniam vixerat iuxta exemplar, quod sibi in monte monstratum est: exposuitque cordis volumen, ut omnes legerem stigmatibus litteris amorem & charitatem. *Amore langueo dicebat Sponsa.*

Cor quare dicitur liber? Possidon.

Signatū stigmatibus Iesu, sicut cor Monicæ matris.

Cant. 5, 8.

Septuagint. *Vulnerata charitate ego sum. Fortis est ut mors dilectio.* Constat in Augustino: igitur post mortem vulneribus, queis cor charitas sauciabat, ostendit in vita cuius amore languebat. Acumen est Ambrosij. *Infige cordi* (inquit in *Psalm.* 118. 120.) *hoc signaculum crucifixi. Hanc imaginem clavi non solum timoris, sed etiam charitatis affigunt; quia valida est ut mors charitas. Charitas sicut mortis ictus interimit.* Ostendit Augustinus per stigmata cordis, non alio mortuus nisi vulneribus charitatis: servanturque post mortem & signa vulnerum, ut non oblitteretur crucifixi signaculum: etenim patuit in corde, pectore ab Angelo aperto; quòd in vita, Crucifixi internè fuerat imago. Dicam ex Thecrito, *Edyl.* 23. v. 46.

Cap. 8. 6

Ambros

Amore Augustinus mortuus.

Ne transeas viator,
Scrive hanc inscriptionem:
Hunc amor occidit.

Theocric.

27 Verùm vel in morte amor non occidit: igitur in morte, dum vulnerum videtur splendor,

Necdùm cessat amor:
Nec dum cum vita flamma sepulta iacet.

Camer. Oth. Ve.

Uti cecinere Oth. Vænius, *Amor Emblem.* 124, & Ioachim. Camerar. *Centur.* 1. *Emblem.* 31. Paulus dicebat: *Christo confixus sum cruci.* Quid Augustinus habens Christi signacula, ut Christi viveret vita? Paulus fixus erat cruci Christi: Augustinus Christo in cruce. Uterque clavis charitatis, ingenio amoris. Paulus in corpore habebat stigmata, quæ morte non apparuerunt: Augustinus in corde habebat vulnera, quæ etiam post mortem radiarunt: accipitque à Christo in cruce, quæ Paulus accepit à cruce Christi; ut utriusque rutilaret gloria, sed maxima differentia: quandoquidem dum post mortem vulnera apparuerunt in Augustini corde; claruit, in corde portasse altiùs impressam imaginem crucifixi. De utroque iurè, quod Damasus de Paulo probè cecinit. *Carm.* 1.

Galat. 2 19.

Habebat impressã in corde imaginẽ Crucifixi ut esset eius imago.

Stigmata non timuit portare in corpore Christi:
Credentes docuit, possent quo vincere mortem:
Dignus amore Dei, vivit per sæcla magister.

Damas

Appositè etiam *nobis per sæcula*; ubi cor (flamma amoris vel in crystallo) extractum à pectore, gaudet vitâ. Hoc & scripta fidem veram, & orthodoxos in Ecclesia defendunt. Augustinum (ut alio Virgil. 6. *Æneï.* v. 444.)

Virgil.

—*Curæ non ipsa in morte relinquunt.*

Ubi fidelibus statim accurrit, & hæreticos vel suffocat, vel prosternit. In rem Achill. Bocchius, d.

Achil. Bocch. ——*Forma ignem, quæ alta petentem*
Assequitur, & vi dissipat, undique; frangens
Omnia: consumens volat, & rapit omnia sursum.

DIDASCALIA VII.

Orbis catholici scuta & arma, Mariæ salutatio Angelica.

1 UT ritè probeque encomijs à servulis extollatur Maria, in eius Angelicam salutationem dirigitur Didascalia. Sic illa: *Ave Maria, gratia plena, benedicta tu inter mulieres* (inquit Fulgentius, *serm.* de *Laudib. Mariæ*) *cum dixit*: Ave, *salutationem illi cœlestem exhibuit. Cùm dixit*; Gratia plena, *ostendit ex integro iram exclusam primæ sententiæ, & plenam benedictionis gratiam restitutam. Cùm dixit*: Benedicta tu inter mulieres, *virginitatis eius beneadictum fructum expressit; ut ex eo benedicta dicatur inter mulieres. Maria suscepit honores: assumite.* Lamentabile quidem quod felicem non prædicemus eius auxilijs egentes, quam iurè beatam dicunt & dicent omnes generationes: siquidem qui potens est & ad omnia; in illa & per illam hominibus fecit magna. *Nomen Matris accepit* (inquit Bernard. de *Deipara*, serm. 2. n. 12.) *hanc invenit gratiam plena gratiâ.* Nobis offert, quod invenit; eo utique intuitu quo altissimus pro nobis munus honoris promisit. Crucius optimè & apprimè in *Psalm.* 44. quasi ex Numinis ore, Virgini dicit:

Fulgent

Quanta bona ex salutatione Angelica!

Bernar.

Te celebrē faciant ventura in sæcula Matrē:
Te populi aspicient, & dum flammantis anheli
Solis equi rutilum spiraverint naribus ignem,
Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt.

Crucius

Quid contineat

Nomen, dum dicimus; *Ave Maria.* Honos, dum plaudimus: *Gratia plena.* Laudes, quùm promimus: *Benedicta inter mulieres*; ut simul splendeant Virgini salutatio, gratiæ salutationis largitio, atque potentis protectio. Ergo ut monet Basilius Seleucien. *Oratio* 29. *Laudis floribus debitam Virgini plectamus coronam.*

Basil. Seluc.

Nunc alij flores, nunc nova danda rosa est.

2 Per Rosam olim gratia signabatur & felicitas. Pier. Valerian. lib. 55. cap. 8. & Kircher. sæpe in *Tabul. Bembin.* Hinc Angelus dicit Virgini, *Ave*; quia felix summè, & nulla inter tot dignior felicitate. *Volentes Ægyptij fœminam triplici titulo regiam effingere* (inquit Marcelin. de Pisse de *Rosar.* Homil. 1.) *tres coronas sibi incumbentes pingebant.* Hieroglyphicum iccircò Plin. 7. *cap.* 41. Lampidus Lacenæ sumpsit in plausum, de illa proferens: *Una fœminarum in omni ævo reperitur, quæ Regis filia, Regis uxor, & Regis mater fuit. Hæc maior in fœmina invidetur felicitas?* His dignitatibus potior invenitur & in fœmina auctoritas; quantum distat celsitas divini supremi throni, à potestate successivi tituli. Eminet Regina Angelorum & hominum triplici dignitate, tiaræ honorabili decore, ut filia Patris Æterni, mater Filij incarnati, & denique Spiritus Sancti Sponsæ. Hæc gloria filiæ Regis, circundata varietate in fimbrijs aureis; ut Rex Regum concupiscat eius decorem, triplicem in illà simul circumspiciens dignitatem: etenim si in alijs fœminis successivè dignitas; Virgo-Mater singulari gratiâ simul habet tres coronas. Hoc insigne privilegium dignitatis.

Ovid. 4. Fast. v. 138.

Luc. 1

Virgo unde felix & beata Pisse.

Plin.

Cur ei dicatur Tiara?

Frontem subtilibus rubet coronis.

Mantua

3 Propterea inter ornatissimos pretiososque cultus Summi Sacerdotis, commendatur Moysi: *Pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram.* Meditanter non dicitur *Gorona*, sed *Tiara*; equidem in huiusmodi ornatu speciosо capitis, excellentior resplendet dignitas Virginis. Tiara corona est; sed tres continentur in una, ut in una trium simul singularis spectetur excellentia. Respectu trium, in una cogitatur ornamentum; consultòque corona non dicitur corona, sed tiara; quia coronatur ab eis, qui sunt tres in una essentia: quandoquidem iurè plauditur filij mater, Patris filia, & Spiritus-Sancti dilecta Sponsa. Super tiaram ergo huiusmodi titulus in aurea lamina inscribitur; ut summæ gratiæ felicitate donetur.

Exod. 29. 6.

A tota Trinitate coronatur.

——*Trina corona tibi:*
Poneret implicitis & lilia lecta coronis.

Quintil.

His insignijs mysteria elucent Rosarij, seu Corollæ à corde, ipsam salutante per *Ave*, dicatæ Virgini. Filia est, mater est, Sponsa est. In hac triplici corona Angelicæ salu-

lutationis continentur mysteria. Quæ Rosarij sunt glorioſa, læta & triſtia ex ſuppoſita materia. Glorioſa attribuuntur Patri, qui Pater luminum : *Iacob.* 1. 17. Filio triſtia ; quippe Vir dolorum : *Iſai.* 53. 3. Læta Spiritui-Sancto ; quoniam gaudium eius fructus : *Galat.* 5. 22. Per trium divinarum hypoſtaſeon attributa, ſplendent myſteria, quæ in Virginis celebrantur corona ; dum redimita plauditur violis doloris, roſis gaudij, lilijs gloriæ. Manilius, 5. *Aſtrom.* ſignans influxus Virginis, ſigni cœleſtis, & Coronæ Conſtellationis, à v. 263. ſuccinis in noſtrum propoſitum:

Myſteria coronæ rius.

Chara quondam monumenta coronæ,
Et molles tribuunt artes : hinc dona puellæ:
Namque nitent : illinc oriens eſt ipſa puella,
Et colit nitidis gemmarum floribus ortum:
Manil. *Pallentes violas & purpureos hyacinthos,*
Liliaque & Tyrias imitata papavera luces,
Vernantiſque roſæ rubicundo ſanguine florē
Aut varios nectet flores, ſertiſque locabit.

4 Siccine Virgo vocatur ad thronum.

Cant. 4. 8. *Veni de Libano Sponſa mea : veni de Libano : veni, coronaveris.* In coronam, utpotè Regina accitur, & ter vocatur ? Non ſat ſemel, ut reſpondeat. Coronam alto in ſolio detrectat, quaſi dominari, grave? Numquam nec vobis, nec illi

ValFlac 5. Argon. v. 447. —*Gemmiferæ donum exitiale coronæ.*

Cur igitur ter vocatur in coronam ? Ut eius ſingularem voces è cœlo deſignent prærogativam. Si ſemel eſſet vocata, unica tantùm decoraretur corona : ter vocatur in Reginam, ut corona tranſiret in tiaram; igitur in capite eius diademata multa, quia cum triplici corona, plexa a Patre, facta à Filio, atque compactà à Sponſo : *Veni coronaveris, veni, veni*que regeritur, dum ad coronam Regina, Virgo Mater aſſumitur; quoniam in corona exprimitur eius triplex excellentia, quâ vocatur in imperium uti mater, uti filia & uti Sponſa, ſuis monilibus decorata, atque

Cur illi trina corona?

Mantua —*Odoratis caput inſignita coronis.*

5 Pende ex quo materia triumphi, ut Virgo ſic coronetur in maieſtate throni.

Ibid. *Veni de Libano ſponſa mea : veni de Libano, veni : coronaveris de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.* Non coronabitur, niſi qui legitimè certavit : videamus Virgo quomodo vicerit. *Per eiuſmodi montes ſignantur inſides, & tyranni, inter ſævos leones & pardos more ferarum : regna Babyloniorum, Perſarum, Medorum, Arabum, Græcorum* : inquit Rupertus hic. Cuncta hæc regna Mahumetici imperij, atque ditiones Imperatoris Selini. Sint ergo trina diademata, ſeu ſerta Virginis, ſigna & inſignia nobiliſſimi certaminis : igitur virtute coronæ (in myſteria eius ſacratiſsimæ vitæ) in Naupacto triumphum Virgo nova Pallas ſurripuit à Turcis, quorum naves deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Congrua trina corona in victoriæ triumphum, ut ex barbaris devictis in eius encœnia erigeretur trophæum. Luculenter Mariana hic:

Rupert. *Triumphat de Turcis.*

Iviſti ad Libanum, hos ad montes inde recurre:
Serta tibi hinc faciam lucida, flore, roſâ
Lucida Sanir, & Amana de vertice lectâ,
Sævæ ubi beſtiæ agunt.

Marian.

Aſtipulatur Bernardus. *Tu ergo bellatrix egregia* (plaudit in *Panegyric. Deipar.* n. 5.) *tu electa è millibus fœminarum. Tu terribilis, ut caſtrorum acies ordinata. Quid enim ? An non horruerunt principes tenebrarum, quando viderunt præter morem armatura omni fortiore inſtructam, contra ſe procedere fœminam, fœminam fortem, & ad bella doctiſsimam ?* Effectu in Turcas claruit, quid ex roſis precum corona valeret. Siccine oratio: *Ave.*

Bernar.

Sis felix, noſtrumque leves quemcumque laborem.

Virgil. 1 Æneï. v. 134.

6 Inter portenta felicitatis Sillæ, cum pugna inſtaret adverſus Regem Ponti, *Ordinibus diſpoſitis* (refert in eo Plutarch. & Bulenger. de *Prodigijs*, cap. 1.) *aura mollis è campo vicino, in quo pratum fuit, multos flores iniecit in exercitum, & ſparſit ſponte, inſidentes clypeis & galeis ; ut hoſtibus viderentur Syllæ milites coronati, quo præcipites fugerunt.* Haud aliter in Naupacto (favente Virgine) factum, quàm in gloriam Sillæ fictum. *Videamus, ſi flores fructus parturiunt* : dilecto dicebat Sponſa. *Coronaria ſerta* : inquit Maluend. Quos ergo fructus ex coronarijs ſertis expectat Sponſa in Amaſij blaudimina ? Infit: *Mandragoræ dederunt odorem ſuum.* Mandragoras oſtendit, dum coronas ex floribus ſpectare cupit, ut Sponſo amœniores corditùs offerat, & in amorem ſummis obſequijs alliciat ? An quia mandragoræ Hebr. *Dudaijm*, ideſt, *Amoris flores*? Ita Druſius, & præfat. Maluend. *Geneſ.* 30. 14. Aliquid ſublimius latet (ni fallor) ubi coronæ flores & amoris in delicias promittuntur, & mandragoræ exhibentur. In radice mandragoræ per medium ſectæ, videtur imago hominis, ſed emortui: unde

Roſa prognoſticũ victoriæ.

Bulenq.

Cant. 7. 12.

Verſ. 13

Mandragora flos amoris.

dicta

dicta à Pythagora (ut inquit Cœl. Rhodigin. *lib.* 17. *cap.* 24.) *Andropomorphon; tamquàm humanam effigiem præferat: nam radix homini simillima est; quod Avicenna prodidit, & vulgo fere ita visitur: propterea Collumella:*

Cœl. Rhodig

Columell.

Quamvis semihominis vesano gramine fœta
Mandragora pariat flores.

Videsis Pier. Valerian. *lib.* 58. *cap.* 38. Plin. 13. cap. 25. & Levin. Lemnium de *Herb. & Arborib. Biblijs*, cap. 2. *Similitudinem habet mandragora hominis absque capite*: ait Aponius apud Ghisler. hic in *Append.* Denique Rugerus Termodont. de *Mandrag.* cap. 4. opportuniùs in nostrum articulum, infit: *In radice Mandragoræ figurati cadaveris imago. In superiore parte cadaveris apparent hæ litteræ Nil es*: Vide aliò huiusmodi sensus, *Tom.* 1. *T.* 1. *D.* 11. *à n.* 13. Modò præsenti Didascaliæ.

Apon.

Cuius in illa imago & inscriptio

Ruger. Termod

7 Pende. *Nil es* è converso lectum, absdubiò sonat *Selin*. Hoc nomen Imperatoris Turcarum, dum etiam in Christicolas ingenti classe solicitabat imperium; ut subirent tyrannicum Mahumetis iugum. Non fuit fortitudo eius sicut præsumptio eius. Dedit novacula in cotem, & argilla cocta in lapidem. Apparuerunt rosæ in scutis Virgini addictorum, pro eius honore prælantium. Visa sunt coronaria serta, ubi apparuerunt scuta, in quibus militum de aversarijs triumphi signabatur felicitas: Virgoque pro floribus Christo Sponso in delicium signat mandragoras, queis scriptum *Nil es*; ut videretur ex conflictu quid *Selin*. equidem exterminatà classe apparuit non homo, sed hominis simulacrum, quippe imaginem eius Virgo redegit ad nihilum. Cum Virgine bellatrice, vires Turcici enervantur imperij. Videtur Selin non homo, sed cadaveris imago, sine ullo in vindictam motu; quia simulatque catholica classis Virgini dicavit in certamine coronam, Turcarum illa reliquit sine capite Monarcham. Si flores apparuerunt in scutis & pro scutis, tempus putationis advenit. Floribus Virginis contritæ sunt naves Tharsis. Selin & Reges terræ congregati sunt, convenerunt in unum, adversus Dominum & adversus Christum eius; sed in spiritu furoris congregatæ sunt aquæ in auxilium decertantium, & abysi Turcas operuerunt, descendentes in profundum. Etiam in classem irruerunt æquoris fluctus; & summersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus: ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor aprehendit eos. Quid mirum? Viderunt præter morem egregiam bellatricem, contra se procedere fœminam, fœminam fortem, armaturâ instructam, prælio paratam & ad bella doctissimam. Quid hoc? Iam non est Selin: sine vita cadaver iacet, nec sui imaginem quasi in mandragora videt: etenim sine capite suispsius vanum in throno ostensum est simulacrum; quippequàm Virgo per flores Turcicum iugulavit imperium. Quippini populo Christiano cederet palma, cui contigerat corona? Quidni expectata victoria, favente maris stella? Cur non ita eius vexillis extensis advolaret alis,

Virgo Turcicam classem submersit & imperium iugulavit

Cui mater medio sese tulit obvia mari,
Virginis os habitumque gerens, & Virginis arma?

Virgil d v. 318.

Virginis arma, eius salutationis corona. Ut in aquis suffocarent tyrannum, hæc erat omnis armatura fortium, quo patuit quid fuit post cladem Selin: nihil, contritis navibus est: etenim sine capite, cadavere quasi in mandragora; eius conturbatæ gentes & inclinata sunt regna. Ita alij Mariæ, in eius *Nupt. cum Honor.* dixit Claudian. v. 176.

Christiani arma Virginis corona.

Devotum sentiat æquor,
Agnoscat famulum Virgo Christi *para Pontum*
Lætitiæ causas ignorat dicere miles,
Lætaturque tamèn. Mavortia signa rubescunt
Floribus & subitis animantur frontibus hastæ.
Fas sit castra meis hodie procumbere signis.

Claudia

8 Visum, sed pictrice phantasia, insolenti tot victorijs Selino, reliquum orbis posituram sub imperio; cùm classe vastà transferret ipsos montes in cor maris: cæterùm decidit exitu à cogitationibus suis: etenim in exterminium Turcarum, sonuerunt, & turbate sunt aquæ eorum; quia Virgo exercitum Selin, ut nihil esset, proiecit in mare (in quo etiam principes eius summersi) uno, vivo vel summo in solio, tànta cladis inhæsit afflictio; ut tamquam mortui solius cadaveris appareret imago. Ille dicebat decapillatum fuisse, amissa classe. Benè quidem: per capillos cogitationes signantur: Virginisque coronis eius cogitationes præciduntur; quoniam si classe propositum totius orbis occupatio; secuit Virgo eius vastas *cogitationes sine intellectu*. Sine intellectu: equidem in potentiæ invincibilis specimen, malum classiarijs quæsivit omen. Disposuit, ut nostras obsideret, naves cunctas in formam

Virgo secuit vastas cogitationes Selini.

Sapienti 1. 5.

mam semicirculi, seu Lunæ crescentis. Cogitatio sanequàm cadentis intellectionis: igitur nesciebat Virginis esse decus, & insigne illius ornatus; habere Lunam *sub pedibus*. Ambulavit Virgo super fluctus maris, ut suffocarentur hostes. Hi classem ornabant armis: nos ergo arma Salutationis coronis. Virgo ex amore cordium, florem in manu habebat scriptum.

Apocal. 12. 1.

Littera communis
Inscripta est foliis: hæc nominis, illa querellæ.

Ovid. 13. Metamor. Fab. 1.

Nomine, lætandum nobis: virtute, dolendum illis. De cœlo dimicatum est, ut caderet cum tota classe Selin: equidem in illius arma & ferreà & igneà; serta rosarum nobis scuta & arma.

9 Post insignem victoriam de Lysia à Machabæo glorioſissimè partam; cogitavit in templum, à Gentibus profanarum, pergere, ut Numini tantæ victoriæ auctori gratus consuleret laudi; ubi *cecidit omnis populus in laudem, & adoraverunt & benedixerunt in cœlum, eum qui prosperavit eis: & facta est lætitia in populo magna valdè, & aversum est opprobrium Gentium.* Unde ergo ita lætabunda militum victorum pectora, ut post victoriam conciperent plena gaudia? *Fecerunt* (subditur) *dedicationem altaris cum lætitia, & sacrificium salutaris & laudis: & ornaverunt faciem templi coronis aureis, & scutulis, & dedicaverunt portas.* Totum eiusmodi gratitudinis gaudijque theatrum, nostri propositi est symbolum, in laudem & acclamationem Virginis, quæ verè Numinis templum. Aversum est opprobrium Selini, Imperatoris Mahumetici, concussà ac contrita in Naupacto numerosissima classe. Ad classis numerum & magnitudinem, Virgo bellatrix intulit cladem; qua detracta est ad inferos Selini superbia, & ut cadaver concidit in profundum pelagi, dicentibus cunctis: *Selin nil es. Numquid iste est, qui conturbavit terram, qui concussit regna? Qui posuit orbem desertum, & urbes eius destruxit? Vulneratus es, sicut & nos: nostri similis effectus es.* Isaias 14. à 10. Astitit certamini Regina Virgo.

1. Machab. 4. à v. 55.

Ibidem

Superviamque fregit.

Lucan. 7. v. 566

Vulnera multorum totum fusura cruorem
Opposita premit ipsa manu: quacumque vagatur,
Sanguineum veluti quatiens Bellona flagellum.

10 Continuò qui illius auspicio victores, in signum gratitudinis cogitant renovationem altaris, quod iurè vocarunt Virginis de *Victoria*; quoniam illis eius refulgebant trophæa.

Spiculaque, clypeique ereptaq; rostra carinis
Multaq; præterea sacris in postibus arma.

Virgil. d. 7. v. 183.

Ibi cecidit omnis populus in laudem, & adoraverunt & benedixerunt in cœlum eam, quæ prosperavit eis, haccineque cordium gratulatione, facta est lætitia in populis magna valdè. Siccine parta victoria, ex qua orbi Christiano tot plena gaudia. Coronis aureis templum Numinis ornarunt, benedictamque inter mulieres Virginem salutaverunt.

Visa gaudere rosaria cultu.

Idem de *Rosa. Virginis coronâ, victoria de Turcis parta.*

Attrituſque Turca, classe à Virgine summersà, & inutilibus armis; quia nostræ naves pro armis, fulgebant mirè salutationum rosis. Vernaculè: *Adornaron el templo de la Virgen con coronas, formadas de Ave-Marias: y triumpharon del Turco nuestras armas, al verse Maria coronada de rosas.*

11 Deinde. *Ornaverunt coronis, & scutulis.* Non secùs vestis Virginis. *Astitit Regina in scutulatis*: legit Hieronym. ad illud Psalm. 44. 10. *Investitu deaurato.* Coronis & scutulis ornatur; ut clareat quid accipiat & quid rosas offerentibus conferat: igitur quæ in salutationibus accipit dona rosarum, convertit in scuta adversus iacula hostium. Præfati in templo flores, haud veri, sed dumtaxat fuere symbolici. Ita Doctiss. arbitratur Sanctius hìc, *n.*62. ubi: *Coronis & scutulis: ideſt, varijs emblematis & anaglyphicis ornamentis.* Unde etiam Pamphilus Saxus canit:

Psal. 44 10. Hieron.

Salutationum rosariæ, in adversarios scuta.

Sanct.

Vincebant quæ picta rosaria.

Hierogliphica sunt rosæ, ac ex illis coronæ salutationis Angelicæ: scutaque designantur, ubi in encomia Virginis proferuntur; quoniam eius corona in tela & incursus hostium, devotis cordibus validissimum scutum. Dicam appositè cum Delrio in *Hercul. furent.* Senecæ, v.758. *Quidnam opus est, quæ flos florum es, tibi mittere flores?*

Pamphil.

Respondet Virginis pietas: ut in clypeos convertam acceptas rosas: etenim cùm Angelica salutatio sit salutantium protectio; si mille rosæ in corona, millæ clypei pendent ex ea.

Delr.

12 Denique. *Coronis aureis & scutulis & dedicaverunt portas.* Quodnam horum amicabile vinculum, ut simul portæ, coronæ atque scutula nectantur? Summa profectò potestatis ex Angelicæ virtutæ salutationis; qua iterata, quasi ex

rosis

rosis pensilis Virgini efformatur corona, cuius fructus percipiunt in dulcedinem cordis, qui benedictum plaudunt eius fructum sacri ventris; ut videatur in fœminas benedicta, & plena gratiâ, quæ etiam nobis gratiâ plena: coronæque eius nectuntur scuta & portæ; ut homines afficiantur utili salutationis dulcedine: quandoquidem corona Virginis non solùm præstat in iras hostium impenetrabile scutum; sed etiam devotis aperit, pervias constituens, portas ad regna cœlorum. Ut vitam habeant, & abundantiùs habeant, quicumque gratiâ plenam Virginem-Matrem salutant: igitur si clypeus adversus visibiles hostes validior in invisibiles dæmones, à quorum insidijs & devotos insigniter protegit, & ad Numinis thronum apertis portis deducit. Pallas apud Æschyl. in *Eumenid.* v.505. de se dicit:

In visibiles, & in visibiles hostes.

Devotos Virgo ducit in cœlum.

Æschyl.

Deorum sola ego claves domorum scio,
Ubi asservatur fulmen.

Mentitur ficto applausu. Sola Virgo-Mater gaudet huiusmodi privilegio, ut devotos protegat, & in horum hostes irruat, conterens Turcarum copias, navesque rostratas, pro offerentibus mysticè amœnissimas rosas.

——Pallas næ exurere classem
Argivum atque ipsos potuit submergere ponto.

Virgil. d. 1. v. 43.

Hæc in visibiles hostes: fulget etiam & trisulco fulmine in invisibiles; à quibus flammis eripit prædam, & destructis insidijs reconciliat in gratiam.

13 *Potentia Dei* vocatur Maria, *quia fecit illi magna, qui potens est*: ait Marrac. *in Biblioth. Virgin.* Dominoque dicitur. *Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.* Vigilanter Crucius in *Paraphr.*

Psal. 79. 3.

Crucius

Oris coruscans fulminantis lampada,
Ostende te vocantibus.
Tuæ tremendæ signa da potentiæ,
Et nos amicos sospita.

Varietas lectionum delicabit voti arcanum. Titulus Psalmi est: *Pro his qui commutabuntur.* Genebrard. *Commovebuntur pro lilis, contra omnes tyrannos in populum Domini insurgentes.* Maluend. *Super lilia: super rosas.* Carthagena lib. 7. de *Virgin.* Tom. 1. *Homil.* 2. *Pro his qui revertentur victoria super rosas.* Quid intelligendum literaliter, diximus in *Expositione Tautolog.* n. 34. Modò in allegoricum sensum. Potenter dominabatur copijs tyrannus Selin, extendens quotidiè imperium; cupiens etiam Dei populum formidabili classe pati ingum. Turcæ concepto triumpho exultabant & insultabant: Christicolæ dominationem timebant. At Deus suam potentiam excitavit, & ut Turcæ commoverentur, actutùm venit. Unde ergo in victoriam motus? præparatus à Catholicis Virgini rosarum in coronulam fasciculus: apparuitque victoria super rosas, & Christianorum felicitas; quoniam ita per Virginem excitavit potentiam, ut non solùm contulerit salutantibus victoriam, sed commoverit tyrannum, ut eius cum tota classe summergeretur imperium. Nullum aliud auxilium præter Virginem, quam coronis demulcebat, contra tyrannum populus Christianus habuit. Illa vocata atque salutata venit: excitata, ut salvum faceret, est Virginis-Matris potentia: per rosasque insignis parta victoria; etenim dum illi serta huiusmodi offeruntur, sine viribus hostes à devotis removentur: imò suffocantur, summerguntur; ut non appareant, qui servituti nos rostratis navibus mancipare cupiebant. Concinnè Crucius:

Per rosarij flores, Turcarũ confractæ vires

Ara mihi, virtusque mea & anchora vitæ
Undique terribiles quam petiere minæ.
Per te nil metuo, quamvis exterrita montes
In medium videat terra volare fretum.

Crucius

14 Deinde: *Pro his qui commutabuntur testimonium*: subditur. *Qui revertentur victoria super rosas.* Quinam hi? Valent, & florent serta Angelicæ salutationis in insidiatores dæmones; ut constet eius virtus quanta sit, etiam in eos qui convertuntur ad cor. Sunt peccatores, quos captivos dæmon habet, cogitans non esse potentiam quæ de manu tyrannica eruere possit. Moventur, commutantur, revertuntur, sed iacent misera colla (non corda) adhuc sub Satanæ catena. Frangi cupiunt, sed non possunt: & ut confrigant vel gravissimas catenas, his qui revertuntur, victoria præsignatur super rosas; quia nihil efficacius, quàm Virginis corona salutationum, contra vincula, tyrannidem, aque potestatem dæmonum. Invoca, clama, saluta: huiusmodi sertis, quantumvis opprimaris, ceciderunt catenæ de manibus tuis, Virgini.

Ibid.

Et dæmonis artes.

Sagitta curæ est & carmen.

Callimach.

Ut dicit Callimachus in *Hymn. Apollin.* v.44. etenim dæmones fugat, sagittis fauciat, vulneribus occupat, ut rupto vinculo, qui catenati egrediantur ex peccatorum inferno.

15 Verum elucet, quod in Ethnicorum

rum blaterabatur scena. De Semelis anima commenti sunt inter otia, quod in barathrum vel lapsa fuit vel demersa; de quo nos *Ephemer. Isagog. Decembr. n.29.* Ut posset exire, & ad superos remeare Deam Pulchritudinis consuluit filius, cui illa dedit auream divitem coronam, unionibus lappillisque refertam, quorum splendore allucinaretur Cerberum, relicturum iubare pervium ostium, ut tutò Semele tenebras fugiens, superioris luminis frueretur gaudijs: quapropter per Iovem illa splendescens corona fuit collocata inter sidera, atque pro lappillis ad Austrum apprimè tredecim decoravit stellis. Videsis Nonnum in *Dionysiac.* lib. 7. à v. 359-8. à v. 416. &. 25. à v. 116. Unde Ioan. Iovian. Pontan. lib. 3. *Uraniæ*, influxus siccine describit:

Quæ coronæ Australis apud Astronomos

Pontan. *Inde etiam occultus sub pectore pascitur ignis,*
——Et amor nova vincula nectit.

Per sacra rosaria Virginis corriguntur errata superioris ætatis. In Averno corruptelæ morum, sub potestate tenebrarum & dæmonum; iacent plerique, miserrimè mancipati; quippequàm venundati sub peccato, cum morte pactum percusserunt & inferno. Vellent exire vinculis gravati, verùm urgent adamantinæ catenæ. Excitat Deus potentiam, Virgoque venit, ministris barathri rosis ostentans coronam: & pro his qui commuttantur, est corona super rosas; quippe fausti fugiunt tenebras, salvique in lucem evadunt, quoniam iubar coronæ dæmones fugiunt. Conversorum ad cor, laqueus contritus est, & sic liberati sunt: igitur exierunt ex obscuritate tenebrarum, quia ad libertatem per rosas viderant patulum ostium. In cœlo collocatur corona Virginis; in qua stellæ fulgent pro rosis. Signum magnum apparet in cœlo, mulieris imago, & *in capite eius corona stellarum duodecim.* Cœlo figitur corona, quia hàc itur ad astra.

Devotione rosarij peccatores sunt conversi.

Apocal. 12. 1.

Claud. d. v. 274 *Iam tibi molitur stellantia serta Bootes,*
Inque decus Mariæ iam sidera parturit æther.

16 Intelligitur modò, cur victoria super rosas *pro ijs qui commutabuntur*, præfigitur *testimonium.* Testimonium? Utique, ut palàm sit, quid fiat virtute coronæ (ponite corda vestra in virtute eius, ut ennarretis in progenie altera (dum exeunt ex flagitiorum inferno, sacro studentes rosario, igitur alij videntes libertatis testimonium, imitabuntur & studium & obsequium; ut è collo ecutiant graves catenas: in coronaque Virginis præ se fertur victoria super rosas; quippequàm per sacrum salutationum rosarium, qui devoti liberantur à tenebris, & vinculis peccatorum. Ita potiùs quam Tibullus 1. *Eleg.* 3. v. 62. dicere quimus:

Ibid.

Et à dæmonum catenis liberati.

Floret odoratis terra benigna rosis. Tibull.

Scuta, portasque cupiunt encomiastæ Virginis, ex eiusdem coronis; sed obliviscuntur, mysticum sacrum templum decorari dumtaxat *coronis aureis.* Coronæ sunt salutationes Angelicæ, sed non aureæ, ni processerint ex corde. *Voce mea ad Dominum clamavi & exaudivit me*: dicitur in nostra Tantalogia. Potest esse vox sine sono clamoris, verùm non clamor sine voce clamantis. Cur ergo Propheta nectit, quod certocertius in oratione supponit? Ut constet quæ oratio audita, & non exaudita, ubi in angore ad Dominum clamant corda, absente orationis forma, præsente tantùm materiâ; quæ constat ex vocis clamore, corde distante: quam quidem orationem divina non audit auris; quippequàm vel clamando penitùs oratio informis. Perspicuius claret in salutatione Angelica, quæ verbo tenus fit, cogitationis socordiâ; qua quidem est in salutatione clamor vocis, & nequaqàm vox clamantis; quippe qui sic clamando præcatur, clamat; verùm non salutat. Salutat, qui voce & mente inhæret salutationi Mariæ, ut per coronam portas aperiat ad gratiam, & contra iacula hostium, ut bellatrix sit scutum: hicque in precibus clamantis vox auditur, dum rosis Virgo-Mater devotione coronatur; quoniam qui non devotè cum flosculis clamat Virgini, clamat, verùm sinevoce: & exaudri nequit, quod etiam vocem in clamore non habet. Est corona, sed non aurea: & quæ voce & corde non aurea, Virgini non est corona. Allusione in cœlestem præfatam coronam dicemus ex Germanico Cæsare in *Arati Phænomen.* à n. 34.

Ovid.

Pſalm. 3. 5.

Oratio corde fiat etiam quę vocalis.

Quæ Virgini grata & aurea corona?

Cæſ. Germ. *——Miscet tranquilla serenis.*
Dissentit Diva, estque sine honore corona.

17 Argumentum latè expositum hic, tota *Didasc.* 2. Modus etiam à Prophano docetur, 4. *Fastor.* à v. 317.

Summissoque genu, vultus in imagine Divæ
Fixit, & hos dixit crine iacente sonos:
Supplici alma tuæ genitrix fœcunda Deorum
Accipe sub certa conditione præces.
Plurima lecta rosa est: sunt & sine nomine flores.

Ita ritus, aliàs flores, qui in quæstum dati non habent fructus. Mirum est quod à

Virgine-Matre (ut Palacio, & Iosepho Stephano de *Rosario*, cap. 4. placet) dicitur per Siracidem: *Quasi rosa fructificate.* Quid? Licèt rosa, iuxta Anacreontem *Carm.* 5.

Eccl. 39. 17.

Anacr.

Amoribus iurè dicata,
Tota decora & venusta,
Honor decusque florum,
Cœlitum voluptas,
Odorque Divum,
Philtrum Gratiarum,
Amor curaque veris;

Encomia rosæ.

Flos quidem dumtaxàt est. Quinam fructus aderit mero, puroputo flori, ut addictis Virgini dicatur: *Fructificate*? Delicat fructum & actutum. *Florete flores quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam & collaudate canticum.* Fructus horum florum, queis conficitur Virgini sertum, & salutationis collaudatur canticum; sunt in moribus pulchritudo candoris, splendor honestatis, decusque gratiæ, & dramate salutationis Angelicæ, dicatæ Virgini-Matri; cui offeruntur ex corde, tamquàm ex viridario, iusta distincta mysteria, sacra serta variis coloribus picta, odore, decore, & gratiâ, purpureis, aureis, luteisque foliis calycè ex ipso insignita; ut ex fructibus cognoscatur rosarum quanta excellentia; etenim licèt rosa nullum fructum habeat physicè; Virginis rosario addictis, meritò commendetur *fructificate*: habent enim per Virginem morum candorem, cogitationum atque cordium puritatem, gratiam per canticum, contra insidiantes scutum, & post per coronæ flosculos, portam apertam, ut perveniant ad cœlos. Hos fructus in salutatione, & ad salutationem requirit Virgo in corona, uti de cœlesti canit Manil. d. à v. 277.

Vers. 19.

Quinam rosarij fructus?

Manil.

Munditiæ cultusque adsint, artesq; decoræ,
Et lenocinium vitæ, præsensque voluptas,
Virginis hoc anni petunt, floresque coronæ.

Influit enim corona cœlestis amorem, ut ignis pectoris accendatur erga Virginem.

18 Propiùs articulo. *Quasi rosa fructificate.* Ergo fructus abesse potest à rosa: utique, dum incuriòsè Virgini salutatio recitatur Angelica; ex cuius cultu, rituque devoto, animæ provenit tanta fructuum multitudo. Devotione foventur, qui laudatione nascuntur, meditatione, cordis in mysteria mirabilia glorioſæ Virginis-Matris. Quisquis sertum offert perfunctoriè in plausum Virginis, floribus tantùm exiguum utilitatis: & pro salutationis quæstosa solicitudine, salutantibus dicitur, *Fructificate*; quoniam si rosarum serto est tepida salutatio; in labijs profectò est rosa, verùm rosa sine fructu: igitur punctione vagarum inutilium cogitationum, susque deque facit tot in floribus odorem virtutum, candorem morum, divinam gratiam, atque scutum in tutelam: quos quidem fructus ex rosa ad flores haberet, si ritè & rectè coronam Virgini-Matri obtulisset. Hac igitur excellentiâ

In rosario non flos, quando sine fructu est

——*Grata corona data,*
Quam pudor & leges & sua iura sinunt.

Ovid. 3. artic. v. 58. & 68.

Olim maximè in sacris axioma fuit: *Quod facis, fac* Seneca in *Ludo Claudij*, *Fac quod faciendum est*: inquit, & in *Medea*, v. 904. *Hoc age, & faxò.* Idem monendum, colentes Virginis canticum, ut referant ex floribus fructum: etenim qui coronam defes Virgini offert, licèt in obsequium faciat, non facit obsequium; quippequàm deficit vel devoto devotionis studium. Illi videtur sacra amabilis corona, & sunt tantùm verba, labiorum officia, quin dicat aliquid, quia sine mente tantummodò dicit; nec salutet Virginem dignà decoraque laude, quandoquidem dumtaxat salutat ore: & specie devotionis in Deiparæ auxiliatricis servitium, cuncta verba encomiastes profert in ventum, sine fructu, sine emolumento, attrito tempore, sine laude in ipsa laude: quando ritè, voluntaria oris Virgo beneplacita perficeret, & voluntate labiorum invocantem non fraudaret. Sic Virgo præclara, in cuius manibus & labijs gratia diffusa, ad te currentem ad te clamantem, favore

Seneca.

Quo modo in salutatione non salutetur Virgo.

Voti fecisti compotem, numquam præces
Tulisse passa est irritas:

Ab illa muneratur devotio.

Quin vota donis antevertis, circulo
Illum coronas aureo.

Crucius

Videsis plura miranda apud Bonif. Bagat. *Tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. §. 7. *n.* 20. & seqq. Ita ergo non sunt fraudati à desiderio suo, qui victores in Naupacto. Nata est Minerva, & cum illa simul Rosarium (uti dicemus *Tautologia seq. Didasc.* 3. *n.* 15.) ut quæ Virgo decore cataphracta in acie, hostes pungeret spinis, & flores præberet socijs. Elucet egregiè Symbolum in nostrum ex Turcis famigeratum trophæum: igitur quos ex Rosa mystica acceperunt gratis flores; grati texuerunt in coronam bellatricis Virginis, quando in actionem gratiarum, *Ave* canentes in triumphum, hymnis, musicis, & canticis salutarunt gratiâ plenam, & inter mulieres à tota Trinitate benedictam.

Rosarium ortum cum Minerva.

Can-

Candidus interea positis exercitus armis,
Exultat Virginem iuxta: nec signifer ullus,
Nec miles plaviæ flores dispergere ritu
Cessat, purpureoque Ducem perfundere nimbo.
Hæc quoque velati lauro myrtoq; canebant;
Diva parens.

Claud. d. à v. 295

DIDASCALIA. VIII.

Nova Raymundi vexilla, in nova bella.

1 DE commendatione dotium in exercitus regimen, seu augustam imperatoriam dignitatem; dicit Stoicus *Epist.* 90 *Inter homines pro summo est optimus. Animo itaque Rector eligatur: ideoque summa felicitas erat Gentium; in quibus non poterat potentior esse, nisi qui & melior. Hi continebant manus, & infirmiores à validioribus tuebantur. Suadebant, dissuadebantque; & utilia atque inutilia monstrabant. Horum prudentia, ne quid deesset suis, providebat, fortitudo arcebat pericula, beneficentia augebat, ornabatque subiectos. Officium erat imperare, non regnum.* Unde exercitus Imperatori summum encomium, modò in regimine adimpleret officium. Totum huius ministerij momentum collocat Onesicritus lib. 1. *Imperator.* cap. 3. In Ducis *religione, arte, & virtute.* Exemplar totius splendoris habemus, ubi Imperator exponitur Monachus, Abbasque S. Raymundus (à quo institutus militaris, illustrissimus equestris ordo Calatravæ; floruitque, eius prudentiæ regimine) terror Maurorum, fulmen infidelium, usque ad supremum maiestatis fastigium, ex principio levi, hominum opinione; verùm revera cœlesti: igitur constituto Raymundo exercitus Duce, militiam illustrem reddidit religione, arte ac virtute. Adisis Sherlog. Tom. 3. in *Cantic.* Vestigat. 35. Bozium, Tom. 2. de *Signis Eccles.* lib. 19. cap. 1. Gretser. de *Cruc.* Tom. 3. lib. 2. cap. 14. Azor 1. *Instit. moral.* lib. 13. cap. 5. quæst. 3. Petr. Gregor. *Syntagm. lib.* 15. cap. 33. Marian. *Histor. Hisp.* Tom. 1. lib. 11. cap. 6. aliosque plures apud Tamaium, in *Martyrol. Hispan.*

Munia regentis exercitû.

Senec.

Onesicrit.

Raymundus Auctor ordinis militaris Calatravæ.

2 Calatrava ergo expugnata à Sanctio IV. Castellæ Rege, tradita fuit ab illo sub Archiepisc. Toletani ditione, ab hoeque Templariorum inclyto ordini equestri; qui sæpe illam propugnavit a Maurorum invasione. At cùm audisset novos delectus militum ab infidelibus fieri, pro antemuralis recuperatione; excursusque sicut pridem haud meditari, sed expeditionem totis viribus moliri; militia Templariorum (quam Martem vocabant) cogitans, haud pauci numeri esse, quos Mahumetani velitationibus vulneraverant; animum omninò despondit, & Sanctio, ut curaret, præsidium tradidit. Nemo illustrium, primatum & potentium ausus adire periculum. Suo tantùm, cùm socio Raymundus sumpsit (iudicatum, delirare) & cunctorum expectationi, imò non expectationi, plenè respondit: igitur Mauri audito Ducis nomine, fugerunt; & posse latere, ut victoriam iudicarunt: religione enim arte & virtute, Castellum constituit Raymundus inexpugnabile; pace parta, ut unusquisque viveret sub vite & sub ficu sua. *Calatravam à Mauris tuendam de manu Sancti susceptit, ac peritiâ rei militaris mirabiliter pollens, Saracenos fugavit, multasque urbes expugnavit: novo & usque ad ea tempora inaudito exemplo, Monachatui militiam coniunxit, instituitque Ordinem Militarem, in tota Europa celeberrimum. Huius novi ordinis milites, quandiu à prælio abstinebant; admodum observabant victum, vestitum, psalmodiam, contemplationem, opus manuum, silentium vigiliasque; ut nihil minus à Monachis efficerent.* Hoc opus insigne, in oculis nostris mirabile, fecit & perfecit Raymundus auctor, atque *utriusque militiæ cœlestis & terrenæ supremus Ductor.* Toletum ergo reliquit, milites recensuit, & afflatus è cœlo virtute superiore roboravit.

Rexit religione arte & virtute.

Quæ ordinis instituta.

O quibus una salus placuit, mea castra secutis
Indomita cervice mori; componite mentes,
Ad magnum virtutis opus, summosque labores.

Lucan. 9 v. 379.

Vadimus in campos.

3 Quoties Mars esset vulneratus (videsis insaniam usquequaquè apud Homer. in *Iliad.* & Delr. in Senec. *Hercul. Furent.*) vel nolebant adesse aut videri in certamine; finxerunt Ethnici in hominis pectus suum spiritum emittere, ut in pugna videretur tamquàm Numen, quippe ferebat toto in pectore Martem. Iovian. Pontan. 3. *Uran.*

Et deplorati mandarunt Martis habenas:

Pontan

Et gravia ancipitis depoſcit munera Martis:
Addiditque ſocium belli Deus enſifer heroëm

Videbimus vera quæ Græcia mendax audet in hiſtoria. *Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, coæplacuit ſibi in illo anima mea: dedi ſpiritum meum ſuper eum. Dedi te in fœdus populi, in lucem gentium; ut aperires oculos cæcorum, & educeres de concluſione vinctum, & de domo carceris ſedentes in tenebris.* In haccine Didaſcalia teſtimonia ſacra non tam extenſivè exponam; quàm intelligenti per indicem tangam. Bellum ſacrum à Rege & regni proceribus, fidei diſpendio deſeritur: à Raymundo lubenter admittitur. Paratum in periculum, eius rumpebatur zelo cor. In ſilentio clamat: *Ecce ego, mitte me.* Volebat Dominus Sabaoth pugnæ aſsiſtere, ſed non videri. Volebat adſtare in conflictu certaminis, communicatione virtutis; dicitque: *Quem mittam? Et quis ibit nobis?* Seſe offert bello Raymundus. *Ecce ſervus meus, ſuſcipiam eum: electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea*: obtinebit ſanè triumphum, quia ſpiritum meum poſui in pugna ſuper eum. Dux eligendus eſt in huiuſmodi facinus, cui noſter communicandus ſpiritus. Raymundus uti ſervus paratus ad pugnam. Placet, uti electus adipiſcetur victoriam: etenim cadent, vel palantes & pallentes fugient hoſtes; in bellatore videntes infuſum pectori totum ſpiritum Deitatis. Gemebant fideles ſub iugo Mahumetanæ tyrannidis in obſcuris latumijs, ferreis catenis. Servus electus Raymundus datur in populi fœdus; quippe ab illo dependet populi ſalus: etenim educens de domo carceris ſedentes in tenebris, de concluſione vinctos, ad lumen Solis præ obſcuritate cæcos, dicens his qui vincti erant, *Exite*: & his qui in tenebris, *Revelamini* (quippe datus, ut poſsideret terras, & ſuſcitaret hæreditates diſsipatas) victâ ac proſtratâ tyrannide, inſigni conſpicuo debellatore; cognoſcitur ſpiritus Deitatis certaminibus habuiſſe. Ad rem Tit. Calphurn. *Eclog.* 4. à v. 37. Sine te

Iſai. 42. 1.

à v. 6.

Iſai. 6. 8.

Afflatus à cœlo ſe offert periculo.

Quomodò muneri Imperatoris reſpondit?

Calphurn.

Ultima viſuri trucibuſque obnoxia Mauris
Paſcua Geryonis. Ah dolor!
Scilicèt extremo nunc vilis in orbe iacerem:
Per te ſecura ſaturi recubamus in umbra.

4 Cùm opus, quod dedit illi Pater vellet perficere, mundum vincens, Servator N. repulſus à ſuis, dixit illis: *Non me videbitis amodò, donec dicatis: Benedictus qui venit in nomine Domini.* En articulus Raymundi in ſubiugationem Saracenorum à Domino miſsi, cœleſti ſervi electione, Dominoque belli conflictibus aſsiſtenti. Quia hoſtes prævalebant, minimè Proceres præſentiam Numinis iudicabant; quaſi Deus recederit, quùm hoſtis vinceret. In defenſionem Calatravæ tempus inſtabat, ſed proterum quiſque ſe ab auxilio retrahebat. Raymundus ſeſe offert in propugnaculum, ſignans quod à Domino factum eſt iſtud: & quamvis non viſus in propugnatione Dominus, tradiderunt adeſſe certaminibus; quoniam viderunt in zelo atque religione Raymundi, benedictum qui venit in nomine Domini: igitur hoſtium arcum contrivit, arma confregit, ſcutaque igni combuſit, Calatrava inexpugnabili; auferens bella uſque ad finem terræ. Tunc videbitis, licèt non videatis. Videbitis per prodigia, à ſervo meo electo mirabiliter patranda: videar & cognoſcar, ſi populus viderit, qui benedictus in nomine Domini venerit: etenim licèt virtus magna, imperterritum pectus, omneſque bellicæ dotes fulgeant excellenter in Raymundo; nemo poteſt hæc ſigna facere, niſi fuerit Deus cum eo. Venit Raymundus in nomine Domini, miraque fecit adiuvante Numine: equidem ſi infidelis inſtat in certamen, donec Luna (eius inſigne) præ victorijs impleat orbem; inſtat etiam Raymundus, inſtruens religioſa caſtra, donec auferatur Luna.

Matth. 23. 19.

Ad auxilium Calatravæ venit in nomine Domini.

Hector adeſt, ſecumque Deos in prælia ducit.

Ovid. 13. *Met.* fab. 1.

5 Nemo auſus eſt defendere invaſionem Gallorum in templum Delphicum, niſi cives; quamvis innumerabiles eſſent hoſtes, anteactis victorijs maximoperè inſolentes: primò recedentes propter periculum; pòſt pauci, facti pectoribus propugnaculum; manſeruntque invicti, quia viderunt Apollinis nomine, virum de cœlo deſcendere. *Galli ſine reſpectu periculorum* (ait Iuſtin. *Hiſtor.* cap. 24.) *in bellum ruebant: contrà Delphi plus in Deo, quàm in viribus reponentes; cum contemptu hoſtium reſiſtebant. In hoc certamine repentè univerſorum templorum antiſtites cum inſignibus atque infulis in primam pugnantium aciem procurrunt. Adveniſſe Deum clamant; eumque ſe vidiſſe deſilientem in templum per culminis aperta veſtigia. Dum omnes opem Dei ſuppliciter implorant, virum ſupra humanum morem inſignis pulchritudinis, comi-*

Quid de Gallis factum, templum invadentibus Delphicum?

miteſque ei duas armatas virgines, occurriſſe: nec oculis tantùm hæc ſe perſpexiſſe; audiſſe etiam ſtridorem arcus, ac ſtrepitum armorum. Proinde ne cunctarentur Dijs anteſignanis, hoſtem cædere, & victoriæ Deorum ſocios ſe adiungere. Quibus vocibus incenſi, omnes certatim in prælium proſiliunt. Præſentiam Dei & ipſi ſtatim ſenſere: nam & terremotu portio montis abrupta Gallorum ſtravit exercitum, & confertiſſimi cunei non ſine vulneribus hoſtium diſſipati ruëbant. Inſecuta deinde tempeſtas eſt; quæ grandine & frigore, ſaucios ex vulneribus abſumpſit. Cadat deriſa vetuſtas,& recurramus in ſacra: igitur duplici Machabæi trophæo, videtur quod miramur in Raymundo.

2.Mach 11. à 1. 6 Templum Hieroſolymitanum expoliaturum, dandumque in pecuniæ quæſtum, minatus eſt Lyſias procurator Regis, hoſtiſque infeſtiſsimus veræ ac venerandæ religionis. Haud fideles terruit multitudo, igitur in certamine exultatio. *Leonum more impetu irruentes in hoſtes, proſtraverunt undecim millia peditum &* Verſ. 11 *equitum mille ſexcentos: univerſos autem in fugam verterunt; plures autem ex eis vulnerati, nudi evaſerunt.* Unde tanta audacia, & puſillis ac pavidis leonina corda? Verſ. 8. *Apparuit præcedens eos eques in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans.* Unde formido, equite in auxilium deſcendente de cœlo? Quis non ſocius contenderet eſſe tantæ cœleſtis victoriæ? Quidni leones eſſent ad certamen, deſcendentem de cœlo ubi viderunt militem ſimul & Ducem? Pende in obſequium Raymundi; *Apparuit præcedens eos eques in veſte candidâ, armis aureis, haſtam vibrans.* In veſte, atque veſte candida? Armati non videntur veſtimenta. Sunt inſignia militiæ Raymundi, & arma & habitus Monachi: arma militis, & veſtis candida Monachi Ciſtercienſis: Commilitoneſque in hoſtes leonum imitantur robur atque virtutem; videntes equitem Monachum uti Ducem præcedentem.

Imago Raymundi, equitis ſpecie

Bellifer invictis quòd Mars illic ſævit in armis
Non ſatis eſt.

Martial *Spectac.* Epigr. 6

Eadem ſigna indicantur à Sponſa. *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.* Vatabl. *Vexillatus.* Maluend. *Signifer in decem millibus.* Hebr. *Sub ſignis habens exercitus decem millium.* Signifer Raymundus, in millibus vexillatus, & in Ducem exercitus meritò electus. Candidus habitu; ruber, militiæ inſtituto. Candidus in choro, rubens in prælio. Candidus intra claſtra, rubicundus, duce tubâ. Candidus conditione, rubicundus in certamine, dum fulget ordinis gladius, & ille eques ſignifer in decem millibus: igitur candorem in fidei catholicæ veros alumnos; atque gladium demonſtrat in Saracenos. Venant. Fortunat. de *Partu Virgin.* v. 168. accinit:

Cant 5. 10. Vatabl. *Cur plus ſit candidus & rubicundus*

Pulcher, ſanguineus, candidus, atque ruber. Venant. Ezech. 21.28.
O mucro, mucro, evagina te ad occidendum: lima te, ut interficias & fulgeas.

Dum infideles occidit, gladius ſanguine fulget: cuius fulgor rubicundus ita hoſtes terret propter comitem victoriam; ut vel armatis non ſit virtus niſi in fugam.

7 In Machabæum habebat Timotheus centum viginti millia peditum, equitumque duo millia quingentos. Quid virtute tantà formidabilis exercitus? In claſsicum nulla virtus. *Cognito Iudæ adventu, præmiſit reliquum apparatum in præſidium: cùmque cohors Iudæ prima apparuiſſet; timor hoſtibus incuſſus eſt, ex præſentia Dei, & in fugam verſi ſunt, alius ab alio, ita ut magis à ſuis deijcerentur, & gladiorum ſuorum ictibus debilitarentur.* Haud hoſtes venerunt decertare, ſed fugere. Iudæ adventus divulgatà famâ, diſparuit tota exercitus procella: in fugaque collocatus eſt triumphus; priuſquàm pro palma educeretur gladius. *Timor hoſtibus incuſſus eſt ex præſentia Dei.* Nullum ſignum, ut aliàs, de cœlo datum: unde ergo Dei præſentiæ conſtat ſignum? Ex Duce in certamen electo, orta eſt formido: quo cognito, locus tantùm datur fugæ; quippequàm hoſtes præviderant, Numen in ipſo præliari. Non ſecùs accidit, ubi tutelam arcis Calatravæ recuſantibus Magnatibus, electus eſt anteſignanus Raymundus. Commotis Mahumetanis, ſiluit terra à facie eius: & deſcripto milite? & congregatâ in expugnationem multitudine? Mauri deſponderunt animum, Ducem videntes Raymundum: nec auſi quicquam in præparatam apparatu expeditionem; quia prænoſcebant, pro illo & in illo certaturum Numen.

2.Mach 12 à 21

Cedebat illi triũphus, antequàm educeretur gladius.

Deus in illo pugnabat.

—*Fugiet Maurus, cùm viderit umbram.*
Quis tale removit Præſidium terris?

Claud. *Gildon.* v. 338.

8 Hinc ab illo inſtituta religio militaris, cuius inſigne rubicundus enſis, ex cuius motu ubilibèt cadit hoſtis. Ioſue dicitur in ſignum victoriæ, *Leva clypeum, qui in manu tua eſt contra urbem Hai; quoniam tibi tradam eam.* Clypeum vocat Sirachus *Rhomphæam*: alij legunt: *Leva lan-*

Ioſue, 8 18. Eccli. 46.3.

lanceam, *leva vexillum*, *leva scutum*: denique Alapid. *Crucem.* Fulget militare stemma, in Monastica equestri regulari disciplina: igitur in elevata à Raymundo cruce (rubrâ rhomphæa) fides habet vexillum, fideles scutum, Maurus in viscera telum, & tota religio clypeum. *Circumdabo domum meam* (dicit Dominus restauratâ religione, & excussâ servitute) *ex his qui militant mihi euntes & revertentes; & non transibit super eos ultrà exactor*: igitur exactores formidine recedent, novâ militiâ religione vallatâ; cùm viderint loricatos milites per arva euntes & revertentes, interceptis excursionibus, captis capientibus. Sapient damno, sibique parcent consilio: etenim quibus opus per aliena grassari, nec audebunt pertransire. Describit Maro per ludum huius sacræ militiæ plausibile ministerium. Ita ergo succinit, 5. *Æneid.* à v. 580.

Ex eius cruce elevata, quanta commoda!

Zachar. 8. 9.

Compescuit Saracenorum insolentiam.

Illi discurrëre pares, atque agmina terni
Diductus solvëre choris: rursusque vocati
Convertëre vias, infestaque tela tulere.
Inde altos ineunt cursus, aliosque recursus
Adversis spatijs, alternisque orbibus orbes
Impediunt, pugnæque cient.

Virgil.

9 Ne mireris crucem dici clypeum, cuius elevatio sit Saracenorum exterminium, ac ex certamine atque victoria trophæum. *Victorias adoratis* (ait Tertull. *Apologet.* cap. 16.) *cùm in trophæis, cruces intestina sunt trophæorum.* Idem Pamel. hìc & Minut. Felix in *Octavio.* Hinc ut refert Hubert. Goltz in *Fastis* cum Labaro (velo scilicèt brevi, pendente à cruce, ornatâ scutis) picti iacentes, ligatis post terga manibus, duo barbari captivi, proiectis pharetris, fractisque sagittis; cum lemmate: *Partâ Arabiâ*: *Spes publica.* Nobis coram oculis exponitur quisnam clypeus in victoriam à novo Iosue elevatur. Vexillum fidei est, in trophæum inclyta crux, fidelibus in militia clypeus, Saracenis ruber gladius, cum splendore fusi sanguinis, vacuis pharetris, ac sine ferro sagittis: igitur Raymundo Duce, novâ Monasticâ militari ac equestri religione, non solùm parta de Saracenis victoria, sed redacta in subiectionem Arabia; ut simul victis hostibus, cum gladio crucis vexillum, erigeretur à militibus Monachis in singulare trophæum. Monachi milites? Utique, in fidei certamine. Habebant iam elevatum scutum; quia non Raymundus venit, pacem mittere sed gladium. *Sanctificate bellum, concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: Quia fortis ego sum. Erumpite. Præparate scutum & clypeum, & præcedite ad bellum: iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.* Nova exponitur militia: transeunt enim Monachi de claustro in castra. Falces conflantur in enses. Ovid. 1. *Fastor.* à v. 699.

Et singulare insti tutum.

Ioel, 3. à 9.

Ierem. 46. à 3.

Sarcula cessabant, versique in pila ligones,
Factaque de rastri pondere cassis erat.

10 De Iuda Machabæo, religionis propugnaculo, Achilleque vero; dixit religionis hostis, sub fictæ velamine pacis: *Asidæi, quibus præest Iudas Machabæus, bella nutriunt.* Cupiebat Alcimus (perfidè ut posset sine obstaculo sanctam subiugare terram) sacris addictos nullam habere militiam. Ut clareat textus, facemque accipiat præsens articulus (quamvis ex professo in *Ephemerid. 6. Novembris*, à n. 6.) operæ pretium erit in hæc nova religionis castra; dicere quænam & qualis Asidæorum militia. De illa dicitur: *Synagoga Asidæorum, fortis viribus ex Israël.* Si Israël, idest, videns Deum ob contemplationis sublimitatem; congruit SS. Benedicto, videnti in hac vita Creatorem. Hac enim de causa, *Regul.* S. cap. 2. dicit, hoc esse Monachorum opus; *& sub uno Domino, æqualem servitutis militiam baiulamus.* Ita sub illo meremus, & hostes vincimus. Non mirum, quòd Raymundus studeret equestri religioni, sub disciplina militari Benedicti. *Asidæi* (ait Doctiss. Sanctius, hìc, à *n. 39.*) *nobiles & religiosi milites, addicti templi custodiæ, aut sacræ militiæ; ita ut etiam non vocati arma capere debeant, & rem sacram, aut publicam tueri: quales sunt nostrâ ætate militares ordines; qui pro sui instituti ratione, pro religione præliari tenentur.* Astipulatur Alapide. *Asidæos* (refert) *fuisse milites belli sacri: qui scilicèt pro lege & Synagoga nomen dabant militiæ; quales postea fuerunt Milites templi, ac nunc sunt Ordines Militares Equitum; qui pro Ecclesia Dei, contra Turcas, Saracenos & hæreticos generosè depugnant.* Addit Ioann. Saubert. de *Sacerdotio Hebreor.* p. 1. cap. 19. *In exercitio religionis ardentissimum præ se tulere zelum, & à cæteris arctiori disciplinæ vinculo discreparunt.* Petr. Cunæus, 1. de *Republ. Hebr.* cap. 7. Sanctissimum dicit collegium Asidæorum, à Prophetis originem ducens.

2. Mach 14. 6.

1. Mach 2. 42.

Sub regula Benedicti.

S. Benedict.

Quinam Asidæi

Sanct.

Alapid.

Saubert.

11 Placet nobis, quod loco cit. arrisit, scilicèt *Asidæos* vocatos, post captivitatem Babylonicam, & *Essenos*; qui pridem

dem *Cinæi* sive *Rechabitæ* dicti: ex hisque composítam Asidæorum huiusmodi militiam sacram: quem quidem ordinem grati instituerunt, eò quòd abducti a Nabuzardan; ut exierunt, tota Rechabitarum congregatio, cùm Ieremia & Baruch liberè in propria, dimissa: de quo d. 12. *Iul. n.* 10. Hi enim ritus priscos observantes, Monachorum adinstar (ut inquit Hieronym. *Epist.* 13.) albis usi vestibus (uti observat Menoch. de *Hebr. republ.* 3. cap. 16. à quæst. 3. n. 6. & Serar. in *Tribæres.* lib. 3. cap. 14.) divinis laudibus addicti pro tot beneficijs erecto templo, in eius custodiam instituerunt militiam. *Fuisse huiusmodi homines* (infit Serar. in 2. *Mach.* 14.) *à cætero Iudæorum populo institituto & nomine distinctos: societate verò inter se sancta & religiosa devinctos.* Hi ergo post Mathathiæ fatum super se constituerunt Principem Iudam: unde ut vidimus intelligitur: *Asidæi, quibus præest Iudas Machabeus.* Principia ordinis, nostræ proposito Didascaliæ ad unguem quadrant. *Canentes atque resonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore* (nomen proprium, *Hemath*) *patris domus Rechab.* Patet ordinis speculum, & novi instituti officium: etenim novum, quod modò uti milites morarentur in tabernaculis, qui pridem canentes & resonantes in Monasterijs. Haud novo instituto militum, deficiebant à Munere Monachorum: igitur si instabant in fidei auxilium prælia; galeis currebant ad castra: cæterùm post victos hostes, ad monasteria canentes & resonantes.

An ex Essenis & Rechabitis.

Serar.

1. Paral. 2. 55.

Undemirificus ordo institutus, à Raymundo?

12 Exprimit tetus sacer. Ad Mathathiam sacerdotem, ut posset defendere fidem; *congregata est Synagoga Asidæorum & omnis voluntarius in lege. Illi dicuntur in lege voluntarij, quos instituti ratio non cogebat pro lege & religione dimicare*: subdit Sanctius d. n. 43. Erant cuncti sub lege ad observantiam, at non omnes in militiam. Asidæi & Monachorum habebant institutum, & simul prælium. Utriusque militiæ florebant equites: milites in claustris, & Monachi bellatores, nova instituti professione, & diversæ militiæ societate; etenim extra claustra milites galeati & loricati pro Ecclesia; & ad Dei laudes, candida veste Monachi revertebantur in claustra. Pro tempore duplici utebantur munere contento miro ordine in professione. Cassis ferrea atque gladius in prælio; cuculla laudisque cantus in choro: quin ullus indueretur arma bellica, nisi exirent in certamina. Eluxit ubi post patris fatum, Machabæus electus in caput Asidæorum. *Surrexit Iudas, filius eius pro eo: & adiuvabant eum omnes fratres eius, & præliabantur prælium Israël cum lætitia: & dilatavit gloriam populo suo, & induit se loricam sicut gigas; & succinxit se arma bellica sua in prælijs.* Sat ergo: *In prælijs* Quorsùm ergo si non in prælia, arma bellica corpori aptanda? Habebat duplex munus. Erat militiæ Dux, Summusque Sacerdos: uti Pontifex ius erat addici sacris: uti Strategus accurrere prælijs: & modò religioni, & modò pro religione certamini: modò sacris, modò castris pro necessitate, opportunitate temporis: & tantummodò ad pugnam arma bellica illi dicuntur succincta; quippe ni occasio certaminis, non sumebat religiosus arma militis.

1. Mach 3. 1.

Extra prælia, nec vesta arma.

Monachi galeati, & milites Monachi.

13 Haud aliter in exemplum docebat commilitones Raymundus, totius sacræ militiæ præpositus; ut ijdem ipsi, sed aliter essent in tentorijs, quàm in Monasterij septis. In cellulis armis spiritualibus intendentes religionis cultui: in tabernaculis pugnaces pro religione, tubà, & armis strepentes: dum in choro ut religiosi canentes, & resonantes. Pridem inermes sub Benedicti disciplina Monastica: pòst etiam (quin hæc abiecta) solicitudine ad arma. Antea ut se, in se pugnantes, religione vincerent, & aëreas potestates: militia instituta, ut simul decertarent contra religionis hostes: fieretque equestris inclytus novus ordo; quùm utriusque militiæ arma mirè sociarer una religio. Dixi loc. citat. *Ephemer.* Asidæos non fuisse ex Essenis; quia Philo de *Instit.* illorum, ait: *Nemo tela, gladios, galeas, Thoraces, scuta fabricat: nec machinas, nec alius quicquam bello utile.* Ita prorsùm vitam agebant Monasticam, solitariam, religiosam; quousque pro religione adscripti sunt in militiam, dictam *Asidæorum* (in templi legisque inexpugnabile militibus propugnaculum) cuius caput erat Iudas; qui gladio suo tot mirabiles obtinuis gloriosissimas victorias: quando quidem ni inirent pro fide pugnam; revertebantur è castris in sacri templi custodiam. Notare operæ prætium est, quod opportunè in Raymundi institutum tempore pacis, & pro cautione proditionis hostilis, refert Cunæus de duplici custodia templi ex Rambam, seu R. Moyse Maimonide in *Halacha Beth Habbechira*, cap. 4. scilicèt

In claustris se, in castris hostes vincebat.

Phil.

à Levitis Asidæis & sacerdotibus excubias nocturnas actas vigilanter ; & ut in hostes grassatoresve esset solicita cura ; & ut honos religioni adhiberetur vel intra septa. *Leges autem præscriptæ eiusmodi fuere* (infit) *ut Sacerdotes intùs , Levitæ foris custodirent. Levita tota nocte per vigilabant: at sacerdotibus somnum capere , haud nefas fuit. Non culcitræ tamen , non tomenta mollem requiem illis fecerunt : dormiendum humi in solo erat.* Hoc officium & exercitium militiæ equestris Raymundi tempore pacis: igitur Ducis & militum post commissam pugnam , partamque victoriam ; exacta vita ad Benedicti regulam. Hinc panis brevis , subcineritius , communis , erat gladius huius Gedeonis. *Panis ex hordeo volvi , & in castra Madian descendere : cùmque perveniſſet ad tabernaculum , percussit illud atque subvertit.* Fractis enim prius , vasis terreis , corporibus (quia Thesaurum habebant in vasis fictilibus (& flagellis & cilicijs , splendore lampadum magnarum virtutum , in castrisque clangore tubarum; inimicis agminibus formidabiles , malè multatos externebant hostes. Claudian. 1. de *Laud. Stilic.* v. 368.

Petr. Cũ

Quomodo vigiliæ intra, & extra claustra?

Iudic. 7 à 13.

Claud.

Uenturus Dux maior erat ? Victoria clarior
Nulla, aut hominum votis optatior unquam
Contigit.

Achilis scutum, Pausan.

14 In scuto (eius magis commendabile insigne) *Chorum* (ideſt , Musas) *in Achillis clypeo à Vulcano fabricato* ; refert Pausan. *cap.* 250. Sic in pugnam Raymundi validus clypeus , chorus.

Virg. 6. Æneid. v. 89.

Alius iam partus Achilles.

Equidem hostium debellabat exercitum per phalanges orationum ; possidens amissas à Catholicis terras per orationis arcus & sagittas. Dedit Castellæ Regi Sancio (dum redit Toletum , eius Regiam implens gaudio) quod Iacobus liberaliter tribuit Iosepho : *Do tibi partem unam extra fratres tuos , quàm tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Quibusdam ? *Oratione & precibus* : Chald. & Aben Esra. Cùm ille affuisset , terram , quæ empta ab illo (ut dicitur ibid. *cap.* 33. 19.) iure belli occupaverant Amorrhæi : oratioque præmittitur , dum malæ fidei possessores adoritur; quoniam precibus ad cœlum arma validiora in pugnam , ad restaurandam armis terram amissam : quam quidem non ita citò miles recuperaret , ni Dux in Numen orationem præmitteret. Hinc David inauguratus ad regnum , solicitavit (uti exercitus virtutem atque robur firmissimum) *ut docerent filios Iuda arcum.* Alij , apud Maluend. *Ut docerent carmen , canticum.* Cantici situs est Chorus : ad prælium verò necessarius est arcus: nectunturque arcus & carmen ; ut constet unde arma validiorem in triumphum habeant virtutem : equidem arcus plus prævalent in prælio & certaminis classico; quò carmina & laudes multiplicantur in choro. Septuagint. *Ut docerent milites Iuda lamentum.* Cadet profectò ad votum in sinum laurea ; ubi sic Ducis ac militis corda religiosè dispositа. Si peccata lamentatur miles : si Dux victoriam postulat in certamine orationis : lamentum , canticum prælium que conciliantur in unum ; ut videant pugnantes , unde erigitur trophæum : igitur infallibilis victoria, quamvis futilia sunt arma ; ubi Dux certamen præmittit in oratione, & milites ad pugnam egrediuntur sine crimine. Faciliùs percutiuntur in cladem pectora hostium ; si cor Numinis prius ictum pœnitudine ac præcibus decertantium.

2. Reg. 18.

Septua.

Quænam arma in militia validiora.

15 Patuit in victoria singulari Machabæi. *Apparuit in campo eum tribus millibus virorum tantùm , qui tegumenta* (ideſt , scuta) *& gladios non habebant.* Sine armis offensivis , nec defensivis occurrunt hosti. Qua ergo virtute ? Undè præsidium ? Dixit Dux *Clamemus in cœlum.* Voces laudis constraverunt hostes: intermesque dumtaxat clamore in cœlum, nacti sunt triumphum & gladium. Gladium? Utique. Hostes *omnes ceciderunt in gladio.* Gladio sanequam virtutis , descendentes in certamen lanceis sagittis atque telis orationis: etenim si ex virtute militantium virtus armorum ; Iudas Dux qui ita processit , exivit vincens , ut vinceret. Oratio Bellona est ; etsi aliò , articulo respondet Virgil. 8. *Æneid.* v. 534.

1. Mach. 4. 6.

Vers. 10

Vers. 15. *Militiæ missoriæ ex oratione Raymundi.*

Hoc signum cecinit missuram Diva creatrix,
Si bellum ingrueret , vulcaniaque arma
per auras
Laturam auxilio.

Virgil.

Intelligitur modò & methodus Machabæi, seriesque Raymundi ; priusquam appropinquarent certamini. *Succinxit se arma bellica sua in prælijs.* Vidimus , *n.* 12. In prælia sumuntur bellica prorsùs arma: cur igitur dicuntur *Arma sua* ? Quia antequàm milites insereret prælijs , cingebatur suis armis. *Ieiunaverun in die illa , & induerunt se cilicijs* : hæcque Ducis dicuntur arma propria , antequàm prælijs religionis zelo indueret arma ; quoniam nulla potiora ad obtinendam victoriam , quàm

Ubi supr.

Ibid. v. 47.

In choro carmen. sunt arma in hostem.

ora-

oratio ex puro corde, ieiunium & pœnitentia. Lupus Saracenus sæviebat in catholicum gregem, & provocans in certamen.

Induere arma viros, violentaque sumere tela,
Rex iubet iratus; cum quis simul ipse parabat
Ovid. 11. Metam. fabul. 9. *Ire. Mora damnosa est, nec res dubitare remittit:*
Dum supereſt aliquid cuncti coeamus ad arma:
Arma capeſſamus, coniunctaque tela feremus.

Atque vitæ aſperitate. Quid ad hæccine Raymundus? Victoriam despondet animus? Nullo modo: nequit esse in prævalentia formido.

Non placet arma mihi contra nova monſtra movere:
Id. ibid. *Prius Numen adorandum est :::. indicat illuc*
Iam non esse lupum: iam non debere timeri.

Hæc Raymundi arma ad arma sumenda. Quid videtis in Sunamite, *niſi choros caſtrorum?* Mariana vertit hìc metricè;

Cant. 7. 1. Marian *Tota est muſica grata, sed virilis.*

Magna est exercitus fortitudo, si acies instruuntur in choro: igitur in laudes Domini exercituum, dum prius efformatur mulica; terribilis ante pugnam, ut castrorum acies ordinata: hostilem proculdubiò subiugavit exercitum, qui a Raymundo formatur chorus castrorum.

16 Denuò objicitur admirationi, quod contigit Iosaphat, in illum hostium multitudine irruente. Milites auditâ inimicorum expeditione conscripserat, exercitum validissimum habebat, victoriam optabat: quam ut faustè adipisci posset; *ſtatuit cantores Domini, ut laudarent eum* 2. Paral 20. 21. *in turmis ſuis, & antecederent exercitum voce conſonâ.* Cantores milites, & in exercitus fronte? Quid musica Marti? Vires hostium planè invalidæ: arma næ supervacua, ubi consternuntur voce: minimèque post illos ducitur exercitus in pugnam, sed in opimam, locupletem prædam. Carmen sæpe præparatur, ut victoria reportata ex hostibus celebretur: hìcque Dux cantores præmittit, & ante classicum triumphum tamquàm partum, celebravit; quippe armorum cunctorum habent virtutem, qui milites è choro progrediuntur in certamen. *Dux prædicavit ieiunium, congregatuſque eſt Iudas ad* V. 3. & 4. *deprecandum Dominum.* Ex choro & ieiunium & oratio? Cantores ergo interserantur pro triumpho: etenim ita secura victoria, ut ante certamen possint dicere epinicia. Hic ordo militandi è cœlo discitur. Salvator igitur nascitur; & *ſubitò facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cœleſtis laudantium Deum.* Militia ut armis decertet: & hic ut vocibus suaviter cantet, quoniam si è choro egrediuntur milites, erit militia cœlestis. Præmittuntur meditatò musici, pro victoria subsequente; ex qua triumphus, militibus exultantibus: equidem uti cœlestes, ante conflictum & pugnam, iam decantabant gloriosissimam victoriam. Haud secùs visum dum Raymundus Calatravam pervenit. Ex choro militiam disposuit: milites ad illum accedentes novo ordini habitu militiæ adscripsit: sed militiæ cœlesti; quippe vel hostes, Duce viso, etiam studuerunt paci. Dicam ex Claudiano de 4. *Conſul. Honor.* à v. 483.

Obvia quid mirum vinci, cùm barbara ultrò
Iam cupiat ſervire tibi?
Ut fortes in Marte viros, animisque paratos;
Sic iuſtos in pace legis longumque tueris
Electos, crebris nec ſuccedentibus urges
Iudicibus, notis regimur, fruimurque quietis,
Militiæque bonis.

Luc. 2. 13. *Unde Raymundi militia cœleſtis.*

Claudian.

17 Benedictionem tribus nobilissimæ Iuda, in belli progressus; nactus est felicitatè atque virtute Raymundus. Ita Moyses optativè plaudit. *Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum ſuum introduc eum.* Deut. 33. 7. Senſum delicat Chald. *Suſcipe orationem Iudæ, cùm egreſſus fuerit ad bellum.* Chald. Armorum directionem petit, auxiliareque iuvamen, armaque eius dicit vocem; eò quòd priusquàm misceretur certamini, propter victoriam intendebat orationi. *Ad populum ſuum introduc.* Si introducitur, nec dùm ut proprius habetur: suamque terram vocat, quam non possederat; quia quam obtenturus armis, armis iam possederat orationis: equidem ad arma in prælio capienda, fortiora prorsùm orationis arma. Astruit nostra Tautologia. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Psalm. 3. Voce vel gladio, oppressus ab hoste? Voce & gladio in arctiore conflictu: igitur victoriam de hostibus non obtinuisset; ni pro victoria pugnans ante classicum clamasset. In militia est clamor certaminis & vox cordis. Utrumque tenet Raymundus, dum ab illo feliciter minatur exercitus, ex quo utriusque militiæ splendor: voxque exprimitur singillatim & clamor; quia ex orationis voce, atque flammato pectore,

Præventa oratio ex carminibus in choro.

Reſtauravit ordine novæ militiæ, quæ amiſerat Rex Caſtellæ.

audiebatur in Regia clamor victoriæ. Eius vocem Dominus exaudivit, & in locum suum feliciter introduxit. In loca scilicet pridem catholicorum propria, quæ tyrannicè occupaverat Mahumetana secta: propriaque meritò dixit; quippe oratione & clamore terram usurpatam restauravit.

1.Mach 3.1. 2.Mach 15.16. 18 Siccine hyperaspistes noster novâ militia, *gladioque suo protegebat castra.* Erat è cœlo traditus *gladius*, non ferreus, sed *aureus*: *gladius sanctus*, *à Deo munus*; insigne ac stemma novi ordinis, quo Monachi milites in acie; & intra claustra qui milites, Monachi: cùm Raymundus Sacerdotes & Levitas constituisset adinstar Ezechiæ, qui *canerent in portis castrorum Domini. Nova bella elegit Dominus*, ideoque à Raymundo electa nova militia. 2.Paral. 31.2 Iudic.5. 8. 4.Reg. 2.12. Erat enim *currus Israël & auriga eius.* Abulens. hìc, *quæst.* 20. *Et militia eius.* Evaginabatur gladius ferreus in hostes decertantes: aureus fulgebat ad milites, ardentissimo zelo religionis. Sicut olim in cœlo pro militante Ecclesia; *Signum magnum* apparuit, habitavitque gloria in terra nostra, novâ à Raymundo institutâ militiâ: etenim Luna quæ exaltaverat caput in Calatravæ confinibus; ordine militari surgente, visa sub pedibus. Nolite sacerrimi Mahumetani exaltare cornu: minuitur enim gloria Lunæ defectu, virtute novorum militum, igitur gladij ancipites in manibus eorum. Cùm audieritis prælia, ò catholici! nolite terreri, Raymundo Duce, & huius equestri militari ordine.

A Deo munus eius gladius. Apoc. 12.1.

——— *Uno tot prælia vincite bello,*
Hispanum reparate decus, molemque labantis
Imperij fulcite humeris: hæc omnia campus
Vindicat: hæc mundo pacem victoria sancit.

Claudiâ de bell. Getic. à v.570.



TAU-

TAUTOLOGIA QUARTA.

LÆTIFICABIS EUM IN GAUDIO CUM vultu tuo. Psalm. 20. v. 7.

EXPOSITIO LITTERÆ.

[E] *DE gaudio dicendum est, ut discamus gaudere. Gaudemus, sed quid sit gaudium nescimus:* ait Sisbarienſ. de *Nugis Curial.* Igitur in mundo flendus est risus, vel ridendus est fletus. *Heraclitus quoties prodierat, & tantum circa se malè viventium, imò malè pereuntium viderat; flebat, miserabatur omnium, qui sibi læti feliceſque occurrebant, miti animo, sed nimis imbecilli, & ipse inter deplorandos erat. Democritum contra* (ait Senec. 2. de *Ira*, cap. 10.) *numquàm sine risu in publico fuisse: adeò nihil illi videbatur serium eorum quæ seriò gerebantur. Aut ridenda omnia, aut flenda sunt.*

Fletus & risus mundi universus ordo. Senec.

Omnia enim stolidi magis admirantur, amantque
Inversis quæ sub verbis latitantia cernunt:
Veraque constituunt, quæ bellè tangere possunt
Aureis, & lepido quæ sunt fucata sonore.

Lucret.

Accinit Lucret. 1. de *Rerum natur.* à v. 526. Sunt vana mentis gaudia, vocumque lubdibria, quippe lubidinem proritant dumtaxàt nomina. Nomina magna fuge, ne cogaris amplexari pœnitentiam; siquidem in gaudio invenies solummodò magni nominis umbram. Fuge: quia ut inquit Iuvenal. *Satyr.* 10. v. 31.

Facilis cuilibet rigidi censura cachinni.

Iuvenal.

Hæc vox ridenda in gaudio, quo vox tantùm invenitur; ut qui gloriatur, in domino gaudibundus glorietur. Ergo transeamus didascalicum, in litteræ sensum.

2 Argumentum huiusce Tautologiæ sacras æquè ac profanas paginas implet: pro cuius delicatione sciendum est, inter alia dari in homine potentiam appetitivam, seu inclinationem in commodum, per sensum apprehensum: quæ quidem dividitur in Concupiscibilem & irascibilem. Concupiscibilis patet, quia anima simpliciter propendet in sibi convenientia, cum nocuorum iuxta sensum fuga. Irascibilis, contra obices in cupita, vel in inferentes nocumenta. *Hæ autem duæ inclinationes* (infit D. Thom. 1. p. q. 81. art. 2.) *non reducuntur in unum principium; quia interdum anima tristibus se ingerit, contra inclinationem concupiscibilis, ut secundum inclinationem irascibilis impugnet contraria. Unde etiam passiones irascibilis repugnare videntur passionibus concupiscibilis.* Ingeniosè ac propriè dicitur, *Videntur passiones unius alterius passionibus repugnare*: equidem dum tristibus ingeritur anima contra inclinationem concupiscibilis; potiora bona appetit, quæ tristibus obtinet; resisteretque per irascibilem, ni incommoda verè arbitraretur gaudia, gloriamque summam subeunda tormenta. Hinc Paulus: *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* 2. Cor. 6. 10. *Superabundo gaudio in omni tribulatione.* 7. 4. *Gaudeo in passionibus.* Coloss. 1. 24. & Apostolorum Princeps, Epist. 1. 4. 13. *Communicantes Christi passionibus gaudete.* Salust. de Sertorio apud Aul. Gell. lib. 2. *Noct. Atticar.* cap. 27. *Ille* (inquit) *dehonestamento corporis lætabatur.* Quid filij, si ita servi? Cur martyres de vulnere non gaudebunt; si Ethnici hoc faciunt? Dicam ex Seneca *Epist.* 23. *Disce gaudere.*

In homine datur potentia concupiscibilis & irascibilis.

D. Thom.

Cur in Martyribus dolor dulcedine dulcior? Salust.

3 Appetitus ergo irascibilis habet quinque motus, seu passiones: spem scilicèt (de qua ex professo *Tautolog. seq.*) desperationem, timorem, audaciam & iram. Versatur enim circa bonum arduum, & malum propellendum. Si bonum apprehenditur ut possibile, estò difficile obtentu; *Spes* in pectore nascitur: si impossibile, *desperatio* oritur. Si discrimina ad boni optati possessionem sint gravia, cæterùm superabilia; *Audacia* prodit (propter bonum futurum, malum præsens cor infractum non horrescit) pericu-

Passiones Irascibilis.

la verò ſi maiora viribus, gignitur *Timor*. Denique ſi urgent mala, fruſtrantur vota; oritur *ira*, quæ appetitus vindictæ adverſum impedientem bonum, & inferentem contra vota nocumentum. Paſsiones etiam habet Concupiſcibilis, ſcilicèt, Amorem, Odium, Deſiderium, Fugam, Gaudium & Triſtitiam. Verſatur igitur appetitus Concupiſcibilis circa bonum delectabile, & malum oppoſitum: unde ex variatione apprehenſionis ſeu reſpectus, manant in concupiſcibili huiuſmodi paſsiones, & animi motus.

Et Concupiſcibilis. Si bonum delectabile apprehenditur ut conveniens; naſcitur *Amor*: ſi uti nocens; iam non bonum, ſed malum, unde naſcitur *Odium*. Si autem bonum & malum apprehendantur uti abſentia; oritur boni *Deſiderium*, & mali *Fuga*: cæterùm ſi præſentia, erumpit *Gaudium* de bono, atque *Triſtitia* de malo: triſtitia, qua cor comprimitur; & gaudium quo dilatatur. *Gaudere dicitur* (ait Plutarch. 8. *Sympoſ.* cap. 10.) *quaſi diffundi*. Plaut. in *Trucul.* Act. 4. ſcen. 1. v. 3. *Ego lætus ſum, & lætitiâ differor*. Hinc lachrymæ ex utraque affectione.

4 Lachrymas ex gaudio inficiatur Ioannes Spondanus ad illud Homeri 4. *Odyſ.* verſ. 520.

Homer. *Gaudens ipſe oſculabatur patriam terram:*
Ab ipſo lachrymæ frequentes effundebantur.

Ratio ſumitur ex eo, quòd proſperitas, maximè inopina, eſt conſolatio mœrenti: unde cùm nonnumquàm ex triſtitia oriantur lachrymæ; tunc fletus haud ex felicitate adveniente, ſed ex mali, quantumvis perpulſi, connotatione. *Gaudium mentis pavidæ lachrymas habet*: inquit Petron. in *Carmin.* 11. v. 17. *Iam dulces lachrymæ*: Statius, 2. *Silvar.* 7. v. 134. quia, ut accinit Q. Calab. *lib.* 2. v. 947. *habent luctum gaudio miſtum*. Hac de cauſa Ageſilaus Spartæ Rex & Ephori effusè lachrymati ſunt, audita victoriâ Archidami de Meſſenis, ut refert Xenophon de *Geſt. Græcor.* lib. 7. Haud cogitarunt Imperatoris triumphum, ſed periculum. *Tunc quidem* (ſubdit) *exprimi lachrymas arbitror non ſolùm propter lætitiam recuperatæ patriæ; ſed etiam propter recordationem tam diuturnæ abſentiæ. Itaque hoc gaudium habet neſcio quid mœroris ac doloris, ſibi coniunctum; ut non tam illi, quàm his lachrymæ tribui poſſint*. Ingeniosè quidem, ſi Dijs placet! Plura dixi (quæ videſis, ne acta agam) de ortu lachrymarum, *Tom.* 4. *T.* 10. *à n.* 9. & diſcut t Cæl. Rhodigin. 12. *Lect. Antiquar.* à cap. 3. Unde Prudent. in *Apotheoſ.* v. 658.

An lachrymæ ſemper ex mœrore?

Spondan.

Prudent. *Gaudia concipiunt lachrymas, dant gaudia fletum.*

Humor ex corde eſt, ſubſidens fronti ac temporibus: ſi cor triſtatur, ex conſtrictione cerebri cadunt: ſi verò gaudet, ex laxatione effunduntur; quippe extenditur calor ex motu cordis ad totius cerebri circunferentiam. *Lacrumo gaudio*. Terent. *Adelph.* Act. 3. ſcen. 3. v. 55. ubi Donatus: *Rectè ergo additum eſt Gaudio, quia lachrymæ ſolùm mœrorem ſignificant*. Ex ſacris etiam conſtat. *Cœperunt ambo flere præ gaudio*. Tob. 11. 11. De Iacob, Geneſ. 29. 11. viſa Rachele: *Elevatà voce flevit*. De Ioſepho viſo germano fratre, cap. 43. 30. *Commotæ fuerant viſcera eius, erumpebant lachrymæ*. Demùm cap. 46. viſo patre Iacob, præ gaudio *inter amplexus flevit*.

Donat.

Aliquando ex gaudio.

5 Gaudium ergo præut paſsio concupiſcibilis, eſt affectio animi præſentis boni opinione concepta: quare præut concipitur, ideſt, præut potitum votum, oritur gaudium; ex cuius impreſsione cor dilatatur diffuſione ſanguinis efferveſcentis, ac vitalium ſpirituum extenſione: ad quam ſubitò muſculorum thoracis, ac præſertim diaphragmatis, motus ſequitur; ex quo riſus, excitatis muſculis, qui à lateribus oris in rictum, ut latè differit Nicol. Nancellius, de *Riſu*, in Apendic. lib. 3. *Os noſtrum patet: cor noſtrum dilatatum eſt*. 2. Cor. 7. 11. & Pſalm. 125. 2. *Repletum eſt gaudio os noſtrum*, &c. Homer. 15. Iliad. v. 101. *Riſit labijs*. Quint. Calaber. 2. *Paralip.* v. 300. *Gaudijs potitur, & lætitiâ diffunditur*. Hinc apud Gell. d. n. 2. huiuſmodi affectio ex gaudio cordis dicitur lætitia, quæ ab illo definitur, *exultatio quædam animi cum gaudio efferventiore, eventu rerum expetitarum*. De gaudio in lætitiam erumpente, atque exultationem, infrà à *num.* 12.

Quid ſit gaudium & lætitia?

Aul. Gell.

6 Ex fervore cordis inſperato gaudio, aut nimio (atque ob id vel rarefacto aëre in connaturalem reſpirationem præ vehementia caloris gaudibundi pectoris, quo ſenſu Plaut. d. v. 7. dixit: *Totus gaudeo*: vel evaporato præ lætitia toto ſpiritu ſanguinis, ſine quo ſtatim deficit vita) gignitur morbus, qui animæ deliquium, Græcè *Pricarea*, exceſſu gaudij, de quo Galen. 12. de *Method.* cap. 5. Unde multi haccine ægritudine ceſſerunt è vita. Plures refert Raviſ. Textor, 2. Officin. cap. 87. *Cognito repentè inſperato gaudio*

Morbus ex gaudio.

expi-

expiraſſe animam, refert Ariſtoteles Polycratam nobilem fœminam è Naxo inſula. Philippides quoque comœdiarum poëta haud ignobilis, cùm in certamine præter ſpem viciſſet, & lætiſsimè gauderet; inter illud gaudium repentè mortuus eſt. De Rhodio Diagora celebrata hiſtoria eſt. Is tres filios adoleſcentes habuit, unum pugilem, alterum pancraſtiaſten, tertium luctatorem: eoſque omnes vidit vincere coronarique eodem Olympiæ die. Cùm ibi eum tres adoleſcentes amplexi, coronis ſuis in caput patris poſitis, ſuaviarentur, & populus gratulabundus flores undique in eum iaceret; ibi in ſtatio inſpectante populo, in oculis atque manibus filiorum animam efflavit. Præterea legimus, qua tempeſtate apud Cannas exercitus populi Romani cæſus eſt, anum matrem, nuncio de morte filij allato; luctu atque mœrore affectam eſſe: ſed is nuncius non verus fuit: adoleſcens non diu poſt ex ea pugna in urbem redijt. Anus repentè filio viſo, copiâ atque turbâ & quaſi ruinâ incidentis inopinati gaudij oppreſſa, exanimata eſt. Aul. Gell. Hactenùs Gell. *lib.* 3. *cap.* 15. Idem Plin. *lib.* 7. *cap.* 53. ubi etiam refert de Sophocle, & Dionyſio Siciliæ tyranno, ſicut *cap.* 32. de Chilone Lacedæmone; gaudio extinctos fuiſſe. Valer. Max. m. (ex quo Suidas, & Lucian. in *Macrobijs*) *lib.* 9. *cap.* 12. n. 6. *Extern.* aſſerit ex nimio riſu expiraſſe Philemonem: & in *Roman.* n. 3. *Vix veriſimile eſt, in eripiendo ſpiritu, idem gaudium potuiſſe, quod fulmen. M. Iuvencius Thalna, cùm in Corſica, quam nuper ſubegerat, ſacrificaret; receptis litteris, decretas ei à Senatu ſupplicationes, nunciantibus; intento illas animo legens, caligine ortâ, ante foculum collapſus, mortuus humi iacuit. Quem quid aliud, quam nimio gaudio enectum, putemus?* Alia videſis apud Angelum Politian. in *Nutricia*, cuius eſt illud:

Aul. Gell.

Et mors.

Valer. Maxim.

— *Merita rapuerunt gaudia palmæ.*

Politian.

7 Ex præfatis igitur affectionibus voti potiti, ſeu deſiderij completi, aut inſperata felicitate, qua percelluntur animus; germinat gaudium & eius exceſſus. Totum multifariàm exprimitur in Scriptura. Simpliciter, Tob. 5. 11. *Gaudium tibi.* 13. 12. *Gaudeãs.* Sede gaudij demonſtratâ, Exod. 4. 14. *Lætabitur corde.* Iſai. 66. 14. *Gaudebit cor veſtrum.* Diverſis vocibus idem ſignificantibus. *Gaudium & lætitia.* 51. 3. *Gaudium & exultatio.* 35. 10. *Hilaritas & gaudium.* Eſth. 9. 22. *Iucunditas & gaudium.* Eccli. 1. 18. Gerundio & nomine: *Ad lætandum in lætitia.* Pſalm. 105. 5. Participio verbi & verbo: *Gaudens gaudebo.* Iſai. 61. 10. Duobus participijs: *Lætantes atque gaudentes.* 2. Paral. 7. 10. Verbo & nomine verbali: *Gaudio gaudet.* Ioann. 3. 29. *Exultatione exultabunt.* Pſalm. 131. 16. Verbo & nomine æquipollente. *Gaudio lætificabit.* 20. 7. *Gaudebit lætitiâ.* Sophon. 3. 17. *Exultavit in gaudio.* Luc. 1. 44. Verbis diverſis eiuſdem ſignificationis. *Gaudebitis & exultabitis.* Iſai. 65. 18. *Gaude & lætare.* Thren. 2. 21. *Lætabimur & exultabimus in te.* Cantic. 1. 4. *Gaudebunt & iucundabuntur.* Apocal. 11. 10. Non ſecùs alia, de quibus in expoſitionibus. Aliquando gaudio & lætitiæ coniungitur exultatio. *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt oſſa humiliata.* Pſalm. 50. 10. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo.* Iſai. 61. 10. De cunctis ſingillatim agendum, ſenſuſque illuſtrandus, ut conſtet in his modis loquendi geminationis intuitus.

Varietas geminationis gaudij.

8 Gaudium diverſimodò uſurpatur, & metaphoricè ſumitur. Gaudium ex amœnitate dicitur, quaſi campi vernantes riderent. *Gaudebunt campi & omnia quæ in eis ſunt.* Pſalm. 95. 12. *Terra gaviſa eſt, & exultavit.* Iſai. 14. 7. exergaſicèque, 35. 1. *Lætabitur deſerta & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium: germinans germinabit, & exultabit lætabunda.* Mantuan. *Eclog.* 3. v. 41. de Roſa: *Et leni placuit rubicunda riſu.* Claudian. *Panegyr. Mallio Theodor.* v. 121. *Lætatur terra.* Petron. Carm. 22. v. 5. *Albaque de viridi riſerunt lilia prato.* idem Martial 10. *Epigr.* 51. *Ridet ager, veſtitur humus, veſtitur & arbos.* Virgil. 4. *Eclog.* v. 20. *Ridenti fundet acantho.* Etiam apud Græcos uſurpatio. Homer. 19. *Iliad.* v. 7. *Riſit humus.* Oppian. *Epigr.* 1. *Riſit veris hora.* Calaber d. de Aurora: *Eius adventu lætæ ſegetes.* Hac phraſi uſus Tibull. ad *Meſſal.* v. 134. & Gell. 11. *cap.* 17. *Lætiſsimæ arborum comæ.* Ad ſenſus etiam transfertur tropus, tuncque delectationem indicat. Unde ſpecioſitas dicitur gaudium oculorum, ut Ieruſalem *gaudium univerſæ terræ*: Thren. 2. 15. & Iſai. 24. 11. *Deſerta eſt omnis lætitia, translatum eſt gaudium terræ.* Similiter muſica aurium dicitur gaudium, & ut ait Plaut. *Curcul.* Act. 1. ſcen. 2. v. 10. *Da viciſsim meo gutturi gaudium.* Hinc accipitur pro qualibet iucunditate tam corporis, quàm mentis. Corporis dicitur *Hilaritas.* Pſalm. 103. 15. *Vinum lætificet cor hominis.* Eſth. 1. 10. *Cùm Rex eſſet hilarior, & incaluiſſet mero.* Ruth. 3. 7. *Cùm comediſſet Booz & bibiſſet, & factus eſſet hilarior.*

Exergaſia.

Cur campi amœnitas dicitur riſus & lætitia.

Gaudium pro delectatione.

Pro hilaritate, & complacentia.

Men-

Mentis dicitur *Complacentia*. Luc.4.22. *Mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius*. Qua de cauſa dixerunt vel qui oderant de Chriſto: *Numquàm ſic locutus eſt homo*. Ioann. 7. 46. Aliquando *Magnificentia & Exultatio*, ut dicit Virgo-Mater: *Magnificat anima mea Dominum, & exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo*: Luc. 1. à 46. Ubi Caietan. *Magnificare, cognoſcitivæ; exultare, affectivæ partis eſt*. Etiam gaudium dicitur pro felicitate. *Gaudeas in omnia ſæcula ſæculorum*. Tob. 13. 12. *Sequitur eos gaudium*. Proverb. 12. 20. *Magna nunciavit gaudia*. Plaut. *Trucul*. Act. 4. ſcen. 1. v. 4. ſicut *Læti Dij, læta omina, exta læta*, pro *felicia* apud Taubmann. in *Prologo Amphitr*. v. 1. Unde de Didone erigente Carthaginis muros, dicit Virgil. 1. *Æneid*. à v. 507.

Luc. 1. 46.

Caietan. *Pro felicitate.*

Virgil.

——*Talem ſe læta ferebat*
Per medios, inſtans operi, regniſque futuris.

Pro voluptate & eius illecebris.

9 Quandoque lætitia ac gaudium uſurpatur pro voluptate ſenſuali, ſeu potiùs pro illecebris voluptatis: qua de cauſa ſæpe in Biblijs non gaudium & lætitia, ſed horum Vox tantùm dicitur. *Vocem gaudij & vocem lætitiæ: vocem ſponſi & vocem ſponſæ*. Ierem. 7. 34. 16. 9. 33. 11. & *Baruch*. 2. 23. igitur quæ non cordis, ſed carnis, mala mentis gaudia. *Gaudium onagrorum*: Iſai. 32. 14. *Stultitia gaudium ſtulto*. Prov. 15. 21. Pro Venere uſquequaquè apud Propertium, Ovidium, & Petronium, phraſium æmulo Apuleio. Auctoritatum tædet: tantùm placet, quod vel ab his dicantur *falſa gaudia*; ut alij deſipientes embolia cognoſcant, & qui gaudent, tamquàm non gaudentes ſint; quippe dum illecebra aviditatem lactat, extrema gaudij luctus occupat. Agnovit videns, qui prorsùm cæcus. *Dixi in corde: Affluam delicijs: & gaudio dixi: Quid fruſtrà decipe-ris?* Aptè Seneca, *Epiſt*. 23. *Ne gaudeas vanis. Culmen eſt: ad ſumma* (inquit) *pervenit, qui ſcit quo gaudeat. Hoc ante omnia fac: diſce gaudere. Exiſtimas me nunc detrahere tibi multas voluptates, dulciſſima oblectamenta? Imò contrà, nolo tibi unquàm deeſſe lætitiam: volo illam tibi domi naſci: naſcitur, ſi modò intra teipſum ſit. Cæteræ hilaritates non implent pectus, ſed frontem remittunt: leves ſunt, niſi fortè tu iudicas illum gaudere, qui ridet. Mihi crede: res ſevera eſt verum gaudium, & voluptates tenere ſub freno. Hæc qui apud ſe verſat, in magno gaudio eſt, ſed parùm blando. In huius gaudij poſſeſſione eſſe te volo*. Mundi blandimenta noxia, mellita ſpicula. Gaudia, quæ lachrymis gravida. Novarin. *Umbr. Virgin*. Excurſ. 145. n. 1366. confert Iridi, cuius mille colores; cæterùm riſus plorantis Olympi. *Intueris lætitiam mundi* (inſit Ambroſius, 1. *Officior*. cap. 12.) *opes, abundantiam, introſpice vulnera, & vibices animæ, cordiſque mœſtitudinem*. Ignorant fatui deluſi (ut ait Iuvenal. 6. *Satyr*. v. 364.

Seneca.

Gaudia mundi cur Iridi ſimilia?

Ambroſ. *Falſa & noxia.*

Iuvenal.

Quanti ſibi gaudia conſtent.

10 Quod dicunt gaudium, non verum. Conditio gaudij veri eſt rectitudo, decor & permanentia. Unde Stoicus, *Epiſt*. 27. *Sola virtus* (inquit) *præſtat gaudium perpetuum, ſecurum*. Propoſitum roborat *Epiſt*. 98. ſubdens: *Numquàm crediderim ſelicem quemquam ex felicitate ſuſpenſum: fragilibus innititur, qui adventitio lætus eſt. exibit gaudium quod intravit. Cætera, quorum admiratio eſt vulgo, in diem bona ſunt. Quid ergo? Non uſui, aut voluptati eſſe poſſunt? Quis negat? ſed ita, ſi illa ex nobis pendent, non ex illis nos*. Filij hominum uſquequò gravi corde? Utquid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Seneca.

Vera ex virtute.

Gaudia non remeant, ſed fugitiva volant.

Profana gaudia ſomnijs ſunt ſimilia (dicit Philo lib. de *Ioſeph*) *veniunt, abeunt, occurrunt, refugiunt: priuſquàm comprehendantur, avolant*. Iure cordatèque David, poſtquàm gaudio expertus lapſum, gaudium ſolicitans verum; dicit? *Mihi autem adhærere Deo, bonum eſt*. Pſalm. 72. 28. Quid mirum? *Perfectum gaudium* (inſit Bernard. *Epiſt*. 114. n. 1.) *non eſt de terra, ſed de cœlo: ideſt, non de hac convalle plorationis; ſed de illa, quam fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Reverà illud verum & ſolum eſt gaudium, quod non de creatura, ſed de Creatore concipitur, & cùm poſſederis, nemo tollet à te: cui comparata omnis aliundè iucunditas, mœror eſt: omnis ſuavitas, dolor eſt: omne dulce, amarum: omne decorum, fœdum: omne poſtremò quodcumque aliud delectare poſſit, moleſtum*. O Monachi! guſtate & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum! Alia quantumvis gaudia, uti ait Gregor. Magn. in *Evangel*. Homil. 10. *Vana lætitia*. Plin. 7. *cap*. 42. *Quæ mala immenſa, niſi ex ingentibus gaudijs?* Riſus dolori miſcetur.

Martial. *Epigr.* Philo.

Verum gaudium non in mundo, ſed in Deo, & quale?

Gregor. Magn.

Pa-

Paveant corda futili gaudio, igitur (ut succinit Claudian. de *Bell. Gildonic.* v. 228.)

Permisto tremuerunt gaudia fletu.

Claudian.

11 Interdùm gaudium accipitur pro causa gaudij, de quo infrà fusè. Interdùm pro effectu gaudij metonymicè, vel synecdochicè. Iudith, 15. 15. *Omnes populi gaudebant cum mulieribus & virginibus & iuvenibus, in organis & citharis.* Ideſt, organis & citharis conceptum & perceptum cordis exprimebant gaudium. Esth. 8. 17. *Mira exultatio, epulæ atque convivia & festus dies.* Genes. 31. 27. *Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicasti mihi, ut prosequerer te cum gaudio & canticis, & tympanis & citharis?* Denique Isai. 24. 8. *Cessavit gaudium tympanorum, quievit sonitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.* Apuleius 11. *Metam.* de pompa Isidis, *Mulieres* (inquit) *candido splendentes amictumine, vario lætantes gestamine, solum sternebant floſculis. Symphoniæ dehinc suaves, fistulæque modulis dulcissimis personabant.* Inter Auctores variæ profectò sententiæ in diffinitione gaudij, atque à lætitia discrimine, & cordis exultatione. Præut augurot, huiusmodi voces permistim & indifferenter in singulis inveniuntur. Vide Auson. Topmam de *Different. verbor.* Meo quidem iudicio usus illarum dumtaxàt pro amplificatione gaudij. Unde Terent. ubi supr. v. 13.

Effectus pro causa, & econtrà.

Apul.

Gaudia sua si omnes homines conferant unum
In locum, tamen mea exuperat lætitia. Gestio.

Terent.

12 Frideric. Taubmannus in illud Plauti *Pœnul.* Act. 5. scen. 4. v. 105. *Lætitiâ & gaudijs*; subdit: *Gaudium est affectio animi modestè & constanter se efferentis. Lætitia est exultatio quædam animi effusè & inaniter elati eventu rei expetitæ.* Isidor. 1. *Differentiar.* n. 264. inquit: *Stoici sic distinguunt. Gaudium esse elationem animi, in his quæ digna sunt exultantis: Lætitiam verò, effrenatam animi elationem, quæ modum nesciat, & in his quoque quæ vitio sunt mista, lætetur.* Sumptum ex Cicerone 4. *Tuscul. qq.* ubi: *Cùm ratione animus movetur placidè atque constanter, tunc illud gaudium dicitur: cùm autem inaniter & effusè exultat; tunc illa lætitia gestiens & nimia dici potest: quam ita definiunt: Sine ratione animi elationem. Gaudere decet, lætari non decet.* Terent. in *Eunuch.* Act. 3. scen. 5. v. 7. *Quid gestiam, aut quid lætus sim? Quid quòd sic gestis?* Quo loco Donatus: *Gestire est, motu corporis monstrare quid sentiat. Constat autem à pecudibus ad homines esse translatum.* Suffragatur Stoicus. *Vitium esse voluptatem credimus* (infit *Epist.* 59.) *ponere tamen illam solemus, ad demonstrandam animi hilarem affectionem. Scio & voluptatem rem infamem esse, & gaudium nisi sapienti non contingere. Est enim animi elatio, suis bonis viribusque fidentis. Vulgo tamen sic loquimur, ut dicamus, magnum gaudium nos ex illius consulatu, aut ex nuptijs, aut ex partu uxoris percepisse; quæ adeò non sunt gaudia, ut sæpe initia futuræ tristitiæ sint. Gaudio autem iunctum est, non desinere nec in contraria verti. Itaque cùm dicit Virgilius: Et mala mentis gaudia; disertè quidem dicit, sed parùm propriè: nullum enim est malum gaudium est. Voluptatibus hoc nomen imposuit, & quod voluit, expressit: significavit enim homines, malo suo lætos :: Sapiens ille est, qui plenus gaudio, hilaris & placidus, inconcussus cum Dijs ex pari vivit. Scio tantum tibi ex sapientia, quantum ex gaudio. Inter honores gaudium, ideſt, inter solicitudines quæris? Ista quæ sic petis, tamquàm daturæ lætitiam & voluptatem; causæ dolorum sunt. Omnes tendunt ad gaudium; sed unde stabile magnumque consequantur, ignorant. Hoc ergo cogita, hunc esse sapientiæ effectum, gaudij æqualitatem. Habes ergo quare velis sapiens esse; quia numquàm sine gaudio est. Gaudium hoc non nascitur, nisi ex virtutum conscientia. Non potest gaudere nisi fortis, nisi iustus, nisi temperans.* Patet, de gaudio quid dicant Stoici. Ille sapiens (ut canit Lucan. 2. *Pharsal.* v. 373.)

Taubm.

Isid.

Cicer.

Discrimen inter gaudium & lætitiam.

Seneca

Duro qui admisit gaudia vultu.

Lucan.

13 Expellitur ergo è cordati pectore lætitia; quia philautia, sui complacentia, ambulans in magnis & mirabilibus super se, mentis elatione; quasi intra se nequeat gaudia continere, quia lætitia haud animi iucunditas, sed elatio, cum aliorum despectu mentem eripiens voluptate conceptâ, atque prudentiâ calcatâ, quod liquet vultu & gestu. *Vix sum apud me gaudio.* Terent. *Andr.* Act. 5. scen. 4. v. 34. Multos extra se præ gaudio, refert Cœl. Rhodigin. *lib. 9. cap.* 14. Sic ergo datur cordatis gaudium, quia exhilaratio animi sine iudicio voluptatis; & stultis lætitia, quia stultorum proprium, iucunditate conceptâ, signa animi læti ostendere motu & gestu. Plato de *Pulchro*, in voto tantùm collocat gaudium, haud in fruitione voti: ita ut gaudium solummodò sit in rerum contemplatione, & non in acquisitione. Verè gaudium Platonicum indulge-

Lætitia pro philautia.

retur

Sedes gaudij, lætitiæ, & exultationis.

retur fatuitati; modò in contemplatione constitueret gaudium; ac in contemplatorum possessione lætitiam. Unde alij gaudium in mente (uti Rhodigin. ibid. refert) lætitiam in corde, ac exultationem, sive iucunditatem ex voluptate in sensibus signant. Vid. *num.* 8.

Psalm. 50. 10.

14 Genebrardus in Psalm. 50. in illud: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam & exultabunt ossa humiliata*; gaudium & lætitiam ex nuncio restitutæ gratiæ tribuit menti, & exultationem corpori, prius affecto diro ex flagitijs cruciamine. Gregor. Magn. hìc gaudium intelligit de gloria animæ, lætitiam de gloria corporis; qua de causa additur,

Quid hæc tria?

exultabunt ossa humiliata. Etenim cùm verbum asperum in die iudicij extremi sit reprobis, *Discedite à me maledicti in ignem æternum*, verbum bonum, dulcissimum quidem, audient iusti; *Venite benedicti Patris mei*, &c. Quare David dicit: *Auditui meo dabis gaudium & lætitiam*, cùm propter corporis gloriam exultent ossa humiliata. *Gaudium & lætitiam*: in illa terra viventium, quæ iustorum glorificatorum geminum gaudium. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt: lætitia sempiterna erit eis. *Gaudium & lætitiam, duplicem sanctorum venerationem intellige, qui visione claritatis in illa die, quantum cogitare non possumus, illustrati; sicut animarum perfruentur beatitudine, ita etiam corporis vestientur incorruptione.* Exultabunt Sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis. Crucius in *Psalm.* 83.

Greg. Magn.

Crucius.

Corque & membra micant, hilari exultantia motu:
Qua possunt Dominum singula voce canunt.

15 Eodem sensu exponit D. Thomas. Pro quo sciendum, gaudio & lætitiæ sæpe-sæpius in sacra pagina addi iubilum, exultationem, gloriam, seu glorationem; quæ non solùm demonstrant iucunditatem, sed specialem complacentiæ atque hilaritatis modum; quasi gaudij excessum, ac mentis raptum. *Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo*: igitur anima induta in cœlo vestimentis salutis, & corpus circundatum indumento iustitiæ. Hinc in testimonium David infit Angelicus Doctor: *Spiritale gaudium habet tres gradus: primus existit in complacentia affectus: secundus, in dilatatione cordis: tertius in progressu ad exteriora.* En gaudium, lætitia & exultatio. Gaudium, dum affectus quiescit in re amata: lætitia in redundantia usque ad corpus: exultatio in signum gaudij & lætitiæ. Arbitrarer illo in articulo peccatoris Davidis iustificati, Gaudium de peccati abolitione, Lætitiam de collatione gratiæ, Exultationem de status mutatione. Quid quòd iacens in limo profundi, de quo haud valebat emergere, sospes egressus, gratia iam decorus, & iudici acceptus, extra se præ gaudio esset, & lætabundus gestiret? Nostrates: *Saltar de alegria*: sic apud Romanos dicti *Salij*, ut succinit Ovid. 3. *Fastor.* v. 379.

Isai. 61. 10

D. Thom.

Salis à saltu nomina ducta.

Ovid.

De claudo in motus integritatem restituto, Act. 3. 8. dicitur palilogicè: *Exiliens stetit: & intravit in templum ambulans & exiliens & laudans Deum.* Psalm. 67. 4. *Exultent iusti in conspectu Dei, & delectentur in lætitia*: hoc est, tantâ lætitia ex delectatione, ut gaudium demonstretur motu corporis, hilaritate vultus: quod quidem dicitur *Iubilum.* Gregor. Magn. 28. in *Iob*, cap. 7. *Iubilatio quippe dicitur, cum cordis lætitia oris efficaciâ non expletur; sed quibusdam modis gaudium prodit, quod ipse qui gaudet nec tegere prævalet, nec explere.* Hoc ergo intuitu Psalm. 31. 11. dicitur: *Lætamini in Domino & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.* Quo elucet plus esse exultare quàm lætari, & gloriari, quàm exultare. Lætitia spectat homines iustificatos à peccato: exultatio ad illos, quorum tecta sunt peccata (hoc est, remissâ etiam peccatorum pœnâ) gloriatio verò ad illos, quorum non est inventum peccatum, & sine macula sunt ante thronum Dei. Brevì dicam. Gaudium de remissis peccatis: lætitia de donis concessis; & exultatio seu gloriatio de donis futuris: ex quo omne gaudium. Hinc Petrus 1. Epist. 1. 8. *Exultabitis lætitiâ inenarrabili & glorificata.* In exultatione, seu gloriatione innotescit lætitia cordis gaudentis: equidem gaudio, quasi torrente voluptatis, sanguis ad exteriora extenditur, ex cuius diffusione affectio cordis patescit. Cor gaudens exhilarat faciem, sicut spiritus tristis exiccat ossa.

Palilogia.

Quid sit iubilum?

Greg. Magn.

16 Ergo iam in delicationem principalis Tautologiæ, ex qua affines. De Rege gloriæ Christo Domino, dicit David Patri cœlesti, qui illum misit in hominum redemptionem propter nimiam charitatem, *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.* De Messia loquitur Regius Psaltes, sed de Messia uti Rege, infit Caietan. hìc: ideò de honore & præmio propter redemptionem factam. Fallitur, ni fallor: siquidem de meritis ac honoribus

Psalm. 20. 7.

Salva-

Salvatoris loquitur. De merito, *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis*: de premio, *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Præventio dulcedinis in benedictionibus (ut faceret voluntatem patris, & proposito gaudio sustineret crucem) fuit gratia *Unionis* (ut dicunt Theologi) quæ inter gratias, superioris ordinis: etenim licèt in se sit quidam modus creatus (quatenùs attingit Deum ipsum in se, & illi intimè & substantialiter coniugit naturam creatam, & facit quòd ille qui verus homo sit etiam verus Deus, non participativè, sed personaliter & per essentiam) pertinet ad gradum supereminentiorem gratiæ. Ita Scholastici DD. cum D. Thom. *3.p.à quæst. 7.* & hìc Exim. Doctor, *disput.9. sect.2.* Etiam Christo præter gratiam singularem fuit prærenta dulcedo plenitudinis gratiæ *Capitis*: qua quidem excelluit ordine, perfectione, ac virtute. Ordine, uti primogenitus in multis fratribus. *Rom.* 8.29. Perfectione, quia vidimus eum plenum gratiæ & veritatis *Ioann.* 1. 14. Virtute, quippe de plenitudine eius omnes accepimus. Ibid. v. 16. Plenitudo harum gratiarum, *Unionis* scilicèt, *Capitis & Singularis* habet ordinem inter se: igitur etsi omnia simul, per intellectum concipitur gratia *Unionis*, uti causa finalis, prior *Singulari. Singularis* uti causa formalis ad propriam iustificationem prior excellentiâ *Capitis.* Hæc verò postrema, uti causa efficiens, in ordine ad alios, & influxu ad omnia membra iustificata gratiâ ipsius, quia per ipsum accessum habemus ad Patrem. Unde duæ posteriores ordinantur ad actum tam in personalem iustificationem, quàm aliorum: gratia autem Unionis dumtaxàt ad esse personale, ut Christus homo Deus sit.

Quænam in Christo præventiones dulcedinis?

Et plenitudo gratiarum?

17 Primò igitur Propheta loquitur erga Messiam de donis gratiæ, quia in diebus carnis suæ præventus à Patre in benedictionibus dulcedinis (per Hypallagen, pro Dulcedine benedictionum) post de donis gloriæ: etenim morte Christi mundo redempto, & pretiosissimo lytro; vitam immortalem per resurrectionem petijt, & Pater tribuit: imò gloriam & magnum decorem (ideſt, decorem gloriæ magnæ per Hendiadym) in mundo concessit, & in cœlo coronam compactam è gemmis capiti imposuit: tuncque visa plenitudo lætitiæ, quæ ex Dei facie; quia facies Dei causa consummatæ lætitiæ: haud quia à primo conceptionis instanti non fuerit beatus; sed quia post consummatam redemptionem, data est illi cum nomine super omne nomen, potestas omnis in cœlo & in terra; cùm esset constitutus iudex mortuorum & vivorum, in supremo gloriæ throno collocatus, sedendo ad dexteram maiestatis in excelso. Sermo hic itaque de duplici statu humanitatis Christi: præut mortalis, donis & gratijs singularibus præ participibus abundè præventus; & præut immortalis, in cœlo ad Patris dexteram miro plausu constitutus: unde dicitur, *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo*: lætificatus in gaudio, *quia aspectu vultus tui* (infit Genebr.) *magnam lætitiam capiet; nam clarissimâ tui visione ultra cæteros perfruetur quà etiam homo.* Cum ipse Deus cum hominibus, absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum: & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultrà, quia prima abierunt. Quid Dei visione ex tot pasis, dum pro blandimine, non Stoicè, sed proiectè dicat Seneca de *Consolat. ad Polyb.* cap. 31. *In hoc uno* (& erat stolidissimus bipedum Claudium Cæsar) *tibi satis præsidij, satis solatij est. Attolle te, & quoties lachrymæ suboriuntur oculis tuis; toties illos in Cæsarem dirige: siccabuntur maximi & clarissimi conspectu Numinis. Fulgor eius illos, ut nihil aliud possint aspicere, præstringet: in se hærentes detinebit.* Eugepæ, quia barbà tenus Stoicus. Prætermittamus nugas.

Hypallagè & Hendiadym.

Expositio ii.

Genebra

In Dei visione cuncta bona.

Senecæ

18 His præmissis lætitiam in gaudio exponere possumus dona gratiæ & gloriæ; ita ut lætitia ad gloriam, gaudium ad gratiam spectet, ut cogitat Cassiodor. in *Psalm.* 50. præfatum: ita constat *omne gaudium*, ut dicitur Rom. 15. 13. *Iacob.* 1. 2. & 1. *Thess.* 3. 9. Christusque, ut sequerentur vestigia eius, proximus passioni assectis dixit: *Hæc locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur.* Ioann. 15. 11. Hoc est gaudium plenum, ex gratia scilicèt & gloria. *Petite & accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum.* 16. 24. *Ut gaudeatis* gratiâ: *& gaudium vestrum plenum sit* gloriâ: 1. Ioann. 1. 4. Vividè ac nervosè Petrus: *Gaudete, ut in revelatione eius gaudeatis exultantes.* Hebræi superlativis carent: qua de causa ut magnitudo rei, de qua sermo, innotescat; per Epizeuxim, unicæ vocis vel æquipollentis geminatione, præstantiam, excellentiam, aut extensionem exponunt. Plura testimonia præmissimus *Tom. priorib.* & in *Prolog. Galeat.* §. 4. num. 4. & 5. Quapropter ubi unà inveniuntur Gaudium & Lætitia, pro superlativo accipi debent. *Lætificabis eum in gaudio*: ideſt, replebis præstantissimo, plenissimo gaudio. *Abundantia gaudij*, ut dicitur

Rom. 15. 13.

Ioan. 16. 24. 1. Petr. 4. 13.

Epizeuxis.

Geminatio pro superlativo.

2.Cor.8.2. Haud alio ſenſu ad gaudium & lætitiam præmiſerat David, v. 6. *Magna eſt gloria eius : gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.* Palilogicè regeritur *gloria & gloria*, ut demonſtretur excellentia, *Magna & magna* : q. d. ſingulariſsima glorià uc decore ſplendora ſpectatiſsimo. Similiter ubi ſimul Lætitia & gaudium ſuperlativum eſt, quod alibi adiectivis & adverbijs exprimitur. *Abundantius magis gaviſi ſumus ſuper gaudio.* 2. Cor. 7. 13. *Graviſi ſunt gaudio magno valdè.* Matth. 2. 10. *Populus lætantium gaudio magno.* 3. Reg. 1. 40. *Lætatus eſt gaudio magno.* 1. Paral. 29. 9. *Omnes cum gaudio magno gaviſi ſunt.* Tob. 11. 21. *Lætatus eſt Iſrael lætitiâ magnâ.* 1. Macb. 14. 11. Vel in Profanis invenitur idiotiſmus. Homer. 1. *Illiad.* v. 255. *Valdè gaudebunt ex animo.* Q. Calaber. lib. 2. v. 840. *Splendido gaudio, hilari vultu.* Plaut. in *Mercator.* Act. 5. ſcen. 2. v. 3. *Lætus lætitiâ* : in *Captiv.* Act. 4. ſcen. 2. v. 84. *Ego ſum lætitiâ & gaudium* : & in *Truculent.* Act. 4. ſcen. 1. v. 3. *Lætus ſum & lætitiâ.* Martial. lib. 8. *Epigr.* 11. *Longa gaudia.* Ovid. 11. *Metam.* fab. 3. *Lætus gaudet.* Plin. in *Panegyr.* Traian. *Nihil eſt, quo non omne genus hominum lætetur & gaudeat.* Senec. *Epiſt.* 46. *Non tantùm delectatus, ſed & gaviſus ſum.* Tacit. 15. *Annal.* cap. 23. *Ultra mortale gaudium.* Et in *Agricol.* cap. 38. *Nox gaudio læta victoribus.* Souſa lib. 6. de *ſtella Magorum*, v. 195.

Pro adverbio & Adiectivo.

Plin.

——*Summamque reducit*
Lætitiam conſpecta Magis, ceu lumine gaudent.

Mell. Souſ

Conſtat geminatio pro ſuperlativo, quaſi lætitia & gaudium pro gaudio ſummo. *Gaudete cum ea gaudio magno.* Iſai. 66. 10. quod ſuperabundantia gaudij, ut dicitur, 2. *Cor.* 7. 4. Siccine illud Pauli: *In omni gaudio quo gaudemus.* Caietanus : *Magnitudinem affectus explicat Paulus.* Alapid. *Super omni gaudio.* Gaudet & gaudio, & omni gaudio : ideſt, pleniſsimo, accepto To *In* pro *Præ* Matth. 13. 44. *Præ gaudio*, de theſauro invento. Luc. 24. 41. *Non credentibus & mirantibus præ gaudio.* Denique ſoluto Petro, & oſtium Mariæ matris Marci pulſante, Rhode puella, eius agnoſcens vocem, *præ gaudio non aperuit ianuam* : quo ſignatur quanta gaudij magnitudo, dum ab audientibus cenſeretur inſanire.

Expoſitio 2.

1. Theſſal. 3. 9.

In *pro* Præ.

Act. 12. 14

Ioan. 3. 29

19 In hoccine ſenſu plura teſtimonia Sacræ paginæ perſpicua. *Gaudio gaudet propter vocem ſponſi.* Hoc eſt ſummo gaudio : diciturque ſummum, quia nihil in pleniſudinem reſtat ; qua de cauſa ſubdit Baptiſta ? *Hoc ergo gaudium meum impletum eſt.* Alapid. hìc : *Cœpi gaudere* (inquit) *cùm Deo revelante cognovi inſtare adventum Chriſti: magis gaviſus ſum, cùm eum præſentem vidi & audivi : at cùm totum populum ad eum confluere intellexi ; meum gaudium impletum eſt, & perfectum exſtitit.* Hoc intuitu Gentium Doctor Philippenſes alloquitur, cap. 2. 2. *Implete gaudium meum.* Unde quia uti ſummum nequit linguà dici ; exultatione notatur, ut poſsit exprimi. *Exultavit in gaudio* (pro *Præ*, uti dudum) *infans in utero meo.* Haud ſuperfluum gaudium, ut hìc notat Gislandis, *dub.* 20. tametſi exultatio ſine gaudio non ſit : *Exultatio tam verborum, quàm membrorum, ſed lætitia eſt mentis gaudium. Voluit ergo dicere, quòd infans ſaltavit corpore, & lætatus eſt mente.* Totum gaudium: lætus corde exultavit in expreſsionem lætitiæ. Obvia in ſacris teſtimonia. 2. Paral. 7. 10. *Lætantes adque gaudentes.* Pſalm. 30. 8. *Exultaba & lætabor.* Idem 31. 11. 34. 27. *Lætabimur & exultabimus in te.* Cant. 1. 4. *Exultabor lætabunda.* Iſai. 35. 1. *Gaudebitis & exultabitis.* 65. 18. *Super hoc lætabitur & exultabit.* Habac. 1. 15. *Gaudete & exultate.* Matth. 5. 12. Luc. 6. 23. *Gaudeatis exultantes.* 1. Petr. 4. 13. & Apocal. 19. 7. *Gaudeamus & exultemus* : cum alijs auctoritatibus pixfixis, *num.* 7. Communis etiam phraſis apud PP. Bernard. ſerm. 1. de *Aſſumption.* num. 1. *Exultare facit in gaudio.* Zeno Veronenſ. de Abrah. ſerm. 1. *Exultat & gaudet de præcepto filij ſacrificandi.* Fulgent. de *Remiſsion. peccator.* cap. 3. *Exultat gaudio.* Haud ſtylus fugit Ethnicos. Homer. 24. *Iliad.* v. 320. *Lætati ſunt, & omnibus in præcordijs gaviſus eſt animus.* Q. Calaber. *lib.* 4. v. 127. *Purus æther gaudio exultavit.* Idem *lib.* 12. v. 90. & *lib.* 13. v. 300. Orpheus in *Argonaut.* v. 270. *Lætus exultat Iaſon.* Phocylid. in *Moral.* v. 145. *Gaudio exulta.* Virgil. 12. *Æneid.* v. 700. *Lætitiâ exultans.* Placuit magnopere huiuſmodi Pleonaſmus Plutarcho : de *Iſid. & Oſirid.* ſubdit : *Natura gaudet & exultat.* In Alexandr. *Salvus exultans gaudio* : & in *Sympoſ.* lib. 1. cap. 5. *Ingentes exultationes, ut in motum numeroſum exiliant, plaudantque.* Sic ergo effectus gaudij, exceſſu demonſtrato vocum geminatione, exultatione & iubilo, nutu cordis ex complacentia pectoris, expreſsà per motus corporis. Souſ. d. lib. 5. v. 46 1. de exultatione Baptiſtæ:

Alapid.

Cur exultatio ex gaudio plenos Luc. 1. 44. Gisland.

Geminatio gaudij pro exceſſu & magnitudine.

Plutarch.

Vix

——Vix illa salutat,
Vix ierant ea verba senis prægnantis ad aures;
En puer exultans, utero lætatur anili,
Signaque certa dedit, tanta genitricis in alvo
Clausus, adesse Deum. Mell. Sous

20 Etsi reliquæ Tautologiæ eadem interpretatione possint gaudere; propriore exponendæ sunt, scilicèt, per adverbium; quod præmisi loc.cit. *Prologi Galeat*, quasi vehementer pectora læta, quoties voci gaudij additur alia vox idem significans, uti aliquod adiectivum, grudij subiectum, expulsio seu negatio tristitiæ, nomen vel verbum geminans in indicem, expressum gaudium. *Lætatus Ionas lætitiâ magnâ*: cap. 4. 6. Idest, maximè. Ad lætitiam lætitia multum planè; sed per adiectivum signatur in gaudio maximum, quasi summoperè. Quo stylo utitur Matthæus 2.10. iungens adiectivum & adverbium. *Gavisi sunt gaudio magno valdè*: & reliqua præposita *num.* 18. *Læta lætanter*: Cyrill. 1. *Apolog.* cap. 9. adiectivo pro adverbio usus est Senec. in *Troad.* v. 718. *Pueri regis vidit lachrymas, & Troia prior*: pro *prius*. Ibid. v. 979. *Præda nolenti brevis*: pro *breviter*, uti observat Delr. hìc. Idem in *Agamen.* v. 37. *Pro adverbio.* *Adiectivum pro Adverbio*

Sed sera tandem respicit fessos malis.
Post fata demùm sortis infestæ fides. Senec.

Sera respicit; pro *serò respicit*. Tibull. 1. *Eleg.* 9. v. 4. *Sera tamen tacitis pœna venit pedibus.* Denique Virgil. 3. *Georg.* v. 260. *Natat cæca serus freta.*

21 Subiectivè etiam per adverbium exponitur gaudij geminatio. *Lætabitur corde*: Exod. 4. 14. *In die lætitiæ cordis eius.* Cantic. 3. 11. *Lætatum est cor meum in ea.* Eccli. 51. 20. *In gaudio, cordisque lætitia.* Deuter. 28. 47. sic alia passim. Corde, ideìt, verè, affectuosissimè, totisque visceribus internè lætitia. Perspicuò Ezech. 25. 6. *Gavisa est toto affectu*: ideìt, ut dicit in Epist. 2. v. 4. Ioannes: *Gavisus sum valdè*. Et Ovven. lib. 2. *Epigr.* 192. *Gaudium ex corde pro vero.*

Tu cor lætificas lætificando meum. Ovven.

Homer. 23. *Iliad.* v. 647. *Labens gaudet mihi cor.* 2. *Odyss.* v. 411. *In animo gaude.* Et 23. v. 266. *Non tibi animus lætabitur, neque ipse lætabor.* Quinct. Calab. lib. 1. v. 587. *Minerva cùm audijt, prorsus animo gavisa est*: quod quidem iterat, *lib.* 12. v. 170. Plenè ita gaudium, quod aliquando ostenditur malorum negatione, uti de cœlesti gaudio diximus, *num.* 17. describitque Venerab. Beda, serm. 18. de *Sanctis.* 3. Reg. 4. 25. *Habitabat Iuda & Israel absque timore ullo, unusquisque sub vite sua & sub ficu sua*: hoc est, in summa pace & gaudio. Ar. Montan. *Læti summè vivebant.* Serar. Isai. 51. 11. *Gaudium & lætitiam tenebunt: fugiet dolor & gemitus.* Terent. in *Andria*, Act. 5. scen. 5. v. 4. *Mihi immortalitas parta est si nulla egritudo huic gaudio interceserit.* Homer. 13. *Iliad.* v. 347. *Gauderet neque tristaretur*: quasi vita extra mortalitatem & corruptionem. Unde idem *Iliad.* 24. v. 524. succinit: *Plenum negatione tristitiæ.*

Sic enim destinarunt Dij miseris mortalibus,
Ut vivant tristes: ipsi verò sine cura sunt. Homer.

22 De verbo geminato plura diximus suprà, & *Tautolog.* 3. n. 15. *Lætaberis & reficieris.* Deuter. 12. 18. nimirùm iucundè, lætanter, voluptuosè reficieris. Unum è verbis per Epiceusim usurpaudum pro adverbio. *Gaudebitis & exultabitis*: 65. 68. ideìt, gaudenter exultabitis. *Caudebunt & iucundabuntur.* Apocal. 11. 10. q. d. iucundissime gaudebunt. Similiter exponendum, *Gaude, & lætare*: Thren. 2. 21. *Gaudeamus & exultemus.* Apocal. 19. 17. *Venite, exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro.* Psalm. 94. 1. Et sic alia in sacris obvia. Eodem modo dum iungitur verbo nomen verbale, sive æquivalens, ut *gaudio gaudet*: *gaudebit lætitiâ*: *exultabit lætabunda*: quod quidem exergasicè per diversas voces idem, sed cum excessu, ac epitasi. Herodotus, *lib.* 9. *cap.* 31. de Artaynta usurpante Amestris reginæ amiculum, infit: *Quo dono illa supramodùm læta, eo gestando gestiebat.* Apuleius, 8. *Metamorph.* ait: *Exultans insigniter*: & Calimach. in *Hymn. Dian.* v. 44. *Vehementer lætabatur.* Haud secùs in præfatas Tautologias, atque similes: multùm nimirùm exultate, insigniter gaudete, nimis lætamini, plaudite singulariter, & supramodùm gloriamini. *Verbum geminatũ pro adverbio.* *Epitasis.* Herodot.

23 Pallilogicis abundat sacra pagina frequenter periodis; quæ propriè dialecti linguæ dici valent, quorum usus usquequaquè inter AA. Græcos. Homer. 17. *Odyss.* *Gaude, gaude*: v. 193. quod proclivè exponitur per adverbium, vel per interiectionem: q. d. *Gaude valdè*, vel *Eia gaude.* Euripides in *Orest.* v. 1418. *Celeres cucurrerunt, cu-* *Epizeusis.*

currerunt: ideſt, Valdè velociter. In Hippblyt. v.60. *Diana veneranda, veneranda*: hoc eſt, auguſtè, ac ſummè veneranda; ſicut ſupra modùm miſerabilis, dum ibid. v.830. de Phædra dicit: *Miſeranda miſeranda*. Ariſtophan. in *Aves*, Act. 11. v. 40. *Stolida, ſtolida*. Plaut. in *Curcul*. Act. 2. ſcen. 2. v. 11. *Longè procul*. In *Pœnul*. 3. 5. v. 4. *Malum, damnumque*. In *Pſeudol*. 3. 2. v. 30. *Condimentis condiunt*. Sopho. in *Elect*. v. 783. *Exul exulabat*: purè miſerrimè. Lucret. 2. v. 794. *Contrà pugnet & obſtet*: ſcilicèt, fortiſsimè pugnet. Omitto alia: ne faſtidio ſint, in poſterum, ubi aptentur. Haud alitèr expoſitio in Tautologijs præfixis. *Gaudete, iterum dico, gaudete*. Philipp. 4. 4. Nimirùm: Eia gaudete: gaudete abundè. *Vocem gaudij & vocem lætitiæ*. Ierem. ſæpè. *Gaudium & lætitia*. 15. 16. 1. *Mach*. 4. 59. *Sapient*. 8. 16. *Eſth*. 9. 22. *Baruch*. 4. 23. *Iſai*. 35. 10. *Eccli*. 1. à 11. *Ioel*. 1. 16. Quod quidem totum in gaudij exceſſum, per abundantem felicitatem, atque boni fruitionem complacentiâ voluntatis, ac exultatione cordis; quippe fauſtè, ubertim, plenè potita vota; unde perfecta lætitia. Iacob. Billius in *Anthолog*. ad rem ſuccinit:

Geminatio pro interiectione & ad verbio.

Iacob. Bill

Dum non perturbant animum diſcrimina rerum.
Dumque diem pacis prælia nulla premunt;
Tranquillam & curis vacuam lætitia mentem
Imbuet, & placidi pectoris boſpes erit:
Nam quod non fuerit conceptum corde quieto,
Acquiri in ſævo turbine non poterit.

24 Videntur pro meo captu cuncta in præſens argumentum ſpectantia, cum illuſtrationibus litteraliter expoſita; ſed alia cogito pro principali pleonaſmo: quo quidè magis elucebit vaticinium prolatum à Davide, de Chriſto gaudio lætificato à Patre. Uſus obius in ſacra pagina Metonymiæ, quo ſchemate effectus exprimitur pro cauſa, fructus pro radice, pro origine principiatum, ſignificatum pro ſigno ſignificante, atque contentum pro continente. De his acceptionibus ſæpe egimus; ſed neceſſaria modò obſervatio de ſigno ac effectu in argumentum præſens. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium & exultationem tenebunt*. Iſai. 51. 11. An gaudium & exultatio ex lætitia? Nullo modo. Hìc lætitia ſumitur pro Corona ornante capita, ex qua lætitia. Ita Romani in triumphis, & qui vitulabant, dicebantur *Læti*, quia ad id munus accedebant coronati. Stephan. Forcatul. & Panvinium cum Anton. Thyleſio de *Coran*. videris. *Spoliavit me gloriâ meâ, & abſtulit coronam de capite meo*: dicit Iobus, 19. 9. Ideſt, qua in ſolio regio gloriam dignitatis oſtendebat. Souſa hìc:

Metonimia.

Iſai 51.11 *Lætitia pro corona.*

Mell. Souſ

Ac me dejectum rapto ſpoliavit honore,
Proiecitque meam dextrà tollente coronam
Vertice de ſummo.

Eſth. 15. 4. *Depoſuit veſtimenta ornatus ſui, & circundata eſt gloriâ ſuâ*: videlicèt, depoſita communi veſte, ſumpſit ſpecioſiorem, pretioſam, ſpectabilem; quæ eius dicitur gloria; quippe illo cultu gloriam regiæ maieſtatis oſtendebat. Unde in eodem articulo de illa dicitur, 5. 1. *Induta eſt Eſther regalibus veſtimentis*. Quicquid Reginam decet, gloriam dicit, & lætitiam, quia gaudium è ſignis auctoritatis oritur. Aſtipulatur Regius Pſaltes: *Concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia*. Pſ. 29. 12. Lætitia, ideſt, purpura; quippequàm è ſacco paſtoritio elevaſti ut regio cultu ſederem in throno, oſtenderemque in pretioſitate veſtis, quæ & quanta gloria coronæ in ſede ſuperiore maieſtatis.

Vbi ſupr.

25 Æquè in præſenti teſtimonio noſtræ Tautologiæ. *Lætificabis eum in gaudio*. Gloriâ & honore coronatus Chriſtus Dominus, gaudio dicitur lætus ac lætificatus, ſumpto gaudio pro corona, quam ſuper caput ex lapide pretioſo gerebat. Accipitur effectus pro cauſa, & ſignum pro re ſignata: igitur ex gloria & maieſtate oritur gaudium: gaudiumque dicitur non illa cordis quæ ex gaudio lætitia, ſed unde oritur gaudium, nimirùm, ex gloria. Plaut. uti vidimus, *n*. 8. *Ad me magna nunciavit hodie gaudia*: hoc eſt, cauſam magni gaudij. In *Aulular*. Act. 5. v. 1.

Expoſitio tertia.

Plaut.

Dij immortales, quibus & quantis me oneraſtis gaudijs!
Quadrilibrem aulam auro onuſtam habeo.

Aulam, ideſt, ollam: Feſtus & Taubmann. Aurum inventum, cauſa gaudij, dicitur gaudium. Hinc apud eundem in *Pœnul*. Act. 5. ſcen. 4. v. 105. Senex de filiabus inventis dicit: *Dij, vobis magnas gratias; cum lætitia tanta, & tantis affeciſtis gaudijs*. Terent. in *Adelph*. Act. 2. ſcen. 1. v. 17. *Lætus lætitijs*. Haud ut explicetur magnitudo gaudij

(ut

(ut ait Lyranus ad illud Isai.61.10.*Gaudens gaudebo*: ubi, *Duplicatur verbum gaudij; quia ex gaudio & gratitudine interiori fit redundantia in signo & opere*) sed opus felicitatis, ex qua gaudium. Ita ergo dum Christus dicitur gaudio lætificatus à Patre, non sumitur gaudium pro affectione cordis, seu complacentia mentis; sed pro causa gaudij, quia magna gloria eius in decore maiestatis super omnes vel in carne constitutus; qui in diebus carnis suæ paulo minùs ab angelis minoratus. Crucius hic: Lyran.

Immensa gliscit gloria,
Rex fama, laus, felicitas:
Tui ex parata gratia
Suum trahentem gaudium. Cruc.

26 Patet, effectum substitui pro causa, quæ regulaneceſſeria studiosis, in plurium sacrarum auctoritatum intelligentiam. Ioann.17.3. *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Vita æterna, idest, causa vitæ æternæ. *Ego sum resurrectio & vita.* 11.25. *Via, veritas, & vita.* 14.6. *Mandatum eius vita æterna est.* 12.50. In propositum explicat Cyrillus, *lib.*11.cap.16. *Radicem* (inquit) *atque originem æternæ vitæ.* Quorsentu 1. Ioann. 5. 4. *Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra.* Fides igitur est causa victoriæ ex mundo. Iudith, 15.10. *Tu gloria Ierusalem, tu lætitia Israel, tu honorificentia populi nostri.* Psalm.26.1. *Dominus illuminatio mea, & salus mea.* Psalm. 21.4. *Laus Israel.* Imitatus Ieremias, 17.14. *Quoniam laus mea tu es.* Pindar. *Olymp.9.* Od. *v.26. Floret virtutibus*: idest, coronis virtute partis. Sophocl. in *Trachin.*v.104. *Iub late iubilis*: idest, victorijs. Ita Angelus, Luc.2.10. *Evangelizo vobis gaudium magnum*: singularem optatam felicitatem. Quo quidem delicantur aliqua pleonasmica testimonia. *Gaudebit super te lætitiâ*: idest, virtute, lætitiæ causâ. *Ad lætandum in lætitia plebis tuæ*: cultu, virtute, scilicèt ac religiositate. *Sacerdotes eius induant salutari, & sancti eius exultatione exultabunt.* Exultatione, pro religione, quia non est alia natio quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. *Deut.*4.7. Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua non manifestavit eis, *Ps.*47.20. *Gaudio gaudet*: visione scilicèt atque plausu Salvatoris. *Simile est regnum cœlorum thesauro, quem qui invenit homo, præ gaudio illius vadit,* &c. Matth.13.44. *Præ gaudio*, nimirùm præ thesauri pretiositate & opulentia. 2. Cor.7.13. *Gavisi sumus super gaudio Titi*: idest, de adventu Titi (ut dicitur v.6.) de visitatione vestra gaudentis. Sic alia quæ expressa à *n.*7. Unde perspicua expositio Tautologiæ principalis, expressâ causâ effectus per effectum, atque signato per signum, lætificato Christo in supremo throno mirabili gaudio: equidem cùm gaudium signetur, ex quo gaudium oritur; præ cunctis unctus est oleo lætitiæ, dum gloria & honore donatus in cœlo à Patre. *Effectus pro causa* Cyrill. Soph.1.17 Ps.105.5. Ps.131.16 Ioann. 3 29. *Expositio quarta.*

27 Scietur modò discrimen inter *Gaudio gaudere*, de quo locuti sumus, & *Gaudere gaudium*; quæ phrasis invenitur apud AA. & non infimi subsellij, eruditionis è trivio. *Gaudere gaudium*, inter adagia notatur ab Erasmo, *Chiliad.3.Centur.3.num.* 8. Aul. Gell. *lib.9.cap.9. Gaudium gaudeat.* La-Zerda in Virgil.1. *Æneid.*v.500.n.4. Terent. in *Andria*, Act.5. scen.5.v.8. *Hunc scio mea solidè gavisurum gaudia.* Cæcius Ciceroni, *lib.*8. *Epist.*2. dicit: *In Theatrum Curionis Hortensius introit: puto, ut suum gaudium gauderemus.* Crucius in *Psalm.*117. *Eia sodales gaudeamus gaudia.* Haccine phrasi non intelligitur absolutè gaudium, sed expressio gaudij, sicut exultant victores capta prædâ, quando dividunt spolia Plausus innuitur, & gaudium non de gaudio, sed de causa gaudij. Iuvenc.lib.1. *Histor. Evangel.*à v.272. modulatur de Magis amissam videntibus stellam. *Gaudium pro plausu*

Ecce viæ medio stellam precurrere cernunt
Sulcantem flammis auras, quæ in culmine summo
Restitit, & pueri lustrata habitacula monstrat.
Gaudia magna Magis gaudent, sidusque salutant. Iuvenc.

Magna gaudia, idest, magna signa gaudij, quod festivè, ut solet, Plautus, ostendit in *Pseudol.*Act.2.scen.4.à v.11.

Io, io, io: te, te, te quæro, cui ter, trina, triplicia.
Tribus modis, tria gaudia, tribus artibus,
Ter demeritas dem lætitias. Plaut.

Hoc est plausu promam coram te gaudium de tot tuis lætitijs; equidem summè gratulor, latentemque lætitiam plausu coram gaudente de lætitijs ostendo. Gaudium accipi

pro

pro signo gaudij, diximus *num.*11. *Cessare faciam omne gaudium eius, & omnia festa tempora eius.* Osee.2.11. *Iudæis nova lux oriri visa est, gaudium, bonor & tripudium: omnisque civitas exultavit, atque lætata est.* Esth. 8. à 15. *Quiescere faciam de plateis Ierusalem vocem gaudij & vocem lætitiæ: vocem sponsi & vocem sponsæ.* Sic alia pro plausu & in gaudio gaudij signo.

Exultatio pro plausu, laude aut gratulatione Ps.131.16

28 Hinc exultatio (quæ iuxta Caietan. in *Luc.*1.47. plusquàm lætitia est) usurpatur pro cantico, gratulatione, plausu & applausu. *Plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis*: Psalm,46.2. Quapropter dum Arca fœderis translata in arcem Sion, dicitur 2.Reg.6.15. *In iubilo & in clangore buccinæ.* Additur 1.Paralip. 15. 28. *Et tubis & cymbalis & nablis & citharis concrepantes.* Eodem sensu dissolvitur Tautologia, qua de Sacerdotibus dicitur: *Exultatione exultabunt.* Hebr. *Laudando laudabunt.* Idem Hieronym. *Gratulatorie acclamabunt.* Maluend. *Levitæ* (infit Genebrard. hic) *ad ministerium consecrati, in suggestu & choro coram te canant ore, & psallant instrumentis musicis, hilariter ministrent, te lætis laudibus celebrent.* Primò v. 9. tantùm dicitur: *Exultent* simpliciter: post exultationi additur exultatio, ut extrà per laudes ac plausus vocis pateret gaudium lætabundi pectoris; uti dicitur *Isai.*61.à 10. & *Zachar.* 2. 10. *Lauda & lætare*: q.d. Prome vocibus exultationis, quantum in pectore gaudium. Ps. 9.3. *Lætabor & exultabo in te, & psallam.* Hæc in distinctionem gaudij, quod dicitur gaudium cordis, seu intra pectora gaudium, quasi *secretum mum mihi*, ut dicit Evangelicus Vates, 24.16. seu gaudium in sinu. Gell. d. *Gaudium gaudeat genuinum & intimum, atque in ipso penetrali cordis, & animæ vigens.* Plaut. in *Epidic.* Act.5.scen.1. v.44. *Tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.* Terent. in *Hecyr.* Act.1.scen.2.v.32. *Tacita mecum gaudeam.* Virgil.1. *Æneid.*v.506. *Tacitum pertentant gaudia pectus.* Propert.2.Eleg.25. v.30. *In tacito gaudia clausa sinu.* Idem Tibull. *lib.*4. *Eleg.* 13. v. 8. Ovid.4. *Trist. Eleg.* 5. v. 17. *Intra tua pectora gaude.* Pridem Homer. 15. *Odyss.* v.165. *Gavisi sunt, & in mentibus animus lætatus est.* Hoccine stylo usus Cicero, lib. 3. *Tuscul. qq.* & Seneca, *Epist.* 106. Ita est, *gaudio gaudere*: dum gaudium in gratulationem, *gaudere gaudium*: ex quo alia occurrit expositio in Tautologiam principalem.

Genebr.

Aul. Gell.

Discrimen inter gaudio gaudere, & gaudere gaudium.

29 *Lætificabis eum* (dicitur) *in gaudio.* Per gaudium signatur plausus, ita ut animus de gaudio alterius gaudeat, quod dicitur *Congaudere*, vel gratulari. Unde dum signatur *Gaudium gaudere* (& non, *Gaudere gaudio*) nihil aliud est, quàm exprimere gaudium de alterius gaudio, sed de gloria, felicitate, & honore, ex quibus gaudium. *Audierunt vicini & congratulabantur ei*: Luc. 1. 58. Complacentia de proprio bono, dicitur cordis lætitia (*Dedisti lætitiam in corde meo*: Psalm.4.7.) de alieno bono gaudium; & *gaudium gaudere*, est celebrare unde gaudet, qui à gaudente plauditur. Donatus in *Andr.* Terent. Act.5.scen.4.v.43. subdit: *Plus est ergo gaudere, quàm lætari.* Gaudemus itaque nobis, gratulamur alijs: gaudemus quippe nostris, gratulamur alienis. Unde dicit Paulus, Rom.12.15. *Gaudere cum gaudentibus*: hoc est alijs, de bonis gaudentibus gratulari, & plausu exprimere gaudium internum. Plautus, *Mostellar.* Act.1.scen.3.v.148. *Hæc qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono.* Cicero 2. de *finib.* cogitationi arridet: *Utrumque lætor* (ait) *& sine dolore corporis te fuisse, & etiam animo valuisse.* Palilogicè explicat utrumque gaudiū, idem lib.3.ad *Attic.* Epist. 20. *Functum esse officio vehementissimè probo. Gaudere-gaudere me tunc dicam, si mihi hoc verbo licebit uti.* Lætitiam tamquàm effectum honoris & exaltationē Christi, dici ipsum exaltationis honorem; dudùm observavimus, quo gaudio gavisus est Christus. Restabat, quòd omnes de lætitia eius gauderent: & non solùm dicitur, quod Pater cœlestis eum summa dignitate lætificavit; sed *gaudio*, aliorum, scilicèt, plausu ac gratulatione in maiestatem evexit. *Dignus est agnus, qui occisus est, accipere virtutem & divinitatem, & sapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem: & omnem creaturam, quæ in cœlo est & super terram, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo, omnes audivi dicentes: Sedenti in throno & Agno, benedictio & honor & gloria & potestas in sæcula sæculorum.* Apocal. 5. à 12. Hæc est Christi gloria, lætificari beatitudinis gaudio, & eius gaudium gaudere. *Gaudeamus & exultemus & demus gloriam ei.* Signat cogitamen Profanus. *Faciam ex lato lætantem.* Plaut. *Pseuldol.* Act.1. scen.3. v.90. & in *Persa.* Act.5 scen.1.v.8. *Lati, lætificantes faciam ut fiant.* Vide hic Taubmann: ostendit vim plausus, & gloriam lætantis in gaudio gratulationis: igitur lætum magis reddunt fruentem gaudio (idest, honore) de honore

Cicero

Exposit. 5.

Apoc.19.7

ac maiestatè, congratulationes complacentiæ: gaudent de gaudio sedentis in supremæ auctoritatis throno. Opportunè Claudian. 3. de *Laudib. Stilicon.* à v. 76.

——Quantæ pensabunt facta coronæ!
Non solum populi vitam debere fatetur
Armis Roma tuis; sed quòd iucundior esset
Lucis honoratæ fructus venerabile famæ Claudian.
Pondus & amissus vires, & regna recepit.

Hinc per proprié, *latificabis eum in gaudio*: quippequàm ex cunctis gentibus filio Dei solemnis plausus ac applausus, è maiestate, decore, throno, coronà, universali regno cum summa potestate, principatuque in cunctis & cunctos, ut caput cunctorum glorificandorum, uti dix mus suprà *n.* 16. Sic ergo gaudium Principis dicuntur *Communia gaudia*: Ovid. 4. *Trist.* Eleg. 2. v. 17. Vicit enim leo, qui occisus est Agnus, dum vitam occisus, à Patre petijt, & gloriosam, immortalem lubitò tribuit. Aliò intentus signat Salvatoris triumphum, & universi plausum, Statius 2. *Sylvar.* 7. v. 131. Ovid.

Securæ procul hinc abite mortes.
Hæc vitæ genialis est origo.
Cedat luctus atrox, genisque manent
Iam dulces lachrymæ: dolorque fessus Statius.
Quicquid fleverat antè nunc adoret.

3 Hæc de Littera. *Latificabis eum in gaudio.* Hieronym. *Hilaribis eum latitia* Pagnin. *Lætitià lætificabis.* Maluend. *Gaudio exhilarabis.* Caietan. Idem. D. Thom. *Lætitia sempiternà.* Genebrard. demùm: *Magnam lætitiam capiet.* Cunctæ itaquæ Versiones aptatæ in acceptionibus gaudij, lætitiæ & exultationis. Modò in morum institutum, ut gaudeamus in sæcula sæculorum. Version.

ADINATON EXEGETICUM.

1. *Lætificabis in gaudio.* Ex materia gaudij ostenditur forma. Sublimior gaudij forma ex contraria materia: etenim planè, uti novum, gaudium sublimius, ubi provenit ex pœnis atque vulneribus. *Epilog. excurs.*

2. *Lætificabis in gaudio.* Virtus Martyrum signatur, dum tormentis vita tollitur: igitur ita appetunt pro Christo pati, & pro illo avidissimè mori; ut non habeant aliud gaudium, nisi gaudium tormentorum.

3. *Lætificabis in gaudio*: & etiam nascente Virgine, in cordolio: igitur Primiparentes transgressionis expulerunt mœrorem; simulàtque filiæ Virginis præscierunt nativitatem.

4. *Lætificabis in gaudio cum vultu tuo.* Est gloria pœna? Etiam gaudium in mœrore. Deficit gaudij species, sed non forma. Semper gaudium est, sed non semper in lætitia: diciturque *cum vultu* Deitatis, ex gaudio lætitia in cœlo; quippequàm in mundo est lætitia sine gaudio: siquidem eorum exultatione mirè repletur pectus, qui fœliciter gloriantur inventis tribulationibus.

5. *Lætificabis in gaudio.* Lætificat etiam afflictio, qua premitur anima, ut liberetur à culpa; diciturque lætitià gaudere, quippe est gaudium ex dolore: igitur cùm dolor animam ab ægritudine liberet; ni doluisset, non gauderet.

6. *Lætificabis in gaudio.* Non semper cum lætitia gaudium est; ut in illis videtur, quorum Venus icit cor, sagittis voluptatis, sed sagittis: quandoquidem quæ plaudunt & dicunt gaudia, sunt cordis vulnera.

7. *Lætificabis in gaudio.* Sine lætitia potest esse gaudium, quia non plenum. Patet in Christi amantis nativitate, qua gaudia mista dolori: gaudet enim, quia in effusionem sanguinis Salvator nascitur: & simul dolet, quia nomine Salvatoris non luxit, priusquàm circumcideretur.

8. *Lætificabis in gaudio cum vultu tuo.* Ex vultu Dei est gloria, qua in gaudio summa lætitia. Ex Dei profectò absentia tristatur anima. In anima Theresiæ variantur effectus, sive lateat, sive pateat Deitatis vultus: etenim miro amoris ingenio, absentiâ gloriæ habet gloriam; ac in gaudio habet tristitiam.

DIDASCALIA PRIMA.

Stephani pugna, glorioſiſsima victoria.

1 NUMQUAM virtuti molle documentum eſt: nec virtutis materia laudanda ſed virtus; quippe in ardua tendit animus; victoriamque elevat certaminis modus; ut non ſolùm homo nanciſcatur triumphum, ſed & trophæum: igitur elucet labor victus, ac perſiſtit æternum virtutis decus. Cuncta enim adverſa ſuſtollit, non ſuccumbit: ſtat recta ſub quolibet pondere; nec onus, onus illi. Ubi deprimitur, pondere adverſo uti in bilibra elevatur. Quaſi invulneribus periculis offertur; & gaudet vulneribus ſine vulnere animus, quaſi in illis videret cœlos apertos. *Sola virtus* (inſit Seneca, *Epiſt.* 27.) *præſtat gaudium perfectum & ſecurum. Si quid obſtat nubium modo intervenit; quæ infrà feruntur, nec unquàm aiem vincunt.* Lux in tenebris lucet, nec umbra comprehendit. *Erigitur virtus, cum tacta eſt & impulſa*: ſubdit idem, *Epiſt.* 94. Sicut in *Octavia*, v. 57. accinit: ac in *Hercul. Oetæo*, v. 1562.

Virtus elucet in arduis.

Senec.

Idem.

Generoſus ardor malis vires capit.
Locum virtus habet inter aſtra.

Pſ. 20. 7

Quid ergo dicit noſtra Tautologia? *Lætificabis in gaudio.* Exprimitur gaudij materia, vel forma? Forma, quippe gaudio gaviſus, cuius exultat animus. Mirabilior gaudij forma, modò ex contraria materia: quandoquidem animus virtute claret inſignis, ſi gaudens exultat pœnis. Gaudio gaudet homo in & ex gloria, haud in ærumna: etenim cordis carniſque tormentum non poteſt cauſare gaudium; expelletque dulcedinis voluptatem, quicquid ingerit dolorem. Haud mulcet, quodcumque nocet: verùm cùm virtuti placeat, quod paventia corda vulnerat; dolore veniente gaudet, qui tormenta quærit in oſtenſionem virtutis; ut eluceat per vulnera flamma pectoris, inveniens in delicias theatrum latentis amoris. Idem, qui dudum, v. 1564.

Exultatio virtutis in pœnis.

Senec.

Virtutis eſt domare; quæ cuncti pavent.

2 Occurrit in argumentum propoſiti virtus Stephani. Periculis offertur, quaſi invulnerabilis. Laborabat ſine pondere laboris. Non ſuccumbit, cuncta adverſa ſuſtollit. Non deprimitur, elevatur. Pœnis mulcetur: impellit virtus, gaudet pectus, non vulneratur vulneribus animus; ſed plenus exultationis, gaudens inter dolores ſuſcepit lapides. Locum virtus habebat inter aſtra, dum flammam pectoris oſtendebant vulnera: gaudebat, exultabat: & cùm inveniſſet, quod eius amoris virtus avidiſsimè quærebat; voto, turbine lapidum voluptuosè potitus, ictibus felix *vidit cœlos apertos.*

Stephanus dum lapides ſuſcipit; cœlos apertos conſpicit

Act. 7. 56.

Per tot lapides Petræ coniungitur uni;
Ad quem melis ovans, per vulnera ſacra vocatus,
Sanguine fecit iter: cupienſque in præmia victor,
Lumina cordis habens, cœlos conſpexit apertos.

Arator.

Ita Arator. 1. in *Act.* à v. 595. Gloria ſurſùm micans, eius virtutem invitabat in conſtantiam. Vidit gloriam. Vota concupiſcunt, quod oculi decertantis ſuperius cernunt. Non erat ſemita in cœlum, ſed violenti rapiunt illud. Unde cùm Stephanus anhelaret, atque ſurſùm eſſet ſplendidum æther; ut ingredi poſſet, ſanguine fecit iter; & quæ fulgebat in terra, virtutem collocaret inter aſtra. Dicit Stoicus, *Epiſt.* 71. *Niſi beatus eſt* (inquit) *in ſummo bono non eſt. Quod ſummum bonum eſt, ſupra ſe gradum non habet. Quod ſummum bonum eſt? Si modò illi virtus ineſt: ſi illum adverſa non minuunt: ſi manet, etiam comminuto corpore, incolumis. Manet autem. Virtutem enim intelligo animoſam & excelſam; quàm incitat, quicquid infeſtat. Hunc animum induunt generoſæ indolis iuvenes.* Ita ergo oculi Stephani, comminuto corpore, integro pectore, intenderunt in cœlum; ut ad dexteram Patris Chriſtum viderent ſedentem: Chriſtuſque è ſella ſurrexit, ut Stephani certantis videret etiam virtutem. Benav. lib. 2. *Hor. ſucceſſ.* Epigramm. 43.

Senec.

Cur qui ſedebat, in Stephani certamine ſtabat.

Ibid.

——*Ieſus bipatenti plaudit Olympo;*
Stanſque videt pugilis prælia mira ſui.

Benav.

3 Subit mentem ſtupendum corporis eius, poſt mortem cadentis, miraculum; & mirabilioris fortitudinis ſignum. *Immobilis* (ait Ambroſius in *Pſalm.* 61. 7.) *nullo erat mortis timore commotus. Non movit ſe Stephanus.* Non moverunt faxa: ipſe in petra, qua in cruciamina ſitus, flexit genua. Beda, de *Loc. ſanct.* cap. 3.

Ambro.

Pende

Pende miraculum. *Ibi* (ait Anton. Castell. in *Devot. Peregrin.* lib.3. cap.4.) *lapis super quem post mortem corruit corpus sanctissimum Stephani : in illoque corporis signa impressa videntur.* Alapid. in *Act.* loc. cit. subdit : *Signa & effigiem capitis & scapularum S. Stephani, lapidi, dum expirans retrorsùm caderet, impressa etiam in eo ostendi.* Idem ibid. Lorinus, & Bagatta, in *Mirabil. Orb.* Tom. 1. lib. 5. cap. 1. Append.2. n.14. & Tom.2. lib.5. cap. 2. n. 49. Quorsùm huiusmodi portentum ? An ut duriora ostenderet fidei Iudæorum corda, dum cedebant durissima saxa ? Dixit Arator, d. à v. 592.

Castell.

Alapid.

Cæsit lapis impulsui Stephani corporis, in illo cadentis.

——— *Lapides Iudea rebellis*
In Stephanum lymphata rapis : quæ crimine duro,
Saxea semper eris.

Arator.

Aliam causam cogitat Augustin. de *Sanctis*, serm.5. *Stephanus* (inquit) *triumphali morte præcessit.* Mors gloriosa, cadente corpore, & triumphante agonotistæ virtute ; sed non triumphalis, quippe iacet ut victa materia corporis. Mors pretiosa, ubi victricem animam mittunt in cœlum tormenta. Vicit anima victo corpore. Non ita in certamine Stephani. Morte triumphali præcessit : cadente corpore, corpus etiam hostes vicit : igitur si aliorum Martyrum corpora cedunt illæsis instrumentis martirij: instrumenta martyrij cedunt minuta Protomartyris corpori.

Auguſt.

Cur eius mors plaudi-tur triũphalis?

4 Intelligitur modò Iobi in propositum cogitatio. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.* Mellius Sousa hìc:

Iob. 6. 12.

Sousa.

Ut valeam in duris patiens consistere rebus,
Saxea vis non est, neque corpus ahenea moles.

Utique : non corpus humanum chalybs, neque præcordia silex : patet oculis. Cur igitur vulnera sua, plagasque referens Iob, asserit, in quo rubent, corpus non esse ad ictus, ut æs ? Exponit virtus Stephani, quod denegatum conditioni humanæ; ostendens esse humanum, ut vulneribus cecidit ; & esse chalybeum, ut lapidibus prævaluit. Lapis sensu caret : corpusque Stephani ad vulnera riget ; ut clareret robur cordis, in debilitate carnis, singulari constantiâ, etiam additis vulneribus super vulnera : quandoquidem sensibili corpore validissimæ causa virtutis, ad lapidum ictus cum sensu, sine sensu tamquàm lapis: erat enim fortitudo carnis : ad lapidum violentissimum impetum : plusquàm fortitudo lapidum. De C. Fermio dictum (potiùs fictum) ita virtute valuisse ; ut pectus exponeret malleorum tunsionibus, ut emineret singularis virtus. Modulatur Laurent. Hæchtanus in *Microcosm. Emblem. 60.*

Ad lapidũ ictus, tãquam lapis Stephanus.

Robur Fermij singularis.

Viribus ille fuit tam magnis Fermius olim,
Creditur, ut tellus vix habuisse parem.
Incudi potuit nudum suponere corpus,
Qua super admisit cudere sæpe viros.
Est miranda quidem vix maxima corporis huius:
Vix natura sagax limite clausa suo.

Hæcht.

Sanè mirum, quòd caro vinceret ferrum, quasi in illa fortitudo lapidum ; operatione ultra naturam, propter virtutis constantiam. In Stephano fulget verum, quod in roboris admirationem commenticium: equidem si habuit carnem, quæ ferreis tunsionibus lapidum cederet ; adistar lapidis habuit & carnem, qua ferrum vinceret, admirabili pectoris robore : quippequàm sanè mirabile, quòd aliorum impulsui lapidum cedat caro inanis corporis ; & motui Protomartyris corporis cederent lapides.

Stephani carni saxum cessit.

5 Lapis nequit flecti, estò acciderit contundi. Probatur ictibus : priùs deficiet, quàm flectatur. Hæc conditio lapidis, verùm non humani corporis ; uti in præsenti theatro, quo videtur in carne, non carnis, sed lapidis singularis conditio : etenim adinstar lapidis ita fortissimum pectus ; ut accipiendo, saxorum repelleret ictus : cùm cederent lapides impulsui cadentis corporis, quin illorum duritie, & crebrâ eiaculatione ; mollis caro flexibilis potuisset utcumque flecti. Lapis nec habet sensum, aut mortum: corpus dolet, quippe habet motum & sensum. In corpore carneo, mirabilis ex virtute lapidis constitutio : quandoquidem in certamine propter eximiam virtutem, corpus lapidibus exhibebat tamquàm lapidem. Huius erat fortitudo, non natura, ut ex fragilitate plus emineret victoria : etenim stantem pluvia lapidum non movet, vulnera ex illis non sentit : imò pugnat, pugnaces debellat, ovat triumphat, sine ulla doloris demonstratione, quasi lapidum ictus fierent in lapide. *Gaudet lapidibus Stephanus* (ait Gregor. Nyssen. de *Beatitudin.* cap. 3.) *undique petitus : ac veluti suavem quendam rorem, crebos lapidum ictus, in modum floculorum nivis incidentium corpore cupidè excipit.* An lapides, in turbine crepitantes, nivis receperunt naturam ; ut Stephani pectoris refrigerarent flammam ? Cor maximoperè æstuabat, igitur in nive plus ignis valebat.

In corpore carneo lapidis mira conditio.

Greg. Nyssen.

Virtus erat prævalens, ubi prævalebant lapides. Petræ sciſſæ sunt. Ampliores vires flexibili carni dedit cor. Iam ænea est, dum recipiunt lapides signa corporis, quasi non essent lapides. Manet virtutis vestigium, & trophæum, visà lapidum mollitie fragili, atque carnis indomità fortitudine. Iam fortitudo lapidum, fortitudo carnis. Iam Stephani caro, caro æneas; igitur eius corpori cedunt diriſsima atque duriſsima saxa. Futilis, fortiſsima pugna.

Eius in cedente saxo, virtutis vestigium, & victoriæ trophæum.

Benav. d. *En minùs illa premit, quò magis arma movet.*

Sumpsit, seu arripuit conditionem cordis, conditio carnis: etenim ut succinit, qui dudùm:

Idem. *Mens adamas Stephani.*

6 Hoccine admirabile signum ad Pauli conversionem extendit Arator; maximè cùm ultima verba dirigentur Stephani in conversionem duriſsimi cordis Pauli, super quod mortuus iacuit, ut molleſceret. Unde Auguſtin. de *Diverſ.* serm. 94. subdit: *Putas, verba iſta audivit Paulus? Audivit ſubſannans, ſed irriſit.* Idem Chryſoſtom in *Paraſcev.* Orat. 2. Hinc Arator, d. à v. 618.

Auguſt.

Arator. ——*Cùm ſidera Martyr,*
Cannifices infima petunt: ſors prima relevat,
Exemplumque creat, quòd talia bella gerenti
Hoc de fonte fluit.

Plin. *Tritani militis facinus.* De Tritano, Pompeij Magni milite, ait Marc. Varro, ex quo Plinius, *lib. 7. cap. 20.* inquit: *Hoſtem ab eo ex provocatione dimicantem, inermi dextrà ſuperatum, & uno digito poſtremò correptum, in caſtra tranſtulit.* Ita legit Ferdin. Pintian. Sic

Solin. etiam refert Solinus, *cap. 4. Captum digito uno in caſtra imperatoris ſui reportavit.* En speculum victoriæ Stephani in conversione Pauli, dum super cor eius saxeum, corporis cadentis impreſsit signum; ut ex eius impreſsione imaginis, constaret duritiem ceſsiſſe cordis. *Ideo erectus eſt Paulus, quia in terra inclinatus exauditus eſt*

Auguſt. *Stephanus* (infit Auguſtin. in eius *Feſto*, serm. 1. & 4.) *Nam ſi Martyr Stephanus ſic non oraſſet. Eccleſia Paulum non haberet.* Provocavit Saulus Stephanum, sed cadens dextrà inermi superavit Paulum. Pugnæ exitus declaravit feliciſsimus, quamtum interfectore fortior iniuſtè interfectus. Quam valida veritas, quam oppreſſerat calamitas. Oſtendebat lapideum pectus, qua Paulus origine natus: dum cor carneum converterat in lapideum. Haud blandimini cedebat lapis cor, verum cadente Stephano lapis ceſsit. Talia bella gerenti hoc de fonte fuit: reportavitque poſtremò uno digito in Chriſti imperatoris caſtra (exultantem pugnaciter in aliena Synagogæ militia) profitentem mentis ac pectoris conversionem; eò quòd Stephani atletæ lapis cor ſuſcepit veram imaginem. Mutatio dexteræ Excelſi, ut eluceret conversione gloria triumphi. Aliò cecinit Ovidius, 1. *Metam.* fab. 7.

Conver. ſioni Pauli micuit certamen Stephani.

Saxa (quis hoc credat, niſi ſit pro teſte vetuſtas?)
Ponere duritiem cœpere, ſuumque; rigorem,
Mollirique; morà, mollitaq; ducere formam.
Inque brevi ſpatio, Superorum Numine, ſaxa
Miſſa viri manibus, faciem traxere virorũ.

Ovid.

7 Prædixit Iobus & Pauli naturæ conditionem conversam, & Stephani præfulgidam splendore coronam: etenim adiſtar Solis, radijs illuſtrantis terram, de meliore luto finxit præcordia Titan. *Terra igni ſubverſa eſt: locus ſapphiri lapides eius, & gleba illius aurum.* Arabiſmus ita exponitur à Sanctio & Maluenda: *Loco lapidum ſuffecta Sapphiri, pro glebis aurum in terra cordis.* Addit Pineda: *Mutationis rerum exemplum.* Nihil mirum in præsenti ſpectaculo; dum utriuſque videtur prorsùm mutata conditio: igitur in Stephano, pro lapidibus ſuffectæ ſapphiri; quippe qui fuerunt lapides, iam ſunt lapides pretioſi, qui ob fidei conſtantiam, eius ornarent coronam: & in Paulo, mutato corde, igne Stephani, aurum fulget pro gleba tenacis improbitatis; quippe in mutatione rerum signatur vas electionis. Lapides enim Pauli gemmas tribuerunt Stephano, ut super caput eius coronam Chriſtus poneret, & de capite pretioſo. Prece Stephanus cor lapideum Pauli convertit in aureum; etenim, quia lapideum, tamquàm vas perditum: mutatione cordis, copià lucis ſpecies cœli in viſione gloriæ, vas admirabile, opus Excelſi. In ſaxis natus Stephanus. Paulus ſcopulis natus. Ille nudatus mortalitate, Paulus duritie. *Quos imbres montium rigant, non habentes velamen, amplexantur lapides.* Amplexatus eſt Paulus in vita dum, gratiâ mollivit cor. Semel lapidatus eſt Stephanus in morte, ne lapis eſſet cor Pauli: florente utroque & in cœlo & in terra; alteri conceſsà, alteri præparatà coronà.

Iob. 28 à 5.

Sanct. Maluéd

Pined.

Mira mutatio lapidum Stephani & Pauli.

Iob. 24 8.

Quippe

Iuvenal Satyr. 6. v. 11. *Primus inter Martyres, quia primus.*

Quippe aliter tunc orbe novo, cœloque recenti
Vivebant homines, qui duro robore nati.

8 Aliquid latet in metaphora summi decoris & prætij, ubi inter gemmas pro lapidibus dumtaxàt sufficiuntur Sapphiri. Lapides lapidibus susceptis respondent; & non alij inter splendores nisi Sapphiri decent. De huiusmodi gemma (quæ dicitur Sacra) Pineda loc. cit. ait: *Sapphirus primas gemmarum.* Hinc Marbodæus in *Lapillor. enchirid.* cap. 53. accinit:

Pined.

Marbo.

Quem natura potens tanto ditavit honore;
Ut sacer & meritò gemmarum gemma vocetur.

Sapphirus, lapillus summè pretiosus: primas, quia primus: & in signum Stephani objicitur inter gemmas Sapphirus gemmarum decus; quoniam dum duros lapides corpus mortale suscepit, primitias Martyrum Deus eius in sanguine dedicavit. *Primicerium Martyrum* plaudit Augustinus, d. 1. Protomartyr atleta inter pugiles primarius, quia primicerius: eiusque speculum iurè exponitur Sapphirus; quippequàm præ constantia, aliorum mirè fulsit ad pugnam virtus virtutum, sicut ob pretiositatem designatur Sapphirus gemma gemmarum. Anteſignani munus, è manu haud dimittere vexillum, quandiù vitalem haberet halitum. Vel post mortem virtus Stephani habuit signum Dei vivi: etenim vel dum lapidatus cecidit, Paulum strenuè digladiantem superavit, trahens dextrà inermi, uno digito in castra Salvatoris; qui gloriabatur potens vetulæ Synagogæ à virtute deficientis. Misit lanceam primus in castra hostium, & valens cecinit classicum: indixit bellum, & alios excitavit in triumphum. Unde inter victores victor & illustrior Stephanus, sicut pretiosior inter lapillos Sapphirus; igitur ut Deus in Sanctis suis mirabilis videretur, & castra strenuè sequantur; in virtute atque fervore certaminis, dedit voci suæ vocem virtutis. In Paulo patuit, cuius animam decollati suscepit, & Salvatori obtulit. Vide Cardinal. Vitriac. lib. 2. cap. 11. in *Mariæ Oigniacens.* vit. ubi illa vocat Stephanum, *Rosarium Paradisi.* Iurè, lapis, uti rosas sibi cadens in coronam plexit, & spinis Paulum in conversionem pupugit; pretioso sanguine glebam cordis Pauli auream deducens in cœlos, atque lapides ad mortem convertit sibi in sapphiros. Ecce singulare theatrum, spectaculum mirificum. Sousa in loc. præfat. *Iob*:

Augusti. *Cur Sapphiro conferatur.*

Stephanus animâ Pauli suscepit.

Cur rosarium plauditurparadisi.

En locus insignis: lapides ipsius & altæ
Mœnia sapphiri, gleba fulgentis & auri.

Mell. Sous.

9 In idem propositum, etsi aliò, dixit Seneca. *Turpe est odisse, quem laudes: quanto verò turpius, ob id aliquem odisse propter quod misericordia dignus est? Vir magnus & iustus* (inquit, 3. de *Ira*, cap. 29.) *fortissimum quemque ex hostibus suis, & pro libertate & salute patriæ pertinacissimum, suscipit: & talem sibi civem, talem militem contingere optat.* Vidit Stephanus Paulum patruelem, zelo legis flagrantem; atque sibi optavit militem. Vidit pro libertate & salute patriæ pertinacissimum, sed phreneticum. Ut rediret sanitati mentis, necessaria erat in furente missio sanguinis. Media pertundenda vena, ut salus illusæ rationi, & naturæ Pauli attemperaretur gratia: Paulo-que sanitas mentis à Stephano mirificè est restituta; quippe ut rosarium spinis altè pupugit præcordia. Sic enim transtulit in æthera,

Seneca.

Paulum pupugit, ut frug. redderet

——*Tellus quem dura crearat.*

Lucret. 5. v. 292.

Sumpsit ergo Paulus cadentis Stephani vexillum, qui æmulator abundantiùs exstiterat paternarum traditionum. De prærogativa primatus martyrij & gloria; loquemur *Tautol. seq. Didasc.* 5. & *Tom.* 8. T. 10. ad illud: *Propter electos quos elegi.* Modò ut in alias sit transitus; notanda conditio specialis, qua eminet uti pretiosior Sapphirus. *Punctis aureis purpureis rutilat Sapphirus*: infit Aben-Ezra in *Cantic.* 5. 14. Epiphan. de 12. *lapid.* cap. 3. *Sapphirus gemma purpurascit, ut species purpuræ nigræ.* Maluenda ad illud *Cantic.* 1. 11. *Murenulas aureas vermiculatas argento* (ubi Chald. *ex Sapphiris*) legit: *Cum punctis, stigmatibus, vulneribus imaginibus.* Stephani imago elucet clarè in Sapphiro, ut ei commendetur singularis pretiositas, quærenti bonas margaritas & gemmas. Cuncti Martyres induunt purpuram, sed multi ex illis illarum adinstar unico vulnere efflant animam. Lapidatus est Stephanus. In vulnera multiplicati sunt ictus, contusionibus crebris, colore, & specie nigri sanguinis: punctis, stigmatibus, plagis, vulneribusque purpureis, conformis factus imaginis filij Dei, qui in eius certamine lux fulgentissima & fax: equidem, ut asserit Lorinus in *Act.* d. v. 56. *Generosum militem Ducis conspectæ cicatrices animarunt, armaruntque ad pugnam.* Quid si uti pretiosior Sapphirus, illustrior virtute, dotibus Protomartyr primaria gemma? Lapidum enim

Conditio & colores sapphiri. Epipha. Malueu.

Christus in pugna Stephano ostendit vulnera.

Lorin.

turbine in uno tulit & pertulit multiplicata martyria. Prosper, *Epigram. n. 69.*

S. Prosper. *Lapidum asperitas nequit terrere volentem:*
Sed cruor ille parem illi spondebat honorem.

10 Adhuc in Sapphiro micat specimen triumphi, palmeque Stephani Protomartyris, iunctæ nativitati Salvatoris, ut promisi, *Tautolog. 1. Didasc. 6. n. ult.* Unde Augustin. d. *serm.* 1. inquit: *Celebravimus hesternâ die natalem, quo Rex Martyrum natus est in mundo: hodie celebramus natalem, quo Primicerius Martyrum migravit ex mundo. Oportebat enim, ut primùm immortalis pro mortalibus susciperet carnem; & sic mortalis pro immortali susciperet mortem. Ideò natus est Dominus, ut moreretur pro servo; ne servus timeret mori pro Domino. Natus est Dominus in terris; ut Stephanus nasceretur in cœlis. Ingressus est Dominus mundum, ut Stephanus ingrederetur in cœlum. Altus ad humilia descendit, & humilis ad alta ascendit. Filius Dei factus est hominis filius, ut filios hominum faceret filios Dei.* Ferè eadem Fulgentius, d. *Protomartyr. & Pauli conversion.*

August.

11 Delicatur modò dubium, de quo loc. cit. *num.* 5. Patrato Lystris illustri miraculo, dixerunt cives: *Dij similes factì hominibus, descenderunt ad nos.* Locuti sunt uti Ethnici cæca ignorantia, quasi possent esse plura Numina. Miraculum factum est supposito miraculo, Deum descendisse de cœlo. Necessarium, quòd miraculum fieret, si Deus de cœlo descendit: verùm maius miraculum in causa, quàm salute restituta: etenim non ita magnum, quòd Deus descenderet de cœlo, quàm quòd Deus descenderet tamquàm homo: igitur descendente in terras fiebant miracula: verùm *Deus-homo* in mundo cuncta prodigia. Planè, & verè. Sed inquiro. Cur non dicunt, videntes homines mirabiles, sibi similes, apparuisse hominem similem Numini, sed Numen descendisse de cœlo simile homini? Nequibat dici, quod nequibat esse. Non enim poterat homo Deo similis ascendere in cœlum, quin de cœlo Deus-homo descendisset in mundum. A descensu maiestatis, pendebat ascensus hominis: à mortalitate immortalitas, à labore felicitas, à pœna gloria, à morte vita. Cuncta fausta ab huiusmodi descensu: cuncta felicia ab huiusmodi miraculo, quò dirigebantur vota hominum; sed cœlum clausum: Deusque similis homini de cœlo descendisse dicitur, parta ut tota felicitas ab homine denotetur: igitur quos habebat clausos; Deo caro facto in hoc mundo, iam videt cœlos apertos. Ascendere in cœlum nequibat, quia Deus homo non descenderat: & hominum in cœlum iam præsignatur ascensio; quippequàm in hoc mundo videbatur Deus homo. *Ostium apertum est in cœlo*, & statim vox prima facta Ioanni: *Ascende huc.* Unde cœli fores perviæ, quæ tot sæculis vectibus adamantinis occlusæ? *Supra sedem* visus *sedens.* Quis ergo ille? *Verbum unitum humanæ carni, in throno Virginis*: Anselmus de *Virg. conceptione.* Semitam in cœlum ignoraverat avis, quia nullum ostium in cœlis: visoque Deo-homine, dicitur homini: *Ascende*; siquidem hominis in cœlum assumptio, ex eo quòd in terra videretur Deus homo. Ex eius mortalitate oriunda beatitudo mortali generi. Ut Deus similis homini, in mundum introivit; homo Deo similis super æthera ascendit. Ut immortalis pro mortalibus susceptit carnem, homo gaudebat ascensu in æternam beatitudinem: visoque in throno Verbo carne, homine Numine, homo invitatur ad ascensum & introitum; quippe statim in cœlis ostium apertum.

Actor. 14. 10.

Deus homo inmiß docuncta prodigia.

Apoc. 4 1. Vers. 2. Anselm

Aperuit cœlum, dum venit in mundū.

12 Hinc haud casu simul celebratur nativitas Salvatoris, ac natale Protomartyris. Apparuit Dominus in mundum descendens de cœlo: videtur Stephanus in cœlum ascendere, egrediens de mundo. Necesse erat, ut hic introiret; quòd ille descenderet. Quòd ille ingrederetur homo similis Numini, dum hic egrediebatur uti Deus similis homini, relinquens patulam viam, ut homo posit ascendere in gloriam: Stephanusque invitatus in ascensum, & intendens in Empyrium cœlestis aulæ ovans ingreditur sinus; quia Numine caro facto conspexit cœlos apertos. Ex illius charitatis dignatione, affulsit prosperitas humano generi. etenim simulatque in terris apparuit Deus-homo, ostium apertum in cœlo.

Ingressu roStephano inEmpyrium, Salvator aperuit ostium.

——*Cardine Sacro*
Panduntur portæ.

Virgil. 6 Æneid. v. 573.

Dicit contextus. In concilio viderunt impij Synedri faciem Stephani, tamquàm faciem Angeli. In facie gloriæ splendor affulsit, quam oculis hausit. Tunc ille dixit furentibus: *Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris Dei.* Quare igitur cùm esset utrumque, Stephanus in glorioſa visione, haud dixit, videre filium cœlestis Patris, sed dumtaxàt Filium hominis? *Vidit cœlos apertos.* Quid quòd videret? Quod ex eius temporali nativitate

Vers. 56

ema-

emanavit. Christo nascente, Deus videbatur in carne; qua filius hominis in specimen humanæ felicitatis (Vide Augustin. tractat. 25. in *Ioann.* & Epist. 174.) igitur cœlum aperiendum, dum Deus ut homo videretur descendens in hanc mundum: signavitque ostium apertum in cœlo, quippequàm iam conspectum in terris Numen ut homo. Iam subiverat mortem, ut Stephanus exueret mortalitatem. Iam natus fuerat in imis, ut Stephanus locaretur in supremis. Iam aperuerat portam, ut in cœlestem Stephanus ingrederetur aulam, quin obex occurreret ad introitus, cum videret è terra cœlos apertos.

Theodoret. Epipha.

13 De Sapphiro dicit Theodoretus in *Cantic.* 5. 14. *Solam Sapphirum obtinere cœli speciem & colorem.* Epiphanius d. *Regius autem punctis aureis varius: non est autem hic in tanta admiratione, quàm ille qui prorsùs purpurascit.* Maior admiratio nobis occurrit, dum diverso colore Saphirus nitet. Quomodò diversa species in una Saphiro ex varietate coloris. Hinc admiratio ex corona Protomartyris: equidem Sapphirus singularis, purpurà rubens, effundens è venis, aureis punctis totum sanguinem; ostendit aperto Empyrio cœli speciem & colorem: etenim in cœli ingressus est gloriam; quippe iactatis saxis effudit purpuram. Aliam causam affert Aben-Ezra, d. *Sapphirus Pyropi adinstar, Sole illustratus ignescere, purpurascere, & scintillare videtur.* Vidit Stephanus cœlos apertos, & ibi Iesum, qui iustitiæ Sol. Radijs illustratus fuit: & proprium Sapphiri, colorem in purpuram commutavit cœlestem; quia cœlis apertis in terra videbat Solem. Benavid. quò suprà:

Unde Stephanus colore purpuræ & Sapphiri colore?

Aben. Ezr.

Benavi. *Mens adamas Stephani, corda pyropus erant.*

Aliter conciliare possumus differentiam in utriusque admirabilem gloriam. Christus de cœlo in terram descendit: Stephanus de terra in cœlum scandit. Uterque demonstrat in colore vestis ornatum: Christus cœlestem, sed Stephanus purpureum. Utrique color decor: & tamquàm in Sapphiro diversus color; quia Christus de cœlo cœlestis descendit in mundum: Stephanus autem sanguine vulnerum ascendit in cœlum. Ille descendit indutus carne, & hic ascendit decoratus cruore, saxa convertens in gemmas, ex quibus in cœlo claritas.

Mirabilis allusio inter natalia Christi & Stephani

Idem. *Gemma nitet subitò quæ modò petra fuit.*

14 Concordant allusiones utriusque in ostentationem. Aliquibus Philosopho-rum placuit, cœlum esse compositum ex Lapillis minutissimis pro stellis; ut dicemus *Tautolog.* 8. *n.* 85. Lapidatum itaque corpus Stephani. Conveniunt utique colores varij Sapphiri in opposito loco, terra & cœlo, gloria mirabili, specie cœlesti & purpuræ: igitur Deus è minutis lapidibus homo descendit in mundum; & inter lapides Stephanus triumphans ascendit in cœlum. Vidimus gloriam illius, pleni gratiæ & veritatis. Vidimus gloriam huius, pleni gratiæ & fortitudinis. *In Sapphiris* fundatur Ecclesia, *& per ordinem* sternuntur lapides eius. Hic est ordo: nempè, quòd descendat Christus, & ascendat Stephanus. *Quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi cœlum eum serenum est.* Vivide. In Sapphiro exhibentur colores, pro qualitate temporis. In Christo ex lapidibus minutis descendente, color cœlestis; quippe serenum. In Stephano inter cruenta saxa color purpureus; quippe tempus turbulentum, ut ascenderet in thronum, Ut ille descenderet, cœlos inclinavit: ut Stephanus ascenderet, cœlos aperuit, ut intraret in gaudium, simul videret cœlum serenum; quippe qui lapides à tyrannide electi, effuso sanguine, erant lapides pretiosi. Dicam ex Paulin. de *Redit. Nicetæ*, v. 638.

In quo analogia

Isai. 54. 11.

Exod. 24. 10.

Euge bone serve Christi,
Qui tibi donat lapides in astra.

Paulin.

DIDASCALIA II.

Martyrum pœna, vel in cruciatibus gaudia.

1 RELUCET in membris Salvatoris, quod ipsa venerabantur in sublimitate capitis: igitur in constantem virtutis imitationem, proposito sibi gaudio sustinuit crucem. *Lætificabis eum in gaudio*: dicit David. Exponitur effectus & causa, tamquàm ex gaudio lætitia. Non est splendor virtutis gaudere lætis: aliter in gaudia procedunt Martyres: diciturque meditanter lætitia in gaudio; quippequàm mirè lætantur in cruciatibus pro Christo.

Psal. 20. 7. *Illis dulce, pro Christo pati.*

Horat. *—Quo beatus*
Vulnere, quo pereat sagitta.
Non erubescendis adurit ignibus:
Dignus puer meliore flammâ.

Ut aliò canit Horatius, 1. *Od.* 27. à v. 11. Hinc Iosephus de Antipatro, 1. *Ind. Bel.*

Ioseph. *Belli*, cap. 7. *Apud Cæsarem* (inquit) *bellator audacissimus comprobatus est, multaque perpessus vulnera, toto corpore gerebat signa virtutis.* Quæ quidem non magna; ni pectore valido, vel lethalia graviora rideret vulnera. *Victusque victoribus insultaret*; ut ait Iustinus, *Histor.* lib. 22. Insultatio indicat præ virtute, quæ gravissima, levia; dum illi quæ amara, dulcia: gaudium, ex dolore voluptatem; corde exultante, quoniam virtus ultrà mortem: igitur quod imbeciles angit, fortes morientes glorioſos & immortales constituit. *Philosophia alacris & fortis Celtiberorum, qui in acie exultabant, tamquàm gloriosè & feliciter vita excessuri, Etiam nefas esse ducebant, prælio super esse, cùm is occidisset, pro cuius salute spiritum devoverant.* Val. Maxim. *lib.* 1. *cap.* 6. n. 11. *In hoc enim vocati* (alloquitur Petrus athletas Salvatoris) *quia Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius.* In hoc sanè vocati Martyres Christi; exultantes, quod gloriosè & feliciter vitâ excessuri. Iter Christus aperuit, in bello occubuit: eiusque militum vulneribus exponitur pectus; quia Christus passus: etenim puderet, Duce cæso, modò superstites remanerent in mundo, cùm haberent in certamine uti in cœlum illustrissimam gloriam; mori pro illo, & in illo, pro quo devoverant vitam: maximè quando præstantiâ excessivâ amoris; antesignanus priùs occubuerat pro illis. Si in huiusmodi felicitatem alacer aspirat animus; lenocinantur cordi vulnus & vulnus. Quid percussi, si repleantur gaudio, si plagis potiantur voto? Haud debilitas in fragilitate corporis.

Vulnera virtutis, signa.

Val. Max.

1. Petr. 2. 21.

Amoris flamma virtus excitatur ad vulnera.

Ovid. 3. *Metam.* fab. 5.

—*Amor dat in vulnera vires.*

2 Audiatur Stoicus. *Academici veteres* (infit, *Epist.* 71.) *beatum quidem etiam inter cruciatus fatentur; sed non ad perfectum, nec ad plenum. In summo est, beatus est. Iacere in convivio, & torqueri, paria sunt. Hoc mirum videtur tibi? Bona ista aut mala, non efficit materia, sed virtus. Bona esse, adversa fortiter portantis, & prospera honestè iudicantis. Quid miraris, si uri, vulnerari, occidi, alligari iuvat? aliquando etiam libet. Da mi adolescentem incorruptum, & ingenio vegetum: dicet, Fortunatiorem sibi videri, qui omnia rerum adversarum onera rigidâ cervice sustollit: qui supra fortunam stat. Non mirum est, in tranquillitate non concuti; illud mirare, ibi extolli aliquem, ubi omnes deprimuntur: ibi stare, ubi omnes iacent. Stat rectus sub quolibet pondere.* Unde ergo in Martyribus ligatis, tortis, vinctis, saucijs, ustis tam validum pectus? Non efficit tormentorum materia, sed virtus: hinc beati; quoniam voluptas illis quasi in convivio, torqueri: igitur stantes florent, quò alij infeliciter iacent, atque gloriosè exaltantur, quò imbecilles doloribus deprimuntur. Adinstar Herculis, collum (ut fusè Seneca in *Oetæo*, à v. 1240.

Senec.

Animi fortis de pectum, gravius ne quam.

Cœlum tulit, & premente noverca,
His mundus humeris sedit
Has ego opposui manus cœlo ruenti.
Fletum virtus sæpe resolvit.
Quis dies fletum Herculis,
Quæ terra vidit? Siccus ærumnas tulit.

Idem.

Non flet, lætatur; quia proximiores habet stellas, dum magis premitur.

3 Siccine Christi Calix, quem in aseclas transire cupit. *Quomodò à me bibitur* (infit Hilarius in *Matth.* Canon. 31.) *ita ab his bibatur; sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis ::: quia transiturum in nos calicem bibens, infirmitatem corporis nostri, & timoris solicitudinem, & ipsum dolorem mortis absorberet.* Quod quidem (ut ait Augustin. de *Sanctis*, serm. 11.) *præmium martyrij, merces æternorum, & gaudium cœlestis patriæ.* Boecius, 2. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 5. à v. 18. concinit:

Hilar. *Præstantia Martyrum.*

Augusti.

Cruor horrida tinxerat arma,
Quis enim furor hosticus ulla
Vellet prior arma movere;
Cùm vulnera sæva videret,
Nec præmia sanguinis ulla?

Boet.

Longe ab huiusmodi inanibus, inutilibus pugnis, corona *Martyris*: merces est fusi sanguinis, atque copiosa & in cœlis equidem rutilat martyrij præmium, merces æternorum, & cœlestis patriæ gaudium; ubi in cruciatibus virtute valida sine formidine; sensus dolor constantia sine dolore; & mors acerba sine dulcoris solicitudine: quantumvis irruerit congeries ingeniosa tormentorum, præ tormentis in cordibus totum gaudium. *Memorabile spectaculum est, & spectaculi genus. Homines depugnant? Parum est. Lancinantur? parum est. Ingenti mole animalium obteruntur? Satius*: infit Stoicus de *Brevitat. vitæ*, cap. 13. & in *Hercule Oetæo*, à v. 393.

Vnde que vulnera gaudia?

Senec.

Per ipsas fulget ærumnas decor.
Nihilque ab illis casus & fatum grave
Nisi regna traxit.

Idem.

Cau-

5 Causam indicat Iosephus de *Imperio ration.* in princip. *Duo sunt præterea* (inquit) *quæ aut faciunt passionem, aut impediunt: dolor scilicèt & voluptas; quorum unum semper pati respuit: alterum semper exoptat. At ubi voluptas insurgit, confirmatur animus: & pœna trutinata cum gloria, spe maioris præmij; contemni pœna incipit, antequàm veniat: cum autem venerit: erubescit animus non sufferre, quod voluit.* In huiusmodi argumenta occurrit Pelagi, necdùm in flore ætatis, pugna, victoria atque palma, insigniore virtute, cum tyranni dedecore: igitur despexit dolorem antequàm veniret, & postquàm venit prævaluit sine metu mortis, sine sensu sensibilis carnis, & sine dolore acerbitate doloris; trutinatà pœna pondere gloriæ & pretiositate premij, mercede felicitatis æternæ, cœlestis amore patriæ, calcans puerili ætate, virili robore truculentum tyrannum; quousque pervenit in triumphum. Venant. Fortunat. *Ad hortation. ad Patient.* v. 15.

Ioseph. — Pelagij pueri virtus.

Miles ad arma venit, quærens per vulnera palmam,
Ut redeant victor miles ad arma venit.

Venant.

6 Amorem Prisci collocarunt in vinculis, tamquàm esset impos libertatis, de quo Otho Vænius, *Emblem.* 37. Tibull. 2. *Eleg.* 2. v. 62. & Propert. 2. *Eleg.* 23. v. 19. Impropria videtur imago, quippe libera dilectio, unde Publ. Syr. in *Mimis*, v. 1. accinit: *Amor animi arbitrio sumitur, non ponitur.* Nequit esse amoris studium, libertati violentum: sanè, cæterùm ubi excessus amoris, utitur studio servitutis, ut in vinculis, captivitate possit, ad quod liber in votum minimè valet. Tyrannus Cupido dictus, sed dulcis. Fallitur sagittis ictus: non est dulcis, sed apertè tyrannus. De illo fictum voluisse telis allicere puerum, & hic ut potentem falleret; ante vulnera se finxit esse captivum, deditium potestati, & saucium corde, cedens arte priùs victoriam, quàm perveniret ad pugnam, dicens: *Nil opus est armis: nil opus est pharetrà, sinuoso nil opus arcu.* Ita apud *Othon.* Væn. d. *Emblem.* 76. & Achill. Bocch. *Symb.* 6. Tyrannus cum videret in vinculis; credidit, armaque remisit: queis assumptis, potiùs raptis; in dominantem retorsit, interfecitque tyrannum, captivus reportans triumphum.

Amor in vinculis. — Pub. Syr. — Cur dicitur tyrannus. — Oth. Væn.

At ubi sunt arcus positi, positeque sagittæ,
Has raput ultrici protinùs ille manu.
Proh dolor! ille sanè quem nuper adesse putabat.
Validus iam nunc durus & hostis exit.

Achill. Bocch.

7 Avunculum Pelagij pueri, Episcopum & senem captivum habebat Abderramen, Cordubæ tyrannus & dirus, vexans tormentis captivos; sed acerbius Ecclesiasticos. Vidit Pelagius in vinculis senem, & pro illo sufficitur in amaram servitutem. Obses tyranno placuit.

Nullus liber erit, siquis amare volet.

Propert. — Pelagius pro avunculo in catenas suffic. itur

Captivus Pelagius, & in catenis constrictus? Est voluntaria servitus, qua excelsus pollet amoris ex cessione libertatis. Dicebat enim avunculo, ut plus micaret dilectio, uti canit in eius *Vita*, Rosuitha:

Calleo tuam senio decrescere vitam
Nec posse leve quid ferre laboris:
Ast ego sed validis dominabor quippe lacertis, &c.

Rosuit.

Sese cogitat puer, & validè dominantem, suscipiens dirissimam servitutem? Utique Captivus capiet, ubi Princeps Mahumetanus & tela & arcus exercet. Captivum potestas arbitrabitur; sed à captivo voluntario vincetur: equidem Pelagius estò puerulus retorquens arcum, à tyranno & à tyrannide extorsit valide triumphum.

Cui natura breves, animis ingentibus artus
Finxerat.

Claud. *Getic. bel.* v. 584.

Hæc est industria amoris, si crevit in corde flamma.

8 Diversimodò triumphus Christi à Psalmista describitur & à Paulo. Illi dicitur à Davide: *Ascendisti in altum cepisti captivitatem, accepisti dona in hominibus*: à Paulo verò: *Propter quod dicit: Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia descendit primùm in inferiores partes terræ?* Priùs exponitur exaltatio in gloriam, quàm descensus in terram: igitur præ nimio amore in cœlum reputavit exaltationem; pro hominibus in terra admittere servitutem. Tunc dona hominibus contulit: & dicitur quod acceperit; quoniam amoris cordis servituti lenimen, pro hominibus ultrò amittere libertatem. Ita apud Doctorem Gentium: *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inventus ut homo.* Claret noster articulus. Servitus in libertatem? Utique: pungebatur amore. Erat homo servus & in vinculis: educere illum cupiebat de domo carceris. Erat homo senex, vetus homo. Gemitus in latumijs instabant oppresso, quippe catenæ circundatæ collo. Audiebat Verbum divinum lamenta, decrevitque rum-

Psalm. 67. 19. — Ephes. 4. à 8. — Gloria Christi, pro homine pati. — Philipp. 1. 7. — Pro eius libertate, se subiecit servituti.

rumpere inineſtricabilia vincula. Si liber oſtendiſſet virtutem (quia in ſervitutem amoris ſuſcepit carnem, qua obtineretur conatus) videretur ſimul ſtudio amoris exceſſus: & qui liber, in ſimilitudinem ſervi pro ſervo ſufficitur ſervus; ne antequam partus, à tyranno præcognoſceretur triumphos: quandoquidem per electam voluntariè ſervitutem, ducturus erat in triumpho captivam captivitatem. Ulteriùs. Haud cavebat potentia inſolentis tyranni, de poteſtate captivi, quem habebat in vinculis; ſine ſpecie poteſtatis. Volebat amor erga ſervum, potiri inopinà victoria; quin à tyranno reſciſceretur dilectionis induſtria; ſufficiturque liber in captivi ſervitutem; ut homo ſenex ex vinculis exiret in libertatem. Prætereà. Vidit Salvator in ſervo corporis fragilitatem, atque per crimen in ſoſpitatem, non remanſiſſe virtutem. Menſurà longævi temporis, defecerant præ tormentis laſſatæ vires; additis gravioribus pœnis ut moreretur captivus; Salvatorque libet pro ſervo ſufficitur ſervus; ut receptis ex libertate diræ ſervitutis vinculis, qui ſervus iacebat vinctus, exiret fractis catenis. Perinde. Triumphus extollitur Chriſti captivà captivitate, tradito iuvene pro decrepito ſene; ut deciperetur hoſtis, arbitrans non potentem, ſed ſervum teneri in vinculis, quin movere poſsit ferreo pondere pedem, in amiſſam vindicandam libertatem. In ſene & ſervo, vità præ cruciatu quaſſatà, fulmini poteſtatis tyranicæ nec micabat reſiſtentia; unde blandiebatur exactor ſibi de perpetua hominis ſervitute, vincti compedibus in tenebricoſo carcere. In homine ſervo vincebat, quin reformidaret vinci: amor ſtratagemate ſubiugavit opprimentem tyrannum; ut ſpe infallibilis victoriæ partum amitteret triumphum: equidem liber pro ſervo ſervituti mancipàtur; ut in ipſa victoria, qua vincebat, vinceretur. In rem Seneca, 3. de *Beneſic.* cap. 22. *Dedit vitam, ſervavit periturum: & hoc ſi parum eſt, pereundo ſervavit.* In Chriſto patuit exemplum, quod tantùm cogitabile votum. Homo iacebat ſervus ſub tyrannico imperio: Filius Dei præ charitate habitu inventus, ut homo. Vindicari cupiebat in libertatem hominen vinctum, amoreque factus in ſimilitudinem hominum. Vitam ſenis perituri ſervando contulit, imò pereundo ſervavit; tyrannuſque in victoria palmà ceſsit: igitur ut captivam duceret captivitatem; pro ſervo ſene liber amplexus eſt ſervitutem. Ut ſervitus ſit ſalati,

Quantũ eius charitatis in genium pro libertate hominum!

Senec.

Potitur voto, vel pereundo

Libertas nulli iam reſtat amanti.

Propert.

9 Antiquitas fabulam aſtruit, quia verè amor flagrantiſsimus excelluit. Prometheus, quia rapinam arbitratus eſt, furto ignis cœleſtis, appetens poteſtatem Deitatis; in Caucaſum, aquilla iecur vorante, depulſus; tempore longo acerbiſsimè ibi iacebat ligatus. Immortalis florebat illuſtris Chiron, amore propenſus in miſerum Prometheum, pectore fovens libertatis propoſitum. Haud gaudebat exitu, quippe degebat ſub inflexibili iugo. Vocavit artes amoris, & eduxit eum è catenis ſervitutis: equidem ut nanciſci poſſet libertatem; qui immortalis pollebat, elegit mortem. *Detracto vinculo* (ait Apollodor. 2. *Biblioth.* n. 23.) *ſolutum liberavit, eumque ad Iovem reduxit; qui illum pro Chirone, qui voluit mori, immortalem eſſe declarat.* Idem accidit iuveni pro ſene Neſtore; ut canit Auſonius, *Epithaph. Heroum*, 7.

Symbola incarnationis & hominũ libertatis

Appoll.

Præmia virtutis ſimul & pietatis adeptus,
Servato Antilochus Neſtore patre, obijt.

Auſon.

10 Elucent commenta in præſentem articulum, ut videamus admirantes in certamine Pelagium. Cani Hermoigij Pontificis ſacri, Pelagij (uti dixi) avunculi, frenum erant furoris Abderrameni: cæterùm Pontificis catenarum tractus, nepotis vellicant pectus. Liber Pelagius in tyrannum nequibat oſtentare virtutem, quippe in eum nullam exercebat poteſtatem. Erat neceſſaria, etſi voluntaria, ſervitus; ut demonſtraretur virtus: liberque pro ſervo ceu ſervus traditur; ut ſpecie tyrannus ſuperaretur: etenim amittens quaſi ſervus libertatem, è ſervitute liber eduxit ſenem. Inſtabat amor Pelagij, ut avunculum ſeniorem educeret ex ergaſtulo. Nolebat hic quòd pueri prevaleret dilectio. Uterque contendit, ut cùm duo pugnarent, victor uterque foret. Perſiſtit in vinculis ſenior, decertat iuvenis ardor. Neuter cedit, uterque valet; quin ſtridor catenarum verſus carcerem, dirimeret contentionem. Magna pectorum æmulabilis pugna, ſed ad amorem evolavit victoria: igitur Pelagius contendit & enixim in ſervitutem; ut ſeni ſervo inſtauraret vel captivus libertatem: ſciebat quippe per ſervitutis victoriam, triumpho ducturum captivitatem captivam; ut clarerent ex ſoſpitate ſenis, præmia virtutis ſimulque pietatis. Stylus planè ſingularis, quo ſignatur amor N. Servatoris. *In finem dilexit*: dicit Ioannes.

Amor & contentio Pelagij pro palma martyrij.

Ioann. 13. 1.

Uti

Uti alibi diximus, pro *Dilexit in finem*; nonnulli legunt: *Dilexit in contentionem.* Cum quo contendit? Cum homine sene servo, qui ad vincula mancipatus à tyranno, in cuius potestate nil poterat nisi gemere, & præ nimijs cruciatibus lachrymari, fatiscente constantiâ præ senectute. Inter amorem & passionis usum interest altercationis litigium. Senex homo, quasi præ consuetudine, non ita graves catenæ. Amor Christi, ut exiret citò de tanta & tali captivitate. Veter homo dicit, Ab assuetis etiam in passione non fit passio; maximè cùm bonorum tantùm esset in servitute cognitio. Propter hoc, respondet, cordis æstuantis dilectio. Senex renuit è captivitate exire: amor contendit educere. Vicit, qui plus potuit. Omnia superavit amor, & cessit in certamine senior, cogitante charitate, quo ingenio potentia vinceretur tyranni, ut senex salvus exiret è servitute: etenim liber ille pro servo mansit in vinculis, ut servus vinctus gauderet beneficio libertatis. Cohors dira in eius exijt capturam, & tunc ampliorem amoris ostendit flammam. Dulciter loquitur: *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Gaudebat libertate: liberque pro discipulis ministrorum subijcitur vinculis; ne illi remanerent, vel manerent in catenis.

Hoye.

Christus contendit cum homine, ut exeat è servitute.

Ioann. 18, 8.

11 In excessu amoris Christi, & hominis lapsi servi & sub potestate diaboli; elucet perspicuò speculum certaminis miri senem inter Hermoigium, atque puerulum, plenum amore, Pelagium. Dicebat senex: Iam vita caduca labat: nihil momenti perit, quantumvis pereat. Quid in vita corpori restat tormentis ex diris vinculis, quum ipsa iamiam hiscit in carcere corporis? Movet eiusdem causæ articulus, respondet nepos. Dum ætas præ senio adulta; non est virtus, ut virtute perferantur tormenta. Vel parum, profectò nimium, si ætas devexa pervenit in senium: neque triumphus concedendus tyranno, in cadavere vivo. Exi in patriam. Non egrediar: dicit avunculus. Facilius prosternitur à tyrannide puerulus. Sanè, Pelagius inquit, si virtus in ætate, & non ætas in virtute; cognitâ simul intentione tyranni, à quo Simeon arte vincitur, ut Beniaminus capiatur. Sileas, inquit Hermoigius: floret adhuc robur ingravescente ætate, quoniam in Sanctuario pro fructu, virga floruit sine radice. Haud consonum, venire Angelum, ut educatur de carcere Pontifex Petrus; & pro Petri salute inter catenas & manicas, carcere re-

Dulcis contentio inter Pelagium, & eius vinctum avunculum.

Genes. 42. 25.

Act. 12. à 9.

maneat Angelus. Congruit profectò, ut tyrannus victoriâ cadat è solio. Bos sacerdotij emblema est; & in Cherub ex bove conversio fit, cuius facies pueri in mirabili visione. Sit inter nos (ait Pelagius) vel in carcere, similitudo mirifica gloriæ Domini. Maneat ergo inter catenas puer ætate, pro sacerdote sene. Ita erit: non contendamus. Non erit, sed decertemus. Quid? Amor pueri valuit, qui plus potuit: & mansit in latumijs, in catenis subiens pro servo voluntariè servitutem, ut educeret senem in avitam libertatem. *Quod ascendit, quid est, nisi quia & descendit.* Ascendit coronatus in cœlum in cacumen Empyrij, quia descendit priùs in carcerem, inferiores partes terræ.

Ezech. 1. 10. & 10. 14. Villalp. & Sanct.

Eius corona è servitute voluntaria.

Ubi sup. v. 9.

Nunc sua templa subit, iam victor in ætherea tendit;
Captivosque; greges secum per inania ducit.

Crucius

12 Pupugit Abderramenem in Mahumetismi confutationem pro sene sacerdote suffici infantem: & irâ percitus, ut pueri caderet virtus; iussit ab illo abscindi pedes & manus: credens uti Adonibezec habere Pelagium subditum, cæsis manuum summitatibus & pedum. Fallitur, in Mahumetismum illius erat triumphus qui carebat manibus. Vidit Nabuchus in somnis statuam grandem, eius phantasiæ blandimen; quippe vigiliæ negotia, vel potiùs otia, vanis maxime, ut pius inflentur, quies reddit amica. *Hæc statua erat magna & sublimit* (iuxta vacuam: extensionem inanis cogitationis) *& intuitus eius erat terribilis.* Videbat ita stare, vel Nabucho dormiente; *donec abciissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuam in pedibus eius, & comminuit, nullusque loeus inventus est eis. Lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus, & implevit universam terram.* Ita statua, ita sine manibus. *Iste iactus longè est à nobis*; inquit Drogo de *Sacrament. Domin. passion.* Longè ab homine! Utique. Mirabilis virtus exhibetur, dum grandis, sublimis statua, à levi lapide frangitur; unde nec micabat vel possibilis potentia; ut contritione exploraretur magnitudinis ruina: & casus tantus potenti tribuitur Numini; quippequàm prorsùm mirabile, quòd Monarchæ tota sublimitas ruàt, à pàrvo lapide, qui nec manus habebat. Statua erat monstruosâ inusitatâ magnitudine. Lapis sine manibus in corporis parvitate: sed tam vasta magnitudo corruit, ubi illam lapis sine manibus tetigit. Iste iactus longè à nobis. Hic virtus latet præternaturalis; equidem

Iudic. 1. 7.

Dan. 2. 31.

A vers. 34.

Drogo.

Illustrior triumphus quia Pelagius sine manibus

singulariſsimus è certamine triumphus, maieſtatem proſterni carenti manibus.

13 Quicquid obiectum in phantaſiam Nabuchi, vitum illuſtriùs in agone Pelagij. Principabatur Cordubæ Abderramenis crudelitas, quem clarum fecit in Chriſtianos hoſtilitas: igitur & terrebat hoſtes aſperrimo vultu, & cuius recordabantur (ut ait Homerus) etiam in ſomnio. Erat ſtatua rationi pœnitùs mortua, iracundiæ furenti ſtomacho viva, ſine miſeratione conſtructa varijs metallis, quippe totus inſenſibilis. Manus Pelagio ſecat, brachia bipenne truncat. Proh veſana crudelitas! Imò felicitas. Pelagius ſine manibus in virtute perſiſtit, inſignem ſtatuam Abderramenem proſternit. Tetigit, & monſtrum corruit, illam fruſtatim comminuit. Hic impulſus longè à nobis: eſt ſuperioris ſingularis virtutis; ut caderet inſolentis arrogantia, in quo nulla cenſebatur reſiſtencia: equidem mirabile, ac dignum hominum ſpectatione (cùm huiuſmodi victoria minimè cadat ſub fragilitate humana) quòd in pugna poteſtatis, pro victoria deſpectæ inanis virtutis; puerulus & ſine manibus, tyrannum & ferocem habeat ſub pedibus. In Abderramene victa eſt ſtatua & materia, quippe ex ære; & qui glorioſus, ſuffuſus modò pudore; quoniam illud pectus ſignatum ut invencibile, fractum iacet in terra coram infante. Vigilantiùs dialecto noſtrà: *Sin brazos venciò Pelayo, no ſolo una eſtatua grande, ſino es un hombre de bronce.*

14 Ita ovans Pelagius & brachio truncо, quippe præ virtute cordis pes ſtetit in directo: & an pupus poſſet vel labeſcere vel labi à conſtantia cordis; ne ſtaret, Tyrannus perſecuit pedes. Dire Tyranne, erubeſcas. Pelagius, ut Angelus habet pro pedibus ſolidiſsimas columnas. *Angelum fortem & pedes eius tamquàm columnæ.* Vel ſine pedibus, robur pectoris ſtat. Non commovebitur, imò quia non flectitur, magis inſtar columnæ firmatur. In certamine haud quaquàm retunditur: firmabitur in illo, & non flectetur. In ſtatua claruerat percutientis conditio & forma. Lapis fuit exigui futilis corporis; cæterùm inflexibilis ut lapis. Senſum habebat uti corpus animatum, verùm ut lapis, inſenſibile ad ſenſum. Sine pedibus in pedes ſtat; miniſtrat vigorem cor. Sine pedibus eſt. Non poteſt certamen fugere, nec ſe in contraria movere. Virtus non expectata in conflictu à tyranno videtur. Sine pedibus propugnat vel percuſſus Pelagius, quin moveatur. Validiores vires tyrannus confert, dum aufer: renuit enim ex pugnantibus victoriam, qui impedit è prælio fugant: iacebitque à ſaucis victus, qui arbitratur virtutem evaneſcere vulneribus.

15 Singulare firmitatis invenio Ægyptiacum ſignum, apud Pier. Valerianum. Eſt enim pyramidis imago, ſed deorsùm: *ſine manibus, ſine pedibus, quadrangulari quodam ſcapo ita præciſo; ut ab humeris ubi in quadrum abire incipit, deorsùm verſus magis ac magis anguſtetur. Per hieroglyphicum hoc ſunt qui firmitudinem & ſtabilitatem denotari dicant: quòd verò manibus & pedibus careant; vim divinam oſtendit.* Ita profert, *lib.* 32. cap. 22. de quo nos etiam. *Tom.* 4. *T.* 11. *n.* 23. & in *Ephemer.* 21. *Febr.* n. 6. En firmitas Pelagij & examen, ubi intendebat tyrannus profligare fortitudinem. In pyramide iurè cognoſcitur fortalitium: verùm in pyramide deorsùm, & ſine baſi, dum tantùm in puncto ſtare poteſt, ſi poteſt conſiſtere? Mirabile utique, ſed emicuit virtute Pelagij: igitur ille ſine pedibus, verùm ſtabilis virtus. Vernaculè: *Fue en la batalla eſtremado valor, que eſtando ſin pies el niño; la virtud quedaſſe en pie.* Pyramis deorsùm, in huius conſtantiæ ſpeculum: equidem mirabilis firmitudinis inſigne, quòd ſtet, quin valeat ſtare. Deinde in acuminis clariorem lucem: *En la conſtancia es primor, que ſe tenga la conſtancia, ſin que ſe pueda tener. No tiene pie donde eſtar, y la ſuſtenta el valor.* Caret corpus, ut pyramis ſtabilitate baſium; cæterùm virtus eſt fulcrum: etenim cùm firmitas pectoris ſubſtantia ſit; ſine pedibus vel truncus puer ſubſiſtebat per ſe.

Suffecit malis animus: nam corpus ab illo
Accepit vires, vixque ferenda tulit.

16 Haud Abderramen reſipuit, dum puerulum mutilavit manibus; & ut nihilum poſſet, truncavit pedibus. Iràne Pelagius iacet? Imò vim divinam oſtendit: ſiquidem de illo, tyrannide, potentiaque in certamine triumphat; quin manus, nec pedes habeat: acceptà divina virtute à conſtantia cordis;

——Dira non timet arma necis.

Si levi tactu levioris corporis ſine manibus, corruit Mahumetiſmi ſtatua, qualis etiam ſine pedibus ruina; ubi præ maiore debilitate maior conſtantia? Iam enim in templo Deitatis ornato ſtabilitate pectoris, eminuerant capita columnarum, & *quaſi in modum retis & catenarum.* Columnæ dictæ *Iachin*, & *Booz*: ideſt, columnæ fortitudinis & firmitatis. Capitella ful-

Home. 21. *Odyſſ.* v. 79.

Cur in ſtatua ex metallis ſit furor ſignatus Abderramenis?

Apoc. 10. 1. *Stat fortis Pelagius & ſine pedibus.*

Ubi ſup.

Summa virtutis.

Pier. Val.

Cur conferatur pyramidi; deorsùm verſæ?

Sine pedibus, verùm ſtabilis virtus.

Ovid. 3. *Triſt.* 2. v. 13.

Mahumetiſmi contrivit

Verin.

3. Reg. 7. 17.

fulgent ornamentis, & floridis: ubi ergo stylobatæ, seu bases? In columnarum fabrica, nec memoria. Columnis deficiunt bases? Non habent pedes? Vim divinam ostendunt, si sic consistunt. Mirum opus, quòd starent sine pedibus. Pelagius post reticula & catenulas columna fit Booz, & simul stat Iachin. Stat? Et sine fulcro pedis? Pedes non sunt, sed sunt sine pede bases: geminatum cordis ostendit sine pedibus constantiam, ut vim divinam; quandoquidem pro pedibus in victoriam & pulchram palmam, habuit & columnam fortitudinis & columnam firmitatis. Hic & siccine à tyranno formidatur, quippe in columna capitellum videtur: illudque separavit truculenter à cervice, ut posset victus, qui victor, vivere sine timore. Quidni Tyranni metus, dum in conflictu valuit Pelagij virtus?

Cur decapitatur?

17 Illustre facinus strenui militis referunt plures. In expugnationem navis hostilis fugacis, ut apprehendere posset, manum dextram iniecit, à classiarijs sectæ lævam addidit: etiam præcisa ore ac cervicibus mordicùs tenere navem conatur, cæterùm collum succiditur, quo vulnere moritur, verùm victor. Iustin. lib. 2. *Hist.* Valer. Max. 3. *cap.* 2. n. 22. & Plutarch. de *Casib. Rom. & Græc.* n. 1. Graphicè Lucan. 3. *Pharsal.* à v. 610. quem videsis, & ad rem. Fugiebat è prælio confusus virtute pueri tyrannus. Pelagius manum extendit, ne fugeret. Hæsit validè quo prenderat; sed gravis illam ictus desuper amputat. Crevit in adversis virtus pro pugna, & fortis restaurat certamen læva. Hæc quoque cum toto manus est abscissa lacerto. Adhuc timetur. Suspensa crura retentat. Scinditur. Patuit pectore nudo, & pugnabat ex vulnere vertice valido. Crebrì confixus cuspide perstat. Abderramenes in pressura truncum iugulat.

Insignis animi præstantia.

Vel sic tyranno prævaluit.

——— *Tum vulnere multo,*
Effugientem animam lassos collegit in artus,
Membraq; contendit toto quicumq; manebat
Sanguine, & hostilē defectis robore mēbris,
Insiluit, solo nocituras pondere, puppim.

Lucan. d. à v. 622.

Sic iacuit virtus Pelagij, cæterùm *devictà & prostratà morte.* Quid? Iacent alij pugnantes, quia mors prosternit: stat verò Pelagius, quippequàm mortem prostravit. Verùm unde? *Accipe coronam*: dixit ei Christus, antequàm egrederetur in pugnam. Virtutem etiam pleni vulneribus designavit; siquidem eius iussu *exivit vincens, ut vinceret*: præveniturque pugnaturo diadema; quippe non crepera è certamine victoria. *Ego vici mundum,* antequàm vinceret, dicebat Salvator. Est namque magnæ virtutis splendor: igitur antequàm exitus, virtute perfecit, illi creditum, ut faceret: victrixque triumphat; quantumvis vita præ mortalitate cedat. Dicent hostes præviam victoriam, qui ante conflictum ceciderunt in terra.

Rosui. th. d.

Ibid. *Vicit ante pugnam.* Apoc. 6. 2.

Ioann. 16. 33.

——— *Victis redit in præcordia virtus,*
Victoresque cadunt.

Virgil. 2. *Æneid.* v.

18 *Mors mortis* ab Osee signatur Christus in morte. Quomodò mortem vicit, si mors prævaluit? An eò quod morti oblatus Christus, quia ipse ne moreretur homo, mori voluit? Amoris tanti characterem impressit cordi Pelagius, quùm voluit mori, ne moreretur avunculus. Sublimior victoria fit. In mortis victoria triumphat Christus mortis mors. Ni moreretur, non vinceret in discrimine certaminis; quia deficeret in pugna tota materia virtutis. Nostrates: *Toda la empressa à el valor.* Mori non est formidini: stemma elucet præstantis animi: virtus est cedendo vincere: ignavia, vincendo cedere: victaque est mors à cedente, dum illa vicit in cruce; quoniam quod cogitavit victoriæ lethali vulnere triumphum, cedentis vitam in pugna fuit immortale trophæum. Clariùs. Christus vicit, quia *sciens omnia, quæ ventura erant super se processit.* Antequàm à morte quæreretur in certamen, quæsivit mortem. Minimèque quæreret, de qua vel moriens non posset tutò triumphare. Datur Pelagio corona, *devictà morte & prostratà.* A morte victus est, & ab illo victa mors? Non illum mors invenit. Mortem Pelagius quæsivit: sciens omnia quæ ventura erant super se, in certamen processit. Mors superat fugientem, non sequacem. Unde cùm ut alium liberaret, libertatem amisisset, mortisque subderetur catenis; ut eius servitute eximeretur à vinculis; dedit triumphum ictus mortis: equidem ubi triumphum ex vulnere iudicavit, victrix victoriam amisit.

Osee. 13. 14.

Quomodò moriens mortì prævaluit?

Ioann. 18. 4.

Christus huius virtutis exemplar.

19 Post mortem, quia vicerat, vel tyrannus formidavit. Ideo caput in rogum magnum iniecit. Ignis profectò magnus: cæterùm nec aruit intensà flammà capillus. Frusta cadaveris proiecit in flumen, sed in unum collectis, vulnerum in corpore neque fragmen. *Littoris extrema viderunt corpus in ora.* Opportunè Euripides in *Andromach.* v. 407.

Refloruit caro.

Resui. th.

Neutiquàm reliquias bonorū auferē tēpus;
Sed virtus etiam morte peremptis lucet.

Euri. pid.

Nil mirum, si Mahometanus cavet, ubi

Ioann. 12.24. cadaver Pelagij post mortem vivit. Christus ut granum tritici ad mortem in terram cecidit, moriendoque & fructum & multum attulit. Viderunt in cruce morientem, & in illa simul vicisse mortem, habentem singularem ascensum, quia ascendit super occasum: fructusque patet passionis, & post mortem etiam fructus, virtus virtutis; quoniam ex triumpho, ita refloruit caro, ut integra permaneret, neque capillus deficeret. Triumphat etiam post mortem Pelagius, ut de morte virtutis inclytæ innotesceret triumphus. Ubi est mors victoria tua? Virtutem puëri testificatur vel flamma, dum florent integra membra. Custodit Dominus omnia ossa eius? Quid ossa? Nec ab igne perivit ullus capillus. Ignis sacer servabatur in purpura (Adi, *Tom.* 3. *T.* 4. *n.* 4.) modò purpurâ Pelagia pro virtutis stemmate servatur ab igne. E singulari pugna, capiti congruit singularis corona.

Pelagij post mortem integrum cadaver.

Nec flamma capillo nocet.

Est hic, est animus lucis contemptor, & istum
Qui vita benè credat emi, quo tendit, honorem.

Virg. d. 9. v. 205

DIDASCALIA III.

Nomen Virginis---Matris tutamen humani generis.

1 NASCITUR Virgo in delicium humani fovendi generis, quinimò in delicias Deitatis, eius concupiscentis decorem, propter cunctarum virtutum singularem pulchritudinem. Iratus Iupiter humano labenti à legibus generi, voluit cordis pietate placari: & ut eius conditio humana possit reconciliatione nanciscì gratiam, ex eodem genere condere cogitavit fœminam, dotibus perfectissimam: qua quidem visa in mundo, in gratiam Conditoris acceptus statim homo, qui illam propensè coluit omnimoda reverentiâ; quoniam per illam acceperat tanta & insperata dona. *Cùm magnas Iupiter hominibus calamitates moliretur, Vulcanus Pandoram iussu Iovis formavit*: ait Hesiodus, de *Oper. & dieb.* à v. 57. nosque fusè in *Ephemer. Isagog. Iul.* n. 27. Hæc dicta Pandora, naturæ & gratiæ miraculum, tamquàm cunctis donis & gratijs mulierum plena; ut ex varijs AA. diximus *Tom. priorib.* Unde præf. Hesiod. in *Theogon.* succinit, v. 71.

Maria deliciæ Deitatis.

Hesiod. *Naturæ & gratiæ miraculum.*

Cui formæ Paphiæ Charites tribuere decorem,
Quam Pallas cunctis artibus erudijt.

Idem.

Mira, sed in scena testificata loquor, ut hoc in speculo conditæ Virginis rutilaret splendor: equidem cùm Numen verum, Conditor hominum videret errantes, & moliretur supplicia secundum iustitiæ leges; cogitavit etiam pacem in totius generis firmam reconciliationem; formavitque fœminam, verè Pandoram, omnibus gratijs donatam, Mariam Virginem, gratiæ & naturæ perfectionem, totam pulchram, inter cunctas fœminas benedictam; quam cùm in mundo vidisset, fulmina sæva proiecit, quia Virgo nata, per gratiam mundum Numini reconciliavit. Surrexit etiam oriens in Olympum (& ut Palladi dicit Euripid. in *Troäd.* v. 107. *Rapuit fulmineâ iacula Patris è manibus.*) Quid mirum si per Virginem orientem Deus in gratiam admisisset hominem; dum inter homines, sui vidisset in delicium perfectissimam imaginem?

Cur Pandora cognominetur.

Rapit fulmina de manu iudicis.

Euripid.

2 *Lætia in gaudio*, exponitur Tautologia principali, & in affinibus sæpe. Unde non nisi ex gaudio lætitia? Etiam in pœna, ut maiora sint gaudia. Eva deliquit, mœret, & simul percussa gaudet. Ex dolore? Utique. *Divinitus cognovit, ex illa nascituram, quæ dolores deleret*; ait Ghisler. in *Cantic.* 8. 5. igitur quamvis Deus iratus propter patratum scelus, in pœna & ex pœna gaudet; quoniam cognoscit, restitutam iri gratiæ, per dona & merita filiæ: quæ quidem ut decora (gratijs ornata & perfecta, Dei delicium, pulchritudinis portentum, virtutum singulare theatrum) illicò ac in mundo steterit, mundum Auctori reconciliabit; recipieruque amicè in gratiam, lapsam naturam in quam conceperat iram. Floridè Benavidius lib. 1. *Horar. Successiv.* Epygram. 10. accinit:

Psalm. 20. 7.

Ghisler.

Donat Virginis nascentis.

Fortunata dies, & luce illustrior illâ,
Qua sextum Omnipotens edidit Auctor opus.
Intulerat mundo supremam fœmina cladem;
Altera præsentem ni tribuisset opem.

Hinc, ut ait Birgitta in *Serm. Angelico*, cap. 8. *Sicut primò Angelis, & deinde primo homini, ita & posteà Patriarchis, ex gloriosa Dei matre nascitura, magna dabatur exultatio.* Cunctis sanè gaudium, quippe Regina futura hominum & Angelorum. De huiusmodi argumento egimus, *Tom.* 6. *T.* 1. *à num.* 56. In rem Vincent. Ferrer. de *Virgin. Conception.* & Pelbart.

Birgitta

in

in *Stellar.* lib. 5. p. 1. cap. 3. art. 2. & 3. *Cognoverunt* (ait) *quòd descenderet ex ipsis una sacra Virgo, quæ Deum paritura esset, Salvatorem mundi. Tempore primæ transgressionis Adam & Evæ, Deus revelavit futuram benedictam Virginem. O quantum flebant & dolebant de miseriis! O quantum gaudebant, cùm audierunt, aliquando per Virginem benedictam esse liberandos!* Patent ex tristitia gaudia cordium in amissam gratiam, quia cognoverunt sessionem suam & resurrectionem suam: quandoquidem quicquid subripuerat Eva, restitutura Maria. Siccine divinus ordo:

Pelbart. — Gaudiũ in mœrore ex peccato, protoparentum.

Et de fœmineo reparata est fœmina iactu.
Iam subit Erigone: hinc pulchra dona puella
Namque nitent: illinc oriens est ipsa puella.

Ovid. 1. Met. Fabul. 7. & Manil. 5. à v. 26

3 Hæc dona orbi, Virgine in orbe nascente, quia fecit illi magna qui potens est. *Quæ tibi magna fecit Dominus* (inquirit Augustin. de *Sanctis*, serm. 35.) *quæ gloriosa Virgo, ut dici beata, mereariS Puto enim, imò credo, ut per te Deus Mundum redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reduceret.* Hæc in nativitate Virginis expertus est mundus, & per sanctum nomen eius, quo cuncta felicia; & ubi tantùm pridem resonabant sub tyrannide lamenta. *Satanæ conatibus, quibus seu universam turbare Ecclesiam, seu particulares debellare iustos procurat; cœlorum obstitit Regina. Qualia trophæa de Stygio hoste Maria reportaverit, nominis eius levior sonus quàm Tartaro universo formidabilis; elucet.* Ita Sherlog. *Antiq. Hebraic.* lib. 1. Dissertat. 4. sect. 17. n. 131. Claret quidem per singularia dona, quam meritò dictum est *Nomen Virginis, Maria*: quo profectò mundus illuminatur, redimitur, & etiam ad vitam & libertatem reducitur. Sousa, v. 489.

Augusti. — Quæ bona mundo, dum orta Virgo?

Orta fuit Virgo, celebres visura triumphos,
Non partos Bellona tuis, aut Palladis armis;
Sed quod Tartaris tribuit victoribus Orci
Alma fides, virtutis amor, spes firma salutis.

Sherlog. — Vel levem sonum nominis eius timet Tartarus. Luc. 1. 27.

Mell. Soos.

4 En nostrum propositum, atque Virginis trophæum, dum copijs innumeris insolens bellico apparatu Turca, Viennam ponere concepit in pomorum custodiam, ut per eius insultus, nomen catholicum non memoraretur ampliùs. Sibi blandiebatur Imperator Mahumeticus ludo phantasiæ, dicens in corde: *Persequar & comprehendam: dividam spolia, implebitur anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.* Idem cogitaverunt unanimiter Tabernacula Idumæorum & Ismaelitæ, Moab & Agareni, Gebal, & Ammon & Amalec. Etiam alienigenæ & Tyrus, & populus Æthiopum: hi fuerunt illic. Sed quid? *Non ingredietur urbem, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio: per viam, qua venit, revertetur.* Turca imbellis & inermis tot armis? Oppressus nomine Virginis: & effusa est ira in gentes, quæ illam non norunt; & in regna, quæ nomen suum non invocaverunt, ita ut palantes turpi fuga reverterentur relinquentes trophæum, qui venerant ex expugnanda Vienna audacter somniantes triumphum. *Orietur stella ex Iacob* (præcinuit Balaam) *& percutiet filios Moab, vastabitque omnes filios Seth.* Hanc stellam præsignare Mariam, dum præsentiâ illuxit orbi, asserunt ferè cuncti PP. Ecclesiæ: in eiusque ortu vastatio signatur inimicorum, quoniam Virgo stella nata in illorum exterminium. Afflicta per illos querebatur Ecclesia, simulque in illa iustorum corona sub tyrannorum iugo, sine ullo in tanta calamitate solatio; quoniam cùm inimici multiplicati sonuissent, atque caput exaltarent, super populum fidelem malignaverunt consilia, & adversus Sanctos; quos continebat Ecclesia: etenim Principis illorum phantastica cogitatio, ut omnem terram suo subiugaret imperio: somniabat quidem superbia tumens fluctibus maris imperare, & capite vano sidera cœli contingere. Stellas verberat unda, potestatis insolentiâ

Expeditio Turcarum in Viennã.

4. Reg. 19. 32.

Numer. 24. 17.

——— *Altaque pulsat*
Sidera (*Dij talem terris avertite pestem*)
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.

Virg. 3. Æn. v. 619.

Orbis porrò sic? Consolamini. Vobis *orietur stella ex Iacob*: igitur suis radijs, tamquàm telis, ita hostibus erit hostis; ut consilia concepta cogitatione, non possint stabilire: oriens quippe, ut videantur opera Domini, & prodigia quæ posuit super terram, auferens bella usque ad finem terræ; hostium conteret, arma confringet, & scuta igni comburet. Crucius hic:

Nomine Virginis prostratus totus exercitus.

Lethiferos arcus, & tela nocentia franget,
Scutaque pij flammis uret abena rogi.

Exod. 15. à 9.

Cruc.

5 *Quidam promisit Pontifici* (ait Gaffarel. de *Curiositat. inaudit.* cap. 11. n. 5.) *fabricaturum speculum; quo, reflexione radiorum Solis, plus nocumenti in Turcas alla-*

Gaffarel.

allaturum, quàm centum millia hominum. Huiusmodi artificij inventor fuit Archimedes; vide Livium, *lib.24.sect.98.* Plin. 7. *cap.* 37. & Plutarch. in *Marcell.* ubi: *Archimede machinas suas instruente, terra oppugnantibus omnis generis iacula celeritate incredibili delata ibant; quorum nemo quisquam gravitatem sustinere poterat. Cùm pedem retulissent, iacula evolantia discedentes assequebantur; unde multi perierunt.* Ex proclivo agit de præfato in Speculis artificio Ioann. Baptista Porta, *Magiæ natural.* lib. 17. cap. 4. & 15. ubi ex Cardano docet fabricæ modum, cum alijs curiositatibus. Factum in Turcas per Virginem nascentem orbi, quicquid fieri poterat, vel non poterat, radijs speculi; quippe illa splendidum Deitatis speculum, in Christianorum auxilium: equidem totus Turcarum exercitus penitùs deletus est, quia orta est stella ex Iacob. Adisis *Tautolog.* 8. *D.* 5. *n.* 8.

Plutarc.

Cur dicitur speculum, & rotundum?

——— *Omnibus illa*
Civibus effudit totas per mœnia vires.

Lucan. 7. v. 713

Virginis venerabile nomen speciali ritu cultum, Innocentius XI. ob insignem victoriam, sub eiusdem Virginis Mariæ præsidio, de immanissimo Turcarum Tyranno, cervicibus populi Christiani insultante, Viennæ in Austria partam, in perenne tanti beneficij monimentum, celebrari præcepit. Quid mirum? tenent milites *lanceas ab ascensu Auroræ*: ipsaque in ascensu eiaculatur sagittas celeritate incredibili: igitur omnis generis iacula ibant delata obsessoribus Turcis, quæ etiam evolantia assequebantur fugientes.

3. Esdr. 4. 21.

O decus imperij spes ò suprema senatus!
——— *Volitet per sæcula nomen.*

Ibid. v. 588.

6 Pro symbolo in Turcas depicta Stella, Lunæ opposita cum lemmate: *Adsit.* Videsis Stradam Tom. 1. *Symbol.* 48. Emblema Sultani Ottomani expeditione in Viennam, erat signum semilunæ cum epigraphe: *Redibo plenior.* Ibid. pagin. 26. Mentita est iniquitas sibi: stella affuit, & Luna passa est eclipsim. Orta est stella ex Iacob, & oriens vastavit *filios Moäb.* Quinam isti? Quinam prostrati Virgine oriente? Caietanus & Fonseca hic: *Omnes infideles.* Maluend. *Orientales cæteros.* Genebrard. in *Psalm.* 82. *9. Turcæ ignoti populi è media Tartaria, venerunt auxilio Arabibus & Mahometanis. Assyrij sese eis coniunxerunt. Hoc propter Turcas, qui ex Scythia sive Tartaria in Asiam irruperunt: deinde cum Saracenis & Arabibus coiérunt.* Lunæ populi impleverunt terram, ut luceret plenior, per ampliórem potestatem, copijs adauctis, ut totum compleret orbem: at evanuerunt in cogitationibus suis, fugientes sine expectati amplitudine splendoris: etenim in Virgine natâ stellâ; quæ semiplena Luna, recessit vacua. Sese in Germaniæ imperij & Imperatoris ruinam impellebant infideles, cuncti populi Orientales. Hoc propter Turcas, qui Viennam Austriæ oppugnarunt, & cum Saracenis atque Arabibus venerunt; ut impleretur Luna: verumtamen nata est Virginis stella, & stella opposita Lunæ, tamquàm stella Iacob: quæ quidem in ipsis muris vastavit filios Moäb; quoniam per Turcarum exercitus exterminium, à tyrannide imminente Romanum catholicum liberavit imperium.

Ubi suprà.

Cur nascens dicitur stella, & cuiusnam conditionis?

Genebr.

Catholica cum Romanum Iosita-vit Imperium à tyrannide Turcarum.

——— *Nil proficit isthic*
Cæsaris intentus iugulo. Nondùm attigit arcem.
Constitit hìc bellù, fortunaq; Cæsaris hæsit.
Hic populus Romanus erit: simul ortus in omnes
It timor, & satis datus est pro Cæsare cursus.

Ibid. v. 543.

7 Hinc Virgini sub imagine Sponsæ, à sodalibus dicitur: *Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere, ut intuëamur te.* Favor in oculis est: Virgo enim quem videt, favet. Quid-ni desideretur ab oculis nostris, cuius nomen haustum de Thesauris divinitatis; cùm desiderabilis sit eius præsentia, & omnia bona pariter cum illa? Retorqueátur Claudianus, 3. de *Laudib. Stilicon.* à v. 54.

Cantic. 6. 12.

Non sic Virginibus flores, non frugibus imbres,
Prospera non sesis optãtur flamina nautis,
Vt tuus aspectus populo, quùm Numine tanto
Venturi toties affulsit Apollinis arcus;
Cuius & adventum crebris petiere Christiani
Vocibus. O mundi communis amor!

Munâ communis amor.

Claudian.

Causam signat Nonnus lib. 42. *Dionysiac.* à v. 41. ubi succinit:

Admirationem habens deductricẽ in amorẽ: Nec intuenti satietas erat: Virginem vidit, Tantùm adhuc plus cupiebat videre.

Nonn.

Ecclesia enim loquitur: verùm quare ita Virginis præsentia desideratur? Erat imperium & religio in extrema tegula, & illa obsessa periclis; appositis ad Virginem calidis lachrymis. Unde timor? dicit dolor: *Anima meâ turbata est propter quadrigas Aminadab. Nescivi.* Ignorabat

Eius opta-bilis in terris præsentia.

Vers. 12

quo

Dum Virgo venerit, pressura fugit. Malue.

quò se verteret, cùm illam acerbitas tanta opprimeret: & in auxilium tribulationis urgentis, optatur ab Ecclesia præsentia Virginis-matris; quoniam fugiet à cordibus tribulatio, modò respexerit Virgo. *Nescivi, præ celeritate gratiæ*: dicit Maluenda. Turbata propter bellicos apparatus fuit, nesciens, quò verteret se. Virginem respexit, affuit: & etiam tunc dignata nescivit; quippequàm ita promptè in auxilium collata gratia; ut ipsa nesciret, an bellis fuisset afflicta.

Eius gratia prompta.

8 *Nonnulli* (subdit hic Alapide) *per quadrigas Aminadab, accipiunt Mahometem, Saracenos & Turcas, qui variè turbarunt, & etiam nunc turbant Ecclesiam: hi enim abundant exercitibus, equis & quadrigis.* En nostrum articulum. Turbata est Ecclesia videns in Vienna Mahometicum Turcarum exercitum, diruentem Metropolis propugnacula & mœnia, prævalente radijs potentiæ, ut magis cresceret, Ottomana Luna. Non turbetur. Iacob orietur stella, cuius cœlestis nominis sono, excutietur è pectoribus formido. Ideo optat videre nascentem Virginem, ut eius præsentia eliminet turbationem, confractis quadrigis Aminadab, quibus stellæ nascentis in ruinam adversa lux. Nata est: & quamvis suffossa mœnia, atque concepta victoria, quassati muri, propugnatores incursibus fessi? Vienna oppugnata floruit sine expugnatione: equidem simulatque stella apparuit, armamentarium inimicorum destruxit, trità potentia & insolentia Turcarum, ut tanti exercitus remaneret nec vestigium. *Una mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor. Ecce enim Holophernes iacet in terra, & caput eius non est in illo.* Apparet forma mandragoræ (ut *Tautolog.* 3. *D.*7.n.6. dixi) in qua imago hominis absque capite. Orta est stella ex Iacob, ut vastaret filios Moab, confuso Ottomanico imperio, & iacente Lunà in movilo: ridente Ecclesia propter quadrigas turbatà; videns spolia Turcarum, in divitias & trophæa. Antemurale catholici imperij obtinere cupiebat Ottomanus: at confusione per fœminam, nequaquàm *Hostis muros habuit. Ipse hostis nostros insigni laude ferebat.*

Alapid.

Invocatà Mariâ, eius nomine parta victoria.

Iudith. 14. 16.

Turbavit Turcarum imperiũ.

Virg. 2. Æn. v. 290.

9 Pende verba inclamantis auxilium, ubi propter palmam Virginis desiderabat aspectum. *Revertere, revertere Sunamitis, ut intueamur te.* Bis vocat, vel bis quærit? Amanti enim semel aspexisse non sufficit. Aliquid, ni fallor, arcanè latet. Iam Virgo quæ ortu suo faverat, foverat, & ut nova stella illustraverat mundum, assumpta meritò in cœlum. Unde Bernard. Serm. de *Aquæduct.* n. 1. inquit: *Fœcunda Virginis amplectitur cœlum præsentiam, terra memoriam veneratur. Sic nimirum totius boni illic exhibitio, hic tenuis quædam libatio primitiarum: ibi res, & hic nomen. Vis scire, quia nomen & memoriale eius in nobis est, præsentia in excelso?* Videbimus per nomen etiam præsentiam in terris, dum reverti exigitur, ut denuò videatur facies, in gaudium voti. *Revertere, revertere.* Sed cur denuò? Quoniam primò non modò. Quæ, ut revertatur dicit, primò venisse supponit. Quando adversus Turcas venit? Quando in Naupacto classem summersit imperatoris Turcici: modòque semel reversà, dicitur ab Ecclesia denuò *Revertere*; ut faciat Viennæ catholici Imperij emporio, quod fecerat in Naupacto. Venit, & denuò reversa est, nata ut stella Iacob: igitur obscuritatis Lunæ, vergentis in vacuitatem, radijs, novæ virtute exorientis lucis; destruxit (ut Vienna vidit Virginis aspectum) in urbis obsidione totum imperium Turcarum.

Bern.

Et denuò destruxit exercitum.

Immensæ vocis gemitus, & pondere lapsi
Pectoris arma sonant, infractique ensibus enses.

Lucan. d. v. 572

10 Intende: Apparere ab Ecclesia postulatur, & quater, dum turbatur propter quadrigas Animadab: *Revertere, revertere Sunamitis: revertere, revertere, ut intueamur te*: equidem exponemur periculis, si non reverteris. Bis reversam in clade Naupacti, ex libertate Viennæ, scimus; quando quartò veniet, ignoramus; sed nequaquàm quando revertetur tertiò. Hoc prodigium continget bredi, sub Ferdinando VI. futuro immediatè Rege Hispaniæ. Constat vaticinio Malachiæ Cisterciensis Monachi, cuius præteritarum prædictionum exhibitio, est profectò futurorum certitudo; iuxta Regulam Gregor. Magn. in *Evangel.* Homil. 1. Ita enim præcinuit:

Haud in posterum suspenditur beneficium.

Ardens ut facula Sextus ingreditur:
In unum venient Leo, Draco & aquila.
Virginem Veterem ipsi tenebunt,
Et posteà Lunam in mare mergent.

Malach. *Eius nomine Turcam debellabit Rex Hispaniæ Ferdinandus VI.*

Mergent, quippe tertiò invocata revertetu. Virgo, & apparebit è cœlo: eandemque aleam inflatus classe, Turca subibit; dum Virgo in auxilium venerit. Aliò describit Lucanus d. 1. à v. 305. & 5. à v. 703.

In

In classem cadit nemus : terraque marique
Iussus Cæsar agi : sed modò signa iacebunt
Marte sub adverso. Lassatum fluctibus æquor.
Fracturum pelagus Boream, solvere carinas,
Quas ventus doctoque pari moderamine dextræ
Permistas habuere diù: latumque per æquor,
Ut terrestre, coit, consertis puppibus, agmen.
Lucan. *Sed lux sæva modum venti, velique tenorem*
Eripiet nautis, excutietque ordine puppes.
Mox ubi percussere tensas Notus altior alas
Confusos temerè immistæ glomerantur in orbes,
Et turbata perit dispersis in littora pennis.

Heu, quis victurus est, quando ista faciet Deus? Videbo, sed non modò: intuébor, sed non propè. Reverteris profectò, ut intuëamur te, præclarissima Virgo. Aspicies.

Aggredere ò magnos (aderit iam tempus) honores
Chara Deum soboles, magnum Iobis incrementum.
Virg. 4. Eclog. à v. 48. *Aspice convexo nutantem pondere mundum,*
Terrasque, tractusque maris, cœlumque profundum:
Aspice, venturo lætentur ut omnia sæclo.
O mihi tam longæ maneat pars ultima vitæ,
Spiritus & quantum sat erit tua dicere facta.

Siccine Virgo revertens contra Turcas videbitur tertiò, & mirabilia eius in profundo. Ergo in alia Didascaliæ affinia, ut in præsenti triumpho constet Virginis non solùm nomen, sed & præsentia.

11 Sub pontificatu Clementis III. Lunæ visa eclipsis magna: & quod mirabilius, Lunam è cœlo descendisse in terram; refert Pineda, in *Ecclesiast. Monarch.* 21. cap. 5. §. 3. Siparium aperitur, ut quod Viennæ mirabiliter contigit, exponatur. Luna deficit, penitùs evanescens, eclipsis deliquium passa, & etiam Luna videtur in terra? Utique: quia in Viennæ mœnia descendit Luna Maria, Luna Turcæ eclipsim passa. *Nova bella elegit Dominus, & portas hostium ipse subvertit*: idest, novum præliandi modum Numen elegit; *dum hostes incipiebant urbem expugnare, ut divinæ virtuti tanta victoria adscriberetur.* Caietan. *Adversus vexatores usque ad urbis portas discurrentes.* Unde novum præliandi genus, ubi ad urbis portas pervenit hostiliter inimicus? Priscum perstit, *donec surgeret Debbora, surgeret mater in Israël:* novusque dicitur modus præliandi, Debboræ, bellatrice virtute; quia si pridem per viros numen concessit victoriam, modò insignior parta per fœminam: etenim uti mater usque ad portas accedentes audacter armatos hostes, expulit valide ab ipsis mœnibus urbis. Dum hostes incipiebant in obsidione expugnationem urbis, Debbora recordata est nominis matris, ut filios foveret obsessos, & arceret à portis inimicos: quæ ita in propugnatione fortis, ita valens; ut prævaleret invincibilis certamini, novo bellandi & debellandi genere: quandoquidem hostes in portis audito nomine matris, fugerunt impetè armis ad mœnia depositis. Acumen est Alcimi Avit. ad *Sor.* à v. 384. Imago Virginis-Matris Debbora exponitur bellis, ait Alapid. hic.

Vers. 7. *Quemodo in victoria, partâ Viennæ, novus fuit modus præliandi.*

——Ut Debbora quondàm
Duceret instructas per fortia classica turmas,
Et mulier sumpto præcederet agmina signo,
Mirantes hortata viros, quos ipsa ferocem
Exemplo verboq; monens accendit in hostem.
Quas postquàm ducens princeps animosa catervas
Alcim. Avit. *Impulit, accedens vegetata furoribus arma,*
Barbaricæ cecidere manus, dissolvitur omnis
Hostilis virtus; tum quà se fœmina monstrat,
Palàtes dant terga viri, latebramq; petentes,
Si vivant, vicisse putant.

12 Ultrà videámus novum præliandi modum, dum Turca applicuit Viennæ mœnibus exercitum, ubi Virgo se monstravit esse matrem, & eius quàm grande nomen: igitur ut Luna Turcica eclipsim pateretur in muro, quæ pulchra ut Luna veniet ad mœnia de cœlo. *Quæ est ista quæ progreditur pulchra ut Luna?* dicunt Angeli, scientes profectò quænam esset, uti illorum Regina; & terribilis, ut castrorum acies ordinata. Cur igitur interrogant, si non ignorant? Est specialis dulcedo in nomine Virginis, quo delectantur etiam Angeli abundantiâ suavitatis: & licèt nomen Virginis & reverenter sciant, quæ sit & avidè interrogant; ut per denuò auditum nomen, ampliùs percipiant dulcedinem. Nomen istud ita Deus magnificavit, & honorari voluit, ut non recedat laus eius de ore hominum, quod Angelorum delicium. Patet in Turcas potestas. Ave Maria, gratia plena, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Iesus.

Cant. 6. *Dulcedo nominis Mariæ quanta?*

Pined. *In propugn. Virginis affuit præsentia.* Iudit. 9. 8. Maluéd Caiet.

Egre-

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis

Virg. 4. Æneï. v. 93. *Tuque puerque tuus, magnum & venerabile nomen.*

Sed quis erit modus? aut quo nunc certamine tanto?

13 Dicam: Virgo *progreditur* nascens *pulchra ut Luna.* In Apocalypsi exponitur alia forma, eius dum describitur ornatus: *Luna* (dicitur) *sub pedibus eius.* Quomodò si Luna ab illa calcatur, pulchra tamquàm Luna extollitur? Est ipsa? Moralis occurrit locus; ut pulchritudinem humilitatis humanum recipiat pectus: tunc enim decorum hominis cor, dum se levat super se: igitur si pulcher, ubi ab alijs despicitur; pulchrior utique, dum ipse à semetipso calcatur. Lunam Virgo habet sub pedibus, & progrediens quasi Luna. Estne ipsa? An in idem eadem Virgo? Nullo modo. Diversa quæ in cœlo fulget, ac quæ in terra sub pedibus iacet. Luna deorsùm, Luna sursùm, ut novum exhiberet præliandi modum, dum una nitet & pulchra speciositate, & alia evanescit in eclipse: equidem cùm Viennæ arietarentur & portæ & murus; videnda Lunæ & eclipsis & unà è cœlo descensus: descensus Virginis in protectionem: eclipsis impugnantium in formidinem; ut virtuti bellatricis adscriberetur victoria, quin arma propugnantium essent arma: igitur Virgo pulchra ut Luna descendit de cœlo in murum; ut sub pedibus calcata, eclipsim pateretur Luna Turcarum. *Clypeus & hasta si* (pro *Non*) *apparuerunt in quadraginta millibus Israel.* Erant, unde subditur: *Principes Israel, qui propriâ voluntate obtuliſtis vos discrimini:* v. 9. Næ Principes arma habent; sed arma quasi non essent, ad mœnia & portas urbis adstante Maria, Lunà ab olympo descendente pro victoria; iubans Principes, qui se obtulerunt discrimini, ut vincerent in certamine: etenim pro illis haud quievit, nec cessavit bellatricis Virginis virtus, quousque Ottomanam Lunam posuit sub pedibus. Innumeri hostes: at pro quot de cœlo descensus Virginis? Nata tunc imperio, sacro nomine invocato, cuius virtuti debetur palma, & victrici reverentia. Sousa, quò supr. à v. 7.

Ap. 12. 1. *Unde humilitatis pulchritudo?*

Unde à Luna, Turcarũ eclipsim passas

Iud. sup v. 8. *Si* pro *Non.*

Ex gratitudine, Virginis, quotannis celebratio nominis. Mell. Sous.

——*Chori cultu maiore parantur*
Virginis in laudem::. *Procerũque Senatus*
Religione pij, meritique ex ordine cives:
Quæque dies solidos cœli consumit amore
Cura Sacerdotum, plebs & sine nomine, festum
Latitia celebrate diem: puroque beatæ
Natalem Dominæ cultu instaurate quotannis.

14 Irruerunt hostes in Romana mœnia, Principe Numa: de quo Plutarch. in eo, infit: *Ipsi tantum in Dijs fiducia fuisse memorant; ut cùm ei aliquando renunciaretur, hostes ingruere, subridens dixerit: At ego rem sacram facio.* Per religionis cultum, è cœlo expectabat auxilium; quo potitus, sacris ex animo intentus; igitur illorum ad muros extitisse arma, hostium cunctorum demonstravit fuga. Non secùs accidit; ubi in muros Viennæ Sultani exercitus irruit. Colebatur Virgo-Mater, suffodiente muros hoste, obsessis sacrificantibus in eius laudem, & avidè illius invocantibus nomen. Emicuit virtus bellatricis in fuga hostis: etenim nullam vel ab inimicis patiuntur hostilitatem, qui in auxilium adsciverunt eius sacrosanctum nomen. Iam terra non solùm habet Virginis memoriam; sed & præsentiam. Aliquando tenet solum, quod Empyrium. Hìc res, & in terris nomen. An discrimen? Exprimant, qui eius degustant voluptuosè dulcedinem: habemusque præsentiam Virginis optabilem & memoriam; quoniam per eius venerabile nomen, in incursibus Turcarum videmus esse præsentem. Messeni è Sicilia contra Lacedæmones recuperantes patriam, in signum libertatis *M* receperunt litteram; Briet. 2. p. Tom. 1. *Chronolog.* Tessera etiam fuit exercitus Constantini Imperatoris, ut patet ex aureo Numismate, in quo *stant duo milites legionarij hastati, & in medio labarum cum inscripto M.* epigraphe: *Gloria exercitus.* Ita Ioannes Hemelar. *Tabul.* 55. Quæ olim gloria exercitus, modò fuit Imperij, Virginis sacro nomine, signato initiali charactere; ut Germani haberent libertatem, dum Ottomanus urbem quassaret in servitutem, gaudentes victoriâ; quippequàm *nomen Virginis Maria*: eiusque gloria patuit, urbisque libertas; dum vidit sub eius mœnibus ab illa prostratos Turcas.

Plutar. *Haud locus formidini, eius invocato nomine.*

M. *signũ libertatis & gloria exercitus*

Hemelar.

Luc. 1 27.

Illam ante pronus concidit Æthiops.
Hostes: in ipso pulvere sordidi,
Vultum refigunt, obsculantes
Quam pedibus premit illa terram.

Crucias.

15 Nomen Mariæ aliquid divinum redolet; quapropter Idiota de *Contempl. Virgin.* lib. 1. cap. 7. contulit Rosæ: *Nascenti, Mariæ tibi nomen imponitur, ut rosæ suavitas in illo tamquàm è Numine redoleret.* Hinc illa de se dicit, quòd nata

Nomen cœleste. Idiot.

Eccli. 24. 18. in lætitiam mundi, *quasi plantatio rosæ.* Et ut legit Syrus: *Buphthalmus*, quod apud Arabes dicitur *Arbor Mariæ*; uti observat Clusius, 3. *Histor. plantar.* cap. 30. *Rosa sanè natura sua spinosa est*: ait Benedictus Curtius, 30. de *Cultu hortor.* cap. 25. Quare de Rosæ venustate simulque rigore, epigraphæ Rosarum inscriptæ: *Armata delectat*: *Minatur & allicit*: *Delectat feritque*: *& floret & vulnerat*: *Fortitudo & decor*: *Pungit, & attrahit.* Sic enim inter Priscos celebratum armatæ Minervæ natalitium, atque floridum rosarium. Ita Cœl. Gregorius in *Mythlog.* §. 18. & Alapid. in loc *Eccli.* cit. ubi: *Quamprimùm Minervam è capite Iovis prodijsse, fingunt; statim nobilem rosarum stirpem editam*: quo quidem signabatur potens in prælio, semperque Virgo. Homer. *Hymn.* ad illam, modulatur:

Aurea non illi Veneri; sunt munera cordi;
Prælia sed placuere, feri sed munera Martis,
Sed cædes, sed bella, sed & certamina, pugnæ.
Virginibusque eadem monstravit prima domi quæ
Munera conveniant, animisque impressa notavit.

Quare rosa dicitur Arbor Mariæ? Curt. Cum Minervæ rosarium ortum. Cœl. Greg. Homer.

16 Elucet planè Virginis nomen & natale in gaudium mundi, pulchritudine rosæ armisque Minervæ, insigne cuius virginitas, in devotos suavitas, atque in aversos severitas: igitur uti rosa allicit & pungit, delectat & vulnerat: vulnerat hostes, allicit & delectat invocantes Fideles; in cuius nomen Viennæ erexerunt trophæum, tot prostratis ad mœnia cadaveribus Turcarum, conversis rosis in pungentes spinas, & invocantibus nomen, spinas vertens in rosas. Prudent. in *Apotheos.* v. 462.

O nomen prædulce mihi, lux & decus & spes.
Præsidiumque nobis! requies ò certa laborum!

Virgo similis Rosæ & Minervæ? Prudēt.

Nobis in rosæ specie percurrit clypeus, quia fortitudo & decor indumentum eius. Verùm pende. Non dicitur absolutè Rosa, quæ pollet armis, foliisque rutilis. Rosa est, sed singulariter ut floreat *in Iericho*. Ubique floret, ubique vernat; sed *in Iericho* plus rutilat. Sub manu causa. In Iericho apparuit nascens armata Minerva, & ostensa cunctis in constitutione Rosa. Idem Hebraicè *Iericho*, ac si diceretur *Luna*: hicque ut rosa floret, valet, spinisque prævalet, dum filios afflictos Viennæ speciositate fovet; etenim veniens è cœlo in tutamen, eius implorantium nomen, per insignem pugnam, per singularem victoriam, totius Imperij Ottomani eclipsi obscuravit Lunam. In *Tom. seq.* reliqua, quia protrahitur Didascalia. Dicat nunc Germania, potiùs Ecclesia tota, ex carmine 1. Saphus, v. 2.

Ubi sup. Eius virtus in Turcas.

O Iovis proles cœli sempiterna,
Confici ne me patiaris, oro,
Diva dolore.
Huc ades tandem, precibus vocata;
Si meis unquàm celer, affuisti:
Tecta me propter quia sæpe linquis
Aurea Patris.

Atque in fideles gratię ceteritas. Sapho.

DIDASCALIA IV.

Gloria & pœna comites in Christi schola.

1 LABORES semper molesti, gravaminis consanguinei, quorum abundans seges in mundo, quandiù fuerimus in hoc tabernaculo. Unde Euripides in *Oreſt.* v. 230. inquit:

Molesta possessio, sed tamen necessaria.

Eurip. Labor virtutis occasio.

Spes animum instruit, ne sit molesta; igitur cognoscit vexationibus incommodum, sed non in damnum. Angitur sanè cor: cæterùm *Virtutis occasio est*: ait Seneca de *Provident.* cap. 4. Sub specie enim vellicantis stimulo pœnæ latitat splendor gloriæ.

Senec.

Virtutis est domare, quæ cuncti pavent.

Idem.

Ut subdit idem in *Oetæo Hercul.* v. 434. Cor profectò leve, cui nihil contigit grave. *Lætificabis gaudio cum vultu tuo*: dicit nostra Tautologia. Semper gaudium est, sed non semper in lætitia: diciturque cum vultu Deitatis ex gaudio lætitia in cœlo; quippequàm in mundo est lætitia sine gaudio: quandoquidem exultatione mira illorum repletur pectus; qui gloriantur feliciter inventis tribulationibus. *Beati qui labores in requiem* (ait Chrysolog. *serm.* 152.) *in refrigerium dolores, mœrores in gaudium commutarunt.* Quod vocatur calamitas, invenitur felicitas: apparentque revelato vultu gaudia, quò latitabant, sed intererat lætitia; quoniam iam animæ fulgor, quod pridem labor, dolor & mœror. Paulinus in *Panegyr. Cel. Si*, à v. 4.

Pſ. 20. 7. Chryſol. Iuſtis in cœlo cuncta contraria, quæ in mundo.

Hoc precor, hoc potiùs maneat mihi luctus in ævo,
Præferere æternæ semina lætitiæ.

Paulin.

Ut

Ite procul læti : flentum consortia malo;
Ut brevibus lachrymis gaudia longa metant.

Salutare sanè votum : etenim, ut infit Leo Papa serm. in *Ascension.* 2. *Infirmitas in virtutem, mortalitas in immortalitatem, & contumelia transivit in gloriam.* Brevis via. Quàm dilecta Tabernacula! *Scias* (infit Stoicus, *Epist.* 64.) *illam esse in excelso, sed volenti penetrabilem. Hoc quidem virtus tibi ipsa præstabit ; ut illam admireris, & tamen speres. Illam intueor obstupefactus.* Breve, inquam, iter, & per compendium. Ovven. 4. *Epigram.* 195.

Leo Pap. *Dona cœlestia.*

Senec.

Vis voto potiàris amans ? patiaris : oportet,
Si vis in dulci vivere pace, pati.

Ovven.

2 *Abiit Iesus trans mare Galilææ, & sequebatur eum multitudo magna* : ait Ioannes. *Subijt ergo in montem Iesus, & ibi sedebat. Cùm sublevasset ergo oculos; & vidisset, quia multitudo magna venit ad eum*, &c. Difficilè prorsùm captu, quicquid continetur in periodo, contradicente suppositio. Iesus cùm ascendisset in acclivia montis, sequens multitudo mansit ad montis radices. Ergo Christus sedens in superioribus, assectas iuxta situm habebat inferiùs. Quorsùm igitur ut videret illos, sursùm sublevavit oculos ? Haud tunc videret, quam coram habebat multitudinem magnam ; si oculos statuisset declinare in terram. Afflicti illum sequebantur, infirmitatibus gravati, pœnisque & erumnis oppressi ; ut etiam molesto gressu laborum, possent sequi, & pervenirent ad Christum : tuncque Christus meditanter, infrà cùm essent, ut videri possint, elevat lumina ; designans quanti ducantur ex tribulatione merita : igitur quos pro illo oppressit pondus laborum ; in solamen ut videat, respicit cœlum. Quia illum sequuntur, in hoc mundo gravantur; sed à Christo (quin gaudia sentiant) foventur, ut construant præmium afflictione dolorum. In terra se arbitrantur iacere, ubi se vident tribulationibus concuti ; non cognoscentes quæ munera præparata, ubi gaudia vagantur sine lætitia: equidem cùm elevent, quæ comprimere videntur(licèt ab oppressis non videantur) in cœlum fit oculorum Salvatoris elevatio, ut cognoscant laboribus esse in cœlo.

Ioann. 6. 5.

Qui pro Christo patiuntur, in cœlo passionibus collocantur.

Numen ineſt illis, sunt & comercia cœli.

Ovid. 3. Art. v. 549.

Sunt in terra, & non sunt tibi: sed ubi merentur esse : Christusque illos respicit sursùm, dum ad montis radicem sistunt deorsùm ; quoniam qui Christum sequens labores tolerat, tribulationis pennis in altis habitat.

3 Pende. *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* Æthiop. *Super his, qui patiebantur.* Quæ signa? Miracula, singularia prodigia ; quibus iactabantur in Christi sequelam, qui per pœnas cœlestem quærebant gloriam : equidem non sine novo singulari prodigio; quòd patientes in terra collocarentur in cœlo. Oriuntur gaudia ex doloribus, nudanda propemodum in cœlestibus ; sed aliqualis tantæ felicitatis in terra exploratur lux, ne de premio ambigat oppressum cor : firmum est : utroque statera fit : & dum oculos, ut videat, Salvator in cœlum dirigit ; patientibus propter illum, signum in elevatione gloriæ præsentis ostendit : quandoquidem absconditur pondus gloriæ, sub pellucido velo prementis pœnæ. *Elevare, elevare Ierusalem ; quæ bibisti de manu Domini calicem.* Calicem Domini, *dolores, anxietates, mœrores, afflictiones gravissimas* ; inquit Maluend. His anima amarè opprimitur : & dicit, quòd elevetur ? Utique, ut ad toleranda cruciamina, videat præmia : etenim si per angustias calicis amarissimi, videtur illi, in terra oppressam iacere ; fallitur specie externà, quoniam absconditur gloria : elevari & nimis elevari iubetur, quandiù in amaritudine deprimitur : ut videat quid peperit, si introrsùm oculos aperit : igitur per epotum amaritudinum calicem, cœlum usque quæ depressa obtinet elevationem. *Vires inclinata resumit*, dicit de face ardenti, Ioann. Orozius, *Emblem.* 2. Ad rem, dum graviùs patitur cor : quandoquidem si adinstar facis, doloribus usque ad terram inclinatur ; per ipsum pondus usque in cœlum attollitur. Dicit contextus : *Ut plantes cœlos, elevare, elevare.* Ab illa formandi cœli ? Numen studet laborum gloriæ, & per illos etiam throno elevationis animæ: equidem cùm in cœlo sit gloria, cœli formantur à pœna; quoniam per acerbitatem angoris pœnæ, elevatur vel in terra ad beatitudinem gloriæ.

Vers. 2.

Unde hæ iusmodi prodigia.

Isai. 51. 17.

Maluend.

Ponderè qui opprimuntur, elevantur.

Ioann. Oroz.

Vers. 16

4 Acceptus Domino Moyses gloriam quærit, ut gratiam eius inveniſſe constet. Faciem Dei videre vult; sed abnuitur. Gloriam videri exoptat, & conceditur. *Non poteris videre* (ei dicit Dominus) *faciem meam : non enim videbit me homo, & vivet.* Haud inficiatur, quia videri non potest ; sed quia Moyses vivens non potest illam videre : eique concedit in gloriam

Exod. 33. 20.

beatitudinis cumulum, quippequàm ostensurus *omne bonum*. Pendenda cuncta, ut in pœnis adhuc in hac vita constet gloria. *Ostende mihi* (sequenti & amanti) *gloriam tuam*. Placet. *Ecce est locus apud me* (respondit Dominus) *& stabis supra petram : cùmque transibit gloria mea ; ponam te in foraminæ petræ, donec transeam.* Magna profectò gratia ; sed mirabilior in visionem gloria. Ut fruatur cœlesti divinâ luce, collocatur Moyses in foramine petræ ? *In petra tectum & absconditum : in petra cava, in cuius cavitate latere potes* : subdit Alapid. Hoc est omne bonum? Hoc est horribile ergastulum, saxeum viventis sepulchrum: ibique collocatur, dum gloria appetitur ; quippe gloria optabilis beatitudinis, sæpe invenitur intra vincula carceris : etenim non gloriâ acquiritur gloriæ thronus, sed catenis & carceribus. Pende. *Est locus apud me, & stabis supra petram*, ut videas gloriam. Si inclusus in foraminis caverna; ad visionem gloriæ ducendus, undenam suprà ? Suprà, beatitudine potitur, inclusus in saxum, patitur: ibique expanditur totum bonum, dum corpus strictè designatur totum vinctum; quoniam qui in carcere patitur acerbam persecutionem, etiam in terra feliciter nanciscitur beatitudinem. Cogitabat Moyses, dumtaxàt splendoribus confici gloriam ; non indipisci per ærumnarum miseriam : & dum gloria optatur & generosè conceditur, inter vincula in carcere collocatur ; quippequàm in hac vita gloriæ felicitas, perspicuius videtur, & avidè inter catenas. Gratia habetur, gloria concupiscitur : & pro ostensione gloriæ, Moyses dignandus includitur saxeo carceri ; equidem in tractibus huius vitæ ad consequendam gloriam, cœlum decrevit in votum necessariam tolerantiam. Hinc non supra petram, sed in petræ foramine gloriam videt ; ut cognoscant quid persecutionibus latet : igitur non in posterum solùm reservatur gloria pœnæ, cùm totum bonum appareat etiam in ipso labore.

Vers. 19 — Alapid. — Locus beatitudinis, obscuritas carceris. — Et habitatio in catenis. — Gloria luceat in ipso labore.

5 Nescio, an huiusmodi gloriæ speculum, præscripserit Dominus *Omne bonum*. Prætermittuntur ab homine malorum dulcedines, dum fugi pati laborum acerbitates ; quia extrorsùm respicit, quod vidisse non placet. Si gustaret, videret suavitatem, ex accerrima persecutione fluentem, non solùm, ubi præmio potitur : verùm cùm dolores patitur. In dolore ? Sanè. Si solùm gloria servaretur in cœlum ; esset profectò participibus bonum : cæterùm non bonum omne ; ni interesset in ipsa calamitate : & dum Moyses propter gloriam intra saxum includitur, bonum & *omne bonum* ostenditur ; quoniam gloria quæ futura patientibus, in cœlestibus, videtur etiam abundè in ipsis persecutionibus. Vide *Tautol. 1. D. 6. n. 13.* cur crux Moysi ostensa, dum gloria ab illo cupita.

Vers. 19 — Cur etiàm hic tormentum dicitur Omne bonum?

——Præmissa futuris
Dant exempla fidem.
Prospera sperantur tempora rebus.

Claud. in Consul. Honor. v. 620.

In gloria laborum aliud latet, aliud patet. Si *omne bonum* Moyses in carcere respicit, quantum bonum, quod non videt? Beata sanè spes, ubi in ipsa est beatitudo : unde Psalmista, *Tu es spes mea* (dicit) *portio mea*. Spes in laboriosa lamentabili vita: portio est in vita beata : illicque gloriæ etiam exponitur portio ; quoniam ipsis in laboribus splendescit beatitudo. Ratio sub manum ex Tautologico textu. Dum fuerit in gloria portio, *lætificabis* patientem *in gaudio cum vultu tuo*. Est discrimen inter gaudium & gaudium, quia non semper cum lætitia conceditur donum. Cum vultu, visâ facie, gaudium ex lætitiæ fonte : sine vultu gloriæ gaudium, dolore persecutionum : in hisque etiam exhibentur gaudia ; quia licet non lætitia, tamen est gloria. Gloria illic, ubi nullus labor ; gloria hìc, ubi totus dolor : igitur cùm in cœli beatitudinem, transformetur homo de laboris *claritate in claritatem*; de gaudio & gloria laboris, transit in gaudium lætitiæ æternæ felicitatis.

Psalm. 141. 6. — Ubi supra. — Et cœlestis claritatis principiumè

2. Cor. 3. 18.

Ultimus cœlum labor inreflexo
Sustulit collo: pretiumque rursùs
Ultimi cœlum meruit laboris.

Senec. Hercul. furent. v. 718.

6 Reflectamus calamum in petitam à Moyse fulgentem gloriam, & à Domino liberaliter promissam gratiam. Gloriæ illi prómittit, quamvis intra saxum, felicissimam visionem ; sed negat ostendi faciem. Dum gratia à Deo conceditur, concessam felicitatem inficiatur. Gloria nihil aliud est, nisi Dei videre faciem: quam ergo gloriam favens Numen concedit ; si in ostensione gloriæ faciem abscondit ? Est homini duplex gloria : alia in via, alia in patria. Imò eadem, sed aliter in cœlo, atque aliter in mundo. In cœlo, dum facies divina ostenditur : in mundo, dum vultus eius absconditur. In cœlo, ubi non est dolor: in mundo, ubi totum labor : Moysique promittitur tota gloria beatitudinis, tametsi facies non videatur Deitatis ; quippe si in mundo Numinis in fruitionem concupi-

Et gloria ficatio in mundo?

cupiscitur vultus, gloria eius dumtaxàt ostenditur in laboribus. Non faciem, cæterùm gloriam videbit, dum corpus saxum incluserit, dum ibi quasi in vinculis laboraverit: *Non videbit me homo, & vivet*: igitur & vivens gloriam exoptat; necesse est, quod ad labores recurrat: quandiù in laboribus, & doloribus mundi, nequit aliter gloria Domini videri: sustineat ergo persecutionum pœnam, qui in vita ad immortalem vitam quæsierit gloriam. Potest profectò hic gloria cœlestis videri, & non videri. Non erit visio, si fugerit persecutio: gloria videbitur, si propter gloriam in illam intendens patitur: gloriaque ostenditur Moysi, ubi collocatur in foramine petræ; quia gloria cœli in hoc mundo claret in tribulatione.

Gloria cō tineturin pœna.

7 Ulteriùs. Deus Moysen, visionem gloriæ petentem, in ergastuli brevitate collocat, ut gloriam videat; igitur ei gloria extra gloriam apparet, qui tribulationes sustinet: estque gloriæ visio & extra gloriam; quia habet gloriam intra pœnam. Hæc est sanè gloria Numinis, nequaquàm facies. Unde illi dicitur: *Videbis posteriora mea; faciem autem meam videre non poteris.* Quid est *Posteriora mea*? Gaudia & summa, sine lætitia, voluptas in doloris acerbitate, iucunditas in labore, catenatis ærumnis, in mulcimen voluptatis. Facies, dum Nomen apparet vultu, ex lætitia oriente gaudio; quapropter ob huiusmodi gloriam, dabit *gaudium & lætitiam*: at cùm ex pœnarum gloria oriantur in mundo gaudia; dumtaxàt pro claritate ostendantur posteriora: igitur lætificare cum gaudio, vivere sine tormento, & totius felicitatis manifestare splendorem; servat (vel glorificatis hìc) quousque in cœlo ostendat faciem. Vel amicis in mundo ostenditur, uti vult. Cùm apparuerit, videbimus eum sicuti est: equidem si tunc est plenum, ex vultu eius erit cum lætitia gaudium. Si ibi alia gloria, vel aliter, in cœlestibus; sanequàm & hic est gloria in ipsis tribulationibus. Gloria sursum, gloria deorsùm: cœlum altum, cœlumque profundum. Cœlum suprà, cœlum infrà; ita ut utrobique sit gloria. Suprà, ex Deitatis revelata facie: infrà, ex occulta, vitam dolore permente. Aliò intentus, profert Claudianus, 2. de *Raptu Proserp.* à v. 281.

Vers. 23

Psa. 50. 20.

Et obtinetur in vita.

Claudiã

——*Et immensum tēdit per inane potestas.*
Amissum ne crede diem: sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alij, lumenque videbis
Purius, Elysiosque magis mirabere campos,
Cultoresque pios: illic pretiosior ætas,
Aurea progenies habitat, semperque tenemus,
Quod Superi meruere semel.

8 Præterea. Gloria à Moyse in illa præfata pressura visa, Numinis *posteriora*; eò quòd licèt patiens propter gloriam, ex ipsis doloribus habeat gaudium; sine lætitia, quod præsens, quasi haberetur post tergum. Unde cùm in mundo non iudicetur felicitas, quæ secum habuerit pœnas; qui contraria felicitati sentit, non iudicatur felix in ipsa felicitate: igitur gloria donatur, quia dolet; sed minimè gloriam, maximeque cruciamina sentit. Quicquid in tergo est, cognoscitur; sed nullo modo videtur: Moysique gloria data, gloriæ dicuntur meditanter posteriora; quia tribulatio ex labore fecit felicem, sed dolore non videbat acceptam felicitatem. Articulo patet. *Videbis posteriora mea.* Chald. *Transire faciam omnem gloriam meam super faciem tuam.* Hebr. *Transire faciam omne bonum meum ante faciem tuam*: ex cuius consortio magnitudine lucis, splendida facta est, & coruscans facies Moysis. Qui iusti acquirant ex passionibus, videtur in gloria à Moyse optata & concessa. In illum (carceri inclusum, & vinculis saxeis propter gloriam à Domino traditum) radij divini translati sunt splendoris; sed ipse *ignorabat*, quo splendida esset facies. Illum latebat, quod omnibus rutilabat: posterioraque dicuntur in gloria Numinis, quicquid patitur Moyses angustiâ carceris; ut gloria pœnæ patientibus exhibeatur: etenim etsi ab illis non videatur, splendidissimè habetur. Labor angit, persecutio corda comprimit. Nihil gloriæ videtur nisi dolores ad gloriam, & tormenta in rem amaram: videntur oculis insipientium mori; verùm illi sunt in pace: quandoquidem si gloriæ cœlestis pondus latet sub calamitatibus; inter catenas & carceres gloriam habent, quamvis patientes ignorent. Ignorabat Moyses, quòd splendesceret facies. Commendat insignem humilitatem, dum cuncti noscunt, suum ignorare splendorem: verùm maximè quantum gloriæ ineat momentum, patientibus propter Christum: igitur beatitudinem, quantumvis præ tormentis non cognoscant, vel ipsis tyrannis splendores manifestant.

Ubi sup. Chal. & Hebr.

Habetur quàm quã non videatur

Cap. 34. 29.

Humilitatis præfectio in quo maxime.

9 Dicit Sponsa, quæ propter Dilectum & percussa & vulnerata. *Nescivi: anima mea conturbata est propter quadrigas Aminadab. Revertere, revertere Su-*

Cant. 6. à 11.

namitis : revertere, revertere ut intueamur te. Pulchritudo ex vulneribus erat cunctis spectabilis, qua de causa videri in oblectamen desideratur species ; igitur per inflicta verbera & vulnera, pollebat summè inter mulieres pulcherrima : verum erat conturbata usque ad animam propter tyrannorum plagas, designatas per quadrigas; uti diximus *Didasc. præced.* n. 8. Gloriam ex dolore habet, verùm præ dolore nescit. Splendet cœlo, plena vulneribus mundo. Ab illa videretur sicut ab alijs gloria, ni præ agone conturbaretur anima : at cùm gloria insit ex vulnerum radijs, urgentia persecutionis ; dum cruciamina tolerat, gloriam habet, quamvis nesciat : etenim eius cuncti videre concupiscunt pulchritudinem ; dum illa nescit ex vulnere effulgurare splendorem. Decorat sanguis effusus, & si turbatum præ dolore pectus ; quia non apparet Sponsus. Non videt quod habet : ubi dolor urget, gloriam ex dolore nescit. Ignorat se in dira persecutione. *Si ignoras te, egredere & abi.* Per ipsa vulnera, fulgebis inter pulchriores pulcherrima : igitur pulchritudinem videntes, non satiantur, splendorem demirantes ex pulchritudine vulnerum. *Revertere, revertere, ut intueamur,* etsi te vidimus. Eminet & coruscat ex stigmatibus gloriæ spectabilis lux : *Revertere, revertere, ut intueamur te.* Toties ? Oritur vel in possessione votum ex præstantia pulchritudinis ; quippe ex visu cùm sit summa delectatio, minimè saturatur oculus visu.

In martyribus est pulchritudo ex vulneribus.

Ibi.cap. 1.8. *Tunc magis gloria fulget, dum patiens nescit.*

10 Opportunè Seneca. *Incidet aliquid quod impediat ? Non equidem eum* (inquit, *Epist.*72.) *cuius animus in omni negotio lætus atque alacer est. Imperfectis interscinditur lætitia : sapienti verò contexitur gaudium : nullà rumpitur causà. Non enim ex alieno pendet, nec favorem hominis expectat. Domestica illi felicitas est : exiret ex animo, si intraret : ibi nascitur. Aliquando extrinsecùs, quo admoneatur mortalitatis, intervenit ; sed id leve, & extollitur : modò in cœlum elevatur.* Quidni gaudium, etsi appareant signa vulnerum ? Pro admonitione mortalitatis quicquid grave, cordis interna felicitate, despicitur uti leve. Gaudium cùm sit intra viscera, nullà rumpitur, nec interscinditur causà. Quousque nudetur Deitatis vultus, totam gloriam servat pectus : quippequàm omnis gloria eius filiæ Regis ab intùs, *circumdata varietate*: igitur gloriam secum habet, & habere gloriam nescit : omnes cupiunt videre vulnerum splendidam claritatem, & illa ignorat ullum habere splendorem. Si ubi Deus, ibi gloria, & gloria summa ; summa patienti erit gloriæ, in cruciatu & dolore, præsente Numine.

Senec.

Hæc gloriis interna.

Psal.44 §4.

11 Multa mala à Chaldæis Israelitæ pertulerant, opprobria devoraverant, cruciamina sustinuerant. Unde Deus illis dicit : *Quomodò protegam te Israel ? Conversum est in me cor meum, in medio tui.* Cessavit persecutio, & in se cordis Numinis designatur conversio ? A se Abivit ? In se quod secum, non habuit ? Ubi ergo erat divini præsentia cordis ? *In medio eius*, cum afflictis : igitur haud secum valuit, videns pro se tolerare ; pœnam non adesse vulneratis, ut communicaret gloriam. Constantia fidelium, tormenta vincens, dum perfert ; cor Numinis in protectionem allicit ; diciturque in medio subeuntium persecutionem, & tolerantium tyrannidem ; quippe dum propter eius gloriam læti tormenta patiuntur, sagittis amoris cor è pectore rapuerunt. Modus protectionis solicitatur, & ingeniosè invenitur : scilicet Dei præsentia, è qua dimanat essentialis gloria : corque salit ë pectore, ubi dilecti opprimuntur afflictione ; quoniam præ vehementia amoris, nequit esse sine illis. Protegit, & volitante corde ad illos patientes vadit. Gloria in pœnis ministratur : Deus in medio illorum non commovebitur ; quousque in se propter cordis conversionem, ut plenè glorificet, illis ostenderit faciem.

Oseæ 11 á 8.

Gloriatur Dominus est cum patientibus.

Cor illius ad illos rapitur.

Macte animi. Notat ista Deus, qui flectit habenas
Orbis, & humanos proprior Iove dirigit actus,
Mœrentēque videt, lectiq; arcana ministri.
Hic amor à Domino meritus censore probari.

Stat. ſ. Silv. 1. à v. 37.

12 Decreverat Servator N. aliquibus asseclarum adhuc in mundo ostendere gloriam, quam in se studio amoris habebat inclusam ; & illos in excelsum assumpsit montem, ut videre possent lucem inaccessibilem. *Assumpsit.* Haud cor illorum (longè corpus) ascenderet, ni Salvator assumeret : equidem quantumvis inster gloria, pigra conditio renuit ascendere in ardua ; estò per leve gravamen præcogitet ascensionem. Quid esse possent, ostendit perspicua è corpore lux : *Resplenduit facies eius sicut Sol.* Haud in medio montis, quò assumebantur, siparia in gloriæ ostensionem aperiuntur. Iam

Matth. 17.1. *Per virtutē inest desidia vel in propria cōmoda.*

Vers. 1.

erant

erant in cacumine montis, dum lucis fuerunt participes: igitur ubi sequentium Christum, finitur assumptus labor, totius gloriæ continuò patuit splendor. Vernaculè: *No avia mas que trabajar; y hallaron la gloria, luego que acabaron de subir.* Parum dixi, pende: *Resplenduit* (ut accesit) *facies eius sicut Sol*: pòst à Synedris memorata, per illum tollenda crux: *Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Exhibetur admirabili Theatro huiusmodi glorificationis forma, ut Christum sequentes, sic moverentur in certamina: etenim ita gloriæ præmium anexum labori tribulationum; ut præventa esset paßuro excellentia præmij, antequàm illuc vocati loquerentur de passione.

Finito labore, apparet in luce.

Luc. 9. 31.

Pœna præuenitur à gloria.

13 Cessavit de passione & cruce eloquium & simul evanuit totum illud tantæ gloriæ pulcherrimum spectaculum; cuius maiestatem ferre lumina nequibant, propter splendoris copiam, unde ceciderunt tamquàm allucinati super faciem suam: gloriaque donatus accessit, erexit, roboravit, quasi iam vel in die ex tanta luce esset nox; *levantesque oculos, neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Gravè profectò argumentum. Iesum solum? Nonne cum illo discipuli? Si ille solus, ille soli. Nullo modo. Facta propter imitationem & gloriæ & crucis expressio: minimèque solitudinis patitur acervitatem, qui invenit inter cruces Iesum præsentem. Nesciunt tyranni eis conferre gloriam, qui patiuntur tormenta propter iustitiam. Obsequuntur, dum persequuntur: equidem virtutis umbra, non aliud quàm ipsa gloria. De militibus occisi Othonis, in eo ait Plutarch. *Osculati sunt vulnera, & adoraverunt.* Felix profectò vexamen, quod definit in vulnerum adorationem; perducens cum gloria in cœlestem gloriam cuius fabricavit ruinam. *Capi virtus nescit: patientia dedecus ignorat. Ex fortissimis vulneribus plus gloriæ, quàm sanguinis emanavit*: ut inquit de Catone Uticens. Valer.Maxim. *lib.3.cap.2.n.7.* & 14. Felix triumphus: verùm, ut ait Horatius de *Arte*, v. 412.

Ubi sup v.8.

Iesus iuvat præsentia inter cruciamina.

Plutarc.

Vulnera veneranda.

Val. Maxim.

Multa tulit, fecitque, sudavit & alsit;
Qui studet optatam cursu contingere metam

Horat.

*** *** ***
*** *** ***

DIDASCALIA V.

Vulnerum animæ medicina, vulnera.

1 PRÆSENS disciplina non est gaudij, sed mœroris: nosque tamquàm nutriti uberibus voluptatis, frui volumus laborum opima segete; cæterùm sine labore: cùm ad magna præmia exoptatæ celsitudinis nequeat perveniri, nisi laboribus magnis. Euripides in *Orest.* v. 693. accinit:

Fructus laboris quæritur sine labore Euripid

Quomodò capiat aliquis magna parvis
Laboribus: Stultum est hoc velle

Vacui sane, & sine fructu, qui felix iudicatur huiusmodi voto: maximè cùm nihil, gratiâ favente, constet intolerabile, respectu expectatæ gloriæ. Cum pondere beatitudinis, vilescunt omnia quæ habentur in terris; igitur ad illam huius temporis non sunt condignæ passiones. Verinus, *Monastich.* 21.

Quem potes æterno pro munere ferre laborem?
Mercedi an tantæ par labor esse potest?

Verin.

Querimur nonnumquam de malorum occursu, crebrisque molestijs; ac tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis: at si illarum fideliter fieret discussio, videremus stultè queri de commodo: quandoquidem ipsa afflictionis acerbitas in exitu intractus invenitur utilitas. *Perirem, ni perijssem* (dicebat Themistocles, ut in eo dicit Plutarch.) *ni doluissem Athenis, modò dolerem.* Similiter lætificat mœrore afflictio, qua premitur anima; ut criminis, vel imperfectionis, nocua evanescat lætitia. Non lætificatur gaudio, sed incommodo: diciturque à Psalmista, *lætitiâ gaudere*; quippe est gaudium ex dolore: equidem cùm dolor animam ab ægritudine liberet; ni doluisset non gauderet.

Plutarc. *Gaudiū ex dolore excusso crimine.*

Ps. 20.7

2 Monet Stoicus patientem in sanitatem. *Stultitia est* (inst, *Epist.* 52.) *cui nihil comstat, nihil diù placet: sed quomodo aut quando nos ab illa revellemur? Nemo per se satis valet, ut emergat: oportet, manum aliquis porrigat, aliquis educat:: Numquid æger laudat medicum secantem? Tacete, favete, & præbete vos curacioni. Etiam si exclamaveritis; non aliter audiam, quàm si ad tactum vitiorum vestrorum ingemiscatis. Sanè liceat. Quid lætaris?* Non est gaudium: virus

Senec.

est,

Ut peccator gaudeat, doleat.

est, quæsieris medicum; qui urat, qui secet, nec vulneribus parcat, ut te in sanitatem restituat; quippequàm gemitus explicat vulnus: & necessarium quòd de vulnere doleas, ut sine vulnere gaudeas. Erat Hierosolymis Probatica Piscina, *Hebraicè Bethsaida*: Ideſt, *Domus misericordiæ*. In quinque porticibus, quas habebat, *iacebat multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.* In domo misericordiæ tot molestiæ? Tot languores, tot plagæ? Utique, ne peccare possent, si valerent. In gravatis, cogitabant dumtaxàt de sanitate, & nullo modo de scelere, in quo profectò ruerent, modò ærumnæ non gravarent: & ubi iacent, domus publica dicitur misericordiæ; quoniam iacent: igitur si faveret in facultates plena valetudo corporis, forsitan manciparentur sub obsequio iniquitatis. Si non esset languor, ingrederetur in crimina furor. Si non esset cæcitas, vellicaret animam oculorum lubricitas. Modò potirentur gressu: errarent forsàn in processibus vestigio. Stellati præ ariditate ad vitalitatem nec habebant motum: & ubi iacet multitudo aridorum, claudorum, cæcorum, atque languentium, meritò habitaculum dicitur misericordiæ; quoniam magna cœli pietas esse sub infirmitate.

Ioann. 5.

Vers. 3.

Hominibus infirmitates sunt aliquando favores.

3 Intuitus exponitur à Davide. *Misericordia tua* (Dominum alloquitur) *magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Undique vallatus hostibus gemit oppressus: hinc & hinc fugit vagus imminentem mortem, propter potentium validam hostilitatem, plauditque Nominis non solùm misericordiam, sed uti magnam? Iurè, ex beneficio exilij, ac tanta procellosa persecutione; cùm eius anima erueretur ab inferno, dum illuc impellebat pro viribus tribulatio. Ab inferno afflictione liberatur? Sanè: ni persecutus, absdubiò persequeretur. In homicidium incideret, modò valeret; & fugit, Dei cognità misericordià, & misericordia magna: quandoquidem fulget multitudo miserationum; suspendere impulsum iniquitatum, ne læsus homo vindictà descenderet in infernum. *Nisi quia Dominus adiuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Penè in ultionem pedes moti: penè in sanguinem gressus effusi. *Si dicebam: Motus est pes meus; misericordia tua Domine adiuvabat me*, ne in infernum caderem, dum volui, nec valui, movere pedem: etenim ni misericordia accederet, & vindictam impediret; aggressà furiosè culpà, paulominus anima habitasset intra tartara: ex quibus educta summà pietate, facultatis suspensione; quippequàm in corde clementis non solùm magnum, sed summum, impedire, quòd homines descendant crimine in Orcum.

Psal. 85. 13.

Sicut illis removeri ab occasione peccandi

Psal. 93. 17.

Vers. 18

4 Pende contextum. *Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo; consolationes tuæ lætificaverunt animam meam.* Cor pupugit natura, sed vulnus sanavit gratia. Lætitia venit ex vulnere, & mirà consolatione. Ex doloribus gaudia? Ex vulneribus lætitia? Ita in salutem restituuntur animæ, si languent crimine: & secundum afflictionum multitudinem, lætitià accipiunt dolorum consolationem; quoniam si putruerunt cicatrices à facie insipientiæ per blandimina langnoris, in virus lethale vulnerum, dolores animæ sunt medicina dolorum. Hinc nonnulli cum Hieronymo de *Nomin. Hebr.* interpretantur *Bethsaida, domum venantium.* Claudos, stellatos, aridos, cæcos? Utique. Misericordia Dei, ut peccatores convertantur ad cor, utitur lenitivis malagmaticis; quæ sine effectu propter rigorem cordis. Misericordia magna, ne frustretur medicina; in blandimina pectoris, utitur anastomicis. Visum in Petro, dormiente in ergastulo: igitur minimè evigilavit, quamvis lumen cœleste refulsit: dormiretque cum socijs in catenis; quousque excitatus percussione lateris. Illicò surrexit, quem Deus de cœlo percusit: & quia socij non percussi; ut morerentur, remanserunt in carcere. Multi languidi iacebant in piscina, cum quibus Deus magnà usus misericordià, ut redirent percussionibus frugi, qui noluerant suavitate: domusque seu piscina languentium, domus signatur Venantium; quoniam per molestas & graves infirmitates traduxit in retia legis. Ictibus enim languorum, ad sanitatem redibat multorum pectus; quùm in piscina, quia levi motu, tantùm sanabatur unus.

Vers. 19

Dolores animæ sunt medicina dolorum.

Hieron.

Actor. 12. 7.

Senatur peccatores vulneribus acceptis.

5 *Socrus* Petri *tenebatur magnis febribus.* Hypallage frequens in Scriptura (de qua sæpe egimus) unde Seneca, *Epist.* 119. inquit: *Sic divitias habent, quomodò habere dicimur febrem, cum illa nos habeat. Econtrariò dicere debemus: Febris illum tenet. Eodem modo dicendum est: Divitiæ illum tenent.* Cor enim apposuerunt; & febricitant, quippe divitias non habuerunt ad usum. In divitijs inopia, genus

Luc. 4. 38. Hipalag.

Senec.

Divitiæ sine usu gravant.

genus egestatis gravissimum. Animos igitur usque in sorditatem opprimit, idem quod levare debet: patent siquidem ultra proiectionem viles, si census per non usum inficiantur honores. At hoc aliàs. *Tenebatur* ergo Petri socrus *magnis febribus. Tenebatur.* Appositè, quia ab illis minimè afflictabatur voluntariè. Ideo languet, & languere cognoscit: quippequàm, etsi langueat; haud febris magnæ fatigatur ardore, cui placet in refrigerium habere. Ovid. 1. de *Pont. Eleg.* 3. v. 17.

Ovid. *Nec dolor ullus adest, nec febribus uror anhelis.*

Vers. 39 Cùm Christus videret expulsionis febris cupidam; *imperavit febri, & dimisit illam.* Quia non tenebat, sed tenebatur à languore; liberatur voce medici. Cui languor, quasi sanitas arridet, vocem medici non audit: caustico eget: unde ut expellat febris molestæ languorem, convenit habere febrem. Audias hìc expositionem Ambrosij. *Fortassis* (inquit) *in typo mulieris illius, varijs criminum febribus caro nostra languebat; & diversarum cupiditatum immodicis æstuabat illecebris. Nec minorem febrem amoris esse dixerim quàm caloris: itaque illa animum, hæc corpus inflammat. Febris enim nostra avaritia est, febris nostra libido est, eò quòd ignitæ sint cupiditates. Febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est: honorum gratia, sublimitas potestatum, epularum suavitas, forma meretricis.* Hæc summè placent hominibus, quantumvis pungant languores; quippe non cognoscuntur uti febres. Non tenent animum, sed tenentur ab animis, voluptatis insidiatricis illecebris. Nemo expellit iudicatam, etsi falsò, voluptatem; quippe integerrimam arbitratur valetudinem, in qua dolor nullus, etsi flammis æstuet pectus. Medicus signat vocibus infirmitatem; verùm quia grata, despiciunt medici vocem. Acre medicamen necessarium, in expulsionem languorum; si avaritia, si luxuria febris est, & cætera vitia; febris sanè in vitiorum expulsionem necessaria: daturque piè infirmitatibus febris; ut languoribus carnis, exeant animæ languores: pœnà culpa: malis mala: cessentque dolores,

Virgil. 3 Georg. v. 478. *Quùm furit, atque artus depascitur arida febris.*

6 Ita Domine, ne lenocinentur mala, & anima deducatur in viam tuam per corporis dolorem, ac amaritudinibus in tuam ingrediatur veritatem; ut te timeat, qui non amat: & per nocuum, acre voluntariè tormentum, experiatur, quàm amarum, reliquisse Dominum. Illicitis sibi gaudibunde vecors placuit: malitiam autem non odivit: & infertur meditanter lætanti odium infirmitatum; ut sit iniquitas eius ad odium. *Nox nocti indicat scientiam.* Si nox tetrica fractæ valetudinis, indicat tenebrosam noctem criminis; ex his quæ infirmitate perpetitur, studebit, nequid habeat per quod patiatur: igitur sicut nox indicat noctem; infirma ægritudine valetudo, animæ saucia indicat infirmitatem: quapropter ut æger liberetur à doloribus; ne graventur in mortem, parcet criminibus. Valentes, insolenter grassantur: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt: igitur sæpe casus, cæcorum aperit oculos. Peccatores convertentur, si pungantur: vexatio dat intellectum, ut nox noctis sit indicium, & amor voluptatis convertatur in odium; atque plaga in medicinam, ne excessus aggerent plagam: quandoquidem David ex his dumtaxàt, quæ passus; promittit, legem atque virtutem docere iniquos. Adi, *Tom. 4. T. 7. D. 1. à n. 7.*

Psalm. 18. 3.

7 De Ophioneo, refert Pausanias, à cap. 123. (ex quo nos *Tom. præced. T. 9. n. 7.* simulque Ravis. Textor. 2. *Offic.* cap. 58.) *primo statim ortu cæcum fuisse: at oculis uti cœpit, mirabili admodum casu: nam cùm ingenti capitis dolore laborasset; ab ea valetudine luminis compos fuit. Pòst nunciatum, cessante dolore, Ophioneum videre desisse; ac rursus, uti ab initio oculis captum.* Elucet in huiusmodi veritate, vel fictione signum divinæ clementiæ, & nostræ depravatæ malitiæ. Unde Anselmus Numini dicit: *Si feris, imploramus, ut parcas. Si parcis, iterùm provocamus, ut ferias.* Cæcus est homo, sentiens, sed non videns ex quo malum, & orbitas oculorum; ex cuius obscuritate usquequaquè pedibus offendit, sæpe cadit, sæpius ruit: quin quamvis cæcitas voluntaria sit; velit lumine illustrari cor, & aperire allucinatos oculos, ne proruat in tot anfractus. Ni Deus adiuvet, peribit: pro medicamineque mittit vindex, sed misericors, ingentem dolorem capitis, quo aperiat oculos, præacerbitate doloris: patetque clementia, ut vulneribus criminis præsens apponatur medicina: igitur ni plagis, ærumnis, ac laboribus esset afflictus, numquàm ad cœlos aperiret oculos. Verùm cùm nihil operetur ex amore; dolore cessante, redit, libenter amplexatus crimen; ut gravior sit,

Per infirmitatis plagas, animæ evanescit infirmitas.

Ambr.

Exeunt malis eius mala, pœnà culpa.

Medicina unde ex infirmitate?

Pausan.

Anselm.

Per dolorũ ictus peccator aperit oculos.

in pristinam cæcitatem: fiuntque novissima hominis illius peiora prioribus: equidem oportet, quòd graviter infirmetur; ut contracta infirmitas à præcordijs expellatur.

Lucret. 3. v. 462

Nã dolor ac morbus lethi fabricator uterq́;
Multorũ exitio, perdocti quod sumus ante.

8 Ad unguem sententia Stoici. *Nec sine causa concussus est* (inquit, *Epist. 91.*) *Inexpectata plùs aggravant: novitas addit calamitatibus pondus. In ipsis voluptatibus causæ doloris oriuntur: bellum in media pace consurgit; & auxilia securitatis in metum transeunt: ex amico inimicus, hostis ex socio. Cladis causas nimia sibi felicitas invenit.* Hominibus infestiores hostes sunt ipsæ felicitates, quibus in infelicitatem procidunt, & corruisse nesciunt; quippe fascinat voluptas, & ex dulci philtro cœcitas, orientibus doloribus ex voluptatibus. Ut homo cæcus videat, vulneratur: ut iacens surgat, concutitur; nec frustrà, ut in iudice excellat etiam ictibus clementia: equidem in salutem non inquireret regimen, ni per febres & dolores nosceret infirmitatem. Post Præcursoris necem, *abijt Iesus trans mare Galilææ, & sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* Cur super his qui infirmabantur plauduntur signa, si facta mirabiliora? Exprimitur humana conditio, sui solicita commodi, & methodus arcana pro salute infirmorum cœlestis medici; qui intendebat in animæ salutem, per corporis imbecillioris languorem: multitudoque Christum sequitur, quùm molestiâ infirmitatum gravatur; quippe nullatenùs decrevissent illum sequi, ni essent infirmi. Nonnullis accidit quod Ezechiæ, licèt non eadem animi rectitudine, atque intentione propositi. Mortem instantem audivit, atque *fletu magno flevit.* Oriuntur peccatoribus lachrymæ, dum sunt infirmi, præ periculo languoris; & minimè pro peccatis. At cùm Dominus mortem peccatoris respuat, intendens per ægritudinem, quòd convertatur & vivat; cruciamina in infirmitate mittit, ut qui valens deliquit, peccata ploret. Sanitatem saucij iacentis amor divinus solicitat; quia infirmus plorat: feliciterque indipiscitur salutem & remissionem dolorum, per dolores & præsentius medicamen lachrymarum.

Senec.

Sors felix causa laboris.

Ioann. 6. 2.

Conferuntur infirmitates, ut sequatur vestigia Salvatoris.

Isai. 38. 3.

Lachryma, criminum & languorum medicina

9 Ergo Christum sequebatur multitudo; *quia videbant signa super his qui infirmabantur.* Maiora potiùs signa, si valentes sequerentur. Ars est medici cœlestis, infirmitati mederi afflictione infirmitatis: & super his quorum valetudo infirma, insignia Christus operatur miracula; & quia qui in vita Christum sequuntur, frequentiùs angoribus tribulantur: & quia peccatoribus immittuntur meditanter dolores infirmitatum; ut quærant & sequantur medicum cœlestem Christum: etenim si valerent, floridàque sanitate præstarent; nec sequerentur, nec quærerent. Non frustrà concussi, si calamitas exoritur ex ipsa felicitate: igitur qui numquàm secutus, nec Christum in lege novit; saltem infirmitatibus quærit. *Anima miro modo vivificatur ex vulnere*: inquit Gregor. Magn. in *Iob*, lib. 2. cap. 8. Non solùm vivificatur, sed miro modo; quoniam qua perit, vivificat tribulatio. Fabula fuit, vulnus Telephi non posse sanari, nisi alio & altiore vulnere; ut refert Diodor. Sicul. *Bibliothec.* 5. n. 17. & Barth. Metul. in 1. Ovid. de *Remed.* v. 47. ubi:

Cur languores mittuntur iustis & impijs?

Ubi sup.

Gregor. Magn.

Quomodò ex vulnere vivificet tribulatio?

Vulnus Achilleo quod quondã fecerat hosti,
Vulneris auxilium.

Ovid.

Nec iuvamine fictionis pervenit Græcia in præstantiam huius artis; ut per aliud vulnus, vivificaretur saucium lethaliter pectus: quod quidem medicamentum, Numini solummodò reservatum. Unde de illo Iobus: *Concidit me vulnere super vulnus.* Iustum, ut constantem ex certamine coronet; vulneribus super vulnera percutit. Aliter in peccatoribus sedet super vulnera vulnus. Vulnera ex illicitis sibi faciunt: usquequaquè se percutiunt. His vulneribus incedunt quasi valentes: necesse prorsùm, expelli languores: in salutemque Deus immittit infirmitatem; quia nullo modo anima saucia peccato, in salutem perveniret, ni medicus cœlestis ipsum vulnus vulneraret. Vide aliò, *Tom.* 2. *T.* 1. *D.* 10. *n.* 20.

Iob. 16. 15.

10 Mos fuit Romanis alapà libertatem concedere servis; uti dicemus *Tom. ult. T.* 4. *n.* 36. & per transennam hìc *T.* 10. *D.* 2. *n.* 4. *Felix iniuria*, dicitur à Claudiano, de 4. *Consulat. Honorij*, v. 618. Felix, qua rubent genæ? Ni pudor, erit næ frons sine fronte. Pudet, sed non piget: etenim gaudet ex iniuriæ dolore, optatà felicitate; quippequàm per molestiam exit ex molesta servitute.

Claudian. *Afflictione exit anima ex peccati servitute.*

——— *Pulsata fronte recedit*
In civem.

Claudian. *Alapà eò cessit libertas.*

En patet servorum peccati libertas, dum Deus plagis multiplicat plagas; quæ à vulneratis sentiuntur, & inflictæ non alio quàm quòd sentiantur; eò quòd illis redditur

dicitur sensus, & salutem pro medicina fit motus: quandoquidem ni- vulneribus in vulnerum medicamen laborarent; numquàm de servitute peccati in libertatem exirent: felixque doloribus fit iniuria, animà vivificata; quoniam vulneribus mito modo statim compacta vulnera: fitque in solidam sanitatem restitutio; cùm

Ovid. 15. Metam. Fab 43. Ex. 22. 24. *Pallida exangui squalebant pectora morbo.*

11 *Percutiam vos gladio*; minatur Dominus Israelitis, modò assentirent peccatis. Quorsùm *Gladio*, ubi intenditur percussio? Quia non vulnere intendit in percussionem, sed in percussi salutem. Vulnus super vulnus iterandum, in medicamina vulnerum: est vulnus ex percussione: in Numinis potestate, est etiam peccatis. Quomodò à Deo peccatorum vulnera vulnerantur percussio ex vulnere: igitur sauciorum peccatorum ægrotantium desperaretur salus; ni vulnera inflicta à se vulnerarentur vulneribus; perseverarent enim in anima criminum vulnera; modò non essent ut gladio, quæ vulnera vulnerata. Eorum itaque dolores evanescunt doloribus: alias,

Ovid. d. 1. Fab 6 Thre. 2. 21. *Immedicabile vulnus.*

Hinc de iustitia divina, dicit Propheta: *Percussisti, nec misertus es.* Aliter divina clemencia: siquidem ab illa homo aliquando si percutitur; percussio est ut misereatur. Miseretur dum à servitute, à vulnere, à morte liberat animam; à se præ malitia diaboli servam, illecebris vulneratam atque criminibus mortuam. Opus est vulnerum intensivè doloribus, ut per vulnera infligenda insensatis restituatur sensus. Tunc vulnerat, verùm parcit: miseretur, verùm percutit: etenim cùm peccator sentiat quod sentit tantum, & sensus corporis dumtaxàt habeat ad sensum; nisi per vulnera corporis, haudquaquàm anima revalesceret saucia à vulneribus criminis. Dat in subsidium vulnerum medicamina dolorum; ut hominibus reddat per molestiarum gravamen, quod crimen

Lucret. 6. v. 418 *Demit imaginibus violento vulnere honorē.*

12 Prodest itaque medicina, si dolores adoptantur à patientia: equidem etsi sentiatur afflictio ex vulnere; haud sensibilis, quippe ministratur ab amore. *Afflictio non affligit, ubi solamen adest*: ait Novarin. de *Umbr. Virgin.* Excurs. 75. n. 715. Signum namque sanitatis, clausis oculis bibere per dilectionem calicem amaritudinis. Ita Deus de salute recuperata gratulatur patienti. *Quis* (inquit) *contristabitur super te?* Quis non, cùm videret plagam, & posita esset quasi signum ad sagittam? Quare nec compassionem meretur, quæ tot laboribus angitur? *Bibisti de manu Domini calicem iræ eius.* Magnum sanè obsequium: calicem scilicèt, horroris grato bibere vultu; cùm propinans non gauderet vultu grato. Voluntas Dei fuit, quòd potionem, estò amaram, exhauriret; ut venenum è serpentibus criminum, foràs expelleret: gaudereque debet, non contristari ex potione medicatà, quantumvis retorta viscera; quippe bibere placuit (ut Dei conformaretur voluntati) quamvis calix plenus esset acerbiore amaritudine. *De manu Domini.* Ab eius manu, vel amaritudo circumlita dulcedine! Quid non bonum ab hac manu? Quid non dulce, si eius ministrat dilectio? Exundant voluptates usque ad fæces. Iccirco dicitur illi: *Elevare, elevare: consurge Ierusalem.* Discrimen innuitur per pœnas illatas & acceptas inter peccatores vulneratos; atque pœnitentes, etiam acriter percussos. Illi vulneribus, quippe iacent, à criminibus surgunt: verùm pœnitentes elevantur, ob conformitatem cum voluntate divina; qua flagella flagella non arbitrantur, sed dona.

Vers. 17 *Sanitas animæ, si in laboribus cōformis voluntati divinæ*

Ibid. *Ipsa ejus prestitio est elevatio.*

13 *Sustine substentationes Dei, coniungere Deo, & sustine* dicit Siracides. Ita Biblia Antiqua. Vulgata: *Sustine sustentationes.* Idem est. Quomodò idem? *Sustentationes* sunt pondera sustinenda: *Sustentationes* sunt nutrimenta deliciosa: & onera quæ sustinentur gravaminum, exponuntur ut materia nutritionum: quoniam quæ ad laborem à Domino immissæ plagæ, non labores, sed deliciæ. Nostrates: *Los trabajos no son duelos, sino regalos.* Vis lautè epulari? *sustine.* Dabit Dominus panem arctum & aquam brevem, cùm miscuerit cum fletu potum, & cinerem adinstar panis in cibum: tuncque corda coniunguntur Domino, epulantibus iustis in eius conspectu (videntibus in laboribus cœlestis mensæ apparatus) quippequàm ad delicias nutriuntur tribulationibus. Agitur & agitatur in tempestate Delphin; sed quò maior procella, labore gaudet. Bocch. *Symbol.* 123. accinit:

Eccli. 2. 3. *E mensa Domini plagæ sunt deliciæ.*

Achill. Bocch. ——*Vita beata est,*
Irrequieta quies, absque labore labor.

14 Tribulationes sunt arma gravia, sed arma. *Velut arma pugnantibus suggerenda* (inquit Cyprian. *Exhortat. ad Martyr.*) *inde & animi & corporis vires ad omnem passionis tolerantiam roborantur.* Qui arma certanti ministrat, pondere illorum non onerat: videtur inducere ex-

Cypriā. *Cur tribulationes dicūtur arma*

expeditioni gravamen ; sed in pugnam & victoriam subministrat defensionem. Naufragatur delinquens , ambulans semitas vitalis maris. Datur enim illi labor, dolor ,ærumna & molestia afflictionum tamquàm tabula. Si projicit , portum nequaquàm appellet. Pondus fluctuando habet secum , sed in subsidium. Qui perire non vult ; patiens laborum criminum pœnam; eam amplectetur tamquàm in naufragio tabulam : igitur patitur corpus , ut passione valeat animus : qua arte Numen venatur homines;ut aversentur ex animo iniquitates , faciatque in terra salutes.Lucretius,ubi suprà, *lib.*3. v. 444.

Et tabula in naufragio?

Omnia deficiunt,atque uno tempore desunt.
Huc accedit,uti videamus, corpus ut ipsum
Suscipere immanes morbos , dirumque dolorem:

Lucret.

Sic animum curas acres , luctumque metumque.
Quin etiam morbis in corporis avius errat:
Quandoquidem penetrant in eum contagia morbi.

DIDASCALIA VI.

O quàm inimica sunt nobis vota nostra!

Sanec.

1 APpositè Seneca , *Epist.* 60. infitque : *Et eo quidem inimiciora, quo cessere felicius* : equidem maior in gaudijs molestia ; modò vitijs florentibus faveat fortuna. Minimè in gaudijs Veneris est succus gaudij , sed *opiniones immedicabilis lætitiæ*: ait Sophocles in *Aiac.* v. 52. *Immedicabilis* : vividè. Quo sanatur fit deterior : igitur bibunt in calice Babylonis plus & plus amaritudinem; quia non inveniunt in potu , quam conceperant dulcedinem. *Infelicis luxuriæ ista tormenta sunt* (subdit Stoicus,*Epist.*119.)

Vitia felicia peiora.

Sophoc.

Senec.

Querit quemadmodum post saturitatem quoque esuriat : quemadmodùm sitim primà potione sedatam , revocet : equidem cùm finem non agnoscat inexplebilis ; in vota nocua crescit altera sitis. Ovidius,7. *Metamorph.* Fab.24.

Luxuria inexplebilis.

Ovid.

——*Usque adeò nulla est syncera voluptas:*
Solicitumque aliquid intervenit lætis.

In Tautologia nostra simul exponitur gaudium & lætitia. *Lætificabis in gaudio.* Est origo cœlestis cum vera exultatione quiescentis cordis , habitantis mundum , & in illo habentis cœlum ; ubi vera gaudia, queis lætificantur corda. In fluxu sæculi non semper cum lætitia (quippe falsa)gaudium est; ut videtur in illis quorum Venus icit cor,& sagittis voluptatis,sed sagittis: quandoquidem quæ hilariter plaudunt, & magnificant gaudia ; sunt vitæ & cordi lethalia vulnera.

Ps.20.7

Et in gaudio mœroris.

2 Nephte apud Ægyptios fuit Dea per quam (ut ait Plutarch.de *Iside & Osiride*. Kircherusque in *Obelisc. Pamphil.* lib.3. cap.5.) signarunt Mortem & Venerem. Ut vigeat inter humanos fugitivi gaudij seu fallacis pœnitudo , oculis præ se featur eiusdem diverso colore imago: Duplex splendet vultus : verùm ipsa Mors & Venus;igitur virusVenus vultu pulchro & festivo insidiatricis; quippe in illo paravit in perniciem vasa mortis. Statius , 1. *Achill.* à v.287.

Plutarc.

Nephte quæ Dea

Omnibus eximium formæ decus , omnibus idem
Cultus, & expleto teneri iam fine pudoris,
Exierant,dare veris opes,Divaque severas
Fronde ligare comas , & spargere floribus hastam.

Statius.

Luxuria mors.

Perpropriè , si flores dicantur Veneri , & hasta morti ; obinsidiosam pulchritudinis formam , *Spargere*, dicit *floribus hastam*: etenim cum Venus in dolos arte seducat, ut in lethum festivè, sed cautè alliciat;nexus à Diva fit florum & sagittarum; ut incauti bibant ridendo venenum : quandoquidem in Cupidine Veneris , dem fauciare sagittis , atque ministrare flores. Impellit Cupido in mortem,quùm offert matrem : igitur de medio leporis , surgit fons amaritudinis. Claudian. de *Nuptijs Honor. & Mar.* à vers. 68. & Anacreon. *Carm.* 24.

Insignia Veneris.

Labuntur gemini fontes : hic dulcis,amarus
Alter & infusis corrumpit mella venenis;
Unde cupidineas armavit fama sagittas.

Claud.

Flores sagittæ.

3 Pervenit Israel ad *Sepulchra-Concupiscentiæ*, qui locus pridem dicebatur *Cabrotaba* , quæ fuit Mansio tertia-decima. *Ibi populus flagravit desiderio* : & *ait* : *Quis dabit nobis ad vescendum carnes?* Ignem devorantem in concupiscentes Dominus misit , postquam vota concessit : dedit ignem & carnem , ut ignibus compesceret ignem. *Furor Domini concitatus in populum , percussit eum plaga magna nimis : vocatusque est ille locus Sepulchra Concupiscentiæ. Ibi enim sepelierunt populum , qui desideraverat.* Articuli argumentum constat; sed nomen loci exponitur , ut discrimine vitæ cor resipiscat. *Sepulchra-Concupiscentiæ.* Ibi concupis-

Numer. 11.à 4.

Vers.34

pisscentia excitata, & etiam ibi concupiscentia sopita. Non dicitur locus, *Sepulchra concupiscentium*, uti acceperunt supplicium; sed concupiscentiæ sepulchra, quæ statuta & reliquis erecta propter exempla; queis possent, ne sepelirentur, discere, quæ & propter quid sepulchra concupiscentiæ: & non concupiscentium, sed concupiscentiæ appellantur sepulchra; quia ibi sepulta per supplicia remansit aliorum concupiscentia. Aliter: Hoc nomen est documentum lascivientis hominis, ne velit perire seductus blandicijs Veneris; quia, ut ait S. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 7. grad. 1. astuta callidè *Mors secus introitum delectationis posita est*: & situs, ubi tot de cœlo tacti, dicitur iurè *sepulchra-Concupiscentiæ*; quippequàm sequens nocuam concupiscentiam voluptatum; in illis non inveniet infelix, nisi sepulchrum. Ut habeas delicias, sicut subdit idem ibid. è Siracidè, *Post concupiscentias tuas non eas*. Sunt Sirenes quæ dulciter accedentes, trucidant, & vel fugientes quasi festivè, suffocant. *Non eas*: equidem idem illarum concupiscere oblectamina, ac cùm vita fodere delectationi sepulchra. *Sunt enim desideria multa inutilia, & nocua; quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Hinc congruit post cupita non ire; quippe levi occasione, idem ad illas movere pedem, ac amplecti perditionem: cùm ergo numquam satient, & desideria desiderijs excitent (ut eumtem mergant unde emergere non possit) fraudulenter voluptas strophis allicit: sed irretit obcæcatum in foveam; ut nonnumquàm concupiscat concupiscentiam. *Accincti flammis* dicuntur *ignem accendentes*. Quorsùm ignis, si accinti flammis? Ignis ignem, sitis sitim in saturitatem evanidam excitat; ut non rem, sed concupiscentiam concupiscat. Latè infrà, à n. 6.

Evanescit concupiscentia per supplicia

S. Bened.

Idem. Eccli. 18. 30. *Veneris oblectatio mors & peritio.* 2. Tim. 6. 9.

Isai. 50. 11.

4 Pende. *Post concupiscentias tuas non eas.* Propter quod unumquodque tale (dicitur à Philosophis) & aliud magis. Quidùm periculum, incommodumque dumtaxàt signatur in concupiscentijs, dum maius in concupitis? Non maius, quia in illis invenitur aliquid, quo pungitur pectus. Unde vel lascivior dixit *Edyl.* 2. à vers. 13.

Valeat Venus; quia non placet quod molestum.

Theocrit.

Votum in concupiscentia nihil demonstrat incommodi: totum, absque ulla amaritudine, suave. Dum habetur, offucijs fallax cognoscitur, offerens coloratis delicijs, deliciarum species; & fuco dulcedinis amaras acerbitates. Cognoscuntur desideria, multa, nocua, vana, & inutilia, in perditionem & interitum ducentia: & licèt deliciæ vaferrimè circumveniant, & callidate noceant; haud gravius periculum in delicijs, sed in fallacibus illarum concupiscentijs; quippequàm mergunt cupientem in interitus & perditionis pelago, quin cognoscantur interitus & perditio: Idem *Edyl.* 1. v. 93.

Clades maior, quia non cognoscitur.

Venit etiam & dulcis Venus ridens;
Sed risum dissimulans, graviter animo mœsta:
Perficiebat amarum amorem,
Et ad extrema properabat fata.
Ah nimium infelix!

Idem.

Unicè concupiscentijs ob illecebras, specie ostendit delicias; ut lactet in interitum pectoris concupiscentias: igitur oculis apparet radius, quod cordi lethale virus.

5 *Radius Pastinacæ occidit* (inquit Ælian. 2. *Animal. histor.* cap. 50.) *Quidam cùm è rete rapuisset, eius conditionis ignarus, coniectam in sinum, quasi passerem, & veluti rem pretiosam, compressit: quæ aculeo miserum vulneravit & effusis intestinis mortuus est.* Exponitur clade Veneris dolus, & concupiscentis infeliciter interitus: invenit medicatum aculeum, quod obstupuit uti radium. Aversa est Venus Crocodili modum, non discriminis effectum. Otho Vænius, *Amor. Emblem.* 109. accinit:

Conditio Pastinacæ. Ælian. *In Venere radius lethale vulnus.*

Tali naturà Crocodilus dicitur esse;
Ut lachrymans homines enecet atq; voret;
Est amor inversæ sed conditionis: amantes
Nimirùm ridens ille perire facit.

Oth. Væn.

Hac de causa Venus dicebatur *Insana*, ut ait Euripid. in *Troad.* v. 800. *Rectè Venus cepit nomen insaniæ: per eam mortalibus stulta & insana cuncta.* Theocrit. ubi dudùm: *Et ut vidi, ut insanavi, & vesanis cum furoribus.* Eadem Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 13. Insana prorsùs, quippe adinstar Antei, illusus ab illa, non cogitat suffocari; dum cupit amplecti. In lethum enim trahitur, dum in lectum numquàm excitandus insidiosè deducitur. Thom. Morus, *Epigram.* 15.

Eurip.

Theoc.

Cur Venus insana dicta?

Tuta tibi non est, ut sit secura voluptas:
Et subitò mors est, qui modò lusus erat.

Thom. Mor.

6 Perpenderis ictus, atque vulnerum effectus. *Ecce vos omnes* (dicit Dominus) *accendentes ignem accincti flammis. Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis*

Isai 50. 11.

mis quas succendistis : de manu mea factum est ex vobis : in doloribus dormietis. Va abl. & Forer. *Cincti scintillis, laqueis.* Maluend. *Accinctores vinculorum, laqueorum retinaculorum, compedum ; seu manicarum, incendetis in fulgore ignis vestri.* Chald. *Sagittis accincti.* Alapid. *Ignitis missilibus : scintillis ignis concupiscentiæ & scelerum.* Descriptio luxuriæ. Describuntur qui nomen dederunt vexilis Veneris, pugnantes, adversus se eius retortis sagittis : igitur cùm ab illa in decus (imò dedecus) accipiant lucida tela ; victores victi in trophæum, non erigunt nisi vulnera, prostrata etiam corporis valetudine, ac triumphantem per artus validiore infirmitate. Vulnerat & ridet. Patitur miles, & non queritur de plagis ; quoniam accepit ex conventione stipendium, dolores vulnerum. His Venus favet : in obsequium dignandus studet : pati dissimulat, illa ridet : verùm si irascitur, quoniam vulnus in corde, Venus respondit perfide: *Ludens feci.* Proverb. 26. 18.

7 Contemplemur ludum. *Accinctores vinculorum, laqueorum, retium, compedum & manicarum* : ex artificio atque tricis concupiscentiæ & scelerum. Primò cupita voluptas irretit, & prædam ad votum capit : igitur si semel clausus amiserit libertatem ; numquàm exuet servitutem. Qui semel cecidit, rarò surgit. Unde Ovid. 2. *Amor.* Eleg. 4. v. 5. ait:

Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi.
Heu, quàm quod studeas ponere, ferre grave est!

Ovid.

Vigilanter, quidam ictus queritur, apud Terentium in *Eunuch.* Act. 1. scen. 1. à vers. 25.

——O indignum facinus! Nunc ego
Et illam scelestam esse, & me miserum sentio.
Et tædet, & amore ardeo : & prudens & sciens
Vivus vidensque pereo ; nec quid agam scio.
Quid agas? Te redimas captum.
Itane suades? Si sapis.

Terent.

Amat, quod odit. Est impossibile. Iacet irretitus ; & amat, quod odit pectus : nec valet inter vulnerantes illecebras obtinere redemptionem, semel qui se vendidit & libertatem. Alio dicemus colore. Si iacet in vinculis, sic in laqueis, admissis semel concupiscentiæ sagittis. Verùm cur licèt intimè saucius, dicitur victus & manibus & compedibus? Ut constet Veneris ludus : equidem ita militem sauciat ; ut quamvis præ plagis doleat, libertate, redemptione de servitute premente, nequeat potiri, quoniam non valet manum aut pedem movere. Apud eundem in *Heautont.* Act. 1. scen. 1. v. 114. est reseriptio medicaminis, verùm inutilis.

Veneris ludus in laqueos.

Nunc meipsum fugere? Siccine sententia? Siccine. Medicamentum inane. Amat quod odit : nec à militia recedit ; tametsi plagis & plagis, iaceat emeritus in nosocomium Veneris. Idem.

8 Hinc addit ironicè Numen : *Ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis.* Maluend. *In fulgore, scintillis.* Arguit illos fatuitatis, ubi per veras illecebras, abeunt ardenter post concupiscentias suas : quandoquidem in igne quo accensi cogitabant splendorem ; ut arderent & arderent, tantùm invenerunt ignem. Sic quidam (ut iocosè torquet Ovvenus) dicebat Amasiæ: Ubi suprà.

——Uror amore tui. Ovven. lib. 1.

Papilionis imitatur concupiscentia : appetitur avidè flamma : sed cùm ignem non cognoscant (quos fulgores cæcè infatuant) volitantes, & volantes in fulgorem, igne concepto rediguntur in cinerem. Fulgor huiuscemodi ignis, *Idola* dicuntur à Sanctio hìc. Quasi scintillæ iudicantur pro diversione, sagittæ pulchritudinis, transeuntis in idolum voluntatis ; propter allicientem amabilem splendorem : Deusque fallacem splendorem designat ignem ; & simul conditionis nostræ fragilitatem : igitur flammæ in cordis ustionem fit incendium ; quoniam scintilla transit in voluptatis idolum : patentque per effectum iacula ignita, quæ nec reputata flamma, temporis otium, & voluntatis ludibrium. Liquet ignis furor, mentis error cùm in pernicem,

Splendor in ignem.

Obsequiū in furorem.

——Ludendo sæpe paretur amor. Ovid 3. Art. v. 368.

9 Achillem, ut esset invulnerabilis, lavit Thetis aquis Stygijs ; ut canit Statius 1. *Achill.* v. 133. Mythologia proderit Christicolæ, ne possit noceri à Venere: igitur florebit invulnerabilis ictibus ; si etiam à principio ætatis, consideratur infernus. A nativitate non est vocatus Achilles, sed *Pyrisous*, quasi ab igne servatus. *Comminiscuntur Poëtæ* (ait Bernartius hìc) *Thetidem interdiù filium ambrosiâ ungere solitam, & nocte sub igne occultare, à quo tutus per nectar : & posteà Achilles est dictus ab exusto labro, quòd dum lingeret infans, ambrosiâ non fuisse perunctum, fingitur.* Latè refert Apollon. Rhod. 4. *Argon.* Natal. Comes d. *lib.* 8. *cap.* 2. & 9. *cap.* 12. Aliud occurrit in fabula documentum, ut ritè accedamus ad sacramentum Augustum : igitur huius nectare, expertes sumus ignis lasciviæ ; & per

Gehennæ cogitatione reprimitur.

Bernart.

Eucharistia enervatur luxuria.

per cœlestem ambrosiam, immortalem suscipimus vitam, quoniam ob divinum pretiosissimum donum, qui manducat hunc panem vivit in æternum. Ergo in Didascaliæ institutum. Inter Veneris flammas adinstar Achillis iacet nostra conditio, undique fragilis, atque expedita in conceptionem ignis. Ab igne haudquaquam lædetur, si voluptas non gustatur; quippe una nectaris dulcedo, & ignis in ustionem introductio; quod quidem liguritor non agnoscit, quousque læsionem ex dolore sentit: damnum fugiat, quem Venus seducendo delectat: igitur simulatque corda concupiscunt voluptatem, voluptas ingerit ignem, quo flagrat in sitim animus, nec est, qui se abscondat à colore eius. Cladem, ex fumo in flammam, excitat flatu Cupido: carbones succensi sunt ab eo. Conciliatur amor, dulciterque ingreditur dolor, vulnusque fit, quod serò cognoscit cor. Ovid. 2. *Remed.* à vers. 334.

Unà in Venere dolor & voluptas.

Ovid.

——— *Infirmis* (imò firmis) *causa pusilla nocet.*
Flamma redardescit, quæ modò nulla fuit.

10 Necdum expositimus quomodò istiuscemodi cupediarij signentur *accincti flammis.* An quia vita lascivi, facis adinstar, extinguitur, quo nutritur? Cogitavit Otho Vænius, d. *Emblem.* 96. succinens:

Oth. Væn.

Qua vivo hac morior: quam pereo, hac pereo.

Quis & cuiusnàm conditionis Talus?

Aptiorem similitudinem (imò proprietatem in horum incogitatam mortem ignis devorantis dulcedine) præ se fert corpus singulare Tali. Plato in *Minoe* (Simonides, *Epigram.* 17. apud Zenodotum. Eustach. in 20. Homeri *Odyss.* Natal. Comes, d. 3. cap. 7. nosque *Tom. præced. T.* 9. *n.* 15. & seq. T. 3. n. 39. ac in *Ephemer. Isag. Septembr.* n. 24. ex Henric. Salmuth. in *Panciroll.* p. 2. titul. 13.) refert *Talum, quando aliquem necare volebat; in ignem desilere solitum: quod quidem id sine vitæ periculo præstare poterat eò quòd æreus esset. Mox autem ubi ita incaluisset, ut canderet; comprehensum morti ad iudicatum pectori suo admovisse, exussisseque simul.* Symbolum elucet perfidiæ in amicitia, specie candoris, & gratiæ Veneris: equidem ubi accedunt pectora in idolum æreum (verùm candens) apparentis dulcedinis, illicò accinguntur flammis: idem sanè amplexu frui, ac infeliciter in cineres flammâ redigi. Apollon. Rhod. d. vers. 1648.

Qui veneris flammam petit, perit insidiosâ flammâ.

Vitæ habebat fines & mortis.

11 Hæc ab impuris sentiuntur, verùm non sentiuntur hæc; quippe modò apprehendant voluptatis speciem, nullum, etsi urantur, sentiunt in laboribus laborem. Hac ergo de causa, dum ingesta per nocuas cupiditates tormenta; dicit Dominus: *De manu mea factum est ex vobis: in doloribus dormietis.* Dedit in cogitata voluptate, animæ & corporis plagam: cæterùm nec per dolores cognoverunt pœnitentiam: igitur potiùs, quam vulnerum liberari doloribus; elegerunt iacere puncti vulneribus: quæ quidem illis præ infatuatione blandimina, quasi salus esset valida: placidè, quin possint quiescere, quiescunt; dum in doloribus dormiunt. Habent conscientiam cauteriatam: sine sensu vivunt extra vitam: toti sunt attoniti tonitru seductricis voluptatis, expertes totius ductricis rationis; etenim in illis tantùm solutè appetitus vivit, quo nemo siccine, ad quietem vivere valet.

Apollò

Ubi sup.

Quiescunt & dormiunt luxuriosi suaviùs, dum vulnus.

12 Pulcherrima profert Seneca in tragœdia Hippolyti; & quia pulcherrima, in medicamen veneni cupiditis excerpsi. In amore profano inest continua cura, assiduæ lachrymæ, præ dolore non est dolor, neque pudor, nec in ipso somno sopor; imò fuga quietis, atque intra pectus successiva certamina cordis: quippe & dolores laboribus catenati, quin in subsidium libertas interfit linguæ; & periculo superveniat novum periculum. Præcordijs alitur & crescit malum, & quia ardet intùs, aduritur vulnere pectus; nec igne sanatur vulnus. Non evaporat cordolij fervor, sed gliscit exundans incluſus ardor. Decernitur mors, quasi fati factum sit: atque furibundo impetu; quoniam sæpe principatur desperatio: iam non ambigitur de morte, sed de genere: an sit scilicèt suavior fortuna in exitum, ferro vel laqueo. Finis flammis nullus insanis erit. Torretur cor æstu tacito, ex quo non pulsus, sed tremor. Quamvis tegatur, proditur vultu furor. Erumpit oculis ignis, & lucis splendor ingratus oculis. Titubat gressus, pallescit vultus, fugit coloris decor, artusque variè iactat incertus dolor, ac successivè cuiuslibet placiti, gaudijve mœror. Vel in quiete fatigatio: vel caput gravat labente collo. Hinc se sopori reddit, sed somni immemor, noctem querelis ducit: contraria petit: attolli modò iubet, modò sic vel sic iterùm corpus reponi, semper impatiens sui. Cùm langueat pectus, vicissim mutatur habitus, mutatur & situs;

Quinam illorum dolores & labores?

quia

quia premunt vulnus & morbus. Non esca placet: tantummodò sitis urit. Sanum cognoscitur, sed in deteriora rapitur, studiorum obliviscitur, subditus cupiditatis, moriens & vivens sub tyrannide Veneris. Breviùs ampliora, & sine coloribus imaginem pingit Ovven. *lib.* 2. *Epigram.* 52. In amatore,

Ovven. *Spes incerta, timor constans, fugitiva voluptas,*
Gaudia mœsta, dolor dulcis, amarus amor.

13 Sic ergo amet, cui placet amare sic: sed amet ista, qui malè amat. Dormiat quiescens in dolore, qui vult in doloribus dormire. Hoccine planè tormentum, quod ex ipsis lascivis à Domino factum; cùm in doloribus dormirent, & sine quiete requiescerent: immittitque in horum idolorum oblivionem, cruciamina; ut vulnerum sint præsentia medicamenta: & in doloribus dormiant, & dolentes de causa, in salutem resipiscant. Verùm, proh dolor! Semel icti, gravi corde (quoniam sine sensu mens) vel gravissimo cruciatu non convertuntur ad cor. Imago Priapi sine auribus erat. Ita Theocritus, *Epigram.* 4. Amor vehemens dulciter urit, ac surdis auribus esse solet. Minervam nescit, rationem vellicantem non cognoscit, nec cœlum, dum tonat, etsi totus æther irruat. Unde Horatius, 1. *Od.* 12. à v. 38. Iovem alloquens, ait:

Horat. *Tu gravi curru quaties Olympum:*
Tu parum castis inimica mittes
Fulmina lucis.

14 *Sunt quædam tantæ virtutis, ut ipsa viscera in saxeam naturam vertant:* infit Maiolus, Tom. 1. *Colloq.* 11. (Vide dicta *Tom.* 4. *T.* 3. n. 48.) Ovid. 15. *Metamorph.* fab. 17. succinit:

Ovid. *Flumen habent Cicones, quod potum saxea reddit*
Viscera, quod tactis inducit marmora rebus.

Idem hìc Natal. à Comitib. de fonte Francofordiæ. Accidit hominibus usquequaquè & quotidiè; ne mirum, quod rarò à natura fit. *Memores estote uxoris Lot.* Vidit luxuriæ de cœlo cladem; & ad luxuriam respexit, etsi cladem viderit. Venenum oculis hausit, & statua fuit facta in ictu oculi, sine motu insensibilis; vivens simulachrum viventis, verùm sine vita cordis. Summo acumine dialectis vernaculis. *Aun descuido, ò leve cuydado en mirar, quedòse estatua: y perdiò la vida, à un volver de caveza.* Alcim. Avitus, 2. *Geneseos*, à v. 391.

——*Vultum deflexa retrorsùm,*
Vix primo in visu, restrictis motibus, hæsit;
Cernere desistens, cùm cœperat: inde gelato
Sanguine, marmoreus perfudit viscera torpor.

Alc. Avit.

Miraculum refertur à Plutarcho de *Casib. Rom. & Græc.* & Textore, 2. *Officin.* cap. 58. Illum scilicèt, postquàm vidit pulcherrimæ fœminæ vultum; mansisse cæcum: sed postquàm doluit, oculos in visum aperuit. Primum non mirum. Dolent lumina, eleganti visa fœminà. Unde illud Virgilij, *Eclog.* 8. v. 41. *Ut vidi, ut perij.* Ovid. *Epist.* 12. v. 33. & *Vidi & perij.* 1. *Fastor.* v. 307. *Vidit, & incaluit.* Statius, 2. *Achill.* à v. 315. *Aspicit, ardescunt animi, spumat amor: occultus sub corde renascitur ardor.* Secundum verò prodigium, propter luxuriæ lethargum, voluptatis philtrum: igitur haud invenitur facilè; qui vel summo dolore cupiat & optet, oculos aperire. Ovid. 15. *Metam.* fab. 20.

Supplicium.

Rarò sentitur malum.

——*Siquis faucibus hausit;*
Aut furit, aut patitur mirum gravitate soporem.

Ovid.

Patet ex textu. *In doloribus dormietis*: & ita insensibiles; ut nec excitent dolores.

Ubi sup Isai. 51. 20.

15 *Dormierunt sicut oryx illaqueatus*, ut alibi diximus. De quibusdam pravis belluis, ait Iul. Solinus, cap. 21. *In somnum ita concidunt; ut nec vulneribus excitari queant.* Ita vulnerantur voluptati dediti, sed sunt veterno sopiti, imò sepulti. *Percussisti eos & non doluerunt.* Dormiunt, ac extertunt in doloribus: nec vulneribus, ut aperiant oculos excitantur. Viderunt caput Medusæ: quò peius se habent, minùs sentiunt. Nescierunt, nec intellexerunt: in tenebris ambulant. Illuminat Deus mirabiliter, nec turbantur insipientes corde. Dormiunt somnum suum. Noluerunt intelligere, ut benè agerent. Sat illis quod sit malum; ut sequantur cupiditatum propositum: & licèt ampliora cruciamina urgeant; cùm non doleant, in dolores, appetentes, insensati perseverant. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum.* Hebr. *Dolores eorum*: *idola eorum.* O cæca libido! mittuntur dolores in contusionem, & resipiscentiam pectoris: sed ita illorum malitia; ut multiplicatà pœnà, multiplicent etiam delitiarum idola. *Multiplicatæ sunt infirmitates* & dolores eorum, ut recipiant plagis sensum. Sed quid inde? Excitantur? Nec vulneribus. Pravus est animus. Dormiunt? Ad bonum. *Posteà acceleraverunt.* Loco pœnitentiæ, ex malis, in peiora fiunt præcipi-

Ierem. 5. 3.

Sepulti à vitio & in vitio.

Psal. 15 4. Illorum phrenesis.

Malo se pùt, nec resipiunt

pites : igitur celeriùs procedunt in adorationem idolorum Veneris ; quoniam cognoscunt ex illa procedere infirmitates. Miserabiliores itaque sunt omnibus hominibus, ubi infatuantur doloribus : siquidem quo alij resipientes sapiunt : magis furenter desipiunt. Nostrates : *Les engaña el desengaño.* Intelligite hæc qui obliviscimini Deum, dum maximè est in memoria ; stulti facti à scientia. Lamentabile sanè vulnus rationis, delirare fanaticè competes mentis. Pravum iudicium, ad iuditij pravitatem studio evacuare cerebrum.

Senec. *Dolor comes voluptatis.*

16 *Debellandæ sunt in primis voluptates* (infit Stoicus, *Epist.* 51.) *quæ sæva quoque ad se ingenia traxerunt. Si voluntati cessero ; cedendum est dolori, cedendum est labori.* Similes cessiones indicat Ctesias imagine singularis serpentis. *Est serpens* (ait in *Persicis*, n. 3.) *aspectu similis pulcherrimæ purpuræ, caput candidissimum habens, dentibus omninò carens. Hic non mordet, sed virus expuit ; quo confestim enecat, cerebro eius qui ipsum biberit per nares effluente.* Ingeniosè pinxit luxuriantem, qui exposuit osculantem serpentem, ornatu fœminæ, qui color elucet in præfata serpentis imagine, in qua illices sunt purpura & candor, queis in perniciem simulatur color, dum osculo virus expuit, qui non mordet ; sed præstantià veneni, medullam cerebri excutit ex capite. Hæc fœminæ pulchritudo ? Patet serpens ab effectu, veneno præsentiori & singulari, ne ad osculum accedentes cognoscant mori : equidem evacuat è cranio cerebrum ; ut ad iudicium discriminis, evaporet iudicium : quod quidem præoccupatum fatali morbo, in cuius expulsionem non eget elleboro : transit morbus ultra insaniam, dum ministratur virus per serpentis seu fœminæ formam. *Memores* ergo simus *uxoris Lot*, ut discamus forma fœminæ quid sit. Idem ibid. qui suprà, num. 14.

Cles. *Imago luxuriæ.*

Conditio veneni singularis.

Fœmina serpens.

Ex tunc insipido mulier præventa reatu,
Plus salsum sine mente sapit : quæ pungere sensus,
Exemplique potest salibus condire videntes.
Hoc tamen hic mirum est.

Ubi suprà.

Alcim. Avit.

Fœmina si sal, ut pungat : si sal, ut eius vir acerbitate desipiat ; quin blanditijs possit conciliari amor, ex quibus oritur furor. Aptè parthenus, Dianæ animitùs dicatus, dicebat apud Senecam, ubi suprà, v. 564.

Cur dicitur Sal?

Detestor omnes, horreo, fugio, execror ;
Sit ratio, sit natura, sit dirus furor.
Odisse placet, odia non muto.

Senec. *Hipol.*

DIDASCALIA VII.

Unde ex circunciſione infantis, excellentia nominis Salvatoris?

1 TRITUM in schola Stoica, illustriorem esse sanguinem per vulnera effusum, quàm intra venas retentum ; eò quòd in venis, etsi demonstret virtutem nobilitatis, in vulneribus ostentet nobilitatem virtutis. Unde Seneca in *Hercul. furent.* v. 338. *Non inclytum titulis genus, sed clara virtus* : & in *Troad.* v. 490. accinit:

Cur sanguis illustrior in vulneribus corporis, quam in venis?

Grave pondus, magna nobilitas.

Senec.

In magna urget, in ardua movet, in celsiora impellit ; ut illustrior habeatur sanguis qui effunditur, quam qui sine vulnere habetur : equidem venæ continent sanguinem ; atque vulnera (stemma) sanguinis splendorem. Ita in *Imagin. Gentis Austriac.* pag. 4.

———*Gesta peracta*
Illustrem mundo reddunt & sidere clarum.

Berg.

Haud sanguis illustrior à nomine ; sed potius nomen à sanguine. Patet in Christi circunciſione. *Postquam consummati sunt dies, ut circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus.* Non priùs habuit nomen, quàm effunderet sanguinem ; quia pretiosum stemma, nomen per vulnera. Unde Pater cœlestis in dignitatis æstimabilioris excellentem magnitudinem, saucio præ amore nomen imposuit illi, quod est super omne nomen. Sousa de *Christ. nativit.* à v. 310.

Luc. 2. 21. *Pretiosum stemma, nomen per vulnera.*

Infantem natum, regno qui præsit & orbi.
Fudit & illustrem chara progente cruorem :
Materiemque puer nimio præbebat amori.
A summa celsa virtutis origine manant.

Sousa.

2 Die in ipso (elucet amoris claritas ; & grave pondus, magna nobilitas) quo fundit sanguinem, in notam accipit nomen : & mundo per vulnus claruit, quem venientem non cognovit. Amor micat excessivus, heroycus animus, & nobile pectus. Crevit laurea per vulnera, & per stigmata stemmata. Magnitudo & nominis fama resplenduit ex operationum excellentia ; quibus visa summitas amoris, obsequium amantis, & flamma pectoris :

Quenam in Circunciſione eius amoris inſignia?

non solùm nomen & eius virtus ; sed & magnum nomen eius , ex amore , ex vulnere & tempore. Ex tempore , *dies octo*: ex vulnere , *ut circumcideretur* : ex amore, *postquàm*. A cunctis perfecta sic , *& vocatum est nomen eius , Iesus* : ut per omnia omnibus nomen splenderet , quod os Domini nominavit. At quare in circunciſione (ut succinit Sousa d.v.296.)

Sous. *Gaudia tenuit permixta dolori?*

Unde eius lætitia permista dolori?

Nomen Salvatoris dilatum per octo dies: patiturque vulnus , quippe suspensum Salvatoris opus. Unde cùm opus in præclarum nomen esset effundere sanguinem; illo suspensionis tempore , gaudia tenuit permixta dolori. Gaudet , quia in effusionem sanguinis Salvator nascitur : doletque , quia nomine caret , priusquàm circumcideretur.

Psalm. 20. 7.

3 Hìc objicitur gaudium mœstum , & in principali Tautologia , *gaudium* purum *cum lætitia*. Sine lætitia potest esse gaudium , si non plenum. Impletur gaudium Salvatoris , ubi circunciſionis vulnere venit dies : interveniunt in operis suspensionem dies octo : dolorque miscetur gaudio ; quoniam quousque in sanguinis effusionem percutiatur ; gaudium cordis non impletur. Causa sub manum. Pastoribus dicit Angelus : *Evangelizo vobis gaudium magnum , quia natus est vobis hodie Salvator , qui est Christus Dominus.* In hominibus nativitas gaudium magnum , & in Salvatore nato grave cordolium ? Utique : nomen Salvatoris comprobabatur sanguine : effusionem lex differt usque in diem octavum; in quo vulnere astruet Salvatoris titulum : dolorque infantis hominum miscetur gaudio ; quippequàm sine vulnere vixit per dies octo. Sanguinis effusio erat nominis Salvatoris illustratio: doletque per octo dies , antequam vulnus pateretur circunciſionis ; quoniam munere Salvatoris terrà cœloque plausus , necdùm ostenderat Salvatoris munus. Iesus ab Angelo vocatur , priusquàm in utero conciperetur. Nascitur , à militia cœlesti Salvator dicitur ; sed infans nomen renuit, quousque vulnere confirmet : igitur non habuit , estò mundi Salvator , magnum Salvatoris nomen ; quousque circunciſione factà perfudit sanguinem. Consummantur circunciſionis dies , & gaudet vulnere circunciſionis : dolore gaudet. Iam ergo dolore non dolet. Impletum est gaudium. Nominis nactus est votum.

Luc. 2. à 10.

Quomodò & quare ante vulnera dolet?

Non dolor plagæ puerum torquebat Iesum,
—Renovant en maxima sensus
Gaudia.

Sous. d. v. 314.

Quæ cordis tormenta , en maxima gaudia; quippe gaudium cùm lætitia : etenim si accepto vulnere exultat , si dolorem relegat , si nomen sanguine vulneris accipit; signum , quòd per dies octo sine doloribus doluit. Gaudium nativitatis in corde hominum ; infanti dolori mistum : nascebatur Salvator : usque in circunciſionem fuit exul dolor : doletque toto illo tempore; quia Salvator , sine vulnere , sine sanguine , & denique sine nomine. Nomen modò Salvatoris exponitur : & cum gaudio. Quippini ? Qui dolebat , circuncidìtur : priùs per dies octo noluit habere decorem nominis , quia sine decore sanguinis

Genes. 32. 24.

4 Cùm Iacobus ingrederetur terram Chanaän , ex iussu Patris Isaac , & precepto Dei , mansisset que solus, torrentis Iaboc superato vado ; *Ecce vir luctabatur cum eo.* Quis fuerit hic , divinare est. Aliquibus placuit (Vide Pererium) fuisse Unigenitum filium Dei : alijs , & congruiùs, iuxta *Oseam* , 12. à 3. Angelum fuisse ; sed *typum Christi* , quo conciliatur Canon, 14. Concilij Sirmiensis. Adi Alapid. Qui aggressus luctator cesit , sed *quia vinci voluit* ; ut ait Maluend. Inter certamen, cœlestis pugil , cùm fortiorem hominem videret (iuxta Lyran. in loc. præf. *Oseæ*) *flevit & rogavit eum* , ut dimitteret , quod sine benedictione Iacobus abnuit , simulque quæsivit, quomodò vocaretur, ut aliàs invocaretur : *Dic mihi , quo appellaris nomine* ? Respondit , qui fleverat , & dimissionem in libertatem rogaverat : *Cur quæris nomen meum* ? Tacet. Verùm cur dicere nomen renuit ? *Erubuit* (inquit Beda hìc) *corpore non plagato.* Illum de non plaga pudet ? Sanè. Erat ille typus Christi. Erat eius nomen mirabile , utpotè nomen Salvatoris ; acquirendum in lucta pretio sanguinis : & licèt nominari Salvator hominem gaudeat ; est inibi cuius pudeat : quandoquidem uti mundi Salvator dictus & plausus , verùm ad nomen necdum acceperat vulnus. *Erubuit corpore non plagato* , nomine Salvatoris audito; quia licèt gaudeat de nomine , dolet quòd nomen ita illustre sine sanguine : igitur plenum tantùm erit de nomine gaudium; cùm pro hominibus viderit sanguinem fusum. Patet cur per dies octo nomen Iesu non exprimitur. Necdùm vulnus patiebatur. Cur ergo inquiritur ? Sic passus, quippe non passus , per dies octo : erubuit cor-

Alapid.

Mal.

Osee. 12. 4.

Vers. 29

Vener. Beda.

Noluit Salvatoris nomē quousque perfudit sanguinem.

corpore non plagato : siquidem doluit Salvatorem vocari , & non testari dolore.

Ubi sup Vers. 25

5 Hinc in pugna , qui Christi typus, *flevit & rogavit eum.* Quid rogavit ? Innuit textus. Percussus erat Iacob. Qui luctabatur non sic : rogatque percuti, ut nomen eius cognoscatur ex vulnere : etenim vulnus hominis sanandum , cùm ille acciperet vulnus. Ovv. lib. 3. *Epigramm.* 94.

Cur dolet

Pharmaca sunt potius, quàm vulnera, vulnera Christi:

Ovven.

Curat enim plagis vulnera nostra suis.

Rogavit , verùm cur flevit ? Quia ante circuncisionem Salvator hominum dictus, & ut Salvator nil passus. Erubuit de encomio , corpore non plagato. Dolorem exprimit fletu : etenim dolens , homine percusso, plorat, & vagiens lachrymis manat : quòd hominum ægrotantium Salvator esset, & vulnus, sine vulnere eius, in illis perseveraret.

Ovid. 5. Metam. Fab. 5.

Iura sui mœrens inconsolabile vulnus.

In circuncisione contrariò evenit. Hìc gaudet , ibi dolet , & erubescit. Ibi nomen tacetur , hic exprimitur. *Vocatum est nomen eius , Iesus.* Applaudit amori vox. Flamma demonstratur cordis infantis, pro curandis vulnere vulneribus hominis : ibique mœret, quia corpore non plagato: hicque gaudet, quoniam dies ut circuncideretur: equidem si nomen *Salvator*, quod astruit vulnerum dolor ; per effusionem sanguinis , ostendit amor magnitudinem nominis. Iam non luget , quippe luget: iam non gemit , iam non vagit , iam non erubescit, iam non dolet ; quoniam dolet: imò exultat è gaudio pleno; eò quòd corpore circuncisione plagato , ostentans nobile nomen , quia è venis fundit Salvatoris sanguinem. Quid mirum , si emitteret fletum , ubi per octo dies suspensum fuit cordis gaudium?

Cur gaudet

6 Iacobus , cùm primum Rachelem vidisset , *elevata voce flevit.* Vehementia profectò amoris , si loquitur lachrymis: lachrymas quidem percipit perspicax auris ; quippe vox cordis. *Flevit*, ut Rachel idioma æstuantis pectoris intelligeret ; & vicissim , ne ploraret , responderet. Verùm quare præsenti articulo fletus , dum non mœroris , sed gaudij præ se fertur articulus ? Amabat , & flagranter amabat, sed in quo amorem ostenderet non habebat; cuius officijs pectoris patescceret flamma, & dilecta nimis agnoscceret per obsequia ; quippe exhibitione operis clarent abscõdita pectoris. Rachel haudquaquàm respondere amori quibat , quem minimè cognoscebat : etenim in studio amantis si fugit obsequium ; latet pectoris studium. Fletus dolorem indicat : Iacobque hoc in articulo plorat ; quoniam cordolium amanti, intimo flagrare amore , & minimè posse obsequijs flammam ostendere. Huiusmodi amoris status pollet amantium eculeus; quo torquentur viscera, quoniam sine luce flamma , qua videatur telum aureum , dum dilectus nescit telum; quippequàm habet sub arundine plumbum. Obsequium adyta cordis demonstrat , officium studia signat ; sine quibus amor flet, quia in loquente non est vox. Unde Iacobo lachrymæ incendio studij & suspensione obsequij : igitur cùm non haberet, quo amoris summitatem demonstraret ; in signum sævi cruciatus , elevatà voce flevit. Ad lachrymas cucurrit ; qui intelligi voluit: lachrymę sufficiuntur in eloquium, quod ignitum : & obsequio deficiente, Iacob accedit ad fletum; an voce lachrymarum, prolatà ab oculis, intelligeret Rachel vocem amoris æstuantis.

Gen. 29 11. Lachryma amoris idioma.

Fletus amantis si privatur obsequijs.

7 Natura humana sub typo Rachelis, *Primus amor Phœbi: Fecit illum amare.* Qui verè Sol iustitiæ , in incarnatione deosculans illam , quam ardenter elegerat in Sponsam ; perpropriè Iacob, in amoris studium; quoniam supplantavit diabolum, objiciens ei eandem naturam mortalitatis participem , sed peccati totius prorsus expertem. Sic dilexit, verùm mundus non cognovit. Ut cognosceret & amanti responderet, quæ non studuit ? Fecit amor, quòd nasceretur Redemptor. Amoris & Redemptoris obsequium, profectò dolor; quippe ut ait Menander : *Sine vulnere non vivitur in amore.* Fugit , quousque circuncisio veniret. Quid ergo tunc amor nati Salvatoris facit? Canit Venant. Fortunat. *Hymn.* de Cruc.

Ovid. de Fab. 9

Menãdi Helen.

Venanti

Vagit infans inter arcta
Conditus præsepia.

Totum eius amoris propositum , hominem nasci : & natus lachrymis favet dolori ? Utique : suspenditur amoris obsequium , & Salvatoris officium , quod vulnere & sanguine demonstratur: ploratque, ubi officium per dies octo ardenti cordi suspenditur ; quippe cordolium amanti, non posse vulnere & per effusum sanguinem , cordis in pectore ardentis facere demonstrationem. Elevatà voce flevit , in cunis , quippe infans, vagit ; eò quòd nihil habeat , quo loquatur incendium , nisi voce lachrymarum. Vagit, quia Salvator

Quare sus recèt natur erupit in fletus

dicitur & non patitur. Dolor de non vulnere lachrymas excitavit, quoniam non dolere torquet. Vulnus erat in redâmationem obsequium; per dies octo irritum omninò votum. Vagit, recurrit ad fletum: an voce flentis infantis, natura humana percipiat vocem amoris. Est tunc flere voluptas, quousque in officio, plorantis à dilecto cognoscatur maiestas, & nominis inclyti exprimat magnitudinem.

Pontan 2; Eleg. 3. *Quid faciat? Flet, miserum ut soletur amorem.*

8 Non solatur, veniente die, *ut circumcideretur*? Nullo modo. Mitior dolor ex vulnere, sed manet dolor quia mitior. Obsequia iuxta munus Salvatoris & nomen, amor desiderabat: vulnus circuncisionis intensioni amantis non respondebat. Unde cùm ante circuncisionem de non vulnere doleret; de mitiore dolore post circuncisionem doluit: igitur habens Salvatoris nomen, cupiebat anxiè totum effundere sanguinem. Pende circuncisionis articulum. *Postquàm consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer*:. Quid? Circuncisus est? Tacetur. *Vocatum est nomen eius Iesus*: inquit Evangelista. Nomen pro vulnere circuncisionis sufficitur. Non abs re. *Vocatum nomen eius Iesus.* Eius sanguine salvatar homo: nomenque dicitur, dum dicenda circuncisio; quippe nomen Salvatoris est nomen vulneris: non enim gloriam admisisset magni nominis, ni præ amore eximio, obtineret pretio sanguinis. Circuncisio ergo facta supponitur. Cur cum dolore vulnus circuncisionis tacetur? Quia qui circunciditur, Iesus vocatur. Salvator hominum per sanguinem constituitur: vulnusque meditanter tacetur, in amantis circuncisi lenocinium: etenim obsequium tantum, illi nec visum obsequium. Ampliora desiderabat; quod multum, amanti satis non erat: vulnusque circuncisiones studio præterit; quasi in vulnere præ amore nec sanguinem effudisset. Observa stylum Evangelistæ, in studium infantis vulnere saucij. *Postquàm consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer.* In die octavo circunciditur infantulus: post octo iuxta legem non est tempus. Quo ergo intuitu tempus ut præteritum exponitur, si in tempore opportuno circunciditur? Ob expressionem magnitudinis amoris, qui parvi ducit obsequia, licèt summæ magnitudinis: præsensque tempus vulneris, non signatur præsens tempus; quasi nihil esset passus, nec vulnere circuncisus.

Luc. 2. 21.

Nomen Iesu nomen vulneris.

Amanti, ampliora obsequia videntur nulla.

9 Sequitur eius amor in fine vitæ, quod erga hominem executus in oriente. Tunc *Factus in agonia, sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Siccine sudor indicat, & qualis & quantus Salvatoris esset dolor, tam exterior, quàm interior (videsis dicta, *Tom. 5. T. 4. D. 1. à n. 7.*) unde D. Thomas, *3. p. q. 46. art. 6.* ait: *Uterque dolor in Christo fuit maximus inter dolores præsentis vitæ.* Nonnullis placuit, antequàm accederet ad discipulos dormientes, à facie guttas abstersisse sudoris. Mariæ de Agreda, *p. 2. lib. 6. cap. 12. n. 1220.* asserit, per Angelos factum huiusmodi ministerium, antequàm obviam procederet militibus Iudæorum. Cur igitur à vultu sanguis abstergitur, ubi siccinè propter hominum amorem corpus cum anima patitur? Propter amorem, ut eius ostenderet summitatem. In sudore licèt elicitus sanguis, dumtaxàt erant sanguinis guttæ. Amor opus consummatum cupiebat in Salvatore: illeque sudorem solicitè absterserit; quoniam erubuit: etenim modicum illi visum in expressionem amoris, guttæ sanguinis. Obsequio eximio opus volebat complere, quod propter homines fovebat in corde. Ni esset totum, magnitudini amoris, quasi nihilum: guttas sanguinia absterserit, ut in amoris obsequio obsequium amor minueret: igitur cum dolor esset magnus, imò maximus inter dolores vitæ, visum modicum amori, demonstranti ut parvitatem, quod illum pressit usque ad sanguinis sudorem. Vernacula dialecto: *No tubo por fineza en obsequio del hombre; lo que le avia costado gotas de sangre.* Si (etsi guttas) ostenderet, pateret quòd aliquid propter hominem feciisset. Conditio est amoris magni, magna facere, & nec ut modica ostendere: dolor passus, ubi sudore elicitus sanguis, fuit maximus inter maximos dolores: abstergitque guttas sanguinis & in amoris obsequium; ut tanti obsequij pro hominibus nec appareret vestigium.

Cap 22. 44.

D. Thom.

Illius cordini totum, nihil.

10 Dixi meditanter, finem vitæ Christi respondisse orienti. Amor impellebat totius venarum sanguinis effusionem. Adversam invenit legem. Tantum præscribitur, *dies ut circumcideretur*: circuncisioque facta, non signatur ut perfecta; nominis Salvatoris ut coruscaret flamma: igitur vulnere circuncisionis, respectu amoris & nominis, modicum videtur sanguinis. Obsequium sanè magnum, infantem ex lege extra legem circuncidi, extra legem, lege amoris vulnerari; sed exiguum vi-

Vulnus inciscunc isione infantis, non vulnus respectu amoris.

videtur amori. Sine vulnere vagit : vulneratus erubescit : igitur quia vulnus parvum amanti, & nihili æstimatur à Salvatore ; licèt circuncisus exponitur, circuncisionis vulnus nec nominetur. Qui tristabatur de non vulnere, vulneratus non gaudet, quippe modicè : etenim licèt demonstratio amoris sit ingens respectu ætatis ; tristitiam infert saucio, respectu amoris.

11 In convivio Elcana cum uxoribus coram Tabernaculo in Silo ; videtur typus dilectionis, qua conditionem humanam adstrinxit sibi circunci sione Iesus. Divisit missus rectè iuxta merita utriusque: *deditque Phenennæ & cunctis filijs eius & filiabus partes : Annæ autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat.* Unde ergo tristis in ipsa festivitate, gaudio permisto mœrore ? Quoniam diligebat Annam, & ei dedit partem unam. Facilè tristitiam expellere dono poterat erga illam quam diligebat : det igitur amplius, & nequaquàm erit mœstus. Nequiebat, qua de causa benefaciens mœstus erat. *Tristis, quia plures non posset dare* (infit Maluend.) *cùm alioqui ipsam unicè amaret.* Caietan. *Dedit tristis partem unam, eò quòd voluisset, ei dare partes multas.* Lex erat inter Hebræos, ut observat Rab. Levi Gherso nides, & Novarin. *Schediasm. sacr.* lib. 2. cap. 13. non posse ampliores portiones vel minores uxoribus concedere in mensa ; quippe distribuendæ iuxta filiorum pignora. Annam Elcana nimis diligebat, maximoperè amabat ; sed erat sterilis: munusque dilectæ quamvis dedit, dedit tristis ; quia lege dare in articulo non valuit, totum quantum præ amore conferre vellet. Portio collata sat erat uxori, at sat non erat dilectæ : & in donorum distributione Elcana signatur tristis ; quia quod gratia excessiva, nec gratia respectu amoris. *Dedit partem unam tristis.* Chald. *Partem unam facierum.* Hispanicè : *Que se lleva los ojos* : idest, speciosam, & cunctis electam, dilectæ dignam. Maluend. *Geminarum facierum, ita ut duplex esset qualitas.* Ita dilectam honoravit in convivio. Unde ergo mœstitudo & dono tanto ? Si totum selectum, & duplex ab illo in qualitate confertur ; quomodò pars una quasi modica dicitur? Erat amoris obsequium erga pectoris ingeniosum studium : & respectu amoris non videbatur obsequium ; quippequàm licèt insigne, in excellentia non æquabat amori : etenim ille volebat elargiri favorem, iuxta amoris magnitudinem. Librat amor gratiam non iuxta donum ; sed iuxta cordis incendium : omnia, quasi non sint, sic sunt coram eo : selectisque portionibus Annæ datis in convivio, unam dumtaxàt amasius numerat; quoniam illam magnoperè ac eximiè diligebat.

12 Duas uxores habiturus Sponsus Christus, qui nascitur, & Salvator circunciditur in nominis excellentiam; Ecclesiam scilicèt & Synagogam. Hæc saturata filijs, Ecclesia speciosa (sed sterilis) iuxta Sponsi cor, quàm diligebat Iesus. Hæc figuratur in Anna : illa in Phenenna ; cui iuxtà legem dedit & cunctis filijs & filiabus partem. Modò Salvator in munere circuncisionis, *Annæ dedit partem unam tristis.* Tristis, dum pro illa exponitur vulneri, & manat sanguine ? Tristis, igitur in ampliora non valet respectu legis. Tristis in gaudio muneris erat, quia illam vehementer amabat. Plura volebat beneficus elargiri ; sed votum suspensum lege : & cum ex vulnere pro dilecta gauderet, tristis etiam in lætitia dolet, gaudio præcipite in mœstitudinem ; quippe inhibebatur lege, totum effundere sanguinem. Partem unam amor dicit, dum omnia dedit. Munus signatur voce levis portionis, ubi largifluomenat de vulnere sanguis : totum erat, sed Annam amabat : & quantumvis ab amore gratia insignis, non magna respectu amoris. Huius cupiebat in donis respondere magnitudini, verùm in plura detinebatur lege. Quid plus, dum recens natus, pro dilecta accipit vulnus ? Insigne, singulare, magnum est : cæterùm facinus gestum librat amor iuxta cor, in cuius officijs anxiè propendet studium: quapropter quantumvis ex vulnere munus magnum, in obsequium dilictæ, vel maximum, totum modicum. Denique. In circuncisione iuxta pectoris ignem, illi impositum Salvatoris nomen. Salvare naturam humanam sanguine desiderabat, quam unicè diligebat. Effudit sanguinem, verùm illius non est adeptus salutem : & quamvis vulneratus permanet tristis ; quia lege nequit extunc respondere excellentiæ ex nomine Salvatoris. Parum in magnis cernit, sed plura fient. Sic fecit, ut ampliora faceret: sic fecit, ut quæ fecerat perficeret. Ita hominem amat.

——*Ab immani glisscentes vulnere vires Suscitat.*

13 Iam amoris summitas, visa mirabilis ex vulnere & tempore; videnda etiam ex amore. Patuit ex tempore antequàm vul-

1. Reg. 1 à 4.

Maluéd

Caiet.

Tormentum amori, impediri bene facere.

Mcluéd

Incircuncisione sue hominis salutis, eius tristatur eff. so sanguine

Textor.

vulnus: fulsit, postquàm vulneratus. Quid *postquàm consummati dies, ut circumcideretur puer?* Nominis decor; quo, ad salutem hominum amore venit Salvator: etenim si Salvatoris munus, hominum salus; implet ministerium circunciſus: gaudetque nomine, decoratus vulnere. Iurè ergo nomen Salvatoris imponitur, quùm eius sanguis effunditur: igitur sine opere per sanguinem in meditatam salutem, renuit salvandis indicare nomen. Nomen itaque Salvatoris ab hominibus cognoscitur, dum circunciditur. Iam in terra nostra dulcissima audita est vox. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Dumtaxàt ubi caro vulneratur? Iesus erat, antequàm in utero conciperetur: & prætermittitur? Utique: necdum gaudebat amoris stemmate.

Unde nominis decor?

Ubi sup

14 Populo Israel subeunte in Ægypto dirissimam servitutem, in eius salutem Dominus misit Moysen. Legationem renuit hic, illi dicens: *Mitte quem missurus es.* Iesus ergo erat mittendus: Moyses non muneri aptus; & cùm populi desideraret salutem, rogat mitti in salutem Salvatorem. Ut ad libertatem Israelis, sub captivitate Pharaonis (sicut genus humanum sub iugo dæmonis) à Domino roboratur timidus Moyses, illique dixit. *Ego Dominus, qui apparui Abraham, Isaac & Iacob in Deo omnipotente, & nomen meum Adonai non indicavi eis.* Hebr. *Illis cognitus sub nomine Saddai* (ideſt, Munifici) sed nomen IHVH (seu *JEHEVE*) *non indicavi eis.* Iustinus *Contra Tryphon.* pag. 58. legit. *Et nomen Iesus non revelavi illis.* Quare si à Prisci Patriarchis, diversis nominibus Numen cognitum; *Iesus* nomen ad solatium nec indicatum? Erubuit (fas sit dicere) cum eximio amore Numen, licèt amicis, indicare nomen. Si in nomine hominibus tantus amor, cur etiam in nominis indicem quasi pudor? Ingeniosè Maluend. hic. *Efficacitatem nominis mei IHVH, necdum fuerunt experti; quia nondum esse feci, necdùm opere complevi.* Quid? Quid? Quod dicit nomen *Iesus. Iesus*, nomen Salvatoris est; priusquàm veniret, nihil in subsidium ægrotantium fuit: & dùm iacet invalidum humanum genus, qui Salvatur vocandus, noluit pridem indicare nomen; quia necdùm æger obtinuerat salutem. Clamat miserè captivus homo, sub peccati atque diaboli iugo. Iacens, & ingemiscens redemptionem implorabat; sed sub catenis & gemitibus iacebat. *Iesus* nomen Redemptoris est: erubuitque pridem dicere nomen Iesus; quia noluit excellentiam tanti nominis, adhuc homine patiente diram servitutem dæmonis: non enim Redemptoris elucet claritas, ubi in captivis non videtur libertas; sicut Salvatoris non est decus, si in infirmis non est salus; etenim siccine in excellentia nominis suspensà gratia; necdùm elucet revelati nominis excellentia.

Ex. 4. 13

Ex. 6. 3.

Sine gratia, nominis absconditur excellentia.

Maluēd

15 Nomen Iesu nec priscis amicis olim indicatum est: dum circunciditur, *vocatum nomen eius Iesus.* Nomen quod Patribus sub silentio, nobis Deus locutus in filio. Cur igitur nunc exprimitur, quod tot sæculis siletur? Circunciditur Salvator. Sanguine fuso, efficacitatem nominis expertus est homo. Iam salutem quam promiserat, existere fecit: iam complevit opere, quod illustre nomen dicit; ut à tyrannide ac servitute suos captivos liberaret. Suo sanguine populum sibi acceptabilem acquisivit. In libertatem, missus qui mittendus erat: missus, qui nomen cælaverat. Ubi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factū ex muliere, factum sub lege; ut eos qui sub lege erant redimeret. Iam lege circunciſionis factus ex muliere, vulnus vel infans accepit. Si è sanguine, Salvatoris constat vulnus; homo filius, iam non servus. Meritò iam nomen exprimitur Salvatoris; quia iugum excussit homo servitutis diræ dæmonis; quia libertatis compos, quia acquisita salus: quia Salvator mundo revelavit nomen, eò quòd Redemptor iam effuderit sanguinem. Utriusque tituli lætus significat maiestatem;

Iesus effundens sanguinem ostendit nomē

Pulchrumque per vulnera nomen.

Engelg.

16 *Nomen Iesu nomen est potentiæ:* inquit Comestor in *Exod.* cap. 12. Quæ afflictio hoc nomine non excutitur? Quæ oppressio in instanti non levatur? Salus est vel periculum extremum: in illo non est periculum. Quodnam maius potest accidere, quod Ionæ in navi? Per illum cognoscitur sibi & alijs tempestatem ortam, & in naufragium procellam (Retorqueatur Ethnicus, 11. *Metamorph.* fab. 10.) Qua,

Comest.

Nec sinit audiri vocem fragor æquoris ullam.
Sponte tamen properant, alij subducere remos:
Pars munire latus, pars ventis vela negare;
Egerit hic fluctus, æquorque effundit in æquor.

Hic

Hic rapit antennas : quæ dum sine lege geruntur,
Bella gerunt venti , fretaque indignantia miscent.
Ipse pavet , nec se , quis sit status , ipse fatetur
Scire ratis rector , nec quid iubeatve, velitve:
Ovid. *Tanta mali moles , tantòque potentior arte;*
Quippe sonant clamore viri , stridore rudentes,
Descriptio procellæ Ionæ. *Undarum incursu gravis unda , tonitribus æther:*
Fluctibus erigitur: cœlumque æquare videtur
Pontus , & inductas aspergine tangere nubes.
Non tenet hic lachrymas , stupet hic , vocat ille beatos,
Funera quos maneant , hic votis Numen adorat,
Brachiaque ad cœlos, quos non videt , irrita tollens,
Poscit opem. Quid Ionas ? *Somnus*
Eligit, & rursus molli languore solutus,
(——*Nec enim ulteriùs tolerare soporis*
Vim poterat, labiq; ut somnũ sẽsit in artus)
Deposuit caput, stratoque recondidit alto.

Descriptionem Vates haud proprio Marte prompsit ; sed è sacris excerpsit. Tota articuli forma patet ex Littera.

17 Sepultum haud gravi somno , sed lethargo Ionam gubernator navis excitavit à veterno. Vates sacer per sortem reperculsus , procellæ cognitus reus: & quia excitavit periculum , ostendit in maris tranquillitatem remedium. *Tollite me, & mittite in mare* (inquit) *& cessavit mare à vobis.* Quid ergo dicit ? In naufragium se demergit, pelago fervente , & æquore æstuante ? Peribit sanè: quò irruit, sine dubio corruet. Non peribit. Ut proiectus est , quasi peripsema , in mare ; stetit mare à fervore : cete deglutivit Ionam , & tot periculis eius custodivit vitam. Unde igitur , si liber ab aquis , in illis salus; quùm in ceto sit sepultus ? A Iesu nomine , inventa , vitâ in discrimine vitæ. *Hoc* (profert Origenes Hom. 1. in *Iob.* quem sequitur Guevara , *Observat.* 5. num. 32.) *etiam & cetus cùm videret in Iona , obstupuit , atque illæsum eum , quem de nave susceperat , reddidit.* Sit ergo , quòd servaverit , quòd incolumen redderet : verùm Iesu nomen ubi in stuporem vidit? In fronte Ionæ. Non solùm cùm mitteretur in mare Iesu nomen invocatum , sed in eius fronte sculptum ; infert Salinas,

Ioan 1. 12. *Cum Iesu nomine non est periculum in discrimine.*

Origen.

Cap. 2. 1

Tom. 1. in *Ion.* quæst. litteral. 91. num. 6. subdens : *Impressum itaque nomen Iehova seu Iesus in fronte Ionæ.* Haud mirum tantum miraculum ; sive potiùs , tot miracula , tanti nominis potentia : igitur præstantia nominis non solùm liberat à periculis ; sed est tutamen desperatæ saluti , in discrimine patenti : ita ut ex incursu validissimo malorum , periculum urgens urgentiâ non fit periculum. *Si invocet nomen vitæ , confestim respirabit ad vitam* : ait Bernard. in *Cantic.* serm. 15. Contra mare & cete , illorumque minas, sese armavit fortiter inexpugnabilis Ionas. Contra pelagus nomen Domini invocavit : contra piscem in fronte nomen sculpsit : cete obstupuit cum videret : igitur si invocatione nomen fuit tantæ potentiæ , quantæ virtutis devotè scriptum in fronte ? Irruet periculum quoadusque signentur servi Dei in frontibus eorum. *Quoadusque* vigilanter. Postquàm in fronte signatum nomen: quamvis turbetur orbis non est discrimen. Nihil timendum : patet periculorum effugium. Vel maxima mala

——*In magnum nomen itura.*

18 Videamus quomodò in nomen declinarunt mala ; ut eius splendeat invincibilis potentia , atque in libertatem mirabilis efficacia. Quid durius Ægyptiacâ servitute ? Libertatis munus è sæva captivitate creditur Moysi ; ut directionis virgâ iugum grave excuciant colla. *At virga nomen Dei sculptum gerebat , seu nomen diviniſsimum Iesu* : subdit Salinas , d. n. 7. Noluit Moyses uti virgâ , nisi hoc nomine signata; quippequàm ad libertatem nomen faciet mirabilia : captivique , obtinebunt libertatem , invocantes vel in ipsis catenis Iesu nomen. Quis plagis acrioribus quàm Iobi vexatus , quibus iacuit , quasi oppressus ? Salutem invenit , quia nomen Salvatoris invocavit. *Eodem diviniſsimo nomine communitus , dixit : Sit Iesus benedictus in sæcula.* Idem , n. 6. Nomen medetur languoribus , pharmachum infirmitatibus : igitur dumtaxàt per felicem nominis enunciationem , restitutus est in pristinam sanitatem.

Non humilis labor est : ipsamque vocatam,
Quod petat è nobis, mortem tibi coge fateri.

Inter Leones manet Daniel , in ignem proijciuntur tres pueri. Periculum utique grande:

——*Dignum quod quærere cures,*
Vel tibi quod tanti præponderet aleam fati,
Lætatur nomine.

Quidùm? Fugit periculum. Inter ignis vo-

Salinas: *Nomen Iesu sculptum in fronte Ionæ.*

Bernard.

Ap. 7. 3.

Virgil.

Exod. 4. 17.

Salinas: *Liberat à servitute.*

Ab infirmitate, & morte Iob. 1. 12.

Lucan. 6. v. 600.

Id. ibid.

ra.

racitatem, ac vires leonum? Quidni? *Nomen Iehova in frontibus sculpsisse Deum, quo tamquàm validissimâ galea, hostilem vim avertente; securi in pericula caderent.* Infit Guevara, quò dudum. In pericula immania per tyrannidem lapsi, sed sine damno periculi: habentes enim necessario discrimine vitæ sacrum Salvatoris nomen; inter ignem & leones nullum inveniunt neque pili discrimen.

Guevar. *Ab igne & bestijs*

19 Mira in novo nomine homo de cœlo dignatus videt; quia nomen os Domini nominavit. In cunctis & ubique lucidum illuminans oculos, ne homo aberret à felicitate cæcus: igitur in illo & per illum vera felicitas, quippequàm ab errore convertit animas. Unde licet nonnumquàm pulcherrimè lucidum; magis efficacia splendet in conversione animarum. Quam obstinatus Saulus in errore, cæcus & obcæcatus luce ignorantiæ! Ut tenebrarum mentis efficax esset expulsio; *circunfulsit eum* præcipitem, ut caderet, *lux de cœlo.* Cecidit, corruit; sed illuminatus, ut surgeret: etenim errorem cognovit: & anxiè inquirit, quid faceret. Unde eiusmodi illuminatio? Unde ab errore conversio? Mutatio dexter Excelsi, sed Iesu nomine. *Ego sum Iesus.* Virtutem nominis ostendit de cœlo vox: atque præstanti potestate radiorum, illuminavit in Saulo abscondita tenebrarum. Lux illum circunfulsit, priusquàm nomen pateret. Hoc cæcucientes in erroribus illuminat, veritatem in fallacijs manifestat: etenim tanta efficacia in nominis excellentia; ut eius videret lucem, antequàm Saulus audiret de cœlo nomen. *Ego sum Iesus.* Effectu patuit, quale nomen audivit; ubi tantummodò nomine pronuntiato, obstinati cordis Pauli fit mirabilis conversio: equidem licèt semper plenum lucidum, radijs decorum; divinissimum nomen magis splendidum, animarum conversione, & errorum pœnitudine.

Efficax in animarum conversione & erroris pœnitudinem.

Vers 3.

Act. 9.5

20 Pende, ubi morum corruptela, quanta nominis efficacia, & quare

Propert 3. Eleg. 2. v. 25. Gen. 4. 26.

——— *Quæsitum ingenio quæsitum nomen ab ævo.*

De Enos filio Seth, dicitur: *Iste cœpit invocare nomen Domini.* Quale nomen igitur inter decem, queis exprimebant homines Divinitatem? Vide Hieronym. *Epist.* 136. & Leonardum Marium in *Exod.* 15. 2. fusèque Kircher. in *Hebreor. Cabal.* Quæstioni respondet Maluenda, loc. *Genes.* cit. *Sub arcano nomine IHUH* (idest *Iesus*, ut vidimus supr. *n.* 14.) *eò quòd adeò sacrum & religiosum habuerint, ut eius invocationi mirabiles virtutes tribuerint.* Nec est antilogia, quod dictum ibid. hoc nomen Patribus non revelatum: tum quia ibi sermo de Abraham, Isaac & Iacob: tùm etiam, quoniam post tempora & tempora Moysi indicatum est; quod pridem Deus revelaverat Enos: ut præmitteretur in lege naturæ, tota spes indicandæ salutis scriptà lege. Ergo in Didascaliæ scopum. Cur igitur nomen Iesu invocatur sub Enos, & omittitur & sub Seth, & sub Adam? *Inde ab eo tempore, ubi corruptos à Cainitis mundi mores, imbibi à suis animadverterunt, à mundi peccantis & seducentis consortio*: Aben-Ezra apud eund. Mores optimos ex malorum consortio corrumpi posse cogitavit Enos, & invocavit Dominum sub titulo atque nomine *Iesu*: etenim cùm in isto & ex isto nomine dulcissimo hominum salus; in discrimine languoris, nominis tanti medicamine est usus: quippequàm præcavens lapsum ex corruptelà morum, nequivit eligere nobilius alexipharmachum. Nomen enim magnum invocat, & tanquàm Salvatoris salutem expectat: igitur non solùm animas convertit, in pœnitentiam adducit; sed virtute lapsum prævenit, liberans a criminis ictu, & præservans à peccato, ne habeat corruens de quo doleat, nec æger de quo pœniteat. O nomen inclytum!

Aben-Ezr.

Est in mala ale xipharmacum.

——— *Nomen potentiâ clarum.*

Ovid. 11. Met. fab.

21 Liquet. Non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri. Non est in alio aliquo salus. Hinc illud inclamat in salutem ab ortu, quia plorat humanum genus. Ar. Montan. in *Psalm.* 2. astruit, quarumcumque gentium infantes, antequàm loqui didicerint; sponte naturæ illam vocem ore sonare *Ia*, abreviatum ex nomine Dei *IHVH*, nempe Iesus. Idem referunt Alapid. in *Matth.* 21. 16. & Maluend. in *Psalm.* 8. 3. *Admirabile est nomen in universa terra*; cui curvabitur omne genus, *& confitebitur omnis lingua.* Elucet nominis claritas, ubi linguas infantium fecit disertas. Ubi cuectis necessitas, à cunctis nominis imploratur nobilitas; quia dum urget gemittus, non est, nec esse potest in alio aliquo desiderata salus. Nomen vel infans in auxilium vocat; quippe dicitur *Iesus*, ut populum salvum faciat. O mi Iesu! Nomen enim magnum invocabunt in te. Magnum: nomen nobilitatur cognita virtute, in summum: dum

Ar. Mont

Cur dicitur admirabile?

Ps. 8. 2.

Isai. 45. 23. Rom. 14. 11.

Quomodo à cunctis infantibus invocatur?

Maluen

dum perficitur encomium ex ore infantium, imò ex ore lactentium.

Martial. 9. 12. *Nomen cum violis, rosisque natum.*
Nomen nectare dulcius beato.
Nomen nobile, suave delicatum.

Haud addictis cultui & religioni addit plausus novitatem. Quid si nomen celsius super omne nomen? Facit magna: quid in Salvatore mirum? Potens est, & sanctum nomen eius. Decus huius excellentiæ effetit sanguine. Præmium & honor, sed ratione precij. Claret, unde ex circunciſione infantis, dignitas nominis.

Masul. Od. 38. *Triumphale nomen hoc est, quod inditur;*
Sed vulnere partum.
Ah puer, ah Deus, dolore quanto!

DIDASCALIA VIII.

Ex gaudio dolor Theresiæ, atque gaudium ex dolore.

1 QUID eloquar de Virgine simulque Matre Theresia; dum invitant amorem eius encomia? Virginem Sponsus plaudit, qui inter tot ut perfectam unam elegit. Matrem filiæ, perfectionis æmulæ: igitur quælibet una matris suæ, una genitrici suæ, dum virtutem & contentione imitantur; quo beatissimam meritò prædicaverunt. Pictor quinque Virgines eligit, ut imaginem perfectissimam exprimeret: exhibuitque in exemplar pulchritudinis Theresiam, continentem in corde pulchriorum formam. Patet ex Evangelio. Quinque Virgines prudentes ostendit: Christus dumtaxàt sponsæ unicæ amanter adhæret, & flagranter occurrit. Inter quinque unica est, ad cuius loquitur cor, amoris promens excessum; quippe illam vidit perfectam ex perfectione pulchriorum.

Virgoque modò & mater?

Continet aliarum Virginũ perfectionem.

Lebeus *Emblem* 54. *Quarum imitaretur formæ quos nosset honores.*

Riber. *Una in quaque magis quodque nitere decus.* Hinc claret quare Ribera in eius *Vita* dixerit: *Cunctorum cœlestium spirituum operationibus divinata.* Quid mirum, quòd esset unica?

Et munus Angelorum. 2 Spiritus cœlestes cognoscuntur in terris, dumtaxàt per illorum operationes. *Officium Angelorum de singulis personis custodia.* (Adi Gregor. Magn. Homil. 34. in *Evangel.* Dionysium Areopagit. de *Cœlest. Hierarch.* Isidor. de *Originib.* 7. cap. 5. D. Thom. 1. p. à *quæst.* 106. Suar. de *Angel.* Grannuyse. de *Propriet. rer.* tot. lib. 2. & Voragin. de *Virg. Assumpt.* Serm. 2. & 6.) Angelum orbis vidit Virginem Theresiam, propter vigilem custodiam: equidem in suos omnes extendebatur vigilia; quasi unius tantùm esset matris incumbentia: singulos fovens excellentia charitatis, quæ exercebatur in omnes. Opus illius coram illa, solicitudine maxima, cuilibet ostendens cor; & custodiendo sicut pastor gregem suum. *Operationes Archangeli, secreta Dei scire, & hominibus nunciare.* Quis in tenebris huius cæcutientis vitæ plus cognovit sensum Domini? In eius feliciter introivit potentias. Scriptorum eius dicit sublimitas: sine fictione didicit, & sine invidia omnibus communicavit. *Officium Virtutum nil aliud, quàm patratio miraculorum.* In miraculum sat illius operationes: ipsa fuit prodigium multis, dum Deum fortem adiutorem invenit, & mundus illius cogitationi resisteret; mirificà potestatis excellentià, fecit enim mirabilia in vita sua. *Stemma Potestatum est arcere vim & insidias veteratorum dæmonum.* Calliditatem illorum Theresia scitè cognovit, ignea tela fregit, vincere instruxit: & dum magis dolis acer; Deus contrivit Satanam sub pedibus eius velociter: ita ut frustrando satelatoris conamen; sicut fulgur viderit de cœlo cordis cadentem. *Munus est principatuum præsidere regnis, & protegere in erumnis tribulationis.* Principatui Theresiæ debetur protectio Hispaniæ, quam pravitate cupiebant vallare hæretici: fecit scriptis, ne cives essent parvuli fluctuantes, circumlati omni vento doctrinæ, in nequitia hominum, & in astutia ad circumventionem erroris: protexitque dum lues grassabatur; nequis incautè deciperetur per inanem fallaciam, secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Quis à Domino, estò dificilem, petijt gratiam; quam non impetraverit acturùm per Theresiam? In huius dispensatione sunt divitiæ abundantes gratiæ. *Character est Dominationum; subditos purgare, illuminare & perficere.* Illius describuntur scripta, si in oratione desideratur forma; & suavi cœlesti metodo. Illuminavit omnes sperantes in Domino: purgatos enim à culpa, illuminat in gratiam; ut iam perfectos introducat in gloriam. Mater est enim pulchræ dilectionis & timoris, & agnitionis; quia in illa invenitur gra-

Archana Angelorum.

Virtutũ.

Potestatum.

Principatuum.

Dominationum.

Thronorum. gratia omnis viæ & veritatis. *Tessera Thronorum est esse solium maiestatis divinæ.* Haud à proprietate desciscit, qui Sponsum in corde continet: quod ita splendidum, ut sedeat super solium excelsum & elevatum. Agnus in medio throni est, & Theresia etiam in medio throni, amoris flammâ; ex quo procedunt voces, fulgura & tonitrua: etenim si illa in Iesu, etiam est Iesus in illa. Respitiunt se mutuò: Dilectus illi, & illa Dilecto. Thronus Theresia rutilat: equidem dum illum mundus criminibus in vindictam irritabat; in eius corde quasi in Throno requiescebat. Hinc propter filias charismatibus ornavit, & ferculum sibi fecit. *Dignitas Cherubim est scientiæ plenitudo.* Fulget in Theresia singulariter imago. Est Cherubim gloriæ altæ perfectione scientiæ. Audiatur à cunctis vox: *Ecce plus quàm Salomon hæc.* Potior reverà sapientia, quæ pervenit usque in altissima, quæ Sponsus fecit magnalia. Collocavit eam ante voluptatis Religionisque delitiosum paradisum & in illa flammeum gladium ad custodiendam viam ligni vitæ, ne contaminaretur à virulento serpente. *Insigne denique Seraphim est amoris plenitudo.* Quò vicinius Numini collocantur, eo magis è charitate inardescunt. Semper enim in potiora anhelant: vel in throno stant, & volant. Iuxta naturam ignis, flamma semper mobilis. Charitas numquàm excidit: at si superiora videt, superiùs semper ascendit. In huiusmodi Seraphica flamma, spectaculum cœlo & mundo Theresiæ objicitur vita. Ampliora cogitat, sursùm spectat, celsiora desiderat, perfectiora vt assequatur, sequitur: plus in summis concupiscitur: plus & plus, quousque mobile vti Seraphicum, irrequietum quiescat cor: cuius, vel mortui, pateseunt flammarum motus; nec est, qui se abscondat à calore eius: quandoquidem æmulatrix Seraphim, vel post vitæ finem; quatuor immotæ ex sex alis, verùm volantalæ cordis. De huiusmodi articulo fusè egimus, *Tautolog. præc. Didasc. 6. n. 2. & à n. 10.*

Cherubim.

Seraſin.

Isai. 6. 2

Daniel. 3. 86.

3 *Benedicite Spiritus & animæ iustorum Domino*: Dicunt pueri incensi amore, verùm non igne, in fornace. Omnis ergo spiritus laudat Dominum: cæterùm quare Spirituum & animæ canticum exponit nexum? Iam dixerant: *Benedicite Angeli*: v. 58. Iam, v. 65. *Omnes spiritus Dei.* Cur igitur modò in Deitatis encomia, omnis spiritus designantur, & anima? In signum prodigij (ducor amore) ut horum vnione anima cognoscatur Theresiæ, in *vestitu deaurato circumdata varietate.* Unicuique datur gratia, quæ à Sancto Spiritu divinitùs sanctis animabus est; etenim dividit singulis, prout vult. Alijs, proprietatibus confertur gratia, qua Angelis assimilentur: alijs, qua cæteris spiritibus cœlestibus conferantur: Theresiæ prætiosa vestis pulchritudine effulgurat varietatis; qua niter circumamicta: Spirituſque cuncti simul signantur cum Theresiæ anima electa; ut in terra videretur singulare miraculum, & in mundo totum cœlum: igitur singulare, novum & inauditum super cuncta mirabilia; munera cœlestium spirituum inventa fuisse in Theresia. Saris homini in excellentia gloriæ, si *mensura hominis, quæ est Angeli.* Sic enim propter commendationem puritatis elucet encomium Virginis. Ultra procedit Theresia: illustrant illam ampliora; vbi excedit Angelicam mensuram, & gratiæ communis formam, muneribus hierarquici multiplicis chori cœlestis; sub nuda statura hominis: equidem in officijs perfectio fulget Theresiæ, ex cunctorum cœlestium spirituum perfectione. Videtur sancta civitas Ierusalem nova descendens de cœlo, à Deo parata, ornata sicut Sponsa. Irregulare theatrum. Ad terras descendit cœlum. *In præsenti descendit: quod in re nil aliud est* (ait Alapid. hìc) *quam cœlestis gloria & beatitudo hominibus terrestribus obtingat cœlitus, per Dei liberalitatem & gratiam.* Ut inhabiter gloria in terra nostra, vivit in mundo Theresia, Sponsa nova & ornata, circumamicta varietatibus; præut muneribus in cœlo perfunguntur spiritus: igitur illa habet in mundo per gratiam, quod illi in cœlo adipiscuntur per gloriam.

Fulget in Theresia Cœlestiũ Spirituũ hierarchia.

Pſal. 44

Apocal 21. 17

Verſ. 2

Eſt de cœlo ornata Sponſa.

Alapid

4 Dum inquiritur ab Angelis, *Quæ est ista?* Respondetur à Sponso: *Vna est columba mea, perfecta mea.* Adsunt Spiritus cœlestes, vt videantur in Theresia quæ cœlestes perfectiones. Una, in qua cunctorum gratia, ut sit perfecta. Una, quæ cœlestibus muneribus fulget; quia quæ divisa beatos efficiunt, collecta tenet, nova Sponsa Sponsi imago, in miserum mundum quasi descendens de cœlo: igitur ut constet, quid sit Theresia; exponitur tota cœlestis Spirituum hierarchia. Phenix est:

Cant. 6. 6. 9.

Cur plan ditur una, & una perfecta?

Unica semper avis.

Lactant

Brevis erit Didascalia, vt eius plenè prædicentur elogia. *Lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo*: dicit textus Tautologiæ

Pſal. 20. 7.

giæ principalis. Ex vultu Dei est gloria, qua summa in gaudio lætitia : ex Dei absentia tristatur anima. In anima Theresiæ variantur effectus, & dum ostenditur, & dum absconditur Deitatis vultus: equidem in gloriæ absentia habet gloriam ; ac in gaudio habet tristitiam. Quantum ingenium amoris, ubi habentur etiam cordolia in delicijs ! *O iugum, quàm dulciter capis, gloriosè oneras! O Felix ! Ex te oritur actionum strenuitas, consiliorum dexteritas, affectionum puritas, intellectionum subtilitas, amoris claritas, virtutum fœcunditas, meritorum dignitas, præmiorumque celsitas. O felix charitas* ! Excerpsi ex Bernardo, de *Diligendo Deo*. Hæc Theresiæ cordis officia. Ut nimis amet, renuit vel amoris præmia. Hæften. in *Via regia Cruc.* lib. 2. cap. 14. accinit:

Bernard

Descriptio eius amoris.

Morbus delicia, mors lucrum, pœna voluptas:
Crux mihi, quòd nullà me cruce cerno premi.

Hæften.

5 Quid cruci & lætitiæ ? Quæ convenientia doloris & gaudij ? Dicit Theresia: *Aut pati, aut mori.* Quid hoc ? Ingenium amoris est.

In *Vit.* cap. 40.

An vocis, an mentis inops?

Statius.

Dicam ex Statio, 10. *Thebaid.* v. 810. Idem habet amor & dolor. *Verba dolor parùm considerat* (inquit Marc. Senec. *lib. 6. Controv. 6.*) *Sæpe est fortuita divinatio.* Aliqua dixi, *Tom. 5. T. 3. D. 4.* Divinanda est Theresiæ voluntas, ut pateat charitas. *Aut pati, aut mori.* Ergo Theresia quùm moritur, nequaquàm patitur. Si mors malorum extremum ; in morte non sentit extremum malum ? Est gaudium illi summum, malum extremum ; quippe de dolore gaudet, quæ tantùm de gaudio dolet. Est pœna voluptas : in delicias cedit cruciatuum acerbitas. Cruce premitur, si nullà premitur cruce : & cùm crux maior fit mors, crux mortis illi non crux : non enim pati valet, quæ mortis avida extremo dolore vivit. *Aut pati, aut mori.* Benè: mors illi non posse pati. *Aut pati, aut mori.* Iurè exponit ut diversa, quæ cunctis mortalibus sunt coniuncta : equidem in eius morte non est dolor, quæ mortem patiendo, non patitur morte ; quippequàm non potest mori, quæ nequit pati. An quia iam mortua ? An quia in morte vera vita ? Arbitror, quippe amore vulnerata : & non moritur, nec morte patitur; quia amore moritur.

M. Senec. *Quid intendit, quùm dixit : Aut pati, aut mori?*

De labore gaudet, de gaudio dolet.

Cantic. 8. 6.

6 *Fortis est ut mors dilectio* : dicitur à Sponsa. Facit amor, quod perficit cordis in mortis dolore, dolor ; sed cum discrimine : igitur mortis dolor à vivente motum aufert, & amor morienti motum magnificè confert; ut per mortem vitalem in moriente, mors dicat, amore mori: siquidem in moriente deficeret cordis motus ; ni ut moreretur, ab amore fuisset vulnus. In hoc articulo, fortior est morte dilectio : igitur ut patet in Theresia ; præ amoris flamma mortem validè sustinet, & ferre amorem non valet. Dolorem igitur quo vivebat, mors ut viveret, ministrat. Irruit mors, sed dilectio fortior est; quippequàm potuit, ut viveret, mortem pati, & amore ut moriatur, in morte cedit amori.

Unde morte cõstet, amore moris

—— *Mors veri testis amoris erit.*

Oth. Væn. 124.

Non amor testis est mortis ; sed veri amoris mors testis. Amor autem testis est, si amantis à morte mors. Mors verò est testis vitalis extinctæ flammæ ; si mors venit ab amore : morsque in amante Theresia testis fidelis vocatur ; quia vidit præsente morte, quòd amore moreretur : in signum enim remansit vitalis amoris flamma, etiam deficiente vitâ. Quod fictum pridem à Poëtis, videtur verum stemma Theresiæ amoris.

Cur mors ipsa mortis testis

7 Ut inter mortalem & immortalem celebrarentur nuptiæ, mortua lucis radijs designatur Semele. Unde Ovid. 3. *Metamorph.* fab. 3. succinit:

—— *Corpus mortale tumultus*
Non tulit æthereos, donisque iugalibus arsit.

Ovid.

Sepelitur, sed ibi radio cœlesti movetur, sedetque in ipso sepulchro splendidus ignis; insigne adusti præ amore cordis. Euripid. in *Bacchis*, v. 6. & 597.

Video sepulchrum matris, ictæ fulmine:
Et adhuc viventem flammam divini ignis.
Circa sepulchrum sacrum, quæ fulmine percussa,
Reliquit flammam. O lumen nobis maximũ!

Euripid

Sufficit in mortuo corde motus ; ut cognoscatur, unde adversus vitam venerit cœlestis radius : qui quidem patet à Iove & à cœlo, ubi cordi mirabiliter datur motus in sepulchro. Unde Theresiæ cordi halitus in ipso defectu vitæ ? A cœlo, à supremo Iove : qui in signum amoris foventis mortalem vitam ; in sepulchro reliquit vitalem flammam : equidem cùm in coniugium, vitæ mortalis defectus, ad immortalitatem esset prorsùs necessarius ; in corde pro tunc immobili, vitæ extinctæ datur motus : quem quidem non haberet in sphæra sepulchri ; si morte moreretur, & non amore. Immotum sicut cætera

Cor Theresiæ movetur in sepulchro

membra relinquitur cor ; si causa mortis mors est. In morte ipsa cor movetur, ubi fulmine amoris mors introducitur. Si mors est in corde, dilectione vulnerato;

Ubi sup *fortis est ut mors dilectio* : sin verò prævalet amor; est morte dilectio fortior, vel in ipso sepulchro figens trophæum; ut pateat flamma, cuius est ad sepulchrum mortis iaculum : motuque claruit, amoris fuisse in Theresia ; quippe à corde non est mortua.

Propert 1.19 à v.12. *Traiecit & fati littora magnus amor.*
Illic formosa veniant Chorus heroinæ:
Gratior & tellus hoc ita iusta sinit.

8 Aliquid amplius subodoror in eius amoris solicitudinem (cuius exemplar Seraphim, vel dum essent in gloriæ throno, citò ut adessent auxilio) Clamavit Evan-

Isai.6.6 gelicus Vates, & *volavit* ad illum *unus de Seraphim*. Quomodò volatus, ad quem necessarius motus ? Pedes adstrictis alarum vinculis, oculi in visionem impediuntur duabus alis. Unde ergo in subsidium clamoris moventur pedes, & dolor sublevatur, dum non videtur ? Plenissimi amoris officium rutilat : etenim afflictionem relegat, antequàm videat. Exprimitur

Ad gratias vel mortua sese movit. in huiusmodi tractu, quod cogitat in oppressos summa dilectio,& singulari prodigio : igitur prodigium singulare, etiam in plenissimo amore;quod ad subsidium clamantis esset in corde volatus, & propter vincula pedum in gratiam non esset motus. Seraphim sine usu sensuum,suspenso motu pedum & oculorum, Theresiæ effulgent perfecta imago, uti floret in sepulchro: quandoquidem in auxilia patet prodigiosus motus cordis, ubi quippe vita extincta, non valet movere pedes. Iccircò simul exponuntur insignia alarum & vincula pedum, queis starent & volarent. Per alas

Vers. 2. signatur pernicitas in volatum : per compedes, in motum impedimentum. At cùm moveri sine possibili motu, summi plenissimi amoris sit proprietas ; articulus unà profert & pedum catenas & cordis alas:etenim summum in auxilium clamantium, alis uti motu cordis, habens pedes in catenis. Unus de Seraphim pedes ligat,enimverò volat. Cur igitur, si promptus in volatum pedes ligat ? In expressionem dilectionis Theresiæ,cuius cor movetur etiam in morte, suspenso, quia sepulta, motu pedum, velociore cursu alarum: vivit, dum iacet. Non moritur, quæ movetur : equidem si ad illam afflictione clamatur; quamvis occupet loculum ; ad gratias conferendas habet velocissimum cursum. In signum flagrantis amoris, surget è sepulchro, ligata pedes & manus institis. Necessitas urget. Quisquis clamans ad Theresiam recurrit,non clamavit. Vel in sepulchro habet amoris motus,& ponet in via gressus suos. In *Vit.* cap. 39.

9 Sensim propter obvia à proposito principali Didascaliæ recessimus : etsi breviter, instituto redeamus. *Aut pati, aut mori* : dicit Theresia. Necdùm dictis suprà,delicavimus, quid sit. Quid hoc? *Aut dolere, aut potiri. Aut pati, aut pati non posse.* In vita, dolor est, non posse pati. Ergo vel pœna, vel gloria. *Aut pati, aut mori* : & ut hìc etiam sit gloria ; hìc sine morte, mortem interveniat pati ; quippequàm ubi ex morte gloriam instantiùs solicitat, in doloribus extra mortem, totam beatitudinem collocat. *Fili, quid fecisti nobis sic*, dixit illi Virgo-Mater, dum invenit; quæ nescierat, ubi fuisset. *Ecce pater tuus & ego dolentes* (subdit) *quærebamus te.* Quid lux & amor illorum ut dolorem leniret,inquirentibus anxiè, non severè, sed mulcimine respondit ? *Quid est, quòd me quærebatis* ? Inquiritur amissum: non est amissum quod præsens.Si dolentes quærebatis, adstabam iuxta dolentes. Non fugio quærentes me ; maximè si dolente corde fit. Si absentiæ dolor amantes gravat;quorsùm hæc? Vobiscum eram.Dolentes quærebatis. Neciebatis, si quærebatis dolentes : igitur dolor in corde quærentium, non erit dolor, sed gaudium. Ubi sum ego,sedet totius gloriæ beatitudo.Videor, videor vobis absens; & dolet: verùm præ dolore in inquisitione præsens.Si gloriam quæritis,quid est,quod me quærebatis?Amor urget,pectus dolet:& in ipso dolore gaudere debet, demonstrando cordis flammam ; quia solus habet in doloribus gloriam. Si sic quæror ; amor, & eximius amor est: aliter nescitur, summa in amore quid sit:igitur summum in flagranti amore; pro me dolentes,in doloribus gloriari.Dolor est me quærentibus propter gloriæ absentiam: gaudium ipsum propter gloriam: gaudiumque à dolentibus propter absentiam habetur ; quia gloria propter amorem in dolore collocatur. Nescitur amor, ubi de labore inquisitionis est dolor. Dilectus studio absconditur, verùm eius gloria habetur : quandoquidem gloriam non habet amor,si abfuerit dolor.Hæc schola cœlestis,& studium novum singularis amoris.

Cur petit pœnam, vel gloriam?

Luc.2 48.

Vers.49

Qui Deū amissum dolet, dolore gaudet.

Theresia quippe amabat, de dolore non dolebat.

10 Thomæ nunciatur,Magistrum gloriosè resurrexisse. Non credit vel testibus oculatis, instanter asserentibus, *Vidimus*

Do-

Dominum. Diffidentiæ singularem signat causam : *Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum*, &c. *non credam.* Petit contraria votis, ut de magistri gloria firmetur fides. Corpus glorioſum nocivas passiones excutit, vel signa dolorum, quoniam glorioſum excludit. Si illius iam immortalis, oculis optatur gloria; cur videre cupit vulnera, quæ videre non potest, si magister gloriosè immortalis resurrexit? Cognoscit conditionem eius amoris, atque pectoris flagrantis. Gloria ab hominibus iudicatur, ubi dolorum nec ullum signum videtur. Est gloria hominis, sed non amantis. In amore ad amorem est aliud nobile studium: in gloriamque cupit Thomas signa dolorum; quippequàm in corde amante, vulnera sunt signa gloriæ. Christus glorioſus signa vulnerum abolere noluit, per quæ vulnus amoris patesceret: etenim cùm eius insignis gloria per vulnerum manifestetur vestigia; Thomas in glotiæ fidem optat vulnera patentia: equidem tunc credet Christum immortalem & glorioſum, si viderit vulneratum. Implicant dolorum signa, & immortalis gloria: verùm non in regno amoris; ut gloria sit immortalis: in fixuramque clavorum, Thomæ tendit cogitamen; ut Christi gloriæ habeat fidem: siquidem amori Christi immortalis beatitudo est vulnerum ostentatio. Pende connexionem repugnantium, in charitatis propositum. Quod Thomas petit, indulget: in apparitione ad alios, Thomam invitavit, ut peteret. In medio illorum sterit glorioſus, in cuius fidem, *Ostendit eis manus & latus.* Utrique vulnus. Vulnera exhibet in resurrectionis testes? In vulneribus gloriæ firmatur fides? Est gloria amoris: & ad gloriæ fidem firmandam ostendit manus & latus; quoniam ad hominum gloriam, gloriam habet in vulneribus. Ut cordis æstuantis in nos ostenderet flammam; ita oportuit pati, & intrare in gloriam suam.

Ioann. 20. 25.

Christus gloriatur vulneribus.

Vers. 20

11 Iam enim intelligitur problema Theresiæ, *Aut pati, aut mori.* Eadem diversorum significatio, in corde charitate percusso. Si in morte gloria conceditur, & in doloribus patitur; idem erit eius cordi mori & pati, quia habet gloriam in dolore. Semel cùm esset in throno gloriæ, se vidit in latere Christi. Riber. d. alludens ad visionem, de qua ipsa, in *Vita*, cap. 40. Ubi Theresiæ glorioſior Thronus, nisi in latere Christi, quò sedit amoris vulnus? Consonat quod illa in *Addit. Ludov.* subdit: *Videbatur mihi post communionem, Dominum meas apprehensas manus suo applicuisse lateri, atque dixisse: Respice vulnera: tecum sum.* Articulus Thomæ iteratur. Gloria exhibetur, & vulnera exploranda? Hæc Christi & Theresiæ gloria: cuius quandiù duraverit vitæ halitus; gloriam habet in doloribus, requiemque possidet, ubi Christus habet vulnus: etenim ut amoris ostenderet excellentiam; ita in obsequium Sponsi oportuit pati, & intrare in gloriam suam. Quid in gloriam Theresiæ doloris quæritur, ubi Christo clavo crucis desponsatur? ibid.

Theresia huius gloriæ æmula.

Ludi. Leon. *Desponsatur clavo crucis.*

O nimis felix, cruce cui potiri,
Cui pati, gratos licet hìc honores,
Et suo verum crucifixo amori
Reddere amorem. Hæften

Hæc visio similitudinis gloriæ Domini: dixit attonitus Ezechiel. Quænam visio, vel species visionis? *Visio crucis*: infit Anton. Ferdinand. *Vision.* 13. Commentar. 2. sect. 6. Amicè cohærent, quæ semper dissident; quando visio crucis in amante, est similitudo gloriæ: eligiturque pati; quoniam ut mori possit pro Sponso, Theresiæ dolor & dolor erat tota beatitudo. Pro Sponso moriebatur, & mori cupiebat propter Sponsum, exprimens amoris flammam. Mori aut pati vult, ut semper haberet gloriam. In morte, clarà visione Dilecti: in cruce, glorificata passione: etenim cùm Sponsus per vulnera gloriam quæsisset, & Sponsa etiam per passionem quæreret; erat, visis tormentis Theresiæ, visio similitudinis immortalis gloriæ Domini. Eia mulier fortis.

Ezech. 1. Ferdin.

Pro Sponsa moriebatur, & propter Sponsum

Tu ne cede malis: sed contrà audentior ito. Virgil 6. Æn. v 95.

12 Dolens Sponsum quasi amissum quærit, & de amissa gloria dolet. Quid quærit? Quod quærit habet. Iam moritur, ubi patitur. Iam optatà potitur felicitate, qui gloriatur in passione. Fusè argumentum videsis, hìc *Didasc.* 4. Enimverò contemplemur gloriæ illius ampliorem felicitatem, ubi summè acerbam subivit cor afflictionem. Quænam? *Gravissimis morbis, & varijs tentationibus vexata, constantissimè meruit in castris Christianæ pœnitentiæ; nullo refecta pabulo cœlestium consolationum, quibus solet etiam in terris sanctitas abundare.* Ita in eius *vit.* à cap. 4. Delicat specificè Hæften. d. subdens: *Cùm æquo animo, atque hilariter perfers scrupulos, desolationes,* ob-

Dolor eius cordi, Sponsum præsentem fugere.

Hæften

obnubilationes ; ut quasi desertam à Deo te putes , & gaudes tamen etiam in hac cruce. Hæc est gloria ? Possuntne acriora excogitari cruciamina ? Quid acrius Sponsum dolenter quærere , & præsentem in ipsa præsentia fugere ? In hac vita Theresiæ patet amor eximius Seraphicus ; dum siccine anhelat huiusmodi gloriâ pectus. In throno Seraphim erant , amore volabant , quò sedebat Dominus ; duabus cæterùm alis *velabant* meditanter *faciem eius.* Theresiæ charitatis præ se fertur insigne ; in gloriæ throno , putà , præsentem habere Sponsum & non videre. Aliquid latet. Totum studium Theresiæ, pro Sponso pati : in throno fruitur : quin videat, patitur : & cùm pati desideret , ex gaudio dolet ; siquidem ad gaudium , propter gaudium dilecti , non quærit gaudium. Ulteriùs. Si Sponsus non videtur , gloria prorsùm à concupiscente absconditur : in gloriaque facies studiò velatur ; ut inter huiusmodi velamina rutilet amoris gloria: igitur gloria maior amanti ; tolerare, Dilecti faciem abscondi.

Isai. 6. 2

13 Invenit Moyses coram Domino gratiam, unde illi dixit : *Ostende mihi* (in hac vita) *gloriam tuam* , in summum gaudium ; si faciem tuam videre non possum. Numen assentitur voluntati : *Ostendam omne bonum tibi* ::: *Videbis posteriora mea.* Hæc est gloria? Utique. Gloriam habuit, quùm posteriora vidit. Si gloria ex facie , quam non potest videre ; unde bonum omne gloriæ ? Ex Moysis conformitate : igitur si gloria ex dolore acerbo, summaque felicitas ex insperato cordolio; gloriâ Moyses fruitur , ubi præsens non videtur : nullum quippe acerbius amanti vulnus , dum flagrat incendio pectus; quàm duci , ut gloriam aspiciat , & quòd Numen terga vertat. Vernaculè: *Si por la pena se regula la gloria ; es la mayor de las penas , que quando và à ver à Dios, Dios le vuelva las espaldas.* Quid plus? Plus non est. Gloria & omne bonum provenit ex Dei aspectu , amori vulnere addacto : posterioraque in gloriam ostenduntur , ubi ad solatium laborum divinitatis radij desiderantur ; in probationem amoris , atque gratiam præsentis beatitudinis : etenim si beatitudo ex aspectu ; est amantis beatitudo , in solatio maiori relinqui sine solatio : perferre absentiam, tolerare fugam , præsentem summà gloriâ contemplari , & præsentem non videre. Gloria est , in recessu non recedere : non relinquere & relinqui. Si gloria ex visione est ; manifestum omne bonum satis fit: etenim Deus in gloria videtur , dum vultus eius propter amorem absconditur.

Exod. 33. 19. v 23.

Quomodò ab illa videtur, dum illi absconditur?

14 *Fili , quid fecisti nobis sic ? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te:* dixit Iesu Virgo-Mater, dum ab eius oculis absconditur puer. Querela non despicitur , ubi ex amore oritur. Dialecto nostrà : *Quando se queja el cariño , no quita Dios en el alma un sentimiento amoroso.* Inquiritur ergo: si tot doloribus utriusque percussum cor ; quidni mater filio dicat: *Cur fecisti nobis sic* ; sed *Quid fecisti,* quasi quod fecerat ignoraret, quùm de facto summè doluit ? Eodem stylo ubi queritur ex dolore genitricis pectus ; respondit filius : *Quid est quòd me quærebatis ?* Ignorant sanè , quid sit. Erat gloria, quod illis videbatur pœna : equidem in dolore (quærentium & non invenientium Dominum) gloria summa ; in animæ solatium inveniri posteriora. Posteriores gloriæ sunt , dum pro facie flagrat cor: equidem ducit in animæ gloriam ; derelictam sine aspectu posse tolerare absentiam. Nesciunt quid sit. *Dolentes quærebamus* : dicit mater. Verùm filius : *Quid est quod me quærebatis ?* Et omittit *Dolentes ?* Iurè. Non habebant , de quo dolentes possent dolere , sed de quo summè gloriari ; equidem in queis absentiâ dilecti premebat dolor , florebat pectoris amor : gloria profectò quærentium , illud vulnus & cordolium : igitur gloria & sublimis , amanti ; simul quærere & relinqui: pulsare & non responderi , petere , & nihil accipere : imò dum gloriam spectat anima, Dilectum vertere terga. *Quid est, quod me quærebatis ?* Dicam quid & vobis feci. Laborare feci in gaudio : desiderari in aspectu ; ex quo gloria , qua satiatur anima : igitur in ipsa dolentium gloria, rutilat propter magni amoris fidem ; præsentem habere Sponsum , & non videre præsentem.

Ubi sup.

Pro gloria, exhibetur gloria fuga.

Theresiæ Iesus fecit laborare in gaudio.

15 *Tecum sum* : dicit Sponsus Theresiæ : Et fugit ? Et volenti amplexari, terga vertit , ac dicit : Noli me tangere ? Quid Theresiæ fecit sic ? Ipsa respondet alibi: *Intellexi , intelligere non posse.* Erat ut posset pati de gaudio dolor ; sed dolore intensus amor. Ex absentia erat pœna, ex pœna gloria ; Theresiam intelligere non posse , quid Iesus faceret sic. Amor est: dolor videtur , sed gloria manifestatur posterioribus visis , in pignus æternæ felicitatis ; quippequàm gloria in amoris excellentiam , Dilecti posse in ipso ample-

D. cap. 39.

Quo amoris ingenio?

xus

xu tolerare fugam. Intelligitur quid sit, ubi flagrat cor : scilicèt frui & pati : in conspectu omne evanescere bonum & simul habere secum.

Ovid. 11 Met fab. 10.

Et cùm desideret unum,
Gaudet abesse tamen.

In altiora tendere modò non possum, quippe Didascaliæ sit protractio. Alibi agam. Utinam ! Memini, in eius morte arborem aridam, cellæ proximam, floruisse. Memini etiam, finxisse Priscos Phyllida propter sponsi dilecti absentiam, conversam fuisse etiam in arborem aridam : verùm cùm ad illam sponsus venit, & amplecteretur ; arbor statim effloruit. Hygin. *fabul.* 59. Ovid. *Epist.* 2. & 23. unàque, 3. de *Art.* v. 37. Nobilius habemus argumentum. Si arbor arida floret, proxima cellæ; Theresia iam est in amplexu Sponsi. Tempus putationis advenit, & habuit mortalis Theresiæ vita ; dum apparuerunt flores in terra nostra. Iam videtur vel in terris gloriæ splendor, cuius vita tota labor & dolor.

Quomodò in terra, eius cognita gloria?

Crux illi summum decus, & corona:
Crux illi vita.

Hæft. d.



TAU-

TAUTOLOGIA QUINTA.

EXPECTANS EXPECTAVI DOMINUM.

Psalm. 39. v. 2.

EXPOSITIO LITTERÆ.

Ordo processus in bonũ absens.

1 INTER passiones Irascibilis, de quibus *præced. Tautolog.* n. 3. primas tenet Spes in sententiâ D. Thomæ, 1. 2. *quæst.* 25. art. 3. quæ concipitur de bono apprehenso, obtentu difficili, sed possibili. Respectu enim boni, motus incipit ab Amore, tendit in Desiderium, transit in Spem, procedit in Expectationem, quàm comitatur Fiducia, ut terminetur in Gaudio, ex possessione boni, quod quidem absens in cæteris præfatis affectionibus, tendentibus in fruitionem: tendit enim Spes in amabile absolutè, uti motus in bonum secundum rationem boni, attractione illicitivi; in quod excitatur desiderium:

D. Thom. Senec. *Sed Spes supra desiderium* (præmittit Angel Doctor, *art.* 1.) *addit quendam conatum, & quandam elevationem animi, ad consequendum bonum arduum.* Hac de causa, *Spes, blandissima oblectamenta* vocat Seneca, *Epist.* 23. Igitur hæc, quæ apud Ethnicos uti Dea culta, ut accinit Ovidius, 1. de *Pont.* Eleg. 7. v. 29.

Ovid

——— *Cum fugerent sceleratas Numina terras,*
In Dijs invisa sola remansit humo.

Videsis Originem lib. 4. *Adverss. Celsum.* Hesiod. de *Dieb. & oper.* Gyrald. *Syntag.* 7. n. 53. & Natal. Comit. 4. *Mytholog.* cap. 6. Felix dicitur Spes, & etiam infelix; quia homo nequit quietè sine illa vivere, nec cum illa. Sine illa, desperatio surrepit: nihilque ab illo boni sperandum, qui sperat nihil. Cum illa, quia multoties sequitur

Cur sine spe, nec cum spe vivere possumus?

aves volantes, nonnumquàm vacua timoris; plenaque formidinis. Sine illa præ cordolio, etiam iugulato desiderio, animo fovente dolorem, sicut & cæteri qui spem non habent: igitur omninò miser, cui (ut ait festivè Plautus in *Epidic.* Act. 3. scen. 1. v. 10.) non est

Plaut. *Aliquid, aliquâ, aliquomodò, alicunde, ab aliquibus,*
Aliqua spes fore fortuna.

Amor solicitus anxie crudeli tabe peredit, sed nescit quò tendat amor, fodicans continuâ punctione cor, si fortè sit spes. Cum illa, præ gaudio, falsò aliquando concepto, ac spes pascente futiliter & inaniter. *Failitur augurio spes bona sæpe suo.* Ovid. *Epist.* 16. v. 234. Terent. in *Adelph.* Act. 1. scen. 2. v. 72. *Sperabam, gaudebam.* Virgil. 4. *Æneid.* v. 477. *Ac spem fronte serenat.* Sed quid? *Spem vultu simulat, premit altum corde dolorem:* ut dicit idem lib. 3. v. 213. etenim ita infatuat deceptrix cogitationem; ut melior sit gradus (teste Ovidio, quo dudùm)

Ovid. ——— *Benè desperare salutem*
Seque semel verâ scisse perisse fide.

2 *Spes & metus omnibus esto:* succinit Valer. Flacc. 1. *Argonaut.* v. 558. *Desines timere* (ait Senec. *Epist.* 5.) *si sperare desieris. Dices: Quomodo ista tam diversa pariter sunt? Ita est: cùm videantur dissidere, coniuncta sunt. Quemadmodùm eadem catena & custodiam & militem copulat; sic ista, quæ tam dissimilia sunt pariter incedunt. Spem metus sequitur. Nec miror ista sic ire: utrumque pendentis animi est: utrumque futuri expectatione soliciti.* Terent. in *Andr.* Act. 2. scen. 1. v. 3. & 5. 4. v. 34. *Væ misero mihi, ut animus in spe, atque timore. Vix sum apud me, ita commotus metu, spe.* Ovid. *Epist.* 6. v. 38. *Alternant spes timorque fidem.* & Virgil. ex Horatio, 1. *Epist.* 6. à v. 10. accinit 6. *Æneid.* à v. 733.

Iuncta timori.

Senec.

Virgil. *Hinc metuunt, cupiumque, dolent, gaudent.*

Hoc intuitu interdùm Sperare accipitur pro Timere. Judith. 13. 15. *Sperabam eam iam non esse venturã.* Prov. 29. 20. *Stultitia magis speranda est, quam correctio.* Tert.

de

de Cultu fœminar. cap. 2. *Speremus, nos quoque delinquere*: quod quidem regerit ſæpe. Plutarch. in *Cæſar.* inquit: *Satius eſt ſemel mori; quàm ſemper ſperare*: Ideſt timere ſemper. Petron. in *Satyr.* pag. 70. *Quicquid meruerunt ſemper expectant.* Terent. d. Act. 2. ſcen. 3. v. 21. *Quod tu ſperes, propulſabo facilè.* Publ. Syr. in *Mimis*, pariter: *Ab ſperes, alteri quod feceris.* Senec. in *Hercul. furent.* v. 161. & in *Thebaid.* v. 516. Alijque plures videndi apud Henric. Steph. lib. 2. *Schediaſm.* 22. & La-Zerd. in illud Virgil. 1. *Æneid.* v. 547. & 4. v. 419.

Sperare pro timere.

At ſperate Deos memores fandi atque nefandi.
Hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Virgilius.

3 Spem deſcribit Tibullus *lib.* 2. Eleg. 6. à v. 19. Effectus, Ovidius, 1. de *Pont.* Eleg. 7. à v. 30. Imagines oſtendi varias ex varijs AA. in *Ephemer.* 1. *Auguſt.* At huc ſervavi illuſtriorem ex Dardano *Epigramm.* in Spem, apud Delr. in *Hippolyt. Senec.* v. 631. & Claud. Minoën in Alciat. *Emblem.* 44.

Dardan. *Imago Spei.*

Tu quæ ſuſtentas tereti veſtigia ligno,
Eſne Dea? An noſtro ſanguine creta? Dea
Unde ſata? Ex cæca rerum caligine, & ecqua,
Admovit nutrix ubera? Creaulitas.
Et quinam à tergo plaudunt tibi? Gaudia. Dic quis
Pallidulo ſemper te præit ore? Timor.
Suſpicis intento cur cœlum lumine? Tandem
Hinc dabitur votis meta ſuprema meis.
Fare, age, quæ vultus deturpat cauſa ſerenos?
Excrucior, quoties irrita vota cadunt.
Cur titubas pedibus? Rerum eſt ſpes lubrica: ſæpe
Quod puto complecti, labitur è manibus.

Haud poſſum omittere obſervationem Maioli. Poſtquàm è pyxide Pandotæ avolarunt gaudia, ubi hominibus cum ſpe reſederunt infortunia; *addiderunt huic figmento* (inquit, ex Pherecyde de *Nuptijs Iunon.* lib. 10. *Tom.* 2. *Coll.* 1.) *Spem iacuiſſe in fundo crateris, depreſſam à reliquis malis, quæ cùm celeriter revolaſſent, Spes miſera ponidere defatigata, non potuit ſe expedire, ut foràs prodiret: ſpeſque incluſa in cœlum deportata eſt: mortaleſque poſteà calamitosè afflicti ſunt, nulla ſpe ſibi relicta.* Duo documenta latitant in fabula: primum, ni homines aſcendant in cœlum volante corde, numquàm poſſe à malis urgentibus liberari. Deinde, reſpicere cœlum, unde veniet defatigatis auxilium; quippe ibi uſque veniret in carne, erat ſpes ſublevaminis pœna: ibi ſpes, ut homines reſpicerent ibi, unde veniret in gratiam, & ponerent in Deo verſus gaudium ſpem ſuam.

Cur Spes evolavit in cœlum?

Maiol. *Verbum incarnandum ſpes hominum.*

3 Spes pro re ſperata metominicè ſumitur, ſive motus in finem pro fine, vel actio pro ſubiecto. *Spectantes beatam ſpem*: ideſt, beatitudinem. Tit. 2. 13. de quo infrà, *n.* 38. *Spem iuſtitiæ expectantes.* Galat. 5. 5. *Quæ ſit ſpes vocationis, & quæ divitiæ gloriæ hæreditatis eius in Sanctis.* Epheſ. 1. 18. *Propter ſpem, quæ repoſita eſt vobis in cœlis.* Coleſſ. 1. 5. Hinc Deus dicitur *Expectatio Iſraël.* Ierem. 14. 8. & 17. 13. *Pſalm.* 38. 8. & 90. 9. Ita Chriſtus dictus *Deſiderium collium æternorum*, Geneſ. 49. 26. *Ipſe erit expectatio Gentium*: v. 10. Sic paſsivè: activè verò cùm dicit Paulus, 1. Cor. 1. 30. *In Chriſtus Ieſu, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia, & ſanctificatio & redemptio*: hoc eſt, factus eſt noſter doctor, iuſtificator, ſanctificator, & redemptor: per Heteroſim. Hebræi enim ad expreſsionem rei vel affectus, utuntur abſtractis pro concretis, uti Oſee, 5. 2. *Laqueus facti eſtis ſpeculationi*: ideſt, ſpeculatori. Ezech. 9. 1. *Appropinquaverunt viſitationes urbis*: nimirùm, Viſitatores. Ita dicit Paulus, Coloſſ. 1. 16. *Sive Throni, ſive Dominationes, ſive Principatus, ſive Poteſtates.* Etiam ſtylus apud Euripid. in Iphigen. in *Tauric.* v. 951. *Silentium fecit me*: putà, ſilentem. Claudian. 1. in *Eutrop.* v. 329. *Virginitas Veſtalis adit*: pro Virginibus veſtalibus. Vide Alberic. Gentilem, *Lect. in Virgil.* cap. 14. & fectiva apud Plaut. in *Caſin.* tot. Act. 4. Aliqua ſignavimus, *Tom.* 4. *Tautolog.* 3. *n.* 36. 8. *n.* 8. & *Tom.* 5. *T.* 10. *n.* 20. Idiotiſmus etiam eſt inter Hebræos in propoſitum præfatum, nomina adiectiva terminare in *Billis*; ita ut eluceat cauſa, ubi oſtenditur effectus. Chriſtus dicitur *Deſideratus cunctis Gentibus*: Agg. 2. 8. & ab Sponſa, *Totus deſiderabilis*: Cantic. 5. 16. De Salomone, 2. Reg. 12. à 24. *Dominus dilexit eum, & vocavit nomen eius Amabilis Domino.* Ezechiel. 24. 16. *Deſiderabile oculorum tuorum.* Daniel. 10. *Panem deſiderabilem non comedi.* Utuntur phraſi

Metonymia Tit. 2, 13.

Spei pro re ſperata.

Heteroſis.

Adiectiva pro nominibus in bilis.

Daniel. 9. 23. Ovid. 2. *Metam.* fab. 9. *Indebitato* (ait) *traiecit pectora telo*: & lib. 6. *fabul.* 6. *Non evitabile telum*: Hoc in ſenſu plauditur, cap. 9. 23. 10. 11. & 19. Daniel, *Vir deſideriorum*: Symmach. legit: *Deſiderabilis*: ideſt, dignus pretio, honore, cultu ac dignitate: quod quidem patet ex Hebræo: igitur Geneſ. 27. 15. ubi: *Veſtibus Eſau valdè bonis*, legit: *Veſtibus deſideriorum*: Ideſt, pretioſis, formæ ſcilicèt elegantis. Adi Maluend. Sic ergo beata dici poteſt ſpes: q. d. expectantes beatitudinem expectabilem quippe ſpes ſignatur ipſa expectata ſperata beatitudo.

Pſalm. 141 6. 5 Hac enim acceptione dicit David Domino: *Tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium*: Genebrard. *In terra Sanctorum*: nimirùm ſi portio beatitudo, dicitur ſpes quod ſperatur. Vel gloriæ ſpes tranſit adhuc in hac vita in optatam beatitudinis portionem; quia ſine formidine ſecurus obtinebit beatitudinem. Ita ſpes non ſpes ſed portio; quoniam ubi ſpes ſine timore ſignatur ſuperſpes: quoquidem delicantur plura teſtimonia Pſalmi 118. *In verbum tuum ſuperſperavi*. Eſt ſpes, ubi timor. Ideo cor ardet & alget.

Quid ſuperſpes?

Pſalm. 118 43. 74. 81. 114 & 147

Heſius. *Et ſimul in ſpeculo frigus & ardor erant.*

Ut ait Heſius præfat, in *Emblem.* de Spe. Superſpes ubi perfecta charitas foràs mittit timorem. Idem *Emblem.* 10.

Idem. ——*Spes, & metus,*
Gemellus uno natus ex utero puer,
Simul educantur: mentis illa filia eſt:
Hic corporis propago. Sinceram cupis
Spem poſſideret? Corpus obſcurum excute.

Et unde eius exceſſus? Haud in ſuperſpe formido de amiſsione vel de amiſsibilitate boni abſentis; & propter amorem divinæ adoptionis, & propter certitudinem promiſsionis, & propter poteſtatem remunerantis. Alijs terminis Bernard. de *Diverſ.* ſerm. 45. n. 5. *De fide præceptorum oritur ſpes veniæ, de fide ſignorum ſpes gratiæ, de fide promiſſorum ſpes gloriæ.* Quæ gloriæ, dicitur, ut vidimus, *Beata ſpes.* Teſtimonium (eſtò ſine violentia interpretari poſſumus vel per Hendiadym, beatitudinem ſcilicèt ſpei, aut ſpem beatitudinis; vel per Hypallagen, quaſi ſperatam beatitudinem ac gloriam) aptiùs dilucidatur, uſurpato motu pro obiecto motus, nimirùm, quia res ſpectata dicitur ſpes: quo ſenſu Nazianzenus Tragœd. de *Chriſt. patient.* inquit: *Sperata ut eſt ſpes.* Phraſem iterat Plaut. in *Mercator.* Act. 3. ſcen. 4. v. 13. & 5. 2. v. 2.

Bernard. Tit. ubi ſup

Hendiadys & Hypallage

Greg. Naz.

Plaut. *Spem ſperatam obtuliſti mihi: gratias ago.*

Quod quidem, ut ſonat, implicat, & nequit eſſe; ni voce ſpei, quod ſperatur, ſignetur: quare intelligendum per ſpem ſperatam felicitatem, gloriam, aut fortunam.

6 Spes beata dicitur non paſsivè, ſed activè; quippe nos beat, ac feliciſsimos facit. Unde Paulus haud aliter vocat Chriſtum *Spem gloriæ*: Coloſſ. 1. 27. Hinc que hæccine ſpes inſignitur gaudium ante gaudium. *Spe gaudentes*: Rom. 11. 12. quippe cauſa gaudij (de huiuſmodi ſchemate egimus latè, *Tautolog.* 4. *n.* 26.) & quamvis gaudium ſit de poſſeſsione præſentis boni, pridem ſperati & expectati; quæ ſperatur ſumma felicitatis, dicitur gaudium propter certitudinem beatitudinis. *Gloriamur in ſpe gloriæ*: Rom. 5. 2. Victoria dicitur victoriæ cauſa. Ita ſpes gaudium ante gaudium: gaudium ſanè ex motu in terminum, & ex termino. Debet in ſpe qui arat, arare. Fructus eius ſunt in radice, uti latent in arbore. *Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.* Rom. 8. 19. Apparebunt dato tempore, tandem, tandem. Sic ſpes non confundit, nec confunditur, quia infundit fiduciam in quo invenitur: per hanc enim Spiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quòd ſumus filij Dei. *Spes iuſtorum lætitia.* Prov. 10. 28. Quid terminus? *ſignanter dicitur Expectatio* (ſubdit Caietan.) *non ſolùm ad excludendam velleitatem, quæ eſt etiam impoſsibilium; ſed etiam deſiderium dubij adhuc hominis de futuro bono* (En ſuperſpes) *Expectatio eſt hominis certificati de futuro bono. Non de qualicumque expectatione, ſed de anxia expectatione loquitur Paulus; ut ex ipſa anxietate maximam vehementiam expectationis deſcribat: expectatio namque anxia importat tam vehemens deſiderium, ut ſemper ſeipſam ſolicitet.* Sic dicitur, ut apud Paulum, *Expectatio, expectat*; à Salomone, *Expectatio præſtolantis.* Res expectata debet ſumi nomine expectationis: igitur expectat quod expectat, tamquàm gemmam pretioſam. *Gemma pretioſa expectatio præſtolantis.* In ſpe dubium acquiſitionis eſt, nequaquàm in expectatione; quia ſperaret, & non expectaret, quiſquis expectando ambigeret: expectatioque ſuppoſitâ ſpe, datur de poſſeſsione voti; quippequàm, ut ait Syrus;

Cauſa pro effectu.

Cur ſpes certa dicitur gaudium?

Rom. 8. 19

Caietan.

Prov. 17. 8

Spes gloriæ gemma pretioſa.

rus: *Qui præmia futura fideliter expectat, quasi gemmæ splendidissimæ possessione lætatur.* Sed unde lætitia, si ex expectatione mœror? Dixit Hesius d. *Emblem.* 12. Ut in gemma pretiosa. Syr.

Spes affulsit, & fecit diem
Etiam in tenebris.

7 In huiusmodi geminationibus emphaticis (ubi pro creatura dicitur quod *expectat expectatio*, quæ in præstolante invenitur; cùm in expectante expectatio supponatur) more Hebræo exponitur anxietas spei: qua propter non dicitur Græce absolutè *Expectatio*, sed *Apocaradochia*, quod sonat expectationem anxiam atque solicitam: etenim illa non expectat; at qui expectat solicitè, dicitur illa; in indicem anxietatis & œstrum expectationis: res est soliciti plena timoris amor. Expectant creaturæ, quæ *Expectatio* iurè dicuntur; igitur *ita avidè hanc gloriam expectant, ut videantur esse ipsa expectatio.* Alapid. hìc. Talis est quisque qualis eius dilectio. *Sicut amamus, ita & sumus*: inquit Cyrill. 1. *Apolog.* cap. 9. *Dij estis*: David hominibus dicit. Quod natura negavit, amor concessit. Deus charitas est: conversatioque in cœlis obtinetur modo ab humana natura, si sursùm corda. Hesius. Alapid. Cyrill. Psalm.

Sensibus ereptis mens excidit? Atqui ego certè.
Ut ibi tunc toto pectore solicitus.

Accinit Catullus, *Epigram.* 67. v. 24. Iccircò, ut dudùm vidimus, Daniel signatur *Vir desideriorum*, quasi qui ardentissimè aliquid desiderans: igitur ita flagrabat in votum, ut converteretur totus in desiderium. Patet in sacris ad literam expositio: *Desiderium pauperum exaudivit Dominus*: Psalm. 9. 17. Non desiderantem pauperem, sed eius desiderij Dominus audivit vocem? Emphasis est. Desiderantem audivit, & desiderium in desiderante ostendit; quippe ita premebat angustia, ut pro levamine afflictus transiret in desideria. Vir ego est desideriorum, qui vehementissimè aliquid apperit, eiusque in desiderando aviditas in voce *Vir* cognoscitur per vocem, cui iungitur: ut *vir sanguinum, vir dolorum*, & cætera, de quo egimus hìc *Tautolog.* 1. *n.* 17. & *Tom.* 5. *T.* 2. *n.* 37. Quid mirum, pro *Creatura*, quod expectatio expectet, dum creatura præ aviditate transit in expectationem? Hac enim de causa ut vidimus *num.* 4. Paulus utitur *Abstracto*, quasi pro superlativo. Adi etiam, *Tom.* 3. *T.* 9. *n.* 33. 4. *T.* 3. *n.* 36. & 5. *T.* 8. *n.* 14. Catull. Ubi supra. Psal. 9. 17. *Homo convertitur in ea, quæ cupit.*

8 In testimoniorum delicationem clariorem, opere duxi, exponere discrimen spei & expectationis; quæ aliquando simul inveniuntur in Sacra pagina. *Secundum expectationem & spem*: dicit Paulus, Philipp. 1. 20. patet enim aliud esse sperare & aliud expectare: haud secundum Hispanismum, quo promiscuè sine discretione dicimus: *Aguarda me aqui, esperame aqui*; sed secundum verborum proprietatem, qua sæpe utitur Scriptura. Pro mansione, Gen. 22. 5. *Expectate hìc.* Idem, *Exod.* 24. 14. & alibi passim. Pro spe, *E cœlo ista possideo, sed ab ipso me ea recepturum spero*: & alia obvia. Senec. *Epist.* 10. *Vide itaque quid de te sperem, imò quid spondeam mihi*: *Spes enim incerti boni nomen est.* Ergo expectatio certi boni. Expectatur, quod securè possidebitur; speratur verò quo falli potest spes: quit enim adesse & etiam abesse, quod longè ab expectatione; quippequàm dumtaxàt obex in tempore: unde spes cum formidine propter incertitudinem boni: sine timore expectatio; qua propter dicitur ab *spectare*, hoc est, oculos attollere, an venturum veniat, quin dubitet, an venturum. Ni fallor, spes est in apprehensione sperantis, expectatio in ignorantia temporis. Spes in animo, expectatio in assensu: equidem spes credit ut possibile bonum, expectatio verò uti futurum. Fidem supponunt, aliter tamen & aliter; ut bonum afficiat diversimodò cor secundum expectationem & spem. Philip. 1. 20. *Discrimen spei & expectationis.* Senec.

9 Donatus super illud Terentij in *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. v. 114. *Me expectes, me speres*, infit: *Cum expectes iam dixerit; quid sibi vult iterum me Speres? Inter Spem & Expectationem hoc interest, quia expectatio certorum est: spes verò incertorum. Expectatio propinquarum rerum: spes longinquarum. Expectatio destinat tempus, spes non destinat.* In *Andr.* Act. 2. scen. 6. n. 4. subdit: *Expectamus tam bona, quam mala: speramus bona.* Contra huiusmodi discrimina D. Thom. in 3. *distinct.* 26. *quæst.* 1. *art.* 3. *ad* 1. inquit: *Spes habet suprà expectationem certitudinem.* Loquitur profectò de spe theologica, haud absolutè de spe, quæ concipi valet sine expectatione: theologica, verò haudquaquàm; quia spes non confundit, propter charitatem infusam divinitùs in cordibus nostris. Promiscuè ab AA. huiusmodi voces usurpantur. *Expectate venis?* Donat. D. Thom.

Virg. 2. *Æneid.* v. 283. & *lib.* 8. v. 38. Ideſt, deſideratus, acceptâ expectatione pro deſiderio. A Plauto in *Stich.* Act. 2. ſcen. 2. v. 10. expectatio accipitur pro ſpe; unde *Miſera* vocatur, quæ ſæpe in deſperationem deſinit: idem in *Moſtellar.* Act. 2. ſcen. 1. a vetſ. 2.

Plaut. *Me periſſe: occidit ſpes mea, nuſquàm locus confidentiæ;*
Nec ſalus nobis ſaluti iam eſſe, ſi cupiat, poteſt.

Aſſentior acceptioni præfatæ, quatenùs ſpes de re ſit, expectatio de tempore, & utraque de bono. *Bona in ſpe & expectatione*: ait Chryſoſt. Homil. 57. in *Matth.* Hinc ſalus Pauli *ſecundum expectationem & ſpem; quia in nullo confundar* (ſubdit) *ſed in omni fiducia, ſicut ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus.* Dato tempore, bonum de quo ſpes, obtinendum, quin confundatur ſperando, aut expectando. Non ſperando, quippe *ſpes firma*: 2. *Cor.* 1. 7. nec expectando, quia *Deus fidelis eſt*: 1. Theſſ. 5. 24. Non qualem qualen ſpem & expectationem ſignat Paulus, ſed ſalutem vehementer ſperatam, & vehementer concupitam. *Speratam* propter merita ex gratia cum illo laborante, aliàs eſſet præſumptio: ut ait Bernar. ſerm. 1. n. 2. de *Verb. Domin. in ult. cœna.* Deinde *Concupitam*, propter dilationem, dum cupiebat diſſolvi, & eſſe cum Chriſto. D. Th. 2. 2. *q.* 17. *art.* 5. *ad* 3. diſtinguit expectationem ſpei & expectationem longanimitatis, de quâ *n.* 12. Spei expectatio dicitur de firmitate in ſpe gloriæ reſpectu divini auxilij: quaſi ſenſus, *Secundum expectationem & ſpem*, ſit; Speratur à me gloria, mediante ac auxiliante divinâ gratiâ. Sat in diſcrimen utriuſque.

Chryſoſt.

Cur Paulus in ſalutem, ſpem ſignat & expectationem?

10 Iam non anceps articulus noſtræ principalis Tautologiæ, cuius teſtimonium, *Expectans expectavi Dominum.* Huiuſmodi periodus ab Ambroſio, ac D. Thom. accipitur de Propheta incarnationé filij Dei optante; cuius egregia facta in ipſo contextu non ſolùm obumbrantur, ſed prædicuntur: imo ob firmitatem de monſtrantur ut præſentia, quæ omninò futura. Ita obſervat Doctor Gentium, decerpitque ex ipſo Pſalmo: *Ideo ingrediens in mundum, dicit: Hoſtiam & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi: holocauſtomata pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio: in capite libri ſcriptum eſt de me*, &c. Hebr. 10. à 5. Sic igitur non petitur incarnatio, quæ iam promiſſa ſupponitur; ſed optatur, & quod citò, quantocyùs fiat. Quare Propheta de incarnatione, fide conceptâ, dicit: *Expectans expectavi*: quoniam venturi (quippe mittendus) expectabat adventum. In periodo res ſignatur expectata, & modus expectandi. Res expectata, *Expectavi Dominum.* Modus, *Expectans expectavi.* Dominus res expectata, in quem iam directa ſpes; ſed dato tempore, in conſummatione ſæculorum, in plenitudine temporum. Unde Paulus Hebr. 1. 2. *Noviſſimè* (ait) *diebus iſtis locutus eſt nobis in filio.* Dum miſit Deus filium in inferiores partes terræ, in ſimilitudinem hominum factum: quo ſtudio addit Propheta: *Et intendit mihi*: Hebr. *Et extendit ad me.* Maluend. *Inclinatus eſt ad me*: *declinavit.* Appoſitè, cùm formam ſervi accepit, & ſemetipſum exinanivit. Syr. *Et divertit ad me.* Ad eſſe hominem filius Dei inclinavit cœlos & deſcendit; ut hominem educeret de lacu miſeriæ, & de luto fæcis. *Inclinatus divertit ad me.* Signanter ad ſe Propheta connotat inclinationem, haud abſolutè præut omnis creatura ingemiſcebat expectans adventum magni Dei, Salvatoris N. Ieſu-Chriſti; ſed quia homo factus ex ſemine David ſecundum carnem. Sic non ſolùm in generali expectatione homini, ſed ſingillatim dicit Propheta, *Mihi*: igitur futurus filius David, & vocandus.

Pſal. 39. 2.

Hebr. 1. 2.

Felicitas quanta domui Davidis?

11 Hoc namque erat tota generis ſolicitudo, & univerſalis expectatio, pro quo uti ſingulariſſima gratia, & ut eſſent felicia, certabant ſæcula; etenim dum ita lapſus violentia afflicta pectora gravat, expectatio creaturæ revelationem filij Dei expectat. Quippini ſolicitudo & anxietas propter gravamen terrenæ humanæ miſeriæ, propter abundantiam gratiæ, ac propter gaudium felicitſimum gloriæ. Conſulesis D. Thom. *Opuſc.* 60. Hominum ſanè felicitas, ſummave felicitatis; ſed amplior expectationi Davidis. 2. Reg. 23. 1. *Dixit David: dicit vir, cui conſtitutum eſt de Chriſto Dei Iacob:. Nec tanta eſt domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus, atque munitum.* 1. Paralip. 17. 16. *Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, ut præſtares mihi talia? Sed & hoc parum viſum eſt in conſpectu tuo: ideoque locutus es ſuper domum ſervi tui etiam in futurum: & feciſti me ſpectabilem ſuper omnes homines Domine Deus.* Ex verbis præfati Pſalmi, & 47. 15. *Iſai.* 25. 4. & *Exod.* 15. 2. ubi: *Iſte Deus meus, & glorificabo eum*; Talmudiſtæ in *Midras Thehillim*, Deum aliquando viſibilem, & digito demonſtrandum, aſſerunt: ita ut Gentiles, qui

Quæ bona ex Verbi incarnatione?

Prima expoſitio.

co-

colunt visibiles Deos, non exprobrent: *Ubi est Deus eorum?* Vide Galatin. de *Arcan.* lib. 3. cap. 27. Hoc expectabat David, sicut cæteri fide imbuti; sed illi avidior in expectatione expectatus scopus, quippe magis in communi felicitate dignandus: ut illum extollant (& ut accinit Iuvenc. 3. *Histor. Evangel.* v. 640.)

Proclamentque omnes Davidis origine creto. Iuven.

12 Hæc de re expectata, quæ ut vidimus, dicitur etiam expectatio Gentium. Verùm cùm additur geminatio; aliquid insinuatur de modo expectandi, quia non *expectavit* utcumquè Regius Psaltes, sed *expectans*. Expectabat solidâ spe, firmissima, viva ac vivaci, assensu in promissionem à Deo factam. At dum expectans expectabat, tempus adventus signat, & modum expectationis expectatæ felicitatis: quatenus expectando non quievit, sed anxiùs, quò magis differebatur, expectatione expectavit; quin diuturnitas frangeret expectationem conceptam, cùm spes quæ differtur affligat animam. Expectans expectavit, ostendens & spem perseverantem, sed expectationis avidè continuationem: etenim licèt quod optabat cupienti tardaret, animum non despondit; sed expectando expectavit. *Adhuc visus procul, apparebit in finem, & non mentietur: si moram fecerit, expecta illum; quia veniens veniet & non tardabit.* Habac. 2. 3. de quo hìc *Tautolog. 9.* Modus expectationis iuxta Caietan. *Animi spe, solicitudine & expeditione, quæ decet expectantes.* Augustin. hìc etiam: *Expectantes expectamus* (ait) *dum mites aliquid magno desiderio sustinemus.* Unde Paulus: *Patientiam & spem habeamus*: Rom. 15. 4. Charitas omnia credit credenda, sperat speranda, & expectat in patientia. Omnis qui piè tolerat, rectè credit: & omnis qui rectè credit, aliquid sperat: & qui sperat, sustinet, ne à spe cadat. Ita bonum in desiderium urget, ut spes etiam expectando expectet. Obvia acceptio in sacris, patientiæ ac tolerantiæ pro expectatione. *Invisibilem enim tamquàm videns sustinuit*: dicitur de Moise, Hebr. 11. 27. Ideſt, expectavit. Idem, *Tob.* 5. 9. & 11. 14. *Psalm.* 24. 3. & 26. 14. Ita in præsenti Davidis testimonio, *Expectans expectavi*, legit Augustin. *Sustinens sustinui Dominum.*

Expositio secunda.

Expectatio in spe pro spei firmitate Caietan.

Augustin.

Expectatio pro tolerantia.

13 Igitur acceptione haccine intelligenda est Dei patientia, abusivè, seu metaphoricè. *Dominus patienter expectat*: 2. Machab. 6. 14. haud quia Deus habeat patientiam, præut fronte serenâ fortiter adversa toleret. Quis resistet ei? sed quia cùm ad expectationem patientia necessaria sit, ut reportentur promissiones (*Hebr.* 10. 36.) dum expectat conversionem peccatorum, sustinere illos dicitur: quod verè benignitas, seu magnanimitas est. *An divitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit?* Invenitur acceptio, *Isai.* 25. 9. *Psalm.* 129. 3. 4. N. Glorioſus Patriarcha, Prolog. *Regul. Sanct.* divis. 4. infit: *Ideo nobis propter emendationem malorum huius dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apostolo: An nescis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?* Augustin. in præs. Tautolog. subdit: *Simul sustineamus: quem nisi Dominum, qui promissa non aufert, sed differt?* Idem tolerantia & expectatio, cuius solatium spes: equidem cùm nostrum non sit, nosse tempora vel momenta, quæ Pater cœlestis posuit in sua potestate; toleratur absentia boni, frustraturque expectationis votum, quippe tempus collationi necdum impletum: angiturque animus expectando, attollitque oculos, unde veniet auxilium, & satagenti solatium; uti dicitur de uxore Tobiæ, cap. 11. 5. *Anna sedebat secus viam quotidiè in supercilio montis, unde respicere poterat de longinquo.* Hinc cum res promissa sit, sed non tempus promissionis, nemoque sciat consilium Dei, nec tempus statutum ad donum promissum; expectat & expectat, ideſt continuò expectat, an ita felix ut possit dicere cum Simeone: *Viderunt oculi mei salutare tuum*: Luc. 2. 30. Dulcedine spei animus in votum fertur, sed expectatio frustratur; quia non est tempus, vitaque deficit in gemitibus. Hesius d. *Embl.* 30.

Quid in Dei patientia?

Rom. 2. 4.

S. Bened.

Augustin.

Tertia expositio.

Mea me deorsùm vita, spes sursùm rapit,
Mea vita me consumit, & semper magis
Ad ima ducit: spiritus sursùm erigit,
Speransque sursùm, spirat.
Longævis spes sæpè Deo disiungitur annis;
Vita nocet. Felix qui caruisse potest.

Hesius.

Hinc angor, quia animus spe ductus, & expectans cœlum quærit, & cœlum toto vitæ tempore expectando non invenit.

14 Ex Tautologia constat. Gaudenti Davidi de incarnationis spe, blandiebatur expectatio, quasi suo tempore ventura felicitas, ac in terra videnda tota cœli maiestas.

Ita

Quarta expositio. Intendit Dominus eius voto quoad incarnationem, sumptâ carne ex eius semine; sed non intendit quoad optantis volitum tempus, quippe in novissimis diebus constitutum. David expectabat, præut conceperat, & expectans expectabat, vitâ deficiente in ipsa felicitatis expectatione. Hoccine proposito dicit eius adventum expectantibus Dominus: *Expecta, reexpecta: expecta reexpecta*: ut in cunctorum cordibus gliscceret desiderium, ac anxia solicitudo, cum quibus spe nihilominùs firmâ Patres Antiqui suis in temporibus confusi ab expectatione; quippe in aliud tempus, cum veniisset plenitudo, decreta divini Verbi incarnatio. *Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes.* Hebr. 11. 13. Expectabant, & reexpectabant. Describit Ovid. *Epist.* 2. à v. 98.

Isai. 28. 13.

Ovid.

——— *Fase expectes:*
Expectem qui me numquàm visurus abisti?
Expectem pelago vela negata meo?
Et tamen expecto, redeas modò serus amanti,
Ut tua sit solo tempore lapsa fides.

Cuncti de felicitate soliciti, & ita avidum ac pavidum ex ipsa anxietate cor; donec veniat qui mittendus est. Ad rem Plaut. in *Cistellar.* Act. 5. v. 9.

Plaut.

Ne expectetis expectatores. Nunc ad vos expectatores:
Reliquum relinquitur.

Haud aliter qui expectantes venturum in carne Dominum decesserunt: Sperate expectatores, sed ne diebus vestris, quod avidè speratis, expectetis. Expectatio in spe usque in finem vitæ datur. Sperate in Domino, dicentes: Quis ostendet nobis bona? Sperate: reliquum relinquitur. Quandiù permanet vita, viget expectatio de spe concepta: deficit expectatio cadente vitâ, ex cuius defectu crescit spes; quia non solùm speramus in Deo, sed ipsum Deum, ut ait Bernard. in Psalm. *Qui habitat*, serm. 9. n. 8. *Eò quòd singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis; non modò nihil sperare nisi ab eo, sed nil quærere nisi eum.* Manet spes, quæ iam *Superspes*, ut diximus *num.* 5. evanidâ præ tempore expectatione: equidem ut inquit Guerricus in *Advent. Domin.* serm. 1. *num.* 1. in vita spe conservatâ ad votum, *verè expectatio expectantium.*

Quinta expositio.

Bernard.

Psal. 118. d

Senec.

15 Nonnulli periodum accipiunt per epitasim, præut expectatio geminata, affectus magnitudinem indicat, intensionem, seu extensionem. *Est enim bonarum rerum solicita expectatio*: ait Senec. 2. de *Benef.* cap. 5. Hinc in textum pleonasmicum Genebr. subdit: *Expectans expectavi. Vehementi desiderio & solicitè præstolatus sum Dominum. Hæc enim repetitio ad auxesim.* Maluend. *Expectare expectavi*, per infinitivum. Augetur enim vis desiderij, dum non solùm exponitur expectatio, sed in ipsa expectatione solicitudo: quare textus per adverbium genuinè delicatur. Moure: *Cum diù expectassem.* Genebr. in præfatum Psalm. 118. v. 74. & 147. *In verbum tuum supersperavi*; legit: *Vehementer speravi. Præ desiderio ardet, languet, concupiscit ardentissimè.* Alapid. *Avidissimè expectat.* Stylo usus Cicero, *Philipp.* 14. *Aviaissimè expectabat civitas.* Helenismus est etiam: etenim apud Homer. 24. *Odyss.* v. 393. *Diu expectamus expectantes semper.* Fit modò exaggeratio participio & verbo, sicut verbo & nomine, uti videbimus, *num.* 23.

Genebr. *Geminatio pro adverbio.* Mour. Genebr. *Sexta expositio.*

16 Ad spem etiam spectat confidentia, quæ à Paulo dicitur *Gloria spei*: Hebr. 3. 6. Vigor enim est animi cedere nesciens. *Ideo quia fiducia importat quoddam robur spei* (infit Angel. Doctor, 2. 2. *quæst.* 129. *art.* 6.) *proveniens ex aliqua cor sideratione, quæ facit vehementem opinionem de bono assequendo; inde est, quòd fiducia ad magnanimitatem pertinet.* Totum amplectitur Doctor Gentium. *Secundum expectationem & spem, in omni fiducia.* Ut quid sit unaquæque, constet; distinguendæ sunt. D. Thom. loc. cit. inquit: *Nomen fiducia ex fide assumptum esse videtur: ad fidem autem pertinet, aliquid & alicui credere: & ideo nomen fiducia hoc principaliter significare videtur; quòd aliquis spem concipiat ex hoc quòd credit verbis alicuius auxilium promittentis: sed quia fides etiam dicitur opinio vehemens; contingit aliquid vehementer opinari, non solum ex eo quòd est ab alio dictum, sed etiam ex hoc, quod est in alio consideratum; inde est, quod fiducia etiam potest dici, qua aliquis spem alicuius rei concipit ex aliquo considerato.* Quid sit spes & expectatio, diximus, n. 9. ita ut spes sit de bono futuro, vel non futuro, sed possibili; expectatio de bono futuro indeterminato tempore: verùm fiducia de bono futuro proximo. Unde dum Magister Angelicus, ut notavimus ibi, dicit: *Spes addit supra expectationem certitudinem*, per Tò *Spes*, fiducia est intelligenda, quæ proximè ha-

Quid fiducia?

D. Thom.

Philipp. 1. 20.

D. Thom.

habet,quicquid ſpe ac expectatione concepit. *Spem non iacentem*:uti dicit Prudentius in *Periſtephan.*v.3552. Alia cogito, ita ut ſpes ſit, qua quis ad id quod credit ſe perventurum,præſumit:expectatio,qua quis credit brevi re ſperatà frui,ſi obicibus careat: fiducia verò ſtatim,vel cum obicibus.*Habebis fiduciam propoſità tibi ſpe,& defoſſus ſecurus dormies*:Iob.11.18.& Plaut.rebus deſperatis,in *Pœnul.*Act.5.ſcen.4.v. 39. ait: *Sperem meà fiduciâ.* *Diſcrimen eius à ſpe & expectatione.*

17 Ergo iam diſcapedinata ſilva pro inſigni Tautologia.De Iuda dicitur:*Machabæus ſemper confidebat cum omni ſpe. Omni ſpe*,ſcilicèt ſummà fiduciâ (accepto adiectivo pro ſuperlativo) eſtò vallatus periculo ingenti,hoſte potentiſsimo Nicanore,priùs amico,modò infeſto. Fiducia ſupponit fidem,cum firma cogitatione auxilij futuri, & exitus felicis inter pericula, quoad apparentiam & ſpeciem felicitati contraria. Non confidentia vana,quæ audax dicitur præſumptio(*Iſai.*16.6. & *Eccli.*37.3.) ſed animus excelſus in urgentiore præſuppoſita preſſura, quaſi in angiportu.*O ingentem confidentiam*!Terent.in *Andr.*Act.5.ſcen.3.v.5.& Plaut.in *Moſtellar.*Act.4.ſcen.1.v. 18.*Spes mihi ſancta ſubvenit*.Quapropter ſpes ſemper comitata timore,fiducia numquàm:concipitur ita firmiter, exituſque fauſtus iuxta votum; ut eventus obicibus ſit felicior,quò cæteris diffidentibus videtur periculoſior. 2 Mach. 15.7. *Fiducia ſine timore.*

—— Spes ſpectari poteſt,
Ubi nulla ſpes videtur.In duro licet
Rigidoque, flammæ ſemen abſtruſum latet:
Sic venis venit è ſilicis ſcintilla recluſis,
Quàque micet ſperes parte favilla micat. Heſius.

Hæſius ſubdit*Emblem.*24.Vel in medijs fluctibus erit ignis,lux in tenebris,exitus aquarum in ſitim iuxta cordis votum,& terra ſine aqua in exitus aquarum.Eſt latitudo cordis, dum apparet exſpes, deſperatis rebus, firmiter victoriam animo pro voto credente, quia ſperans expectat auxilium ut infallibile.Unde ſi ſpes erga bona abſolute; fiducia erga bona,ſed ex malis & inter mala. Ita ergo fiducia quæ ſpes ad magna,non dicitur virtus (illam ſupponit) ſed conditio virtutis: igitur deſperata ſperat, ultra ſpem ut operationes ſine ulla ambiguitate feliciter dirigat.Hoc intuitu ſæpe David, uti vidimus, *num.* 5. & 14. iterat : *Superſperavi* : ſpe itaque erat plenus, dum ſpe videbatur deſtitutus. Similiter Paulus cùm iaceret in vinculis,magnanimitate cordis,ſuper ſpem & expectationem fiduciam,& omnem (ideſt,omninò) fiduciam demonſtrat. *Secundum expectationem, & ſpem; quia in nullo confundar; ſed in omni fiducia ſicut ſemper, & nunc magnificabitur Chriſtus*:qui iuſsit de tenebris lucem ſplendeſcere.Ovid.3.de *Pont.* Eleg.7.v.21. *Quæ ſpei ultra ſpem?* Pſalm.118 d. Ubi ſupra.

Spem iuvet amplecti,qua non iuvat irrita ſemper:
Et fieri cupias,ſi qua futura putes. Ovid.

18 Modò in Iudæ fiduciam.*Machabæus ſemper confidebat cum omni ſpe. Omni* & *Semper* fidei indicat integritatem, & cordis ex fiducia magnitudinem. Solicitudine & anxietate concuſſus (periculo imminente ſequenti luce ex futuro certamine cum Nicanore,qui in eum validiſsimum exercitum ducebat,& cuius virtute capiteludæRegi Syriæ Demetrio blandimen etiam blaſphemus parabat) vidit ſomnium nocte illà, quo ei tradebatur à Ieremia gladius aureus: maneque illuceſcente, claſsicum cecinit aperto Marte cum tribus tantùm armatorum millibus in ingentem multitudinem,ex quibus trigintaquinque millia ceciderunt.Nicanore futiliter glorioſo in exercitus potentia,Iudæ comes ſingularis ac mirabilis fiducia : igitur in angiportu ſine effugio quaſi ad ſpeciem comprehenſus, propter auxilium promiſſum feliciter exiturus. Audaciam habebat ultra ſpem & expectationem in Deo, & in ſe ſub Deo tamen: quippe felix qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Ideo dicitur, *Omnis ſpes.Spes* in Deo, *Omnis* etiam in ſe, etſi ſub Deo. Spes ad victoriam obtinendam, fiducia in malorum expulſionem ad obtinendam victoriam.Spe & fiduciâ,quæ omnis ſpes; quippe ſpes ſine formidine, & ſine expectatione, quaſi eſſet futurum auxilium ſine obice.Fiducia, virtutis conditio, vigebat; qua vel fractis rebus non ſolùm auxilium, ſed è proximo virtuti promptum in trophæum.Iuxta fidem in conflictu confidentis felix exitus,præſentia Dei magnificè delectatus. *Fiducia prò omnimoda ſpes.*

19 Idem propoſitum per Bebæoſim habetur cap.9.22.*Non deſperans memetipſum, ſed ſpem multam habens*:& pro noſtro articulo,cap.7. 40. *Per omnia in Domino confidens*.Quid per *multam ſpem* & per *omnia*,niſi ſpes ultra ſpem,ſine dubitatione,ſine timore, 2.Mach.9. 22.

more, ſine formidine, abſque ullo exitus contrarij metu? Sic rebus deſperatis fiducia: igitur qui fiducialiter agit, nequaquàm rimet. *Duæ res* (ait Senec. *Epiſt.* 94.) *plurimum roboris animo dant, fides veri & fiducia.* Rex Iudæorum erant in extrema tegula, ſed Iudas haud animum deſpondit, ſed in ſpem contra ſpem credidit. Opportunè Ovid. 2. *Triſt.* v. 144.

Senec.

Ovid.

Ipſe licèt ſperare vetes, ſperabimus, atque
Hoc unum fieri, te prohibente, poteſt.
Spes mihi magna ſubeſt, cùm te, mitiſſime Deus:
Spes mihi, reſpicio cùm mea facta, cadit.

Alij, rebus ita dubijs & fluxis in exterminium, caderent animo, ſpe iugulatà: Machabæus tunc auxilia præſtolabatur futura ac proxima; quoniam in ancipiti articulo, ſummà rerum, fovebat magnanimus ſpem, expectationem & fiduciam. Spem ſiccine ſignat Homer. 24. *Iliad.* v. 170. dicens: *Confide mentibus, neque formida.* Euripid. in *Hercul. furent.* v. 105. *Ille optimus vir, qui ſpei ſemper confidit.* Fallitur Martialis, *lib.* 11. *Epigram.* 37. dicens: *Minus gaudent, qui timuere nihil.* Gaudent & præludio gaudij, & gaudio, ſcilicèt certitudine victoriæ & victoria, propter ſpem ſolidam, & infallibilem in certamine fiduciam; quam Plato de *Republ.* lib. 1. vocat *Iucundam ſpem*: Horat. in *Carm. ſæcul.* v. 74. *Certam & bonam*: queis gaviſus Machabæus, exiens vincens ut vinceret: primò accipiens gladium aureum, deinde ſine viribus viriliter reportando triumphum, in ſpe ſingulariter conſtitutus. *Niſi ſperes, quod ſupra ſpem eſt* (dixit Heraclitus apud Reyes-Franco in *Camp. Elyſ.* quæſt. 100.) *non invenies quod inveniri nequit.* Supra ſpem ſurrexit Iudas, cùm exiguas haberet in certamina copias. Eſt ſpes noviſsimis tuis. Ovid. 1. de *Pont.* Eleg. 7. v. 45.

Fiducia, iucunda ſpes.

Plat.

Heraclit.

Ovid.

Quamvis eſt igitur meritis indebita noſtris,
Magna tamen ſpes eſt in bonitate Dei.

Heſiod.

Non vanam ſpem expectans, ut ait Heſiod. de *Dieb.* v. 495. ſed totus in Deo incubuit Iudas certamini; quia qui Numini confiſi, non ſunt confuſi. Sic Iudas oppreſsione levatur,

Prudent.

Sublatus inde, cœlum aduſque tollitur.

Accinit Prudent. d. v. 3556. Spes calcar ad magna: verùm ſi in cogitatione dumtaxàt picta; non ſpes, ſed ſpei colore dolus. Senec. in *Thyeſt.* à v. 290.

Hac ſpe minanti fulmen occurret Iovi:
Hac ſpe ſubibit gurgitis tumidi minas:
Hac ſpe, quod eſſe maximum videtur malum,
Fratrem videbit. Credula ſpes improba.

Senec.

Non improba Iudæ, ſed firmiſsima, quaſi iam videret, quod viſurus, cum omni fiducia, ex ſpe concepta in ſomno, & expectatione de craſtino triumpho, quo expectans expectavit: ut pateret ex cordis fiducia, quàm utilis in Domino confidentia. Crucius in *Pſalm.* 117. accinit:

Finitimæ coeant ſigna in contraria gentes,
Sternam favente ſolus omnes Numine.

Cruc.

20 Ex affectionibus iraſcibilis tranſeundum in paſsiones concupiſcibilis, nimirùm ab ſpe in deſiderium & cupiditatem. Obiectum enim ſpei eſt bonum propriè loquendo, quo differt à timore, qui propriè apprehenſio de malo: licèt Plato quò ſuprà, vocet ſpem, quæ commodum præcedit; & quæ incommodum, timorem. Spei etiam debet eſſe bonum futurum (aliàs non eſſet ſpes ſed gaudium) ſicut arduum ex ſe, in poſſeſsionem; quippe ni, eſſet deſiderium quod nullatenùs connotat in bono difficultatem. Vid. D. Thom. 1. 2. *quæſt.* 40. *art.* 1. & 5. De deſiderio plures occurrunt Tautologiæ, ſive eiſdem, ſive diverſis vocibus. *Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam manus eius operari: tota die concupiſcit & deſiderat.* Strictè hìc Delr. in *Adag.* Et alij, huiuſmodi ingeminatum deſiderium ſeu cupiditatem accipiunt deſiderium propter deſiderium; quod quidem in homine irrationalis veſtigium, & vel in fatuo fatuum: equidem cùm deſiderium præ amore commodi ſit tendentia in aliquod bonum, movès animum in eius poſſeſsionem, piger expes cum ſpe deſiderat concupiſcès commodum, quin præ ſocordia deſiderij ſolicitet terminum. Ita David dicit: *Concupierunt concupiſcentiam.* Noluerunt quicquam manus eius operari. Stat ſic, ut ſic ſtet: expectat ut cuncta in deſiderium per ſe fiant; quin in facto quid prò deſiderio faciat. *Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam*: ibid. 19. 24. Marian.

Prov. 21. 26.

Pſal. 105. 14.

Con-

Condit sub vestem palmam piger, atque sub alam
Vixque ori admota est in fame pigra manus.

Mariani.

Laborem cogitat, estò sit in os mittere cibum: os aperit sed non implet. Vernaculè: *Se queda con la boca abierta.* Suspensus ora tenet, peritque fame; quia vult comedere, & comedere non vult; ore aperto; cæterùm *manus in manu.* Ibid. 11.21.

Pigritia quam stupida!

21 Florida in descriptionem huiusmodi desidiæ, fatuissimi desiderij, Poetæ Græci cogitarunt festivi. Plura Athenæus *lib.6.* in fin. Nicophontes in *Sirenib.* interprete Dalecampio, inquit.

Ningat polentis, roreſcat panibus,
Pluat pulte: per vias iusculum
Devolvatur cum carnibus.
Placenta se mandi iubeat.

Nicophi.

Astipulatur Pherecrates in *Metallic.* & Cratetes in *Bestijs.*

Sponte omnia facilèque adveniebant,
Vel in gulam mortuorum subibant
Assi tardi, & adhuc ferventes, conditi
Circa os volitabant, deglutiri se supplicantes;
Sub myrti fronde & dispersis anemonis,
Mala pendebant aspectu eximia.
Plenos calices atro & odorato vino
Per infundibulum bibere volentibus.
Horum omnium quidpiam si biberit,
Continuò rursus duplo copiosius redit;
Cunctorum quæ vocabitis accedet,
Apponetque seipsum ad votum.
Heus mensa instrue teipsam:
Mortariolum placentam pinse:
Cyathe vinum effunde:
Ascende maza: huc ades piscis.

Pherecrat.

Nugæ in blandimen focordiæ.

Cratet.

Alia missa ex alijs facio, quippe eiusdem furfuris, videnda apud Delr. Tom. 2. *Adag.* 211. & 222. Adi dicta *Tom.4.T.11.n.12.* de felicitate aureæ ætatis sub Saturno. Tantùm præmitto pro moribus, hæceine in inferno ab Ethnicis fingi, in blandimina focordiæ: etenim si homines haberent ad votum, nihili ducerent præcipitari in infernum.

22 Alij non præ desidia, sed pro auctoramine maiestatis, quasi dedecus esset, in natura æquari cæteris; arbitrantur, quid per se facere, vulnus excellentiæ, habentque pigritiam ampliorem affectione seu affectatione pigritiæ. *Multarum quidem rerum oblivionem sentiunt* (infit Senec. *Brevitat. vit.* cap. 12.) *sed multarum & imitantur. Quædam vitia illos, quasi felicitatis argumenta delectant: nimis humilis & contempti hominis esse videtur, scire quid faciat.* Exemplum ibi signat, & censuram. *Hos quando lavari debeant, quando cœnare, alius admonet: & usque eò nimio delicati languore animi solvuntur; ut per se scire non possint, an esuriant. Audio quendam ex delicatis* (*si modò deliciæ dicendæ sunt, vitam & consuetudinem humanam dediscere*) *cum ex balneo inter manus elatus, & in sella positus esset; dixisse interrogando, Iam sedeo? Hunc tu ignorantem an sedeat, putas scire, an vivat, an videat, an otiosus sit? Non facilè dixerim, utrùm magis miserear, si hoc ignoravit, an si se ignorare finxit.* Facùl insensatus (si virginis quateretur) sensum ostenderet; tunc interrogatus, an sentiret? Novi, pro pudor! laborantem pedibus, interrogasse medicum, utro magis doleret. Quis talia fando temperet à lachrymis? Huiusmodi homines, si homines concupiscunt sine desiderio. *Non cupit ipse: putat se cupere:* subdit Stoicus, *Epist.* 112. Igitur cum desiderio summo (quod indicat concupiscentia iuncta desiderio) nullum in terminum dirigit motum; nec consequetur, quippe non sequitur. Desiderat sine desiderio, quia huic tantùm hæret, & non desiderat, si desiderat tantùm. Pagnin. *Concupiscit concupiscentiam.* Maiuend. *Concupiscere sese facit.* Septuagint. *Malè concupiscit*: in casum cuncta, quippe sine fructu desideria. *Hoc oritur ad intemperie animi* (infit Cordubens. de *Tranquill. anim.* cap. 2.) *& cupiditatibus timidis, ubi aut non audent quantum concupiscunt, aut non consequuntur, & in spem toti prominent semper instabiles mobilesque; quod necesse est accidere pendentibus.* Ex dicendis perspicuior elucebit expositio.

Senec.

Idem.

Singularis affectatio naturam dediscentis.

Idem.

Idem.

23 Pro quo obſervandum diſcrimen inter *Deſiderio deſiderare*, atque *Deſiderare deſiderium*; ſicut inter Concupiſcentiam concupiſcere, vel concupiſcentiã. Patet ex ſacris. *Concupierunt concupiſcentiam*: ex Pſalm. 105. *Deſiderio deſideravi*: Luc. 22. Idem quod dixi hìc *Tautolog. 3. n. 21.* de Oratione: & *Tautolog. 4. n. 28.* de Gaudio. Unum de re, aliud intelligendum de modo. De re, quatenus actio ſumitur pro obiecto, ſicut *Vidi viſionem*, *Auditum audivi*; pro re viſa & audita: *Hoc eſt deſiderium quod deſideravi*: pro filio Samuele dixit Anna, apud Philon. Biblium, in *Antiq. Hebr.* Sic exponitur, *Concupierunt concupiſcentiam* pro re concupita. Auguſtin. 4. de *Doctrin. Chriſtian.* cap. 21. *Concupierunt concupiſcentiam peſsimam*, ideſt, Carnes. *Res voluptuarias, nec ac victum neceſſarias, concupiſcentiam vocat; cùm haberent Mnnna cibum, ad omnia abundè ſufficientem, neque carnibus, neque alijs edulijs opus eſſet*: ſubdit hìc Genebr. Unde ſuppoſito obiecto, pro vehementia, ſeu ſingulari prolubio ponitur in abſtracto, ut ſuprà diximus. Maluend. in infinitivo: *Avere fecerunt aviditatem.* Hebr. *Deſideraverunt deſiderium.* De modo deſiderij pro intenſione ad extenſionem affectionis, elucet anxietas; dum iunguntur verbum & nomen idem ſignificantia, ut *Deſiderio deſideravi*; vel duo verba, veluti, *Concupiſcit & deſiderat.* Tertullian. 4. *Contr. Marcion.* cap. 40. de Chriſto dicit: *Profeſſus itaque ſe concupiſcentiã concupiſſe edere Paſcha.* Gregor. Homil. 12. in *Evang. Toto deſiderio anhelant.* Alapid. in *Exod.* 15. 18. *Ingenti deſiderio deſiderantis.* Heſten. *Diſquiſit. Monaſt.* Tract. 4. diſq. 4. *Studium ſtudio, deſiderium deſiderio augere.* Idem Ioan. Climac. *Grad.*..Ita vehementia exprimitur appetitus ſenſitivi de bono ſenſibili abſenti. Cicer. *Ardentes cupiditatum æſtu*: dicit 2. de *Legib.* & Petron. *Satyric.* pag. 70. *Accendis deſiderium æſtuantis.* Totum periphraſis maximi deſiderij, quod demonſtratur voce concupiſcentiæ: igitur ſicut zelus amoris, abominatio odij, accedia triſtitiæ, pavor timoris, præſumptio ſpei, audacia confidentiæ, & furor iræ: ita concupiſcentia indicat extenſionem deſiderij. D. Thom. conſule in 3. *diſtinct. 26. quæſt. 1. art. 3.*

Pſal. 105. 14. Luc. 22. 15 *Actio pro obiecto.* Phil. Bibl. Genebr. *Pro ſuperlativo ſuppoſitum neceſſarium.*

24 Cauſa interdùm ſeu principium ſolet ſignari pro affectione principij: unde pro animæ deſiderio exponitur anima, non prout rationalis, ſed prout forma corporis: quo ſenſu dicitur *Animalis homo*, qui ſequitur corporis commoda: 1. *Cor.* 2. 14. *Ne ſoliciti ſitis animæ, quid manducetis*: Matth. 6. 25. *Dividam ſpolia*: *implebitur anima mea*: Exod. 15. 9. *Nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus quæ deſiderat*: Eccle. 6. 2. Ideſt, deſiderio: ſic multa, & in noſtrum articulum Pſalm. 118. 20. *Concupivit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas.* In Hebræo, *Gereſah* ſummum & vehementiſsimum deſiderium exprimitur. Hinc Aben-Ezra: *Exarſit incenſa deſiderio.* Quapropter genuinè teſtimonia delicantur per adverbium: q. d. animitùs, corditùs, medullitùs concupiſcens deſideravit; ſicut diximus ſuprà ad *Expectans expectavi*: cupitè ſcilicèt, acriter, vehementer, anxiè atque ſolicitè. Delr. d. *Avidè avet, cupitè cupit.* Apuleius, 11. *Metam.* inquit: *Cupidus cupidiſsimè.* Ennius *Cupita cupit ſitienter cupiens.* Plaut. in *Caſin.* Act. 2. ſcen. 3. v. 48. *Cupidè cupis.* Euripid. in *Iphig. in Aulid.* v. 338. *Voluntate ardenter cupiens.* Sic perſpicuum, quid ſit *Deſiderio deſiderare*; quo notatur incendium affectus in cupita. Hieronym. *Præfat.* in Pentateuch. ſub æquivoco: *Deſiderij mei deſideratas accepi epiſtolas.* Cyprian. de *Mortalit.* in fin. *Avidà cupiditate properemus.* Heſiod. de *Hercul. ſcut.* v. 41. *Cupiditas cupiebat.* Plaut. in *Milit.* Act. 4. ſcen. 1. v. 13. *Amat, tuamque expetiſſit pulchritudinem.* Stat. 6. *Thebaid.* v. 513. *Ardens adhuc cupiens.* Denique Iovian. Pontan. 3. *Uran.* v. 937. *Urenſque libido ſolicitat cupidas mentes.* Eiſdem terminis Tautologiæ Coluchus de *Rapt. Helenæ.* v. 269. *Deſiderio deſiderans.*

Principium actionis pro actione. Pſal. 118. 20. *Geminatio pro adverbio.* Hieron.

25 Etſi verba Servatoris N. deſiderio deſiderantis comedere ultimum phaſe, interpretari poſsimus per adverbium, quaſi anxiè, vehementer, irrequietè deſiderium; vel per ſuperlativum, quo deſiderium luceret ex animo ſummum; alia cogitando ſunt. Non dixit, *Concupiſcentiã concupivi*, ſed *Deſiderio deſideravi*; quia concupiſcentia ſequitur corporis commoda, ut dixi: deſiderium verò exprimit motus tantùm appetitus in amabile, quaſi in cohatio amoris, & ſequens amorem finis, præcedens amorem eorum quæ ſunt ad finem: quod quidem deſiderium habet ex perfectione amoris perfectionem, qui deſiderij huius nobiliſsima cauſa: ſicut qui appetit amare Deum & virtutem, Deum amat ut finem, & virtutem propter finem. Optima, ſelectiſsima ac profunda legeris apud D. Thom. *Opuſcul.* 61. cap. 3. Finis Chriſti in huiuſmodi articulo erat hominis redemptio, ut eductum de poteſtate tenebrarum, transferret in regnum lucis, tradens ſemetipſum, ut aperiret credentibus regna cœlorum. Ad hoc neceſſaria paſsio, mors, & mors

Amor Chriſti intenſiſſimus in homines, cognoſcitur deſiderijs.

in

in ligno crucis, ad quod miserat Pater, propter nimiam charitatem, qua dilexit hominem: unde desiderio desiderabat illud ultimum in vita mortali pascha; quia in illo afficiendus erat cruce. Pascha illud, ut ad finem, & opus redemptionis ut finem. *Hebræo more magnitudinem desiderij significat, Desiderio desideravi* (exponit Caietan. & solidè) *hoc pascha manducare vobiscum; quia hoc pascha ultimum erat veteris testamenti pascha, & initium transitus ad veritatem figuratam paschali transitu: ideo dicit, Desiderio desideravi manducare hoc pascha. Summo enim desiderio concupierat venire ad imponendum finem sacrificijs veteribus, transeundo ex hoc mundo ad regnum Dei. Unde, & adiungit: Antequàm patiar, ad significandum hoc esse ultimum.* Caietan.

25 Pridem ergo dixerat, Luc. 12. 50. *Baptismo habeo baptizari: & quomodò coarctor, usque dum perficiatur?* Anxius propter moram, & solicitus propter finem, cuius gratiâ in mundum venerat. Hoc erat desiderium in desiderio: in opere scilicèt incohato complementum operis, ut consummaret cuncta quæ fecerat, & consummationis videret finem, iuuens gaudibundus hominis libertatem: dicitque sine consummatione tot miris, tot factis, tot pro nobis dignationibus, nihil factum; quippe factum licèt summum, illius desiderio præ amore videbatur nihil factum. Hinc intelligitur illud Davidis: *Pro nihilo salvos facies illos.* Vocat amor Christi nihilum, totum sanguinem effusum; quia licèt fecerit magna, eius amori videbantur nulla. Interrogatio, quasi mirum, exponunt Genebrard. & Maluend. *Pro nihilo?* O vis amoris excessus diminuentis! Ideo excessivus amor: igitur nihilum illi videtur, totum effundere sanguinem; quod in alijs opus tantum conciliat admirationem. Totum admiratio; sed maior eius dilectio: etenim favit ingratis, eò quod indigni favoris: de quo *Tautolog. 7. D. 3. n. 13.* Innuit Ioannes: *Cùm dilexisset suos qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.* Suos dilexit in his, quæ erant ad finem: & denique dilexit in finem, ut morte vivificaret hominem. Non impropriè desiderio ac desiderium dicetur desiderare; quia Latinè si aliquid proposito deficit, desideratur. Hispanicè: *Se echa menos.* Ad rem Cartagena *Tom. 1. lib. 7. Homil. 2.* infit: *Undè fit, ut quod desideratur, desideretur*; quia restat finis, perfectis quæ sunt ad finem. Non abest desiderium, sed tempus quo consummandum: illudque tempus desideratur; ut tunc absit desiderium, cùm impletur. *Eo quòd res habita non est tota simul* (ait Angel. Doctor, 1. 2. *quæst. 33.* art. 2.) *unde successivè recipitur: & dum aliquis delectatur in eo quòd habet, desiderat potiri eo, quod restat.* Ita desiderium, ut perfectum sit gaudium, quippe plenum. Ni dicamus geminationem desiderij fuisse hoc in articulo expressam propter singularem modum procedendi eius amoris, in optatam redemptionem humani generis: etenim homo agit propter desiderium finis, sed Christus tantùm propter finem amoris: quò clariùs intelligitur, *Cùm dilexisset, dilexit.* Finem amorem habuit. *Ut igitur igne ignem, desiderio desiderium & amore excitaret amorem; dicit: Desiderio desideravi:* infit Laurent. Iustinian. de *Triumphal. Christi agone.* Totum itaque ut ostenderet sitim redemptionis consummandæ, ad quam venerat, & detinebatur tempore. Sitiebat calicem passionis avidissimè, ut amorem ostenderet, nosque redimeret; optans accelerari & opus hoccine tanti momenti perfectissimè absolvere. *Ut cognoscat mundus, quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.* Adisis D. Thom. in 2. *dist. 1. quæst. 2.* art. 1. & deinceps. Luc. 12. 50. D. Thom. Ioan. 13. 1. Laur. Iustin. Ioann. 14. 32.

27 Desiderium isthoc æstuantis amore cordis iam expresserat, ut vidimus ex *Luc.* 12. 50. nomine baptismi: iteratur *Matth.* 20. 22. sub voce calicis: à *Marco*, sub utraque. *Potestis* (dixit filijs Zebedæi, supremam in regno præ cæteris potestatem flagitantibus) *bibere calicem quem ego bibo, aut* (pro *Idest*) *baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Per catachresim martyrium (totam sanguinis effusionem per mortem crucis, vocat baptismum & calicem. Hieronym. in cap. 20. *Matth.* alijque PP. Pro quo sciendum, lavacrum, seu purificationem inter Hebræos vocari baptisma. *Varijs batismatibus*: Hebr. 9. 10. ad emundationem carnis. Pharisæi à foro venientes, *nisi baptizentur* (ideſt, laventur) *non comedunt.* Marc. 7. 4. Quòd à cæteris Evangelistis dicitur batismus, à Ioanne insignitur purificatio, cap. 3. 25. ubi, *Facta est quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudeis de purificatione.* Frequenter fiebat in aqua. *Deuter.* 23. 11. *Ezech.* 16. 9. Aliquando aqua vivâ, ideſt in fontis scaturigine, aut flumine. Iudith, 12. 35. *Baptizabat se in fonte aquæ*: & 4. Reg. 5. 10. *Lavare septies in Iordane.* Dum alia signantur, metaphoricè accipienda sunt, ut illud Psalm. 57. 11. *Iustus manus suas lavabit in sanguine peccatoris*: scilicèt, de iniquis triumphavit, discussa à Domino causâ, ac facta eius iudicio vindicta. Similiter illud Cantic. 5. 12. *Oculi eius sicut columbæ super rivulos aquarum, quæ lacte sunt* Aut *pro* ideſt. Marc. 10. 38. *Catachresis.* *Quid baptismus communis apud Hebræos;*

ſunt lotæ: hoc eſt, ita purificatione mundæ, ut inſtar lactis apparerent candidæ. Non aliter, dum dicitur Pſal. 67. 15. *Nive dealbabuntur*. Nemo nive dealbatur, ſed dealbatur, purus apparet nivis adinſtar. Unde Genebr. ſubdit: *Ablativus ſimilitudinis eſt*. Hoc intuitu Iſai. 1. 16. dicitur: *Lavamini, mundi eſtote*: nimirùm, ut mundi ſitis; quia qui contritioni criminum incumbunt, ſuper nivem dealbantur.

Ablativus ſimilitudinis Genebrard

28 Inter Mahometanos ſingulares ſuperſtitiones, varijs & crebris baptiſmatibus; quas videſis in *Arab. Republ.* apud Gabriel. Sionit. & Ioann. Cotovic. Ethnici olim inſaniores (ex profeſſo egimus, in *Ephemer.* 1. Februar. à n. 4.) igitur lotione illis videbatur enormia crimina deleri; quod ridet etiam Ovidius 2. *Faſtor.* v. 45.

Intuitus baptiſmatum inter Ethnicos.

Ovid.

Ah nimium faciles, qui triſtia crimina cædis
Flumineâ tolli poſſe putatis aqua.

Apul. Apuleius lib. 11. poſtquàm factus eſt in ſimilitudinem hominis, inquit: *Me protinùs purificandi ſtudio marino lavacro trado, & ſepties ſummerſo capite fluctibus*, &c. Virgil. 2. *Æneid.* v. 718.

Virgil.

——*Cæde recenti*
Attrectare nefas; donec me flumine vivo
Abluero.

Conſule Turneb. *Adverſ.* lib. 17. cap. 13. & 19. cap. 20. Ovid. *lib.* 4. v. 314. *Parum ſubminis hauſit aquam: ter caput irrorat.* Idem v. 653. Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 522. *Vorticibus abluet.* Valer. Flacc. 3. *Argonaut.* v. 305. *Vivâ lymphâ.* Stat. 6. *Thebaid. Flumine puro.* Sil. Italic. 8. de *Bell. Punic.* v. 410. *Ac vivo purgor in amni.* Perſius, *Satyr.* 2. verſ. 16.

Perſ.

——*Tiberino in gurgite mergis*
Manè caput bis terque & noctem flumine purgas.

Fusè illuſtrant Donat. Theodor. Marſil. & Ioann. Britannic. Meminit Plutarch. 6. *Sympoſ.* quæſt. 5. *Ridiculos homines* (inquit Lactant. Firmian. *lib.* 5. *cap.* 20.) *tamquàm libidinis intra pectus incluſas ulli amnes abluant, aut ulla maria purificent.* Ad rem & unguem quadrat, quod de quibuſdam ſe in lutoſo lacu purificantibus, dixit Diogen. Cynicus: *Qui hic lavantur, ubi lavantur?* cuius apophthegmatis ſæpe memini Vid. Eraſm. in eo *lib.* 3. *Centur.* 2. *n.* 18.

Lactant.

29 Aquâ maris aptior illis ad purificationem videbatur, ut videris apud Cicer. pro *Roſcio Amerin.* quia hæc ſola ad perfectam emundationem idonea; quippe in ſe nihil ſordidum mare patitur, ſed eijcit confeſtim quicquid ſordium flumina, torrentes aut homines in illud devolverint. Sub haccine metaphora dicit Mich. 7. 19. *Dominus revertetur & miſerabitur noſtri: deponet iniquitates noſtras, & proijciet in profundum maris omnia peccata noſtra.* Opportunius in baptiſmum, quo tamquàm in aqua maris ſordes animæ eluuntur: hominesque ſpoliantes veterem hominem in aqua ſummerſum, novum induunt, qui ſecundum Deum creatus eſt. Notat Pierius Valer. *lib.* 31. *cap.* 3. Huiuſmodi aquâ, *peccata quæ ut coccinum, quaſi nix alba erunt*: Iſai. d. v. 18. Alijs aquis abluitur corpus, ſed non crimina nec animus. Succinit Senec. & in *Hyppolit.* à v. 712. & in *Hercul. furent.* à v. 1320.

Quare in totalem munditiem maceligebant

Cur mare baptiſmi ſymbolum?

Senec.

——*Quem locum profugus petam?*
Ubi me recondam? Quave tellure obruar?
Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Perſicâ
Violentus undâ Tigris, aut Rhenus ferox
Taguſve Iberâ turbidus gazâ fluens,
Abluere dextram poterit? Arctoum licèt
Meotis in me gelida transfundat mare,
Et tota Tethys per meas currat manus;
Hærebit altum facinus.

Alia expiamina, quia non de materia baptiſmi, miſſa facio; videnda apud Natal. Comit. 1. *Mythолog.* cap. 10. & 14. Apollon. Rhod. *lib.* 4. & La-Zerd. ad illud Virgil. 6. *Æneid.* v. 740. *Supplicia expendunt*, &c. Ovid. 4. *Faſtor.* v. 795. amplectitur:

Ovid.

Iunxerunt elementa patres: aptumque putarunt
Ignivus, & ſparſa tingere corpus aquâ.

30 Baptiſmus in ſacra pagina etiam ſignificat purificationem per aquam: ſed per aquam lachrymarum. Dicitur *Baptiſmus pœnitentiæ*, ut è cœlo detur gratia in remiſſionem peccatorum, ac per pœnas etiam remiſionem pœnarum. Unde Ioannes dicebat

Baptiſmus lachrymarũ

im-

improbis : *Quis demonſtravit vobis fugere à ventura irà ?* Matth. 3. 7. *Ego baptizo vos in pœnitentiam* : v. 11. *Baptizans & prædicans baptiſmum pœnitentiæ.* Marc. 1. 4. *Luc.* 3. 3. & *Actor.* 13.24. Purificationem hanc deſcribit affabrè Ambroſius, peccatum plorante Petro. *Petrus doluit & flevit* (inquit in *Luc.* 22.) *qui erravit ut homo. Non invenio quid dixerit : invenio quòd fleverit. Lachrymas eius lego, ſatisfactionem non lego. Quod defendi non poteſt, ablui poteſt. Lavant lachrymæ delictum, quod voce pudor eſt confiteri ; & veniæ fletus conſulunt & verecundiæ. Lachrymæ ſine horrore culpam loquuntur : lachrymæ crimen ſine offe ſine verecundiæ confitentur. Lachrymæ veniam non poſtulant, ſed merentur.* Verba decerpſit Magiſt. Sent. in 4. diſt. 17. §. *Iam ſecundum.* Eadem, cap. *Lachrymæ*, & de *Pœnitent.* diſt. 1. cap. Petrus. *Baptizetur conſcientia lachrymis : conſcientia lachrymis baptizata renovatur* : ait Greg. Magn. 27. in *Iob.* cap. 12. Quia Monachi plorare eſt, huiuſmodi baptiſmus expreſsio perfecti Monachi. Vide Bellarm. Tom. 1. *Controv.* 5. lib. 2. cap. 6. Eadem metaphorà profeſſionem Monachorum vocat Bernardus Baptiſmum. *Eſt baptiſmus aliquis* (infit ſerm. 1. in *Octav. Paſch.* num. 7.) *in compunctione cordis & lachrymarum aſſiduitate. Sic & baptiſmi ſacramentum, quoniam iterari non licet; his qui ſæpeſæpius in multis offendunt, frequenti oportet ablutione ſuppleri.* Sic igitur mortificationem Ieſu in corpore noſtro ſemper circunferentes, nos qui vivimus, in mortem tradimur.

Ambroſ. — *Virtus & effectus lachrymarum.* — Greg. Mag. — *Cur propriè Monachorum*

31 Modò dilucidabitur textus difficilis Pauli, quo probat reſurrectionem, dicens: *Quid facient qui baptizantur pro mortuis, ſi omninò mortui non reſurgunt ? Ut quid & baptizantur pro illis ?* Plura ſpecioſa doctaque videris apud Alapid. hìc, Caietan. etiam. *Ientacul. 2. quæſt.* 3. & Exim. Suar. in 3. *part. D. Thom. quæſt.* 65. *diſput.* 50. ſect. 1. Relictis ergo plurium cogitationum ſophiſmatibus, dicam & humiliter quid ſentiam, melioribus aſſentiendo, quod opto. Totum Pauli in hoccine teſtimonio propoſitum eiaculatur in Sadducæos, in quos invehitur, quia reſurrectionem inficiabantur. *Dicunt, non eſſe reſurrectionem, neque Angelum, neque ſpiritum.* Act. 23.8. Spiritum, ideſt, animam ſeparatam. Unde cùm reſurrectio, uti egimus *Tautolog.* 1. n. 11. ſit ex reunione animæ ſeparatæ, & corporis morte corrupti ; animæ negarunt immortalitatem, ut tutò poſſent negare reſurrectionem : quæ quidem nequit eſſe evaneſcente animà morte corporis. *Sadducæorum opinio cum corpore extinguit ſimul & animas* : ait Ioſeph. 18. *Antiq.* cap. 2. iteratque de *Bell.* lib. 2. cap. 7. & 12. Sicut modò ſuffragia pro mortuis, operibus pœnalibus offeruntur ; ita in primitiva Eccleſia (à qua ſumpti ritus) quæ dicebantur baptiſmata : etenim ſicut aqua levamur a ſordibus ; ita operibus pœnalibus viventium levantur à pœnis piacularibus animæ defunctorum. Superfluum eſſet profectò, ni animæ immortales (quippe non entis non ſunt paſsiones) conſequenterque non futura reſurrectio ; quæ reunio animæ non mortuæ & carnis corruptæ. Hic eſt baptiſmus pœnitentiæ pro criminum pœnis, quas luunt ſubeuntes animæ hominum in purgatorio degentes : lachrymæ ſcilicet, mortificationes, ieiunia, preces ; quæ nobis laborioſa, illis baptiſmata, quoniam ſuffragia. Hoc propoſitum Pauli. Si mortui non reſurgunt, ut quid viventes baptizantur pro mortuis ? Non reſurgent, quorum animæ immortales non ſunt : ſi non immortales, non expiantur : ut quid ſuffragijs ſtudentes incumbunt viventes in baptiſmata animarum, pro animabus quæ morte carnis entitativè avanuerunt ? *Ut quid baptizantur pro illis* ? Si ſunt : illi quorum ſunt, cum illis ſanequàm reſurrecturi ; quia gloria ad gaudium plenum (uti dicemus, *num.* 38.) ex anima & corpore. Ergo optimum baptiſma pœnarum, in remiſsionem cruciaminum defunctorum : fervidàque operantur charitate, qui in illarum levamina, exercent mortificationum baptiſmata. Si non ſunt ; ut quid pro illis baptizantur, qui in hoc mundo mortificati degunt ? Ita Iudas benè & religioſè de reſurrectione cogitans preces & ſacrificia obtulit in baptiſma : *Niſi enim eos qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret ; ſuperfluum videretur & vanum, orare pro mortuis.*

1. Cor. 15. 29. — Ioſephus — *Suffragia pro defunctis nomine baptiſmatis.* — 2. Machi. 12. 44.

32 Cuncta huiuſmodi baptiſmata metaphorica, ſicut baptiſmus Chriſti ſub umbra calicis & ſanguinis. Eſt baptiſmus flamminis, fluminis & ſanguinis, præut ſignificat animarum purificationem. Flamminis, Act. 1. 5. *Vos autem baptizabimini Spiritu-Sancto.* Sanguinis & fluminis, 1. Ioann. 5. 6. *Hic eſt, qui venit per aquam & ſanguinem Ieſus-Chriſtus : non in aqua ſolum, ſed in aqua & ſanguine.* Utrumque baptiſma ſuſcepit Chriſtus; ſed longè aliter quàm nos ſuſcipimus. Nequaquàm paſsivè ut ſanctitatem ſuſciperet, ſed activè ut virtutem baptiſmatibus conferret. *Baptizari voluit, ut baptiſmum conſecraret* : ait Auguſtin. in *Epiphan.* ſerm. 1. & D. Thom. 3. *p. quæſt.* 38. art. 4.

Triplex modus in unico baptiſmo 1. Ioan. 5. 6. Auguſt.

Nec

D. Thom. *Nec aliquis baptiſmo aliquid conferre poterat, niſi Chriſtus, qui tactu mundiſſimæ ſuæ carnis aquas ſanctificavit.* Non ſuſcepit baptiſmum ſanguinis, ut redimeretur; ſed ut homines redimeret, & acquireret lytro ſanguinis ſibi populum acceptabilem: qua de causâ factâ redemptione; in ſigna, è latere eius exivit ſanguis & aqua. Hæc duo baptiſmata ſibi Chriſtus ſumpſit, relictis alijs præfatis in remiſsionem peccatorum, pro iuſtificatione in gloriam, fidem in illis profitentium: inter quæ nobilior baptiſma ſanguinis iuxta mentem D. Thom. ibid. *quæſt. 66. art. 12. Effuſio* (inquit) *ſanguinis pro Chriſto, & operatio interior Spiritus-Sancti dicuntur baptiſmata, in quantum efficiunt effectum baptiſmi aquæ: baptiſmus autem aquæ efficaciam habet à paſsione Chriſti & à Spiritu-Santo: quæ quidem duæ cauſæ operantur in quolibet horum trium baptiſmatum: excellentiſsimè tamen in baptiſmo ſanguinis. Nam paſsio Chriſti operatur quidem in baptiſmo aquæ, per quandam figuralem repræſentationem: in baptiſmo autem flamminis vel pœnitentiæ, per quandam affectionem; ſed in baptiſmo ſanguinis per imitationem operis. Similiter etiam virtus Spiritus-Sancti operatur in baptiſmo aquæ per quandam virtutem latentem: in baptiſmo autem pœnitentiæ per cordis contritionem, aut commotionem; ſed in baptiſmo ſanguinis per potiſsimum dilectionis fervorem, ſecundum illud Ioann. 15. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.*

Quomodò, & quo intuitu Chriſtus aquâ & ſanguine baptizatus?

Idem.

33 Non de baptiſmo utcunque loquebatur Dominus ab illis imitandus, filijs Zebedæi; ſed de excellentiſsimo charitatis ſummæ ſigno, nimirùm de ſanguinis effuſione & profuſione vitæ. Hinc ſubdit: *Calicem, quem ego bibo; aut baptiſmo, quo ego baptizor.* Superiorem dignitatem petebant, præcellentiam thronorum deſiderabant. Merita debent reſpondere mulieribus; ut dotes partæ laboribus eluceant in dignitatibus. Unde ſi iuxta amoris demonſtrationes, ſedes dantur maieſtatis; thronos ſuperiores in cœleſti regno adipiſcemini, quia eodem, quo ego, excellentiſsimo ſanguinis baptiſmo baptizabimini. Hanc amoris expreſsionem per crucis tormenta, Chriſtus dicit baptiſma; quia ſicut qui corpus lavat, totus lavatur; ita ſubiens crucem, totum per vulnera effudit ſanguinem. A planta pedis uſque ad verticem non eſt in eo ſanitas: vulnus & livor & plaga tumens, unde nec reputavimus eum. Hoc eſt Salvatoris baptiſmus, totum ſcilicèt vulneratum corpus, rubrum carnis indumentum in eleatherium captivitatis hominum; qui extunc ſtolis albis amicti, quia laverunt ſtolas ſuas in ſanguine Agni.

Marc. 10. 38.

Cur Chriſti paſsio eius dicitur baptiſmus?

34 Repetitio autem quæ à Chriſto præcitatis locis fit, eſt Hebraica dialectus; ſed nimis ſignificativa tam mortis acerbitatis, quàm in hominem amoris: igitur in cruce cùm omnia eſſent conſummata, ſitiebat avidè maiora tormenta; ut dum ſumma patitur, baptiſmo optato baptizaretur. *Baptiſmo baptizari: hoc eſt, gravior & ferox pugna:* inquit Cyprian. *Epiſt. 56.* ſiquidem vehementioribus doloribus, diris ac truculentis cruciatibus efflavit animam. Geminatio pro epitaſi in ſpecimen magnitudinis rei propoſitæ, ſæpe invenitur tam in Græcis AA. quàm Latinis. Homer. 20. *Illiad.* v. 245. *Contentione contendunt mutuò: ira autem & iſta iubet.* 11. *Iliad.* v. 49. *Armis armati.* 2. *Iliad.* v. 447. & 3. v. 435. *Bellaret, & pugnaret.* 23. *Odyſſ.* v. 48. *Sanguine & cruore.* Eurípid. *Iphigen. in Aulid.* v. 377. *Certamina in contentionem.* In *Helen.* v. 850. *Certabimus certamine.* Sophocl. *OEdip. Tyrann.* v. 564. *Paſsionem paſſus.* In *Electr.* v. 200. *Gravem graviter.* In *Trachin.* v. 508. *Certatores omnium percuſsionum, plenas pugnas certaminum.* Plaut. in Bacchid. Act. 3. ſcen. 4. v. 16. *Mendicum mendicando.* Moſtell. 1. 2. v. 15. *Curro curriculo.* In *Caſin.* Act. 1. v. 40. *Ieiunium ieiunum.* Patet geminatione in his actibus conatus ac vehementia, ſeu in articulis exceſſus. Haud aliter dum vox baptiſmi in paſsione à Servatore regeritur, ut fortitudinem explicet in tractu certaminis, diritatem paſsionis, in qua totus tamquàm baptiſmate immerſus. Quo ſenſu pro materia tantùm Sophocl. in *Philoct.* v. 1010. dicit: *Lavacro lotus.* Apuleius, 11. *Metam.* de navi Lidis, *Puriſsimè purificatam dedicavit.* Denique Homerus exprimens in pugna difficili agonem, 4. *Illiad.* v. 26. ſuccinit:

Cyprian.

Geminatio pro exceſſu affectus vel effectus.

Quomodò vis vanum reddere laborem, & imperfectum
Sudorem, quem labore ſudavi?

Homer.

35 Subit mentem pro baptiſmo ſanguinis, celebris inter Romanos ritus, ut Iovis initiaretur Summus Sacerdos. Profanorum quidem, quod ſciam, nullus meminit: tantum lotionis manuum ſanguine victimæ mentionem facit Apollon. Rhodius d. ubi:

Addu-

Adduxit duræ sævæque piacula mortis
Procellum tenerum, tum matris ab ubere raptum:
Huius dissecuit collum, & atro sanguine lavit
Inde manus. Apol. Rhod.

In Psalm. 57. 11. fit allusio in huiusmodi ablutionem, dum dicitur: *Iustus manus suas lavabit in sanguine peccatoris*: hoc est vincet, ac vulneratum prosternet; ut supr. diximus, *num.* 27. Inter Romanos inolevit in iacentis hostis vulnera mittere manum *In gladiatoris occisi vulnus manum misit; & ad caput sibi detersit*: ait Lamprid. de Commodo, in eo. Iustus Lipsius huius crudelitatis memor, 2. *Saturnal.* cap. 22. iuquit: *Manum mittebant in vulnus, & sanguine velut se proluebant.* Totum indicat Ovidius in certamine Cænei, 12. *Metam.* fab. 5. *Quid lotio manuum in sanguine?* Lamprid. Iust. Lipsius.

——*Nostro tua corpora ferro*
Tentemus, capuloque tenus demisit in armos
Ensem fatiferum, cæcaque in viscera movit
Versavitque manum, vulnusque in vulnere fecit. Ovid.

Diximus *Tom.* 5. *T.* 4. *n.* 12. ubi plura de sanguinolentia & eius conditione.

36 Ex sacro pioque celebri poeta scitur sanguinei baptismatis argumentum: nimirùm ex Prudentio, qui *Peristeph.* à v. 3203. ita succinit: *Baptismus sanguinis apud Ethnicos in initiatione Sacerdotis summi.*

Summus sacerdos nempè sub terram scrobe
Actà in profundum consecrandus mergitur,
Mirè infulatus festa vittis tempora
Nectens, coronâ tum repexus aureâ
Cinctus Gabino sericam cultus togam.
Tabulis supernè strata texunt pulpita
Rimosa rari pegmatis compagibus,
Scindunt subinde vel terebrant aream,
Crebròque lignum perforant acumine,
Pateat minutis ut frequens hiatibus.
Huc Taurus ingens fronte torvâ & hispidâ
Sertis revinctus; aut per armos floreis,
Aut impeditus cornibus deducitur:
Necnon & auro frons coruscat hostiæ,
Setasque fulgor bracteatis inficit.
Hic ut statuta est immolenda bellua,
Pectus sacrata dividunt venabulo:
Eructat amplum vulnus undam sanguinis
Ferventis, inque texta pontis subditi
Fundit vaporum flumen, & latè æstuat.
Tunc per frequentes mille rimarum vias
Illapsus imber, tabidum rorem pluit,
Defossus intus quem sacerdos excipit
Guttas ad omnes turpe subiectans caput,
Et veste & omni putrefactus corpore. Prudent.
Quin os supinat, obvias offert genas,
Supponit aures, labra, nares obiicit,
Oculos & ipsis perluit liquoribus:
Nec iam palato parcit, & linguam rigat,
Donec cruorem totus atrum combibat.
Postquàm cadaver sanguine egesto rigens
Compage ab illa flamines retraxerint,
Procedit inde pontifex, visu horridus,
Ostentat udum verticem, barbam gravem,
Vittas madentes, atque amictus ebrios.
Hunc inquinatum talibus contagijs
Tabo recentis sordidum piaculi,
Omnes salutant, atque adorant eminùs,
Vilis quod illum sanguis & bos mortuus
Fœdis latentem sub cavernis laverint.

Hic

Hic ordo ritus consecrationis summi sacerdotis inter Ethnicos, qua totus abluebatur sanguine, illoque quasi baptizabatur; ut cuncti Pontificem salutarent, ac vel eminùs colerent. Satanas ut prosternerent veritatem, introduxit titulo religionis superstitionem.

Christus sacerdos & victima.

Nequit gaudere huiusce dignitatis excellentiâ, nisi qui simul & sacerdos & victima. Hic solus Iesus, qui in cruce proprio sanguine baptizatus est, & in æternum à Deo constitutus est sacerdos & Pontifex. *Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet ad dexteram Dei.* Hebr. 10.12. fruiturque huiusce modi gloria, quia non per sanguinem hircorum, aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa.

Anonym.

37 *Describit Prudentius* (dicit Anonymus in *Observationib. ad Natal. Comit. Mytholog.* cap. 21.) *sacrificij pro peccato ritum apud Ethnicos, & Satanæ miris sarcasmis Iudaica sacrificia in Ethnicorum exacatorum perniciem deridentis, audaciam horrendam.* At ubi obumbratio huius initiationis & sanguinei baptismatis? Ritus in summum Sacerdotem consecrationis Aaronis describitur, Exod. 29. à 19. *Tolles arietem, quem cùm immolaveris, sumes de sanguine eius, & pones super extremum auriculæ dextræ Aaron, & filiorum eius, & super pollices manuum eorum ac pedis dextri.* Iteratur ficine initiatio, *Levit.* 8. 24. Per extrema sanguine victimæ tinguntur sacerdotes veteris legis. Restabat summus Sacerdos (in sacrificio simul hostia) qui in toto corpore proprium sanguinem susciperet, tamquàm baptisma. Hoc erat novum: & *dicendo novum, veteravit prius.* Hebr. 8. 13. Astruam, quantum auguror, ex Scriptura propositum; seu potiùs, astruet Paulus. In Psalmo, quo nostra lucet principalis Tautologia, qui totus de Christo, ut vidimus *num.* 10. invenitur: *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi.* Paulus totum corpus signat. *Corpus autem aptasti mihi.* Cur ergo sumus sacerdos in lege gratiæ, corpus sanguini tingendum exhibet; ac qui veteris legis, extremum auriculæ, & pollicum pedis & manus, quæ etiam in corpore extrema? Ut cessarent hac unicâ oblatione universa pro peccatis sacrificia. *Apostolus apositissimè posuit, Corpus aptasti mihi:* subdit Genebrard. Signat sacerdotum differentiam, dum signat ipsum sacerdotem sacrificij victimam. Veteris legis, sanguine per extrema tingendi: & appositè Paulus de Christo dicit, *Corpus aptasti mihi*; quia tunc consummatio humanæ studiosæ redemptioni, dum sacerdos victima totum corpus baptizaret proprio sanguine. Aures autem, estò sanguine tinctæ, pro oblatione non perfectæ; tunc ergo in sacrificio Summus Pontifex aures perfecit; ubi totum corpus sanguine pro hominibus baptizavit. Hic oblationis & offerentis honos: *Una enim oblatione consummavit in sempiternum sanctificatos.* Ibid. v. 14. Patet iam ex qualitate baptismi, de quo loquebatur Christus filijs Zebedæi. Hunc calicem sitiebat, hoc baptismum expetens expectabat; ut amorem in summis sanguine ostenderet, & in cœlis maiestate sedis Pater eximiæ honoraret. Præmia petentibus thronos concedit, dum merita astruit: *Calicem quidem meum bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizabimini.* Modò non est meum dignitatis dare vobis, quæ dandæ meritis: dicet certamine mors, gloriæ vivite *expectantes beatam spem.*

Psal. 59. 7. Hebr. 10. 3

Genebr.

Unde verè baptismus sanguinis in corpore Salvatoris?

Ubi sup.

38 At in via, transeat: sed in patria spes? Non loquimur de spe, præut via in beatitudinem, ut egimus à *n.* 4. sed de entitate spei in ipsa gloria. *Expectantes beatam spem & adventum magni Dei & Salvatoris nostri Iesu-Christi.* Hinc nodus. In gloria, si sermo est de spe, præut est causa beatitudinis, iam non spes. *Spe salvi facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat?* Rom. 8. 24. Si de ipsa beatitudine, quæ per Salvatorem iam possidetur; quorsùm adventus Salvatoris, qui iam venit, expectatur? In plenitudinem gloriæ, quæ summæ felicitatis; est desiderium huiusmodi plenitudinis. *Propter spem quæ reposita est vobis in cœlis.* In cœlis tantùm est huiusmodi spes, quæ spes beata, & ad quam adventus expectatur Salvatoris; ut sit beatitudo spei, si pridem in mortalitate erat spes beatitudinis. Liquet etiam ex præfato Davidis testimonio; *Spes mea, portio mea in terra viventium*: ibi etiam, quoniam etsi animæ Deum videnti essentialiter sit gloria; adhuc in illa vigent corporis glorificandi desideria. Gloria plena ibi ex parte obiecti, sed non ex parte subiecti, ut videat omnis caro salutare Dei: idest homo cum esse perfecto, qui sine corpore non est homo. Anima sitit frui communicabili Deo, & multipliciter caro. In sola anima licet sit perfectio gloriæ, non est perfectio naturæ; & in huiusmodi perfectionem appetit reuniri carni, quoniam illi naturale desiderium corpus regendi. Augustin. 12. de *Genes. ad litter.* cap. 35. Iccircò Angel. Doctor. 1. 2. *quæst.* 4. art. 5. ad 4. infit: *Appetit enim*

Coloss. 1. 5

Psal. 141. 6

Quæ in gloria spei, & de quo

enim anima sic frui Deo, quòd etiam ipsa fruitio derivetur ad corpus per redundantiam, sicut est possibile. Et ideo quando ipsa fruitur Deo sine corpore, appetitus eius sic quiescit in eo, quod tamen adhuc ad participationem eius vellet suum corpus pertingere. 1. *Desiderium animæ totaliter quiescit ex parte appetibilis; quia habet id quod suo appetitui sufficit: sed non totaliter quiescit ex parte appetentis; quia illud bonum non possidet secundum omnem modum, quo possidere vellet: ideo corpore resumpto beatitudo crescit non intensivè, sed extensivè.* In visione ergo essentiæ divinæ est perfecta hominis beatitudo; quare non dependet à corpore, nec corpus requirit ad bene esse, sed ad melius esse. Hoc intuitu Paulus, quò suprà v. 27. non dicit gloriam, sed *divitias gloriæ.* Anima separata à corpore habet gloriam, sed divitias gloriæ non habet, quousque in antiquum consortium restituatur caro; quippe tunc homo, & in gloria fausto plenissimo gaudio.

D. Thom.

Gloss. 1. 27. *Quænã gloriæ divitiæ? In gloria habitus spei.*

39 Haud in hoc sensu D. Thom. 2. 2. *quæst.* 18. *art.* 2. negat spem in beatis; sed quia principale obiectum spei est gloria animæ, quæ in fruitione divinæ visionis consistit, cuius capax non est corpus. Ex parte intellectus anima est gloriosè perfecta, sed non præut est corporis forma: equidem secundum formæ appetitum, habet glorificandi corporis desiderium. Unde Suarius, de *Tripl. Virtut. Theolog. Tract.* 2. disput. 1. sect. 8. n. 5. In beatis manere (asserit) habitum spei quoad substantiam eius; quamvis non eliciat in eis actus spei beatitudinis essentialis: similiter habitum manere ad secundarium actum spei gloriæ corporis; quin possit fieri a charitate, quia illud desiderium est proprij boni: nec à lumine gloriæ, quia est in intellectu de visione gaudentis, cùm spes sit actus voluntatis. *Notanda est* (subdit) *maxima differentia inter habitum fidei & spei: nam fides in se & in omnibus actibus suis includit imperfectionem, repugnantem statui beatorum spes verò non in omnibus, sed in solis actibus desiderij & propriæ spei includit imperfectionem: scilicèt absentiam & carentiam boni: & ideò fides quoad nullum omninò actum manet, unde prorsùs tollitur habitus: secùs verò de spe.* Sic ergo ut spes in beatis potest esse de aliqua gloria accidentali futura, vel de illuminatione nova; manet spes de corpore, suo tempore glorificando, animæ gloriosæ consortio.

Suar. *Cur fides omninò excluditur?*

40 Quicquid in illo statu felicissimo successione temporis futurum expectatur, spes dicitur. Unde Paulus loc. cit. ait: *Hic autem unam pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.* Expectare dicitur complementum potestatis, atque regni perfectionem; secundum operationem, qua etiam possit subijcere sibi omnia. Ideò præmisit, 2. v. 8. *In eo enim quòd omnia ei subiecit, nihil dimisit non subiectum ei: nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei* Subijcientur in iudicio, ut sit Deus omnia in omnibus, de quo egimus, *Tom.* 1. *T.* 6. *à n.* 77. Christusque clareat Dominus & Dominator, cùm evacuaverit omnem principatum, & potestatem & virtutem. Propriè ergo spes non est in Christo, quia evanescit spes, dum venit species: tantùm ergo huiusce functionis dicitur expectatio Salvatoris respectu futuri temporis. In animabus separatis est expectatio & spes de gloria corporis per redundantiam ab anima; qua de causa spes dicitur beata, quippe invenitur in gloria.

Hebr. 10. à 12.

Quæ in Christo dicitur maiestatis expectatio.

41 Liquet ex Pauli contextu. *Expectantes* (ait) *beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris nostri Iesu-Christi.* Ad corporis gloriam, adventus gloriæ Salvatoris expectatur; quia cum in iudicium apparuerit, erit carnis resurrectio: quæ quidem expectatur; quoniam tunc glorioſum corpus ex gloria animæ fruentis divina visione, ut quæ benè erat, melius sit, surgatque incorruptum, quod corpus corruptione seminatum, recipiens expectatam immortalitatem per animæ beatitudinem. Corruptione vicit mors, quasi non esset spes. Cùm venerit Salvator, iam appropinquat redemptio, igitur captiva mortalitate caro: tuncque triumphabit gloriosè ex animæ redundantia, quia mors profectò absorpta in ipsa victoria. Constat etiam ex alijs Pauli testimonijs: *Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum-Christum, qui reformavit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.* Haud de illa, quam habitam ab anima gloriam supponit, Doctor Gentium aliquid dicit. Non sperat, quod habet: quod non habet, nisi in spe, firmidine expectat in complementum beatitudinis; scilitèt reformationem deformati corporis: Christique expectatur in adventu glorioſa maiestas; ut effulgeat in corpore subtilitas, agilitas, impassibilitas, claritas.

Ubi sup.

Adventus Christi iudicis in gloriâ corporis.

Philip. 3. à 20.

42 Floridè profundissimèque ad Rom. *Nosipsi* (inſit) *primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis*

Rom. 8. 23.

noſtri : ſcilicèt, de ſervitute corruptionis , in felicitatem libertatis. Hæc eſt adoptio, quaſi acceptio rei extraneæ in conſortium hereditatis ſine iure propter corruptibilitatem conditionis. De adoptione filiorum per gratiam iam dixerat, v. 15. *Accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in clamamus Abba-Pater*, conſortes facti divinæ naturæ: ergo ſi poſt hanc in cœlo expectatio amplioris felicitatis; erit ſanè expectatio glorificationis.

Cur per gloriam corporis redemptio, dicitur per gratiam adoptio?

Reſpondet difficultati Caietanus. *Niſi appoſitè ſubiunxiſſet Redemptionem corporis noſtri ; fluctuaſſes , quo pacto Paulus dicit ſe & alios expectare adoptionem , qui dixerat, iam accepiſſe nos ſpiritum adoptionis , & eſſe filios adoptionis: ſed modò ex eo quòd dicendo Expectantes adoptionem , appoſitè explicat Redemptionem corporis noſtri; omnem tollit ambiguitatem , explicando quod adoptio expectata dicitur , & eſt quantum ad corporis redemptionem. Corpus ſiquidem noſtrum , quod uſque ad reſurreptionis gloriam detinetur ſub captivitate & dominio corruptionis ; redimetur ſecundum effectum liberationis , cùm reſurget , aut fiet immortale per donum gloriæ , ad quam hæreditandam ſumus adoptati.*

Caietan.

Docte ac in rem etiam Alapid. hìc. *Quod ergo Apoſtolus ait, in cœlis demùm dandam eſſe hanc adoptionem ; intellige conſummatam , quæ eſt ipſa poſſeſsio iuris & hæreditatis, ad quam adoptati ſumus, videlicèt redemptio corporis noſtri; quæ partim erit liberatio à mortalitate & concupiſcentia; partim gloria corporis ex animæ gloria dimanans.* Pauli phraſis profundiſsima. Corporis ab illo ſignatur redemptio , quæ iurè dicitur filiorum adoptatio: etenim cùm adoptio animæ fiat per gratiam, ſemen gloriæ; ni in reſurrectione anima poſsideat beatitudinem , nequit corpus accipere redemptionem. Hæc ſpes in gloria, & ſpes beata, quam expectamus, dum peregrinamur ad Dominum, ut experiamur cum ſpe portionem gloriæ in terra viventium: igitur quouſque veniat Dominus in ſpe ſumus ſingulariter conſtituti; etſi ratione gloriæ eſſentialis data ſit lætitia in corde. Hæc in cœlo ſitis animæ.

Alapid.

1. Petr. 1. 12.

43 Non ſic intelligendum, quod de incorporeis intelligentijs dicitur: *In quem desiderant Angeli proſpicere*: igitur vel minimi, infimi, ac inferiores Angeli habent omnem perfectionem beatitudinis, quam habituri; quippe ſine corpore: ſecus animæ ſeparatæ, in quibus innatus appetitus in corpora, cùm homo conſtet ad ſui conſtitutionem etiam materiâ; ut vidimus ex Auguſtin. & Thoma, *num.* 38. At quomodò Angeli quod vident deſiderant, cùm deſiderium connotet boni allicientis abſentiam? *Deum Angeli & vident & videre deſiderant* (inquit Gregor. Magn. 18. *in Iob* , cap. 28. *& ſitiunt intueri & intuentur* :. *Ne enim ſit in deſiderio anxietas , deſiderantes ſatiantur: ne autem ſit in ſatietate faſtidium, ſatiati deſiderant. Deſiderant igitur ſine labore, quia deſiderium ſatietas comitatur : & ſatiantur ſine faſtidio ; quia ipſa ſatietas ex deſiderio ſemper accenditur.*

Unde & quo modò in gloria ſatietas & deſiderium?

Greg. Magno.

Patet igitur, quomodò ſemper Angeli Deum vident , & quomodò quem vident, ſitium videre. Patet etiam unde nemo ſatiatur gloria Dei, & unde ſatiabitur cùm apparuerit gloria. De ipſo ergo fonte atque torrente voluptatis bibunt, dum ab ipſo ſitiunt, & in eo quod deſiderando eſuriunt, fruitione ſatiantur. *Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me adhuc ſitient*: excluſo delectationis faſtidio, & præ delectatione voluptate affectatà deſiderio. *Sic delectationes ſpirituales maximè faciunt ſitim vel deſiderium ſui ipſarum* (inquit D. Thom. ubi ſup. n. 26.) *delectationes ſpirituales non ſuperexcreſcunt naturalem habitudinem , ſed perficiunt naturam : unde cùm pervenitur ad conſumationem in ipſis , tunc fiunt magis delectabiles.* Ita Spiritus Angelici. *Sic quoque & nos erimus* (ſubdit Greg.) *quando ad ipſum fontem vitæ venerimus. Erit nobis delectabiliter impreſſa ſitis ſimul atque ſatietas*: Quando ad fontem vitæ ventum, non pridem; quippe pridem deſiderium. Quod ibid. exponit idem qua ſolet ſubtilitate. *Hinc eſt , quod Moyſes* (ait) *qui cum Deo facie ad faciem loquebatur , ſicut loqui , ſolet homo cum amico ſuo; ei inter ipſa verba locutionis dicit: Si inveni gratiam in conſpectu tuo , oſtende mihi temetipſum manifeſtè , ut videant te. Certè enim ſi Deus non erat cum quo loquebatur ; Oſtende mihi Deum , diceret , & non , Oſtende temetipſum. Si autem Deus erat, cum quo facit ad faciem loquebatur; cur petebat Deum videre, quem videbat? Ex hac eius petitione colligitur , quia cum ſitiebat per incircumſcriptæ naturæ ſuæ claritatem cernere , quem iam cœperat per quaſdam imagines videre ; ut ſic ſuperna eſſentia mentis eius oculis adeſſet , quatenus ei ad æternitatis viſionem nulla imago creata temporaliter intereſſet.*

Matth. 18. 10. Eccl. 42. 26 Pſal. 16. 16 Eccli. 24. 29

D. Thom.

Greg Magno.

44 Aliter in viſione Angelorum, in qua videntium indicatur deſiderium. Deſiderium huiuſmodi frutione ex divina viſione non excludit, ſed pleniſsimam ſupponit, non per imaginem aut umbram, ſed ipſam eſſentialiſsimam gloriam: igitur ex quo admiſſi

in

in felicitatem beatitudinis, semper vident faciem Patris. D. Thom. 1. *p. q.* 58. *art.* 1. *ad* 2: desiderium in Angelorum gloria intelligit, quantum ad novas illuminationes. De perpetuatione visionis in æternitate beatitudinis, exponit Seraphin. Cumiranus Tom. 1. *Contrapositt.* 227. & *Tom.* 2. 20. & 21. Sumi potest de gloria accidentali, quam habuerunt Christi adventu, ac exaltatione in superiore throno; quod vocat Petr. d. v. 11. *Posteriores glorias*: igitur viderunt in carne humana, per quem ab initio creaturæ illis fuit concessa gloria. Plura alibi dixi: videsis, *Tom.* 4. *T.* 10. *D.* 1. *à n.* 6. -5. *T.* 4. *D.* 3. *n.* 5. -6. *T.* 9. *D.* 3. *à n.* 12. *& T.* 10. *D.* 3. *n.* 9. *Quale in Angelis desiderium divinæ visionis?*

45 Videor mihi videre cuncta exposita, ad Pleonasmum præfatum attinentia. *Expectans expectavi Dominum.* Augustin. *Sustinens sustinui.* Hebr. & Caietan. *Expectando expectavi.* Arabic. *Cum expectatione speravi.* Syr. *Sperans speravi.* Maluend. *Expectare expectavi.* Moure: *Cùm diù expectassem.* Crucius: *Sperabam tristis*: & Genebr. *Vehementi desiderio, & solicitè præstolatus sum Dominum.* Aliqua ad mores dicamus, ut rationales ponant in Deo spem suam, non obliviscantur eius operum & mandata eius exquirant. *Versiones.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *Expectans expectavi.* Quid novi demonstrat hæccine Tautologia? Quod mirabiliter visum in Deipara, singulari Virginitate maternà, mundo incognità. Expectabat partum prolis, ut clareret prodigium Virginis-Matris. Gaudebat, & expectabat; quippequàm feliciter, quod expectabat, habebat.

2. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.* Expectabat Maria, quid ageretur de Verbi incarnatione: & sibi nil expectando, iurè dicit: *Dominus intendit mihi*; quia illi & soli Dominus contulit privilegium, quod haberet uterque communem filium.

3. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi. Sustinens sustinui.* Pœna animarum in Purgatorio exponitur, quando gloria cœlestis expectatur: igitur etsi à Domino sperent optatam gloriam; nesciunt tamen, quando laturus remissionis gratiam.

4. *Expectans expectavi Dominum.* Idest, diù. Mira proponuntur, erga divini amoris ingenium. Mirum, quòd pronus in benevolentiam, expectaretur in gratiam: sed magis mirum, quòd ut homo æger salutem obtineret; illum diù Dominus expectatione expectaret.

5. *Expectans expectavi Dominum.* Iacobi Apostoli cognoscimus plausum. Mors Domini ab illo expectatur, ut sequeretur. Alios expectans non expectavit: primus omnium in Domini obsequium, calicem bibit: & quia primus proprio sanguine firmiter scripsit fidem; Throni à dextris Redemptoris, glorioſam obtinuit sedem.

6. Econtrà Ioannes frater *expectans expectavit Dominum.* Eius exponitur martyrium & desiderium: expectaturque expectatio, ubi studet toto pectore martyrio; quippequàm martyrium habuit in decus religionis singulare, ex martyrij expectatione.

7. *Expectans expectavi.* Ex præsenti geminata sententia, liquet quàm falsa sit mundi gloria. Non illius expectatur expectatio, sed quod concipitur voto: & in gloria mundi quod habetur, expectatur, ut nulla consideretur: igitur ita præterit ut vana; quòd præsentis & ad votum desideretur præsentia.

8. *Expectans expectavi.* Defectus demonstratur iustitiæ, in expectationis prolatæ geminatione. Causæ discutiendæ iuxta leges, proponuntur iudicibus; verùm per tempus & tempus clauduntur in tribunalibus. Unde nonnumquàm expectatur expectatio; quippe nulla, vel tarda causæ expeditio.

DIDASCALIA PRIMA.

Felix in expectatione Virginis votum, continens exclusum gaudium.

1 EXPECTATIO, beneficij dicitur tædium, iuxta Stoicum, 2. *Benef.* cap. 5. Nescivit è cœlis expectare beneficium. Constat quantum pretium in gaudio, dum expectatio dulcedo. *Expectantes beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & Salvatoris N. Iesu-Christi.* Est spes fallibilis, est & cœlestis, hæcque iungitur gaudio; quia dum expectatur, possidetur beatitudo.

Tit. 2. 13. *Quomodò beatitudo sit in spe.*

Homer. *Triste nè, diù expectare, vacuumque redire.* Inquit Homer. 2. *Iliad.* v. 411. Si donum è cœlo; spe cor repletur, & omni gaudio: equidem etsi volitet, spes autem non confundit. Terent. in *Eunuch.* Act. 1. scen. 2. v. 72.

Terent. *Sperabam, gaudebam.*

In expectatione Virginis gaudium expectationis. Felix utique desiderium, ex quo gaudium: equidem est expectatio sine spectatione, dum constat bonum in expectatione habere. Patet in Virgine-Matre. De Spiritu-Sancto concepit. Expectabat ut pareret, gavisumque in expectatione cor, quoniam beatam expectabat spem, in qua summum pectoris gaudium; quippe gloriæ Dei magni præstolabatur adventum. Quid mirum, si præstolatio cordi amanti inferret iucunditatem, quæ expectantis indicabat omnimodam perfectionem? Per figuram *O* olim cordis signabatur votum, quo adepto emergebat gaudium. Unde Marc. Brutus (ut in eo refert Plutarch. Appian. lib. 4. & Alexand. Neapolitan. *lib.* 4. *cap.* 2.) in navi prætoria pro insigni collocavit *O.* quod quidem signum inter Ægyptiorum thæses erat hieroglyphycum omnimodæ perfectionis & plenitudinis. *Quo bonorum omnium complementum notatur*: inquit Kircher. in *Mensa Isiac.* syntagm. 1. cap. 5. *O.* simul pectoris avidi felicitatis votum, & felicitatis gaudium? Utique. Deum-hominem Virgo portabat in utero, quem conceperat de Spiritu-Sancto. Erat Virgo & erat mater, quod singularissimum privilegium, neque pòst, nec pridem visum. Gaudet læta fœtu; iucunditatique sociatur meditanter expectatio; quoniam desiderat anxiè prodire infantem in usuram lucis, ut clarescat prodigium Virginis-Matris. Expectabat exitum, quam illustrabat miraculum; quod tantùm sciebat pectus: etenim ut ait vel Ethnicus, 4. *Astronom.* cap. 1. v. 202.

O, Figura symbola.

Plutarc.

Kircher

Cur in Maria tanta partus desideria.

— *Mirum, in Virgine partus.* Manil.

2 De hoc argumento fusè hìc egimus, *Tautolog.* 1. *à n.* 15. *& Tomis prior.* hocque intuitu ex decretis Concilior. Provincial. olim inter nostrates titulo Expectationis, celebrabatur Mariæ maternitas & virginitas: quandoquidem horum extremorum societas, & singularis honor, totius orbis erat miraculum & stupor. *Expectans expectavi*: dicit præsens Tautologia: aliter in Deipara. Gaudebat & expectabat; quippequàm quod expectabat habebat. Quid in rem Paulus? An illud: *Spe gaudentes*? Aptiùs, ubi profert: *Deus autem spei, impleat vos omni gaudio, ut abundetis in spe & virtute Spiritus-Sancti.* Gloriabatur Virgo in spe gloriæ; quia nulla maior in illa glorificatio, quàm mater-virgo; prærogativa singulari, Spiritus-Sancti virtute: iunguntur que in spe & gaudio mirè oppositæ; ut sit in gaudio abundantia: igitur concepto Christo, pectus Virginis illustrat, secum habere quod optat. Gaudium, quippe in ea natum, caro factum, divinum ineffabile Verbum: spes, quippe pariet filium: formaturque expectatione plena iucunditatis abundantia; siquidem ex conceptu virginali spes glorioſa. Sedulius, *lib.* 2. *Carm.* à v. 37. accinit:

Pſal. 39. à 2.

Roman. 12. Cap. 15. 13.

Eius spes gloriosa.

——— *Uterumque puellæ*
Sidereum mox implet onus: rerumque creator
Nascendi sub lege fuit. Stupet innuba tĕsos
Virgo sinus; gaudetque suum paritura parentem.

Sedul.

3 Hieronymus (vel ut alijs placet Sophronius, in *Assumpt. Virgin.*) in præsens cogitamen, Tom. 4. *Epist.* 10. & Chrysolog. *serm.* 147. subdunt: *Quotidie inflammabatur præsentiâ absens desideriorum novis affectibus: tantò validius, quantò divinis illustrabatur intùs visitationibus; quam totam repleverat Spiritus-Sancti gratia. Amor impatiens nec aliud cogitare potest, quàm quod diligit. Quia omninò impa-*

Hieron.

Quæ novitates in expectatione Virginis

impatiens, quod amat non potest non videre : : . Verè novum & omnium novitatum supereminens novitas. Sanè novitas, Virginitas & maternitas. Sanè novitas absentiæ & præsentiæ felicitas. Per gratiam Spiritus-Sancti sanè novitas, spei & gaudij societas : etenim totius gratiæ plena perfectio, quod notesceret partu mater & virgo. Iurè igitur ab Angelo salutatur. *Gratia plena.* In alijs fœminis non est plena, etsi sit gratia. Est flos decoris expellens maternitatem ; quippe iurè virgo est, quæ semina nulla remittit, nec capit. Fœcunditas pulchritudinem virginitatis evacuat ; quippequàm nunquàm associat.

Ier. 31. 22.

Luc. 1. 28.

—*Decus, matris reverentia pensat,*
Si forma dilapsus amor, defloruit oris,
Gratia.

Claudian.

Ut ait Claudian. 1. in *Eutrop.* à v. 73. In una gratia ex flore virginitatis : in alia gratia, maternitatis honor : gratia in utraque sed minimè plenitudine : meritòque Maria non solùm plauditur plena gratiâ, verùm etiam gratiâ plenâ ; quoniam in illa, quæ dotibus singularis, plenè plenitudo gratiæ matris & virginis. Vide Cyprian. in *Nativit. Christ.* De Aurora parturiente dicit Nonnus, 48. *Dionysiac.* à v. 822.

Vnde in gratia Mariæ plenitudo gratig.

——*Virginem fecit matrem.*
Nuptias ignorās, unde lac sortita mamilla?
Non vidi, non audivi, quod virgo filium
pareret.
Mamillam præbe insuetam virgo-mater.
Numne mulieres sine nuptijs gignut?
Naturam mutavit pater.

Nonn.

Vicit Deipara meditatam fictionem, per concessam à Patre cœlesti prærogativam singularem : siquidem genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

4 Indicat privilegium Evangelicus Vates. *Antequàm parturiret, peperit: antequàm veniret partus eius, peperit masculum.* Non est implicatio, quæ videtur ex tempore terminorum expositio & oppositio ; quasi *Antequàm* esse nequiret, si peperit. Privilegium partus exprimit docta periodus. Ubi partum ante partum Vates prænunciat, virginitatem parturientis apprimè, uti novum, declarat: etenim parturiendo virgo illibata permansit ; quasi nunquàm peperisset. In rem Claudian. de *Nuptijs Mariæ & Honor.* vers. 108.

Isai. 66. 7.

Quomodo ante partum parturivit?

——*Dum singula cernit,*
Seque probat ; nati venientis conspicit umbram,

Claudian.

Rutilat in Ecclesia (quod pridem umbra) scilicèt, mirabilis virga Aäron, quæ erupit sine radice in flores & fructus speciosissimos ; quos quidem iuxta Abulens. & Bronsrer. hìc *num.* 8. ne phantasticum videretur miraculum, ostendit simul in articulo contentionis ; & sic deinceps. Totum miraculum factum, non solùm in electionis cœlestis argumentum ; sed *in* futurum singulare *signum* : igitur futura Maria, Verbo Dei fœta, quæ florem habitura integerrimæ virginitatis ; cum fructu spectabili divinæ prolis ; ex quo dignitas, maiestas, honorque verissimæ genitricis. Videsis, quæ dicta *Tom.* 2. *fusè*, *Taut.* 2. Propter huiusmodi portentum fœcundæ virginitatis, flores eius dicuntur fructus honestissimi honoris. *Flores mei fructus honoris, & honestatis.* An quia honestas ex auctoritate matris, & honor ex commendatione virginis? Diximus alibi : ideò dicit *Flores mei*, quippe hæccine uti singularis gratia, alteri non concessa. Sed pende : *Flores.* Quinam ? In partu rutilat fructus ex pignore : flos verò ex virginitate. Virginitas flos singularis : quippini dicit non florem, sed flores? Flos est in Virgine, quousque concipiat. Indicat decisum florem, si fructum pariat: & in fructu pautus Virginis non flos signatur, sed flores ; quoniam in partu flos virginitatis mansit, quasi numquam peperisset.

Numer. 17. 8. *Virgo & mater.*

Vers. 10.

Eccli. 24. 23.

Cur eius in flore partus, honoris fructus?

5 Hæc est, & sola, *Mater honorificata.* Aliæ fœminæ fiunt matres, verum sine virginitatis honore ; quia ubi fructus, flos non est : fœcunditate utique è virga cecidit flos. Nulla honorificatur commendatione virginis, quæ per prolem gaudia adipiscitur matris: at cùm virgo sit & mater, Deipara sola ; iurè extollitur & plauditur Mater honorificata, quoniam singulari gratiâ gaudia obtinuit genitricis, cum honore integerrimæ ac puræ virginitatis. Sedulius, d. *lib.* 5. *v.* 360.

Ibid. 15. 2.

Quo mater honorificata?

Hæc est conspicuo radians in honore Mariæ;
Quæ cū clarifico semper sit nomine mater,
Semper virgo mane.

Sedul.

En pulchra *casta generatio cum claritate*: etenim in Virgine virginitatis claritas, & in generatione pulcherrima pretiosissima maternitas. *Christi autem generatio sic erat* : scilicèt, quod virginem haberet matrem & matrem-virginem. Huiuscemodi vinculum expectabat Sponsa. *Videamus* (ait) *si flores fructus parturiunt.* Fructus haud parturiuntur à floribus ; quia fructus flores expellunt : inveniendum aliquan-

Sapient. 4. 2.

Matth. 1. 18. *Vnde?*

Cant. 7. 12.

quando incogitatum à mundo ; quod stuperet uti novum , ac veneraretur summum prodigium : etenim futura fœmina , quæ pulchrè generatione ; clarâ , flore illibatæ purissimæ virginitatis , haberet fructus privilegia genitricis.

6 Hoc opus Virgini gaudium. In expectatione exprimitur desiderium : iunguntur que desiderium & gaudium ; quippe gloriosè expectatur , quod habetur. Symbolum olim Fortunæ apud Romanos fuit ciphra *O.* adinstar rotæ. Adi Chartar. de *Imagin. Deor.* pag. 308. & 320. Unde Francisc. Tertius in imaginib. Gentis Austriac. p. 1. pag. 21. accinit:

O, littera picta cū Fortuna.

Franc. Tertius

Ingens Fortunæ tenui rota turbine pendet.

Addit Pier. Valerian. *lib.* 39. *Hieroglyph.* cap. 19. *Sphæram inter manum & genu continet. Inscriptio : Magnæ Matri.* Rotunditas sphæræ indicat in fœmina virginitatis naturale donum : quapropter de Sponsa dicitur apud Maluend. *Venter tuus crater tornatilis , speculum rotunditatis.* Dedicat cæca nescia Gentilitas Magnæ-Matri virginitatem ? Utique. Nostro congruit articulo , si demat superstitionem. Maternitas & virginitas celebratur in Deipara : tituloque Magnæ-Matris felicitas in circulo signat ampla ; quoniam in Deipara summum culmen magnitudinis , maiestas augusta matris , atque simul honor virginis. Interiectio *O.* exprimit admirationem , orientem ex novitate. Congruit virgini concipienti. *Super terram Dominus fecit novum* : Mulier nempe circundedit mirum : signaturque *O.* in admirationis notam , atque novitatis excellentiam ; quippe nexum matris & simul virginis numquàm viderat orbis. Paulin. in *Carm. Baptist.* à v. 154. succinit appositè:

Pier. Valer.

Cant. 7. 2.

Imago Magnæ Matris.

Symbola O.

Ier. 31. 22.

Mariæ excellentia, virginitas fœcunda

Paulin.

Immunis thalami , coitusque ignaro virilis ,
Sed paritura Deum: tanti fuit esse pudicâ;
Intactæ ut ferret titulos & præmia nuptæ.

7 Etiam *O* cordis exprimit desiderium. Hinc David exclamat , 2. *Reg.* 23. 15. *O si quis mihi daret* ! & Hebr. *Cantic.* 8. 1. *O si quis mihi det te fratrem meum , sugentem ubera* ! In symbolis præfatis patet spes desideria lactans , & fortuna, sive felix sors, ministrans. Tam fortunæ , quàm Virginis maternitati spes contraria. Maternitati , quia gaudet dono, spesque non invenitur in gaudio. Fortunæ , quia non fortuna , quæ in unu complectitur desideria. Suspiria repellit , quicumque fortuna gaudet. Quomodò ergo cùm insistere non quit , in his bonis potest consistere spes ? *Spes gaudium ante gaudium*: inquit Philo, 1. de *Vita Moys.* Expositio ingeniosa, sed videtur falsa. Si spes gaudium est , quid speratur in gaudium? Si fruitio in bono ; priusquàm habeatur, habetur , quid spe desideratur ? Quorsùm votum ? In gaudium profecto plenum. Contigit haberi , quod desideratur , simulque desiderari , quod habetur. Potest esse præsens bonum sine boni præsentia. Cùm ex bono , præsentiàque boni feliciter plenitudo gaudij sit ; sine præsentia boni , in gaudio ex bono spes est : in præfatisque symbolis cohærent amicè tam gaudium , quàm desiderium ; ut ex præsentia petità veniat plenissimum gaudium. Adisis , *Tom.* 4. *T.* 9. *D.* 6.

Ut quid in eius expectatione, & quomodò spes & gaudiū;

Philo.

8 Discipulis dixit ante cœnam novissimam Magister cœlestis : *Desiderio desideravi , hoc pascha manducare vobiscum, antequàm patiar.* In Littera sensum Tautologiæ fusè delicavimus , à *num.* 23. At in novum acumen occurrit inquirere : An aliquid corde propositi avido , possit sine desiderio desiderari ; vel in desiderio gaudio ex boni fruitione potiri ? Quorsùm igitur in desiderio desiderium indicatur? Ut gaudium plenissimum denotetur. Valet esse spes cum gaudio : etenim cùm gaudium oriatur ex boni potiti felicitate, spesque ex præsentiæ expectatione ; potest esse sine desiderio desiderium in anima; quia potest gaudere bono , sed sine boni præsentia. Gloria tunc animæ ab intùs; quippè bonum fugit oculos. Quid felicitas boni, si non conceditur uti? Huiusmodi Pleonasmi hyperbolicæ voces indicant flammam Salvatoris pectoris ; qua de causa tunc instituit Sacramentum amoris. Desiderio desideravit , antequàm pateretur mysterium fidei instituere omnibus; idemque accidit , ritè atque dignè accipientibus. *Unde fit , ut quod desideratur, desideretur* : infit Carthagena , *Tom.* 1. *lib.* 7. homil. 2. In Eucharistiæ sacramento ex desiderio desiderium invenitur. Quodnam ergo quod ibidem non saturatur ? Nonne in illo summum præsens bonum ? Ex bono præsenti summo none plenum gaudium ? Utique. Quorsùm enim desiderium ? Ibi summum bonum est , verùm non videtur esse. Præsens invenitur , sed occultatur. Ut mysterium fidei creditur. Ibi totius felicitatis sedet inclyta gloria; cæterùm illius non videtur præsentia. Boni præsentis sine præsentia est fruitio , quæ constat gaudio : unde cùm frui , summa felicitas sit ; & non vi-

Luc. 22 15.

An desiderium sine desiderio.

Carthag

Cur in Eucharistia simul gaudia & desideria.

de-

dere, ut videatur, sit spes; in gaudio desideratur, animaque desiderando fruitur; quippequàm gaudium plenum cordis amantis, est videre præsentiam boni præsentis.

9 Multiplicantur in expectatione desideria Virginis, & in desideria; ut pleno gaudio concelebret pascha. Cruciatur amicta Sole, cruciatur non in partu, sed ut pariat. Magna-Mater Virgo anhelat, videre in mundo Verbum Patris, factum caro. Nonne secum habet? Gaudio utique possidet. Unde namque desiderium, si præsens bonum? Intra viscera continet gaudium cœli, vellicaturque stimulo suavi voti? Utique. Hesius lib. 3. de *Charitat. Emblem.* 3. Sine præsentia

Hesius. ——*Erit fortasse quod optes,*
Quod doleas.
Nil est, licèt esse videbitur amplum

Urget in desiderij angorem, bonum summum sperare præsentem. Quia habet, percupiscit fruit: quia habendo gaudet, sperat expectando, plenè gaudere. Unde in Virginis corde inveniuntur suspiria ex suspirijs, desideria ex desiderijs, desideria & gaudia, spes simul & felicitas summa; quoniam illi summum bonum, & præsens sine præsentia. *Beatam spem*, ut vidimus, *num.* 1. huiusmodi expectationem vocat Paulus. Unde beata licèt tendat in summum, dummodò spes non ingreditur in cœlum? Quippe secura. Hinc non absolutè *spes*, sed *expectatio*. Spes absolutè est de possibili bono: expectatio de futuro. Spes connotat timorem: expectatio verò securitatem: diciturque spes gloriosa; quippe ex summo bono absque ulla formidine beatitudo: in cuius statu etiam desiderijs datur locus; quoniam gaudium gloriæ plenum dumtaxat impedit tempus. Non quibat esse in expectatione gaudium, modò de gaudio intercederet dubium. Facit spem tremulam ignorantia exitus optabilis: facit gloriosam, non posse frustrari, sed tantùm protrahi à morula temporis: abstruitque Paulus huius spei felicioris beatitudinem; quippequàm tempus solummodò obex in felicitatem.

Unde expectanti Virgini desiderium, si continet omne bonum?

Tit. 2. 13.

Cur in eius votis non signatur spes, sed expectatio?

10. Perspicuiùs proferam. *Expectantes beatam spem.* Per huiusmodi beatam, secundam spem, intelligitur gratia; qua sine formidine expectatur cœli gloria. Hinc subdit Gentium Doctor: *Adventum gloriæ.* Illud summum divinum bonum, quo anima gaudibunda potitur; profectò in gloria videtur. Cum gratia est secura sine formidine gloria: diciturque hæccine spes, spes beata; quoniam bonum quod gratia amanter desideratur, decursu temporis procul formidine habebitur. Denique. Speratur gloria spe, & etiam expectatione. Spe ubi timor, intercedit. Expectatione, ubi foràs pellit timorem charitas. *Non potest amor cum timore misceri:* ait Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 11. & Senec. in *Medea*, v. 416.

Ubi sup.

Quæ spes beata.

Macrob.

Amor timere neminem verus potest. Senec.

Ita gloria speratur expectatione; dum prænoscitur perseverantia in gratia, quadatur gloria. Primum est mera puraputa spes, quippe in illa latet sperantis formido. Secundum, non tam spes, quàm faustissima expectatio: vocatque Paulus iurè spem beatam, beatitudinis expectationem; quia cum gratia fiducialiter sperabat beatitudinem. Mariæ dicitur: *Concipies, & paries.* En spes & expectatio, atque in expectatione beatitudo. Expectat partum, siccineque est glorioſum desiderium. Si post conceptum esset aliqua in lucem infantis incertitudo; esset sanequàm spes, & non expectatio: hocque beatum, etsi admiserit in partum Virginis votum: quoniam sine fallibilitate partus, cuius lætitiam impediebat tempus. Latet alia causa, quare eiusmodi expectatio gloriosa. In mundi expectationibus speratur quod non habetur: in glorioſis expectationibus, quod habetur, intensè desideratur: Mariæque partus prædicatur expectatio gloriosa; quippe expectat in lucem continens gaudia.

Lucæ 1. 31.

Quæ gloriosa?

11 *In quem desiderant Angeli prospicere*: dicit Petrus. Angeli glorioſi sunt. *Semper vident faciem Patris.* Matth. 18. 10. Angeli quid plus desiderare possunt? Visione Deitatis satiantur. Spes, ut diximus, non ingreditur in cœlum: quare igitur in cœlum spei Apostolatus Vertex aperit ostium? Ut obstendat ibi desideria gloriosa. Desideria mundi sunt cordis solicitudines: cœli verò, sunt felices anxietates. Mundi profectò parùm solida, propter boni absentiam: cœli fauta, propter gloriam potitam: dicitque Petrus, dum gloriâ potiuntur Angeli (qua non possunt non potiri) potita desiderare; quoniam modò in cœlo posset esse desiderium; nullum profectò magis glorioſum, quàm summum bonum omnimodo gaudio, desiderare potiundo. Non consideranda est huiusmodi spes (ait Lyranus hìc) ut nuda spes; sed ut expectatio gaudij summi, sine boni privatione. *Non importat expecta-*

1. Petri 1. 12.

Quo pacto in Angelis summi boni desiderium?

Lyran.

Rationem non habiti, sed continuationem habiti. Si inesset absentia, esset spes pura: in possessione boni, desideria expectatione beata: diciturque beata spes, qua gaudent Angeli in cœlo; quippequàm Numen desiderant, de quo fruitio. Hæc quam ibidem signat Petrus *Spem vivam.* Est spes viva & mortua. Mortua est spes sine gratia, quippe quod vovet, non habet. Cum gratia expectatur obtineri, quod habet felicitas animæ; siquidem gratia est participatio naturæ divinæ: huiusmodique desideria à Petro designantur spes viva; quoniam in cœlo expectatur quod iam obtentum, & obtinetur per gloriam, quod diutissimè spectatum. Sine gratia, quicquid sit, spes omnes in spe: gratia verò est expectatio in spem vivam; quia post tempus & tempus aperit ostium in gloriam. Ibi quod gratiâ habetur Numen videtur clarè: hoc inest, & desideratur in Virginis expectatione: etenim licèt filij concepti divinitùs habeat gaudium, concupiscit & desiderat uti delicium oculorum.

Vers. 13 *Quæ spes vivat*

Et in Virginis expectatione?

12 Persecutemur, quæ ex Petro exposuimus. *In quem desiderant Angeli prospicere.* Si semper Numen spectant, quid expectant? Quid desiderant? Haud in bono potest concipi votum, ubi bonum ad oculos infinitum. Quid ergo desideratur, si totum desiderabile habetur? Concipitur natura Angelica, præut in sola gratia; & præut in gratia, & gloria. Hoc est, merendo, & potiundo. Semper vident, postquàm potiti sunt gloria, cupientes videre, ex illo instanti, quo fuerunt cum gratia, in via. Hæc est literalis expositio. Verùm scire satago: quare, si minor consideratur gloria, quàm gratia (eò quod gratia pignus gloriæ) ab Angelis desideratur gloria, dum ab illis possidetur pretiosior gratia? Dicam: Per gratiam in Angelis & hominibus manet Deitas; sed non videtur. Per gloriam & habetur & conspicitur: & illorum in possessione summi boni desideria, tendum, ut illo fruantur in complacentiam lumina; igitur non videtur haberi quod habetur; ni intuitivè in voluptatem videatur. Haud Princeps Apostolorum profert: *Angelos gloriam desiderare,* sed *Deum prospicere.* Si summum post gratiam gloria; omnem desiderium directum iri videbatur, in illud ineffabile gaudium: gaudiumque in gloria prætermittitur felicioris beatitudinis; quia tota gloria Angelorum ex conspectu Deitatis.

An pretiosior gratia, quàm gloria?

13 Expectabat Maria post conceptum *beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Iesu-Christi.* Nonne illum habet & secum? Utique: de quo votum? Ut inveniat foris, quem amanter in sacrarium servat pectoris. Ut quem habet intra purissima claustra, conspiciat sugentem ubera: igitur non videtur potiri, si quo anima voluptuosè potitur, non videtur. Possessio sine aspectu, est desiderium: desiderium expectans, contuitum, est glorioſum. Spes viva, spes beata: potiturque Virgo-mater etiam in desiderijs huiusmodi beatitudine; quippe Numen quod in utero claudit, videbunt oculi. Gaudium est, sed ante gaudium. Gaudium, quia possidetur. Ante gaudium, quia cor non plenè potitur: quandoquidem arbitratur totam boni felicitatem, non ut habeatur, sed in fruitionem. Dicit contextus: *Adventum gloriæ Magni Dei.* Gloriam demonstrat venientem, igitur in illa splendens videtur Numen: & cum in Deitate numquàm possit esse plus vel minus, in adventu gloriæ Deus dicitur magnus; quia ibi eius essentia ostenditur maiestatis, in fruitionem & complacentiam videntis. Hæc Virginis suspiria, & glorioſa desideria.

Ubi sup.

Non videtur potiri, si quo potitur, à potiente nõ videantur.

14 *Mileti* (ait Photius in *Bibliotheca* pag. 227. referque Iul. Cæs. Bulenger. 2. de *Ration. Divination.* cap. 1.) *fœminam peperisse filium, & secundum quietem vidit Solem per eos in se subeuntem, qui per ventrem exiret.* Quæ Gentilitatis somnia, in nostram felicitatem omninò vera. Iam decus est falsis ex parturitione Virginis. Sol, splendor Patris, & figura substantiæ eius, visitans nos oriens ex alto, factus homo, Spiritus-Sancti opificio, modo mirabili conceptionis (de quo *Didasc. seq.*) ingressus est in uterum Virginis; quæ ut filium suum primogenitum peperit, & panis eum involvit. Intra se Virgo habebat, habitumque desiderat in plenam felicitatem, post in auditam singularem conceptionem: igitur tota genitricis purissimæ aviditas, ut Sol conceptus in lucem exeat, orientemque videat, qui ad illam, ut fieret mater, de cœlo descenderat: simulque ut hominibus ostenderet in illotum & orbis felicitatem, Solem illum cœlestem, qui fecit Solem. Hesius, d. à v. 29. succinit;

Phot.

Quæ Virginis desideria, & quare beata.

Quid valet O? Licèt æternum quoque denotet ævum;
Signat & immensum plena potensque Deum.

Hesius

Hoc valet O.

DI-

DIDASCALIA II.

Quanam insignior gratia in Mariæ virginitate fœcunda?

1 SOL ab Ethnicis celebrabatur *Indiges*, ideſt in ſimilitudinem hominum factus, cum in forma Dei eſſet; Sol extra cœlum, ſine ſplendore extra Olympum, vilus primùm ad Admeti præſepium, naturæ aſſumptæ anxietates, ſtudio amoris minuente labores. Floridè Ovidius 4. *Metam.* fab. 7. Natal. Comes, 5. *Mythолog.* cap. 17. & Nos in *Ephemer.* 8. *Auguſt.*

Sol extra cœlum in ſimilitudinem hominum.

Cuius erat facies, in qua materq̃ paterque
Cognoſci poſſent ::. Puer ò digniſsime credi
Eſſe Deus; ſeu tu Deus es, potes eſſe Cupido.
Sive es mortalis, qui te genuere, beati:
Et mater felix, & fortunata profectò.

Ovid.

Priſca fides taceat. Verbum divinum, ſermo Patris ingeniti, Sol increatus, ut fieret homo pro hominibus, cùm in forma Dei eſſet, & nox in ſuo curſu medium iter haberet, quin à cœlo abiret; in uterum Virginis-Matris, illectus eius amore deſcendit. Suo tempore Solem in lucis uſuram protulit, primogenitum ſuum peperit, pannis eum involvit, & ut Solem indigitem oſtenderet, in præſepio altiſsimâ providentiâ reclinavit.

Gloria & modus nativitatis Chriſti.

Cuius erat facies, in qua materque; paterq̃
Dignoſci poſſent.

Erat enim pulchritudo pulchritudinum, ſpecioſus forma præ filijs hominum.

2 Perſcrutemur arcana præſentis Tautologiæ in nobile argumentum Didaſcaliæ. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi*: dicit Propheta Regius: poteſtnùm expectare ſine expectatione animus? Utique, lucet in Virgine. Expectabat Verbi incarnationem Maria: verùm ſine expectatione expectabat; quippequàm præ humilitate, nequaquàm expectabat miniſtram fore. Videſis de huiuſmodi articulo ſingularem cogitationem Tornielli, *Ann.* 4050. n. 4. Reſpexit Dominus humilitatem ancillæ ſuæ, & illam dignitate condecoravit ampliore: etenim in Verbi incarnatione, quam animitùs expectabat, genitricem ſe videbat, quod quidem non expectabat. Clariùs, breviùſque in noſtrum propoſitum. Expectabat Maria,

Pſal. 39. 2.

Quomodò Virgo adepta dignitatem genitricis, pretioſitate humilitatis?

quid ageretur de Verbi incarnatione: iurèque addit: *Dominus interdit mihi*, quia ſoli Virgini Dominus communicavit privilegium, quod haberet uterque communem filium. Totum proclamatur à Venantio Honor. lib. 1. de *Virgin. partu* à verſ. 29.

Vteri Thalamus nova iunctio facta ſalutis,
Qua Deus atq̃ caro nupſit honore novo:
Quod Deus amplexus carnem eſt, caro cuncta cohæſit:
Stat Deus, atque homo fit: Chriſtus utrumque genus.
Vnus in ambabus naturis, verus in ipſis:
Æqualis matri hinc, par deitate Patri.
Non ſua confundens, ſibi noſtra; ſed omnia nectens
Quem ſine peccato ginit uterque virum.

Venant.

3 Gentilitas penitùs cæca, vel per illam dæmon (ut noſtris ab arcanis amandaret fidem, vel minimè illorum miram fateretur novitatem) comminiſcitur apud varios AA. matrem ſine patre, & patrem ſine genitrice. Ex capite Iovis natam fuiſſe Minervam, referunt uſquequaquè Poëtæ, & Mythologi. Vide Gyraldum, *Syntagm.* 11. Natal. Comes, 4. *Mythолog.* cap. 5. Vincent. Chartar. in ea, à pagin. 240. & Diodorum Sicul. 7. *Biblioth.* n. 70. Etiam fictum, tactu florum Martem concepiſſe Iunonem, quin fœtus cognoſceret patrem. Carol. Neapolit. in 3. *Faſtor. Ovid.* Natal. Com. d. *lib.* 2. *cap.* 7. Gyrald. *Syntagm.* 10. Chartar. à pagin. 264. ubi: *Iunonem, habetur, cùm Iovi invideret, quod filiam abſque ſe peperiſſet; ipſam quoque ſine illius opera filium edere voluiſſe, floribus quibuſdam uſam, quos ei Flora oſtendit.* Adiſis Albricum de *Deor. Imagin.* n. 8. Phornutum, de *Natur. Deor.* n. 20. alioſque paſsim. Cognoſcitur fictum divinitùs factum, cognoſceturque ſplendidè (ut verbis Virgilij, 10. *Æneid.* à verſ. 792. & Iuvenal. *Satyr.* 10. v. 174.)

Qui apud Ethnicos ſine patre, vel ſine matre?

Charta.

Siqua fidem tanto eſt operi latura vetuſtas,
Quicquid Græcia mendax audet in hiſtoria.

Virgil.

Iuvenal

Audiatur in propoſitum Doctor Gentium. *Hic enim Melchiſedech, Rex Salem* (pacis) *Sacerdos Dei ſummi ::. Sine patre, ſine matre, ſine genealogia* (*Sine* pro *Ideſt*: q. d. ſine genealogia in hominum genere, quæ conſtat ex patre & matre) *aſsimilatus filio Dei.* Varia, cùm Melchiſedech fuiſſet homo, & genitus modo humano, dicta à multis de huiuſmodi periodo. Libremus dubia. Chriſtus habuit patrem & matrem quomodò Paulus non habenti patrem &

Hebr. 7. à 1.

Sine pro ideſt.

Quo ſenſu Chriſtus ſine patre, & ſine matre natus?

matrem constituit similem? Deinde: Christi generatio ab Evangelistis refertur: Melchisedech à nullo narratur. Unde ergo similitudo utriusque cum genere & fine genere? An quia Melchisedech non noti parentes? Christi noti. In principio discriminis est nota similitudinis? Nullo modo, sed in Sacramenti arcano; ut expositio Melchisedech sine patre & sine matre, Deus

Ephes. 1 2. *notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ*, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in Christo, in dispensatione plenitudinis temporum: etenim Christus, uti Deus-homo, apparuit in orbe, sine patre & sine matre; cui Melchisedechus similis; quia licèt habuerit, non cognoscuntur parentes.

4 Exponamus arcana. Inter homines ex patre & matre texitur genealogia: in Christoque Deus voluntatis suæ demonstravit sacramenta; quia dum filius eius in carne apparuit, mundus eum non cognovit. Audiatur Leo Pap. in *Christ. nativitat.* Serm. 9. cap. 1. *In Christo Iesu, filio Dei,*

Leo Pap *non solum ad divinam essentiam; sed etiam ad humanam naturam spectat, quod dictum:*

Isai. 53. *Generationem eius quis enarravit? Utramque enim substantiam in unam convenisse personam.* Quomodò utraque generatio inenarrabilis, dum illo viso series patesceret generationis? Non poterat mundus dicere, quod non valebat cognoscere. Sacramentum Deus ostendit, ubi insigni novitate filium hominem exposuit: igitur mirum, quòd Christus ex patre & matre appareret in orbe, verùm sine patre & matre: quod genealogiam signaret natura humana, sine humana genealogia. *Ingreditur hæc infima Iesus-Christus* (præmittit idem ibid. *serm.* 2. cap. 2.) *de cœlesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, novo ordine, novâ nativitate generatus.*

Idem. *Novo ordine; quia invisibilis in suis, visibilis factus est in nostris* ::. *Novâ nativitate genitus est, conceptus à Virgine, natus ex Virgine, sine paternæ carnis concupiscentia, sine maternæ integritatis iniuria.* Patet & nativitas nova & novus in generatione ordo, ut coruscaret illustris in utraque natura generatio. Novo ordine nativitatis in nova nativitate; quia ex matre virgine: & ordine novo, dum nova præ se fertur generatio; quippequàm si in æterna genuit cœlestis Pater sine genitrice, in humana mater filium concepit, sed sine patre.

5 Incarnationem Verbi Dei exoptat Siracides, dicitque Domino: *Innova signa, immuta mirabilia, glorifica manum & brachium dextrum. Festina tempus, & memento finis, ut enarrent mirabilia.* Eccli. 36. 6. Alapide subdit hìc: *Idest, alia nova patra miracula: immuta vetera in nova: prisca cum modernis commuta: patra similia, sed diversa ab illis, quæ patrasti.* Alapid. Magna næ in Verbi incarnatione facta miracula, & nova, & singularia; quippe nec cogitatum Mater virgo, & Deus homo: verùm quare in his signis & portentis optat vetera verti in nova; in similia, sed diversa? Ut si pridem ex patre generatione filij fulsit infinita fœcunditas; incarnatione ex matre eluceat nova nativitas, miraculis immutatis, similibus & diversis: quandoquidem si primum stupendum miraculum incomprehensibile, quòd à genitore filius esset sine matre; in incarnatione Verbi, novo ordine, idem à fœmina natus est filius, sed sine patre. Sibylla apud Ioann. Textor. in *Synonym.* litt. C. accinit:

Num-quàm cogitarum Mater virgo, & Deus homo.

Æterno genitore natus:
Virginei partus, magnoque æquæva parenti
Progenies. Sibyll.

Christus filius utriusque est: habet patrem, habet genitricem; sed connotando prodigijs ex utroque diversam nativitatem: temporalem nimirùm ex genitrice: æternam ex genitore. Iesus-Christus Dei filius & homo est. Deus ex substantia Patris ante sæcula genitus: homo ex substantia matris in sæculo natus. In utraque unius personæ substantia, patrata sunt mirabilia; & quæ in incarnatione nova dicta, similia etiam sed diversa; quoniam si pater solus in generatione æterna, in temporali humana similiter mater sola.

Cur constituto Christo, novus dicitur generationis ordo?

6 *Christi autem generatio sic erat:* Matth. 8. 18. inquit Matthæus, referens eius temporalem generationem. Quid est *Sic*? In tempore natus ex Virgine filius Dei. Non ut natus ex Patre, natus ex Virgine. In miraculi magnitudinem, satis erat videre virginem matrem; sed expressit ut novum, in nova nativitate diversum ordinem: dicitque de Christi humana generatione *sic est*, cùm in æterna non *sic*; quippequàm immutanda mirabilia, quæ ab æterno sunt patrata. Unde ut simile & diversum in nativitatibus miraculum fulsit; quòd fœmina sine viro conciperet, sicut Deus sine fœmina filium concepit. Vide dicta, *Tom.* 5. *T.* 3. *D.* 3. *n.* 12. Ita enim subscribitur ac firmatur, novum & æternum testamentum: novum ex sola Virgine genitrice: æternum verò, ex Patris fœcunditate. Propheta Evangelicus signat conceptionis

Et nova nativitatis

nis puritatem, dum prædicit Virginem filio imposituram nomen. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium & vocabitur nomen eius Emmanuel.* Vatabl. & Maluend. *Vocabit scilicèt ipsa Virgo mater infantis: & vocabis O Virgo nomen eius.* Per propriè filio quem pepererat imposuit nomen; quia non habebat, cui peperisset, super terram patrem. *Vocabis nomen eius Iesum.* Ius in nomen infantis ab origine; quam infans non habebat, nisi à matre. Venantius ubi supr. v. 255.

Vatabl. Maluēd

Luc. 1. 31.

Venant.

In deitate Patri æqualis, sed corpore matri.
Ecce pater mundi, filius ecce tibi.

Ps. 85. 16.

Filium ancillæ tuæ: dixit David. Quænam hæc? *Filius Virginis*: subdit Genebrard. Ancillam Virgo se dicit, dum filium concipit. Non alterius in carne proles divina: ipsa ancilla mater erat & sola: ipsa dumtaxat eius consulat nomini, qui inter homines, filius unicus matris suæ. Diximus sæpe de huiusmodi argumento (vide hic *Tautolog.* 1. n. 16. & ibid. *Didasc.* 6. n. 3.) respondeamus ergo principali instituto.

7 Sapientia ergo increata quasi per umbram ostendit, quod in novissimis diebus orbi patuit. *A generationibus meis implemini.* Filius Dei hìc hominibus gratia vacuis, loquitur, in sententia Pinnæ hìc. Quot enim habet generationes, ut ex eis genus humanum impleatur gratijs? Duas: æternam & temporalem, ex qua quia homo, mare gratiarum in hominem; etenim charismatum plenitudo, Verbum caro, Deus-homo, quod quidem manifestum inexcogitabili miraculo, dum in utraque generatione filius, quantumvis in utraque dissimillimus modus: igitur in æterna filius sine fœminæ consensu, in temporali filius fœminæ purissimæ sine viro. In unica persona duplex in gratiam invenitur natura: à Patre divina; à matre, humana; sed mirabile inauditâ differentiâ: equidem à Patre filius sine genitrice: verùm à genitrice, filius singularis sine patre. *Ut putabatur, filius Ioseph.* Cæterùm eius temporalis generatio non fuit sic. *Putabatur.* Ioseph habebat patris speciem, non tenorem; qui è cœlo electus munere desponsationis in testem integerrimæ virginitatis. Quid mirum, si ex novitate generationum, generi humano copia adveniret gratiarum; dum Christus in orbe fulget, cuius mater virgo est, & cuius pater fœminam nescit? Miraculum offertur, quod priùs ab hominibus ignorabatur. Facit Deus mirabilia magna solus, ut stupescat & veneretur mundus. Nescit homo; sed, ut accinit Ioann. Mellius Sousa de *Incarnation. Domin.* à vers. 307.

Eccli. 24. 16.

Christus in duplici natura, una persona.

Luc. 3. 23.

Tunc docet ille modum, reseratque arcana,
Deique
Supremi manifestat opus, mirabile nobis,
Et Superis etiam, non ante ab origine mundi
Patratum, numquàmque iterùm patrabile.

Sousa.

8 Huiusmodi spectabile sacramentum Psaltes Regius prænovit, & ænigmaticè innuit. *Semel locutus est Deus* (inquit) *duo hæc audivi.* Hebr. *Unum locutus est Deus: duabus istud.* Maluend. *Semel & iterùm.* Caietan. *In uno isto Dei dicto, duo.* Quid semel dictum, & in uno non unum, sed duo semel & iterùm intellectum? An quod indicat Paulus, *Multifariàm multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis; novissimè diebus istis locutus est nobis in filio*? Altiora sunt, quæ in eodem argumento prædesignavit David. Quod Deus unicè locutus est, est Patris Verbum, qua de causa insignitur *dictio Patris*, eiusque filius mentis, ratione infinitæ fœcunditatis; eo modo, quo expressimus, *Tom.* 5. *Tautolog.* 3. *à num.* 67. ut Verbum, quod intelligentis, verè sit & propriè Filius Patris. Cùm Pater cœlestis dixit, filium genuit, & semel dixit: duoque signantur in uno, dum humana etiam designatur generatio; quia vel in terminatione naturæ humanæ Christus est filius Altissimi. Filiatio sequitur personam, non naturam. Dictus filius Verbum fœcunditate divinâ Patris, qui filius etiam vel in ipsa natura genitricis; & *Unum in duabus* dicitur Verbum; quoniam vel in acceptione, qua ex fœmina natus, Patris æterni est verissimè filius. Dum quod non erat, assumpsit, id quod fuit permansit. Videri quibat unione alienæ naturæ, conditionem sequendam naturæ alienæ. Christi generatio non sic: in utraque natura Verbum est, quod semel locutus est Pater: duoque intersunt, dum connotatur genitrix, à qua natura humana, sicut à Patre divina; quippe in duabus substantijs una persona.

Psal. 61. 12.

Hebr. 1. 1.

Quo prodigio?

9 Ita intelligitur textus difficilis ex hyperbato Græcismicæ confusionis. *Ideoque* (Virgini dixit Angelus) *& quod nascetur ex te Sanctum vocabitur filius Dei.* Facilè textum, & propositum intelliges; si pro *Quod*, substituas *Quamvis*: ita ut sensus sit: *Quamvis nascatur*

Luc. 1. 35.

Quod pro quāvis.

ex te vocabitur filius Dei. Haud quia sumpta carne, alienæ naturæ sumet conditionem; filius amittet filiationem cœlestem. Unum videndum in duobus. Non persona à genitrice, sed à cœlesti Patre: in duabus naturis, filiationem sequetur generationis superioris. Unde cum per hanc persona & una & divina sit; filius Altissimi vocabitur, quamvis nascatur ex te. Intendamus: perscrutemur. Unus Christus est ex patre & matre. Verbum verum, & Verbum bonum. Verum, ex conceptione fœcunda divinæ mentis. Bonum, ex utero Virginis. Unus filius exponitur, & ex filiatione duo intellectu percipiuntur: nimirum filius à Patre, absque ulla in conceptione genitrice; & à matre absque ullo in humanis vel cœlesti genitore. Canit in rem Benavidius in *Horis successiv.* lib. 2. Epigram. 69.

Differimè inter Verbum verum, & verbum bonum.

O stupor! Ut terram condat verbum edidit unum:
Nunc opus ut redimat, sunt duo verba Deo.

Venav.

Semel enim & iterùm unum auditur. Unum verbum, & in duobus articulis? Quia Pater gignendo dixit, & mater in conceptionem consensit. Claruit ergo filius cum utroque, sine patre, & sine matre.

10 Matrem audiamus. Nuncium de prolis conceptione accepit Virgo; statimque: *Quomodò fiet istud* (inquit) *quoniam virum non cognosco?* En moles totiùs difficultatis. Fiet illud, quoniam virum non cognoscis. Non in opus necessarium, cognoscere virum: imò necesse, nullum ad conceptionem cognoscere. *Spiritus-Sanctus superveniet in te.* Superveniente Spiritu, erit conceptio. Filius Altissimi in carne, divinâ virtute, erit ex te sola; non ex voluntate viri: etenim ex te idem filius concipietur sine viri virtute, qui ab æterno sine fœmina genitus ex Patris mente. Incarnationem tota Trinitas operata. Patri attribuitur filij missio: Spiritui Sancto, immediata conceptionis operatio: Incarnatio soli filio; quippe facta hypostatica unio in ipsomet conceptionis momento. A Domino factum est illud, quod est mirabile in oculis nostris. Opus magnum: sed Spiritus-Sancti virtute, micat quomodo factum est istud Iam natus qui Verbum verum ex Supremi genitoris intellectu: nascetur Verbum bonum ex matris utero: & cùm illud unum sit, erit in carne Altissimi filius, quamvis in te caro factus. Ex te homo, à Patre æterna filiatio: etenim tametsi in illo duplex natura; in naturis diversis una persona. *Erit* enim *magnus*; quia singularis; tuque etiam in elevatione magnitudinis: etenim non solùm concipies & paries virgo, sed filium gignes sine viro, virginis mirabili fœcunditate: quem Pater cœlestis sine fœmina ab æterno concepit mente. Sousa d. v. 314.

Ib. v. 34

Virginis activa conceptio sicut viri.

Opus Trinitatis in Incarnatione Verbi.

Ib. v. 35

Paries, ò Virgo beata!
Filius immensi dicetur, & alma propago
In terris; cœloque Dei notissima proles.

Sousa.

11 Utramque & utriusque generationem, mentis nimirùm & ventris, notat apprimè Siracides. *Fons Sapientiæ* (infit) *Verbum Dei in excelsis. Radix Sapientiæ cui revelata est? Ipse creavit illam in Spiritu Sancto.* Tota sacra ineffabilis Trinitas præ se fertur. Pater, fons Sapientiæ, Verbum Filius, tertiaque ex utroque persona, Spiritus-Sanctus. Claudianus (credo Damasum) de *Christo*, Epigram. penult. à v. 1. modulatur, & floridè:

Eccli. 1. à 5.

Proles vera Dei, cunctisque antiquior annis;
Nunc genitus qui semper eras, lucisque repertor,
Ante tuæ matrisque parens; quem misit ab astris
Æquævus genitor, Verbique in semina fusum
Virgineos habitare sinus, & corporis arcti
Iussit inire vias, parvàque in sede morari;
Tu solus, Patrisque comes: Tu Spiritus insons,
Et toties unus, triplicique in nomine simplex.

Claud.

Plura *Tomis priorib.* diximus, latèque ex Orpheo tractat Athanas. Kircher. *Obelisc. Pamphil.* lib. 3. cap. 9. in *Mensa Isiac.* cap. 5. Divis. 2. & in *Anacephalæos. Totius Oedip. Copti*, cap. 1. Unde vel ex Ethnicis Vincent. Chartar. *de Deor. Imagin.* pagin. 358. inquit:

Mysteriis SS. Trinitatis.

Par tribus est facies.
Par tribus est ætas.
Par quoque forma tribus.

Chartar.

12 Flectatur igitur calamus principali proposito. Verbum Dei à fonte Patris, est Sapientia genita, sed increata, ut eius origo: quomodò ergo *creavit illam in Spiritu-Sancto?* Sunt duæ in Christo generationes: altera paterna, materna altera. Illa, sine fœminæ consortio, unde Verbum fœcundæ divinæ mentis, increata Sapientia. Hæc sine viro, unde Christus homo, fœcunditate Virginis, Sapientia incarnata; quippe humanitatem ex genitrice sumpsit: diciturque, quod Spiritus-Sanctus attributivè (uti diximus) creavit; quia

Ib. v. 9.

Quo sensu Christus ex Patre, & Spiritu-Sancto?

quia illius tantùm virtute, homo factus sine genitore, qui ab æterno filius Patris sine fœmina ex fœcunditate mentis. Fons Sapientiæ Verbum Dei in excelsis: sed Spiritus-Sancti virtute in utero matris; quippequam habuit Filium Pater cœlestis in ea, quem habuerat, priusquàm caro factus, sine illa. *Creavit illum in Spiritu-Sancto.* Creatio (ut alibi dixi) non solùm est ex nihilo, sed etiam ex indisposito subiecto. Fœminam sine viro concipere, tantum possibile Numini. Indisposita est, quia non homo sine semine: diciturque factum Sancti Spiritus virtute; igitur Christus ex fœmina homo verus sine homine, sicut Filius Patris luminum sine consensu, nec operatione fœminæ. Audiatur Bernardus, de *Deipar.* Serm. 2. n. 11. *Verbum, quod de Supernis haurit, uberius nobis Maria refundit. Verbum ex ipso Patris corde*
Bernard *suscepit. Dies diei eructat Verbum. Utique dies Pater: an non & Virgo dies? & præclara. Rutila planè dies, quæ procedit sicut Aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol.* Sic & aliter Maria; atque Verbi ex his diebus differentia: igitur ex intellectione eructavit Pater Verbum
Psal. 18 2. verum: sed cor Virginis nobis eructavit Verbum bonum. Hinc Pater in baptismate dixit: *Hic est Filius meus dilectus*;
Matth. 3 16. illucque specie columbæ descendit Spiritus-Sanctus. De Spiritu-Sancto concepit Maria. Filij videnda veritas & bonitas: ideſt, divinitas & humanitas. Verbum verum, Verbum bonum: Verum ab intellectu Patris; bonum à Spiritu-Sancto ab utero genitricis. Quis audivit umquàm tale, aut vidit huic simile? Quomodò fiet istud? Signavit (ut vidimus, *præced. Didascal.* n. 3.) Nonnus:

Quòd Virgo Filium pareret,
Nonn. *Naturam mutavit pater.*

13 Abscondit Pater hæc à sapientibus & prudentibus, & revelavit ea parvulis. At radix Sapientiæ cui revelata est? Petro revelavit Pater, unde ex cognitione felix. Discipulos Assertor N. interrogat,
Matth. 16. 13. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Facile videtur dissolvi nodum; asserendo, Filium hominis esse hominis filium. Aliud & altius interrogat asseclis: scilicèt, quem dicebant Filium Virginis? Petrus statim:
Vers. 16 *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Haud categoricum videtur responsum, ubi Christus se exponit Virginis Filium: etenim Filium esse æterni Patris, quid ad filiationem ex conceptu genitricis? Totum, & simul expansum absconditum sacramentum: igitur simul Patris & filius Virginis; quia non solùm homo, non solùm Deus; sed Deus-homo. Deus genitus ex paterna mente, homo ex Virgine, sumptâ carne: & ubi de Filio Virginis interrogatur, exactè de æterna conceptione respondetur; quoniam idem filius ex Virginis utero, ac quem Pater uti Verbum conceperat ab æterno. Utramque naturam complexus est Petrus, dum protulit: *Christus*, connotans originem, & simul in diversa natura patrem & matrem; ut pateret Christi constitutio distincta origine & modo: siquidem etsi Christus naturarum distinctione, idem ipse esset Filius utriusque; erat diversus modus filiationis, mentis & uteri ex fœcunditate genitricis & Patris: genitricis, in humana conditione sine patre: Patris verò, in æterna substantia, verùm sine genitrice.

Petrus definit Christi mirabilem excellentiam.

14 Patet Apostolorum Vertici mysterium magnum revelatum à Patre, ut omnes fateamur processum ex ore Petri. *Honor Regis iudicium diligit.* Deliria hæreticorum sine iudicio, erga fidem tantùm iudicium à Petro; igitur illi ex confessione honor, quod extra sensum eius, dumtaxat furor: de quo aliàs. *Honor Regis iudicium diligit.* Rex hic Messias, Christus Dominus signatur à Lorino hic: Honor eius claret, & honor iudicium diligit? Næ. Nemo potest iudicare de honore, ni fuerit cœlitùs revelatum à Patre. Honor Christi, quod sit filius Patris, & filius Virginis. Poterat hominis errare iudicium, si dumtaxàt iudicaret filium hominis. Poterat, cùm videret hominem, censere hominem habuisse patrem; quia animalis homo non cogitat, quæ sunt Spiritus Dei: honorque tantus iudicium diligit, quod Pater revelavit, & Petrus protulit; quoniam etsi Filius hominis assumptâ carne; erat Filius Dei vivi: & stupendo miraculo, signato Petri iudicio: equidem in summum honorem maiestatis, & hypostaticæ unionis; idem ipse sine patre operâ fœminæ generantis, qui ex mente Patris filius sine opera genitricis. Elucet iam quæ insignior Mariæ gratia, virginitate fœcundâ. Communem filium eum Patre cœlesti habet: & ut singulariter haberet;

Psal. 98 4 *Cur Petrus*

Honor Christi, quòd sit filius Patris & filius Virginis.

Virginis ad verbum, Verbum descendit
Olympo.
Felicem natum! Genus alto à culmine cœli
Ducit, & æterni proles dicetur ubique.

Bernard & Sousa, d

*** *** ***

DIDASCALIA III.

Spes quæ differtur, affligit animam.

1 GNOMA est Sapientis, expressa angoribus expectantis; quin reputet solatium refrigerium, quia futurum: etenim ut verè profert Publ. Syrus, in *Mimis*, n. 190.

Prov. 13. 12.

P. Syr.

Etiam celeritas in desiderio mora est.

Cupienti est mora ipsa diligentia.

Spes sedet, votum volat: patiturque expectantis pressus animus; quia motibus desiderij, Spei non respondet motus. Distortè apud Priscos cum Nemesi picta spes, per quam gaudia expectat cor. Politianus, *Epigram.* 13. Marullus, 180. Pindar. in *Nemeis*, Od. 8. Nemesis insignia mensura & fræna. Vincent. Chartar. in *Deor. imagin.* pagin. 308. Unde Claudius Minos, in Alciat. *Emblem.* 27. accinit:

Claud. Min.

Una manu cubitum ostentat, gerit altera frænum.

Nemesis cum Spe.

Dissonat sanè dum micat in eventu felicitas, Spei Nemesisque societas: equidem in gaudia nec habet mensuram cupientis votum, nec sustinet in desiderata frænum. Nescit habere modum. Otho Vænius, *Embl.* 16. inquit:

Oth. Væn.

Calcat ardor pede mensuram, atque domantia, hunc
Nulla lupata, modus, lex, retinacula movent.

Imago Spei.

Idem *Emblem.* 30. pingit Spem lactantem Cupidinem, & ostendentem illi rutilum florem; quippe expectantis gaudia avidum, allectum cor, nutritur tantùm spe. Qua propter Paulus, cùm necdùm posset ostendere discipulis fructus æternæ beatitudinis, quasi in flore pro gaudijs supernæ felicitatis; *Lac* (inquit) *potum dedi vobis, non escam.* Ita nutritur anima, quousque degustet cœlestia: igitur si inesset, ex felicitate supernè potitâ, gaudium, non spes esset in lacteis floribus, sed prosperè evanesceret per fructus. *Spes autem quæ videtur non est spes: nam quod videt quis, quid sperat. Si autem quod non videmus speramus; per patientiam expectamus.* Apositè, *Per patientiam*: equidem cùm gaudium securum sit, & mora exulceret pectus; omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc.

1. Cor. 3. 2.

Rom 8. à 24.

2 Dicit Noster Assertor. *Misereor* (inquit) *super turbam, quia iam triduò sustinent me; nec habent quod manducent.* Expectabant auxilium, triduòque altà providentià in prodigium, fuit protractum: sustinereque dicit pro præstolari, ut vehementem declaret spei fodicantis pœnam: etenim spes quæ differtur, affligit graviter animam. Plautus in *Asinar.* Act. 3. scen. 3. v. 26.

Marc. 8. 2.

Unde expectatio & afflictio?

Miser est homo qui amat:
At qui pendet, multò miserior.

Plaut.

Pendet animus, affligitur pectus: gaudia quippe etsi credantur; nescit homo, quando hæc erunt. Astruit anxietatem nostra Tautologia. *Expectans expectavi Dominum, & intendit mihi.* Iuxta Augustinum, ut vidimus in *Litter. Exposit.* n. 45. *Sustinens sustinui.* Dolorem indicat, dum favorem expectat? Utique. Nonne à Domino auditus & exauditus? Nonne fauctus? Unde cruciamen pectoris? Ex conditione ingenitâ expectationis: igitur quamvis gratiæ Domini speraret insignem benevolentiam; nesciebat spe quando intenderet in gratiam. Occurrunt pietati, quæ animæ cruciamina, flammis piacularibus addictæ: equidem in angorem quantum tormentum, dum cruciat spes gaudiorum? Non hìc exponitur spes contra desperationem, sed versus infallibilem felicitatem. Est spes sine timore, quæ non confundit, sed dolore mulcet. Unde vel Profanus, 2. *Amor.* Eleg. 9. succinit:

Psal. 39. 2.

Ne modò deficiant voces:
Sperando certè gaudia magna feram.
Et modò blandicias dicat, modò iurgia nectat,

Ovid.

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

Gaudium habet, verùm consumit gaudia voto: est gaudium cum desiderio. Cogitat bono finire dolorem, cæterùm non videt finem: pectusque conficitur, ubi gaudet; quippe dolor illo gaudio non conficitur. Canam ex prisco Hispano Vate in rem, acu tactam, argutè atque lautè expressam:

Spes dulcedo & afflictio.

O Spem vel in tuto sitam!
Numquàm plenè levas sortem:
Quid quòd expuleris mortem,
Si non concesseris vitam?
Dolo agnoscеris à me,
Sed necessarium transire:
Quippequàm non possum vivere
Nec tecum, nec sine te.

Nec tecum, quia diluis gaudia: nec sine te; quippequàm sine te nulla.

3 Dissolvit argumentum N. Venerabilis Beda, *Prov.* loc. cit. *Quando differtur* (in-

Beda. *Quomodò sic in purgatorij pœnis?*

(infit) *spes æternorum affligitur anima fidelium; vel pro dilatione videlicèt bonorum, quæ amat; vel pro illatione malorum quæ tolerat.* Non enim opponuntur vexatio præsentium & memoria futurorum. Hinc D.Thom.1.2.quæst.32.art. 3. ad 2. *Nihil prohibet* (ait) *idem secundum diversa esse causam contrariorum. Sic igitur spes, in quantum habet præsentem æstimationem boni futuri, delectationem causat: in quantum autem caret præsentiâ eius, causat afflictionem.* Idem Ethnicus 2. Thebaid. 2.v.319.

D.Th.

Statius.

Et quæ non gravior mortalibus addita cura,
Spes ubi longa venit.

Spes, quo longior, gravior: graviorque non dicitur, ellò pœna gravissima; quippe levat mœstitudinem futuræ felicitatis memoria. Vel in doloribus anima fovetur gaudio; quapropter illinc suspectat sidera vultu; non quasi incertum formidine aliquomodò expectans, sed inter morulas temporis felicitatem explorans; bonique expectati avidè patitur desiderium; quippe quod animitùs optat, & felix & infelix expectat bonum. Quid si affligitur, ubi spem securam patitur?

4 Periodus singularis in indicium præmiorum pro abdicatione bonorum temporalium, ob Salvatoris obsequium, ab ipso Domino exponitur apud Marcum; quod quidem prætermissum apud Matthæum. *Nemo est* (inquit) *domum, aut fratres*, &c. *qui non accipiet centies nunc in tempore hoc cum persecutionibus, & in sæculo futuro vitam æternam.* Gaudeat anima Christo addicta, ubi intuetur ipsas persecutiones inter præmia, & cœli dona: equidem in hac vita beatitudo homini, pro nomine Iesu contumelias ac persecutiones pati. Ergo in præsentem articulum. Propter amoris obsequia, atque in Christum cordis flagrantis studia, promittitur possessio æternæ felicitatis: quorsùm ergo in promissione signantur persecutiones? Hoc, animorum vexatio; illud animarum beatitudo: & ex gloria & in hac vita ex qua felicitas, oritur quasi ex persecutione cordis anxietas? Sanè. Haud dicit: *Accipit*, sed *Accipiet*. Proponit felicitatem summam, *in sæculo futuro*, nimirùm, *vitam æternam*. Stabile futurum gaudium, sed futurum. Bonum est & optimum, sed expectatum. Gaudij concipitur spes: persecutionibusque simul concutitur cor; quoniam expectare in hoc sæculo totum pondus beatitudinis, persecutio supra cunctas persecutiones. Hinc *cum persecutione*, non dicit Christus, sed *cum persecutionibus*, quippequàm inter angores animi optantis, & amaritudines mœstissimi pectoris; expectare gloriam, & bonum ex illa summum, in præsenti sæculo est centrum persecutionum. *Cum persecutionibus*, ut ex absentia gaudij & possessione desiderij, constet ærumna; qua pectus maceratur per tempora & tempora: igitur nullum acrius cruciamen patienti pectori; quàm spes secura gloriæ. *Singulariter in spe* constituitur anima. *Spes* (iuxta Senecam, Epist. 10.) *incerti boni nomen est.* Singularis spei anima, beatitudinis absentia possidet constitutionem; quippe de bono & summo habet securitatem. Gloriæ habet spem, qua nil plus: tuncque temporis vinculis, cunctarum persecutionum exponit pœnam; quia nulla intensior, quàm expectare gloriam. Seneca in *Troad.* v. 996.

Marc. 10.30.

In pœna latet gloria.

Animarũ afflictio ex absentia gaudij & præsentia desiderij.

Psalm. 410. Senec.

Earum spes unde singularis?

Dum ista venient, interim hæc pœna in loco est.
Præmium eripuit mihi.

Idem.

5 Terribilia quæ in expiationem animæ patiuntur cruciamina. Unde ergo animæ tam dira ex tempore oppressio, dum nimis læto expectat culmina vultu? Quia expectat. Spes fovet, & gaudet spe gloriæ, ex qua felicitas animæ: simulque affligitur cor, quia habet gloriam in spe. Bonum in voto est vehementissimus angor: etsi dolor in ipsis flammis non esset, spes refrigerij magnus dolor. Est persecutio, quod persecutionem excutit: magnum gravamen quod gravamen tollit: levamen angit: gaudium ingeniosè premit: etenim cùm illa felicitate carere in expiationem fit; igne vehementior, in pœnam datur spes. Ille epulo etiam ingluvie voluptatum, despecto esuriente Lazaro, sepultus est in inferno. *Cùm esset in tormentis*, vidit Abraham, Lazarumque despectum: *& ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum; ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* Pende: *Cùm esset in tormentis.* Non in tormento, sed *in tormentis*? Utique, spem conceperat refrigerationis, cùm cruciaretur in flammis: tormentaque cuncta dicit, ubi spem refrigerij cogitatione fovet; quoniam in tormentis ad libertatem expectare subsidia, erant in maius cruciamen profectò cuncta tormenta. In inferno tormenta, sed nulla spes: daturque spes in inferno, ut spe sine spe universi doloris videretur aggregatio: igitur

Vers. 23

Luc. 16. 24.

Unde spes maius tormentũ?

igitur in tormenta, quibus cogebatur pati, tantùm restabat, refrigerium in gaudium posse concipere. Describitur quicquid mœroris, acerbitatis & amaritudinis merebatur à culpa, extremis flagitijs respondente pœnâ: & ut constet ibi quantum tormentum, dicitur miser sperare auxilium; quippe summum in doloribus tormenti, acerbitas sperandi. *In inferno*: Cur locus exprimitur, ubi pro noxijs improbus ille cruciatur? Quoniam animæ huiusmodi tormento torquentur in purgatorio: infernusque dicitur, dum dives scelestus spe in inferno cruciatur; quia utrobique illo falso concipiente spem, idem tormentum, cum discrimine locorum. Videbatur levamen, conferri damnato, quod anima firmâ spe, patitur in purgatorio: videtur, verùm non sic: erat dumtaxàt cogitatio spei: & ut crescceret in flammis criminis pœna; infertur sanè in inferno, quod in expulsionem pœnæ patitur anima.

Vers. 22

6 Purgatorij pœnæ præ Averni acerbiores sunt, iuxta plures DD. Adi S. Birgittam lib. 4. *Revelat.* cap. 7. & *lib.* 7. *cap.* 39. Ibi animæ in tormentis sunt: evadendi habent spem, non solùm in refrigerium sed in gaudium: speque summa indicitur pœna; quippe illam pati, universa cruciamina. Patet cordolium, ubi instat tormentum, & expectatur gaudium: quandoquidem angit animas in purgatorio, quicquid illatum diviti epuloni in flammis sine piaculo. Audi Davidem: *Dolores inferni circundederunt me.* Circundederunt', quia pro illo tunc non habebat effugium. Differentia loci, non erat pœnæ: eadem utrobique: eadem diverso in loco: dicitque *dolores inferni*, licèt non in inferno; quoniam spem in malis & ad bona pati pectus (ut cogitationis vulnus) extra infernum feralem totus infernus. In inferno sunt tormenta sine evasionis spe: in purgatorij flammis inest spes evasionis, simulque æternæ felicitatis: conferturque inferno, quod anima afflicta patitur in purgatorio; quippe in tormentis non plus, quàm gloriam, sanè venturam, haberi cordi in spe. *Patientia vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* Ita Hebræos alloquitur Paulus. Alapideque in nostrum articulum: *promissionem in cœlis.* Sublimis periodus: ingeniosus lucet Paulus, dum obest verborum nodus. Patientia itaque necessaria ad ictus, haudquaquàm in gaudio. In cœlis promittitur gloriæ felicitas, non cruciaminum acerbitas. In cruciamina hominibus opus comite roboratrice patientiâ. Unde ergo in gloriam promissam à Numine, necessaria? Gloria est, cæterùm promissa: gloriam, dum dolor instat, in expectatione habere; est intimum vulnus cordi; quia dolor gravat, atque refrigerium distat: & cùm patientia sit necessaria in cruciamen; exponitur necessaria in gloriæ optabilis promissionem: etenim in dolore spes gloriæ dolor maior, quàm maior dolor. Vernaculè: *Para la pena, que en la pena, proviene de la esperanza; es necessario, armarse de paciencia.*

Quàm graves purgatorij pœnæ

Psalm. 17. 6.

Cunctam excedit pœnam sperare gloriam.

Hebr. 10. 36.

7 Scrutemur textum in Didascaliæ propositum. Animæ torquentur piacularibus flammis, voluntatem Dei facientes; igitur in purificationem ibi ingeritur, quicquid gravat in pœnam; igitur nihil coinquinatum intrat in gloriam, cuius per gratiam spem possident, atque dolentes gaudent. En ictus & vulnus, quod patienter portat animus. *Ut reportetis*: ait Paulus. Non solùm, *ut portetis*, sed ut *reportetis.* Ubi gravior pœna, patientia amplior necessaria. In animabus spes gloriæ, doloris refrigerium (quia laboris non requies) acuit vehementiam doloris: dicitque Paulus & portare & reportare spe firmâ absentiam gloriæ; quippequàm dum ibi affligitur animus, gaudium ipsum maius pondus. Phrasis Doctoris Gentium. *Pondus gloriæ.* Singularis nexus & speciosus! Pondus aggravat, gloria sublevat. Pondus infert oppressione dolorem, gloria oppresso concedit requiem. Unde ergo ex gloria pondus, si illâ evanescit acerbitatum vulnus? Est gloria sopito labore possessa; & gloria in laboribus promissa: Paulusque apositè spem gloriæ pondus dicit; siquidem in gravi pœna spes gloriæ animam opprimit. Anima opprimitur, quo dolore patitur: respectuque expectationis gloriæ dolore ipso non affligitur; quia plus patitur sperando, quàm patiendo: igitur in acerbioribus nec species videtur inflictæ pœnæ; respectu pœnæ ac ponderis expectationis gloriæ. Ne mireris pondus: acrior est pœna damni, quàm pœna sensus; de quo infrà.

Expectatio beatitudinis, pondus doloris,

2. Cor. 4 17.

8 Pœnæ fictæ acerbitatis latæ Tantalo, vividè confertur, quæ datur animabus in purgatorio. Ut purgaretur à crimine è verbo levi, & transferretur Dijs acceptus, in Campos Elysios (ubi in oblivionem malorum permeabat Letheus, ad cuius introitum, ut accinit Virgil. 6. *Æneid.* v. 329.

Centum errant annis, volitantque per littora circum:

Virgil.

Tum

Tum demùm admissi stagna exoptata revisunt.)

Ille ergo sitibundos & famelicus collocatur inter proxima labijs fluenta ; & iucundissima ex arbore pendula poma : at dum sitim & famem cupiebat extinguere, cuncta fugiebant ab ore.

Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit
Tantalus infelix; quem sua vota premunt.

Petron. Pœna Tantali. Ita Petronius in *Satyr.* pag. 25. Idem apud Ovid. 2. *Amor.* Eleg. 2. v. 43. Horat. lib. 1. *Satyr.* 1. v. 68. & *Epod.* ult. v. 65. Cornel. Gallus, *Eleg.* 1. vers. 15. Maxim. Tyrius, Serm. 25. Natal. Comes, 6. *Mythol.* cap. 18. Claud. Minos in Alciat. *Embl.* 84. decerpentes ex Homer. *Odyss.* 11. ubi:

Tantalum hìc vidi, duros perferre labores:
Namque erat in stagno mentum tangente, sitisque
Assiduè urgebat: potandi at nulla facultas:
Nam quoties in aquam deflectit labra refugit
Unda levis, toties absorpta, ac terra videtur
Sub pedibus; rursùsque levem Deus evocat undam.
Hìc sunt arborei fœtus, præstantia mala
Punica, sunt oleæ, sunt ficus, pomaque formâ
Insigni; senis allectant quæ cuncta palatum.
Sed quoties manus tentat decerperi fructus;
Potinùs hos ventus celeris in nubila portat.

9 O anima, ut luas pœnas in purgatorio sita ! Mutato nomine de te vere fabula narratur. Sitibunda & vescula beatitudinis, habet cibum atque potum coram oculis. Fame premitur, siti angitur, utroque opprimitur. Spe levaminis gaudet, sed intimè dolet ; quoniam concutitur in extremis malis sic, & in auxilium tantùm explorat spem. Est spes finis dolorum, si accesserit gaudium : spesque infert vehementiam vellicantis doloris ; quia necdùm dolorum finis. Mala urgent, nec finiuntur mala, quibus necessaria patientia: equidem quantumvis spe levantur ; latet nimis, quando hæc erunt. Urente siti vovet, quod corditùs cupit, solicita beatitudinis, ut viso Numine, potetur torrente voluptatis ; ceterùm fugit aqua, & plus ardet sitibunda. Adest ærumnà nimis famelica ; cupitque satiari apparente gloriâ ; fugiuntque quasi visi in satietatem optati fructus ; quos usque in perfectam puritatem abscondit tempus. Hinc dolor, hinc mœror. Spes ipsa quasi visæ beatitudinis auget planè acerbitatem doloris: igitur ipsa spe, & spei gaudio, auget cruciatus, pati, & habere gloriam ante ipsos oculos.

Symbolum pœnarum in purgatorio.

10 Ægrè removetur animus à spe concepta ; summèque premit, si aliquomodò dilata. *Qui sunt hi sermones, quos confertis adinvicem ambulantes, & estis tristes?* dixit Salvator N. (de morte, diabolo & inferno partà victoriâ) duobus discipulis, ambulantibus in via. Unde ergo discipuli in mœrorem altum vulnus? Dicunt promptè : *Nos autem sperabamus::. & nunc super hæc omnia tertia dies est hodie.* Videre gloriam resurrecturi sperabant : vultuque præ se ferunt cordis tristitiam : igitur gravissimæ pœnæ ; gloriæ spem certam habere, atque gloriam sperare. In doloribus versabantur, ex quibus gloriam Salvatoris expectabant ; quippequam eius manifestatione, tota lætitia restituenda pectori. Tertia dies erat, in qua gloriæ manifestationem ipse promiserat. Tantisper distulit, ut appetitum acueret, & oculos in visionem admirabilem purgaret : manifestationeque gloriæ brevi dilatà, tristitiam vultu demonstrant; de qua videnda statim spem conceperant. *Super hæc omnia tertia dies est hodie.* Quænam hæc, ut super hæc in signum acerbitatis designetur tertia dies ? Passio sanè Salvatoris, cruciamina & dolores à morte & à morte crucis. Sit ergo: cæterùm quid, modò ad cordis vultusque tristitiam ? Sperabant illa die Christi surgentis videre gloriam : & cùm gloria protracta sit cordis cruciamen, summam ingerens expectanti mœstitudinem ? relatis quæ acciderant in morte crucis, & dirissimæ passionis; gloriæ expectatæ dilationis tormenta, super hæc omnia. In dolore passionis anteactæ gaudium expectabat anxietas, sed habitu peregrino illos latebat exoptata felicitas. Salvatoris gloriæ erat firmissimæ spes : quæ quidem vel ad horam aliâ specie, ita vulneravit cor ; ut rumpens mucrone saucium doloribus pectus, etiam præsignaret mœstitudinem vultus.

Luc. 24. 17.

Vers. 21.

Extremum in dolore, voto non frui.

11 En articulus animarum piarum in flamma ignis, ut afflictione fiant capaces cœlestis felicissimæ visionis Loquuntur oppressæ amaritudine, concussæ dolore. Qui sunt hi sermones, quos adinvicem conferunt, ex pœnis tristes ? *Quando veniam & apparebo ante faciem Domini? Beati qui habitant in domo tua Domine!* Concupiscit abscondita, & concupiscendo cœlestia, deficit anima. *Sonet* (dicit) *vox tua in auribus meis. Vox enim tua*

Vota animarum.

dulcis & facies tua decora. Ostende mihi faciem tuam. Sitim Deum fortem vivum, sicut cervus ictus fontes aquarum.

——*Iacet hìc captiva voluntas*
Nec bona quæ vellet, vincula velle sinunt.
Non ego, sed nostræ tu maxima causa querelæ es;
Expectat, sidereas ætheris ire vias.
Eia age, pande fores, inamœnaque claustra resolve:
Et sine sidereas ætheris ire vias.

Herm. Hug.

Ita Hermann. Hugo, *lib. 3. Suspir. 3.* Nonne hìc animæ habent beatam spem! Utique. Unde pœna? *In pace amaritudo amarissima.* In pace sunt, sed ex dolore amaritudo, & angor: verùm hìc aut summus dolor: etenim quia differtur afflictis pœnarum gravamine, optata gloria; in amaritudine tormenti amaritudo amarissima.

Isai. 38. 17.

Spes fovet, & melius cràs fore, semper ait:

Tibull. 6. 2. v. 20.

Dolor ibi urget, cum quo non est plena pax; sed magis angit beatitudinis spes: siquidem reddit amarissimam pœnarum amaritudinem, expectare in gloriam visione Numinis æternam felicitatem. Cràs melius fore cogitatur, verùm cràs in cràs differtur: & cùm huiusmodi spe protrahatur, amaritudinem sustinentibus gloria; in pace sit animabus amaritudo amarissima.

Unde illarum amaritudo amarissima.

Eccli. 36. à 10

12 Dicit Siracides: *In ira flammæ devoretur qui salvatur. Festina tempus, & memento finis, ut enarrent mirabilia tua.* Quæ salvatur & consumitur ab igne, est anima in flammis piacularibus purgatorij. Dum videtur optare tormentum, poscit auxilium; ut intensione doloris amaritudo evanescat amaritudinis: etenim cùm anima in irà flammæ pœnas toleret, & gloriam avidè expectet; devorante intensiùs flammà, pœna illa non erit pœna: quandoquidem expectantibus gloriam, non est dolor in tormentis; respectu dolorum expectationis. Urget: *Festina tempus*: ait. Quid temporis festinatio, ubi altiùs opprimit ignibus amaritudo? Totum levamen, exprimens cruciatuum diminutionem: igitur si spes differtur, ignibusque anima intensè cruciatur; plus quàm inter ignis amaritudines, sub amaritudine dilationis; quippe finis cràs cogitatur, verùm cràs non venit finis. Tempus currat, finis veniat, devoret flamma: *ut enarrent mirabilia tua.* Quæ mira? Expectata gloria, cuius dilatione, plus quàm ab igne afflictio; quippe expectatio; equidem voto potito, iugulato desiderio, mirabiliter adveniente gloriâ, iucunditas consummata, & felicitas perfecta. Crucis in *Psalm. 16.*

Plus patiuntur expectando, quam patiendo

Hæc est beata cœlitum felicitas,
Tuam videre gloriam.

Cruc.

13 Huiusmodi expectationis pœna à paucis exploratur, dum profectò absque alio dolore animabus iustè infligitur. Ita placet pluribus DD. non infimi subsellij. *Inter illas* (infit Alapid. in loco præcit. *Proverb.*) *sunt nonnullæ, quæ purgatorium habent non ignis, nec alterius pœnæ sensibilis; sed solius desiderij & expectationis, quo languent & cruciantur, quia clarè cernunt, quantum, quamque desiderabile sit bonum, quod expectant. Unde constat, hoc purgatorio expectationis inter alias torqueri, quæ amantiores fuere vitæ præsentis: quæ ægriùs mortem exceperunt: quæ non satis desiderarunt, nec anhelarunt ad transitum in cœlum.* Desiderare discunt, quæ ut decebat, non desiderarunt. Vitam præsentem etsi in diris pœnis Iobus amabat; dicitque dolens: *Elegit suspendium anima mea.* Suspensus ipsi vitâ adventus gloriæ; quia suspensum desiderium amore vitæ. Non respondet, si ritè fiat, expectationi expectatio, sed Numinis clarè ostensio. Moritur homo ut illud sine expectatione videat; quia expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat. Amor summi boni debet excitare animam in exitum; quippe mortalis vitæ amor, est vitæ odium. Pauli imitanda expectatio, dicentis: *Cupio dissolvi, & esse cum Christo;* in quem dirigendum cor, *ad aperiendam spem.* Potestne esse clausa? Potest, & quit esse pœna: igitur ubi in illam exitus, suspenditur iustè introitus; quia dum gloriam anima expectabat, desiderabat præ vitæ amore differri gloriam. In nostra Tautologia indicatur supplicium, quin sit ad gloriam aliud impedimentum. *Expectans* (ait David) *expectavi Dominum, & intendit mibi.* Ita in animam afflictam intendit Dominus, dum illam collocat cum Principibus: nequaquàmque ullius in pœnis meminit cruciaciminis, sed tantùm divinæ visionis in cœlis expectationis; igitur in multis haud alia datur afflictio, quàm expectare expectando. Ut in plurimùm ibi cruciantur animæ dolore ex igne, & expectatione gloriæ. Hæc expectatio dirus animæ cruciatus; quippe supra pœnam sensus: diciturque expectare expectando, dum differtur ad gaudium divina visio; etenim infertur in acrius vehementissimum cruciamen, sine ullo dolore sensus ex-

Alapid.

Illis aliquando expectatio sola datur pro pœna.

Iob. 7. 15.

Philip. 1. 23. Osee. 2. 15.

Ubi suprà.

Supra ta xim sen sus.

expectare expectationem. Dolent, quia non gaudent, sub tyrannide temporis, angore summæ afflictionis: siquidem spe gloriæ, eius anima saucia expectationem explorat; quando præ amore visionis, revelationem expectat. *Expectatio est præstolantis*: Proverb. 17. 8. Habet anima *expectationem & spem*: Philip. 1. 20. *Concupiscit & desiderat*: Prov. 21. 26. ubi & tempus tolerat pectus, quo tempus non erit amplius; & ut sit amplior afflictio, concupit concupiscentiam in purgatorij deserto. Desiderio ergo desiderat, expectando expectat: crescitque animæ sine sensus vexatione vexatio; quia cruciatur desiderio. Aliò intentus, in rem Papinius, 2. *Thebaid.* à v. 334. succinit:

——*Nihil transit amantes:*
Sentio. Pervigiles acuunt suspiria questus:

Statius. *Fletibus, & magnas latrantia pectora curas*
Admota deprehēdit manu: nil fœdere rupto.
Angit amata salus.

14 Anima ita cæco carpitur igne, quia sine rei amatæ visione. *Amor non est, si amator pendet*: fatuè dicit Plautus in *Milit.* Act. 3. scen. 1. n. 30. Amor desiderio crescit: patetque dilectionis magnitudo, quia cruciatur desiderio. Aptiùs dicit in *Curculion.* Act. 1. scen. 3. v. 14.

Ipsus se exeruciat, qui quod amat videt, nec potitur.

Plaut. *Haud quicquam est, magis quod cupiat taudiu,*

Hinc animarum sine dolore dolor, & mœstitudinis angor. Quasi vident per gratiam in qua persistunt; sed non visione clarâ funguntur: cruciaturque siccine summo dolore; quippe summus, diligi, diligere, & dilectum non videre. Occurrit Moysis desiderium, ut cruciatus eluceat mœrentium in purgatorio animarum. *Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo* (dicebat acceptus Domino) *ostende mihi faciem*

Exod. 33. 13. *tuam, ut sciam te. Ergo* est illatio: unde igitur de gratia in gloriam? Ut haberet in Numinis cognitione cognitionem plenissimam: igitur per gratiam licet cognoverat, minimè cognoverat, uti erat: & tunc plena ex gratia in gloriam beatitudo fit, dum Numen lumine gloriæ videtur, sicuti est. *Angorem, desideriaque flagrantis cordis præ se fert Moses*: inquit Philo in eo, *lib.* 2. Angoris cruciamen, desiderio-

Philo. *Summi in amantis angore, dilectum scire, nec videre.* rum prementem expectationem? Quid ergo habet pœnæ, si gaudet felicitate divinæ gratiæ? Ipsa mater radixque virtutum. Quo ergo tendit pectoris desiderium? Ve-

nerunt omnia bona pariter cum illa. Quorsùm itaque vota? Diligit Numen. Quid ultra huiusmodi amorem? Diligit illum Dominus: quid in beatitudinem amplius? Ex huiusmodi donis erat inflammatio pectoris. Inde mœror, unde amor. Inde amantis afflictio, unde intensa dilectio: petitque faciem Numinis videre per gloriam, qui apud illum eximiam habebat gratiam; quoniam si gratia habetur, & gloria conspicitur, ægrè fert animus diligens dilecti amori esse gratum, & non videre dilectum. Si hoc in via, quid in termino? Si hoc in mundo, quid animæ in purgatorio? Vulnus est sanè menti, ubi viget in pœnam cognitio amplissima absentis boni: intenditque fide amoris anima grata Numinis absentis gloriam; quia dilecti per gloriam adipiscitur præsentiam. *Tardum est, differre quod placet*: Petron. insit Petron. in *Satyric.* pagin. 6. Placet animabus videre: haud licet potiri: dilationeque affliguntur, petentes in facie Numinis gaudium: quippe in cordis amantis saturitatem, totius expectati boni claram percipiunt visionem. Vide dicta *Tom.* 5. *T.* 3 *D.* 4. *à n.* 6.

15 In auxilium igitur animarum, materiam volebam exponere suffragiorum; sed plus solito protrahitur Didascalia: tantùm dicam quanta acceperint & accipiunt à Deipara. *Ego sum mater omnium, qui sunt in purgatorio: omnes pœnæ quæ debentur purgandis pro peccatis suis, in qualibet hora, propter preces meas quodammodò mitigantur. Ita placet Deo, ut aliquæ ex his pœnis, quæ debentur eis de rigore iustitiæ divinæ, minuantur.* Ita Birgitta, 4. *Revelat.* cap. 138. Iteratque *lib.* 6. *cap.* 10. & 21. Gyro enim Virgo vallat abyssos, ut ibi & inde animæ expiatæ volent in cœlos. Hinc *illa penetrat inferiores partes terræ; & illuminat omnes sperantes in Domino.* Animæ in purgatorio, quasi sine luce iacent: Virgoque illuminat, quæ in tenebris sedent; aufertque à sperantibus in Domino expectationem, quippe revelat Numen in æternam beatitudinem. Multæ anxietates animas sanè gravant; sed ad conspectum Virginis cuncta cruciamina cessant.

Maria illas sua blevat in æthera.

S. Brigitt.

Eccli. 24. 45.

16 Ut in lucem, detentam in inferioribus terræ, Orpheus redderet uxorem; illuc cum lyra descendit, & illius animam in tenebris collocatam eduxit. Mirum ostenditur in fictione, sed mirabilior circunstantia facti. Refert graphicè Ovid. 10. *Methamorph.* fab. 1.

Fabula Orphei.

—*Nervos ad verba moventem,*
Exangues flebant animæ. Nec Tantalus undam
Captavit refugam, stupuitque ixionis Orbis:
Nec carpsere iecur volucres: urnisque vacarunt
Ovid. *Belides. Inde suo sedisti Sisyphe saxo.*
Tum primum lachrymis victarum carmine fama est
Eumenidum maduisse genas: nec regia coniux
Sustinet oranti, nec qui regit ima, negare:
Eurydicemque vocant.

Elucet in fictione, quicquid verè fit à Virgine. Dominus *vinctos suos non despexit.* Psal. 68. 34. Vinciuntur animæ purgandæ, decreto divinæ iustitiæ, in inferioribus terræ, adamantinis catenis; ut pœnas luant piacularibus flammis: Deique dicuntur vincti, quippe illi accepti, & sunt sperantes in Domino: qui quidem minimè relinquuntur in profundo; quippe musica precum Virginis matris, continuò educit è tenebris, elevans in superiora cœlestia, ut obtineant in cœlo perpetua gaudia. Ad Virginis præsentiam in cunctis patientibus cessat luctus, non est dolor, nec est clamor; franguntur vincula, evanescunt tormenta, fugientemque sequuntur vota: Cant. 6. 12. *Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.* Habac. 3. 6. Gratia est in oculis: *Aspexit & dissolvit gentes*: etenim tantæ fulgor potestatis; ut idem sit vincula dissolvere, atque vincula videre. O mater alma! O Virgo! potes namque omnia.

Unimas Virgo educit è carcere, frangens vincula in ictu oculi.

Orat. 2. Od. 21. Iul. Polyc. *Spem reducis mentibus anxijs.*
Spes vitæ Aurora multa negotia prævenit.
Eliminat sperantibus à votis expectare expectationem, deducens afflictos in summam felicitatem. Festinat retinacula temporis, & reminiscitur finis. In illa relucet Numinis immensa bonitas, atque suprema potestas. Clamant ergo animæ, ut ille alius, de quo in *Litter. exposit.* num. 19.

Ovid. *Quamvis est igitur meritis indebita nostris,*
Magna tamen spes est in bonitate Dei.



DIDASCALIA IV.

Tantò plus laudatur medicus, quantò plus desperatur ægrotus.

1 AIT Augustinus in *Psalm.* 94. Elucet Salvatoris cordi ingenita clementia, ubi per eius amorem moribunda surgit anima: igitur expectat in criminis pœnitudinem, quàmvis videat aversionem in medicamen, & crescat animæ vulnus, quoniam expelitur medicus. Stat ad ostium & pulsat, an curatori in levamen aperiat: etenim infirmitate graviore, expectat Dominus ut misereatur vestri.

Quid faceret hosti, qui sic excludit amantem? Ovid. 1. Amor. 6.

Renuit ægrotus salutem. Vulnera in æternam mortem amat: medicusque ad ostium patienter expectat; ut eius in peccatores præ pœnitentia cognoscatur amor, dum vulneratis hæserit criminum dolor: siquidem si pro illo tunc despiciebatur salus, virtus Domini erat ad sanandum eos. *Dominus expectat, ut homo resipiscat.* *Ideò nobis* (inquit N. Patriarcha in *Regul. prolog.*) *propter emendationem malorum huius dies vitæ ad inducias relaxantur. Hæc complens Dominus, expectat nos quotidie his suis sanctis monitis, factis nos respondere debere.* S. Bene. Pro bonis actibus quotidie apponuntur ab ægris peiora, Medici cœlestis abutentibus patientiâ. *Nihil autem est apertius* (infit Seneca, Præfat. in 3. lib. *Natur. qq.*) *his salutaribus, quæ contra nequitiam nostram furoresque discuntur; quæ damnamus, nec ponimus.* Seneca. Tamquàm in labyrintho, quò plus ambulant, plus errant, irretiunturque tendentes in difficiliorem nodum, dum dicunt in libertatem perscrutari exitum; unde labor & inextricabilis error. Ut exeant, gratiæ Salvatoris iuvant; expectatque in salutem, ut exeant: etenim cùm ex medicina sit illi maxima gloria; dum desperatur ægrotus, fulget laudabilior medicus.

2 *Expectans expectavi Dominum* (ideſt, *per longum tempus*: *diu*, ut diximus in *Litter. exposit.* à num. 14.) dicit David. Mirum proponit, dum Dominum expectavit: igitur ita pronus Dominus in benevolentiam; ut novum esset, expectari in gratiam: verùm plus novum, cùm *Gratia eius prævia.* in

in medelam sit arbitrium hominis necessarium; quòd ut æger salutem obtineret, diu Dominus in salutem expectatione expectaret.

Plaut. *Nihil amori iniurium est:*
Accinit Plautus, in *Cistellar.* Act. 1. scen. 1. v. 105. Vel expulsus respicit retrò, an revocetur à pectore saucio.

Ovid. 4. *Metam.* fab. 10. *Simulatque gradu discedere verso.*
Claudicat, quippe revocari expectat: ægrique pungi dolor, quippe licèt crucifigatur, semper amor. Nihil iniurium amanti, & expectatione gratiâ respondet iniuriæ, & etiam cordis amori. *Pertulit omnes infirmos eorum, curavit omnes languidos eorum* ((ait Augustin. in *Psalm.* 63.) *prædicavit regnum cœlorum, non tacuit vitia eorum, ut ipsa potiùs eis displicerent; non medicus, à quo sanabantur. His omnibus curationibus eius ingrati, tamquàm multa febre phrenetici, insanientes in medicum, qui venerat curare eos; cogitaverunt consilium perdendi eum.* Vide dicta, *Tom.* 4. *Taut.* 7. *D.* 3. *n.* 10. Boetius confert Leonibus Africæ, canitque 3. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 2. à v. 7.

Augusti. *Instat, etsi repellatur.*

Boetius *Quàm vit Pœni pulchra leones*
Vincula gestent, manibusque datas
Captent escas, metuantque trucem
Soliti verbera ferre magistri;
Si cruor horrida tinxerit ora.
Residès olim redeunt animi,
Fremituque gravi meminere sui.
Laxant nodis colla solutis,
Primusque lacer dente cruento
Domitor rabidas patitur iras.

3 Renuunt iugum legis, sub blanditijs voluptatis, ex criminibus contrahentes languorem, quippe vel ægri anhelant in vitiorum libertatem; quàm eò in deterius amittunt, quò magis amblunt, irruentes in medicum, quippe ægros se non cognoscunt. Insaniunt, & quia furentes, medicus expectat, ut dolor mentem restituat; igitur si pro illo tunc fanaticis apponeret medicamen, ardore febris æger prosterneret & medelam & salutem. Triginta & octo annos expectavit cœlestis medicus, ut piscinæ paralyticus lassaretur illecebratum doloribus. Expectavit Davidem, an pertæsus odisset cupiditatem.

Correctio tempestive fiat.

Ovid. *Dum furor in cursu est, currenti cede furori:*
Difficiles aditus impetus omnis habet.
Ait vel Ethnicus, 1. de *Remed. Amor.* v. 119. & Tacitus, 12. *Annal.* cap. 54. *Remedia intempestiva delicta accendunt*: de quo aliàs. Prudentiæ tunc congruit expectare: quid amori, & medico, qui iniurias furentis tolerat; ne ægrotus pereat? Expectat, insistit (ut apponat medicamen) quousque medici persistentia æger feliciter adipiscatur salutem.

Tacit.

4 De Medico nostro cœlesti, asserit Lucas: *Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud erat mutuum: & cùm eiecisset dæmonium, locutus est mutus, & admiratæ sunt turbæ.* Quid sit Tò *Erat eijciens* discutitur à PP. Origenes in *Matth.* 12. amorem Domini, ait, significare & patientiam: etenim non simul usum sensuum ægrotus amisit, sed paulatim, sese præcipitando in vitia, Dei spretâ gratiâ; quousque ducentibus flagitijs, in eum ingressus est dæmon, & fecit mutum, claudens in salutem ostium. Oculorum in aurium usu privatus, exercitioque linguæ; ut cogitat Chrysostom. loc. cit. & Hieronym. hìc: *Tria signa* (inquit) *cæcus videt, mutus loquitur, & possessus à dæmone liberatur.* Hìc homo criminibus misèr, illis ductus est in cæcitatem, qua propriam haud videbat ægritudinem, diffluens in prolubia voluptatum, quò ducebat dæmon. Doloribus angebatur improbus, quin oculos aperire vellet doloribus: nec irâ movetur Dominus in supplicium, nec vulneribus apponit utile pharmacum; quia cùm esset voluntariè & pro libito cæcus, diu expectavit ut aperiret oculos. Dissimulatio illius radicatæ pravitatis, fuit ludibrium cæcitate languentis; igitur virus in gestum, quod sedebat in oculis, citò transivit in aures: unde ut ait Sedulius, 3. *Carmin.* v. 133.

Luc. 11. 14.

Hieron

Quanta Domini patientia ut frugi redeat peccatoris animal

Multiplici languore misèr,
Cùm venenum pectoris læsisset aurem, valebat ictus nec audire legem. Haud Deus ultionum voluit excutere fulmen. Indulsit, dissimulans supersedit, & expectavit placidè, quousque surdus verba salutis audire posset. Nec ita motus, qui ferè criminibus insensatus: siquidem si verbum in medelam haud valebat audire; in signum morbi nec verbum poterat loqui.

Sedul.

Dæmone plenus erat;
Sed Dominus expectabat: etenim plausibilior in curatione medicus, quo plus infelix desperatur ægrotus.

Idem.

5 Vide clementiam Domini Salvatoris. Nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus; immemor iniuriæ, memor clementiæ, cum videret à demone possessum; *erat ijciens dæmonium.* Traditus erat satanæ ut spiritus salvus fieret: & cùm iurè posset, irasci à languente recedere, permittere mori, quia nec dolebat, nec esse infirmum cognove-

rat,

rat, nec doloribus oculos aperiebat, nec vulneribus aliquomodò auscultabat, nec loqui quibat; medicus cœlestis misericors expectabat. Persistens in eius salutem erat.

Persistit in curatione.

Erat, & erat, qui erat, iuvans in sanitatem infirmum: erat, cui traditus æger, ab illo ejiciens dæmonium; quin infirmum consideraret furentem, sed dæmonis diram tyrannidem, sequi pectoris amorem: & cùm ægrotus deploratus esset, amor in pereuntem, medicum in misericordiam movit; igitur immotus in proposito perstitit, & expectavit, quousque dæmonem expelleret. Iuvencus, 2. *Histor. Evang.* v. 425.

Iuvenc.

Ast ubi propulsus fugit de pectore dæmon,
Confestim sanæ redierunt munera linguæ.

Luc. 11 26.

De huius energumeni statu, intelligit Theophylactus. *Fiunt novissima hominis illius peiora prioribus.* Hæc verba frequenter à PP. intellecta de hominis relapsu in crimina; in quo ad sanitatem minus virium, ex gravitate ac intensione nocentissimâ malorum: unde iacebat desperatus, mancipatus diabolo, usu sensuum amisso, sine remedio: etenim eius vulnera illo in statu novissima, prioribus cunctis peiora; verùm tunc altiùs laudabilis medici expectantis clementia: quandoquidem non solùm deploratum, sed deplorabilem, piè restituit sanitati, quod cunctis plagas videntibus videbatur impossibile.

Relapso in vitia, difficilis gratia.

6 Hinc collatâ sanitate, *admiratæ sunt turbæ.* Meritò sanè: post tot vulnera lethalia, post tot hausta venena, post diuturnam dæmonis habitationem, ejicere è pectore dæmonem, & simul indepisci firmam sanitatem cor; tantùm miraculo fit (Vernaculè: *Solo se vè por milagro*) nec qui siccine laborant propter scelerum vulnera; debent in medicamen expectare miracula. *Nihil adversus animæ salutem captiosè comminiscere* (ait Nazianzenus, Orat. 40.) *nihil machinare. Profectò adversus seipsum ludere; admodùm periculosum & stolidum est.* Adversum se utique ludit, seseque fallit, cui præsens lethale vulnus animæ, & medicina pœnitentiæ longè.

Ibid.

Non habet mentem, qui miracula expectat in conversionem.

Greg. Naz.

Malè agens, nullus sanus est.

Succinit Aristophanes in *Aves*, Act. 5. v. 296. Fallacia profectò, virulentum languorem atleticam appellare sanitatem: dolus, admittere crimen, & pœnitentiam procrastinare usque in mortem; omninò sanè stolidum, illicitè vivere, & cupere in pace mori: totâ vitâ in societate dæmonis; & expellere somniare, ne redeant in hora mortis. Pessimum virus. Fiunt novissima hominis illius peiora prioribus. Ubi ab homine cæco, surdo, & muto ejectum dæmonium; factum per miraculum, non in exemplum. Quare, ut ait Horatius, 1. *Epist.* 2. à v. 38.

Aristophan. *Fallacia peccatoris.*

Quæ lædunt oculos, festinas demere: si quid
Est animum, differs curandi tempus in annum?

Horat.

7 In arcana textum contemplemur. Dæmonium arripuerat hominem deditium, & *erat Iesus ejiciens dæmonium.* Cur ergo non utitur, discipulis potestate traditâ, cùm illis credita super omnia dæmonia? Vidimus ex plagis vitiorum, illius miseri & simul miserabilis statum. Iacebat dæmoni mancipatus, sine sensibus. Cæcus non videbat ex vulneribus periculum: surdus in salutem nec audiebat verbum: mutus, ut iuvaretur, loqui non poterat. Iacebat. Nihil ab illo actum, ut rediret in se ipsum, de actis doleret, & pœnitentiam ad salutem ageret. Impœnitens sic stabat, nihil ad salutem agebat: nec manum, pedem aut cor movere insensatus quibat, ut Dei provocaret insitam misericordiam, dum illius confugium in pœnitentiam: Iesusque solus erat ejiciens dæmonium, & potestate propriâ tyranni fragens dominium; quippequàm ut huiusmodi desperatis concedatur medicina; Dei tota videtur necessaria potentia. Ad illum tantùm spectabat, quæ videbat: igitur ut cæcus, mutus, surdusque à periculo fit salvus; necessarius (ut vulgò proferimus) totus Deus: totus utique divinæ omnipotentiæ connotatione: ipseque dæmonium ejicit, potestatemque traditam prætermittit; igitur prævalente scelere, rationis cæcitate, & cordis obcæcatione; solus Deus potest educere ægrotum de potestate satanæ: per crimen enim & impœnitudinem, homo profectò iacet, conversus in dæmonem. Hinc origo admirationis turbarum. Nemo, si ab illo nihil agitur, vel medico perito, sanitati restituitur. Ille nihil agebat: imò sensibus orbus ne quid agere quibat. Sepultus erat scelere: illoque salvo, *admiratæ sunt turbæ*: etenim mirum hominibus spectaculum, sine motu neque diligentia agentis accipere gratiæ motum. Inter Nostrates: *Salvarse una alma, sin haver echo la menor diligencia, es unica maravilla.* Est tunc mutatio dexteræ Excelsi, & expulso dæmone, ex motu gratiæ & movetur & mutatur.

Ubi suprà.

Quanta peccatoris miseria, & grumnal.

Ut erant quanta Christi diligentiæ! Suprà.

Curavit versis Deus in contraria causis,
Dæmonio vacuans, auditu & voce reformat.

Sedul. d. v. 136

8 O Domine! Cognoscuntur in tenebris mirabilia tua; ut ex desperatione languoris magis emineas laudabilis: etenim ubi hominibus videtur impossibilis curatio, in curatione, tua cognoscitur magnitudo: gratiæque memineris, ubi iustitia tua etiam in terra oblivionis. *Num & Saul inter Prophetas?* Quidni? Intraverat in eum Satanas. Cognoscebat molestiam, sed non causam: sensit furoris gravamen, sed non furorem; quo ita traditus dæmoni (& iterato, foto placidè crimine) ut prudentior sibi videretur, quando sine mente in odium arripiebatur; ita ut delirus conaretur interficere, qui eum obsequiosè liberabat à dæmone. *Num* hic *inter Prophetas*? Utique: voluit Deus summam clementiam ostendere: etenim dæmonem expulit, pristinæ menti restituit, valuitque sanus studio cœlestis medici; qui furebat desperatus sub potestate diaboli. *Iratus iracundiâ Saul, abijt, & factus est etiam super eum Spiritus Domini.* Victa est malitia à gratia; claruitque medicus, dum revaluit deploratus. Aliquid subodoror quasi symbolum conversionis Pauli, in Saulis repentinâ conversione. Expectavit Dominus, ut clareret in furente nova mirifica salus, extremum amoris, atque excessus charitatis. Abijt in Damascum iratus, & super eum factus est Domini Spiritus; igitur Paulus ad instar Saulis, dono singulari gratiæ, restitutus est saluti in ipsamet intentione peccandi.

1. Reg. 19. 24.

In quo Dei summa gratia!

Act. 21.

Quam mirabilis Pauli conversio!

9 Ergo in Saulum. Qui dæmone plenus, virtuti divini cessit Spiritus: unde cùm eius à criminibus & diabolo, prægnosceretur infirmitas; dictum appositè: *Num Saul inter Prophetas? Num* particula admirationis est. Unde novitas? Quia in illo cordis gliscebat malignitas: de criminibus in crimina præceps ruebat; aliquandò resipiscens, sed relapsus cæspitabat, auctis flagitijs; sine ulla correctione resipientis. Quapropter cùm recidiva sit periculosior in languore (maximè in vulneribus animæ) cunctorum videntium, ut novum perculsit mentem; quòd labens & relabens desperatam, à Domino consequeretur salutem. *Num* etiam signat, quod visum, phantasticum, somnij ludibrium, phantasiæ dolosa fraus; quasi impossibile quid. Quod ab illis videtur, uti impossibile iudicatur. Impossibile? Sanè. Sine ullo vestigio pœnitudinis, mutatio occurrebat valuntatis, sedente Dei Spiritu, in corde pravo: contraria perpetrabat conversioni, quæ quidem ut quid iudicatur impossibile; quippe omninò phantasticum, quòd nihil agendo, converteretur ad bonum, *Num*? Ita est, verùm non videtur ita: etenim elucet phantasiæ ludus, quòd subitò surgeret, qui toties relapsus: quod inopinatò donaretur salute, qui totà vitâ mancipatus satanæ. Respondeamus denique principali articulo Didascaliæ. Furiosè, intimè lethaliter saucius, in deterius contumax irruebat vulnus; sed Dei Spiritus præoccupavit, in mentemque fanaticus redijt. Perpende *Etiam*, & Domini gratiam. *Factus est etiam super eum Spiritus Domini.* Non mirum, quòd Domini Spiritus super homines sit; sed mirum, quòd sederet super eum. Nesciebant quanto amore Deus propendet in peccantium conversionem, ut lethaliter ægri consequatur salutem. Phantasticum præ vulneribus, & quasi impossibilis Saulis videbatur sanitas; quia desperatum proiecerat successiva prava iniquitas. Desperatus est Saul? Spiritus Domini etian erit super eum; ut medici supereminеat cum peritia potestas, & in desperatum flagrantis pectoris charitas; ut videant in pœnitudinem à Domino factum, quod occurrit mirabiliter novum: igitur tantò laudabilior medicus, quantò plus in Orcum desperatur ægrotus. *Etiam super eum*, ut plausibilior in curatione laus sit: etenim per eximiam, nimiam, excellentem gratiam, non desperatum solùm, sed mortuum etiam revocabit ad vitam. Retorqueatur Ethnicus, *lib.* 1. *Od.* 19. à v. 4.

Phantasiæ videtur ludus, si surgit sæpe relapsus.

Quantus Christi amor in conversionem peccatoris!

——*Iubet,*
Finitis animum reddere amoribus.
Urit grata protervitas.

Horat.

10 Visus in Dei pectore eiusmodi excessivus amor, quandiù inter filios Iuda magis in idola vagabatur furor. Ita ergo illos alloquitur Deus: *Fecisti mala & potuisti.* Erat furor in impetu, carebant sensu; & expectavit, ut pectus à pravitate resipisceret; sed ampliùs in pœnam criminis, blandimine potestatis: etenim peccata peccatis gratiæ subtractione punivit, dum permisit cupidini facere sine fronte, quicquid vellet. *Dixi* (iusit) *cum feciſſet hæc omnia: Ad me revertere, & non est reversa:::. Sanabo aversiones vestras.* Difficilè captu. Fugiebant medicum, quia virus placebat iniquitatum. Aversio conversione sanatur. Unde ergo vulneratorum aversionidus medebitur; si ad illum non convertuntur? Expectat, ut convertantur. Flagitia aversione à Numine, propter vana

Ierem. 3. 5.

Summa pœnæ, subtractio gratiæ.

Vers. 7, V. 22.

Vrget Christus in animarum conversionem per gratiam singularem.

sculptilia, vulnerabant; atque quotidiè deteriores fiebant: dicitque aversos à medico conversionibus sanandos; ut eius gratiæ plus cognosceretur virtus: igitur convertendi saluti, in ipsamet aversione. Gratiam salutis percussa anima consequitur, quando medicamini disponitur: quapropter illis dicebat: *Convertimini filij revertentes.* Ulteriùs procedet gratia, ut

Ibid. Medici cœlestis superexcellat peritia: sanandæque dicuntur eorum aversiones pectoris, etiam dum persistunt aversiones; quippequàm ut clarior curatio sit (ubi nulla in sanitatem spes) ab illo per singularem gratiam, medicinam accipient; quando

In quo singularitas: vulneribus criminis magis desperati iacent. Apparet, & respondet his, qui minimè interrogant: Dominus autem assumit, qui declinaverant: & ob eius illustrissimum amorem, nanciscuntur signa vivifica sanitatis, qui se proiectos censebant à facie oculorum Numinis, ut errorum pœnitentes, seipsos aversantes, intensiùs anhelent in glorioſam pœnitentiam, quoniam experti superiorem gratiam.

11 Ita Archiater cœlestis, quia ventura illuc peccatrix, fatigatus sedebat ad labrum fontis. Expectat, quæ oblita sui, non peccati sed vacua vagabatur dolore; quin cognosceret sauciam animam, lethaliter ictam: demùmque vulnera sanat, quæ illa decepta amore proprio neglexerat. Sedebat fatigatus ex itinere, ne præveniretur

Ioann. 4. 6. à muliere. *Venit mulier.* Ictu medici vulnera sensit, & intimè tacta de non dolore animitùs doluit. Ars fuit medici cœlestis: hausitque in ulcera aquam de fontibus Salvatoris, in demonstrationem mirabilis charitatis: igitur non solùm advenientem,

Solicitudo in earum medicamen & conversionē. susceptit, sed etiam fatigatus propter eius senitatem, expectavit, antequàm illa veniret. *Venit*, & non ad illum, *mulier*; sed ille eius adventum prævenit: etenim conversa favore singulari divinæ gratiæ, atque peritiâ medici; quę nihil cogitabat de conversione. Accepit piscinæ paralyticùs inveterati languoris medicinam; sed dono accepto, medici simul sepelivit memoriam. Ille expectabat, sed dignatus tantà gratiâ non veniebat. Medicus illum quæsivit: tandem *invenit*, de salutis conservatione &

Cap. 5. 14. periculo admonuit, unaque flammam amoris ostendit: quandoquidem dum sanitati restitutus, nil de salute cogitaret, ita Medici pectus amore exarsit; ut vel non quærentem quæreret. In rem Venant. Fortunat. in Exhortat. ad *Patient.* v. 19. modulatur:

Quisquis amore venit, nescit se ferre laborem:
Nemo ab amore iacet, quisquis amore venit.

12 Variè Prisci Philosophi deliraruntin forma constitutionis cœlorum, & ornantium stellarum; de quo diximus, *Tautolog. præced. Didasc.* 1. *n.* 14. dicemusque *Tautolog.* 8. *n.* 85. ex professo. Inter fabulas, comminiscitur Albricus Philosoph. de *Deor. imagin. n.* 22. Atlantem cœlum humeris sustinere; & sidera, si quæ cadebant, malleo fixa, cœlo reponere. Maius est, quod Christus gessit, quàm quod vana cogitatio pro lubito vaga finxit. Cœlos, iustos, scilicèt, humeris sustinet, laborem tot laboribus non sentit: at si sidera continuo motu agitata, fortè ceciderint, vel ruerint; ruinas implet, malleo in loca propria reddit, in sphæris figit, ut luceant, sustinetque, ne denuò cadant. Fabula etiam indicat modum restitutionis in cœlum, ut æmulemur modum. Manu movet, sed malleo figit; quippe minimè stellæ rationales restituuntur in sphæram gratiæ lucidam, nisi malleo contritionis per pœnitentiam.

Albric

Quo modò animæ cadentes erigiu.

Tunsionibus, pressuris
Expoliti lapides:
Suis coaptantur locis
Per manus artificis.

Ita enim elevantur, in cœlo figuntur, ictibus percussi pœnitudine cordis; ut fulgeāt in perpetuas æternitates. Artifex laborat, verùm præ dilectione vel summus labor delectat.

Qui amat, cui odio ipse est, his facere stultè duco
Laborem inanem ipse capit, & amor illi molestiam affert.

Terent.

Dicit stultè Terentius in *Hecyr.* Act. 3. scen. 2. à v. 8. Nescit amorem Numinis, neque humani generis Salvatoris: ne patiatur qui pati debet, patitur anxiè.

13 Ex Adami peccato, supplantatione diabolicà, debebat genus decem millia talenta, quid haberet, unde solveret. Homo Rex, Christus Dominus, venit in mundum, ut habità ratione etiam haberet ad debitum: igitur plerique ita vivunt cum legibus sine lege; quasi numquàm rationem reddituri. Oblatus est ergo Iudici henus humanum, cum debito præfato talentorum. Debiti servus obstupuit, maximè cùm non haberet, unde rederet: dixitque à cœlo doctus, urgenti: *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Mirum prorsùm. Quid igitur patientia

Matth. 18. 26. *Pœnitentiæ potentia.*

Do-

Domini, ad solutionem debiti, & ita valida; ut reddere posset omnia, quo sopita vel extincta evanescerent debita? An quia tempore & tempore expectante propter pœnitentiam Domino, delebit debita pectoris pœnitudo? Tempus sanè redimendum; quippe conceditur in correctionem criminum. Altiora petit debitor, quippe qui iudex Salvator. Hinc qui rationem exigit, patientiam habere non valet; quin patiatur: in debitum eius passio petitur: patientiamque habere rogat, in solutionis debiti securitatem; quoniam universa reddet modò viderit patientem. Quæ non rapuit, iudex qui Salvator, solvet: eiusque petit patientiam, dum debiti humani generis exponit causam; igitur per eius pretiosissimam passionem, plenissimè solvet homo usque ad ultimum quadrantem.

Passio Christi in cuncta debita.

14 *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. In me.* Vigilanter. Si pro homine non patiatur, debitum etiam leve non reddetur. Non habet homo unde reddat: non habet quid, unde solvat: patientiaque eius petitur in cruce, facta mentione universi debiti; quia si pro se viderit in cruce pati um, homo ære alieno gravatus, actutùm reddet universum debitum. Exitus acta & accepta probarunt, dum Pater æternus per filium fecit iudicium: igitur cùm videret filium pendentem in cruce; misertus servi, debitum dimisit illi. Exultabat dæmon, semel hominem è cœlo casum, haud rediturum in cœlum; quasi deficeret divinus Atlas, qui cadentes ibi figeret stellas. Illudebat homo dæmoni exultanti, quia habiturus pretium debiti. Retorquetur Ethnicus, 5. *Trist.* Eleg. 9. à v. 11. dicens aliò:

Non adeo cecidi, quamvis abiectus, ut infra
Te quoque sim; inferius quo nihil esse potes.
Ovid. *Quæ tibi res animos in me facit improbe? Curve*
Casibus insultas?
Ergo ne nimium nostrà lætere ruinà:
Restitui quondàm me quoque posse puta.

Patientiam habebit in me, qui iudex debiti: genusque humanum donabitur amissa felicitate; quippe Domini iudicis divite ac locupleti patientiâ, non solùm in universum debitum, sed etiam ad ulteriora. Magna debentur, etiam maiora solvuntur: sunt pretia sine pretio Agni cruore, è gaza patientiæ; & superabundant, quin exauriantur thesauri. *Dolores Christi sunt medicina dolorum; crucisque recordatio, levamen crucis*: inquit Novarin. *Umbr. Virgin.* Excurs. 50. num. 500. Hominum vulnus, eius sanatur vulneribus, quæ medicina generis, atque erumna Salvatoris. Dicam ex Vate præfato, d. *lib.* 3. *Eleg.* 9. v. 23.

Sanguis eius thesaurus in exhaustus.

Cuius ut oblata est præsentia, Vicimus, inquit:
Hic mihi morte suà causa salutis erit.

Novar. *Atque vulneribus sanatur vulnus.*

Ovid.

15 Articulum explicat Sponsa. *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.* Dilectum invitat, ut in hortum veniat. Verùm cuius? Eius. Cur igitur si Sponsæ, & non Sponsi hortus est; designatur hortus suus? Mutuò invitatur uterque. Dum Sponsum vult allicere, quæ dilecta, in viridaria; dilectus dicit: imò *veni in hortum meum soror mea Sponsa.* Si Sponsus suum florale, ut suum designat; quare Sponsa etiam quod suum, non suum, sed Sponsi notat; ita ut si ingrediatur viretum, decerpat fructum pomorum suorum? Hic hortus significat paradisum (in quo ad delicias locatum genus humanum) aridum in Adamo, atque florentem in Christo. Adi Ambrosium, lib. 5. de *Sacrament.* cap. 3. Aruerat hortus, dum Adamus extrà expultus, contracto debito ex crimine, quin haberet, unde solveret; ut iterùm in pervium paradisum introiret: invitatque ut Verbum Divinum, veniat, & sibi naturam humanam uniat: etenim si venerit, non solùm solvet ex integro contractum debitum; sed etiam restituetur in floridum paradisum. *Veniat* & *in hortum*: Hortus Sponsi Monasteria sunt, ubi floret Religio, nitetque virtutum perfectio: neque *quando* designat; sed quod veniat, ut fructus suos libentissime videat: igitur quicumque manciparus Religionis perfectioni, omni tempore debet fructu florere. Nescimus, quando veniat, ut fructus perfectionis requirat: nescimus, an hyeme, an æstate; an nocte, an die: fructusque ad adventum demonstratur, sed in tempore tempus non definitur; quippequàm venientem cum fructu accipere congruit, quandocumque & quomodocumque venerit. Venit in Eucharistia, ut gratia decora floreseat anima. Eiusque exponitur fructus, & simul Salvatoris adventus; ut constet, quomodò in fructus veniat, dum corda visitat: etenim parvi momenti, quòd veniat in Sacramento; nisi venerit cum fructu.

Cant. 5. 1.

Ibid.

Aperuit cœlum clausum.

Monachus semper perfectione floreat.

Unde fructus Eucharistiæ.

16 Principali ergo proposito. Hortus

tamquàm paradisus deliciarum plantatus, seu renovatus à Christo, dum venit in hortum. Fructus sunt pretia redemptionis, in arbore speciosissimà crucis, quibus homo abundanter solvit debitum, & redijt in floridum paradisum: hortumque suum dicit & sua poma, quæ in horto suo Sponsa felix habet Ecclesia; igitur ni in pretium eleutherij servi, veniens dignaretur pati; servus hortum non videret, nec debitum etiam in minimo solveret. Sub tyrannide dæmonis ferè oppressi iacebant homines. Habuit, veniente Sponso, natura lytrum, verùm non proprium: Sponsusque verè videt fructum suum, ubi subsedit eius pretiosi sanguinis flos; quippequàm totum pretium humanæ faustissimæ libertatis, dumtaxat per sanguinem & passionem Salvatoris. Meritorum hominum poma, erant putrida radice vitiatà; quousque veniret Verbum caro factum, & comederet fructum pomorum suorum. *Suorum.* Utique. Pretium solvit, dignatus est pati: & licèt homines salvi; non per se, non ex meritis iustitiæ, quæ fecimus nos, nec quia pretium ullum vidit; sed secumdum misericordiam suam salvos nos fecit, educens è captivitate in gloriam; quia pro nobis & in nobis habuit in cruce patientiam. Unde quia cuncta superabundanter reddita; aperta paradisi, quæ porta clausa. Pretium & premium Solis iustitiæ refert Boetius, d. à v. 30.

Fructus Incarnationis

Totum pretium humanæ redemptionis & libertatis, per sanguinem Salvatoris.

Cadit Hesperias Phœbus in undas,
Sed secreto tramite rursùs,
Currum solitos vertit ad ortus.
Repetunt proprios quæque recursus;
Redituque suo singula gaudent.
Non mansit ulli traditus ordo:
Sed ille fini coniugat ortum.
Stabilemque sui fecerit orbem.

Boet.

17 Mira refert Curtius in *Histor. Alexandr.* lib. 9. cap. 7. de certamine inter Dioxippum & Horratam. Hic provocavit, & lacessitum postulare cœpit; *ut si vir esset, postremo die secum ferro decerneret. Horratas* (inquit) *iusta arma sumpserat, æreum clypeum, hastam* (*quam Sariſſam vocant*) *lævà tenens, dextra lanceam: gladioque cinctus, velut cum pluribus simul dimicaturus. Dioxippus verò, oleò nitens & coronatus, lævà puniceum amiculum, dextrà validum, nodosumque stipitem præferebat. Ea ipsa res omnium animos expectatione suspenderat; quippe armato congredi nudum, dementia, non temeritas videbatur. Antequàm ille hastam transferret in dextram, adsiluit, & stipite mediam confregit, & occupatum complexu, pedibus repentè subductis, illum Dioxippus arietavit in terram, ereptoque gladio, pedem super cervicem iacentis imposuit, stipitem intentans, elisurus eo victum.* Speculum etsi turbidum, elucet victoriæ insignis nostri Salvatoris, dæmone prostrato, quippe orbem domuit non ferro, sed ligno. Egressus est diabolus ante pedes eius: stetit & mensus est terram. Videturque quare rubrum fuerit Salvatoris indumentum; cùm exiret vincens ut vinceret, unctus & coronatus in certamem, diaboli franges telum, & ascendens succumbens super occasum. Mirum visu nudum cum armato congredi, & ligno nodoso pro gladio in victoriam uti. In fragilitate carnis, venit validior fortitudine dæmonis; & universa arma inimici abstulit, & spolia eius distribuit; quippe in crucis trophæo, abundantia divitiarum invenit homo; ut ex thesauris ex vulneribus Salvatoris, hauriret pretium in excusionem servitutis, quia pretium sanguinis; respiceretque iam rectus, quò iturus sidera; equidem iam porta pervia, Boetius, quò suprà à v. 26.

Certamen singulare

Q. Curt.

Vicit non ferro, sed ligno.

Validis quondàm viribus acta,
Pronum flectit virga cacumem:
Hanc si curbans dextra remisit,
Recto spectat vertice cœlum.

Boetius

DIDASCALIA V.

Iacobi Apostoli celsitas, magna Hispanorum felicitas.

1 INSIGNIA & merita Iacobi Maioris Didascaliæ occurrunt in encomium; ut affatim veneremur, cùm protegere Iberos, sæpeque visitare dignatur. Cecidit Hector glorioso certamine, qui campis, ubi Troia fuit, floruerat mirabiliore virtute, & virtutis studio; cuius apud fortes recordatio.

Scilicèt egregius sudor, memorandaque virtus.

Statius.

Ut canit Statius, 9. *Thebaid.* v. 19. Unde Maximus Tyrius, serm. 27. ait: *Quid autem? Nonne & Hector, ut est in Ilienſibus fama, eorum regionem inhabitat? Eius sæpissimè visitur imago, subsultim campum excurrere; atque emittere fulgorem*: in cuius propositum Valer. Flacc.

Maxim. Tyr.

4. *Ar-*

Va. Flac. 4. *Argonautar.* v. 170. & Senec. in *Thyest.* vers. 574.

Hoc est, & horrifici formatis fulminis alis.
Senec. *Et nube dirum fulmen elisa micat.*

Iacobus cur adinstar Hectoris? Cadat derisa vetustas. Iacobus Ierosolymis occiditur gladio, inclyto certamine, & singulari gloriâ; ut fidem astrueret, quàm seminarat in fœcundissima Hispania: in cuius ditione, sedentibus totius inferni potestatibus in idolis, discussit infesto præclaras fulmine sedes: quibus destructis dæmonum furorem, regnumque compescuit, atque civium cultorum cæcitatem fulgoris divini radijs illuminavit:

Vald. Flac. d. ——*Rutilisque è fulminis ictu.*

Felix utique Iberia; etenim Iacobum Apostolum habuit, sed non occidit. Aliò intentus modulatur Lucanus, 2. *Pharsal.* à vers. 733.

——*Phariæ busto damnantur arenæ.*
Parcitur Hesperiæ, procul hoc ut in orbe remoto
Lucan. *Abscondat fortuna nefas: Hispanaque tellus*
Immaculata sui servetur sanguine Magni.

Iberis accepta illius fides & vita, in quibus tot coruscarunt miracula: noluerunt enim illustrari sanguine, qui illustrantur sacro corpore. Unde in illorum protectionem grato obsequio, dum egent auxilio, Hecteris instar descendens de cœlo, pro illis pugnat, regionem inhabitat; visus sæpe, & campum excurrere divino fulgore. Accinit articulo Lucretius, 6. de *Rer. natur*, à v. 372.

Hispania illustratur eius corpore, non sanguine.
Ancipiti quoniam bello turbantur utrinde.
Propterea hæc bella sunt sæpe nominitanda.
Lucret. *Hoc est, igniferi naturam fulminis ipsam.*
Perspicere, & qua vi faciat rem quamque, videre.

2 Hinc Iacobus inclytus factus, apparens in castris Hispanorum gloriosus: equidem illo protectore ac Duce, non accedunt commilitones ad prælium, sed ad triumphum, ut in eius basilica erigatur trophæum.

Statius, d. ——*Celebratur Carmine virtus.*

Hoccine patrono haud dubitat de victoria pugnax Iberia: dicit enim & corditus: *Si consistant adversum me castra, non timebit cor meum. Si exurgat adversum me prælium, in hoc ego sperabo. Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.* Quid mirum? Ut suos fide ac veneratione, protegeret; de cœlo descendens exivit vincens, ut vinceret. Afflictæ reliquiæ Israël subLyriat ab infidelibus, etsi paucis militibus; *Leonum more, impetu irruentes in hostes, prostraverunt*, &c. Unde igitur tanta cordium audacia, ubi præ multitudine hostium timida corda? *Apparuit* (dicitur) *præcedens eos eques in veste candidâ, armis aureis hastam vibrans:* & qui pavidi præ numero hostilium copiarum, surgunt & insurgunt instar leonum; quoniam pro optato ex certamine triumpho, armis aureis, veste mirâ, in auxilium illorum; eques descendit de cœlo. *Ibant igitur prompti, de cœlo habentes adiutorem.* Inimici infirmati sunt & ceciderunt, experti in certamine casum; qui cunctis infidelibus teter & niger. Quid, dum totus in illos irruebat æther? Corruit prostratus hostis, ubi visus in castris cœlestis infestus eques. Elucet articulus creber Iacobi in protectionem Hispaniæ. Haud quia mortuus, & ille in cœlo, deseruit.

2. Mach 12. 11. — Vers. 8. — Vers. 16. — *In eius auxilium eques descendit de cœlo.*

Unica post cineres virtus veneranda beatum
Efficit, & minax rutilantia fulmina torquet.

Iovianus Pontanus

Conturbatæ sunt gentes, inclinata sunt regna: in fulmine, filio tonitrui, cœlum dedit vocem suam, mota est terra. Non est timor, quùm ab infidelibus turbatur: illorum virtus à Iacobo prosternitur: arcum enim hostium conterit, confringit arma, & scuta comburit igni. Formidanti Hectori; classem Græcorum submergere, aut urere avidè desideranti, apparuit Apollo, & restituit animo, dicens, ut commiscitur Homerus, 15. *Iliad.* à v. 249.

Considè nunc, talem tibi adiutorem Saturnius
Emisit astare & auxiliari,
Illustrem Appollinem, gladio conspicuum, qui antea
Protego simul ipsumque & altam urbem, Homeri
Age nunc naves concavas impellere.
Ego ante iens, equis viam omnem complanabo.
Et vertam in fugam heroas Achivos.

Exponitur coram oculis specimen languentis præ mœrore Regis Ramiri, quem in meliorem spem præsentia erexit Iacobi: auxilium promisit, sequentique die in veste candidâ, armis aureis, aciem præcedens eques cœlestis apparuit; quo Ramirus Mahumetanos vicit, quia ut accinit aliò Angel. Politian. in *Rustic.* à vers. 457.

Spectat & in dextrâ missile fulmen habet:
Emicat Hesperia trisidum ut fulmen ab orbe.
Angeli Politi.

3 Ex illustri haecine victoria, orta ordinis militaris insignia, quasi latus clavus inter Romanos, & nobilitatis decus. Ut memoria mirabilis in æternum permaneat, mos fuit olim erigi trophæa. Unde parta à Moyse de Amalec, *Ædificavit altare, & vocavit: Dominus exaltatio mea.* Hebr. *Vexillum meum.* Hoc fuisse trophæum ex hostium spolijs & manubijs, asserit Ioseph. 3. *Antiq.* cap. 2. ex quo Alapid. hic. Exod. 17. 15. Etiam asserit Orosius, *lib.* 1. *cap.* 10. In transitu maris rubri petris impressa Israëlitarum permansisse vestigia: egimus, *Tom.* 3. *T.* 7. *D.* 6. *n.* 22. Usus tangitur ab Ovidio, 2. *Amor.* Eleg. 11. v. 15. succinente: Ovid.

Littora marmoreis pedibus signanda.

Aptiùs in propositum præfatæ victoriæ, quod refert Pausanias, *cap.* 43. de Caris Phoronei filij monumento, quod illustre monimentum. *Cum initio* (inquit) *terræ tantùm ager esset; pòst ex Oraculo conchite lapide exornatum est. Marinæ in eo conchæ undique cernuntur.* En miraculum victoriæ Ramiri, Iacobo Duce, cuius insigne usque hodie visitur ad radices Pyrenes. Lapis signatus in quo primò extructa fides, postque signum religionis. Concha formam habet scuti, iure electam in emblema Iacobi: equidem si in illa munimen, Iberia Iacobo addicta, nonnumquàm experitur protectionem. Nescio, an in signum Iacobi dictionis, designatæ conchæ maris: unde de concha epigraphe apud Picinell. 6. *Mund. Symbol.* num. 78. *Acceptum custodit & auget.* Et Carducius: Pausan. *Cur marina concha Iacobi insignia?* Picinel. Carduc.

Custos & altrix concha fulget.

4 Quorsùm hæc? Intende. *In Indias occidentales descendit Iacobus*: insit Petrus Maffæus *lib.* 4. in fin. Hæreditas eius fuit, quicquid Iacobi calcavit pes. India subiugata sub fide & armis Hispaniæ: Hispania sub lege & armis Iacobi. Hispania sibi nonnumquàm catholica fide proxima; dissita atque dissipata per remotionem India: & Iacobus pro stemmate habet æquoris conchas, ut possideret hæreditates dissipatas. *Audite verbum Domini Gentes* (En Hispani) *& annunciate in insulis, quæ procul sunt.* En Indi insensati & cæci. Hi ab illis illuminati. At quomodo? Duce cœlo. *Adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum. In insulis maris nomen Domini.* Qui descenditis in mare & plenitudo eius, insulæ & habitatores earum, cantate Domino canticum novum, quia laus eius ab extremis terræ. Sed unde sic hæreditas Iacobi? Dicit Evangelico Vate divinum Numen. *Ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui salvati fuerint ad gentes in mare, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam.* Quodnam ergo signum, ad conversionem Gentium Americarum: *Iacobi vestigia ac effigies lapidi impressa*: insit Bonifac. Bagart. Tom. 1. de *Mirabilib. Orbis*, lib. 5. cap. 1. Append. 2. n. 61. Eusseb. Nieremb. 1. de *Miracul. natur.* cap. 32. Signavit vestigijs Iacobus viam, ut procesit in Americam: & gentes quæ in mare & in insulis longè, ad fidem surdæ (quia nec viderant Numinis gloriam, nec vllam illius habuere notitiam) ab Hispanis qui iam salvati per fidem, Numinis veri receperunt nomen, appelsentibus Iberis viâ rectâ; quippequàm ibi Iacobi Apostoli perspexere vestigia. Occurrit, quod de suis ovibus dixit divinus pastor. *Aliàs oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient, & fiet unum ovile & unus pastor.* Suas oves, lustrans Iberiam, Iacobus signavit Hispanos: suas etiam proficiscens in Americam, præsignavit & Indos. Non erant ex hoc ovili, aliquando per Iberos convertendi, illis annunciantibus, & his fidem ex Iacobo audientibus; ut ex tot ovibus, uno pastore, fieret unum ovile. Unde ne in itinere errarent, Indosque ad fidem veram converterent, & etiam pro illorum gloria; reliquit in saxis impressa mirè vestigia. Hoccine Iacobi signum & miraculum: fecit utraque unum, conchis maris adinstar scutorum electis in Symbolum & solamen, ut gentis utriusque præsignaret protectionem. Quapropter etsi in æthera abijt. Descendit in America & quare. Ier. 31. à 9. Isai. 24. 15. Ibid. c. 66. 19. Bagatt. Ioann. 20. 16.

Liber ab æthereo fulmine mirè redit.

5 *Decus* itaque dicitur Iacobus *Hispaniæ*, & propriè, illustrissimo militari ordine: igitur quia sequuntur facta Ducis, illius insignijs decorantur equites. Latus clavus, uti præmisi *num.* 3. fuit apud Romanos nobilitatis liberioris insigne; de quo ex professo in *Ephemer.* 1. *April.* num. 10. Figura erat ut ensis facies (Vernaculè: *Hoja de espada.*) ex purpurâ splendidâ, primis temporibus concessa senioribus, post ingenuis iuvenibus. Unde de Augusto dicit Sueton. cap, 38. *Liberis Senatorum, quò celerius Reipublicæ assuescerent, protinùs virilem togam, latum clavum induere, & Curiæ interesse permisit,* Bapt. Pius. *Cur decus Hispaniæ?* Sueton.

sit, militiamque auspicantibus, &c. ubi Isaäc. Casaubon. subdit: *His iuvenibus primo gradu concesso, qui domum Augustam sanguine, vel affinitate, aut aliqua necessitate contingerent.* Ovid. 4. *Trist.* Eleg. 10. v. 29.

Casaubon.

Ovid. *Induiturque humeris cum lato purpura clavo.*

Vide Iust. Lipsium in 13. *Annal. Tacit.* Ald. Manut. de *Quæsit. per Epistol.* Rader. in *Epigram.* 17. lib. 5. Martial. Iacob. Pontan. in loc. cit. Ovid. Franc. Mendozam, *Viridar.* 8. *Saturnal.* Decad. 2. cap. 4. Senec. Epist. 99. & Lamprid. in *Alexandr.* Hinc de lati clavi honore dicit Tacitus de *Orator.* cap. 7. *Equidem ut de me ipse fatear, non eum diem latiorem egi, quo mihi latus clavus oblatus est.* Hic latus clavus, quo signatur per insignia Iacobus: etenim ab hostibus tuta Hispania dum habet eius insignia.

Quid latus clavus, nobilitatis bonest.

Tacit.

6 Allegoricè elucet in Sponsa, igitur eisdem monilibus ornatur Ecclesia. Afflicta exponitur, & protectio cogitatur. Decorata enim speciosissimè fuit: nihilominùs, uti illa queritur, *pugnaverunt contra me.* 1. Tot in persecutionibus consulitur illi: diciturque: *Quid faciemus sorori nostræ?* Murus est, sed impingitur: ostium est, sed arietatur. *Quid faciemus?* cap. 8. 8. *Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.* Obiter nota, dum illam alloquitur Dilectus & Sponsus, Tò *Faciemus.* Qui, si Sponsus unus est? Unus & plures? sanè. Exprimitur sacrosancta divina Trinitas, dum adinstar ostij muri inexpugnabilis, Sponsæ Ecclesiæ præsignatur maiestas: etenim fidei ostium in murum fidelium ad ingressum beatitudinis, professio individuæ Trinitatis: tres scilicèt personæ, in unitate substantiæ. *Faciemus* inquit. Sponsus una ex tribus, qui sibi assumpsit naturam humanam, ut illam ornaret, decoraret, protegeret uti Sponsam. In munimen ergo, *Murenulas aureas faciemus tibi* (dicitur) *vermiculatas argento.* Vatabl. & Maluend. *Cum stigmatibus, cum clavis.* Quorsùm igitur cum clavis Sponsæ Ecclesiæ ornamenta? Sunt lati clavi Iacobi protectionis insignia: habet Hesperia, ex quo ab eo Trinitatis individuæ accepit fidem, in pugnacem protectorem: inimici pugnant, expugnare conantes, verùm decidunt à cogitationibus suis. Muros habet Ecclesia; sed necessarium, quòd exeat exercitibus in castra: & cæteris eius armis superadduntur clavi; quippe egebat in triumphum gladio Iacobi. Pende concordiam Versionum. *Cum stigmatibus, cum clavis.* Liquet lati clavi institutio, dum Iacobi in certaminibus imploratur protectio: equidem stigmata indicit parta victoria, dum purpura tingit clavum ex vulneribus ac sanguine Saracenorum. Hic est clavus: patet quò extenditur servida virtus.

Cant. 1. 11.

Mysteriũ Trinitatis.

Vatabl.

Ordoeque stirpis Iacobi.

7 Videmus alumni sæpe, quod olim miraculum singulare. *Ecce multitudo prostrata, & huc illucque diffugiens:* dicitur de Ionatha filio Saul, dum Philisthæi victoriam expectarent de Israél; quia semel victæ acies, & qui milites inermes: at virtus nequaquàm militum brachio, sed auxilio opportunè misso de cœlo. *Factum est miraculum in castris, per agros: & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, & conturbata est terra.* Insigne planè miraculum ex hostilium phalangum perturbatione; sed amplius elucet in ampliorem commendationem miraculi. *Alij cadebant ante Ionathan.* Hebr. *A facie Ionathæ.* Exponitur uti in speculo perspicuo, quod sæpe factum de cœlo descendente in auxilium N. Iacobo. Semper prodigium, semperque ex descensu trophæum: equidem ad præsentiam in castris, nullus hostium observat ordinem stationis: cadunt è manibus arma, non est virtus ad scuta, conturbatur terra, iacet multitudo postrata, fugientes sine motu palantes, in pericula corruentes, ita ut Hispanis cedat plena victoria; quippequàm vacua inimicorum castra. En Iacobi vexillum. En miraculum, sed restat summum, quo eius cognoscitur præsens virtus, dum cessat ab ictu gladius. Cadunt à facie Iacobi, quot quot adversariorum in acie: igitur ubi catafractus de cœlo ad castra descendit, ante faciem illius nullus subsistit, neque subsistere valet.

1. Reg 14. à 15

Vetus. 13

Ad aspectum de cœlo descendentis corruunt hostes.

Postratus humi cœlestia fulmina sensit:
Et gelidi torpent telis præfixa pavoris
Corda.

Lucret.

8 *O quantus honor debetur in Hispania huic Patrono! Verè hoc festum cum omni gaudio & exultatione celebrandum est, & sicut Pascha; quia nostrum maximè*: inquit Thom. à Villa-nova Serm. de *S. Iacob.* At quodnam Pascha? Nativitatis Salvatoris? Verbum tunc caro factum, apparuit, legemque Evangelicam ostendit. Sit uti huiusmodi pascha, & appositè: legem Hispanos docuit cœlestis gratiæ. An adinstar paschatis Domini Resurrectionis? Respondet Iacobus mysterijs

Thom. à Villan.

Eius dies cur nobis tamquã Pascha.

rijs festivitatis : etenim eduxit vinctos in fortitudine, fragens iugum Mahumetanæ potentiæ; sicut Salvator per Resurrectionis gloriam, è latumijs limbi Patres eduxit in patriam. Haud disitum a meritis Iacobi, quod Pascha Spiritus Sancti: quandoquidem si hic descendit ut per fidem illuminaret, ac protegeret Ecclesiam; Iacobus fidem docuit, & de cœlo descendit, ut protegeret Hispaniam. Alijs nationibus festivitas sacra devota: nobis ut Pascha: etenim per magisterium, Ducatum, & patrocinium; nobis maximè, solemnitas elucet solemnitatum. *Audite audientes*: dicebat non surdis, sed nova ac prodigiosa audituris, Evangelicus Vates. Quid enim novum ac mirabile audituri, ut vigili intendant aure? *In lætitia ægrediemini.* Unde ergo gaudium, ut promptum præsent auditum? *Aliegorice promissiones sunt*: subdit Maluenda. Dirigantur sine violentia ad Hispanos, quod ad fidem veram Numinis adduxit Iacobus. Patet ex contextu. *Ecce testem populis dedi eum* (Ioann. Alba, *Elector.* cap. 100. dicit *Principem*) *Ducem, ac præceptorem Gentibus. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognoverunt, ad te current propter Dominum Deum tuum, & Sanctum Israël; quia glorificavit te. Feriam vobiscum pactum sempiternum.* Quid expressius in nostram causam, & Hispaniarum gloriam? Fecit pactum Deus cum Iberis, & sempiternum; quia fidei semel acceptæ servaverunt pactum, quin in arcum pravum converterentur, uti aliquot nationes aberrantes convertuntur. Gentem, quam in America non cognoverunt, in fidem religiosè vocarunt, ad illosque propter Dominum illustratæ gentes incognitæ cucurrerunt. Unde igitur tantæ felicitatis dextra fors? *Propter Sanctum Israël, quia glorificavit te.* Iacobus Israël dictus. Origo utique Hispanæ felicitatis Iacobi: etenim quia Hispanos Fidem Catholicam docuit, per illos Americam in fidem veram reduxit. *Per Sanctum Israël, quia glorificavit te.* Haud in futuro, sed in præterito. Per Hispanos glorificabit Americam, non Hispaniam: igitur ubi per indigenas, regiones Orbis ignoti ad conversionem quærebat, Iacobus per fidem pridem Hispanos glorificaverat.

Isai. 55. 12.

Maluēd

Vers. 4.

Patronu Dux & Magister

9 Scaturit inde fluentum nostræ sine mensura lætitiæ. Per Iacobum, nostrum gaudium. Dedit nobis illum *Principem Ducem, ac præceptorem.* Sat alijs in plausum, ex his ministerijs unum: nobis ergo maximè Iacobi insignia celebranda tanquàm Pascha; quia Princeps, quia Dux, quia Doctor, quibus in functionibus eius rutilat splendor. Princeps propter patronatum: Dux propter bellorum auxilium: Doctor propter magisterium. Patronus, quia protegit: Dux, quia in certaminibus, de cœlo descendens, vincit. Denique in Duce & Patrono illustrem habemus præceptorem, propter traditas nobis fidem & legem. Elucet, quis sit Iacobus. Hispanis ter magnus, Maximus & Optimus. Hæc florent Apostoli insignia, sed micent merita. Primus Apostolorum pro magistro effudit sanguinem. Habet primatus honorem. Haud *expectans expectavit*: primus calicem bibit: & quia primus proprio sanguine scripsit fidem; throni à dextris Redemptoris obtinuit gloriosam sedem. Haud opponatur Stephanus. Primus utique est Iacobus: huius Diaconum Stephanum signat Tamaius in *Martyrolog. Hispan.* Scitum sanè, quòd Diaconus calicem haud præparet sibi; sed sacerdoti. In rem ergo.

Pſalm. 39. 2.

Stephan. Iacobi Diaconus.

10 De Abele dicit Augustinus, 1. de *Mirabilib. Scriptur.* cap. 3. *Iustitiæ primatum tenuit.* Nonne alij Martyres insigniores? Virtus elucet tormentis. Summa crudelitatis astruit vires fortitudinis. Fortiores igitur atleticè evaserunt, qui universa tormenta pancraticè superaturunt; ita ut diutino cruciatu non tam cruciarentur corporis membra, sed vulnera. Qua ergo lege primatum inter Martyres meruit, qui minus alijs pro fide ac religione sustinuit? An quia occisus à fratre? Diriſsima prorsùm circunstantia! Non numerantur, quippe usquequaquè martyria. Causam indicat, qui primatem prædicat. *Abel primò fuit, qui martyrij coronam sanguinis effusione promeruit.* Hinc Christus dicit: *A sanguine Abel iusti*; quasi hic solus, quippe primus; de quo aliàs. En theatrum Iacobi facinorum, & meritorum. Thronum primum appetit in sede maiestatis, interventione futili genitricis. Tutiùs acquiritur pretio sanguinis. In cœlo Throni & mansiones multæ sunt, & etiam inter sedes, thronus ad gloriam amplioremi, superior est. Dabitur sella prima, si prima merita: Iurèque Apostolus N. in thronis primatum habet; quippe primus pro Christo sanguinem fudit. Primatum inter primores appetebant fratres: non est iuris, sic conferri sine meritis. Adsunt? Minimè, sed fient: Non consequimur, sed consequi *possumus*. Possibile solium celsius? Profectò: primus erit, qui fuerit pri-

Augusti.

Genes. 4. 8.

Ibid.

Matth. 23. 35.

Iacobus quia primus effudit sanguinem, primatum obtinuit sedem.

Quibus gestis?

primus? primumque Thronum meritò ascendit Iacobus; quippe primus ad fortissimum certamen, pro Magistri doctrina flexit in vulnus, cervicem. In obsidione arcis Ievus, factus est Princeps militiæ Ioab. Mœnia proponuntur quasi inexpugnabilia: Ioab nihilominùs *primus ascendit* mœnia: nec illi quia ascendit, primus collatus est thronus; sed tantùm quia ascendit primus. Regnum cum regni insignijs in toto Israël, a Domino confertur Tribui Iuda. *Repulit tabernaculum Ioseph, & tribum Ephraim non elegit; sed elegit tribum Iuda.* Unde ergo tanta ex imperio auctoritas, tribuique felicitas? Dicit (ex Rabbin. ad illud Oseæ 11.12. *Iudas descendit cum Deo*) Hieronymus. *In exitu Israël de Ægypto* (subdit) *quando ex alia parte mons, ex alia rubrum mare, & ex alia Pharaonis cingebatur exercitu, & inclusus populus tenebatur; cæteris tribus desperantibus salutem; solus Iuda fideliter ingressus est mare: unde & regnum meruit accipere: & hoc est, quod nunc dicitur. Iudas testis sermonum Dei, & astipulator ac vindex, descendit cum eo in mare, & inter Sanctos fuit fidelissimus, ut crederet.* Allegoria in primatum N. Apostoli liquet. Rubrum mare amaritudinem mortis effuso sanguine ostendit, si regnum & coronam meruit, quæ tribus prima audacter mare rubrum introivit; corona, thronusque primus in regno cedit Iacobo, epoto calice amaro; etenim primus ad primum honorem, totum amore Magistri fudit è corpore sanguinem: primus enim è socijs amaritudine necis, fauste transivit usque in terram promissionis.

5. Paral. 11.6.

Psal. 77. 68.

11 *Semel autem quotannis* (de Scythis refert Herodotus, *lib.* 4. *n.* 17. regeritque Munster. 5. *Cosmograph.* cap. 96.) *Singuli Regionum Principes miscent vinum crateri, de quo Scythæ omnes hostium victores & occisores bibunt: at non gustant qui nihil præclari operis ediderint; sed sine honore seorsùm sedent, quæ res apud eos maximæ est ignominiæ.* Iuvenes appetebant sedem pro gloria, verùm quia sine meritis arcebantur à mensa. Unde cogitabant magna, ut possent de calice bibere, ut valerent sedere, ignominiam fugere, ac gaudere illa præstantiore dignitate. Hanc in regno cœlorum desiderabant Iacobus & Ioann., precibus & auctoritate genitricis. Dicit illis gloriæ Rex: *Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum?* Quid illi? Virtus est. Quid illorum animus? *Possumus.* Mactè gratiâ & virtute. Sed debitis dum biberitis; astruit sanè maiestatis sedem, bibere calicem.

Hieron.

Herod. *Mos Scytharũ ad calicem mensæ.*

Matth. 20. 22.

Præmia calatus crater.

Ioannis Pontani

Ut accinit Ioann. Iovian. Pontan. 2. *Uran.* Quæ enim sedes Iacobi, anxiè bibentis de calice Regis Christi? Virtute patet, dum inclyto honore floret. Dextram in throno petijt, dextram in throno possidet: primam ibi sedem habet, quia primus calicem bibit.

Gemmatum Scythicis ut luceat ignibus aurum.

Martial. 14. Epig. 109.

Aspice quot digitos exuit iste calix.

12 Appositiùs firmabitur ex sacris acuminis cogitatio. Cùm filij Iacob ex Chanaäm accessissent ad venditum ab illis fratrem Ioseph; ut illos maximopere honoraret, convivium instruit; quippe singularis honoris, ad mensam sedere Principis. Venit hora, Iosepho reverso ab aula, & *sederunt coram eo, primogenitus iuxta primogenita sua; & minimus iuxta ætatem suam: & mirabantur nimis.* Nonnullis placet, admirationem ortam ex magnificentia & apparatu convivij, ferculorumque quantitate & qualitate. Alijs, fratres miratos fuisse, quomodò Ioseph ordinem nativitatis illorum sciret, ut unusquisque iuxta propriam dignitatem ad mensam sederet. Adi Maluend. Placet sententia Effremo, Edesseno, sed ex sententia Rabbinorum aliter subscribit articulo. *Calix ille plenus vino Iosephus apponebat hospitibus, quasi divinaret*: ait Aben-Ezra. Stropha fuit, & per iocum locutus est, sicut quando vocavit *Exploratores*. Ita ergo, cap. seq. v. 5. dicitur: *Scyphus ipse est, in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari solet*: alludente dispensatore ad ordinis formam, quo illos iussit sedere ad mensam. Ut ergo iocosè continuaret ludum, nec finiretur scenicum citò embolium; imò ne cognosceretur, illos cognoscere; usus est augurum arte. Verùm quomodò? In Orat. de *Ioseph*, dicit Effremus. Tangebat scyphum ferro, & primogenitum cognoscere dicebat ex ictu. Unde primum sedere iussit Ruben, sic duodecim ictibus ad fratres reliquos. Ingeniosa, festivaque inventio! Congrua utique proposito nostro. Per calicem ac per ictum ordo cognoscitur sedium; ut primus sederet, cui ictus primus ferri contigit. Duodecim erant filij Iacobi fratres: duodecim etiam discipuli Salvatoris: illos invitat per calicem ad mensam æternitatis: *Ego dispono vobis, sicut dis-*

Gen. 43. 33.

Aben Ezr.

Primus thronus, cui contigit primus calicis ictus.

Effrem.

Luc. 22. à 29.

dispositit mihi Pater meus, regnum; ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis. Quis ergo sedebit primus, nimirùm ad dexteram invitantis in throno maiestatis Imperatoris? Dicet glaudius: dicet ictus. Primus habebit honorem, qui primus biberit calicem. Sedet ergo Iacobus unus adextris; quia primus hausit amaritudinem calicis. Aliò ductus, dixit stemma Naso, 3. *Fastor.* v. 97.

Ovid.

——*Omnes ut vinceret ordine saltem,*
Sanguinis auctori tempora prima dedit.

Examen Christi erga virtutem Iacobi.

13 Scrutemur in Christi examine Tò *Potestis?* Non fuit dubitatio, sed ad virtutem assertio. Mos est partis, dum filius præclara intentat, discrimina exponere, an etiam periculis audeat. Contigit genitori Roderici de Vivar, prementi arctissimè, filij manum, ut eius præcogitaret validissimum spiritum. Accidit etiam Catoni Uticensi; ut refert in eo, Plutharc. & Valer. Maxim. *lib. 3. cap.* 1. n. 2. Sæpe specie amoris pater animum repellit, ab eo quod eripè cupit: sibique gratulatur, ut ait Maximus ibid. n. 1. Cùm honori nondùm *tempestivum videri, qui iam virtuti maturus :: inter quæ coronam mereri, spolia rapere valet.* Haud aliter in articulo Christus. *Calicem*, quem dedit mihi pater (mihi ex contemplatione horror, & sanguinis sudor, & totius spiritus angor) *potestis bibere? Possumus.* O nobile pectus! O magnitudo virtutis! *Calicem quidem meum bibetis*, & sedebitis in thronis, dum biberitis. *Bibetis.* Eius namque magnum indicat spiritum; *qui* scit se primum moriturum, & procedit in prælium. Calix Salvatoris est: igitur etsi amaritudo urget, *sciens omnia quæ ventura erant super se processit.*

Valer. Maxim.

Ioann. 18. 41

14 De Protesilao Achillis socio finxere Poëtæ, primum è navibus insilijsse in terram hostium; quamvis sciret primum, qui littora Troiana tetigisset, periturum. Cavere euntem iussit uxor, ne caderet, qui triumphare posset.

Sors quoque nescio quem fato designat iniquo,
Qui primus Danaum Troäda tanget humum.

Ovid.

Inter mille rates tua sit millesima puppis,
Iamque fatigatas ultima verset aquas.
Tu quoque præmoneo, de nave novissimus exi.

Succinit Ovidius, *Epist.* 13. à v. 93. Hygin. *Fabul.* 103. & Ausonius in *Epitaph.* Epigram. 12: Huius oraculi monitus Ulysses, primus in Pergameam oram, ut primum classis in virtute signaret, arte prosilivit; at primò clypeum super tellurem proiecit: saltu super illum mansit, donec multos super littora vidisset. Auson. ibid.

Cur protesilaò conferatur?

Qui ne Troianæ premeret pede littora terræ,
Ipse super proprium desiluit clypeum.

Auson.

Fabula, seu verum canitur? In Iacobo profectò canitur verum: igitur etsi præscijsset è vulneribus mortem; cordis ostentans singularem virtutem, primus omnium pretiosum effudit sanguinem. Ex Hispania navigavit in Palestinam, ut è rebelli, improba gente nanciscerétur victoriam. Mors utique obvia, si primus transilijsset in littora. Occiditur Herodis gladio: gaudetque supremo throno; quoniam si primus primo contigit, primus gloriosè mortem obivit. Gloriæ obtinuit magnitudinem, quippe primus bibit calicem: hinc in regno & solio primas,

Primam obtinuit sedem, quia primus passus est mortem.

Victima quòd Troiæ prima futurus eras.

Idem.

Succinit idem *Epigramm.* 19. Oppositæ Ulysis intentio Protesilaö, cuius insignis operatio plus elucet in Iacobo. Haud clypeum proiecit, antequàm caderet: gladio cecidit, & tunc scutum reliquid: felix Hispania, eius exuviis decora. In vita & in morte ad illam applicuit, semper hyperaspistes defendit: igitur adversus incursus bellantium inimicorum, etiam post mortem habemus eius scutum: de quo infrà.

15 Pende examen Salvatoris, & illius assertionem virtutis. *Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum? Dicum ei: Possumus. Calicem quidem meum bibetis.* Quidum dicit *Calicem meum*, atque nullatenùs, *Vestrum*; cum unicuique sit singularis pretiositas mortis, in speciali amaritudine calicis? Dicet Iacobi prærogativa, ut magis ac magis eius cognoscatur gloria. Dum Patrem orans, iamiam moriturus, dixit illi: *Si possibile est, transeat à me Calix iste*; iuxta Hilarium, non fuit fuga amaritudinis calicis, sed propinare adstantibus tribus discipulis: q. d. postquàm filius tuus bibat, ad illos transeat: *Idest, quomodò à me bibitur, ita ab his bibatur.* Ita Hilarius, *Canon* 31. Ita optatum, sed ex tribus duntaxàt Iacobus obtinuit votum. Solus? Utique. Non utcumque calicis erat convivium, sed ut dixerat Christus: *Calicem meum.* Hinc in præsentiarùm signat: *Calix iste.* Cur non absolutè, *Calix?* Iste, & non alius? Ne.

D. à v. 23.

Matth. 26. 39.

Hilar.

Quomodò suum fecit poculum, calicem què hausit Christus

Si-

Hieronym. *signanter non dixit: Transeat à me calix, sed calix iste; hoc est populi Iudæorum?* Subdit Hieronym. hìc. En calix. Ioannes frater sumpsit? Nullo modo. Petrus accessit, sed non bibit; quia licèt ad hunc calicem in carcere ab Herode detentus, liberavit Angelus. Martyrij per Iudæos Christi erat calix; & tantùm à Iacobo exhauritur calix iste; igitur ut frueretur voto, Herodes dumtaxàt Iacobum occidit gladio. Bibit calicem Christi, virtus Iacobi: etenim ab eisdem subivit audax martyrium, dum Christus ebibit calicem è manibus Iudæorum. Impletur Ezechielis prophetia. Ezech. 43. à 18 *Hi sunt ritus altaris, in quacumque die fuerit fabricatum :: ut offerant mihi vitulum: & in die secunda offeres hircum immaculatum, & expiabunt altare, sicut expiaverunt in vitulo.* Quis vitulus, & quis hœdus? *Audax quidem est, quod dicturi sumus* (infit hìc Hieronymus) *sed tamen aliorum simpliciter sententia ponenda est.* Hieronym. *Hœdum immaculatum post passionem Domini ablatum esse ad altare Iacobum. Hunc interfecit Herodes: & quasi hœdum immaculatum post passionem Salvatoris in die immolavit secundâ.* Patet iam Domini calicem bibisse Iacobum, dum altare, secundò Numini sacrum. Christus prima hostia, Iacobus secunda, sed prima respectu sociorum, præferens laurum: equidem iugulum primus præbuit Iacobus, sub eadem diritate sævà, quam passus Christus.

16 Cùm ordo prædecessorum Christi signatur à Matthæo, Regum nisi Davidis haud sit ulla recordatio. Matth. 1. 6. *Iesse genuit David Regem.* Cur igitur cum reliquis Regibus Regem non nominat filium Salomonem? Caietan *David primus Rex in genealogia Salvatoris fuit* (inquit Caietanus) *propterea Evangelista descripsit ipsum Regem.* Primus in unoquoque genere est mensura cæterorum: per Davidemque præstat magnitudo Regum; quippe illorum splendor in imperij maiestate, à Davide procedebat, tamquàm fructus à radice. Virtus singulis in Principibus gestorum profectò illustrium; verùm magis præfulgebat in primo; quippe datus in exemplum. Alia sanè opportunior expositio. Primus thronum per gesta David obtinuit: cæterorumque numerus quasi non fuerit; etenim ille unicus & solus, quippequàm primus. Primus dies orbis, non signatur specie ordinis, sed cardinis. Genes. 1. 5. *Factum est vespere & mane, dies unus.* In illo lux & splendor, ut tot operum insignium videretur Autor: & primus dicitur unus, quasi unicus & singularis; quoniam primus. In aula Salomonis *sexaginta sunt Reginæ.* Cant. 6. 8. Sed una tantùm sub laude. *Una est, una.* Unde inter tot una est? Nimia illius celsitas. Inter cunctas erat primas.

Prima ante alias. Virgil.

Et extollitur unica, quoniam prima: habetque primum thronum in maiestate sedis, quæ prima meruit obsequijs sedem superiorem maiestatis. Iacobus inter primos electus, iurè debet dici unicus. Unicus? Ubi cæteri? Ubi Ioannes frater? Solus Iacobus calicem bibit; quippe primus calicem bibere meruit.

17 Opponitur Evangelium. Uterque ad calicem avidum expoluit pectus: *Dicunt ei possumus.* Ubi sup. Assentitur voto Servator: *Calicem meum bibetis.* Quomodò igitur Ioannes à calice excluditur, dum asseritur. Si Ioannes bibit, non unicus est Iacobus. Si minimè degustat poculum; qua lege utrumque refertur, calicem bibiturum? Voto frater bibit, quoniam aliter bibere non valuit. *Calix* erat *in manu Domini, vini meri plenus misto.* Ibi mortis amarissimum fel. Dominus astantibus fratribus, *inclinavit ex hoc in hoc.* Quomodò? In manu Domini vidit Iacobus calicem plenum: primus porrexit ad calicem manum: Ioannesque de calice minimè bibit; quoniam Iacobus primus totum exhausit. Prior *fratre ponitur*: subdit Hieronym. d. Avidè cupiebat pro Christo pati, ut eius eximio responderet amori: & cùm habuisset in manu (licèt totum plenum misto) bibisseque siti totum, calicis dumtaxàt fratri dereliquit desiderium. Quomodò bibere poterat, quem frater biberat: David, ut vidimus, quia primus, solus dicitur Rex: verùm regeritur laus. Ubi sup. *Iesse genuit David Regem: David autem Rex genuit Salomonem.* Describuntur in eadem regni celsitudine quasi duæ coronæ: una, quia regnavit: alia, quia primus diadema post tot labores possedit. An siccine Iacobo duplex corona respondet. Sanè: in terra sua duplicia possidebit: quia primus, bibit calicem pro fratre: Christusque Ioannem sic voluit manere; donec placida morte in throno collocaret ad sinistram; quippe Iacobus duplici honore iam præoccupaverat dextram. Erat iam sella occupata, in qua duplici fulget coronâ; & quia martyrium insigni virtute passus, & quoniam subivit primus.

Pſ. 74. à 9. *Bibit calicem fratris.* Hieronym.

Duplici ornatur coronâ.

18 Obsidetur à Caleb Cariath-Sepher (sonat Civitatem litterarum) seu Dabir.

Cùm mœnia essent firmissima, propupnarentque validè cives, & à muris fortiter arcerent hostes; ut expugnari possit, præmia commilitonibus senex promisit, dicens: *Qui percusserit Cariath-Sepher; dabo ei Axam filiam meam uxorem.* Cepit eam Othoniel, *& primus murum ascendit*: subdit hìc Abulens. *quæst.* 5. *Deus direxit* (ait Alapid. in *Iosue* 15. 17.) *ut Othoniel eximiæ suæ virtutis & fortitudinis specimen daret; ob quam mereretur fieri Princeps, & auctoritatem Principe dignam, nanciscereturr.* Potitus est triumpho, & etiam voto. Caleb plausit, eius filiam victor cum dote duxit: verùm exigua dos visa, quamvis & dives ex abundantia. Duplicem Axa efflagitavit, Calebque statim concessit. *Dedit ergo ei Caleb irriguum superius, & irriguum inferius.* Si dos unica cum uxore promittitur; qua lege Othoniel duplicatà donatur? Hic non solùm murum ascendit, sed & primus superavit. In pacto tantùm dos una cum Axa: verùm excesserunt merita. Fuit primus qui in muris hostium, fixit victor Israëliticum vexillum: & licèt pactum senex adimpleret, si simpliciter cum filia dotem præstaret; ascendente mœnia ante alios, parvum videbatur decus: unde dotem auget, præmium condignum concedit: igitur exiguum, estò magnum, virtuti Ducis à Caleb conferebatur; nisi duplici honore qui primus decoraretur. Non enim respondebat virtuti simplici dote. Præmijs virtutes nitent: magnas non nisi magna decent.

Ex hinc securibus virtus cœlestis ad astra.

19 Arbitror specimen huius geminati honoris latere in petitione genitrici. Accessit adorans, ut filijs obtineret principatum: sed pende stylum. *Dic* (inquit (*ut sedeant hi duo filij mei, unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Cur non dicit *Unus & alter*? sed *Unus & unus*? Unus unus est. Filij sanè duo sunt. *Ut sedeant hi duo filij mei.* An inversus modus locutionis, quia Iacobus bibit calicem fratris? Duo sunt, & unus est: igitur cùm primus calicem sumeret; haud reliquit quod Ioannes de calice prægustaret. Diximus, sed aliò procedit animus. *Unus* erat Iacobus, alter Ioannes, creditores summi honoris: & unus Ioannes dicitur, dum per unum ad thronos frater signatur; igitur quippe primus Iacobus in certamen, habiturus in gloria duplicem sedem. Primus ascendit in mœnia hostium. Fidei catholicæ levans vel vulneribus vexillum. *Iacobus ferventiùs cæteris prædicans Christum, primus pro eo Martyr occubuit.* Alapid in *Matth.* 20. Specimen dedit eximiæ virtutis, ut Principi congruam haberet sedem honoris: idemque plauditur *Unus & unus*, cùm dici debuisset *Unus & alter* ad thronos; quoniam ut primus victor ad palmam, habere in throno meruit duplicem gloriam. Expugnanda ab Apostolis mœnia adamantina infidelitatis, pro viribus collatæ è cœlo virtutis, respondente illustri, illustriorique honore, difficili vel difficiliori certamini. In cunctis commilitonibus pugnax ardor; verùm in Iacobo fortior: illique conceditur duplex laurea, dum iacent diruta mœnia, præ omnibusque in throno fulget; & quia ascendit intrepidus, & quia primus ascendit. Primus omnium Apostolorum calicem Domini biberè meruit. De duplici honore nequit ambigi. Primogenito de cunctis conferri lex iubebat cuncta duplicia. Iacobus in agone atque victoria, fuit primus: ei sanè ex iure conferendus duplex honos; ut sedeat in sede maiestatis, & cum insigni maiestate sedis.

20 Inter Priscos celebris signatur scyphus Nestoris, cuius insignibus præfigurabatur cœlum, ut inquit Alciatus *Emblem.* 101. & hic Claud. Minos cum Franc Sanctio

Est cœlum scyphus ipse, colorque argenteus illi,
Aurea sunt cœli sidera claviculi.

Hæc Nestor longo sapiens intelligit usu:
Bella gerunt fortes, validus astra tenet.

Plura dicemus in *Ephemerid. Isagog. Iul.* num. 24. Interim vide Homer. 11. *Iliad.* & ibi Ioann. Spondan. Plenum mero calicem solus à mensa levabat.

Vix alij plenum poterant sustollere mensà
Poculum: at ille facilè.

Hinc Nestoris dicitur calix, quia primus sustulit ipse. Confugiamus ad vera, sub Nestoris virtute ficta, & audacià. Calix, ut diximus, vini meri plenus misto, in Domini manu est. Sapientia Patris miscuit vinum, & proposuit mensam suam, ut bibentes pervenirent in gloriam, dicens illis: *Bibite vinum quod miscui vobis.* Magna virtus huius calicis: *Bibite ex eo omnes. Potestis?* Omnes profectò fortes, quamvis calix misto amarus. Quid Iacobus? Primus plenum mero è mensa sustulit, & totum exhausit. Audax animus: crevit per vulnera virtus, alios præcedens in thronum, quò duplicem laurum possidet: etenim

Iudic. 1. 12.

Abulens. Alapid.

Vers. 15

Et gloriæ dote.

Statius 2. Silvar. 2 14.

D. vers. 21.

Quo iure & lege?

Alapid.

Fuit primogenitus inter Apostolos

Deuter. 21. 17.

Quid calix Nestoris?

Alciat.

Homer.

Ubi sup

Prov. 9. 5. Matth. 26 27.

Iacobi virtutis symbola.

Textor. etenim dum alij bella gerunt fortes, ille uti primus & etiam uti victor astra tenet.

Æmula gestorum actio operosa suorum:
Sola scandit altum cœlum candida virtus.

Mátuan *Quid divina velit, & quid sentiat situs in aula,*
Et virtus præstans religioque dedit.

21 Gemina merces confertur Iacobo, uti primogenito. In cœlo habet: verùm ut ait Evangelicus Vates: *In terra sua duplicia possidebunt.* Non solùm in gloria, sed in terra; quod congruit Apostolo nostro, Ierosolymis occiso: etenim post mortem, ut duplicia possideret in terra; illius exuvijs illustratur Hispania. Causa innuitur à Propheta: *Plantatio Domini ad glorificandum: & ædificabunt deserta à sæculo, & ruinas antiquas erigent.* Quid quod America & Hispania, ut illi in terra sint cuncta duplicia cedant Iacobo; si ab illo ad Numen glorificandum fidei plantatio? Ædificavit verà, catholicâ religione, deserta à sæculo præ Ethnicismi cæcitate: in ruinisque ita fidem erexit, dum Christum manifestavit; ut fieret usque in mundi finem discipula veritatis, quæ Hispania à sæculo enituit magistra erroris. Iacobus Patriarcha mortuus est in Ægypto, sed priusquàm fungeretur fato; dixit filio: *Non sepelias me in Ægypto: sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque in sepulchro.* Cur igitur post mortem in Chanaàm reverti cupit, & sepeleri ubi mortem passus renuit? *In Chanaam scholam habuit, minister domus doctrinæ*: ait Chald. ad illud *Genes.* 25. 27. *Iacob habitabat in tabernaculis.* Adi Lyran. & Alapid. hic. Ægyptus plena erat erroribus, quos ex animo Iacobus pertæsus. Voluit cum discipulis esse, quos instruxerat in fide: transferrique iussit corpus, ubi deliciosè inerat animus; igitur Iacobo summa voluptas eos illustrare pretio & præsentiâ cadaveris, quos docuerat legem & notitiam veri Numinis. Haud gesta distant vel ungue: etiam conveniunt in nomine.

Isai. 61. 7.

Averf. 3 *Hispania fidèbaud dimisid, quàm à Iacobo accipit.*

Gen. 47 29.

Chald. *Cur huc transferri voluit?*

22 *Discipuli Iacobi* (refert Flav. Dexter, *Ann. Christ.* 42. num. 1.) *Dei monitu, Virginisque consilio, corpus Magistri Ioppe in nave deponentes, Iriam Flaviam Galleciæ civitatem felici navigatione pervenerunt. Discipuli nuncio accepto de corpore sui parentis in Hispanias allato, Iriam accurrerunt.* Latè videsis Translationem Apostoli apud Bivar in *Dextr.* loc. cit. Equilinus, *lib. 6. cap.* 133. infit: *Corpus de navi deponentes super magnum lapidem deposuerunt, qui ut cera tenera, corpori cessit, & in modum sarcophagi, corpori mirabiliter adaptavit.* Factum huiusmodi prodigium, ante corporis appulsum; accinit Benavidius, 2. *Horar. succes. siv.* Epigram. 81.

Flavio Dextro.

Equilin *Prodigiū ad sepulchrum.*

Exuvias Iacobe tuas, sub imagine cymbæ,
Per mare velivolū concava saxa ferunt.
Obstupuit pelagus navis miracula, Cyclas
Creditur æquoreas mobilis ire vias.
E mensa hæc tandem Neptuni regna tumentis;

Benavid.

Appulit Hesperias prodigiosa plagas.
Non lapis obruitur, Iacobum amplexus in undis:
Hæresis an merget quā docet ille fidem?

Ita fides à Iacobo instruitur. Plantavit pater, non eradicabitur.

23 De antesignano, qui fidei veræ vexillum in nationibus levaturus, dicit Propheta Evangelicus: *Erit sepulchrum eius gloriosum.* In quo ergo gloria sepulchri, ut signetur illustris & singularis? Dicit in Versionibus Maluend. *Gravitas eius, domum eius, præsidentia eius.* Quia cadaveri non est effectus, concavum elaboratur sepulchrum ad recipiendum corpus: & dum lapis recepturus Iacobi reliquias, simul præ se feruntur donum singulare & gravitas; ut sepulchri rutilaret gloria, dum sistitur in Hispania: igitur nihil gloriosius potest cogitari in tumulis; quàm fieri sepulchrum gravitate cadaveris. Patet signis & potentis cœleste donum. Non solum est novum sepulchrum, sed novitet factum, ut emineat venerationi gloriosum: etenim si cadaveri aptari sepulchrum, mos; modò à cadavere illustre sepulchrum fit. At quid ex hoc? Vivere in tutamen Hispanorum, ut apud illos maneat, & etiam pro illis in certamina surgat. *Donum eius, gravitas eius, præsidentia eius*: sane sepulchro perfecto in saxis gravitate corporis, clarent eius dona, & inclyta præsidentia: quandoquidem ut pro nobis præsit in bello, statim surgit è tumulo. *In petra* posuit *nidum* suum. Non sepulchrum? Aptè vocat nidum: igitur si insurgunt bella, ex urna quasi ex nido surgit ut aquila. Lactant. de *Phœnic.* vers. 77.

Isai. 11. 10.

Maluēd

Cur gloriosum?

Ex illo surgit in in Hispa norū auxilium.

Num. 24. 21.

Construit inde sibi seu nidum, sive sepulchrum.

Lactant

Ex saxo Iacobus sepulchrum construit & nidum. Sepulchrum, ut inter Iberos quiescat: nidum, ut in auxilium accurrat; quippequàm hostium si movetur insolentia, tamquàm à nido, statim volat in castra.

stra. Sepulchrum est, sed quasi falsum sepulchrum: equidem apparet inter phalanges glorioſus, quasi non esset sepultus. O Iacobe!

Claud. de Phœnic. v. 50

——*Falsisque sepulchris*
Natales habituræ vices.

Iob. 5. 24.

24 Originem huius gloriæ singularis indicat Iobus. Fructus insignes in pacem explicat, ubi Ducis optimi virtutem signat. *Scies quod pacem habeat tabernaculum tuum.* In tabernaculo collocatum, corpus colitur Iacobi. Unde igitur assertio firma de pace? *Ingredieris* (ait) *in abundantia sepulchrum.* Quilibet homo, functus fato, in sepulchrum ducitur: Iacobus ingreditur, dum gravitati corporis cessit lapis. Inde pax & tranquilla. Pax sanè cum abundantia. Qui in sepulchrum ducitur, ad libitum non egreditur, qui potest ingredi, potest egredi: Iacoboque in tabernaculo collocato, Hispanis pax & abundantia pacis; quippe è sepulchro egrediens illorum protetit hostes. Inter numismata Antonini Pij (ut dicemus hìc *Tautolog.* 10. *D.* 4. *num.* 8.) vel Nervæ, ut placet nonnullis, fuit imago fulminis quiescentis in lectulo. Vigilantius symbolum Iacobi filij tonitrui. In sepulchro quiescit, dormit, sed qui fulmen, in auxilium vigilabit: equidem si ex tumulo viderit hostem, expergiscitur, qui dormire videbatur, trisulcum fulmen.

Vers. 26

Cur in sepulchro non iacet sed dormit?

——*Haud fruſtrà,*
Indicia occulta Divum perquirere mentis,
Unde volans ignis pervenerit, aut in utram se
Verterit hic partem: quo pacto per castra septa
Insinuarit: & hinc dominatus, ut extulerit se:
Quidve nocere queat de cœlo fulminis ictus.

Lucret. d. à v. 379.

25 Sepulchrum olim signabatur imagine cordis (de quo egimus sæpe, & loc. cit. *n.* 6.) ut inquit Pier. Valerian. *lib.* 34. *cap.* 15. Haud, dilectione erga suos N. Apostoli, opponitur origo vitæ, mortalitatis indici. Cor habet in sepulchro, quia vivit in eo. Apponit erga eum cor suum; quia patronus & protector noster est: igitur amore ductus, fide nationis allectus, si aliquod malum grassatur, è conditorio, quo dormit, in protectionem egreditur. Stemmata Gallecìæ hierotheca sunt sacratissimæ Eucharistiæ: corpus etiam habet Iacobi. An sine mysterio speciali nexus? Minimè: pridem signatus. In indicem vastationis hostium, ex illis uni per somnium, *videbatur quasi subcinericius panis ex hordeo volvi, & in castra Madian descendere: cùmque perveniſſet ad tabernaculum, percussit illud atque subvertit, & terræ funditùs coæquavit. Respondit is cui loquebatur: Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis.* Hoc somnium verum: scuto enim Eucharistiæ iungitur gladius Iacobi. Supersedeo, quippe aliò dixi hìc, *Tautolog.* 3. *Didasc.* 8. *n.* 13. De Aiace occiso, cui dolo Ulysses surripuit arma, ait Pausanias, cap. 34. *Aiacis templum cum statua videtur. Post Ulyssis naufragium, arma ad Aiacis sepulchrum per æquor delata sunt.* Epigramma de successu efformavit Pallades, ut est in *Antol. Græcor.* lib. 1. Unde Claud. Minos decerpsit, Alciatusque *Emblem.* 28. succinuit:

Iudic. 7. à 13.

Pausan.

Æacidæ Hectoreo perfusum sanguine scutum,
Iustior eripuit Neptunus in æquora iactum
Naufragio, ut dominum posset adire suum.

Alciat

Occisus gladio Iacobus, defensor Hispaniæ cecidit Hierosolymis: cum illo distans scutum Hispanis, quippe quò cecidit, terra possidebat corpus, in quo protectionis clypeus. Eius templum mirificum cum statua videtur; sed auxilium Hesperiæ desideratur. Unde veniet? Per æquor sanè transibit: igitur ubi sepultus Iacobus, fluctibus sequetur clypeus; iustiore mari, in munimen Iberiæ: equidem in sospitatem irruentium discriminum; haud aliud scutum habet, nisi Iacobum. Iacent vel florent ossa? Iurè dies celebrandus ut Pascha. Masculus in *Lyric. lib.* 9. *Od.* 11.

Cui eius cadavere scutū venit Iberiæ.

Visus protervum plus vice simplici,
Vrgere Maurum, castraque barbara.
Ingens Iberi gloria nominis
Iacobe, cœlum lætitiâ fremit.

Masculus.

DIDASCALIA VI.

Martyrium Ioannis sub tyrannide amoris.

1 FRATER sequitur fratrem, uti fulmen fulmen, ut orbis totus utriusque demiretur virtutem & splendorem: etenim ut ait Seneca à v. 300. *Hippolyt.*

In prole fulminis, opifex
Trisulci fulminis sensit Deus.
Gradivus istas bellifer sensit faces.
Hinc Deus omni regnat in terra potens.

Seneca.

Nihil

Nihil mirum, si fulmen plauditur, qui amore percutitur, atque amore moritur. In eius Symbolum, uti præmissus, *Tautolog.* 1. *D.* 6. *n.* 14. exponitur myrtus, *Ramos ligni densarum frondium.* Ideſt, *Myrtum.* Lorin. hic. In Ioannis ſtemma, ut Rupertus loc. cit. *lib.* 2. *cap.* 37. infit: *In isto dilecto Domini, quasi ramum ligni densarum frondium, quia densa & altissima scriptura, ab æterno incipiens principio, fidem rectam exornat.* Ipſe enim mundo rudijs ſplendoris oſtendit, quem mundus præ tenebris non cognovit. Baptiſta caro factum Verbum divinum demonſtrat: aliter Evangeliſta deſignat: igitur idem in ſinu Patris oſtendit, antequam caro fieret. Unde Maſculus, 9 *Lyric.* Od. 7. accinit:

Immortale tuens, principis alitis
Instar, lumen; agis te super æthera.
——Patrio Numini dedicas
Insignem sobolem.

Myrtus valet contra ictus scorpionis: inquit Petr. Berchor. 12. *Reductor.* cap. 97. Elucet virtus, dum inter ſcorpiones floret illæſus: etenim calicem veneno cuctorum ſerpentium libens ebibit; ſed ei neque virus nocuit. Zachar. Lipeloo, in eius *Vit.* & Abdias Babylonic. *lib.* 5. *Intrepidus & constans accepit calicem: serpens conquiescit: draco fugit, silet vipera, rubeta torpescit, scorpius extinguitur, regulus vincitur, phalangius nihil operatur.* De myrto Granuyſe, 17. *de Propriet. rerum,* cap. 101. *Contra fluxum sanguinis utiliter exhibetur.* Proprietas elucet ſymboli: Ioannes martyrium paſſus, ſed ſine ſanguine. Etiam *Arbor fatidica* dicitur à Plinio, *lib.* 15. *cap.* 29. Aptè conditio cadit, dum Ioannis præſentiâ floret: quandoquidem ſingulari intelligentiâ, predixit in patmos illuſtriſsima futura. Iam pro *urtica* crevit *myrtus*, ut promiſerat Vates Evangelicus; igitur in horto florido Eccleſiæ, myrto myſticâ Ioanne, mirabiliter videmus cœleſtia terris oſtendere, futura prædicere, venena premere, ac ſine morte mori.

——Virent redolenti tempora myrto.

2 Nitent ultrà myſterioſa ſymbola. Myrtus dicata inter Ethnicos Amori. Plin. d. Raviſ. Textor. 7. *Officin.* cap. 17. & 18. Natal. Comes, 4. *Mytholog.* cap. 13. ex Virgil. *Eclog.* 7. v. 61. & 5. *Æneid.* v. 71. *Velat materna tempora myrto.* Pauſanias, cap. 20. & 75. *Myrtus oſtenditur* (inquit) *perterebratis foliis undique: eam sanè talem ab initio fuisse negant; sed ex amoris ægrimonia.* Unde Pier. Valerian. *lib.* 50. *cap.* 29. ſubdit: *Est myrti genus, quæ folia habet perforata: per hanc amoris vulnera, mœroremque ipsum, quo plurimum amantes ex desiderio conficiuntur, significari tradiderunt celebres doctrinâ viri.* Arbor amoris in Ioanne præ ſe fertur; cuius cor (ut ſingularis myrtus in Eccleſiæ viridario ad ornatum demonſtratur) allectum delicijs amantis, quod habebat in delicijs. Deſiderio proficiſcitur, cæterum greſſus ſuſpenditur. Cupit ſurſùm evolare, ſed compedibus carnis nequit moveri. Amoris ægritudine laborat, quippequàm quod optat, diſtat. Quolibet amantis votum, viſceribus figebatur ut telum: corque Ioannis perforatur ſagitis, ex ægritudine amoris; equidem pro dilecto cupiens effundere ſanguinem, ictus iugulo imminentis patiebatur ſuſpenſionem. *Expectans Expectavit Dominum.* Ioannis exponitur martyrium & deſiderium: expectaturque expectatio, dum ſtudet toto pectore martyrio; ut conſtet dolor vehementior, ubi nullus carnis dolor: ſiquidem alij expectant avidè necem, cæterùm? Ioannes expectationis paſsionem. Fræna amori volanti gravia vulnera, quibus terebrantur corda: ictus cordis claret necis, qui dimanat ex commutatis ſagittis: expectatioque pro morte ſufficitur, ubi ſine morte dilectus Domini moritur; quippequam martyrium habuit, in decus religionis ſingulare, ex martyrij expectatione.

3 Promiſerat Dominus, utrumque fratrem (dum throni cupiebant ſedes) obtentum ire per mortem ſuperiora maieſtatis. *Calicem meum bibetis.* Frater Iacobus dato iugulo præguſtavit, & bibit. Bibit & Ioannes? Bibit utique & multoties, ex diuturnitate temporis. *Quoties te rogavi* (dicit ipſe apud Abdiam Babylon. d.) *ut ad te venirem; dixisti tu: Expecta.* En calix: expectando calicem bibere, bibit calicem. Ab ipſo enim exponitur ex ſententia Salvatoris, quantum doloris ſine vexatione cruciaminis. Ille acceſsit, piſcantibus diſcipulis, habitu ignoto, & Petrum fugit cognitio: Ioannes verò ſtatim dixit huic: *Dominus eſt.* Amabat, amabatur. Acuitur mens colyrio amoris. A Ioanne, vel non pulſante dilecto, cognoſcitur vox dilecti. *Primus, qui diligitur videt, quia semper amoris oculus acutiùs intuetur, & semper vivacius, qui diligitur, sentit:* infit Chryſolog. *Serm.* 78. Vidit, & Petro enunciat, quem ſuper pectu-

Levit. 23. 40.

Rupert.

Quare myrto ſit lætus?

Maſcul

Berchor

Abd. Babyl.

Granuiſ

Plinio. Myrti proprietates

Iſai. 55. 13.

Mãtuan

Pauſan. Foliaeius perforata

Pier. Valer.

Pſ. 19. 2 Martyriũ Ioannis crudele, ex martyrij expectatione.

Matth. 20. 23.

Abd. Babyl.

Ioann. 21. 7.

Chryſol Cur ſolus Chriſtum cognovit, cùm in littore ſtaret.

ctus eius in cœna cognoverat: equidem cùm fide responderet amanti, eiusque signa remanerent in corde; vel dum immutavit vultum, cognovit esse dilectum. *Dominus est.* Signavit oculus, quem præcognoverat pectus: igitur ne fugeret vel aliâ facie cognitio; in corde flagrante amore, perseverabat imago. Alapide hìc ait: *Ioannem, dum Petrus occuparetur in atractione retis, tot piscibus pleni, accuratiùs Iesum inspexisse; ac Iesum pristinam suam speciem primò obiecisse Ioanni; quia eum maximè diligebat.* Alia cogito, quo difficilis textus splendebit expositio.

Alapid.

4 *Hic est discipulus ille* (dicit Ioannes de se) *qui testimonium perhibet de his,* Vers.24 *& scimus, quia verum est testimonium eius.* Ipse de se loquitur: quomodò dicit *Scimus*? quomodò testimonium verum, si de se ipse perhibet testimonium? Idem obiectum Christo malignitate populi; dum illi dixit: *Ego sum lux mundi. Dixerunt* Cap. 8. à 12 *ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum.* Quid ad obiecta respondit Sapientia Vers.16 divina? Videbatur solus, sed dixit: *Solus non sum: sed ego & qui misit me, Pater.* A duobus testimonium verum est: verumque Christi de se testimonium, cùm solus, solus non sit; quippequàm erat simul cum eo, ille in cuius requieverat atque requiescebat sinu. Fax data in fidem testimonij Ioannis, dum dicit *Scimus.* Verum est testimonium eius. Non est solus: igitur cum illo erat in medio cordis, in cuius sinu recubuerat Ioannes. Modò in principalem textum. Post resurrectionem qui gloriosus, sine splendore discipulis apparet in littore maris. Ibi stat, dilectusque discipulus ait Petro: *Dominus est.* Unde cognovit, si nemo scivit? Vertit oculos in pectus, & Iesum cognovit oculus: equidem in Ioannis pectore eius inerat imago, ad cuius sinum recubuerat in convivio. *Hic est filius meus dilectus*: sæpe dixit Pater Matth.3 17. 17. 5. cœlestis, quia ab æterno genitus, erat in sinu glorioso Patris. Si Ioannes in sinu filij erit dilectus dilecti. Quid si dilectum cognosceret, qui dilectus? Fovit diligentis sinus: & sicut imago filius erat in pectore genitoris, imago splendida filij erat in pectore Ioannis. Amplior micat lucis copia in præsentis articuli circunstantia. *Non Cognoverunt discipuli, quia Iesus est* (dicitur) Ioannes cognovit: *Dicit Petro, Dominus est.* Cùm Ergo discipuli pervenissent in terram, vidissentque mensam illis appositam; *nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes, quia Dominus est.* Unde igitur tunc Vers.21 sciebant, si non cognoverant? Elucet quanta Dilecti inter Apostolos fides. Cognovit Ioannes, in pectus reflectens lumen, ut tueretur in imaginem. Cognovit, ostendit: cæterique cognoverunt præsentiam Salvatoris; ex revelatione Ioannis. Sedulius *lib.* 5. *Carmin.* v. 408.

Sedit in eius pectore imago Christi.

Et quæret

Unanimes notâ Domini benitate fruuntur,
Et Christum sensere suum.

5 Necdùm scopum attigimus. Tunc post prandium Salvator dixit Petro: *Sequere me*: Idest, per imitationem crucis Vers.19 & mortis. Chrysost. hic & August. *Tractat.* 124. Martyrium ergo Petri indicat, & claritatem; tuncque *Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem.* Vers.20 Ioannis, ut loc. præf. subdit Augustin. *commendatur pretiosa mors, quam nequaquàm commendat martyrium: non enim* August. *cum pro Christi fide, Christi persecutor occidit.* Videtur argumentum implicare. Si uti in Petro martyrium indicat sequi, & sequitur Ioannes; quomodò sine martyrio in articulo mortis? Lucet Ioannis eximius amor, atque dilectionis intimæ fervor, ultrà appetentis, quod fiebat in Petro, fulminato præcepto Salvatoris: igitur dum Petrus in martyrium sequi iubetur; Ioannes ad martyrium illud iam magistrum sequebatur. Unde martyrium? Patet: frustratur propositum: & dum sequitur, cruciatur tormento acriore; quippe impediebatur sequi. Innuit Christus: *Sic eum volo manere, donec veniam: quid ad* Vers.22 *te? Tu me sequere.* Dum à martyrio excipit, martyrem suscipit: qui intensiùs amat, incendium cordis per vulnera probat: & dum Ioannes amore vulnera sequitur, in illa ducitur: & sine vulnere sic manere signatur; ut rutilet palma, ac sine sanguine illustrior de diritate victoria: quandoquidem summa pœnæ, martyrium pro dilecto diligere, y sic stare. Maneat ergo Ioannes sic: quid, crucifigendum ad te? Ad te non pertinet effusione sanguinis; sed ad me pertinet ex vulneribus amoris: igitur maius amanti vulnus in corde, sequi velle, & sic manere. *Exijt sermo inter fratres, quia discipulus ille non moritur:* Vers.23 *& non dixit ei Iesus: Non moritur; sed sic eum volo manere.* Sciebat Christus conditionem amoris, & pectus flagrantis Ioannis. Quomodò mori non poterat, qui mortem præ amore obtinere non valebat? Mors utique amanti, mori velle, sed non posse: tendere ut dilectum videat in

Martyrium patitur, quia non patitur martyriũ

vitæ

vitæ occasum,& velocioris motus suspendi cursum.

Josue, 10.12. *Cur plauditur uti Sol?*

6 Amor stare fecit Solem, ut amplius haberet lumen. *Sol ne moveatis*: dixit Iosue. An proprietati Solis iniurium? *Miraculum* (inquit, *quæst.* 10. Abuleni.) *quòd Sol staret, cœli & cæteræ stellæ moverentur.* Sol plauditur ab Alapid. ex Areopagita, Ioannes, Prolog. in *Apocalyps.* Ipse orbes movebat, corda fidelium, ut per occasum tenderent in empyreum, & immortalitate lucis, ut stellæ in perpetuas fulgerent æternitates. Quando Domitianus moderabatur Rom. imperium, Ioannes tendebat instar Solis ad occasum. *Miraculo ex dolio exivit, & quasi à morte redivivus surrexit. Unde scriptum:*

Alapid.

Martyrij calicem bibit hic athleta Ioannes.

Ita Alapid.d.Miraculum quidem est,quod sic & in cursu staret Sol. Minime staret sine miraculo: tuncque Ioannes addicitur acri martyrio; etenim amanti altissimum vulnus ingerit, quòd cæteris ad palmam currentibus sic staret: quod flagrans intensione dilectionis; non sequeretur sequens aves volantes: quòd alij sederent faustè peracto cursu; & ille volans ipso in cursu permaneret sine motu. Exemplum videtur in Magistro cœlesti (de quo *Tomis prior.*) dum accessit Samariæ. *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Habuit (quod nolebat) requiem: & cum laborem amaret; angor, quod amans sederet, ac laboris plus & plus; quòd amans, & præ amore fatigatus, in votum sederet sic: Hinc tristis usque in mortem.Hilarius tristitiæ signat originem. *Non itaque mors, sed tempus mortis in metu est* (inquit Canon.31.in *Matth.*) *aliud est, Usque in id: & aliud, Ob id.* Metuere nequibat, quod martyrium appetebat: & non morte, sed tempore mortis angitur; quippe differtur. Haud considerandus articulus respectu finis, sed respectu temporis: nec mœret passione mori, sed tempus pati; igitur amanti cruciatus vehementior morte, pati sub tempore.

Martyrium, manere sic.

Ioann.4 6.

Marc. 14.34.

Hilar.

7 Iam in martyrio Ioannis verum,quod olim de Tantalo fictum, de quo hìc diximus fusè,*Didasc.*3. *n.* 8. Ovid. 2. *Amor.* Eleg.2.v.41.accinit:

Ovid.

Quærit aquas in aquis, & poma fugacia captat.

Inter aquas persecutionum mortem quærit Ioannes, siti ac fame ductus amoris; ut satietur glorià dilecti, cuius imaginem habebat in corde.Fugit aqua, fugiunt poma: mortemque acerbam patitur amantis anima; quia patiebatur sub tempore, quod nequibat pati morte:igitur in mortis tempore, quod anxie expectabat animus, moriendi fugiebat tempus. Fatigatus sedebat sic, & quia sic sedebat, plus ex quiete fatigatus. Usque in mortem angitur, cùm mors ab amante desideretur. Aliud est, *Usque in id*;& aliud,*Ob id.* Non mors vexat, sed tempus, ex quo cruciatus: equidem vulnus, pro morte flagrantis, pectoris, quòd labatur in tempore tempus mortis.Mori optare, & sic manere: pati velle, & esse sine passione:posse volare & sedere. Quid mirum, quòd sine morte moriatur, si mors amanti impeditur?

Patitur sub tempore,quod nequibat morte.

Rapax mors venit amanti.

Tibull. 1.3.v. 65.

8 In Christi alloquio tam Petri,quàm Ioannis martyrij fit expositio; quia uterque sequitur, ubi mors pro Salvatore recolitur: illius martyrium sanguinis, Ioannis amoris. Petri, *Alius te cinget.* Ioannis, *Sic eum volo manere.* Non alius, sed ipse se cinxit Ioannes, quippe passus incendia dilectionis, volens pati, sed non potens. Mansit sic, & arsit cor; siquidem amanti grave,sanguinem in effusionem habere, nec posse effundere.

V.18.& 22. *Martyriù Ioannis sub imperio amoris.*

Amores quot amantium,tot ignes.

Guil. Hesius.

Inquit Guilielm. Hesius, lib. 3. *Charit.* Emblem.28.Quid *Tot ignes?* Tot mortes: toties regeritur ictus, quoties in mortis optatæ præsentiâ refugit tempus *Dulcis Tyrannus Amor*, dicebat Plato in *Cratill* Aliter Euripides in *Phœniss.*v.1146. *Dirus Tyrannus amor.* Amori sanè dulcedinis suavitas: unde tyrannica diritas? Ab effectu, ubi accedit dilectionis plenitudo. Tyrannus vitam ab odiosis tollit: amor à dilectis rapit. Tyrannus vitam adimit, sed ut iterùm tollat, non restituit. Amor verò rapit, reddit; sed ut iterùm rapiat, & per mortes eius vehementia innotescat: igitur cùm mors pro dilecto, summa sit fides amantis, & signum extremi amoris; parum obsequij in amante videtur, si semel præ amore moritur. Dicit Paulus, *Quotidie morior.* Quotidie? Statutum est hominibus semel mori: utique, sed sæpe pectori amanti. Occurrebat persecutio,ut vita in meliorem tolleretur (quippequàm gloria optabatur) sed præteribat, quasi non veniisset. Amor vitam arripuit, cæterùm reddidit. Quotidiè cursus in mortem obvius, vel occursus; ipsoque in tempore interfugiebat tempus.Quotidiè voto amori vitam dicabat; verùm amor restituebat. Erat dulcedine dirus tyrannus, per dirum ministrum tempus; quo vita iugulata &

Plato.

Euripid.

Amor cur dulcis, diruſque Tyrannus?

1.Cor. 15.31.

Quare dù amor eſt, multiplicata mors?

re-

restituta, ut amans sæpe moreretur in vita: equidem fides amoris tormentis gaudet amantis: quotidièque mori, dicit vivens Paulus, ubi tempore mortis præterit tempus; quoniam amanti Salvatorem, martyrium acre, pro illo ad illum posse mori, & sic manere.

Senec. 9 Physicè cogitat Seneca, *Epist.* 24. *Quotidiè* (inquit) *morimur. Non repentè nos in mortem incidimus, sed minutatim procedimus.* Verè, quia quò plus vivimus, extremo magis accedimus. Nesciebat amoris ingeniosam virtutem, ut mortem constitueret pretiosiorem: etenim cùm amor in gaudium vitam tollat, ut restituat; mortem amanti ostendit, sed in ostensione fugit: etenim amor in pectore augetur, dum sæpe pro dilecto diligens moritur. Aptiùs loquitur *Epist.* 9. ubi: *Si vis amari, ama.*

Idem. *Vnde amanti dulcedo & amaritudo.* *In quid amicum paro? Ut habeam pro quo mori possim.* Elucet Ioannis exardescens cor; & quare, quem diligebat Iesus. Amavit, ut amaretur. Habet dilectus amicum, pro quo moriatur: at cùm mori propter illum sit dulcedo, inest dira amaritudo; quoniam acre amanti, posse ad illum sanguinis effusione transire, & sic manere. Ut anunciarentur studia eius, cum libro pictus amor ingeniosus. Vide dicta *Tautolog.* 1. D. 6. n. 4. Siccine Ioanni liber offertur, quo studet amor. *Accepi librum* (ipse ait) *de manu Angeli, & devoravi illum: & erat in ore meo tamquàm mel dulce: & cùm devorassem eum, amaricatus est venter meus.* Alcazar: *Cor & viscera mea.* In libro amoris passio pro dilecto continebatur: Ioanni simulque fratri promittitur: *Bibetis & calicem meum*; quia Christus aperuit librum, & solvit signacula eius. Accipit librum Ioannes, quem lector primus prævenit in benedictionibus dulcedinis; igitur dulcedo amanti, pro dilecto pati posse. Quid dulcius? Quid felicius? Morte & passione probatur, quomodò & quantum diligitur. Mors occurrit, sed recedit: iterùm adest, sed fugit: Ioannisque torquentur viscera, dulcedoque fit amara; quippequàm acerbum vehementer amanti, morte velle fidem ostendere, & mortem in morte fugere. Grave, differri gaudia ex inferenda pœnâ, cùm tempus veniat, ut volatile fugiat: quandoquidem voti optati dilatione, videtur finis temporis sine fine. Molestum utique sæpe mori: esse *in mortibus frequenter.* Mori & vivere: velle pati sed non posse, cùm possit pati: unde calix dulcis fit amarus: suavis quidem fit acerbus: iteratur-

Apocal. 10. 10. Alcaz.

Ioanni tormenta tormentorum fuga.

1. Cor. 11. 23.

que martyrium crudele; quippe amarum ex dulcedine martyrium, sine passione & morte martyrium pati: propter fidem promptum habere sanguinem in effusionem; atque suspendi demonstrare fidem: denique ardore cordis martyrium pro dilecto diligere, & sic stare & manere.

10 His signis Ioannes pingitur, ut à cunctis in Ecclesia cognoscatur. Dilectus Virgini-Matri Filius, per crucis mortem ab illa declinaverat, atque transierat. Quæsivit, & non invenit: vocavit, & non respondit. Sedit, imò stetit iuxta crucem, percussa atque vulnerata. Amore languet, quin langueat amor; unde de dilecto inquirit. *Qualis est* (dicitur illi) *dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto?* Non inquirit Mater-Virgo de dilecto dilecti, sed de filio dilecto. Non inquirit, sed appositè qui pœnæ comes respondet: equidem tunc, si de filio dilecto; Ioannem habebat pro filio. Dilectus dilecti Ioannes est: hic itaque quem diligebat Iesus: Iesus ibi iam non erat, quùm iuxta crucem stabat: pro filioque designatur cordi iurè Dilectus dilecti; quia pro filio dilecto habebat dilectum filij. Pende contextum. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum?* Respondet actutùm: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Haud categoricum videtur responsum in huiusmodi articulum. De dilecto dilecti, atque specie illius inquiritur: unde ergo de dilecto dumtaxàt à Virgine respondetur? Aptè quidem, & in Ioannis amorem & honorem. Dilectus dilecti Ioannes est: Dilectus verò, Iesus: & pro dilecto dilecti designat Virgo dilectum; quippe Ioanem Virgo-Mater iam habebat uti filium. Ioann. Mellius Sousa, de *Christ. passion.* v. 812.

Cant. 5. 9. *Dilectus quare Dilecti, simulque Dilectus Virginis-Matris amore.*

Vers. 10

——— *Claro solatur amore*
Rebus in angustis: divæ memor ille parentis,
Discipulum matri, matrem commendat & illi.

Sous.

11 Modò in dilecti signa, quæ dilecti à dilecto illustrissima nota. Scimus, Quis: sciendum, Qualis. *Qualis est dilectus tuus à dilecto, ò pulcherrima mulierum?* *Dilectus meus* (inquit) *candidus & rubicundus.* Variant colores, ut cognoscatur qualis. Si color oppositus, quo pacto simul candidus & rubicundus? *Per amoris & charitatis ingenium*: inquit Ghisler. hic. Quodnam ergo ingenium charitatis, ut Ioannes fulgeat candidi nota & rubicundi coloris? Rutilet utique candore, quia quievit in

Ubi fug.

Ghisler.

pa-

pace. Sanguine decoratur, qui effuſo moritur. Unde igitur color rubicundus ſine nota ſanguinis? Martyrio & ingenio amoris. Vitam pro dilecto offerre, dulcedo amanti. Velle & votum non adipiſci, martyrium; quoniam obſequia impediri, amariſsimum tormentum. Mors crudëlia tot perſecutionibus Ioanni occurrebat: ut dilectum videret, ad illam per vulnera properabat. Iam adinſtar Abrahæ in iugulum gladius extenſus; verùm de cœlo ſuſpenditur gladius: diciturque Ioannes *Candidus & rubicundus*; ut innoteſcat amoris tormentum, per igenioſum è charitate martyrium: equidem martyrium grave, toto anniſu pro dilecto pati velle, atque dilecti arbitrio non poſſe pati: in dilectum anxiè currere, & ſimul curſum à dilecto ſuſpendi: ſic manere, ut paſsione coruſcet flagrantis cor, & in flammis ſine vulnere ad vulnus manere ſic: iurè igitur Ioannes vulneratus charitate, candidus atque rubicundus dicitur, quaſi ſæpe pateretur, qui ſæpe ab amore tyranno martyrium patitur. Iam ergo cognoſcitur qualis Ioannes, y coloribus inſignis: inter ſocios elucet candore ſanguinis.

Unde ſimul candidus, & rubicundus?

Epiph. 12 *Ioannes ſingulari & admirando quodam modo obijt*: inſit Epiphan. *Hæreſ.* 79. Suariuſque aſtruit, *Tom.* 2. *in* 3. *p. D. Thom. Diſput.* 55. *ſect.* 3. Martyrio fulget inclytus, cui non patienti, paſsionis hæret ſingularis modus. Deſignat Chriſtus. Ambientibus in thronis primatum ſedem; illi & fratri dixit: *Poteſtis bibere calicem*? Ab illis aſſeritur, Salvator annuens placidè ſuffragatur: *Calicem* (inquit) *meum bibetis*. Verùm quomodo? *Magna vobis bona. Martyrij enim coronâ potiemini, & violentâ morte, ſicut & ego, a vita decedetis*: ſubdit Chryſoſtom. hic. *Homil.* 66. Unde Ioanni violenta mors, dum iuſsit manere ſic? Quia ſic præcepto dilecti manſit, violenter amor occidit. Totum propoſitum cordis intimo amore flagrantis, eſt fidem demonſtrare paſsione mortis; ut vulnera altiùs impacta, ſint cordis ſigna, queis dilectum poſsit videre, & vulneribus agnoſci: violentâque morte tollendus dicitur Ioannes, qui ſic in vita manſit ſine vulnere mortis; quoniam tyrannicè fecit amor, quod omiſit perſecutor: etenim cum dira mors demonſtratio vehementis amoris ſit; mortem patitur crudelem, quippe non patitur mortem.

Ubi ſup **Chryſ.** *Quo pacto violenter mortuus, ſi non occiſus?*

13 In Chriſti expoſitione liquet utriuſque mortis in fratre utroque diſcrimen. *Calicem quem ego bibo, bibetis: & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizamini*: dixit illis. Quid ad litteram, prompſimus fusè à *num.* 32 Cur igitur paſsio à Salvatore ſignatur modò ſub metaphora calicis, modòque ſub figura baptiſmatis? Ut paſsionem utriuſque vividè ſignificaret: equidem bibituri, aliter tamen, & aliter. Alius ſic, alius verò ſic; quia gratiam dividit Spiritus, prout vult. Eſt paſsio ſigno cruoris, calicis notâ: eſt paſsio ſigno charitatis, cuius ſymbolum flamma: utriuſque enim Salvator ſignat martyrium, exponens calicis atque amoris tormentum: equidem calicem hauſit Iacobus per mirificam virtutem; quia effudit ſanguinem: ſimiliterque Ioannes avidè bibit, quia ſanguinem non effudit, patiens ſub flammis amoris, quantum eſt vulneris effuſione ſanguinis. De Iacobo diximus, *Didaſc. præced.* num. 17. & 20. bibiſſe calicem fratris; unde Ioannes remanebat ſine corona paſsionis. Non triſtetur: habet flamminis, quo vita per totam vitam cruciatur; quippequàm pro dilecto, ſanguinis effuſione non offertur: Ioanneſque cecidit intimè vulneratus ſub ſagittis amoris, cupiens ſignare fidem rubrica ſanguinis; quoniam dolor acerrimus æſtuanti cordi, ſic manere in martyrium, & ſic manere.

Marc. 10. 39.

Quiſnam calix à Ioanne hauſtus, ſi totum bibit Iacobus?

14 Perpende emphaſim verborum Salvatoris. *Calicem* (ait) *quem ego bibo, bibetis: & baptiſmo, quo ego baptizor, baptizabimini. Quem bibo*? Quem bibiturus. *Quo baptizor*? Baptizandus. Quouſque veniret paſsionis tempus, nec ſanguine baptizandus, nec dolorum calicem bibiturus: modòquë dicitur, calicem bibere, mortemque pati; quia pati deſiderabat, & pro dilectis ſine paſsione manebat, orto cruciatu martyrij ex martyrij dilatione: igitur cùm maneret ſic uſque ad præfinitum tempus à Patre; tempus impediebat diram præ amore paſsionem, & in hominum ſtudium totum effundere ſanguinem. Ipſe dicit: *Ignem veni mittere in terram: & quid volo niſi ut accendatur? Baptiſmo autem habeo baptizari: & quomodò coarctor, uſque dum perficiatur*? De cruce & morte ex paſsione loquitur; dicitque *Coarctor*: crucior, patior. Si venturus, unde dolor? Quia venturus: etenim cùm amor excitaret, ut ſtatim effuſione ſanguinis redemptionem perficeret; patitur modò mortem, quia non ſtatim. Ubi amor ibi dolor: accendebatur ſitis præ flamma amoris: & non à dolere pre-

Ubi ſup

Luc. 12 50.

Quid ſit pati ſub cruce amoris?

mitur ; sed à dilectione arctatur ; quia cùm bibere vellet passionis calicem, non usque ad satietatem quibat extinguere sitim. Premitur, quousque obsequium ipsa morte perficiatur : quia cruce non perficitur, crucem acerbiorem patitur : moriturque ante mortem dirioribus cordi pœnis; quia patiebatur anxiè sub cruce amoris. Hinc dicit Patri : *Opus consumavi, quod dedisti mihi ut faciam.* Necdùm consummatum opus morte crucis ; igitur tempus nondùm venerat passionis : & cùm iam passus dilationis vulnus, dicit passionis consummatum opus ; quippe sub voto mortem passus est crudelem, quoniam non passus est mortem : quia manst sic, quoniam non aderat crux: quia passus sub gladio temporis, quod sub vulneribus crucis.

Ioann. 17. 4.

15 Macte animo inclyti heroës, fidei pugiles, Christi athletæ, in Olympicis pancratici, Deo spectaculum facti singularibus agonibus, atque theätrum & Angelis & hominibus. Insiluit ignis in vestra corda, quem voluit Magister accendi in terra : & quasi non sufficeret in sitim cordi flagranti, petitis ignem de cœlo descendere. Bibistis calicem & sanguinis & baptismatis : etenim Iacobus amore languit sub tyranni gladio : Ioannes verò sub charitatis incendio, movente acriorem passionem ; quia pro dilecto non valuit totum effundere sanguinem. Vide in *Litter.* num. 26. & *Tom.* 5. *Tautolog.* 4. *Didasc.* 1. Martyrij huius excellentiam delicat vel in se Paulus. *Semper mortificationem Iesu in corpore nostro circunferentes, ut & vita Iesu manifestetur.* Ita amor Salvatoris, pro redemptione servitutis humani generis: equidem vivere tantùm dicitur, quandiù pro hominibus patitur. Christus mortem passus est per crucem: quo pacto Paulus vocat mortificationem ? O dolor! Quid non studuit ingeniosus amor ? Totum Salvatoris in vita propositum, salus fuit præ amore mortalium ; ut eius sanguine efficax nanciscerentur remedium. Prævidit calicem : proposito gaudio, sustinuit crucem: pridemque à Paulo ostenditur mortificatus ; quippe mortem optatam suspendit tempus. Amanti sanè sunt tela, diferri gaudia ; coärctabatur, ut pateretur : dilatione mortificabatur : & quæ in vita mortificatio, mors dicitur ; quia mortis excedit pœnam, expectare, atque mortem differri per totam vitam. Vernaculè: *Es una muerte con el mayor tormento ; porque una mortificacion de por vida, es un martyrio.*

2. Cor. 4. 10. *Vita dicitur Christi, pro hominibus pati.*

Et mori expectare mortis

16 Siparium extenditur in amore atque certamine Ioännis. Gloriam martyrij Petro audienti, ac de Ioänne interroganti, dixit Servator N. cui cura utriusque: *Sic eum volo manere, donec veniam.* Donec veniret de cœlestibus ille, Ioannes è vita non potest egredi. Christus desideranti non apparebat : nimis desiderabat pro illo mori, ostendens in flammis amoris adustum cor ; unde clamabat : *Veni Domine Iesu.* Veniens veniebat, sed Ioanni, quod citò, videbatur serò : tuncque irruebat mortificatio; quæ in mortem transibat ; quia mors veniebat. Unde si martyrium Ioannis ex absentia Salvatoris; totà vità martyrium & mortem habuit, donec pro quo moriebatur, apertà glorià veniret. Aliter Petr. Damiani, de Ioann. *Evang.* serm. 2. *Volo manere donec veniam. Veniam* (ait) *non mittam. Non mittam Angelicam potestatem, aut supernam virtutem : ipse veniam, ipse egredientem eius animam in gloriæ meæ claritate suscipiam Quia mirabiliter vixit, mirabiliter obijt.* Mirabiliter vixit, dum totà vità fugà mortis mortem habuit: igitur vivere continuum subiens sub amore martyrium ; sanè miraculum. Secundum multitudinem dolorum in corde, Iesus studuit solamini : equidem amor dilecti amori respondit ; & non expectavit, ut veniret, sed illum ut traheret, mirè de cœlo descendit.

Apoc. 22. 20. *Ioanis tota vita in martyrij pœna.*

Petr. Damiano *Ad illum Christus de cœlo descendit*

17 *Ioannes se desposuit in sepulchro:* ait Gregor. Turonens. 1. *Histor. Franc.* cap. 26. *Seipsum vivus adhuc sepelivit:* Doroth. in *Synops.* & fusè Abdias Babylon. loc. cit. Singularis fratrum in sepulturam concordia. Iacobus (ut præmisimus *Didasc. præced.* num. 22.) in saxum se sepelit mortuus : Ioannes se sepelit vivus. Unde ut Damiani d. asserit (cum alijs plurib. ex Abdia, in fin. *lib.* 5.) *in fovea, nihil aliud post inventum, nisi manna ; quod usque hodie scaturire non desinit.* Augustin. in *Ioann.* Tract. 124. *Suam vitam* (inquit) *scaturigine pulveris indicari: qui pulvis statu quiescentis impelli. Super humatum corpus ipsa humus quodammodò vivere ac spirare videatur.* Quid hoc, & quorsùm?

Gregor Turonē se Dor.

Se sepelit

Damian

Augustī

Mortuus ut vivas, vivus moriaris, oportet.

Amor in morte restaurat, quod in vita ingeniosus ademerat. Dicit aliò Claudian. de *Bell. Gildon.* v. 277.

Ovven. 1. *Epigra.* 49.

Clandi.

Hic manet, ut moveat.

Terram movet, ut indicet vivere : dormit in pulvere : & in morte vitam habet, qui in

in vita toties mortem acerbam sustinuit. Vitale sanè pectus, quod probat motus. Cor amor mirabiliter inflammat: adinstar Seraphim Ioannes stat & volat.

Iob. 5. 26. *Quo intuitu & miraculo*

18 *Ingredieris in abundantia sepulchrum*: dicit Iobus. Ioannis præ se fertur articulus. Ingredi? Sanè. Indicat, morte non mori: igitur minimè moritur, qui sepulchrum in aspiramen ingreditur. Motus vitæ signum est. Sepulchrum negat motum, quia qui movetur, non ducitur in sepulchrum: Ioannesque non ducitur, sed ingreditur; igitur vel in morte vitali fungitur halitu, si movetur in sepulchro. Pendet. Non solùm sepulchrum ingreditur, sed cum abundantia. *Sicut infertur acervus tritici.* Triticum in sepulchro, & cum abundantia? Sunt tantùm Ioannis insignia, quoniam solus ingressus, quò ingreditur nullus. Sousa hic succinit:

Ibid.

Sousa.

—*Locuples ferum ingrediere sepulchrum:*
Funeris extremo celebrabere ductus honore.

Qui in sepulchrum trahitur, ibi ut cadaver invenitur. Aliter in Ioanne, qui vivus in sepulchrum ingreditur; quandoquidem quia elatus super, in sepulchro non invenitur cadaver. Eius fecit miracula in spectationem amor, & fulsit amoris honor: etenim insigne miraculum, & singulare prodigium, Ioannem in sepulchrum ingredi, & manna salutiferum inveniri pro cadavere. Sepulchrum, Ioanni promptuarium: eructat ex hoc in illud. Quid sepulchrum eius, nisi frumentum electorum? *In eius sepulchro non nisi manna invenitur*: ait Hieronym. Tom. 4. *Epist.* 10. Ioannes in sepulchro quæritur? Non est hìc: ecce locus ubi positus est. Non dedit Sanctum suum videre corruptionem, puritatem totà vità servantem: etenim dum cœlum etiam corpus ad se traxit, in sepulchro pro signo manna suffecit. Vincenti ingredienti sepulchrum, veniens Iesus manna dedit absconditum.

Cur pro eius cadavere Manna sufficitur?

Hieron.

19 Cur ergo non flores, aut alia pretiosiora, sed solùm manna exponitur Ioannis stemma? Manna omnibus omnia: deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat convertebatur. *Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus, qui & recubuit in cœna super pectus eius.* Insignitus, dilectus, & dignatus. Dignatus Christi latere: insignitus munere, dilectus singulari favore. Hispanicè: *Valìdo, Amado, y entre todos escogido*, munere, favore, latere. *Latere*, quia recubuit super Salvatoris pectus, in quo sublimior maiestate thronus. *Munere*, ab illo tradità matre, speciali dilectione. *Favore*, ob gratiarum cumulum: quippe signatus mysteriorum organum. Hic & hoc est discipulus ille. Cupis plus? Hic autem quid? *Cherub Dei, iubar cœli, aquila cœlestis*: ait Damian. d. Beniamin elucet inter duodecim discipulos Christi, adoptatus à Virgine-Matre, sapientiæ abyssus, supremus, inimitabilis Theologus, charitatis fornax, amoris lampas, Phœnix in igne, Sol Ecclesiæ, magistri fulmen, radius claritatis, decus splendoris, thesaurus charismatum, compendium gratiarum, Verbi æterni secretarius, Virginis custos, fidelium deliciæ, virgo sine labe, martyr sine morte, vertex Doctorum, apex Prophetarum, sociorum corona, cunctorum perfungens gratia; igitur feliciter lauream candore obtinuit Doctoris, liliatam virginis, & roseam Martyris. Manna meritò eius exprimit virtutem: habet enim omnimodi saporis suavitatem.

Ioan. 21 20. *Eius insignia.*

Encomia

20 Constat quantum erga Iesum cordis amor. Spiritus-Sanctus à Theologis cum D. Thoma, 1. *p. q.* 37. dicitur *Persona amata.* Quid de illo Christus, Dominus Iesus? *Ille* (ait) *testimonium perhibebit de me.* Stemmata Spiritus divini miramur in Ioanne. Hic est discipulus ille, quem diligebat Iesus, & testimonium perhibet de his, & scripsit hæc. Dum eius, & in eum exprimitur amor, simul effulgurat honor: igitur singularis Ioannis honos, secretarius & dilectus. Eius studium claruit per obsequium: quandoquidem, ut ait Augustinus in *Ioann.* Tract. *36. Erexit se non solùm super terram, & super omnem ambitum aeris & cœli, sed super omnem etiam exercitum Angelorum omnemque constitutionem invisibilium potestatum. In convivio super pectus Domini discumbebat: de illo ergo pectore in secreto biberat; sed quod in secreto bibit, in manifesto eructavit: ut perveniat ad omnes Gentes non solùm incarnatio filij Dei, passio & resurrectio; sed etiam quod erat ante incarnationem, unicus Patri, Verbum Patris, coæternus generanti, æqualis ei, à quo missus est.* Secreta cœlestia revelavit, & orbem à veneno Aquila hæc cœlestis eripuit. Patiebatur Ephesi, Proconsulis Romani, & Aristodemi, sacerdotis Dianæ diram persecutionem; postquàm illuc redijt ex insula Patmo, ut rustico populo ostenderet Christi fidem. Populus acerrimè defendit, & fulminato Evangelio protectioni respondit. Ita Abdias Babylon. loc. cit.

Ioan. 15 26.

Eius amor & honor.

August.

21 In cœlo collocatur ab Astronomis constellatio sub Aquilæ specie, plurimis fulgidis stellis ornatæ. A Poëtis de asteriimo variæ fictæ metamorphoses; de quibus ex professo agemus in *Ephemer.* Isagog. *Ianuar.* Aliquibus placet Rustici fuisse Aquilam, cuius ex Æliano texunt historiam, & Pier. Valer. *lib. 19. cap. 7.* & Nicol. Caussin. *lib. 6. Symbol. 22. Maximis Solis ardoribus* (infit Ælian. *Animal. histor.* lib. 17. cap. 37.) *cùm ardentissimè messores sitirent; unum è suis, ut aquam è proximo hauriret fonte, miseruns. Ubi verò ad fontem venit, offendit aquilam quam strictissimè cautèque serpente circumplicatam, iamiam proximam, ut strangularetur. Agricola, vel quod non ignoraret, vel quòd auditu accepisset, aquilam Iovis nunciam & ministram esse, & item quòd egregiè teneret feram, & improbam bestiam esse serpentem; falce eam dissecuit; & vinculis aquilam, unde effugere non poterat, exsolvit. Cùmque, his obiter gestis, revertisset, atque haustâ aqua vinum temperatum omnibus ministrasset, is iam post illos bibiturus erat. Ad labra igitur poculum cùm admovisset, servata aquila (circum locum illum etiam nunc versans) ut hanc mercedem suæ salutis persolveret, sic in poculum involavit, ut poculum effunderetur. Ille, quòd graviter sitiret, indignatus ait: Hancne gratiam, cùm sis illa, tuo conservatori refers? Cum hæc locutus in siti, alios videt, ex venenatâ potione palpitantes, extremum spiritum efflare. Itaque redemptionis præmium ei qui se conservasset, aquila cum pari salute compensavit.*

Aquila messoris articulus.

Ælian.

22 Opportunè dicam cum Tertulliano, Carmin. de *Sodoma*, v. 117.

Tertull.

Hinc habet in falso de vero fabula famam.

Gratiùs beneficium solvitur ab aquila Ioanne, populo rustico Ephesi, dum illum protexit, eripuitque à sacrificulo, infesto, venenato dracone. Sitis premebat cives bibendi aquam sapientiæ, præut ostenderat Ioannes de fontibus Salvatoris. Tunc virus aquæ puræ cœlestis doctrinæ miscuere Cerinthus & Ebion, populo rustico medicatum toxico præbentes poculum, negantes Christi divinitatem, solumque ex matre confitentes hominem. Populus rusticus aquam infectam siccine potare cupiebat. Quid tunc aquila Ioannes? Excussis alis ad rusticum volat, poculum frangit, venenum effudit, fulminans: *In principio erat Verbum*, quod in Virgine & tantùm ex Virgine, caro factum; ut in una divina persona fulgeret duplex natura: humana à genitrice, divina à Patre; quæ quidem verba spiritus & vita sunt, uti originalis fons: à quo recedentes in potu invenetunt lethum & orcum, aquasque cocyti, ut perirent in æternum veneno poculi. Plaudatur ergo aquila cœlestis Ioannes, qui ita exhausit radios æterni Solis, liberans ab aconito Cerberi Ephesinum populum; quippequàm aquâ sapientiæ salutaris potavit illum.

Car. Ioannes Aquila cœlestis

Dixit, & afflatus vicino Sole, refulsit. Claud. de *Bel. Gild.* v. 348.

DIDASCALIA VII.

Mundi gloria, gloria mundi.

1 UNDE Seneca, *Epist.* 123 iurè profert: *Gloria vanum & volatile quiddam est, auraque mobilius.* Hinc Salomon de se dicit: *Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalem.* Quid? Non erat, ubi isthoc vel in throno dictitabat? Profectò erat, & ornatus honore, & decorus diademate, coronatus divitijs, vallatus illecebris ad lubitum insatiabilis libidinis, ad amussim voluptatis, ita bonis terrenis perfruens ad votum; ut in tot prosperitatibus aufugeret desiderium: dicitque, in gloria regni feliciter fuisse, verùm cùm esset, non esse; quippe gloria mundi uti volatilis, ita futilis & vana, quòd dum videtur præsens: iam sit præterita. Dicit nostra Tautologia: *Expectans expectavi.* Haud expectatur expectatio, sed quod in mundo concipitur voto: & quod concipitur, dum habetur, expectatur; quia gloria miseri mundi dum apparet, evanescit. Est quid volatile, subsistens in mutatione, dolo frustrans desideria; si fatua corda; unde si expectatur, quod non habetur, in ipsamet fruitione quod habetur, expectatur; quippequàm ita velociter præterit, quasi numquàm advenisset.

Seneca, Eccles. 1. 12.

Dum apparet, evanescit

Psalm. 39. 2.

——*Minuunt præsentia famam.*

Accinit Claudian. de *Bell. Gildonic.* v. 385. Parùm novit embolium, seducens cerebrum. Non solùm minuit opinionem, sed entitatem: quandoquidem gloria mundi ita præterit, ut vana; quòd præsentis & ad oculum desideretur præsentia.

Claud.

2 Quid est mundus? Figura quæ transit terræ impressa, & evanescit calcata, sine ulla unquàm entitate; etenim species

eius

Gloria, apparentia.

eius stat tantùm in specie. Vel à diabolo siccine definitur, ut ab homine aviditas removeatur, quin valeat collyrium; quippe sequitur damnum, cognoscens dolum.

Matth. 4. 8.

Ostendit seductor *omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Aptè *Ostendit*: nullam reapsè quibat signare entitatem, quippe tota mundi gloria tantùm in ostentatione.

Luc. 4. 5.

Hinc *in momento* factum, ne reflexione fiat de futilitate iudicium: igitur si iudicio librarentur ab homine, cuncta momenta illius diceret nullius momenti. *In momento temporis*: etenim in alio temporis momento, totius ostentationis nec ostentatio; quoniam si in momento deficit, quod ostendit, præterivit: simulque nudavit invitè ostentationis dolum, quia tantum potest demonstrare defectum. Erit ne resipiscentia, vel dum cognoscuntur vana? Nullo modò: plus quàm entitas vellicat entitatis cogitatio. Patet didascalia in ipso textu: *Ostendit* diabolus *omnia regna orbis terræ in momento temporis.* Quomodò ostenderit, dubitatur ab Expositoribus. Congerit sententias Alapid. hic, quem videsis. Theophylactus cogitat, adinstar pictoris in aëre efformasse varias regnorum imagines, per radiorum Solis refractiones; ut apparerent ad oculum, specieque rutilâ allicerent desiderium. Dæmonis calliditas videtur fatua, quippe cuncta in apparentia & figura: nemo quidem sequitur felicitatis speciem, sed ipsam felicitatem: cur ergo dum struit dolum, redigit mundi gloriam in oculorum ludibrium? Ut facilius fatuos in votum alliciat, ac in seductionem trahat. Magis illicitur homo specie, quàm veritate. Cognoscit fatuorum conditionem, tendentium in vanitatem: ab impostoreque astu rerum omittitur entitas, ostendente consultò tantùm picturas; quippe inter bona vera & falsa, magis placent hominibus, quæ constant ex apparentia. Iccircò *in momento temporis* ostendit, quod appeti cupit. Etsi summum, si breve, si futile; quodcumque bonum exponitur despicabile. Non est stoliditas dæmonis, sed techna circumventionis. Præsentiores illecebræ, si mulcimen breve & futile: ostenditque diabolus in temporis momento, in quod illicitur homo; quoniam plus illi amabilia, quæ magis vana. *In momento temporis*, propter pernicitatem durationis, & efficaciam mulciminis: equidem inter deceptæ cogitationis illecebras, magis arridet fugitiva felicitas.

Oculorum ludibria.

Magis homo ducitur specie, quàm entitate.

3 Mirum, quòd de strophis diaboli, refert Athanasius in *Vit. Antonij*, quem sequitur Lippoman. *Ostendit ei* (ait) *fluxam sæculi gloriam.* Intendit dæmon Antonium ab amore sæculi removere, vel ad illum illecebris invitare? Allicere prorsùm: fluxumque ac fugitivum struit vanitatis theatrum? Utique: magis allicit, quia breve: & inter vana, exponitur arte fluxa sæculi gloria: ut voluntas puncta apprehendat, ne gloria visa ex conditione pertranseat: igitur non erit aliter tempus in gloriam ostentationis; quia tota gloria tantùm in momento temporis. *Filij hominum, usquequò gravi corde? Utquid diligitis vanitatem & quæritis mendatium? Utquid?* ideſt, quo intuitu? Si vanitas cognoscitur, non diligitur. Non eligitur mente, sed corde, & gravi, in fugacem ostentationem tendente. Leocinium est, quod apparet, haud quod prodest: vanitasque diligitur, dum cognoscitur; quippequàm ad vanitatis delicias, maximoperè prodest cognita vanitas. Mendacium homo percipit, quicquid mundus tamquàm in gloriam adducit: cognitumque mendacium solicitè quæritur, quando vanitas diligitur; equidem quò maius in vanitatem mendacium, plausibilius in futilem ostentationem flabellum.

Athan.

Eius æstimatur forma, quia fugitiva.

Ps. 4. 3.

Vanitas dilecta, quippe cognita.

Non pudet vanitatis? Minimè.

Terent.

Ut inquit Terentius *Phormion.* Act. 3. scen. 2. v. 41. Perperàm pudebit, cuius in vanitatem & apparentiam, in insaniam usque diligit: igitur nemo pudore suffunditur, de quo gloriatur: & inter vanos, plus lucet in splendorem luxus futilis, & inanis apparentia; quàm splendoris substantia.

4 Pateat igitur fatuorum flebilis, sive ridenda mania. Imperio totius Ægypti potitus est Iosephus; undique gloriosè clarus; in cuius futura insignia, varia etiam puer præviderat somnia. Natus est homo, ideoque simul natus fructum ludibrio: quapropter cùm quædam somnia referret, illorum sibi liborem & indignationem conciliavit. *Hæc causa somniorum atque sermonum invidiæ & odij fomitem ministravit.* Odij causa, conditioni humanæ videtur ingenita: igitur nonnumquàm superbiæ ingratum, alium sibi præcellere vel per somnium. Odij ex invidia, contraria videtur causa. Odium planè ex aversione, vel fastidij semine: modò ex invidia, nascitur ex amore. Non ex eo quod displicet, sed quod placet: igitur odit in alio lividus ratione excellentiæ, quod percupit tantùm sibi: sitque alienâ causâ in odium invidi fu-

Gen. es. 37. 8.

Invidia crudelis etiam in honorem fratris.

furor, quod in delicium cogitavit amor: quandoquidem radix amara doloris, ex amore claret habiti, verùm adversione habentis. Livor ergo est dolor de bono alieno. Quodnam bonum in somnio, ut pateat invidiæ tantùm ludibrium phantasiæ? Bonum erat, fungi imperio; vanum se somniare Principem: unde igitur quod phantasticum dumtaxàt fovet livorem? Quia sonabat vanitatem. Homines non sequuntur vera, sed vana: illis stabilis fluxa gloria: cùm magis in delirium vanitatis apparentia corda premat, quàm veritas splendoris appetentes allitiat; omittunt livorem, fratrem demirantes Principem: invidentque somnianti & usque in odium; quia licet magnum imperium, erat imperium phantasticum. Si invidia ex aliena felicitate, in somnio scopus non est invidiæ; equidem dumtaxàt apparentia felicitatis, & sine entitate phantasiæ vanæ colores. Quid itaque invidendum? Somnium & somnium: quippequàm ad hominis delicium, cùm somnium sit falsitas, & quod videtur, Principatus firmitas; plus diligit cogitatam falsitatis vanitatem, eò quòd deservit ad phantasiæ vaniorem ostentationem.

Non arridet felicitatis forma, sed figura.

5 Inter Ethenicos Priscos Philosophos discussum olim, quo fulcro subsisteret orbis? Alij dixerunt *Amore*; alij *Dolo* (vide dicta, *Tom.4.T.8.D.4.n.5.*) Plato in *Alcibiad. Ipse subsistit per se.* Una est sententia diversitate vocis, ut mundi veritas constet veritate falsitatis: etenim si dolo & per se subsistit; tota eius veritas nihil erit, nisi falsitas. Fallax gratia quæ tantùm in apparentia; nec homines resipiscunt fallacià: etenim præstantius in amorem mulcimem, quòd habeat dumtaxàt dolis ostentationis speciem. Amor ingeritur, ubi dolus cognoscitur, quin homines utantur iudicio, vel patente dolo: igitur tantus amor in fallaciam, dum fatuè sequuntur gloriam; quòd inter fictum & verum, arrideat fictum, pondus præbens fomiti vanitatis, ubi nec species ponderis. *Facit pondus ventis*, qui miratur faciem orbis: equidem cùm ventus nihil sit, nisi aëris motus; erit sanè sine pondere, quod fundatur ad subsistentiam in aëre. Quidquid ponderis æstimari debet; etenim utilitatem secum adducit: & qui mundi gaudia sequitur (estò gaudia consequatur) dat pondus ventis; quippequàm æstimat anxiè, quod nullius æstimationis. Mendaces sunt filij hominum in stateris: librant in gloriæ specie, quod est se caret libramine; cum apud illos detur pondus sine pondere: igitur si cuncta ventus vanitatis & ventus; quod ventus, ad libramen non habet pondus.

Plato.

Quæ dolosa.

Iob. 28. 25.

Et sine subsistentia.

Minus nihilo.

Succinit d. Terentius *scen. seq.* v. 2. Estne hyperbole? Alitèr apparet impossibile. Non est, si in vana ducitur cor. Ubi levi levius additur, proculdubiò levius fit. Ventus levis, gloria mundi vento levior. Ponderenè librabitur? Quid, quoad ad pondus nihil est? Mundus ergo cum universa gloria non habet pondus, quia vento minor inventus. Buchan. hic.

Terent.

Ventosa Regum, Principumque potentia
Est vanitate vanior.
Adeoque fumo levior, ut si splendoris
Hanc lance vires omnium
Inanitatem hac colloces; cunctis simul
Inanitas præponderet.

Buchan.

Orbis iter non rectum, quippe si orbis, nihil erit rectitudinis: totum nihilum & inane, quin conoscatur errore, affectu pravo, obliquitace iudicij: quandoquidem si rectè pectus inspexerit gloriam; quasi nihil profectò despiciet eam.

6 *Apud Orchomenon, duo sunt fontes, quorum alter memoriam, alter oblivionem affert*: ait Plin. *lib.31. cap.2.* & Cœl. Rhodigin, *lib. 20. cap. 10.* Idem de annulis astrologicè instructis à Moyse, refer Petr. Comestor in *Exod.* cap.6. de quibus alibi. Huiusmodi oppositi effectus videntur diversimodò in hominum cordibus. Quid prudentius? Quid utilius? Eritne salubrior oblivio vel recordatio? In cognitionem doli latentis, illecebris insidiantis, erit eius fallax gloria oblita, vel falsitatis memoria? In eis, qui non cognoscunt, memoria noscet; quippe voluptatis sagitta lædit vel fracta. In eis qui corde calcarunt, & memoria obliviscuntur (quoniam nec oblivionis recordantur) magis prodest recordatio, quàm oblivio: equidem cùm ignorantes fallaciæ colores fascinent; qui embolia norunt, falsitatem rident. Hi fontes erant ad introitum in antrum Trophonij, de cuius Oraculo dicam fusè, in *Ephemer.6. Novembr.* Felices iudicabantur, qui in specum ingressi, quasi mira visuri, ex quibus visis & cognitis, catenam per totam vitam necterem prosperitatis. *Is, qui exit è specù, primò attonitus videtur; paulo pòst ei pristina mens & risus redit*: ait Iul. Cæsar Bulenger. de *Oracul.* cap.91. Liquet hominis amentis lamentabilis miseria, quem sine mente recipiebat fovea; in speculum diffluentium avidissimè in mun-

Plinius

Fontes memoriæ & oblivionis.

Bulenger.

mundum, atque hilariter errantium: igitur dumtaxàt quibat sequi fallaciam; qui mentem habebat læsam. Nemo mente sanus in periculum immergitur: iurèque qui mundum vafrum sectatur, insanus dicitur; equidem tantùm qui ultrò privatur ratione, cognitam proditionem poterit sequi. Attonitus, qui ex mundi antro, quasi ex Trophonij specu exit, si exit, cum errore sensationum, ex fragore tempestatum, quæ irruerunt in ludicras, vanas cogitationes; ut evanesceret soliditas mentis speciebus vanitatis: equidem cùm quassaretur varijs motionibus leve cerebrum; fulmen tonitrui strepens reddijt attonitum. Frequenter igitur qui in circuitu ambulat, capitis vertiginibus laborat. Qui attonitus, semper apparet stupidus, suspensà facultate sensuum, in usum rationalium operationum: & dum ex sæculi tenebris felix exit, seipsum quasi nesciens stupet; quàm attonitus esset; quippequàm mente receptà, nosceit non habuisse mentem, dum sine sensu ita in sanè secutus est fatuitatem. Lassatus itaque in anfractu iniquitatis, ambulansque vias difficiles, insensatum se agnoscit, & quia cum sensu magis attonitus exit; quandoquidem si exit in resipiscentiam faustè, in supplicium cæcitatis & potentiæ non exire. Unde qui specie titillantis vanitatis attonitus, infeliciter hæret.

Specus Trophonij, symbolũ mũdum diligentiũ.

Rerumque ignarus imagine gaudet.

Virgil. 8 Æneid. v 730.

7 Liquet hinc quomodò prosit & noceat simul mundi oblivio & recordatio. In animo diffluente nocet memoria labentis mundi; quippe oculos amœnat specie: eidem festivè seducitur, quicumque illecebrarum oscitanter recordatur: simulque oblivio lædit, dum ille attonitis placet; quoniam cùm eius dulcedines amarissimæ, vel in ipsa voluptate; miserrimè usquequaquè decipiuntur, igitur voluptatum doloris non recordantur: inferretur sanè insidiosæ deliciæ reminiscentia, modò cruciatus cordis esset memoria. *Quantum possumus* (inquit Senec. *Epist.* 14.) *evitemus incommoda quoque, non tantùm pericula: & in tutum nos reducamus, excogitantes quibus possint timenda depelli.* Non depellitur vel incommodum, vel periculum; ubi species memorià vellicat animum: delicium enim, quod est acerbum, apparet; dum oblità amaritudine memoria incommodum fovet: igitur sequitur dolum, quasi non esset in ipsa recordatione perium.

Atin eius despectũ validior memoria vel recordatio?

Senec.

Terent. *Nescit, parum lucri, quantum ei damni apportet.*

Accinit Terent. *Heautontim.* Act. 4. Scen. 4. v. 25. Equidem cum memor vanitatis, obliviscatur mentis; ne possit efformare de periculo iudicium, fascinatio nugacitatis reddit attonitum. Iccircò fictum, mundum sobolem habuisse duplicem, memoriam scilicèt & oblivionem: *Quorum filiorum unum in terram destinat? alterum sub terra locat.* Georg. Fabricius in *Rom. fragm.* & Cornel. Schrevel. in loc. præcit. *Terent.* Unum vicissim abdicat, quùm alium homo in mundi technis adoptat: etenim si voluptatis recordatur, dolorum illecebrarum obliviscitur: qui verò oblivione conspuit, etiam sub terra vel memoriam sepelit. *Miseriam non sine lachrymis fero, ac ipsa recordatione perturbor* (inquit Gregor. Nazianzen. *Orat.* 16.) *Idemque vobis accidat, vellim; ut lachrymis lachrymas fugiatis:* etenim si ex doloribus lachrymæ, atque dolores ex illecebris mundi; ex dolore doli cogniti exultantes lachrymantur, ne decepti risu eiusdem lachrymentur. Otho Vænius, *Amor.* Emblem. 44.

Fabric.

Gregor. Nazian.

Ludendo capimur, bibimus ridendo venenũ,
Atque iocos inter vincula miscet amor.
Si timeas laqueos, & si te vincula terrent;
Terreat & lusus, ne capiaris ave.

Oth. Ven.

8 Deinde. Ei, qui in ingressu ex antro Trophonij videbatur attonitus & stellatus restitutà mente, redibat risus. Speculum obijcitur infatuatis à mundo, ut eis constet tristis, quæ festiva mulcebat in insidias oblectatio: igitur si mentis impos, sardonicè gaudet; qui mentem recipit, ut liber, Ionicè ridet: extinguit enim iudicium blandimine mundi, & risum movent rationales sine mente. A sensatis despicitur, ab stolidis amatur: amor est error, quippe oblectamina dolor, & falsum gaudium; mundusque despectus movet risum in irrisum; quoniam claritati mentis obvius dolus occultus, callida vafrities, scena versatilis, totum labor, totum furor, gloria ærumna; pictura, apparentia; illecebra, fallacia; felicitas miseria, voluptas vana, gaudia cordolia, embolia cuncta: ubi lætantes in plausum iurè ridentur; quoniam festivè cæcis totum phantasticum. Distribuuntur in resipientes & desipientes, potiùs ac excussà mente, exercitia Heracliti & Democriti. Illi rident flebilia, hi flent ridentia. Qui sectantur, rident in lachrymas: qui despiciunt, flent ærumnas: quandoquidem qui mente potitur (cùm mundus ab illo uti mundus cognoscatur) lachrymatur mundi fatuè sectatores, & mundum ridet prudenter

Cur ex mundo risus & quæstus?

ter ob dolosas vanitates. Causa subest. *Nihil volitum* (dicitur) *quin præcognitum.* Amor in mundum, haud oritur ex cognitione, sed ex errore mentis, ob affectionem ex defectu cognitionis. Haud ex rationali intelligentia; sed ex opica ignorantia; quippe fatetur qui se à mundo videt deceptum, non habuisse in cognitionem iudicium. Si quod diligitur, ignoratur; malè diligitur. Cõgruit sanè, mundi recordari doli, ne noceat memoria mundi: equidem si oblivio in despectum intenditur; non despicit, qui insidiarum obliviscitur: haud paradoxum est. Latet & mulcet callidizate eius structa fallacia: ergo ut obliviscatur, adsit memoria.

9 Totum documentum ita proficuum, exprimit Christi præceptum. Assectis dixit: *Ego elegi vos de mundo. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos & posui vos; ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Cur ergo discipulos, qui mundum despexerunt, remittit in mundum? Ex mundo eduxit & elegit; & in illum & iam calcatum inducit? Videtur solicitare in præcipitia discrimen. Nullo modo, sed mentis superiorem libertatem, & erroris cognitionem. Mundus est tabula graphicè picta, ac coloribus amœna. Si longè distant, lumina infatuant, ac elegantia in discretione titubant: igitur arbitrantur quasi in perspectiva mirabilia videre; & quæ sæporem conciliant, verè oculorum præstigiæ: unde quos à mundo Christus eduxit, ut illum explorent cominùs, meditatò remittit; ut colores à mundo structos in mulcimina fraudis, experiantur dumtaxàt esse colores. Mundus ideo vel in ostentatione fugit, quia cognosci in vanitatibus caver. Species eius invitat, pulchritudine delectat, venustate fascinat, artificijs astu decipit, strophis artè seducit; unde pellicitur, seu extorquetur voluntatis amor, quin mentis à fatuis cognoscatur error, qui quidem augetur maximè, si colores floreant longè: in mundumque alieni à mundo, mittuntur; ut memoriâ obliviscantur: quandoquidem in despectum vanitatis, oculis propè monstrantur non res, sed rerum species: speciesque tantùm rerum, non cordis illecebræ; sed oculorum ludibrium.

Ioan. 15 16.

Quomodo terus dotus?

10 Mundus nonnumquàm habet velatam faciem, atque larvam discolorem. Vultum nudare opportet, quùm latere satagit. Non cognoscitur, quandiù non videtur: & cum apertâ fronte, clarescant in ludibrium embolia mundi; iubet Christus, quòd procedat non voluntatis affectu, quò fraudes mundi demonstret hominis ratio: etenim si propè cognoscit inditam sæculo fraudem; minimè causam cum ratione voluntas habebit in dilectionem. Præterea. Mundum relinquere, quin sit à desertore cognitus; proculdubiò celsa virtus. Relinquere, ob cognitum falsitatis lenocinium, profectò exulantis commodum. Necessitas est, ubi interiùs agnoscitur; quod ratio dictat, cùm necdùm cognosceretur. Despectus congruit virtuti, odiumque necessitati: quapropter cùm Christus intendat odium ad mundi despectum, despecto, iubet iterùm videre mundum; quoniam non in eum amorem, sed iurè aversionem conciliabit, qui eius fraudes atque technas in lenocinio cognoverit. Quia offuciarum non cognitio, ingeritur cordi fatuorum dilectio. Vadant in mundum, ut supplantationes noscant; vadant, ut affanias veteratoris dilectoribus ostendant: igitur si cognoverint etiam leviter mundum, erit necessarium odium.

Despicitur, si interrè videtur.

11 Iter mundi sanè constat tortuosum, sed despicientibus rectum, estò videant titillantes illecebras, impellentes delicias, maiestatem dominationis, adorationem eminentis potestatis, gaudia grandia, cuncta prospera, & ad votum lenocinia. Cuncta vota ex ignorantia: igitur si mens aliquando reddita, non solùm movet explorantes in despectum, sed & in risum: qui enim exultabant maximoperè gaudentes; irretiti acerbitatibus, ridentur gaudia plorantes. Eliguntur de mundo Apostoli, ut in mundum ex quo exiverant, eant, & fructum afferant. Fructum ex mundo? Qualis ita pullus ex ovo malo? Malum, quod viderint, ut proditionem demonstrent: etenim in deceptis satis utilitatis cognitio erroris. Cautio est pro fructu: & ex mundi amœnà sterilitate, videntes afferunt fructum; quia stabilitatem formant ex præcipitijs aliorum. Mundi fructus est incognitus dolus. Frustratur, si dolus visus in argutijs insidiarum; quia frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum. Haud sine fructu iter in despectum orbem: vident fraudem: nullaque erit in strophis supplantatio; dum viget despectu, supplantationis cognitio. Qui mundum ignorantiâ sequuntur, in fallacijs cæspitantes miserè cadunt. Qui sputum vident, insidiatorem cognoscunt: videtque Christus iubet, quem sequi prohibet; quippe minimè amatores mundum sequentur, modò obsequia, quibus lactat, uti insidiæ

Cognitio eius falsitatis signum salutis.

Ubi sup.

co-

cognoscantur. *A sæculi actibus se facere alienum*: monet Monachum, illorum Dux Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 4. Sæpe huius auctoritatis acumen exposui. Satius videtur esse alienum, quàm se facere. An quia virtus nitet, Monachum esse in mundo, quasi non esset? Altiùs in nostrum articulum. Alienum à sæculo esse, est sæculum ignorare: se facere, est mundum despectum nosse. Illud est sæculum, ne fascinet, fugere: hoc, dolos cognitos videre: & non dicit, se alienum à mundo esse, sed se facere; ut virtus rutilet, quò sæpe miserè cadit: quandoquidem nec cadere valet, nec mundum diligere potest, qui eius in fraudem illecebras, ad ludibrium seductoris videt patentes insidias.

S. Bened

Cognoscenti insidiar, eius evanescit falsitas.

12 Eijcitur Adamus ab horto felicitatis: & ne subsistat in successivis miserijs; *Eijcitur cum sæculi dote*: Ita Tertullianus, de *Patient.* cap. 5. Singularis prorsùs metaphorà, ut bona mundi cognoscantur futilia, volitantia ante aviditatis oculos, quorum numquàm est aspectus. Mundi Præses & à Numine constituitur homo, & sine rivali; & eius gloria sublimior fœminæ confertur doti? Iurè. Inter res artificiosè fallaces, nulla futilior doti mulieris (minimè dicent mendacium, quod summum; ni qui duxerunt) promittuntur quidem magna: verùm in effectu nulla; ad speciem pretiosiora in decorem, sed decus cum ficta pretiositate ad speciem: unde cùm felix sorte dextrà prædicetur, à quo formosa diversque fœmina ducitur; illusus meritò queritur: igitur promissam cum sponsa non videt dotem, & pro dote in adminiculum uxoris habet gravamen. Haud secùs accidit, dum sæculum cæcà dilectione homo quasi sponsus ducit. Nihil exponit insuave, nihil non dulce, spondendo toto in tempore fausta, quin possint esse levi acerbitate mista. Fallitur homo, si cœlum arbitratur in exilio. Promittit, ut rapiat cordis affectum, & reddat amatorem attonitum; magna, mira, summè pretiosa, sed falsa: & mundus uti dos fœminæ datur exuli, vivitque sæculi dote; quia quod in mundo nitet pretiositate speciosum, totum fictum, totum falsum: mendax, fugax, fallax, in vanitatis ostentationem, splendoris vanitatem; ut clareat etiam cæcis mundus ut mundus, in quo sicut in dote, dolus & dolus: igitur qui plauduntur, plorant felicitate infelices, quippe solùm volitantes felicitatis species; ut sæculi proditoris amica gaudia, dilectoribus constent gaudij & phantasiæ ludibria. Eant igitur in eum, qui despexerunt mundum, ut maneat fructus illorum, indicantium alijs fraudem, ne cadant; alijs vulnus impactum, ut resipiscant: etenim si dolet erroris vulnus, valebit pectus: eritque mentis furor, si dulcedine fictà ex corde adoratur error. Ingeniosè olim Vates Hispanus accinuit:

Gen. 3. 24. Tertull.

Cur mundus dicitur dos fœminæ?

Fructus sterilitatis mundi, cognitio sterilitatis.

Cognitio erroris, amica:
Error autem cum proditione:
Illud dolor sine vulnere,
Vulnus hoc sine dolore.

13 Inspiciamus tentationem, quam fanatici plaudunt ampliorem felicitatem. Cùm ex conflictu primo dæmon exijsset sine triumpho concepto; Christum *tunc assumpsit diabolus in sanctam civitatem; & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsùm.* Plerique à diabolo elati, & per flagitia in fastigium dignitatum assumpti, arbitrantur se deventuros in brachia mollia Angelorum, & corruunt in manus dæmonum (Videsis illusum Heronem ostentatione sanctitatis pereuntem, apud Cassian. *Collation.* 2. cap. 4.) lamentabile sanè arrogantiæ periculum: verùm nocuius, ubi illorum præcipitium cadit ad votum: igitur numquàm removetur cordis pravitas, quando floret in pretium felix iniquitas. Quid intelligatur per templi pinnaculum, inter AA. est creperum. Palatius hìc infit: *Pinnaculi significatio est illa ala ex levi ferro confecta, quæ supra summa tecta solet collocari; cuius motu ventorum differentiæ discernantur.* Plenè cognoscuntur in sæculi vanitate, elevationes factæ & assumptiones à dæmone; quippe totus splendor & ostentatio celsitudinis in aëre: equidem si motu eminentiæ pravus splendet, diabolus movet. Ut dæmon illum elatum in illicita moveat, sese pravitati attemperat. Vernaculè; *Cogele el ayre*: claretque usquequaquè motus à diabolo; quia movetur ad quælibet quolibet vento. Iuxta aëris flatum, leviculum pinnaculi in cacumine movetur. Est conditio stantis in summitate lubricæ celsitudinis, flante vento susurronis; maximè si cognoscit interna vulnera, quæ satagit esse ignota: equidem ala fabricata à dæmonio, qui movetur elatus vocis vanæ levi flatu. Vigilanter Nostrates: *Es veleta del diablo, moverse à un soplo.* Haud iuxta leges in iudicio procedunt, quippe in cunctis sibi consulunt: meritòque signantur Tritones turrium; quia iuxta flantem ventum, levi motione aëris nutu

Matth. 4. à 5.

Peccata nocumenta, si felicia.

Palat.

Ars dæmonis in deceptionem hominis.

Qui à diabolo assumpti, larvatidæ monet.

tu diaboli, sine iudicio iudicij prævaricantur sententiæ. Clamat tenor legis, cæterùm surdescit auris. Ius, quod fas: verùm cum iudicis præiudicio non est ius. Ne sit tempestas velum rationis in navigatione politicà contrahendum: torquendum etiam iudicium, rationalis gubernaculum: igitur periculum summersionis, ni iuxta ventum flantem moveatur navis. Necesse est dialectos nostras regerere: *Es cosa del diablo, y peligro de irse à pique; no navegar con el viento que corre.* Commoda rectitudinem declinant iuris.

Virgil 1 Georg. v. 323. *Et fœdam glomerant tempestatem imbribus atris.*

14 In Didascaliæ propositum flectatur calamus. Super templi pinnaculum in vanitatis ostentationem, & mundi festivi demonstrandam celsitudinem, diabolus assumit suos, non ut moneretur, sed ut plectat affectus. Dolo tollit & extollit, dum in mundi felicitatem assumit. Dolo igitur dum gaudia exponit, voluptates pingit, elevat vafrè & in dolum; quippe incautè assumptos elevat in præcipitium.

Luc. 4. 9. *Mitte te hinc deorsùm.* Quid est *Hinc*? Haud alium axitum habere poterat, quem diabolus in superiora veterator assumpserat. Ex culmine à Deo electus, potest evolare in Empyrium: haud qui assumptus astu dæmonum, ductus elevatione in furorem, agens iuxta voluptatem. *Hinc* tantùm descensus est: equidem qui ita assumitur; ita in præcipitium ab electoribus datur. Dispositionem igitur lapsus dicit assumptionis situs. *Super pinnaculum templi.* In Tritone ad indicem gloriæ mundi: igitur cùm plena sit vanitatis, futilis ostentationis; haud aliud vividius quibat eligere symbolum: præter indicem ventorum. Ventus motus aër est: ex hoc gloria mundi fit: & propriè confertur vento, aëri impulso, dum coruscat vanitatis ostentatio: quia gloria mundi mota sicut aër agitatur, & sicut aër, quamvis mota non videtur. Unde ergo nisi fatuis illicium cordis, quæ non visibilis? Index patet præstigiarum, in allucinationem oculorum: equidem si in culminis ala indicatur mundi gloria, & in illa videtur frequenter aëris motus & motus; pompa mundi & ostentatio dumtaxàt ventus & ventus. Instar vitri splendoris afficit claritas, verùm à fatuo non videtur fragilitas: dum splendet, frangitur: crepat, dum premittitur: cum usu profectò fragile, & sine usu videntis prorsùm inutile. Amplexus sæculi ad ficta bona, sunt vincula: munus libertatis, compedes, metus stabilis, firmitas volubilis, totus mundus mendacium cum ornatu veritatis, atque larva entitatis apparentis. *Vincula huius sæculi asperitatem habent veram, iucunditatem falsam: certum dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timidam quietem: rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem*: inquit Aug. *Epist.* 39. & Paulinus apud eumdem *Epist* 26.

Blandum nomen Honos, mala servitus, exitus æger.

Quem nunc velle iuvat, mox voluisse piget.

15 Ratio in ipso textu. Diabolus assumptum sustulit in altum; sed iussit mitti deorsùm. Miraculum versutè instruxit in gloriæ vanissimæ ostentationem, quod difflavit Christus allucinans dæmonem, dùm vel sursùm spectantibus se exhiberet invisibilem. Ita imperfectus hic. *Homil.* 5. Dæmon prodigium (dum præcipicium, enixè solicitabat) ostentare circumstantibus cupiebat; quippe prodigium & insigne, hominem videre suspensum in aëre, vel stare in apice, seu cacumine aliculæ, & dum ita diabolicè elatum statuit, in præcipicium blandiminibus urget; ut homo cognoscat ruinam, dum à dæmone ducitur in mundi apparentem gloriam: etenim quod astu floridè exponit tamquàm miraculum; lubricum, ut præceps ruat usque in barathri profundum. Perpropriè Ethnicus deprompsit incogitatam ruinam, fingens Fortunam *Viscatam*; de qua fusè in *Ephemerid.* vitâ comite. *Fortunæ Viscatæ ædes, quòd procul ab ea capiamur & adhærescamus*: inquit Plutarch. *Rom. qq.* 73. Budæus apud Gyraldum, *Synthag.* 16. n. 9. *Hixcuteriam*, sive *Viscatricem* vocat. Haud quia attrahit, sed quia volantes, visco implicatos allidit. *Fatuos, indoctos & inertes Fortuna, quando paululum ab ea sublati opibus, honoribus, imperijs, in sublime advolarunt; mox præcipites ferri ostendit*: subdit Plutarch. libell. Ad *Princip. indoctum*, in fin. Venusta prorsùs figura, dum avidis vanitatis mundi fallacis insidiatur gloria: igitur idem est, ad huiusmodi picturatam fortunam pennis dæmonis volare; ac visco latente subdolè, sine adiutorio corruere.

16 Dicit Iobus sub persona peccatoris, de proditione mendacis mundi querentis. *Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ adversaris mihi: elevasti me & quasi super ventum ponens, allisisti me validè.* Floride Mellius Sousa hic, succinit:

Iob. 30. à 21.

Quæ molestia eius gaudia?

Augustin.

Quod est Editur miraculum, est præcipicium.

Fortuna cur Viscata?

Plutarc.

Budæus

Plutarc.

Cur aeri, ventoque similatur gloria mundi?

Et

Et mea sors felix quondàm, velut umbra recessit:
Abstulit, ut cineres ingenti turbine ventus.
Sousa. *Heu mi! Quondàm celsum tua dextra levavit*
Me super instabiles (ventorum flamina) sedes,
Maior ut in præceps casus me læderet actum.

Patet arridens, ut volarent, fortuna, verùm viscata. Nesciebant insidias, qui quærebant alas in vanitatis illecebras. *Volatilia pennata* dicuntur in Scriptura: diffluentes post vana (qui frequenter improbi, à diabolo foti & fauti, in fortunam dolo assumpti, & illà abutentes in oppressionem virtutis, insolentià tyrannidinis, quasi immortalis esset caduca prosperitas, sicut illorum malignitas) sunt in sæculo pennata, sed minimè volatilia; quippe in imperia, honores, opes & felicitates, ut cupiditas ex abrupto advolaret, pennas dæmon præstigiator præstitit. Alliciebat fortuna, sed ab assumente diabolo struebatur sutela: equidem cùm diabolus in cacumen prosperæ sortis, mundanæ felicitatis assumeret, ut ultrà usque in fortunam irritantem cupiditas perveniret; inventi sunt usque in infernum præcipites, qui gloriabantur volantes: etenim viscofortunæ alis implicitis cum non possent subsistere; necessarium erat, usque in inferiora labi. *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes quemadmodùm fumus*; ex quo nihil nisi fletus: igitur cùm per aëra volarent, & ascititias dæmonis alas haberent; ipsà elevatione invenerunt irrevocabilem casum; quippe fortunæ tetigere viscum. Signavit Iuvenalis, *Satyr.* 10. à 104. & Benavidius, lib. 2. *Epigram.* 78.

Pf. 77. à 7.

Quos diabolus in felicitatem assumit, lapsu percellit.

Pf. 36. à 9.

Benavid. *Eminet impulsu quo graviore ruat.*

17 Perscrutemur. Mundus ambientem eius fortunam super ventos elevavit: & allisit? utiquè. Videtur multis fallacem omnibus, sibi non fore; quasi ulla gauderet fide; illeque veritate potiùs fallit: nonnumquàm sicut ille alius veterator dicit:

Terent. *Hic me huiusmodi sciebat esse. Fefelli:*
Ego nihilo sum aliter, ac fui.

Est quod fuit, & fuit quod erit, secum habens viscatam felicitatem in meditatum discrimen. Nemo hominum potest volare, & in aëre sine pennis subsistere. Dæmon pravis cogitationibus alas confert, & super ventum constituit, ut avidè optatam, mundi amplexentur fortunam; cuius visco inhærent alæ: unde necessarium impetè & validè allidi; quoniam præcipitium sequitur, quodcumque grave super ventum collocatur. Dæmon sutelator super ventum elevavit, sed è vento præcipitem misit. Haud homo experiretur ruinam, ni amplecti vellet fortunam, cuium glutine magis excussæ, complicantur pennæ: hincque præcipites corruunt, qui stupidi vanitate super ventos elevantur; etenim cùm nihil ponderis possit subsistere in aëre; ex nubibus aëris in orcum expelluntur gravi corde. Dolosus utique qui cæcum excelsæ turris in fastigium elevat; ut inde in saxa dejiciat. Homòne allisione resipiscet? Noluit intelligere, ut benè ageret: iteratque etiam collisus propositum, quippe dolor ex lapsu surripit sensum: cassusque patienti ignotus, quoniam vivit fascinatione insensatus, quin cognoscat vel in pœna gaudia mundi, mundi gaudia, nec rationis rectitudinem ob futilem vanitatem. Ovven. 1. *Epigr.* 49.

Totum pondus gloriæ mundi collocatur in aere.

Homo quare cognoscit, & nescit.

In mundo nil constat, in orbem vertitur orbis:
Quid mirum, recti quòd sit in orbe nihil?

Ovven.

DIDASCALIA VIII.

Nihil æquè amarum, quàm diù pendere.

1 UT inquit Seneca, 2. *Benef.* cap. 5. Ensis enim in cervicem cogitationi sicut Democli, suspenditur, ubi exitus expectatur: gliscitque cordis afflictio, & intabescit animus; quia numquàm exitus. Unde verum: *Satius esse semel cadere, quàm sæpe aut semper pendere*; ut astruit idem, *Epist.* 22. & Tertullianus de *Patient.* cap. 1. *Bonorum, sicut & malorum* (inquit) *intolerabilis magnitudo est.* Patet tormentum in oscitatione iudicum pro expeditione causarum.

Seneca.

Tertull.

Lenti & iniqui:

Ovven.

Ait Ovven. lib. 1. *Epigram.* 131. etenim si bona, cunctatione mala causa: si mala, iam pessima: quoniam semper molestum, expectatio vel bonorum vel malorum: semperque in gravamen vel cum palma sententia iudicis, per morulas decisionis: quapropter semel eligitur cadere, quàm diù inter cogitationes malorum fatuè etiam bonorum, pendere. Hæchtanus, *Microcosm.* Emblem. 19.

Iudicum cunctatio pior litigio.

Hæcht. Psal. 39. 2.

Nec longà hostili cædimur ense die.

Dicit nostra Tautologia. *Expectans expectavi.* Iugulum præsignatur iustitiæ, in expectationis geminata vocis. Causæ iuxta leges discutiendæ, proponuntur iudicibus; verùm per tempus & tempus clauduntur in tribunalibus: unde nonnumquàm expectatur expectatio; quoniam nulla vel tarda causæ expeditio.

2 In Tiberij ingeniosa calliditate viguit huiusmodi astus, ut plus premeret afflictos. Solemne namque illi fuit (ut observat Tacitus 1. *Annal.* cap. 81.) numquàm causas expedire; quia non expediebat crudelitati, discutere causas: igitur vel damnatus exibat victor, modò citò damnaretur. *Victorum quoque causas* (infit Ioseph. 18. *Antiquit.*) *ideo se aiebat serius cognoscere; ne effecti supplicio, citò levarentur malis. Nunc dum longiores terunt, multò gravius reddi illorum infortunium*: Ita *cap.* 8. Quid si accessissent preces? Studiosior in vexationem tyrannis. *Speciosa verbis* (subdit Tacitus, *cap.* 81.) *re inania aut subdola: quantòque maiore libertatis imagine agebantur; tantò eruptura ad infensius servitium.* Quæ nutriebatur ut pietas, prodibat ut fota iniquitas: igitur in dubia causa sententia ferebatur, antequàm fulminaretur: plusque detentus patiebatur à iudice, quàm à lite: igitur in dirius ex litigio successivo vexamen, expectabat pro sententia iudicis expectationem: diùque, non semel peribat, quia nonnumquam expectatione pendebat. Queritur Terentius in *Phormion.* Act. 2. scen. 1. à v. 44.

Crudelitas Tiberij sub pietatis colore.

Ioseph.

Tacit.

Aerior litis vexatio non à lite, sed à iudice.

Insidias fecit, ac vicit. Nostrane culpa est?
An quisquam iudex est, qui velit noscere
Tua iusta!

Terent.

Nemo. Vivunt desides ad otium, & lucrum: & modò sint causæ, quid ad illos quòd sit suspensio causarum? *Vel audi, vel non sis Rex*: dixit vetula Philippo Amyntæ. Adi Erasm. in *Apophth.* lib. 8. num. 24. Debent iudices officio ligari, vel non esse: etenim non audientibus & causas procrastinantibus, actores patiuntur sub otio iudicis, quæ pati debent à causis. Sub iudice? Sanè.

Erasm.

3 Quæ Christus dilatione miraculi signavit incommoda, videntur perspicuò in iudicum negligentia. *Cùm multa turba esset, nec haberent quod manducarent*; Iesus *convocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam; quia ecce iam triduò sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longè venerunt.* Litigiosa obijciuntur ingenia, exposità turbâ multâ: etenim capitones, refractarij, dyscolique frequenter litibus instant, etsi pereant, neque quod manducent, habeant. Novi quendam, cui pax cum discordia, & multiplex quolibet in senaculo causa. Pertæsis iudicibus, quòd abigeretur, placuit, huiusmodi musca; & brevi expedita sunt cuncta, quæ ad illum spectabant negotia. Parvi pendebat causis cadere, solummodò desiderabat, adversarium non habere; ne otiosus viveret, & tempus sine contentione tereret. Exitum vidit, sed cordolio expavit: unde audax sine fronte, petijt in causis à pietate iudicum; ut saltem ulla indecissa illi relinqueretur ad solatium. Risum audientium & Auditorum movit, verùm diabolicum genium in voto explicuit: etenim adeo contentio cum iurgio malè feriato placebat; quòd sine litibus nec respirare poterat. Numerari possunt, qui pacifici, iure cedentes, ac tribunalium osores, qui ut quidem alius apud Terent. d. *scen.* 3. v. 60. dicant:

Marc. 8. à 1.

Genio litigatores nec resipiscunt æquinis.

Moriuntur pace.

Etsi mihi facta iniuria est, veruntamen
Potiùs quàm lites sector, aut quàm te audiam;
Minas quimque accipe.

Terent.

Elegit indebita citiùs præstare adversario quàm causidico. Unde Themistocles apud Ælian. lib. 9. *Histor. var.* cap. 18. *Si mihi* (protulit) *duas quis vias monstraret, alteram ad infernum ducentem, alteram ad tribunal; multo libentius ingrederer eam, quæ rectà ad infernum tenderet.* Stultorum infinitus est numerus, quorum viget veneno vitali putridum pectus, ad instar serpentium, halitum deponentium, ubi virus in nocumenta deponunt. Ita difficile, ut accinit Stroza, *Carm.* 5.

Ælian. *Litigium quàm molestum!*

—Eripere atris litibus implicitum.
Nec illi cura, rabiosas tollere lites.

Stroz. Pat.

Hac de causa turba multa, dum deficit esca: equidem dyscolus minimè relinquet litem, quamvis nec habeat ad vescendum panem.

4 Iuxta mores litigantium contingit sæpesæpius conditio pravorum iudicum, productione causarum. Hæc communis in forensibus malitia, ex qua vindemia, celeusma exultantium; quippe præda in sinu retium, quo dedecus tribunalium & iudiciorum, protractione expeditionis causarum, in litigantium incommodum; quin habeant quod manducent, exangues, quotquot accedunt in lite decisioni iudicis: Chri-

Miseratione dignum, & quarè?

Christusque miseretur, quibus illudit iudex subdolè veterator; quippe modò habeat, quod arte manducet ille; prætermittit, sicut causas, quòd cæteri pereant fame. Hoc illi studium, in meditatum artificiosè quæstum: equidem si ex dilatione commoda, quid quòd deficiant in via? Floridè Ovven.d. *Epigram.* 111.

Terminus est nullus tibi, nulla vacatio lucri:
Ovven. *Totus enim lucro, litigiisque vacas.*

Ne ieiuni abeant, solicitat Christus: econtrà iudex verborum suavitate dolosus, lactans litigatores, & seducens spe iuris; ut crescant munera, causæ suspensà sententià: etenim cum census magis augeatur, quò iudicium in contentione differtur; suam iudex disponit causam, ubi dimittit litigantes, ieiunos in domum suam. Ius suum unicuique dare munus est iudicum, haud fugere sanguinem litigantium: verùm cùm improborum tantùm sit cura, aliena prorsùm substantia; suspensiones simulatè, officiosè perseverant, donec in via litigando deficiant: interimque dimittunt saturos speciosis verbis, cæterùm ieiunos nummis, sine ulla miseratione litis expensarum, quæ excusari quibant per sententiæ compendium: siquidem respectu aviditatis, ducitur nauci, quamvis quidam illorum venerint longè. *Ecce triduò sustinent me.* Quia triduò protracta causæ prementis expeditio; pulsavit pectus ingenita miseratio. Patent iudices crudeles absque ulla miseratione pereuntium miserabili fame: equidem sustinent sustineri sine iudicio causarum usque annos centum. Martial. *lib.* 7. *Epigram.* 64.

Produ-tio cau-sæ, lucrū iudici.

Eius me-ditata pravitas.

Martial. *Ah misers & demens viginti litigat annis.*

5 Articulus in libertatem obijcitur ab Andrea Lacuna in *Europ. furiosa*, §. ultim. *Parum* (infit) *conveniebat inter duos quosdam cognatos: cum neuter alteri vellet concedere, res eò spectabat, ut iretur in ius, & iudicum sententijs controversia finiretur. Adibantur advocati, parabantur dicæ, res erat cum iurisconsultis. Cæpit agi causa: hoc est bellum susceptum est: aditi iudices, contestata lis. At alter maturè respipiscens, adversarium ita alloquitur: Incertus est litis eventus. Suscipere nobis in manu est, finire non est. De centum aureis tota lis: huius summæ duplum in notarios, in promotores, in advocatos, in iudices, & iudicum amicos expenditur, si legibus experiamur. His erit inserviendum, adulandum, offerendum. Interim curæ, ambiendi cursitandique labores: denique ut maximè vincam, plus incommodi, quàm emolumenti. Nobis sapiamus. Concede dimidium de tuo, ego tantumdem de meo concedam, & molestiam fugiemus. Malo penes te sit hæc pecunia, quàm penes illos insatiabiles prædones. Vicit veritas & festivitas, iratis advocatis & iudicibus, quos quasi vultures hiantesque eorvos deluserant.* Utilissima cautio, maximè iudice lupo; perdere bona, ne pereant cuncta: haud parvum emolumentum, non dimitti ieiunos & famelicos in domum. Experiuntur in damnis utilitatem, fugientes litium errorem, ubi non est via, etsi invitent iura Sole clariora: igitur, ut ait Nevizanus, 6. *Silv. nupt.* n. 8. *Qui palmam obtinere credunt, sæpe succumbunt; etsi obtineant, computatis laboribus & expensis, nil acquirant.* Satius est semel cedere, quàm sub iudice litis titulo perire: etenim litigantes patiuntur morulis iudicis, quod non patiuntur præ causis.

Lacun.

Satius, pernicio-sa concor-dia, quā sub lite bona cau-sa.

Nevizā.

6 Emphaticè perspicitur ex contextu, unde Domini super expectantes miseratio. *Misereor* (ait) *super turbam, quia ecce iam triduò sustinent me.* Te sustinet? Domine, quis sustinebit? Sustinet turba famem, quia non habent quod manducent; non Salvatorem. Quomodò igitur Salvator sustinetur? Ab illo turba famelica non dimittitur: & modò non maneret expectando dimissionem, minimè turba pateretur famem. Ut audirent illum etiam de longè venerant: ibi aditantes fame peribant: dicitque se sustineri, dum sperantes opprimuntur fame; ut dicat conscientia iudicum, citò consulere expeditioni causarum: etenim si ulla retinetur indecisa, molestiarum & famis iudex est causa. Ità lite pendente, solicitudo est animi; ut nihil dignum iudicetur recordationis, respectu litis. Hi ieiuni nec sentiebant famem, ut possent audire iudicem: causamque vexationis se Christus dicit, ubi famelicos in expectatione detinet; quippe unusquisque quæreret necessarium ad vitam, ne detineretur anxiè iudicis audire sententiam. Citò arbitrabantur exitum causæ, sed triduò pendula, ullà longè expeditione: Christusque miraculo studuit, dum præ fame deficere iam respexit; ut consulant vel cum dispendio paci, qui philodici obstinatè incumbunt liti: igitur ne deficiant vel pereant infaustè propter litigium, est necessarium singulare miraculum. *Ecce iam triduò sustinent me.* Gratia providè fovet, quorum remissioni supersedit, mi-

Ubi sup

Suspensa sententia, Iudex molestiarum causa.

ra-

raculum exhibens, & indicans gratiam cuiusvis iudicis; dum producitur vel levicula causa per tempora prorsùs & tempora: igitur patrato panis prodigio; maius miraculum, quòd dimitteret post triduum. Obiter nota onus conscientiæ, dum voluntariè aut oscitanter causa non expeditur à Iudice. Unde Christus præbet escam, retinens causam; quippe iudex debet alere, si quos in causis sine causa detinet. Denique: Turbæ N. Assertor miseretur, ubi ab illo non in propria remittitur, expectando & expectando, quisnam à Iudice causarum exitus; ex quo animorum quasi ex vulnere cruciatus, sustinendo iudicem, diriùs quàm causæ gravamen: quandoquidem digni commiseratione, qui plus patiuntur à Iudice, quàm à lite.

7 Est gratia vel accipienti fastidium, modò non propera: quid si iustitia?

Publ. Syr. *Bis dat, qui dat celeriter:*

Inquit Mimographus, *n.* 87. Aliter taxat Seneca, ubi suprà: *Qui tardè & de die in diem extrahens profuit, non ex animo fecit. Qui aut diutius torqueri patitur, quem protinus potest liberare, aut gaudere tardiùs; beneficio suo manus affert* (Tota gratiæ speciositas, si protrahitur, demitur; & stultè iugulatur) *Æquiore animo ferunt præcidi spem suam, quàm trahi.* Fatiscit, quæ lassa venit; nec facies opportunè optata placet, quoniam evanuit decoris, quicquid suspendit claudicatio temporis. Abutuntur donis, qui claudis utuntur gratijs. Quid cum violentia, ubi in compedibus detinetur iustitia? Videsis apud Salomonem stultam frigiditatem. *Ne dicas amico tuo: Vade & revertere: cras dabo tibi, cùm statim possis dare.* Nescit homo, quid cràs erit, atque producens, beneficium amittit: igitur pœnitet gratiæ, moribundæ expectatione. Iudex ergo deses ut hostes proculdubiò arbitratur litigantes, illudens crastinà promissione, quod hodie in placitum potest fieri: igitur ni esset aversio, minimè uterètur dolo, & longissimo tempore; dum illusor regerit: *Expecta, reexpecta: manda remanda: modicum ibi, modicum ibi.* Quid est hoc, quod dicit, *Modicum*? Embolium aliquod à iudice meditatum: equidem si resolutio aliquantisper differtur, à iudice sanè vafritie dolus struitur.

Senec. *Quæ gratia claudat*

Prov. 3. 28. *Quæ delusa?*

Isai. 28. 13.

8 Ut Laban posset generum retinere apud se, ex quo illi constabat utilitas, redire conantem & propere ad sedes patrias; cùm illo pepigit pactum, ut ex gregibus utrique resultaret commodum, proficuum emolumentum: dixitque Iacob: *Respondebit mihi cras iustitia mea.* Illustre hyperbaton, iuxta Hieronym. hìc in *Tradition.* hucusque à nullo liquidò expressum. Septuagint: *Exaudiet me cràs iustitia mea?* Haccine interrogatione per Ellipsim delicabitur obscuritas, & testimonij effulgurabit claritas. Q. d. In expositione mercedis conferendæ pro labore, cràs iustitia mea? Malum signum: sed *respondebit mihi cràs iustitia mea*: etenim etsi detraxeris mercedem, reddet abundanter Numen. Cur igitur facto propositionis iudice Labano, in pactum; Iacobo videtur pessimum signum? Indicant Iudicis verba. *Cràs* (inquit) *iustitia tua.* Quid fieret in gratia, ubi ita consulitur de iustitia? Ius à iudice cognoscitur: causaque iusta crastinum usque producitur? Cras iudicium? Signum malum: etenim nonnumquàm à Iudice texitur circumventione tutela, modò iudicium in crastinum differatur de iustitia. Exitus cogitationem astruxit, dum decies pacta qui iudex Laban mutavit: *cap.* 31. 7. Quæ sunt iustitiæ, statim decernenda; quippequàm aliter iugulatur iustitia gladio intuitus meditati à iudice; cùm iuxta iura cognoscantur vota causæ: malumque signum dicitur, quando cràs decisio trahitur; quoniam iudex certocertiùs subdolè molitur fraudem, quùm prorogat in iudicium iustæ causæ expeditionem. Hoc solemne iudicibus pravis, qui student sibi, haud litigatorum causæ. Quapropter Terentius, d. Act. 5. scen. 7. à v. 55. succinit:

Genes. 30. 33.

Septuagint *Ellipsis.*

Dum causa iniuste protrahitur, fucus à iudice extruitur.

Quid vos? Malum. Ergo me sic ludificamini
Inepti, vestrà puerili sententia?
Nolo, volo. Volo, nolo rursùm. Gedo, cape.
Quod dictum, indictum est:
Quod modò erat ratum, irritum.

Terent.

Non quærunt quæ sua sunt, sed sua quòd aliena sint: igitur viso iure iudicium producitur, pactumque ratum mutatur & commutatur; quia non quærunt rectè iustitiam in causa, sed commodum in sententia. Student muneribus, quasi iudicum munus: & modò deficiant meditata commoda; respondet haudquaquàm iudex, licèt respondeat iustitia. *Intelligimus* (inquit Cassiodorus, 9. *Variar.* Epist. 20.) *de inopia iustitiæ, copiam venire causarum.* Ni avari iudices, alienis facultatibus hiantes, steriles essent lites: quas in fœcunditatem fovet pravus iudicantium animus; quia ex multiplici fruge multiplex census. Declinant utique ab obligationibus, incumbuntque iniquitatibus, proterentes iustitiam. Eru-

Cassiodor. *Unde iudices causa litium*

dia

dimini ergo qui iudicatis terram : igitur sine iure causa nec audienda intrusa: si micat ius; & statim, sinè morula expedienda.

9 Christus missus fuerat ad oves, quæ perierant ex Israël: sed fœmina illo iudice (ex numero & professione Gentilium) cupiebat ab illis surripere donum. Prece & importunè, ad iudicem querula accessit, interpellavit; cæterùm iudex quasi non audiret: ita ut discipuli precatores illi dicerent: *Dimitte eam, quia clamat post nos.* Matth. 15. 23. Non fœminæ afflictæ, sed discipulis respondit: *Non est bonum, sumere panem filiorum, & mittere canibus*; fœminam repellens, quasi clamorem non audiens: etenim cùm ad illam quæ obtabat non pertinerent, quorsùm voces? Ubi legum non invenitur tenor; quid quòd clamor? Perperàm vel assectarum interventione rogabat, quæ iustitiam non habebat: iudexque ab illa removetur, quamvis ad illum illa afflicta & adorans proficiscitur; & quia nefas, fieri iudicium propter futilem adorationem fœminarum: & quia ubi causa sine iure, sine lege; dignetur iudex etiam intercessione, nec audire. Ego præveniat interventionem potentium primatum, in iuris atque muneris obsequium. Cùm Procoss. Q. Fulvio Flacco, defeciisset Capua à Romana fide, Annibalis arte; ut refert Valer. Maxim. *lib.3. c.8. n.1.* Ille perfidiæ æstimator, & Campanorum victor, totum senatum seditionis auctorem, & perduellium originem, funditùs delere decrevit. Consilium Romanis Senatoribus non placuit. Hinc quamvis cognita proditionis gravis causa; ex Senatus consulto scriptum, quòd mitior esset sententia. Flaccus præscivit, litteras superiores reverenter accepit; sed sigillatas retinuit. *In sinistra enim eas manu, sicut erant traditæ, habuit: ac iusso littore* (subdit idem) *lege agere; tum demùm aperuit, postquàm illis obtemperare non poterat.* Ecce prudentiæ & iustitiæ ars, ut imperio superiore haud vulneraretur lex: equidem culpa cessit supplicio, quin iudex deficeret intercessorum obsequio: ita enim dispositi articulos causæ, ut nec posset ius adversum exaudire. Maior iudici integerrimo laus ex Capua punita, quàm victoria ex Capua capta.

Causa sine iustitia nec audiēda.

Quomodo urbanè repellenda intercessio fœminarum?

Et potentum.

10 Primum articulum vidimus in causa fœminæ; speculemur secundum iudice Salvatore. Ius igitur mulier summè afflicta non habebat; quippequàm optata gratia ad fideles expectabat: verùm Christus, ut audivit, dixit: *Vade. Fiat tibi sicut vis.* Quid est hoc? Modò repellit, nec audire dignatur; & continuò gratia annuitur? Sanè: priùs erat ante iudicis Tribunal sine iure. Per fidem insignem felix acquisivit ius: illique dicitur *Vade & fiat tibi sicut vis*; quoniam si ubi ius non est, congruit ad causam surdescere; si ius micat, & statim præstat, causam expedire. *Vade* & illicò cum dono concesso: etenim si causam ex lege sequitur iusiniuria causæ, iustitiæ, simulque roganti, quòd perducatur in eras. *Vade.* Haud consonant iura clara, atque iudicia indecisa. Non eras venias: fit & hodie: *Vade.* Perperàm causæ iudicium iure producit, qui ius in causa cognoscit. *Vade*: etenim idem in probo iudice iustam cognoscere causam, atque prose tententiam. *Vade fiat tibi sicut vis.*

Verſ.28 Marc.7. 29.

Ubi cum iure causa, promta sententia.

Quid opus vanà consumere tempora lite? Calphur. Pende. Non dicit Salvator: *Fiat tibi quod vis*: sed *sicut vis.* Singularis ad iudicium articulus! Non est in iudicis arbitrio sententiæ modus. Iudex sum. Volo quod vis, & sicut vis: equidem dum ius habes, & iudici in causæ decisionem accedis; non est sententia in iudicis voluntate, sed in iure, causæ iustificatione. *Eclog. 7. v.73.*

Ne querulæ denso vagentur murmure lites. Heins.

11 At quid iudices repumicati, quæstu cupito usque in intima perciti? Morulas circunspectione colorant, avaritiam deaurant; quasi iudicium ex abrupto non iudicium, quapropter pondus causarum librandum: igitur tribunalis dedecoratur auctoritas, ubi interfuerit temeritas: leges enim sedulò perpendi, necesse; ne integritas minuatur iudicij, quod quidem impossibile tempore brevi. Iudex igitur debet esse innocentiæ templum, legum sacrarium, iuris præsidium, atque iustitiæ infragibile scutum. Pulcherrima & aurea verba! Sed putrida viscera. Præsentit Terentius d. *Act.2. scen.1.* à v.45.

Artes prævi iudicis.

Decusiudicum.

Nostrâne ea culpa est: An iudicum?

Qui sæpe propter invidiam adimunt diviti,
Aut propter misericordiam addunt & pauperi. Terent.

Ni nossem causam, crederem vera loqui. Aliter Senec. d. *Plerisque autem hoc vitium est* (inquit) *ambitione pravâ differendi promissa; ne minor sit rogantium turba.* Aliter Cassiodorus. *Hi sunt* (ait in *Psalm.* 73.10.) *qui causas protendunt adhibiti, impediunt prætermissi, obliviscuntur locupletati. Hi sunt qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, dictata convellunt, attrahunt litigatore, protrahunt audiendos, transigentesque re-* Senec. Cassiod.

Opprobrium.

retrahunt per inextricabiles plicas. Totum ni fallor exa varitiæ æstu, facto in commodum prorogationis iudicio : equidem producitur vel cognita iuxta causa, donec recludantur in decisionem marsupia.

12 Perspicuò videtur in causa Pauli, Felice infelice iudice. In illo nec umbram criminis, qui morti addixerant, potuerunt probare testes. Felix igitur cognovit innocentiam, sed studiosè procrastinabat causam. Exitum Paulus petivit : Felix respondit: *Quod nunc attinet, vade. Tempore autem opportuno accersam te.* Quo pacto *Vade*, si revocandus opportuno tempore? Hora modò opportuna, & quia cognita sine crimine causa; & immeritò accusati emicabat innocentia. Quare igitur non exitus ex iudicio? *Sperans, quòd pecunia ei daretur à Paulo,* Multa de causæ iustificatione Felix dicebat, sed fucis, tricis, atque tragulis lactabat. *Propter quod & frequenter loquebatur cum eo.* Ibid. Emungere cupiebat : iustitia instabat; produciturque iustitiæ atque causæ legitima declaratio; quandiù nummorum retinebatur suspensio : etenim iustitia immota, pecunia clausa. Dicit idem : *Quod nunc attinet* : ideſt, ut ait Dionys. Carthusian. *Quid non attinet?* Quid de causa, iustitia, innocentia & religione loqui, & ita ventis fervidè detonare? Aërem verberas, aures fauces que fatigas? *Quid nunc attinet?* Alia nunc; modò atsit pecunia in lite; quid quòd nuda sit causa iustitiâ, innocentiâ & religione? Causam fovent sine iure cunctæ leges, si scribitur nummis.

Act. 24. 25.

Vers. 26

In illis iustitia immota, clausa. pecuniâ.

13 Exitus sine exitu, iudicis pravi suffragatur studio. Quæ Felix dixit, vel non dixit Paulo? *Biennio autem expleto, accepit successorem. Volens autem gratiam præstare Iudæis, Felix; reliquit Paulum vinctum.* Erga Paulum Iudis benevolentia haud oriebatur ex iustitia cognita; sed ex pecuniæ cupiditate: unde fraudatus concepto voto pecuniæ; in carcere iustum & innocentem reliquid, quamvis iustitiam ex tota causa cognovit. Elegit favere inimicis, præ ira ex negatione pecuniarum largitionis : equidem cùm pravi iudices haud proferant causarum iudicium, nisi propter proprium commodum; uberius invenit Felix in detestabili gratia, quàm in Pauli cognitâ infallibili iustitia: quo quidem factum, ut inimici interventione pecuniæ, iudicis successoris enixè incumberent gratiæ. Perpenderis. Festus successor cùm venisset in Provinciam, *Principes Sacerdotum, & primi Iudæorum, postulantes gratiam adversus Paulum.* Quamnam gratiam? Si crimen est, quare non petunt iustitiam? Ad iustitiæ iudicium non habent causam. Astus frequens corde malignis, in perciniem innocentis; ut technis & thehnis instruant acta causæ, quasi damnatio conformior legum tenori: & quod non possunt istrictis regulis Iuris, obtinem per gratiam fatuissimi Superioris; etenim dyscoli in cuncta prorsùs contra innocentem flagitia, modò obtineatur Superioris gratia. Ex petitione constat : *Postulantes adversus illum damnationem.* Damnatio exigitur, haud quod causa iuxta leges libretur. Petunt quod placet, & obsequium prætio à legibus redemit : equidem partâ gratiâ (& maximè, si pecunia) aut aliæ leges, quàm voluntas Superioris.

Illorum iudicium iuxta quæstum.

Cap. 25. 2.

Vers. 15

Non aliæ leges, quàm placita Iudicis.

14 Hisne circunstantijs, & placent lites, dum sustinentur & iudices? Decet enim (subdit Cassiodor. d. *Epist.* 15.) *ad usus bonos convertere; quæ voluit perversitas inimica fraudare. Quiescat igitur malignantium prava cupiditas.* Quiescat, ut innocens quiescat. Pessima vita cum discordia. Caro lite perpetuà concupiscit adversus spiritum, & econtrà. Iam non sit ampliùs neque luctus, neque clamor, nec ullus dolor; enim ex lite luctus dolor & clamor. Pravi sunt corrupti iudices, & in cruciamen litigantium ex lubito formant fulminibus leges. Unde Stobæus lib. 3. cap. 27. succinit:

Cassiodor.

Lites hominibus afflictiones.

Ære patrociniũ vendũt, producere causas,
Et lites pendere diù.

Stob.



TAU-

TAUTOLOGIA SEXTA.

DEUS SEDET SUPER SEDEM SANCTAM suam. Psalm. 46. v. 9.

EXPOSITIO LITERÆ.

1 DE Dei regno, gloria ac maiestate loquitur Psalmographus, quòd quidem frequenter portentum per sedem, ut fusè videbimus tam in sacris, quàm in profanis: qua de causa usque hodie viguit sella potestatis, supereminentiæque signum: de quo latè Iul. Cæser Bulenger. lib.2. de *Imperator.Rom.* cap.29. Coripp. *lib.3.* accinit.

Sella potestatis ac maiestatis signum.

Nobilitat medios sedes Augusta penates,
Immortale caput, soliumque sedentis obumbrat;
Ornatum gemmis, auroque ostroque superbum.

Coripp.

In qualibet natione thronus ex pretiosa, sella ex pretiosiore materia, affabrè formata. Describitur siccine maiestas Salomonis, 3. *Reg.* 11. à 18. Materiam superabat opus, ita ut v.20. dicatur: *Non est factum tale opus in universis regnis.* De Alexandri Magni throno & sella, diximus ex Ælian. lib.9. *Var.histor.* cap.3. *Tom.6. T.11. n.31.* Inter Persas huiusmodi ostentatio usque in vesaniam, ut videsis apud Cedrenum formam throni sellæque regiæ Cosdroæ, ann.13. *Heraclij Imp.* pag.168. Idem Lyran.in 12. *Apocal.v.9.* Plura alia superbiæ atque fastus signa omittimus, apud Plutarch. in *Phocion.* Procop.lib.1.*Persar.* Polyæn. lib. 4. *Stratagem.* Æl. Lamprid. in *Heliogabal.* & Sueton.in *Cæsar.* cap.76. sicut in *Neron.* cap. 12. videnda; sed præterire non possumus, quod refert Athen. *lib.* 12.n.70. ubi: *Platanos aureas, & auream vitem, sub qua Reges Persarum negotia tractabant sæpe sedentes, habentem uvas è smaragdo, ornatam Indicis carbunculis, & alijs omne genus lapillis magnificentia superantibus.* His ergo venerationis insignijs sæpe infatuabantur Reges: quod visum in Xerxe, de quo in *Themist.* Plutarch. *Salaminium prælium spectavit sub aurea umbella in sella aurea.* O quantum est in rebus inane!

Throni & sellæ insignes.

Athen.

2 Sedere vel casu in regia sella capitale fuit. Curt. 8. d. *Histor. Alexandr. cap.* 1. quò plura congerunt Ioan. Freinshem. & Nicol. Blancard. Plectebatur incogitamen, ut à sensus incuteret audaci cordi formidinem: igitur cùm sedes illa insigne dignitatis; alium in illa sedere, dedecus cogitabatur sedentis. Sat signum Principis videbatur, ut à cunctis subditis animitùs coleretur. Hinc quia Moyses Hebræis dixit Deuter. 4. 15. *Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis*; placuit nonnullis Rabbinorum, vidisse tantùm sedem maiestatis eius, nubem scilicèt splendidam, & *sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum, cùm serenum est*: Exod. 24. 10. Quapropter dum dicitur de Moyse, Aarone, huius filijs, & septuaginta senioribus; *Viderunt Deum Israel*: Septuaginta Interpret. legunt: *Viderunt locum, ubi stetit Deus Israel.* Chald. *Viderunt gloriam Dei Israel*: hoc est, sedem, qua maiestate sedit post fœdus pactum. Ethnici etiam in commendationem maiestatis Numinum, dumtaxàt signabant sedem & thronum: Magnæque Matris prænotioni destinarunt sedes vacuas, ut per illas tantæ Divùm innotesceret auctoritas. *Sedes vacuæ circa illam positæ*: ait Chartar. de *Imagin.Deor.* pag.141. Auctoramen etiam signant in Constellationibus Astrologi: etenim quia Cassiopeia stellis ab illis pingitur, seu potiùs fingitur imagine fœminæ sedentis; ab Arabibus & Hebræis, non dicitur Cassiopeia, sed *Mulier sedens super sedem. Pectus ipsa sedes*: & à Græcis *Thronos.* Adi Kirch. *Tom.2. OEdip. Copt. p.2. Class.7. Mathem. Hieroglyph.* cap. 6. Geminatione itaque exprimitur excellentia solij, aut præcellentia in illo imperio sedentis. Ibid.cap.7.

Sedes Dei, pro throno magnifico.

Chartar.

Sedes vacuæ in circuitu sedis Magnæ Matris.

ex Rab. Avenar Hebræo, Beneka Indo, & Abneragel Arabe, n. 1. insit: *Exurgit juvenis sedens supra sedem stratam, & in manu eius Theraphim.* Addit *num.* 5. *Ascendit Virgo, duas spicas in manu continet, sedetque supra sedem, & nutrit puerum & lactat eum.* Stellerus in *Sphær.* Procli: *Supra solium aulæatum residens.* Draudius in *cap.* 46. Solin. subdit: *Andromede est imago puellæ, ad unum latus conversæ, supra sellam sedentis.* Hæc difficilè intelligentur præut iacent, ni videris quæ à nobis dicta in *Ephemer.* tam *Prolog. Galeat. §.*4. quàm *Isagog. Mens. & cuiuslibet decanis.*

Sedet Virginis signi.

3 Pro auctoramine etiam Thraces sellas ostentabant in requiem. Nil mirum: *Apud illos otiosum esse, habetur pro honestissimo:* Textor, 7. *Officin. cap.*48. At quod fidem excedit, est mos apud Tibarenos, de quibus ibid. & Herodot. *lib.*3. *cap.*32. *Si quando inibi pepererint mulieres, viri velut ægritudine simulatâ, in lectulis decumbant ut puerperæ: bisque iacentibus præministrant uxores. Lusum amplexantur ac risus; quod in ijs maximam felicitatis partem arbitrentur esse constitutam.* Nullum aliud astruere quibant in genij propositum, validius argumentum, quàm præsens deridiculum embolium.

Textor.

Cœl. Rod.

——*Ubi deside mitra*
Fœta ligat, partuque virum fovet ipsa soluto:

Val. Flacc.

Succinit Valer. Flacc. 5. *Argon.* v. 146. Idem refert Cœl. Rhodigin. *lib.* 18. *cap.*30. In nostrum ergo institutum. *Nasamones defunctos sepeliunt sedentes* (ait Herodot. *lib.* 4. *cap.* 48.) *observantes, ut dum quis cœpit agere animam, eum sedentem constituant, ne supinus expiret.* Synæ etiam in lararío cadavera avorum ac prædecessorum cæterorum sedentia collocant, eorumque sic maiestatem ostentant. Vide Ioann. Nieuhovium in *Legat. Batavic.* p. 5. cap. 5. Indiæ Orient. 3. *p.* à *cap.*25. & *icon.*32. Kircher. d. *Tom.*3. *Syntagm.*13. Theatr. Hieroglydh. de *Mumijs*, cap. 6. Auctoritatem è sedium ostentatione vel inter Græcos signat Homer. 9. *Iliad.* v. 200. & 18. v. 399.

Herodot.

Sedere signum maiestatis.

Homer.

Sedere fecit in sedilibus, pulviniſque purpureis.
Sedere fecit in sede argenteis clavis distincta.

4 Sedilia criticus quidam (ut in qualibet voce singularem cogitationem promat, sed multoties propter præsumptionem sine fulcro aut mica salis, risum excitat) distinguit à sedibus; ex eo quod sedes arte factæ sint, & sedilia natura. Unde Virgil. 1. *Æneid.* v. 171. inquit: *Viveque sedilia saxo.* Illustre ratiocinium! Ex ipso testimonio contrarium astruitur. E saxo sedile dicitur: si sedile, quod naturale; omisso saxo, sufficiebat sedile: igitur saxa naturalia sedilia, ac in significationem acceptionis vocis, tunc otiosa materia. Apocal. 4. 4. dicitur: *Sedilia vigintiquatuor, & super thronos vigintiquatuor seniores sedentes*: quo claret, thronos vocari sedilia, quæ quidem non naturalia. Ex Homer. *num.* antec. constat, *pulvinaria purpurea* dici sedilia. Iliad. 11. v. 616. *In tentorium venientes in sedilibus sederunt*: & 17. *Odyss.* v. 85. *Vestem deposuerunt in lectis sedilibusque.* Signatur aliquando sedis ornatus & materia in æstimationem vel despectum sedentis, vel quia obvium non meditatum colloquium, vel quia in campo convivium: vel denique quia mos gentis in herba aut tellure sedere; ut multis exemplis patet in Indis Orientalibus, & Occidentalibus, quod videre licet in utriusque partib. Solis in *Histor. Mexican.* Ferdinand. Mend. Pinto, in *Histor. Orient.* Navarr. in *Sina descript.* & Kirch. quò dudùm, *Diatrib.* 1. à cap. 1. *Sibylla Delphis sedens super sedem aream*: ait Iamblic. de *Myster. Ægyptior.* Virg. 8. *Æneid.* v. 176. *Gramineoque viros locat ipse sedili.* Propert. 2. *Eleg.* 27. v. 13. *Stygia sedeat sub arundine remex.* Aptiùs Eberhard. VVeihe in *Aulic. Polit.* & Olcot in *Sapient.* lect. 84. describunt sedium discrimina.

Discrimen nullum inter sedem & sedile.

Iamblic.

Discrimina sedium.

Eberard.

Rex solium, Doctor cathedram, Iudexque tribunal
Possidet, & sedem Præsul, Prætorque Curulem.

5 Promiscuè ferè inveniuntur. Diximus de thronis & sedibus. 1. Reg. 20. 25. *Rex super cathedram suam*: Idem 2. Reg. 23. 8. & *Eccli.* 7. 4. ubi cathedra accipitur pro sede regia seu solio. Iob. 29. 7. *Procedebam ad portam civitatis, & in platea parabant cathedram mihi.* Observat Ar. Montan. in Apparat. de *Arcan. serm.* subdens: *Cathedra ad sedendum extructa, muneri & dignitati adscribitur: nam & Regibus & præceptoribus atque iudicibus cathedra apponitur, & his etiam quibus honor exhibetur.* Inter Profanos dumtaxat cathedræ vox reducitur in doctrinam. Iuvenal. *Satyr.* 1. v. 65. 7. v. 203. & 9. v. 52. Martial. lib. 1. *Epigram.* 77. 2. 14. 4. 79. & 11. 100. Horat. 1. *Satyr.* 10. v. 91. Aliquando, ni fallor, significat lectulum blandum, quod Nostrates dicunt: *Cathre.* Prisci, *Cathedras fœmineas*: Martial. 3. *Epigr.* 63. *Molles cathedras.*

Ar. Mont.

Quid cathedra?

Iu-

Iuven. *Satyr.* 6. v. 91. *In his sedebant in theatro* : subdit hìc Isaac. Grang. Unde Calpurnius *Eclog.* 5.

Inter fœmineas spectabat turba cathedras.

Calpurn.

Tribunal dicitur altum & fixum in loco celso quo iudex iure dicundo sedet; cuius formã videris apud Vitruv. *lib.* 5. *cap.* 1. & quia ex forma elegantiore acuminatã in sedem, sedes quælibet in huiusmodi formam, tribunal dicebatur. Quare Herodotus, lib. 1. cap. 47. inquit: *Sellam auream Crœsus misit : hoc tribunal collocatum est Delphis.* Minorum iudicum subsellia movebantur de loco in locum; in subsellijsque sedebant iudices delegati : tribunal verò iudicum erat ordinariorum, potissimè eius, qui inter cæteros primus, & quasi iudicum præses. Vide Pollctum, lib. 1. *Fori Rom.* cap. 5. Astipulatur Asconius in *Verrin.* 3. Cicer. *Subsellia* (ait) *sunt tribunorum, Triumvirorum, Quæstorum, & huiusmodi minora exercentium; qui non in sellis Curulibus, nec Tribunalibus, sed in subsellijs considebant.* De alijs subsellijs loquemur infrà, *num.* 17.

Quid tribunal?

Herodoto.

Et subsellia?

Ascon.

6 Sella Curulis propria Consulum, instituta à Tullo Hostilio, debellatis Hetruscis, quasi insigne Magistratuum; uti refert Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 6. sella erat eburnea; qua in publico & privato loco sedendi causa utebantur: quod quidem eis cùm Prætoribus commune fuit. Rosin. 7. *Antiq. Rom.* cap. 11. Nobiles iuvenes visitantes ægrotum, noluerunt accedenti in idem obsequij munus, Prætori, locum urbanè comiterque dare; quippe illis visus estò dignitate ornatus, propter ignobilitatem indignus. Præsensit Prætor iniuriam, & inuit afferri sellam, interim stantes lactans comitatis verbis. Allata est, tuncque circunstantibus dixit : *Sedeamus, amicique animum languentem suavitate levemus.* Ita Erasmus in *Apothem. Rom.* ex Valer. Maxim. Ex ebore factas sellas Curules, asserunt Cassiodor. lib. 2. *Var.* Epist. 1. & Sidon. Apollinar. *lib.* 8. *Epist.* 8. Auson. *Epist.* 20. v. 3.

Quę & qualis sella Curulis?

Erasm.

Quamquàm & fastorum titulo prior, & tua Romæ
Præcesserit nostrum sella Curulis ebur.

Auson.

Senatores enim in veterum ætate, qui Curulem magistratum gessissent, curru solitos honoris gratiâ in Curiam vehi, in quo curru sella erat, supra quam considerent, quæ ob eam causam Curulis appellaretur: sed eos Senatores (inquit Aul. Gell. *lib.* 3. *cap.* 18.) *qui magistratum Curulem nondum ceperant pedibus itavisse in Curiam.* Hæc Ædilibus Patricijs, prætoribus & Consulibus, ut notat Rosin. d. *lib.* 7. cap. 25. Unde Ausonius in *Gratiarum action.* pro Consulatu, infit: *Ista autem sedes honoris, Sella Curulis, gloriosa pompis imperialis officij, in cuius me fastigio posuisti*, &c. Quibus signata sedes, tanquam Magistratus insigne, quod abolitum Cæsaris insolentiâ, accinit Lucan. 3. *Pharsal.* à v. 105.

Aul. Gel.

Concessa maioribus magistratibus.

Auson.

——*Non Consule sacræ*
Fulserunt sedes : non proxima lege potestas
Prætor adest : vacuæque loco cessere Curules.
Omnia Cæsar erat.

Lucan.

Pòst insigne fuit Imperij Supremi: *Sella Curulis Imperatorum insigne fuit, sicut palmata toga.* Servius ad illud Virgil. 11. *Æneid.* v. 334. *Et sellam regni, trabeamque insignia nostri.* Illustrat variâ ac speciosâ eruditione La-Zerd. hìc. Auson. in *Urbib.* Epigram. 13. *Salve urbis genius, ibi sella Curulis.* Imperatores sæpe inter duos Consules in sella Curuli, aut tribunitio subsellio sedebant; qui quidem honor Iulio Cæsari primo omnium constitutus, ut in Senatu in sella Curuli inter Consules sederet, post Augusto. Ita observat ex Dion. Bulenger. d. *lib.* 1. *cap.* 19. Detulerunt huiusmodi honorem alijs pòst Imperatoribus. Unde de Claudio dicit Sueton. in eo, cap. 23. *De maiore negotio acturus, in Curia medius inter Consulum sellas, tribunitio subsellio sedebat.* Causa quare è tribunitia sella maiestas amplior; fuit, quia dignitas sacrosancta dicebatur, eò quòd sub pœna capitis, quod non habebant Coss. à nemine lædi quibat Tribunus: quo quidem munere impunes etiam dirâ tyrannide furebant Imperatores. Vide Pompon. Lætum, & Feneste11. de *Magistratib. R.* & Rosin. de *R. Antiq.* lib. 7. cap. 23. Unde Symmachus, *lib.* 5. *Epist.* 5. ait: *Tua amplitudinis Curulem stipabunt, obsequia multorum.*

Deinde sellæ Imperatoribus.

Symmach.

7 Præter eboris materiem sericis velis ornabatur Curulis, inhibitis coronis oblongis, ut patet leg. 8. *duodecim Tabul.* de qua Hubert. Golz. in *Fast. Cæsar. & August.* & Rosin. *lib.* 8. *cap.* 6. *Ut plurimum quatuor lignis incurvis Curulis constitit, funibus ita vincta, ut aperiri claudique posset. Quare per gradus in sellam Curulem ascendendum*

Buleng.

dum fuit: Infit Bulenguer. Aliud arbitror lecticam, seu sellam gestatoriam; aliud Curulem, in quàm, quia tribunal in edito loco (cuius in summitate sella) per gradus necessarium ascendere: quæ quidem nec velis, nec funibus fulciebatur. Arbitror hoc ad lecticam pertinere, quæ à servis gestabatur. Claudian. de 4. *Honor. Consulat.* vers. 565.

Distincta à lectica.

Portatur iuvenum cervicibus aurea sedes.
Obnixisque simul pubes electa lacertis,
Sidereum gestaret onus.

Uberrimè argumentum tractat Iust. Lips. 1. *Elector.* cap. 19. In Curulem tribunalia arbitror gradus fuisse, signatque Sidonius in *Panegyr.* Antem. à v. 235.

Sidon.

Hinc reduci datur omnis honos, & utrinque magister
Militiæ, Consulque micat, coniuncta potestas
Patricij, celerique gradu privata cucurrit
Culmina, conscenditque senum puer ipse Curulem:
Sedit, & emerito iuvenis veteranus in auro.

Non autem in sella, qua Magistratus vehebatur in aulam: varia, quantum auguror, dicuntur de Curuli, quo nomine utraque sella insigniebatur; quæ non opponuntur, modò discriminatim intelligatur de sella Curuli in viam ad Palatium, & de Curuli, ubi sedes in iudicium: etenim etiam hæc currus habebat formam. An pro insigni supremæ maiestatis finxerint, vel formam ex Scriptura desumpserint; nescio: scio thronum Dei vocari curulem, *Psalm.* 67. 18. *Ezech.* 1. à 4. & Daniel. 7. 9. dicitur: *Thronus eius flamma ignis, rota eius ignis accensus.*

Sedes Dei curulis.

8 De acceptionibus sedis ac sedendis agendum in expositionem genuinam præfatæ Tautologiæ, & affinium. Tres præcipuæ sunt, nimirùm pro convivio, pro iudicio, & regno: aliæ ergo sessionis acceptiones per transennam indicandæ. Sedere pro humiliari interdùm usurpatur. *Sederunt in terra.* Thren. 2. 10. *Ezechiel.* 26. 16. *Ion.* 3. 6. & *Luc.* 10. 13. *Mœsta sedera.* Propert. 1. *Eleg.* 15. v. 11. Hinc pro supplicare, manere ad sententiam iudicum sedentibus in lapidibus *Otioso & Sacro*, de quibus egi *Tom.* 6. *T.* 9. *à num.* 31. Unde Æschyll. in *Persis*, v. 118. *Sedentes in antiqua sede.* Etiam pro supplicatione adorare. *Ingressus David sedit coram Domino.* 2. Reg. 7. 18. Euripid. in *Rhes.* v. 508. *Tymbræum iuxta templum sedens.* Et in *Hercul. furent.* v. 715. *Supplex sede ad sanctas sedes Laris.* Ovid. 1. de *Ponto*, Eleg. 1. v. 52. *Isidis Isiacos ante sedere focos.* Aliquando accipitur pro domicilio. *Sedete in Civitate, quoadusque induamini virtute ex alto.* Luc. 24. 49. *Revertatur vir & sedeat in loco suo.* 1. Reg. 29. 4. *Sedit in torrente Carith.* 3. Reg. 17. 5. *Sedes in Libano.* Ierem. 22. 23. 37. 15. & *Osee.* 3. 4. *Sedistis in Cadesbarne.* Deuter. 1. 46. & *Iudic.* 9. 41. *Longè procul à patria sedeo in Troia.* Homer. 24. *Iliad.* v. 541. *In desertis insidentem sedibus.* Colutus, de *Rapt. Helen.* v. 28. *Regnum à sede Lavini.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 274. *Sola servabat filia sedes.* 7. v. 52. *Iaceo novus incola sedis.* Ovid. 4. *Trist.* Eleg. 1. v. 85. *Romanâ sede fugantes.* Propert. 3. *Eleg.* 3. v. 11. *Minerva Cassandram sede sua vetat avelli.* ibid. 4. *Eleg.* 1. v. 117.

Sedere pro humiliari, assigi, supplicare, & adorare.

Pro habitare.

Episynalœpha vel synæresis.

9 Quandoque sedere Episynalœphicè per Synæresim, usurpatur pro verbo cui iungitur. *Sedit populus manducare*, &c. Exod. 32. 6. Idest, manducavit bibitque populus. *Sedens, & flens.* Numer. 11. 4. *Sedentes flebant.* Iudic. 20. 26. *Ibi sedimus, & flevimus.* Psalm. 136. 1. *Sede tacens.* Isai. 47. 5. hoc est, Sile. *Vide, age.* Plaut. in *Truculent.* Act. 3. scen. 2. v. 13. Homer. etiam Tautologicè & 1. *Iliad.* v. 211. *Sedebant, quiescebantque per sedes*: & 24. v. 521. *Conside in sede, dolores residere finamus*: nimirùm, gaudeamus. Sic plura obvia, potissimè apud Poëtas. Sæpe sedere accipitur præut sonat, pro situ corporis, requie, seu otiositate. *Heli sedente super sellam.* 1. Reg. 1. 9. *Surge, sede, comede.* Gen. 27. 19. *Consurge, sede Ierusalem.* Isai. 52. 2. Hispanicè: *Incorporate, vuelve en ti, descansa.* Homer. 15. *Iliad.* v. 235. *Hectorem sedentem, neque amplius iacebat*: & Iliad. 9. v. 190. *Sedebat cum silentio, & relictà sede, in qua sedebat.* Propert. 2. *Eleg.* 18. v. 36. *Ornata nec sedere velis.* Iovian. Pontan. 2. *Uran.* in Ariet. *Placidaque in sede quietum.* Unde qui aliqua curâ laborat sedendo movetur. Ingeniosè Plaut. *Prolog. Captivor.* v. 2. *Illic qui stant, hi stant non sedent.* Ex motu corporis sedentis prænoscitur in animo pondus acerbitatis.

Sedere quiescere.

Homer.

Non quietè ut sedeat continetur in mentibus animus
Sed mutat pedes, & super utrumque pedem sedet.

Acci-

Accinit Homer. 13. *Iliad.* à v. 279. & de iracundo Telemacho iam pacato, 18. *Odyss.* v. 156. *Sede in sede unde surrexerat.* Hinc qui animo hinc inde vagatur, ancipiti cogitatione, mente duplici, oppositis assentitur, duplicem occupare sedem dicitur: quo scommate Laberius in senatum à Cæsare lectus, cùm à Cicerone ad consessum non reciperetur, dicente: *Reciperem te, nisi angustè sederemus*, mordacitèr respondit: *Miror, cùm soleres duabus sellis sedere.* Macrob. 2. *Saturnal.* cap. 3. Marc. Senec. *Controv.* 18. Erasm. *Chil.* 1. *Centur.* 7. n. 2. Tiraquell. in Alex. ab Alex *lib.* 5. *cap.* 16. & Theobald. Anguilbert. in *Mens. Philosoph.* Tract. 4. cap. 4. Macrob.

10 Econtra igitur etiam sumitur sedere; quatenùs sessio indicet firmitatem animi in proposito. *Ecce egressus est populus sedens contra me.* Numer. 22. 5. *Sedet in insidijs, quasi leo in spelunca, insidiatur.* Psalm. 9. *Div.* 8. *Sederunt Principes & adversum me loquebantur.* 118. 23. *Sedentes pœniterent.* Luc. 10. 13. Virgil. 2. *Æneid.* à v. 650. *Fixusque manebat, & sedibus hæret in ijsdem: & sedet hoc animo.* Ibid. *lib.* 7. v. 611. *Sedet patribus sententia pugnæ.* Adi La-Zerd. Absolutè ibid. exprimit Vates, v. 367. succinens: *Pro immota tabilitate animi.*

Si gener externa petitur de gente Latinis,
Idque sedet, Faunique premunt te iussa parentis, &c. Virgil.

Sæpe quoque usurpatur pro nihil agere, dormire, vel verbo substantivo. *Maria domi sedebat*: idest, domi erat, vel in recessu domus in sua negotia. Hellenismus est, quo frequenter utitur Homerus. De ancillis, quæ perfecerant iussa coram hospitibus, à Penelope insinuata, dicit 17. *Odyss.* v. 90. *Euntes in sedibus sederunt*: idest, in recessum domus seu propriam habitationem se absconderunt, oculos fugientes virorum: quod ab Herodoto *lib.* 1. *cap.* 16. dicitur: *Ad sua quemque abire*: quod in eadem significatione videmus Ioann. 20. 10. *Abierunt ergo discipuli ad semetipsos.* Homer. quo dudùm, v. 70. *Illic sedit iens*: & *Odyss.* 15. v. 221. & 552. *Obedierunt, & statim ingressi in sedibus sederunt*: nimirùm, suo quisque loco ac officio incubuit. Patet sedere sumi pro verbo substantivo, sicut Esth. 5. 9. & 13. *Mardochæum sedentem ante fores palatij, fores regias.* Psalm. 25. 4. *Non sedi cum concilio vanitatis*: sicque alia, quapropter cùm sessio non agentis sit, usurpatur interdùm pro nihil agere & sedere pro desidere; ut observat Lel. Bisciol. Tom. 2. *Horar. subseciv.* lib. 10. cap. 3. *Mulier stulta sedet in foribus domus suæ super sellam*, &c. Prov. 9. 14. *Mulieres circundatæ funibus in vijs sedent.* Baruch. 6. 42. *Genes.* 38. 21. & *Ierem.* 3. 2. Homer. 21. *Odyss.* v. 421. *Ex sede sedens.* Virgili 12. *Æneid.* v. 15. *Sedeant, spectentque Latini.* Quo sensu sæpe dicitur, arma silent, causa dormit, cura sedet; de quo Demosthen. 1. *Philipp.* Cicer. in *Pison.* & Erasm. cum Gilbert. Cognato, *Centur.* 2. *Adag.* 166. De doctoratu & magisterio in sacris, 2. Reg. 23. 8. *Sedens in cathedra sapientissimus*: idem *Psalm.* 1. 1. *Matth.* 13. 1. 23. 2. 26. 55. *Marc.* 12. 39. *Luc.* 5. 3. & *Ioann.* 8. 2. Horat. 1. Satyr. 10. v. 91. *Plorare Cathedras.* Martial. 12. *Epigram.* 18. *Rupta proximâ vestis è Cathedra.* Iuvenal. *Satyr.* 1. v. 65. *Nuda cathedra.* Consule Bulenger. de *Imperat. Rom.* lib. 2. cap. 19. Pro otio, desidia, vel verbo substantivo. Herodot. Pro docere.

11 Pro sepulchro etiam intelligitur sedes. *Sedebit populus in pulvere.* Isai. 32. 18. *Sedentes in tenebris*, &c. Psalm. 106. 10. & 138. 2. *Cognovisti sessionem & resurrectionem meam. Sedes Apostolorum* frequenter dicimus de sepulchris Petri & Pauli. *Sedem Quirini*, de tumulo Romuli; Claudian. de *Bell. Getic.* v. 101. *Sedibus hunc refert antè tuis, & conde sepulchro.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 152. Plin. *lib.* 7. *cap.* 55. *Quæ deinde sedes?* Has sedes perpetuas æternasque Prisci dicebant. Sidon. Apollinar. *lib.* 2. *Epist.* 8. inquit: *Perpetuis sedibus dormienti similis illata est.* Ita perpetuas Ethnici arbitrati sunt, ut religio esset, Ossa è sede movere. Unde Auson. de *Profess. Epigram.* 27. v. 11. succinit: Sedes pro sepulchro.

Sedem sepulchris servet immotus cinis,
Memoria vivat nominum. Ausonius.

Innuit Plinius, *lib.* 10. *Epist.* 73. quærens à Traiano, an transferri possint defunctorum reliquiæ: *Petentibus quibusdam* (inquit) *ut sibi reliquias suorum, aut propter iniuriam vetustatis, aut propter flumminis incursum, aliaque his similia quæque, secundum exemplum Proconsulum, transferre permitterem; quia sciebam in Urbe nostra ex huiusmodi causa collegium Pontificum adiri solere; te Domine, Maximum Pontificem consulendum putavi, quid observare me velis.* Adi Tull. Cicer. 2. de *Legib.* Dempster in *Rosin.* lib. 3. cap. 33. & Iurisperitos in leg. ultim. C. Theodos. de *Sepulc. violat.* maximè Paul. leg. 40. ff. de *Relig. & sumptib. funer.* Plin.

Hug

12 Huiuſmodi mos inter Romanos inolevit, ex quo deſtructâ Alba-Longâ (iuſſu Tulli Hoſtilij per M. Horatium, propter Sufetij inſidias, de quo Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib.3.cap.27.* & Tit. Liv. *lib.1.* à ſect 95.) deducti ſunt cives, & antiqui Penates, quos è Troia Æneas Lavinium collocarat, & Aſcanius Albam tranſtulerat; nimirùm, ut ſignat Virgil. 2. *Æneid.* v. 296.

Virgil. ——*Et manibus vittas, Veſtamque potentem*
Æternùmque adytis effert penetralibus ignem.

Quæ dicta Sacra immobilia apud Romanos?

Hæc ſacra ſublata Romam deportarunt, in quorum tranſitu inſignis lapidatio de cœlo facta: & propter grandinis inuſitati ponderis prodigium, inſpectis extis aclibris Sibyllinis iuſſu Senatus ſacra in Alba à Pontificibus renovata ſunt: tanta enim repentè grando cecidit, ut intelligerent ſuis locis ſacra non eſſe movenda. Alij aſſerunt mota fuiſſe, Romam translata, ſed grandine partim reſtituta, ac partim Romæ ſub Veſtalibus in templo Numæ ſervata; ad quod alludere videtur Iuvenal. *Satyr.*4. à v. 60.

Iuvenal. ——*Diruta ſervat*
Ignem Troianum, & Veſtam colit Alba minorem.

Ita Iſaäc Grang. & Eilhard. Lubinus hìc. Hæc inſignia erant Penates & ignis, quæ Hector in ſomnis Æneæ tradidit.

Virgil. *Sacra ſuoſque tibi commendat Troia Penates:*
Hoc cape fatorum comites, his mœnia quære.

Virgil. d. v. 293.

13 Alij, quia in fabulis liberè comminiſcitur quiſque; dixerunt ſpontè ex Lavinio quò illa collocarat Æneas, in Albam cum Aſcanio tranſmigraſſe. Violenter Romam, qua de cauſa amore antiquæ ſedis fecerunt translationem irritam; igitur tota illa ſacra ſupellex noctù avolavit in propria. Hinc Lucan. 9. *Pharſal.* à v. 992.

Lucan. *Servat & Alba Lares, & quorum lucet in aris*
Ignis adhuc Phrygius, nullique aſpecta virorum
Pallas, in abſtruſo pignus memorabile templo.

Nodus ſiccine occurrebat, ſolutione difficilis, quippe Virgilius, ut vidimus *num.*antec. dicit: *Æternùm adytis penetralibus ignem.* Quomodò mutatione ſedis, erit æternitas penetralibus adytis? Sudent addicta Virgilio ludicra ingenia. Fabula diſſolvitur fabulâ. Audi mira, ſeu potiùs ride. *Pallantis filiam legimus* (ait Pier. Valerian. 42. *Hieroglyph.*cap.29.) *cum Dardano in Arcadia nuberet, dotis nomine munera Palladis attuliſſe, ſcutum quippe breve cœlo lapſum, quod Palladium appellarunt, cumque huiuſmodi ſcuto Magnorum Deorum ſimulacra. Ortâ autem ſeditione in Peloponneſo Dardanum inde cum uxore & magnâ Arcadum manu vertiſſe ſolum, atque in Samothraciam navigaſſe, ubi dotalibus muneribus templum erexit, quibus occultas inſtituit cæremonias, ut ſacra illa ſepararet à vulgi cognitione. Simulacra itaque in ſubterraneo ſpecu condidit; quæ mox cùm inde in Aſiam tranſmigraret, ſecum advexit, & in Dardania, à ſe nuncupata, collocavit. Ilus cùm Ilion ædificaſſet, eò Deos ipſos tranſtulit. Æneas ex incendio Troiano ablatos in Italiam vexit, eoſque Lavinij poſuit. Aſcanius in ſuam Albam traduxit, pulcherrimo illis templo ædificato: verùm aiunt ſequenti nocte Penates, nullo ferente, Lavinium redijſſe, oſtia clauſa inventa, parietes integros, & tectum nullà in parte violatum: quo miraculo motum Aſcanium, aiunt, ſexcentos Curatores Lavinium miſiſſe, qui ſacra cuſtodirent, præfectumque his antiſtitem Egeſtum nomine.* Liquet hac fabulâ verax Virgilius, quaſi magni momenti eſſet, ne mendax inveniretur, qui ſemper mendax. Itu ſemper in penetralibus, eademque ſede, æterni ignes & non violabile Numen. Hoc eſt Palladium, de quo tot ſuperſtitiones; cuius fabulas retulimus in *Ephemer.* varijs in locis. Addit Pierius-contra præfatos fabulatores: *Penates*

Idem. *ijdem Romam translati, cùm Urbem approbaſſent, nequaquàm abierunt: cùmque eos Romani in Urbis imperijque ſui cuſtodes admiſiſſent, ne per vim aut dolum auferri poſſent; eos in ſubterraneo, ut Dardanus fecerat, ſpecu, templo ibi dedicato poſuerunt: in quo quidem templo* (cuius formam videris apud Chartar. in *Magna-Matre*, pag.150.) *id præcipuè religionis obſervabatur, ut ſpuere nefas eſſet.*

14 Ergo iam in principalis ſedis ac ſeſsionis acceptiones; quarum prima eſt ſeſsio pro convivio, vitaque felici in maieſtate ac poteſtate, ſub cuius metaphora Chriſtus Dominus diſcipulis de imperio contendentibus dixit: *Ego diſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus, regnum; ut edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos, iudicantes duodecim tribus Iſraël.* Luc. 22. 29. Regnum Dei non

Sedere pro epulari. Luc.22.29

eſt

est esca & potus. *Non enim* (hìc subdit Ambrosius) *victus & potus nobis præmij loco spondetur & honoris; sed communicatio gratiæ cœlestis & vitæ*: quæ sub speciebus cibi & potus nobis exponuntur, ut illud Apocal.2.7. *Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradyso Dei mei*: & Eccli.24.29. *Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sitient.* Psalm.35.9. *Torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Dixi, *Tom.4. T.11. n.12.* & habetur de *Consecrat.* distinct.2.cap. *In quibus.* Catachresis est, *Ut edatis & bibatis*; intellectionem denotans per escam, delectationem per potum. Spiritualia enim cœlestis patriæ, sensibilium similitudine sensibilibus hominibus exponuntur: mensa enim tot deliciarum, gloriosum sanè æternæ felicitatis convivium. Appositè Alapide hìc. *Cœlestis gloriæ delicias & honores* (inquit) *sæpe in Scriptura comparantur convivijs, epulisque cibi & potus, ac primis in mensa cum Rege consessibus; quia homines carnei hæc maxime sapiunt, & capiunt, spiritualia autem æstimare nesciunt: & quia cibus & potus nobis incorporantur, fiuntque nostra, uti in cœlo per visionem beatificam, aliasque dotes gloriosas Deus nobis quasi incorporabitur, fietque noster.* Iuvenc.3.de *Histor. Evangel.* v.538.

Ambros. Catachresis. Alapid.

Præcepit proceres convivia lata frequentent,
Regales Thalamos, regalis pocula mensæ,
Magnificasque dapes.

Iuvenc.

15 Sedere de convivio elucet non aliena in sacris acceptio pro Tautologiæ institutio. De Synagoga dicitur Ezechiel.23.41. *Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te*: ritus ab Hebræis sumptus ex Gentibus, qui pridem sedentes edebant. *Genes.*37.25.& 43.32. de fratribus Ioseph, ab illo in convivium invitatis, dicitur: *Qui vescebantur, sederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam.* Quod etiam astruit Philo, lib. de *Ioseph*, subdens: *Iussi sunt sedere: nondum enim discumbendi mos receptus erat.* E luxu orti huiusmodi ritus & ex Provincijs subiugatis etiam apud Romanos: etenim Prisci sedentes erat ad mensam. *Sedes dictæ* (inquit Isidor.20. *Etymolog.*cap.11.) *quod apud Veteres Romanos non erat usus accumbendi; unde considere dicebantur. Posteà ut Varro ait de Vita pop. Roman. Viri discumbere cœperunt, mulieres sedere; quia turpis visus est in muliere accubitus.* Innuit quoque Valer. Max. *lib.2. cap.1. n.2. Fœminæ cum viris cubantibus sedentes cœnitabant: quæ consuetudo ex hominum convictu ad divina penetravit: nam Iovis epulo ipse in lectulum, Iuno & Minerva in sellas ad cœnam invitantur. Quod genus severitatis ætas nostra diligentius in Capitolio; quàm in suis domibus servat: videlicèt, quia magis ad rem pertinet Dearum, quàm mulierum disciplinà contineri.* Decursu temporis vigente lascivia, irrepsit usque in scandala corruptela, ut videsis apud Sueton.in *Caligul.*cap.25 Priscis temporibus Heroes sedentes epulabantur, ut observat passim Athen.quem adeas, *lib.1. 5.7.& 11.* Virg.7.*Æneid.*v.175.

Ezechiel. 23 41. Philo. *Prisci non discubebant sed sedebant ad mensam.* Isidor. Val. Max.

Hæ sacris sedes epulis, hìc ariete cæso
Perpetuis soliti patres considere mensis.

Virgil.

Servius hìc: *Romani & duobus tantùm cibis utebantur, & in atrijs edebant sedentes.* Ioann.Freishem. d. ex Dure astruit aliquando Alexandrum cum quadringentis Ducibus cœnasse in sellis aureis & argenteis: & veste purpureâ sedentes convivio excepisse. Consule Stuck.*Convival.*lib.2.cap.34. Bulenger.de *Conviv.*lib.1.cap.32.& Delr. in Senec. *Thyest.* v.908. Prævaluit pòst inter illos accubitus: quapropter nisi in sacris Herculis (de quibus Halicarnas.*lib.*1.cap.19.& Macrob.3. *Saturnal.* cap.6.) ubi observatio ad esum eviscerationis sedere; & in convivijs fato functorum, qui dicebantur *Silicernia*; nemo Romanorum ad mensam sedebat: verùm si factum, propositum erat denotare luctum ac ex infelicitate cordolium. Ita de Catone Uticensi, in eo refert Plutarchus. *Cœnabat sedens ex eo die quo cladem Pharsalicam intellexisset: idque ad cæterum luctum addidit, nec recumbebat*: & in fin. *Lotus cum multis cœnavit sedens, ut consueverat post bellum.*

Serv. *Quid silicernia?* Plutarch.

16 Dij olim epulabantur sedentes, ut sobrietatem situ indicarent, quæ observari difficile in accubitu, reclinatâ videlicèt superiore corporis parte in lævum latus, inferiore in longum protecta & iacente, capite leniter erecto, dorso à pulvillis modicè suffulto, ut observat Philander in *Vitruv.* De Dijs ergo vocatis in nuptias Thetidos, succinit Catullus, *Carm.*65.v.303.

Qui postquàm niveos flexerunt sedibus artus
Largè multiplici constructa sunt dape mensæ,

Catull.

De-

Et lectisternia?

Devoluto tempore lectisternia fuerunt in usu, & etiam concessa Dijs, de quibus egi in *Ephemer.* Prolog. Galeat. §. 7. n. 3. & alijs in loc. sed cum discrimine: igitur *Accumbere* erat Deorum, & hominum proprium *Discumbere*, sicut ferarum *Recumbere*: ita Helonius Acro in *Horat.* 1. Carm. Od. 27. Ovid. 8. *Metam.* fab. 7. *Accubuere Dei.* Virgil. 1. *Æneid.* v. 83. *Tu das epulis accumbere Divum.* De hominibus convivis discubitus ibid. à v. 703.

Quid inter Accumbere, Discumbere & Recumbere?

Virgil.

Iam pater Æneas, & iam Troiana iuventus
Conveniunt, stratoque super discumbitur ostro:
Convenere iussi toris discumbere pictis.

Omnes istæ acceptiones voluntariæ sunt, quippe præfata verba promiscuè in AA. inveniuntur. *Quid Tyrio recubare toris, prodest?* ait Tibull. *lib.* 1. *Eleg.* 2. v. 27. *Ex quibus constat Annibalem nec tunc cum Romano tonantem bello Italia contremuit, nec cùm reversus Carthaginem summum imperium tenuit, cubantem cœnasse*: ait Iustin. *lib.* 32. Patet *Recumbere* non esse brutorum (omissis testimonijs sacris) sicut *Accumbere* dici de hominibus. *Eodem etiam lecto Scipio atque Asdrubal, quia ita cordi Regis accubuerunt.* Tit. Liv. *lib.* 28. sect. 131. Plaut. in *Amphitr.* Act. 2. scen. 2. à v. 172. succinit:

Iustin.

Tit. Liv.

Plaut.

Cœna apposita est, cœnasti mecum, ego accubui simul.
In eodem lecto? In eodem. Hei, non placet convivium.

Idem videris apud Ascon. in 3. *Verr. Cicer.* Columell. *lib.* 11. *cap.* 1. & Petron. in *Satyric.* pag. 20. Ex sacris Sedulius Præf. in *Opus Paschal.* v. 1. inquit:

Sedul.

Paschales quicumque dapes conviva requiris
Dignatus nostris accubitare toris. &c.

Denique de Dijs dicitur discubitus. Unde in convivio dodecatheo, quod instituit arroganter Augustus, malè vel ab amicis audiens, dicit Sueton. in eo, *cap.* 70. *Cœna in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse convivas, & ipsum pro Appolline ornatum.* Quotidie Caligula huiusmodi vanitate spectabilis habitu surgebat Deus. Idem in hoc monstro, *cap.* 52.

Sueton.

17 Postquàm triclinia inventa sunt, non repentè fœminæ admissæ in accubitum, sed iuxta sedentes epulabantur, ut vidimus, *num.* 15. sicut filij & alij proceres, amicique occupatis pulvinaribus accedentes. *Adhibebat cœnæ & liberos suos cum pueris, puellisque nobilibus, qui more vetere ad fulcra lectorum sedentes vescerentur*: dicit de Claudio Sueton. *cap.* 32. De Augusto, *cap.* 65. inquit: *Neque cenavit unà, nisi ut in imo lecto assiderent nepotes.* Tacit. 13. *Annal.* cap. 16. *Mos habebatur Principum liberos, cum cæteris idem ætatis nobilibus, sedentes vesci in conspectu propinquorum, propriâ & parciore mensâ.* Philostrat. lib. 2. de *Vit. Apollonij*, cap. 3. *Rex indorum* (ait) *in lecto ex stramentis facto, accubabat, iuxtaque ipsum ex agnatis eius ad summum quinque: cæteri sedentes in sellis epulabantur.* Sed notandum singulis singulas mensas apponi, quod observavit Petron. d. fol. 19. *Itaque iussit senex suam cuique mensam assignari.* Astruit ex Homero Athenæus *lib.* 1. *cap.* 19. & Cornel. Tacit. de *Morib. German.* cap. 22. *Lautè* (infit) *cibum capiunt, separatæ singulis sedes, & sua cuique mensa: tum ad negotia, nec minùs sæpe ad convivia procedunt armati.* In 2. p. *Indiæ Orientat.* Icon. 3. de Chinensibus dicitur: *Tot mensas hospitibus invitatis apponi maximo cum apparatu, quot eorum vocati. Siquis non comparuerit, illi nihilominùs mensa pari cum apparatu sternitur, appositis cibis non coctis; quos deinde peracto convivio ad ædes illorum, qui à convivio abfuerunt, cum pompa deferunt.* Hinc in convivijs subsellia: non ea acceptione qua in senaculis & theatris dicebantur inferiora sedilia, de quibus Plaut. Prolog. in *Pœnul.* v. 5. *Sedeant in subsellijs*; sed quia qui nullam lectuli partem occupabant, iuxta lectum subsellijs sedentes edebant. Unde parasitus apud eundem in *Stich.* Act. 3. scen. 2. v. 32. dicit:

Idem.

Usus Principum in mensa cum liberis.

Tacit.

Philostr.

In cõvivijs, singulis singulæ mensæ.

Tacit.

Ioan Theodor.

Quid subsellia in convivijs?

Plaut.

Haud postulo equidem me in lecto accumbere:
Scis tu me esse imi subsellij virum.

Cur dicta Cynica sedes

Imum subsellium à Lipsio, Gruter. Acidalio & Meursio, *Sedes Cynica* dicitur; quia Cynici non in lectulis cœnabant, sed uti servi in subsellijs. Ita Frider. Taubmann. hìc *Act.* 5. scen. 4. v. 21. ubi parasitus strategus convivij constitutus, urbanè, sed ob ingluviem respondit: *Potius in subsellio Cynicè accipiemur, quàm in lectis.*

18 Posterioribus temporibus, florente imperio, non solùm valuit, sed & prævalnit luxus moderatrice lasciviâ: etenim uxores, meretrices, & pellices gremijs impositas, ac

vel

veluti in se reclinatas, in cœnis Romani fovebant. De Caligula Sueton. *cap.* 24. *Cum omnibus sororibus sui stupri consuetudinem fecit: plenoque convivio singulas infra se collocabat, uxore suprà cubante*: quo loco Salmasius infit: *Sorores infra se, ideſt, in sinu collocabat, quasi iustas uxores, legitimâ consorte loco pulsâ.* Cicer. 2. in *Catilin.* inquit: *In convivio accubantes, complexi mulieres impudicas.* Ovid. 2. *Amor.* Eleg. 2. v. 62. *In gremio iudicis illa sedet.* Iuvenal. *Satyr.* 2. v. 119.

Sueton. Salmas. *Fœminæ cubantes in convivijs.* Iuvenal.

Signatæ tabulæ, dictum feliciter, ingens
Cœna, sed in gremio iacuit nova nupta mariti.

Usquequaquè invenitur usus apud Apuleium, qui lib. 6. *Metam.* ait: *Accumbebat summum torum maritus, Psychem gremio suo complexus.* Alia videris apud Bulenger. d. *cap.* 32. & Dempster. in *Rosin.* lib. 5. cap. 26. Inter Romanos dixi inoleviſſe abusum, Græcia persistente in prisca circunspectione. *Non eadem omnibus* (inquit Æmil. Probus Præfat. in *Vit. Illustr.*) *esse honesta atque turpia; sed omnia maiorum institutis iudicari* :. *pleraque nostris moribus sunt decora, quæ apud Græcos turpia putantur. Quem enim Romanorum pudet, uxorem ducere in convivium; quod multo sit aliter in Græcia: nam neque in convivium adhibetur, nisi propinquorum: neque sedet nisi in interiore parte ædium, quæ gynæconitis appellatur, quò nemo accedit, nisi propinquâ cognatione coniunctus.* Ut ergo constet ordo huiusmodi usus in expositionem clariorem sacri, de quo sermo, textus; aliqua præmittenda.

Apul. Æmil. Prob.

19 Primò cœnam dici ab Antiquis, quod nobis prandium; & vespernam quæ nobis cœna. Festus Pompeius *lib.* 3. & Rosin. d. *cap.* 27. Hora diei nona. Deinde vestes cœnatorias in accubitum admissas, usualibus depositis, de quo Bulenger. d. *cap.* 35. Allusio fit Matth. 22. 12. *Quomodò huc intrasti non habens vestem nuptialem?* Iul. Capitol. in *Maximin.* inquit: *Ipse puerulus, cùm ad cœnam ab Alexandro esset rogatus in patris honorem, quòd ei deesset vestis cœnatoria; ipsius Alexandri accepit.* Idem Iust. Lipsius 1. *Saturnal.* cap. 2. ubi selecta inveniens. Aristophanes in *Aves*, Act. 17. signat etiam usum inter Græcos: etenim v. 128. inquit: *Nuptialem vestem det aliquis mihi huc.* Triclinia & lectuli divitibus ornabantur tapetijs.

Cœna ab antiquis dicta, quod nobis prandium: & vesperna, cœna. Capitol. Aristoph.

——Aulcis iam se regina superbis
Aurea composuit sponda.

Virgil.

Modulatur Virgil. 1. Æneid. v. 701. Erant stragulæ, quæ substernerentur, erant quæ circumponerentur, erant & quibus accumbentes operirentur. Unde apud Iul. Pollucem, *lib.* 10. *cap.* 27. dicitur: *Amphitapetia utrinque villasa, pulvilli subalares, strata, cubitalia, stragulæ, toralia, lodices.* Lamprid. in *Heleogabalo* pro eius mollitie, & convivantium vellicatione, inquit: *Non cubuit in accubitis facilè, nisi ijs qui pilum leporinum haberent, aut plumas perdicum subalares, sæpe culcitras mutans: villoribus amicis folles pro accubitis sternebat, eosque reflabat prandentibus illis; ita ut plerunque sub mensis invenirentur.* O insigne caput! Hinc ne conspurcarentur lectuli, soleas deponebant convivæ, discalceati à servis. *Fuerunt soleæ, quas tamen accubituri* (ait Levin. Torrent. in illud Horat. 2. *Satyr.* 8. v. 76. *Conviva comis & soleas posceit*) *in convivio deponere, & à mensa discessuri iterùm sumere solebant.* Plaut. in *Trucul.* Act. 2. scen. 8. v. 1. *Date soleas* Martial. *lib.* 14. *Epigr.* 65.

Ornatus mensarum in discubitum. Pollux. Lamprid. *Deponebantur soleæ.*

Defuerit si fortè puer, soleasque libebit
Sumere, pro puero proderit ipse sibi.

Martial.

Fusè Turneb. 24. *Advers.* cap. 17. Horat. 1. *Epist.* 13. v. 15. *Cùm pileolo ferre sub ala soleas*: & Martial. 3. Epigram. 50. *Deposui soleas.* Vid. dicta *Tom.* 3. *T.* 5. *num.* 12. Specimen huiusmodi moris videtur in Biblijs: etenim Baptista de Christo dicit, Luc. 3. 16. *Cuius non sum dignus solvere corrigiam calceamentorum eius.* Ex quo intelligitur, quo pacto iuxta Hebræorum consuetudinem, Christus nudis pedibus accubuerit in convivijs, quos commodè Magdalene stans retro posset lavare lachrymis, capillis tergere & aromatibus ungere. Ibid. 7. 38. Ut posset etiam feliciter dicere: *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum.*

Luc. 3. 16. & 7. 38.

20 Ut clariùs procedamus ex Lipsio tot. lib. 3. *Antiq. lection.* (ex quo posteriores decerpsere eruditionum flosculos) delibabimus modum accumbendi, & loci eminentiam in accubitu. Virgil. 6. *Æneid.* a v. 603.

Modus accumbendi.

——Lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæque ante ora parata
Regifico luxu.

Virgil.

Diſpoſitis ergo pulvillis, tapetijs, ſtromatibus ac toris, primus decumbebat ad caput lecti, cuius pedes prorrigebantur pone ſcapulas ſecundi: ſecundus occiput obvertebat ad primi umblicum pulvillo interiecto, & pedes iacebant ad caput tertij vertus tergum: ſic deinceps tertius & quartus. Unde Horat. 1. *Satyr.* 3. v. 19.

Horat.

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos.

Qui locus honoratior in convivio?

Vacua toris relinquebatur quarta pars menſæ, ut inferrentur miſſus: Is qui primus & ad caput lecti decumbebat *Summus* dicebatur, qui ad pedes *Imus*, qui inter illos *Medius*. Si tres convivæ in uno lecto, *Medius* dignisſimus: proximus, honore *Summus*. Si quatuor, *Medius* erat proximus à Summo. Si duo tantùm, *Summus*. Vid. Buleng. d. *cap.* 32. Roſin. d. *cap.* 28. & Hieronym. Mercurial. 1. *Artis gymnaſt.* cap. 11. Ita ergo elucet, quomodò dilectus diſcipulus in noviſsima cœna, cùm immediatè accumberet, in ſinu Ieſu recubuit. Ioann. 13. 23. Ita Ciaccon. de *Triclin.* etſi aliter cogitet Caiet. & iurè.

Ezech. 23. 41.

21 Modò in textum Ezechielis de laſciva meretrice Synagoga. *Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te.* Dictum quibus tapetijs ornata cubilia in diſcubitum: quod etiam exprimitur Proverb. 7. 16. *Intexui funibus lectulum meum, ſtravi tapetibus pictis ex Ægypto: aſperſi cubile meum myrrhâ & aloë & cinnamomo.*

Amos. 6. 3

Amos 6. 3. *Appropinquatis ſolio iniquitatis*, variè ornato (de quo latè Bulenger. d. à *cap.* 38.) in accubitum & convivij ſplendorem; quin obſtet, quod dicatur *Sediſti*: dicit enim *In lecto*, ut notetur diſcubitus. Obſervat hìc n. 80. Doctiſſ. Sanctius. *In nuptialibus* (inſit) *inſtructum geniale convivium cum ſtrato ſeu lecto, quòd unguentis irrorabatur & pretioſo aromate: ubi accubitus lectulum ſignificat non cubicularem ad ſomnum, ſed diſcubitorium ad menſam*: ut ad illam ſederet quæ à ſponſo receſſerat cum ſuis amatoribus ſupremo in loco, pulcherrimo lecto. Val. Flacc. 2. *Argonaut.* v. 346. de Medea ſuccinit:

Menſa pro lecto diſcubitorio.

In medio Æſonides iam ſe Regina locavit,
Pòſt alij Proceres.

Val. Flacc.

Virgil. 5. *Æneid.* v. 290. *Conſeſſu medium tulit.* lib. 1. v. 702. *Iam ſe regina ſuperbis aulæis compoſuit, mediamque locavit.* Conſule Ciaccon. d. de *Rom. Triclin.* Leopard. *lib.* 19. *cap.* 4. Tiraquell. quo ſupr. de *Primigen.* à n. 116. & Mendoz. *Viridar.* 8. *Saturnal.* Decad. 2. *cap.* 5. Opportunè Sil. Italic. 11. de *Bell. Punic.* v. 271.

Inſtituunt de more epulas, feſtamque per urbem
Regificè extructis celebrant convivia menſis.
Ipſe Deum cultu & ſacro dignatus honore,
Præcipuis, multoque procul ſplendentibus oſtro
Accipitur ſublime toris.

Sil. Ital.

22 Ita ergo ſeſsio claret pro convivio, atque convivij apparatu: & meo iudicio propriè ſeſsio, quæ vocatur lectus pulcherrimus, ante quem menſa exornata: uti hòdie fit cum fœminis patritijs, quibus ſedis loco ſufficitur pulvinar atque pulvinar, decorèque ſedent. Hoc enim ſenſu in ſacris accipiendus eſt diſcubitus & accubitus, ideſt, ſedere ad menſam. Perſpicuò, 1. Reg. 16. 11. ubi: *Nec enim diſcumbemus, priuſquàm huc ille veniat.* Hebr. *Non circumgyrabimus*: *Non circumibimus.* Maluend. *Non circumſedebimus.* Caietan. *Non circulariter conſedebimus.* Indicatur modus Iſraelitarum ſedendi ad menſam. Quod ex alijs locis conſtat. Iudic. 19. 6. *Sederuntque ſimul ac comederunt.* Hebr. *Diſcubuerunt.* Idem 3. Reg. 13. 20. *Cùmque ſederent ad menſam.* Menſa enim rotunda erat apud Hebræos. *Filij tui ſicut novelle olivarum in circuitu menſæ tuæ.* Pſalm. 127. 3. quæ etiam forma multoties inter Ethnicos. Martial. poſt *Epigr.* 23. & 60. lib. 9. addit lib. 14. *Epigr.* 138. & Iuvenal. *Satyr.* 11. v. 222.

Diſcubitus & accubitus pro ſeſſione ad mẽſam.

Martial.

Iuvenal.

Orbibus in noſtris circulus eſſe poteſt.
Magnos niſi ſuſtinet orbes Grande ebur.

Adi Bulenger. quò dudùm *cap.* 36. & 37. Unde reliqua teſtimonia eadem acceptione intelligenda ſunt. Nimirùm Luc. 7. 36. *Ingreſſus in domum Phariſæi, diſcubuit.* Matth. 26. 20. *Diſcumbebat cum duodecim.* Hoc eſt, ſedebat cum illis ad menſam; ad cuius latus, qui dicitur Sinus, recubuit Ioannes, cuius contiguatione potuit ſecretò interrogare, quæ de proditore diſcupiebat ſcire. Hebræi pro meo captu numquàm niſi ſedentes comedebant, præter Phaſe; etiam in Ægypto ſub captivitate degentes. *Exod.* 16. 3. Hinc modus accumbendi ad menſam ſenſu quo Ethnici (ut aliqui cogitant) diſplicet omninò nobis, quippe dumtaxàt illorum ſtudioſa in novitatem cogitatio, abſque ullo Scriptu-

Luc. 7. 36.

ræ

pturæ fulcro : ſicut ſi aliquis ſomniaret more Ethnico nos ad menſam accumbere, & non ſedere ; quoniam diſcumbimus. Chriſtus invitatos ad nuptias, monet non in primo, ſed in noviſsimo loco ſedem eligere, ne moveantur hinc inde : quod quidem eſſet omninò faſtidioſum, ni ſedes voce accubitus intelligeretur: etenim facilis è ſede motus, & difficilis tot paramentis, ut vidimus, è ſede accubitus. *Luc.* 14. à 7. Nec obſtat cogitationi unctio Magdalenæ (ad cuius apparatum tot molimina) quippe ſive in menſa quadrata, vel lunata, ſive etiam in rotunda, maximè qua parte inferebantur dapes; ſedentis poterat abluere & ungere pedes: quinimò faciliùs, in ſententia aſſerente (antequàm Chriſtus ad menſam ſederet) Magdalenen pridem capillis abſterſiſſe à pulvere pedes Salvatoris (alias unguentem pretioſum eius cederet capillis) pòſtque totum alabaſtri fracti liquorem effudiſſe ſuper caput Ieſu, deſcendentem uſque in pedes, capillis abſterſos; quo diſſolvitur antilogia, de qua nobis ſermo *Tom. ſequent. Tautolog.* 5. *à n.* 56. Videtur conſonum : etenim ut obſervat Alapid. in *Ioann.* 12. 3. *Chriſtus incedebat nudipes, ſoleà tantùm calceatus, quam deponebat more gentis menſæ accubiturus.* Quo ſanè etiam intelligitur illud Baptiſtæ, Marc. 1. 7. *Cuius non ſum dignus procumbens ſolvere corrigiam calceamentorum eius.* Alapid.

23 Objicietur fortè ex Marc. 14. 15. & Luc. 22. 12. ad Phaſe celebrandum deſignatum fuiſſe cœnaculum grande ſtratum : ſcilicèt, ſubdit Alapid. *Inſtructum menſis, lectulis, ſive toris, & tapetibus frondibus inſuper & floribus decoratum, omnique ſupellectili & ornatu ad celebrandum Paſcha apparatum ; ut nihil deſit niſi aſſatio, illatio & comeſtio.* Deſcribitur apparatus ad Phaſe more accubitus Ethnici, ut ejucet, Eſther, 1. à 6. *Pendebant ex omni parte tentoria aërei coloris & carbaſini ac hyacinthini ſuſtentata funibus byſſinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei & argentei ſuper pavimentum ſmaragdino & pario ſtratum lapide, diſpoſiti erant : quod mira varietate pictura decorabat.* Ibid. 7. 8. de lectulo convivali Eſther fit mentio. Quo claret uſus lectulorum genialium in accubitum : verùm more profano, non Hebræo, potiſsimè in Phaſe celebrando : igitur diſtortè aptatur cœnaculum in accubitum cum toris & lectulis, dum agnus edendus ab Hebræis ſtantibus, ſuccinctis lumbis, calceatis pedibus, atque baculos habentibus in manibus ; uti præcipitur *Exod.* 12. 11. & ipſe Alapid. ibid. fatetur. Diſputat Riber. 5. de *Templo*, cap. 3. in fin. ſed quod ſciam, abſque ulla ratione; quoniam lex erat Phaſe ſemper edere, ſicut factum in Ægypto, cultu ſempiterno : verſ. 14. clarèque indicitur v. 25. ubi : *Cùm introieritis terram, quam Dominus daturus eſt vobis, obſervabitis ceremonias iſtas.* Quomodò congruit calceatos celebrare in ſtratis Paſcha; ubi uti vidimus, ad diſcubitus & ſoleæ deponebantur ? Hoc eſt, ni fallor, ſtudere novitati, non veritati. Adiſis Philon. de Sacrific. *Caini & Abel.* Abulenſ. loc. cit. à *quæſt.* 18. & Perer. à *Diſput.* 11. Diſcumbere ergo, ut patet, nihil aliud ſignificat, niſi menſæ adeſſe, ſive ſtando ſive ſedendo : quod phraſi diſcubitus denotatur ; quippe vox Latina, & à Romanis, qui ad menſam ſolebant diſcumbere lectis: & maximè, ſi verum eſt, *Diſcumbentes* dici à *Diſcis* (ut placet Iſidoro *lib.* 20. *cap.* 4.) in quibus apponebantur ad menſam ſedentibus obſonia. Idem. *Chriſtus ſemper, excepto phaſe, ſedit ad menſam, numquàm diſcubuit.* Exod. 12. 25. *An Hebræi ſemel vel ſemper agnum ederēt ſtantes?*

24 Hæccine ſatis in cogitationem, quam ſemper futilem iudicavi. Modò flectatur ſermo in aliam principalem acceptionem Seſsionis. Seſsio ſemper tribuitur iudicanti. *Vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum.* Iſai. 6. 1. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & Antiquus dierum ſedit.* Daniel. 7. 9. *Sedit Moyſes, ut indicaret populum.* Exod. 18. 13. *Sedebat ſub palma* Debora, *aſcendebantque ad eam in omne iudicium.* Iudic. 4. 5. & 5. 10. *Rex qui ſedet in ſolio iudicij.* Prov. 20. 8. De ſe & de diſcipulis ſedes ad iudicium indicat Chriſtus, ut vidimus *num.* 14. iteratque Matth. 19. 18. dicens : *Cùm ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ ; ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes.* Sic alia, expreſsèque conſtat, Pſalm. 121. 5. *Illic ſederunt ſedes in iudicio, ſedes ſuper domum David.* Sedere ſignum iudicum. Inſinuatur uſquequaque iure Civili : leg. 2. D. ad *Senat. Tertull.* lib. 7. D. *de iutegr. reſtit.* & leg. 19. D. de *Offic. Præſid.* Iuſtinian. *Novell.* 11. Marcian. leg. 7. D. *Quod met. cauſ.* Bonifac. in cap. fin. de *Sentent. & re iudicat.* ſentent. 6. & Menoch. lib. 1. de *Arbitrar. iudic.* quæſt. 61. Sæpe ſitum recolit Cicero ex Platon. in *Phædro*, in *Academ. qq.* lib. 2. de *natur. Deor.* 5. de *Finib.* 1. de *Divinat.* ac demùm de *Legib.* Senec. in *Hercul. Oet.* v. 1005. *Sedere arbitri* : ubi Delr. *Iudex ſententiam ſedens ferebat, ſive pro tribunali, ſive de plano ſellà extra ordinem poſità iudicabat.* Plin. *lib.* 1. *Epiſt.* 21. *Sedet pro regno & iudicio.* Matth. 19. 28. Pſal. 121. 5. Delr.

Plin. Herodot. Senec. inquit : *Sedebant iudices , Centumviri venerant , obſervabant advocati ſilentium longum.* Herodot. *lib.* 5. *cap.* 6. *Otanes in eo tribunali ſedens.* Marc. Senec. *Controv.* 17. *Iudices , qui in iſtum reum ſederatis , ecquid pœnitet abſolviſſe?* & Stoicus 3. de *Ira*, cap. 33. *Evocati è longinquis regionibus iudices ſedent , iudicaturi.* Homer. 5. *Odyſſ.* v. 3. *Ipſi verò Dij ad conſeſſum conſederant* : ideſt, ad regimen & iudicium: per conſeſſumque ſignat iudicantes, quippe ſedentes iudicabant iudices. *Sedere patres cenſere parati.* Lucan. 3. *Pharſal.* v. 109. Virgil. 1. *Æneid.* v. 510. de Didone:

Virgil.

——— Solioque altè ſubnixa reſedit:
Iura dabat, legeſque viris.

Hac enim de cauſa , ut obſervat Euſtachius in *6. Iliad.* Homer. ſtatuas Minervæ , iudiciorum Præſidis , olim ſpecie ſedentis fieri ſolitas , quam pectore imitarentur iudices. Alciat. *Embl.* 144.

Alciat.

Cur reſident? Quia mente graves decet eſſe quietà
Iuridicos, animo nec variare levi.

25 Hæc ſtudiò prælibata, ut perſpicuiùs delicentur difficilia ſacra teſtimonia. Iuſtitia & iudicium inſigne ſedis divinæ iudiciariæ; quippe ita addicta legi & iuſtitiæ ſententia , ut iudex non ſignetur uti iudex , ſed ut ipſamet iuſtitia. Hinc Daniel. d. verſ. 10. poſtquàm dictum ; *Antiquus dierum ſedit* ; additur : *Iudicium ſedit* : quoniam etſi iudex ſedeat ad iudicandum , ita iudicium exactum , ut loco iudicis videatur ſedere iudicium. Eſt *Heteroſis* , quo ſchemate abſtractum uſurpatur pro concreto : q. d. *Iudices iuſtiſſimi* : Plaut. Prolog. in *Captiv.* v. 67. quia in illis illi non videntur , ſed iuſtitia: quo ſtylo integritas iudicum ſignatur etiam inter noſtrates : dicunt enim pro iudice , *El Juſticia.* Alia infrà de huiuſmodi ſchemate. Per ſedem enim inſignis oſtenditur auctoritas iudicantium. *Ecce ſedes poſita erat in cœlo, & ſupra ſedem ſedens* Apocal. 4. v. 2. 4. *Vidi ſedes & ſederunt ſuper eas, & iudicium datum eſt illis*: oreque N. Servatoris: *Cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſraël.*

Daniel. 7. 10. *Heteroſis.* *Iudex debet eſſe ipſa iuſtitia.* Apoc. 4. 2. Matth. 19. 28.

26 Hoccine teſtimonium , ſi quod aliud , nonnumquàm mihi magnum negotium faceſſit , & pro intelligentia uſque ad ſanguinem ſudavi : equidem haud percipere quibam qualis & de quo huiuſmodi Apoſtolorum iudicatura. Si intelligenda de iudicio univerſali , perperàm iudicaturi , qui etiam iudicandi. *Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.* Rom. 14. 10. & 2. *Cor.* 5. 10. Si de aliorum factis ; difficile profectò : igitur *Pater omne iudicium dedit filio.* Ioann. 5. 22. Iudiciaria poteſtas eſt propria filij Dei; ſed quia filius Dei eſt filius hominis, conſtitutus eſt à Patre iudex mortuorum & vivorum ab ipſa incarnatione collato gratuitò munere , quia voluit incarnari & homo fieri : unde addit v. 27. *Poteſtatem dedit ei , iudicium facere ; quia filius hominis eſt* : & Pater dicitur, non iudicare quemquam, v. 22. quia non exercet perſonam ſenſibilis iudicis; ſed tantùm filius , homo factus. *Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum poteſtate magna & maieſtate*: Luc. 21. 27. Vid. Auguſtin. 1. de *Trinit.* cap. 13. Ex quo patet Chriſto Domino , quatenùs homo eſt , datam eſſe ſpecialem poteſtatem , eſtò ſubordinatam poteſtati divinæ , in omne iudicium quoad præmium , vel pœnam iudicandorum : de quo DD. Scholaſtici cum D. Thom. in 4. *diſt.* 48. & 3 *p. q.* 59. Gratiâ capitis adeptus eſt huiuſmodi præeminentiam : quo ergo ſenſu Apoſtoli gaviſuri ſede iſtiuſce poteſtatis; cum in ſede maieſtatis ad iudicium ſederit Filius hominis? Multa ſanè à multis dicta, ſed alio à littera ſenſu. Veneror , ſed prætermitto modò illorum excitamen in virtutem & glorioſam iudicum ſedem; quippe , etſi piæ ac ingenioſæ cogitationes , extra ſenſum litteralem. Chryſoſtom. cognoſcit, ſed nihil oſtendit. *Multa obtulit* (inquit *Homil.* 65. *in Matth.*) *& in ſequentibus pollicetur, quamvis aliquid occultius in hoc etiam ſignificatur , maiora iſtos illis habituros.* Suarius in loc. cit. *D. Thom.* diſp. 57. ſect. 4. n. 2. infit: *Certá enim ratione vel auctoritate non conſtat, in quo hæc participatio iudicij conſiſtat.* Si ita maior gloria ſigillis ſignata ; ita ſignata ſtudioſis veritatis relinquenda ? Nullo modo : audi quid cogitem , vel quid auxim.

An Apoſtoli cum Chriſto mundum iudicabunt? Chryſoſt. Suar.

27 Sermo fit de præmio ab Apoſtolis ob Chriſti ſequelam , & cunctorum quæ in mundo calcatam gloriam : *Reliquimus omnia & ſecuti ſumus te : quid ergo erit nobis?* Spem conceperunt atque foverunt obſequij, remuneratore Principe & cœleſti. Ieſus autem dixit illis , ne terrena , quæ deſpecta , cogitarent ; *Amen dico vobis , quòd vos qui ſecuti eſtis me , in regeneratione , cum ſederit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ , ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël.* Iudicium ſumitur

in

in Scriptura pro gloria, maiestate, exaltatione, auctoritate, præeminentia, dignitate, impetio ac potestatis virtute: observat Ar. Montan. Apparat. in *Arcano serm.* cap. 43. & 97. Videtur Apocal. 20. 4. *Vidi sedes, & sederunt super eas* (animæ decollatorum propter testimonium Iesu) *& iudicium datum est illis*: ideſt, regia domus, auctoritas & maiestas. Idem ibid. Psalm. præfat. *Sederun sedes in iudicium. Sedes* pro sedentibus: ideſt, sederunt Principes. *Iudicium* p throno, gloria & exaltatione. In Ierusalem dicuntur esse huiusmodi honores, tùm, quia ut ait Genebr. hìc, *speciem cœlestis referebat eum rerum ordine admirabili*: tùm quia licèt in qualibet tribu Princeps; illuc ascenderunt tribus tribus Domini: igitur & ibi sedes Regia, & auctoratissima solia, & civilia & Ecclesiastica (*Deuter.* 17. 9. & 2. *Paralip.* 19. 8.) omnigeno decore, summa authoritate, *cuius complementum Christus.* Maluend. *Throni Christi*: Genebr. *Throni familiæ Christi*: Augustin. Unde dum demonstrantur huiusmodi sedes & iudices; maximi possidentibus designantur honores, sicut illorum qui præfatis thronis occupabant sedes: sub hacque metaphora familiæ Christi summa vel inter Principes designatur auctoritas, ac dignitatis maiestas. Hac enim de causa filij Zebedæi petierunt primos, cùm audissent socios omnes habituros thronos; quoniam etsi uti cæteri adepturi dignitatis sedem, primariam inter illos ambiebant exaltationem.

Iudicium pro sedis maiestate, sedes pro sedentibus.

Apoc. 20. 4

Genebr.

Maluend.

28 Iam ergo in expositionem clarissimam testimonij. Præmia discipuli percupiunt: Christusque promittit habenda, cum summa distantia à cæterorum glorioſorum gloria. Vos, non sicut qui ut vos propter me mundum reliquerit, vitam æternam possidebitis. Sunt sedes ampliores. In domo Patris mei mansiones multæ sunt. *Vos in regeneratione* (quando mortui resurgent incorrupti, cùm in vitam immortalem resurgendo fuerint regenerati, qui in caducam fuerunt geniti) quippe tunc sedebit filius hominis in sede maiestatis suæ, *sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Pende. In generali quòd tantùm resurrectione, promittatur Apostolis sedes iudicium: & cùm iudicium illud sit tantùm filij Dei hominis; per sedes iudicum, non possunt intelligi sedes iudicantium; sed tantùm solia ad similitudinem sedium iudicum: ideſt, superiora; sed infrà iudicis sedem, qui in sede maiestatis, altiori throno iudicaturus orbem. De munere, non in aula gloriæ, sed in die iudicij, fit sponsio; ut cuncti agnosant sedentes qui laborarunt in conversione mundi, & in thronis, qui ab ipso mundo despecti: omnes qui viderint eos, cognoscent illos; quia isti sunt semen, cui benedixit Dominus: signanturque pro dignitate ac præmio sedes iudicum (eminentiores, excepto iudicis throno) haud quia iudicum illorum sedes, sed quia iudicum sedes præ cæteris nonnumquàm eminentiores: tuncque Apostolos iuxta sedem iudicis videbunt in thronis, quasi essent iudices. Qui iusti, tunc rapientur obviam Christo iudici in aëra, ut iuxta merita, propria consequantur loca. *Significatur* (ait Exim. Doctor, d. *n.* 6.) *omnes habituros in illo die propriam & internam beatitudinem, sed etiam externum splendorem, & quasi thronum honoris, ex nubibus lucidissimis confectum.* Apostoli pro maiestate superiorem cæteris: quæ maiestas exprimitur in sublimitate throni iudicis; quippe solia iudicum & Principum, superiorem, uti videbimus, habent locum.

Qualis Apostolorum iudiciaria sedes.

Suar.

29 Quàm genuinus sit in auctoritatem præfatus sensus; liquet ex eadem à Christo prolata sententia, in qua necessariò intelligenda metaphora. Proximo Redemprore passioni, facta est contentio inter discipulos, quis eorum videretur esse maior. Quid tunc Christus? *Vos autem non sic: &* (pro *Quia*) *ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus, regnum; ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israël.* Quis enim nisi catachresicè intelliget gloriam per escam & potum? Vid. *num.* 14. Ergo sedes iudicantium, etiam metaphorico sensu; quia Pater omne iudicium dedit filio. Sedes enim iudicum signat Christus in præmium (protritâ in mundo de excellentia vanissima contentione) in verum plausum, & eminentiorem thronum; ad similitudinem sedium in tribunalibus editis iudicantium: etenim cùm sederit filius hominis in omnium iudicium in sede maiestatis: non apparebitis quasi in subsellijs, sed in fastigosis thronis, unde vestra excellentia singularis dignitate clara sit, sicut qui sedent super thronos iudicantes duodecim tribus Israël. Multis testimonijs in humanioribus litteris possumus astruere cogitationem, ne sapiat phantasiæ ludentis petulantem lubidinem. Cicero in *Vatinium*, inquit: *Duos prætextatos sedentes vides*: hoc est, in altiori loco. *Vel iudices*, uti observat Turneb. 24. *Adversar.* cap. 28. quo intuitu idem pro *Rabirio* addit: *Iudices sedistis.* Plin. lib. 3. *Epist.* 20. *Non sedenti dignitas custodiebatur*: Ideſt, Iudici. *In una sella sedens*: Nonnus,

Et pro Quia. Luc. 22. 29. *Catachresis.*

Iudicium pro loci præminentia.

nus,48.*Dionyſ.*v.ult.nimirùm in altiore ſede. Homer. 8. *Odyſſ.* v. 432. *Sederunt in altis ſolijs*: & lib. 15. v. 134. *Sederunt in ſedibus throniſque* Senec.in *Hercul. furent.* v. 730.*Altà ſede ſedens* : & in *Agamemn.*v.9.*Hoc ſedent alti toro Reges.*Martial. lib. 11. *Epigram.*99.

Martial. *Sedeas in alto licèt tribunali,*
Et è curuli iura gentibus reddas.

Iteratio ſedis & actionis,pro maieſtate ſedis. Herodot.

30 Aliquando geminatione nominis & verbi explicari ſolet, quia *ſedes ſigna poteſtatis ſummæ*; ut ait Alciat. loc. cit.Patet in teſtimonio de quo *numer.* 31.*Sedes poſita, & ſupra ſedem ſedens* : & alijs affinibus. Herodot. *lib.* 1. *cap.* 5. *Midas Gordij filius, Phrygiæ Rex obtulit regiam ſellam, in qua ſedens.* Ælian. quo ſupr. *num.* 1. *Sella, in qua ſedens Alexander* : explicat pleonaſmum Valer.Maxim.*lib.*5. *cap.* 1. *Ipſe ſublimi ſede ſedens.* Plutarch. in *Cleomen.* eadem acceptione : *Regem in ſella ſedentem.* Aſtipulatur multiplici eruditione Tiraquell. de *Nobilit.* cap.28.n.18.Etiam uſus inter Poëtas. Virgil.2.*Æneid.* v. 525. *In ſede locavit*: lib. 7. v. 193. *Latinus ſede ſedens*: La-Zerd.hìc: *In ſolio.* Pridem Oedipus apud Sophocl. in *Colon.* v. 1232. ubi: *Quis ſanè fuerit hanc ſedens ſedem* ? Scilicèt, regni thronum. Notandum, ſæpe huiuſmodi geminationem (præter dignitatem) vel regnum pacatum ſine ulla contradictione in Principem, vel perpetuitatem principatus ſignare. Ita illud, *Sedes poſita in cœlo, & ſuprà ſedem ſedens.* Matth.loc. cit. *Cùm ſederit filius hominis in ſede, ſedebitis & vos ſuper ſedes.* Apocal.11.16. *Sedent in ſedibus ſuis*:& 20.4. *Sedes,& ſederunt ſuper eas.* Pſalm. 46. d. *Deus ſedet ſuper ſedem.* Hoc eſt, regnabit : *Sedebit Dominus Rex in æternum* : Pſalm. 28. 10. & Luc. 1. 32. *Dabit illi Dominus ſedem David; & regnabit in æternum.*1.Reg.2. 8. *Ut ſedeat cum Principibus, & ſolium gloriæ teneat.* Similiter apud Profanos.Homer.16.*Iliad.* v. 395. *In ſella ſedebat.* Euripid. in *Alceſt.* v. 946. *Sedebat ſede.*Sophocl. in *Antigon.*v.995. *Antiquà augurali ſede ſedens.* Quapropter cùm principatu caderet, de Penelope dicit Homer.4.*Odyſſ.* v. 721. *Nec amplius ſuſtinuit in ſella ſedere.* Perpetua ergo regnandi felicitas promittitur Apoſtolis ſub metaphora ſedis, cum decore excellentis maieſtatis : unde ſi beatus qui manducat panem in regno Dei (*Luc.*14.15.) & ſedet cum illo in throno (Apocal.3.21.) propter Chriſti ſequelam cum perpetuitate, nec amiſſionis formidine Apoſtoli ſummam obtinuerunt gloriam : diſponitur quidem à Chriſto mirabilis menſa, ut edant & bibant; & throni elati, ut maieſtate ſedeant. Si fortè interroges (iurèque facies) Cur homines in gloria ſedeant, & Angeli nobiliore conditione miniſtrantes aſsiſtant, uti dicitur, *Daniel.* 7. 10. Dico, omnes gloriâ frui divina viſione:at de hominibus dici ſedere ; quia corpora habent, & requies corporis ſignatur per ſedem.Hinc cognoſcitur Luciferi fatuitas, vel arrogantia cum philautæ inflationis inſolentia *Iſai.*14.13.

Et perpetuitate. Pſal. 46.9. *Expoſitio.*1.

Luc. ubi ſupr. *Cur de hominibus, & nõ de Angelis dicitur,in gloria ſedere?*

31 Hinc cum ſedes quid ſublime ac regium ſignet, accipitur pro imperio ac imperio ſummo; cui acceptioni deſerviunt præfata teſtimonia ſacra & ethnica. *Qui ſedet in ſolio*:Exod.11.5. Hebr. *In Sede*, quia huiuſmodi voce principatus intelligitur antonomaſticè. *Ipſe ſedebit in ſolio.*3.Reg.1.13.*Super thronum,*v.27.*Super ſolium.*Explicatur Pſalm.131.12. *Filij tui ſedebunt ſuper ſedem tuam.* Iteratur multoties phraſis in libris Machabæorum.1.7.4.*Sedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui.*Et *Sedi in ſede patrum meorum*:cap.10.à 52.11.52. Denique loc. cit. *Apocal.* dicitur: *Supra ſedem ſedens.* Tò *Sedens* non eſt participium verbi, ſed Princeps in ſolio: unde additur : *Et qui ſedebat* : ſcilicèt, qui inter ſedentes throni ſellà eminebat, acceptà ſede pro throno, ut vidimus, liquetque *Sapient.* 7. 8. *Regnis & ſedibus*: per Hendiadym : *Sedibus regijs*, ſeu *regalibus*:ibid.18.15.Prudent.in *Symmach.* v. 450. *Sedet ſolio*: & Claudian. 1. de Rapt.*Proſerp.*v.81.*Maieſtate ſedet.* Huiuſmodi antonomaſia ſignatur, 3. Reg. 1. 48. *Dedit ſedentem in ſolio* : pro *Principem*, ſeu *Præſidem* : ut dicit Plin. *lib.* 2. *Epiſt.* 1. de ſedente in Curuli : *Princeps præſidebat, erat enim Conſul.* Sic ergo voce Sedentis indicatur Princeps.In Scriptura interdùm(uti diximus hic *Tautolog* 3.n.38. & alibi ſæpæ) ſignificatio nominis uſurpatur pro nomine. Paradiſus, ſive voluptatis hortus dicitur pro *Eden*, Geneſ. 2. 8. *Eden* enim Hebraicè ſonat Voluptatem, amœnitatem, delicias. Item Geneſ. 10. 11. ubi Vulgatus : *Ædificavit Niniven, & plateas civitatis.* Hebr. *Rohoboth*, vel *Rechoboth* ; quod ſignificat Plateas civitatis. Civitas eſt iuxta Tigrim,alio nomine *Oroba*,cuius meminit Ptolomeus. Sicut econtrà ibid. cap. 25. 3. nomina præfiguntur pro nominum ſignificatione : igitur ubi *Filij Dadam*, *Aſſurim*, & *Latuſim*, & *Laomim* ; Hieronym. in *Tradit. Hebr.* inquit : *Aſſurim in negotiatores*

Antonomaſia.

Apocal. 4. 2.

Hendiadys, & Antonomaſia.

Plin.

Interpretatio nominis pro nomine, & econtrà.

Hieronym

tranſ-

transferri putant ; Latusſim , æris ferrique metalla cudentes : Laomim verò Philarchos, ideſt , Princeps multarum tribuum & populorum. Notat idem Maluend. *cap.* 10. 13. ubi, *Anamin. Nonnulli Cyrinæos* (inſit) *ubi Ammonis Iovis oraculum. Anamim oculum, ſive fontem aquarum interpretantur, quod in Cyrene ſit fons ille Solis admirandus , qui mediâ nocte fervet, & meridie riget.* Adi Mela, *lib.*1.*cap.*8. Plin.2. *cap.* 103. & Solin. *cap.*30.Iſai.63.1.*Quis eſt iſte qui venit de Edon* (ideſt,ſanguineus,quod ſonat *Edon*)*formoſus in ſtola ſua* ? Nomen pro nominis interpretatione.Unde idem hìc ac dixit Sponſa de dilecto: *Dilectus meus candidus & rubicundus.* Cantic. 5.10.de quo diximus, *Tom.* 5.*T.*7. *D.*4.*n.*9.*&* 6.*T.*6.*D.*3.*n.*11. *Fons Solis.*

32 Iccircò dum ſupponitur in theatro cœleſti ſedes maieſtate inſignis , & additur *Sedens* ; indicatur excellentia ſedentis , qui primus inter primores , ut vidimus ex Daniele *num.* 24. *Antiquus dierum ſedit.* Ad rem itaque Euripid. in *Phœniſſ.* v. 1. *Sedens in ſede pro Principe , ſeu ſuprema ſede.*

Qui ſecas viam cœli in aſtris
Et in aurea ſedet ſede.

Ovid. de Sole,2. *Metam.*fab.1.*Purpureâ velatus veſte ſedebat.*Virgil.7.*Æneid.*v.187. *Succinctus trabea ſedebat*: forma , ac ſtudioſum artificium ſedis erat pro ſedente ſpecimen maieſtatis.Homer.18.*Iliad.* v. 398. de Venere ait: Euripid.

Thetidem duxit nobiliſsima Dearum:
Hanc ſedere fecit in ſede argenteis clavis diſtincta,
Pulchra , artificioſa : ſcabellum autem pedibus ſuberat. Homer.

Hiſpanicè: *Con alfombra y almohada.* Iterat deſcriptionem ſedium in Regia Iovis; ibid. *Iliad.*20.v.11.Sophocl. in *OEdip. Tyrann.* v.165. *Diana ſedem glorioſa inſidet.* Quare cùm ſumma poteſtas in ſede denotetur,atque inter Principes ſuperior cunctis auctoritas; ut oſtenderet, qui æmulus regni & iurè, exaltationem Xerxis , ſuperiorem cognovit, dum in ſella deſtinata Dominanti collocavit. *Pronunciavit Artabanus, regnum ad Xerxem pertinere. Ibi exiliens extemplò Ariamenes Nerxem fratrem adoravit, dextràque prehenſum in ſede regia locavit.*Ita Plutarch. de *Pietat. erga fratr.* Hinc Babylon abominabilis , dicit: *Sedeo Regina.* Apocal.18.7. pro regnoque ac ſuprema maieſtate ſedem ſumendam , indicat Paulus ; qui de Chriſto modò dicit ſedere , modò regnare. 1.*Cor.*15-25. & *Coloſſ.* 3. 1. Claret in noſtra Tautologia , ſcilicèt : *Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Plutarch.

33 Hoccine illuſtre teſtimonium Gentiles interpretantur, quaſi Dei eſſet maieſtas, de eius oblivione erga res hominum. *Irridendum verò* (ait Plin. *lib.*2. *cap.*7.) *agere curam rerum humanarum illud quicquid eſt ſummum.* Ex horum perſona Eliphaz , Iob. 22. 14. dicit: *Nec noſtra conſiderat : & circa cardines cœli perambulat.* Hoc eſt *ſedere ſuper ſedem ſuam,* ne polluatur noſtris. *Anne tam triſti, atque multiplici miniſterio* (inſit Plin.) *non pollui credamus , dubitemùſve?* Fatuiſsimè. Dicemus ex profeſſo *Tom.ult. Tautolog.*2.ad illud Eccli.5.3. *Vindicans vindicavit.* Rabbini intelligunt de maieſtate Domini advenientis in populum Iſraël, quem ex cunctis nationibus de ſub cœlo elegit, in peculium ac regnum ſacerdotale; quia non fecit taliter omni nationi , & iudicia ſua non manifeſtavit ei: equidem fœdus cum Iſraëlitis fecit,ut eſſet Deus eorum cultu ſpeciali veraque in Sinai promulgatâ religione, dum verum Numen veram fulminavit legem. Signat Moyſes benedicens illis : *Dominus de Sinai venit , & de Seir ortus eſt nobis : apparuit de monte Pharan , & cum eo Sanctorum millia.* Idem *Habacuc*, 3.3. At cùm nihil recutitis videatur commendabile ſine nugis;in expoſitionem teſtimonij Moyſis, quod aſtruit etiam Debora,*Iudic.*5.4. fingunt Deum primò cum lege invitaſſe filios Eſau, qui habitabant in Seir; qui illam recipere noluerunt. Repulsà tranſivit ſimiliter ad filios Iſmaël , qui ſedebant in Pharan ; qui unanimiter advenientem propulſarunt. Ergo cùm hos videret duræ cervicis tranſivit in Sina ad Hebræos , qui libenter legem acceperunt: quo intelligitur *Dominus nobis de Sinai venit* & cum eo Sanctorum millia, electus ab habitatoribus Seir & Pharan. O præclara capita! Vid. Serar.in loc. cit.*Iudic.* quæſt.5.Abulenſ.& Lyranum. Varia cogitant Interpretes ſacri pro horum teſtimoniorum delicatione. Nonnulli aſſerunt montium Pharan & Seir mentionem fieri ; quia in Pharan coturnicibus pluit , & in Seir Dominus ſerpentes igneos compeſcuit. Caietan. arbitratur , quaſi ſolem Dominum exiviſſe in Sina; ſed fulgorem lucis priùs in Pharan & Seir radia ſſe , uti montibus oppoſitis. Econtrà cogitat Bonfrer. *Sinai* (inquit) *exiſtitibus Iſraëlitis, cernebantur iuga montis Seir & Pharan, quæ in eadem eremo conſpicua* Expoſit. ad Plin. Deut.33.2 *Inſignis fabula Rabbinorum de collatione legis.* Bonfrer.

cua erant : ibi viſus primò divinus ſplendor apparere , & paulatim ad montem Sinai accedere ; ubi tandem reſederit , totumque montem , nebula , fumo & igne complexit. Demùm Leonard. Marius: *Diſtinctis vocibus idem mons* (ait) *explicatur; quippe Sinai Edon & Pharan tangebat.*

Leonard. Mar.

34 Ni fallor, ex contextu eruitur genuina expoſitio, ut detur locus maieſtatis ſplendori, atque Numinis ſedi. Splendor cœpit in Sina , ex quo repercuſſus in vicinos montes Pharan & Seir ; quouſque fumo ſopitus ſplendor , atque fulmina lex; ex cuius momento, facto fœdere , ſeſe oſtendit Dominus (licèt non omnibus) deſcendens de ſummitate montis , ſedens eximiâ maieſtate ſuper ſedem glorioſiſsimè. Ita *Dominus de Sinai venit* , poſtquàm Seir & Pharan ſplendore illuminavit. *Res geſta* (hìc ſubdit Caietan.) *ſcripta Exod. 24. à 9. apparitio ſiquidem Dei in ſpecie regia coram Moyſe , Aaron & filijs eius , Septuagintaque viris.* Regiè tunc Dominum ſediſſe , conſtat ex throno (uti vidimus *num.* 2.) qua de cauſa ut indiceatur maieſtas, alluſione in huiuſmodi gloriam dicitur à Pſalmographo : *Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Alij ſanctam ſedem Dei intelligunt thronum ex Cherubim alis in Tabernaculo , pro pedum ſcabello habentis Arcam & Propitiatorium , quod dicitur *Oraculum.* Hinc Exod. 25. 22. dicit Moyſi: *Inde loquar ad te ſupra Propitiatorium , ac de medio duorum Cherubim.* Idem *Numer.* 7. 89. ita frequens locutio in Scriptura de Deo, *Qui ſedet ſuper Cherubim.* 2. Reg. 6. 2. *Pſal.* 79. 2. 84. 1. & *Iſai.* 37. 16. Potiore iure huiuſmodi ſancta ſedes deſtinatur Domino, ædificato à Salomone templo, quod Dei ſedes & cœlum dicitur, *Pſalm.* 10. 4. igitur ibi Arca uſque in captivitatem Babylonycam, 2. *Paral.* 5. 9. & maiore cultu, quàm in Tabernaculo. *Intulerunt Sacerdotes Arcam Fœderis Domini in locum ſuum, ideſt, ad Oraculum Templi , in Sanctaſanctorum ſubter alas Cherubim; ita ut Cherubim expanderent alas ſuas ſuper locum , in quo poſita erat Arca.* Ibid. à v. 7.

Tertia expoſitio.

Caietan.

Pſalm. 46. 9.

Expoſit. 4.

Sedes Dei templum.

35 Appoſitiùs ex ipſo contextu intelligitur maieſtas huiuſmodi ſanctæ ſedis, vel ſedes maieſtatis, de Chriſto Domino ſedente ad dexteram Genitoris, poſt redemptionem humanam , captivitatem captivam , atque è Gentibus conſtitutam Eccleſiam : quo intuitu dicitur ibid. v. 2. *Omnes Gentes plaudite manibus.* Pridem tantùm vocati Iudæi (ex quibus pauci electi) & eis tradita Dei eloquia, uſquequaque fracta. Poſtulabat Chriſtus ſanguine (maximè expulſione Synagogæ) Gentes hæreditatem ſuam; quia priùs hæreditatem habuit ſpeciem Iacob, quam dilexit: & cùm ſedes fieret ex corde fideli Gentilitatis; dum regnavit ſuper Gentes, Deus ſedit ſuper ſedem ſanctam ſuam. Iam non eſt apud illum diſtinctio Iudei & Græci , cùm ſit Dominus omnium. *Vocabo non plebem meam , plebem meam : & non dilectam , dilectam : & non miſericordiam conſecutam, miſericordiam conſecutam.* Propter huiuſmodi felicitatem (quapropter & plauſus *Expectatio Gentium*) tota aviditas humani generis , veniente in mundum Redemptore , ac in Patris dextra poſt victoriam ſedente ; ut qui excluſus , eius eſſet fideliter populus, & ille cunctorum præ Religione Deus. Plaudant igitur manibus Gentes , videntes Ieſum ſedentem ad dexteram Patris : igitur ſi ex illius elevatione expectabant gloriam ; iam *Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.*

Expoſit. 5.

Chriſti regnum converſio Gentilitatis.

Rom. 9. 25

Geneſ. 49. 10.

36 Sedere ſic ſignat & poteſtatem in regno iudicij , & maieſtatem iudicantis , quæ quidem maieſtas innoteſcit geminatione ſedis & actionis (ut multis auctoritatibus roboravimus) innuiturque per thronum maieſtas. *Unuſquiſque in ſolio ſuo , veſtiti cultu regio.* 3. Reg. 22. 10. *Singulis ſellæ prolatæ ſunt & poſitæ.* 2. Machab. 14. 21. Hæc eſt ſedes maieſtatis Chriſti, nimirùm in dextera Patris, quo nil ſublimius excogitari poteſt. Chriſti ergo ſeſsio ad Patris dextram, nihil aliud eſt, quàm eximia celſitudinis maieſtas, & honoris in cultum dignitas , ſupernis conceſsis donis , quæ metaphoricè per ſeſsionem ad dexteram Patris interpretamur: qui quidem honor propriusChriſti & æqualitate cum Patre , & ratione hypoſtaticæ unionis: deindeque, quia ut homo, ampliorem glorificationem & honorem accepit. Unde iuxta Genebrard. in Pſalm. 109. infrà exponendo , idem eſt , *Sede a dextris meis* , ac *iuxta me*, ante omnia, & ſuper omnia glorificanda , donis potioribus , maieſtate & excellentiâ. Vide dicta Tom. 5. T. 3. *à n.* 121. *Sede à dextris meis* (ſubdit) *iuxta me quieſce , præſide , mecumque regna , fruere meâ gloriâ eſto mihi proximus , particeps eſto bonorum meorum , potentiæ & maieſtatis. Eſto ſupra omnem virtutem & principatum. Eſto ſuperior rebus omnibus creatis : eſto prope me in loco celſiſsimo, potiſsimo, honoratiſsimo: regna æquali potentiâ mecum (ſi ad divinitatem) ſimili & proximâ (ſi ad humanitatem) poteſtatem exercendo ſuper omnia in cælo & in terra.* Claudian. *Epigram.* 40. v. 25.

Sexta expoſitio.

Pſ. 109. 1. Sedes Chriſti in Patris dextra, omnimoda gloria.

Genebr.

In

In cœlum Patremque redis, rursùsque peremnì
Ordine, purgatis adimis contagia terris.
Tu solus, Patrisque comes. Claudian.

37 Paulus explicat floride,& arcanè. *Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.* Maiestas antonomasticè dicitur Deus, ideſt, Rex ter optimus & maximus, qui exprimitur maiestate abstractivè,quasi summa maiestas: qui usus seu potiùs abusus, inolevit blandimine aulicorum in thronos, vacuitate maiestatis plenos, ac virtute vacuos. Ad unguem quadrat, quod in *Præm. Institut.* dicit Iustinian. *Causa non erat Trebellio Pollioni, qui vocabulo Maiestatis usurus, præfatione eius gratiam ambiret.* Vid. *l.* 7. §. 3. *D. ad leg. Iul. M.* Cornel. Tacit. 5. *Annal.* cap. 5. *Cæsar* (inquit) *questus apud Patres, quod fraude unius Senatoris Imperatoria maiestas elusa publicè foret*, & lib. 1. cap. 72. *Lex maiestatis.* Quid sit maiestas, & an illi adversetur auctoritas; videsis apud Cicer. 3. *Philipp.* Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 10. ait: *Maiestas sine apparitorum ministerio, potens in sua amplitudine, grato & iucundo introitu animis hominum illabitur admirationis prætextà velata: quam rectè quis dixerit, longum & beatum honorem esse sine honore.* Ovid. 5. *Fastor.* à v. 23. fingit illam filiam Honoris & Reverentiæ, succinitque. Hebr. 1. 3. *Antonomasia, & Heterosis.* Iustin. Tacit. Val. Max *Quid Maiestas, & cuias?*

Hinc fata Maiestas, quæ mundum temperat omnem,
Quàque die partu est edita, magna fuit.
Nec mora, consedit medio sublimis Olympo,
Aurea purpureo conspicienda sinu.
His benè Maiestas armis defensa Deorum
Restat, & ex illo tempore culta manet.
Assidet inde Iovi, Iovis est fidelissima custos;
Et præstat sine vi sceptra tenenda Iovi.
Venit & in terras: Pudor Metus, omne videres
Numen ad hanc vultus composuisse suos. Ovid.

Consule dicta in *Ephemerid.* Isag. *Octobr.* n. 21. & 1. *Maij*, n. 12.

38 Maiestas ergo est decor, amplitudo, magnitudo ac dignitas potestatis superioris; ut ait Festus, Anton Constant. Paul. Marsus, ac Cicer. 2. de *Orat.* quo sensu & in nostrum propositum Doctor Gentium, qui dixerat *Maiestatis*, cap. 81. signat pro eodem Articulo *Magnitudinis.* Sic ergo dicit: *Talem habemus Pontificem, qui consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis.* Christus *Matth.* 26. 64. *Marc.* 14. 62. & Luc. 22. 69. *Filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.* Unde idem videtur ad Christi exaltationem sedes virtutis, magnitudinis, ac maiestatis; quæ dicitur *thronus honoris*, Eccli. 24. 34. Quare huiusmodi celsitudo, qua Christus sedet, potest intelligi de superiori Principe honorante(qui antonomasticè dicitur *Maiestas*) vel de amplissima dignitate in sede: quæ ita insignis potentià, magnitudine & auctoritate; ut non adæquatè possit homo maiestatis explicare celsitudinem, nisi per ipsammet virtutem & maiestatem. Attributa Dei & considerantur abstractè, & etiam concretè, ut alibi dixi: abstractè indicant in illa simplicitate, omnimodam perfectionem: concretè, perfectionis plenitudinem. Unde cùm per sessionem ad dextram Dei,vel magnitudinis eius, designatur quantus in honore Christus;anthropopaticè præsefertur celsitudo tá in principe, quàm in principatu.Sic *Deus sedet super sedem sanctam suam*,expressà maiestate,in admirabili sede.*Altissimus Creator, Omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus.* Similiter exponendus Christi thronus sublimioris celsitudinis; dicentis: *Cùm sederit filius hominis in sede maiestatis.* Hebr. 8. Eccli. 24. 14. *Dextra Patris, thronus honoris* *Cur Dei attributa in abstracto, & in concreto?* *Ultima expositi.*

39 At arbitror aliquid mirabile pro Christi gloria latere, dum dicit, non absolutè *in sede maiestatis, sed cùm sederit in sede maiestatis suæ.* Iterat in sermone de iudicio, subdens: *Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum eo; tunc sedebit super sedem maiestatis suæ.* In prioribus testimonijs sedes dicitur *Maiestatis Dei*, filium honorantis: modò filius propriam dicit Maiestatem. Erit difficultatis effugium per idiomatum communicationem? Aliud cogito. Sanè considerandum est quid ad Christi gloriam ex parte auctoris, & quid ex parte actionis. Ex parte auctoris est maiestas sedis: ex parte actionis, sedes maiestatis. Aliud illi quia filius Patris, & aliud illi debetur quia filius hominis etiam, missus de cœlo à Patre propter nimiam charitatem ut proprio sanguine redimeret hominem;propter quod & Deus exaltavit illum, conferens superiorem in maiestate thronum. Data est illi glorificatio,propter Eccli. 1. 8. Matth. 19. 28. 25. 31. *Quæ Christo sedes maiestatis suæ?*

Apocal. pter quæ acquiſivit ſanguine ſuo. *Dignus eſt Agnus qui occiſus eſt, accipere virtutem & divinitatem, & ſapientiam & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem.* Hæc merita ex parte actionis, quia ſanguine ſuo homines redemit, ſuumque regnum ex redemptis conſtituit, ſimulque ſedem maieſtatis in cœleſtibus formavit. Ex his illi maieſtas, & cum maieſtate auctoritas: ſuamque dicit ſedem maieſtatis; quia eius maieſtati ſuperior debita ſedes. Ita igitur honore maximo & ampliſsimo fulget Chriſtus in ſupremo throno videntibus oculis exaltatum in excelſis; ut omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſus-Chriſtus in gloria eſt Dei Patris: quanta enim potuit excellentia, maieſtate, honore, potentia, elevatione, ſublimitate, gloria & celſitudine humanitatem filij Pater cœleſtis decoravit, ac omnimodò perfecit; ſignando ſpecimina decoris, dicens illi: *Sede a dextris meis.*

Pſ.109.1.

40 Hic occurrit antilogia: igitur v. 5. dicitur: *Dominus à dextris tuis*: oppoſitumque videtur pro ſigno maieſtatis, ſedes à dextris & à ſiniſtris. Hinc digladiantur AA. præ eminentia loci; quia his videtur dextra dignior, illis ſiniſtra honoratior, pluraque congerunt vel è trivio in fulcimen cogitationis. Facilis ex hoccine labyrintho exitus, aureo filo apophthematis Ageſilai, qui cùm obvio loco ſederet, monenti de ſede Ephori relicta, reſpondit: *Qua ſede ſedero, locus honoratior, & Ephori proprior.* Eraſm. lib. 1. *Apophth.* & Plutarch. in Laconic. Ubi ſedet Superior, ſuperior ſedes: ibi thronus ubi Princeps. Priſca huiuſmodi quæſtio, ſed necdum vera quæſtionis ſolutio. Videſis ſententias apud Riber. loc. cit. *Pauli*, Alapid. ad *Coloſſ.* 3. 1. Nebriſſenſ. in 3. *Quinquag.* cap. 39. Suar. in *3. p. quæſt.* 58. diſput. 51. ſect. 3. Eminentiſ. Aguirr. in *Ludis Salm.* 3. à excurſ. 1. Mendoz. *Viridar.* lib. 8. *Saturnal.* decad. 2. cap. 5. & decad. 4. cap. 7. Iuſt. Lipſ. 2. *Elector.* cap. 2. ex quo ſelecta poſteriores decerpſere. Gorop. *lib.* 3. *Hierogl.* Turneb. 14. *Adverſ.* cap. 24. Cœl. Rhodigin. *lib. 9. cap.* 10. Alex. ab Alex. *lib. 2. cap. 19. & 5. cap.* cap. 13. Tiraquell. hìc & de *Primigen.* præfat. num. 116. Ioſeph. Caſtalion. *Var. lect.* cap. 1. & La-Zerd. in 5. *Æneid.* v. 170. à n. 6. Quod civileter honor & comitas; ſolet eſſe bambalionum puerilitas. Iurgio orto inter paſtores Abraham & Lot; huic dixit ille ſenex: *Ne quæſo ſit iurgium inter me & te. Ecce universa terra::. ſi ad ſiniſtram ieris, ego dexteram tenebo: ſi tu dexteram elegeris, ego ad ſiniſtram pergam.* Abraham auctoritatem coram iuvene deſpicit, ut ſuam auctoritatem, & ætatem Lot in deſpectu demonſtret: etenim indicat iuvenum cogitationem vanitate inſulſiſsima, iurgium pro ſiniſtra vel pro dextra. Vernaculè: *Fundar la eſtimacion por los Lugares, es juicio de rapaces caſcabeles.* Hoc intuitu Aſſertor N. cum de præcedentia diſceptationem conſpiceret atteclarum; *parvulum ſtatuit in medio eorum.* Aptè: huiuſmodi diſputatio de præcedentia; profectò puerorum propria. Dum exhibuit coram oculis puerum, meditatò carpſit levitatem illorum: etenim ſumma levitas, & ſtudioſa puerilitas, ad magnitudinem honoris abdicere merita, & cogitare dignitatum loca. Nolite pueri effici ſenſibus: igitur ſenſus puerorum, de huiuſmodi honoris apprehenſione iurgium. Hæccine tropologicè dixi, quia obvia: modò in præiactam quæſtionem.

Loci Superioris ſuperior ſedes. Eraſm.

Gen. 13 8

Loca pr dignitate æſtimare, puerilis cerebri.

Mat. 18. 2.

41 Hinc inde vagantur AA. neſcientes quid ſit inter dextram & ſiniſtram. Contraria omninò nectam, ut genuinè Antilogiam exponam. Aliud enim eſt protegere, & aliud honorare. Ad honorem ſignatur dextera: ad protectionem ſiniſtra; quod cunctis nationibus (haud quia huic ſic, alij verò ſic) utpotè naturale nonnumquam contigit. Naturale eſt igitur honoratum præ ſe ferre, ut honor conſtet ſpectantibus. Virgil. 3. *Æneid.* verſ. 610.

An locus honoratior dextra vel ſiniſtra?

Ipſe pater dextram Anchiſes, haud multa moratus,
Dat iuveni, atque animum præſenti pignore firmat.

Virgil.

De Claudio Cæſare ait Sueton. in eo, *cap.* 24. *Aulo Plautio etiam ovationem decrevit: ingreſſoque Urbem obviam progreſſus, & in Capitolium eunti, & inde rursus revertenti latus texit.* Similiter conditionis rationalis eſt, protectum abſcondere, at proprio corpore in diſcrimina oppoſito, cum gladio nudo pro egere; & ita obumbrare, ut longè ſit ab hoſtium meditata læſione. Etiam conſtat ex Cyri actione, de qua Xenoph. in *Pædiis* lib. 8 *quos maximè duceret, ad ſiniſtram etiam in convivio, collocaſſe*: quaſi non ſolùm illos ſub patrocinio ſuſciperet, ſed proprij corporis diſpendio protegeret. Virgil. 10. d. verſ. 160.

Sueton.

Xenoph.

Virgil.

——Pallaſque ſiniſtro
Affixus lateri.

Elu-

42 Elucet igitur dextra in honoris expreſsionem, atque ſiniſtra in protectionis munimen. Conſtat ex antilogicis teſtimonijs; equidem dum Pater honorat, ad dextram collocat filium: *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis.* Dum defendit à ſiniſtris: *Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ Reges*, &c. Unde expoſitione protecti vel honorati, cognoſcitur maieſtas loci. Sic plures intelliguntur ſacræ auctoritates, & quare tunc locus honoratior ſit à dextris. Ioſeph locavit Manaſſen primogenitum ſuum ad dexteram avi Iacob, uti honeſtiorem locum; ad ſiniſtram Ephraim minorem natu: ad Iacob, ut maior huic eſſet honos, commutavit manus, ut per ampliorem gloriam eſſet ad dextram. *Geneſ.* 48. à 14. Palàm quoquè fit, cur paſtor in iudicio univerſali gregis Chriſtus Dominus *ſtatuet oves à dextris ſuis*: *hœdos autem à ſiniſtris.* Matth. 25. 33. Expoſitione cognoſcitur amor ovium, & in hædos dignum moribus faſtidium. Frequenter huiuſmodi urbanitas in ſignum honoris deribatur in fœminas. De Berhſabeë Salomonis matre, 3. Reg. 2. 19. dicitur: *Surrexit Rex in occurſum eius, adoravitque eam, & ſedit ſuper thronum ſuum: poſituſque eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dexteram eius.* Item Pſalm. 44. 10. *Aſtitit Regina à dextris tuis in veſtitu deaurato*, &c. Probat iure fusè Tiraquell. ubi ſupr. de *Primig.* n. 13. In protectionem uſus dextræ ſæpe in Scriptura recolitur, ut qui ad ſiniſtram ab incurſione tutus cuſtodiatur. *A dextris eſt mihi, ne commovear.* Pſalm. 15. 8. *Dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ, & dextera tua ſuſcepit me.* Pſalm. 17. 36. *Qui aſtitit à dextris pauperis.* Pſalm. 108. 31. *Ut liberentur dilecti tui, ſalvum fac dextera tua.* Pſalm. 59. 7. *Dextera tua, brachium tuum, & illuminatio vultus tui, quoniam complacuiſti in eis.* 4. Sic alia ibid. *Pſalm.* 16. 7. & 20. 19. alibique pro aſſertionis fulcimine: quod quidem etiam aſtruitur econtrariò quaſi Dei dormiret dextra, dum ſuſpenduntur in tribulatione auxilia. *Ut quid avertis manum tuam & dexteram tuam?* Pſalm. 73. 11. *Avertit retrorsùm dexteram ſuam*, in protectionem; & in nos, *firmavit dexteram ſuam quaſi hoſtis.* Thren. 2. à 3.

Ad bonorem dextra.

In protectione ſiniſtra.

43 Haccine cogitatione Petri dignitate præſtantioris imago in diplomatibus priſcis (quid quod etiam modò fiat?) erat à ſiniſtris: Doctoris Gentium a dextris; uti obſervat Angel. Doct. in *Epiſt. ad Galat.* lect. 1. & Petr. Damiani *Opuſc.* 35. cap. 1. ordinem laudat, ſubditque: *Durum eſt valdè, ut opinemur, quia tam egregium atque famoſum Apoſtolicæ diſpoſitionis ordinem inconſultè atque inconſideratè devota Deo ac religioſa Vetuſtas admiſerit. Neque enim credendum eſt, ut Conſtantinus Imperator, imò Papa Silveſter, atque poſt eos Principes & Sacerdotes Eccleſiaſticæ diſciplinæ literà pervigiles, atque ſolertes, hunc ordinem tantorum Principum negligendum ducerent; ſi correctione dignum aliquatenùs æſtimarent.* Reſpondet S. Doctor alluſivè, quoniam Paulus erat ex tribu Beniamin, & Beniamin Hebraicè ſonat filium dextræ. Suarius comiter: dicit enim loc. cit. *Paulus ad dexteram cuiuſdam urbanitatis & honoris causà, & quaſi ratione hoſpitij, in quandam amoris & gratitudinis ſignificationem, quia Paulus veluti ad Petrum iuvandum acceſſerat.* Nos cogitationem in diſcrimine auxilij & honoris ſequentes, præfati ordinis imaginum collocatione, roboramus. Dignitas Petri exprimitur in imagine per Clavium ſummum imperium: dignitas & zelus Pauli per gladium. Unde ut conſtet Paulum defendere Eccleſiam, habet Petrum à ſiniſtris, ut in ore gladij devoret hoſtes. Crucius in præf. *Pſalm.*

Cur Pauli imago à dextris Eccleſiæ, & Petri à ſiniſtris?

Petr. Dam.

Suari.

Ipſe tibi dexter fusà populabitur irâ,
Vulgoque Reges ſternet adverſarios.

Cruc.

44 Quæ obijci non poſſunt ex Ethnicis pro honore ſiniſtræ, cùm nonnumquàm fulmen lævum feliciſsimum auſpicium? Virgil. 2. *Æneid.* v. 693. *Subitoque fragore intonuit lævum.* Idem Ovid. 1. *Triſt.* Eleg. 8. v. 49. Stat. 3. *Thebaid.* v. 488. Vid. Plutarch. *Rom. qq.* n. 78. At quid hæc omnia & etiam alia ſimilia? Deſtruunt, quod aſtruunt, vel propoſitum aſſertionis non intelligunt. Siniſtrum omen ab ethnicis dictum felix, haud qui felix ſiniſtrum (cùm ſignum calamitatis ſit lævum) ſed quia ſiniſtrum ſacrificanti, vel precanti, dextrum dona largienti. *Quæ nobis læva ſunt, à Dijs dextra ex parte demitti putant.* Alex. Neapolit. lib. 5. *cap.* 13. confirmat Tiraquell. hìc, Servius in *Virgil.* cit. & Cicer. 1. de *Divination.* dicens: *Proſperè Iupiter his dextris fulgoribus edit.* Alijs ſuperſedeo, videndis apud Bulenger. de *Fulminib.* cap. 7. de *Circo*, cap. 29. ac de *Augurijs & auſpicijs*, cap. 2. Delr. de *Magic. diſquiſit.* lib. 4. cap. 2. quæſt. 7. ſect. 2. Petr. Gregor. *Syntagm.* lib. 34. cap. 3. & Cœl. Rhodigin. *lib. 6. cap. 9.* Elucet ergo cur Pater cœleſtis eſt à dextris filij, ut protegat à conventu malignantium, quaſſetque capi-

Cur omen lævum fauſtum? Alex. ab Al. Cicer.

ta in terra multorum:& ſimul in honorem propter victoriam ſede collocet ad dextram, ſedeatque Deus *ſuper ſedem ſanctam ſuam.*

Verſiones. 45 Senſus, quibus faveri poſsint expoſitiones, prompti in Litera, ac Verſiones affines; quæ ſingillatim ſiccine. *Deus ſedet ſuper ſedem ſantam ſuam.* Hieronym. *Super thronum ſanctum ſuum.* Syr. *Super thronum gloriæ ſuæ.* Hebr.Maluend.& Caietan. *Super ſolium ſanctitatis ſuæ.* Auguſtin. & Thom. *Super ſedem condignam ſanctitati.* Gregor. Magn. & Bernard. *Ad dexteram Patris.* Foleng. *Regnat in ſede.* Genebrard. *Sedet in Propitiatorio.* Rabbin. *In templo.* Accedamus ergo ad thronum gratiæ, ut miſericordiam invenire poſsimus, & ſimul conſedeamus cum Chriſto in cœleſtibus.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurſ.

1. *Sedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Dominus Ieſus,ad dexteram Patris: *Suam.* De nulloque alio,ſedente in cœlo,propria dicitur ſedes; quoniam cunctorum gloria ſedentium in throno felicitatis, ex virtute dumtaxàt elevati ſuper cœlos Salvatoris.

2. *Sedet ſuper ſedem.* Videtur neceſſarium. Aliter fiet ex regimine iudicium. Non obtinetur in munere, quod naturale ex ſedis ſuppoſitione: etenim quiſquis propter miniſterium, curam habet animarum; ſedem habet, ſed non ſedet.

3. *Sedet ſuper ſedem.* Innuitur vigilantiæ Præſidis integritas, & ſimul pravorum ſubditorum otioſitas, & curioſitati innata malignitas: ſiquidem ille ſedem habet, & non ſedet; & hi ſedent, & ſedem non habent; quoniam regunt, dum reguntur, ducti curioſitate, qui nequeunt regi.

4. *Sedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Si *ſua*, & alij ſedent; ſedes erit, ſed non ſua: ſanctè congruit Prælato, ſedere in ſolio: ſedeſque ſignatur ſedenti in celſitudine throni; quippe non alius, niſi qui ſedem habet, debet ſedere: alioquin qui extendit gratiam; quamvis ſedeat, non ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.

5. *Sedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Sedes indicat poteſtatem in maieſtate regiminis. Sedens in ſede, miniſterium in regimen poteſtatis. Si ſimul unita, ſedes ſedentis profectò ſancta: textuſque ſedentem & ſuper ſedem deſignat; quippe ſuper ſedem non ſedet, qui ſedet tantùm ut ſedeat.

6. *Sedet ſuper ſedem.* Quippini, *ſedet in ſede*; ſed *Super*? Sedet in ſede, qui tantùm reſpicit ſedis maieſtatis faſtum. *Super ſedem*, qui ſedem habet in amorem ſubditorum: & dicitur *Super ſedem*, dum ſedis ſuperioris exponitur auctoramen; quoniam ultra excellentiam ſedis præ maieſtate, qui in maieſtate ſedis ſubditos regit amore.

7. *Sedet ſuper ſedem.* Quis non? Quiſquis deſiderat plus. Super ſedem ſanctè ſedet, qui præſenti honore gaudet: at qui fovet ambitionem inſatiabilem, ſedet nullatenùs ſuper ſedem: etenim in ipſa dignitate poſſeſſa, ſupra ſedem ſedens, quærit aliquid ſuprà.

8. *Sedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Super ſedem condignam.* Non ſedes condigna, ſi ſedentis nulla merita; quippe ſedes, ſed non ſua. Unde qui fulget meritorum maieſtate, ſedet ſplendore in ſede; igitur indignus throno, minimè ſedet, ſed ſedendo cadit.

DIDASCALIA PRIMA.

Sedes hominum gloriæ ex Chriſti glorioſa ſede.

1 ASCENDIT homo in cœlum, quia Chriſtus aperuit oſtium; uti diximus, *Tautolog.* 4. *Did.* 1. *n.* 11. Elevatus eſt Sol, atque radijs maieſtatis traxit inferiora ad ſe. Retorqueatur Manilius, 4. *Aſtron.* cap. 1. à v. 56.

Cùm benè compoſitis victor civilibus armis,
Iura togæ regeret, toties prædicta cavere
Vulnera non potuit: toto ſpectante ſenatu, Manil.
Indicium dextra retinens, nomenque cruore
Delevit proprio; poſſent ut vincere fata.
Quis tantum mutare poteſt ſine numine? Dic mi.
Ille etiam cœlo genitus, cœloque receptus.

Ex

Exprimitur hominum felicitas, & quid perfecerit Salvatoris claritas. Vulnera prædixit, quæ sustinere voluit. Indicia etiam retinuit, dum victor mortis surrexit. Indicabant signa, quo possent homines vincere fata: igitur qui cœlo genitus, cœlo receptus in solium; hominibus servis faustè demonstravit ascensum. *Non solùm paradisi* (inquit Leo Pap. in *Ascens. Domin.* serm. 1. cap. 4.) *possessores firmati sumus; sed etiam cœlorum superna penetravimus: ampliora adepti per ineffabilem Christi gratiam, quàm per diaboli amiseramus invidiam.* Sanè, destinamur superiori cœlo, quos livor Luciferi eiecit è paradiso. *Ego veni* (dixit Assertor N.) *ut* (homines) *vitam habeant, & abundantius habeant.* Signat genus humanum in primis parentibus à paradiso expulsum. *Vides, quemadmodùm mors expulerat* (ait Ambros. in *Lucam*, lib. 9. *vita revocaverit*; ut vitam haberent, & abundantius haberent: quandoquidem eius in empyrium ascensione, non solùm revocati sunt ad vitam, sed translati sunt in gloriam.

Christus hominibus cœlos aperuit, itemque monstravit.

Leo Pap

Ioann. 10. 10

Ambros *Plus contulit; quàm diabolus abstulit.*

2 Aperitur huius articuli scena in Alexandri Magni famigerata victoria. *Rex* (inquit Curtius, 5. *Histor. Alexandr.* cap. 5.) *eodem loco quo hostium copias fuderat, castra communivit; cùm mirabile agmen, inter pauca fortunæ exempla memorandum, Regi occurrit. Captivi erant Græci, quos Persæ vario suppliciorum modo adfecerant. Alios pedibus, quosdam manibus, auribusque amputatis, inutilisque barbararum litterarum notis, in longum sui ludibrium reservaverant: & cùm se alienæ ditionis esse cernerent, volentes Regi occurrere, non prohibuerant. Inusitata simulacra, non homines videbantur*; nec quicquam in illis præter vocem *poterat cognosci. Rex absterso lachrymis, bonum habere animum, iubet, visuruque patriam, redituruque ad Penates; quibus nihil patria charius est, eius beneficio usuros.* Addit Plutarch. in eo: *Iovem Græciæ, & Soterem appellantes.* Specimen obijcitur nostræ felicitatis & festivitatis, ex ascensione mundi per victoriam Salvatoris. Eo loco, quo copias Luciferi (sub eius tyrannide genere humano gemente) gloriosè vicerat, detrudens in terræ viscera, collocavit in triumphum inclyta castra; quia de Sion exivit lex & verbum Domini de Ierusalem. Occurrerunt captivi, alij manibus, alij pedibus mutili, fœdique litterarum inscriptione; ut constaret, cuius servi. Mirabile truculentiæ exemplum, & inter pauca quæ fortunæ iracundæ, memorandum: equidem per tyrannorum supplicia, deformia hominum videbantur simulacra. Lachrymis absterfis (quia vicit Dominus cum clamore valido & lachrymis) qui venit ut mederetur contritis, prædicare captivis indulgentiam, clausis apertionem, & cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis (ut dicitur, *Isai.* 61. à 2. & *Luc.* 4. à 18.) opere complevit, quod promisit: igitur ut gratia pateret ex triumpho; in latrone dixit generi humano: *Hodie mecum eris in paradiso.* Iam enim homines vitam habent, dum in paradisum, è quo egressi restituti. Vitâ gaudent: verùm ut abundantius, uti dixerat, haberent, & summam felicitatem; expectavit mirabilem ascensionem: in qua quidem non solùm captivos duxit in patriam, sed in paradisi admirabilem gloriam. Appositè, etsi aliò, *lib.* 2. *Histor.* ait Iustinus; *Omnem impetum belli in hostes convertit. Nunc verò quæ pro amicis non modò ultrà spem gerendi, verumetiam ultra gesti fidem perfecta sunt; operaque & effectu maiora, quam voto fuere.* Relucet N. Salvatoris gratia. Redeundi in patriam erant hominum vota: effectuque maiora desiderantibus reddita; quippequàm datum est cœlum, cupientibus paradisum. *Amici in beneficium divinanda est cuiascumque voluntas*: inquit Erasmus ex Seneca, in huius *Sentent.* Placebat hominibus Paradisi statio, quippe primæ felicitatis liberalis restitutio. Maiorem gratiam expectare non audebant, quantumvis desiderabant: verùm cùm voluntas divinanda in beneficium; homines exules Christus transtulit secum in cœlum. Dixit ergo tunc felix humana natura, dum vidit dona:

Symbolũ Ascensionis eius triũphantis.

Q. Curt.

Eius prodigiosa Charismata.

Luc. 23. 43.

Iustin.

Senec. *Propria diso homo collocatur in cœlo.*

Summa votorum attigi.
Nunc mihi summa licet contingere sidera plantis.

Id. *Tyest.* v. 186. Propert 1. 8. v. 43.

Plutarch.

3 Excellentiam ergo liberasitatis Salvatoris, in sublimitatem humani generis, expressit graphicè Paulus. Facta ergo in ascensione Christi, hominis huiusmodi assumptio (ait) *Secundum divitias gratiæ eius, quæ superabundavit in nobis, ut notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ.* Meritam supplicum excedit & vota Salvatoris gratia: diciturque arcanum voluntatis suæ, quod gaudium nostræ; etenim eius voluntas nobis concesit optabilem beatitudinem, iuxta nostram voluntatem. In nobis eius rutilabat splendor

Ephes. 1. à 7.

Tunc ostensæ gratiæ divitiæ.

gra-

gratiæ, in qua latebant divitiæ. Verùm quæ divitiæ gratiæ? In eius ascensione collatio gloriæ; quæ ex honore Patris cœlestis, etiam superabundavit in nobis. Morte Christi gratia visa: resurrectione abundantia; quippe iam in delicijs paradisi, qui pridem sub iugo diaboli. Huc tendere poterant homines, & huiuscemodi felicitatem optare. Restant in gratia divitiæ, quæ superabundantiam gratiæ exprimerent, ubi æternà homines felicitate gauderent: & gratia abundanti (resurrectione) concessà, in Ascensione signatur gratiæ superabundantia; quoniam per eius super æthera ascensum, homines quos secum traxit elevavit in Olympum. Iam non hospites & advenæ, sed Dei domestici: igitur per spectabilem Ascensionis triumphum, in consortium evexit Angelorum. Instauravit omnia quæ in cœlis, & quæ in terra, dum plenitudine temporis concessa hominibus gratiæ superabundantia; ut vitam haberent, & abundantius haberent: etenim dum illi à Patre in gloria collatus thronus, consedere nos fecit & in cœlestibus.

In quo gratia, gratiæ abundantia & superabundantia.

4 Magna gloria terrenæ Ierusalem, atque eius civibus, quando Rex Ægypti constitutus Philadelphus. Pater cepit, atque dolo Ierosolymam occupavit, quin urbs resisteret; quippe cives in otio sacrorum gratiâ, propensi in tyranni obsequia, ob quæ tracti extra solum patrium, mitteri gemebant exilium. Venit ergo tempus, quo translatione legis ianua patescceret libertatis: Philadelphusque cùm eis misereretur; & interrogaret, quo maximo beneficio in legis gratiam afficere posset; dictum ab amicis: *Redde eis patriam, ut in natali solo liceat eis vitam exigere.* Consilium placuit, & ut eximiè gratiam perficeret; cunctos servos pretio emit, etiam infantes & lactentes, quorum *singuli redemptis centum viginti drachmis. Expensis in redemptionem quadrigentis sexaginta talentis, & etiam pro infantibus, quasi Regis edictum etiam hos complecteretur.* Ita Ioseph. 12. *Antiq.* cap. 2. Hos enim misit vel remisit in patriam, additque insignem pretiosissimam coronam (subdit idem) *cuius per circuitum omne genus fructuum, dependentibus racemis & spicis emergentibus, & malis punicis insertis: quæ omnia constabant è lapillis & auuro revinctis: : . Labrum verò in orbem ornatum erat lilijs & floribus, atque implexis inter se palmitibus, ubas ferentibus.* Fusiùs agemus in *Ephemer.* 7. August. à num. 7. Elucet articulo populi captivi libertas; sed per Christum ampliùs claruit superata vetustas. Canit Crucius in Psalm. 84.

Ioseph.

Idem.

Symbolū libertatis hominū per Christum.

Conspicienda tui quàm sunt tentoria templi! Crucius
Qua possunt, Dominum singula voce canunt.

5 Plantaverat Dominus paradisum à principio, in quo posuit hominem, quem formaverat. Ibi uti in feliciore degebat patria, ut servata iustitiâ transferretur in meliora. Tyrannus torvè aspexit, & percitus corde invidit; quippe in loco deliciarum homo occupabat, quam ille felicitatem propter superbiam amiserat. Hæc ad dolum soliloquia, uti describit Alcimus Avitus, *Geneseos*, lib. 2. à v. 110.

Hæc mihi deiecto tantùm solatia restant:
Si nequeo clausos iterùm conscendere cœlos;
His quoque claudentur. Levius cecidisse putandum est,
Si nova perdatur simili substantia casu. Alc. Avit.
Sit comes excidij, subeat consortia pœnæ.
Sed ne difficilis fallendi causa putetur; *Soliloquia demonis in exterminium demonis.*
Hæc monstranda via est, dudum quam sæpe cucurri,
In pronum lapsus. Quæ me iactantia cœlo
Expulit, hæc hominem paradisi è limine pellat.

Ita erga præut cogitaverat, instruxit dolum, hominemque sibi mancipavit uti servum, expellens è patria, ut gemeret pressus doloribus in terra aliena; simulque eius universa propago, quia cuncti sauciati in uno: etenim morti pœnisque obstrixerat, quippequàm totam stirpem læsâ radice viciaverat. Venit tempus, quo lex transferenda in gratiam, & homines restituendi in libertatem antiquam. Haud quibat fieri sine satisfactione; Christusque homines emit & redemit suo sanguine, extructo triumpho, tyranno victo, & grege redempto, pretiosiorem gemmis auroque, mittens in cœli templum coronam; cùm illuc induceret universam captivitatem redemptam. Iam didicit cœlum portare *hominem* (inquit Augustin. in *Ascens. Domin.* serm. 5.) *Ecce iam porta patet, quam clauserat Adam. Claustrum quod cœlo iniquitas infixerat, reparatum est.* Quod clausum dæmoni, nequaquàm hominibus clausum: etenim ascendente Christo in cœlum, ostium potestate aperuit, & cum illo in gloriam homo redemptus intravit. Manil. d. lib. 5. à v. 8.

Libertate ex lege gratia porta manifesta gloriæ.

Et properare viam, mundum iubet: omnia circum. August.

Si-

Manil. *Sidera vectatum toto decurrere cœlo,*
Cùm semel atherios iussus conscendere currus,
Summum continget sua per fastigia culmẽ.
Constituit magni quondam fabricator, Olympi

6 Tunc igitur humano generi gaudium, quia à gaudio expulsus, qui expulerat, & servus factus, qui in servitutem presserat: quandoquidem amissam recuperavit libertatem, dum exactor detrusus in æternam servitutem. Seneca:

Senec. Hercules Oet. v. 350. & 673. *Felix patet quicumque quos odit, premit,*
Et flammas pascit. Nec felix sibi videtur
Nisi felices cecidisse videat. Magnus,
Qui regna miseris donat, & celsis rapit.

Fertur in triumpho diabolus ut captus *Fortuna* (ait idem præfat. in lib. 3. *Natur. qq.*) *nescit quiescere. Gaudet lætis tristia substituere, & utraque miscere. Itaque in secundis nemo confidat: in adversis nemo deficiat. Alternæ sunt vices rerum. Quid exultas? Ista quibus veheris in summum, nescis ubi te relictura sunt: habent suum, non tuum finem. Quid iaces? Ad immum delatus es: tunc est surgendi locus. In melius adversa, in deterius optata flectuntur.* Sic desivit dæmonis exultatio: fertur in triumpho. Canit ipse, Hercule victore, domita cervice Cerberi, à v. 49.

Idem. *Fœdus umbrarum perit.*
Vidi nocte discussa inferu,
Et Dite domito, spolia iactantem patri.
Victum vinctum oppressum trahit
Ipsum catenis, Ereboque capto potitur.
Idem. *Sacra dira mortis in aperto iacent.*
Sed ille rupto carcere umbrarum florens
De me triumphat: atrum ducit canem.
Summa occupat, qui vicit ima.
Posse cœlum viribus vinci suis,
Didicit ferendo. Subdidit mundo caput.

Et homo in curru Elucet Salvatoris gratiâ, quod finxit Græcia: igitur qui homines truculentus captivaverat, duxit captivum, & captivos redemptos introduxit in cœlum.

7 Reductio captivorum quos abduxit Nabuchus è terra promissionis; symbolum præscribitur à Davide libertatis eorum, quos abduxerat dæmon è delicioso paradiso voluptatis. Patet in nomine expresso *Iehova*. Ita igitur Hebr. & Maluenda: *Cùm Dominus Iehova reduxerit multitudinem captivorum, implebitur gaudio os nostrum & acclamatione. Magnalia & stupenda faciet.* Genebr. *Magna & ingentia. Magnam & insperatam salutem.* Unde ergo in Salvatoris Ascensione, non solùm magna facta, sed & magnifica; ut acclamatione vel inter ipsa miracula sint prodigia? Magnum sanè, captivos redimere, quippe magnum eximere à vexatione: verùm maius, redimere proprio sanguine. Magna gratia captivorum libertas; sed maior gratiæ speciositas: in donoque Soter N. non solùm dicitur magnus, sed inter stupenda magnificus; quippe in gloriam ascendens, queis dederat libertatem, concessit & beatitudinem. *Ut mirabilior fieret gratia*: subdit Leo, d. *serm.* 2. cap. 1. Felices erant è captivitate educti, libertate donati, tyrannidis immunes, vexationis expertes; verùm felicitatem complet, si inimicus per quem ceciderant, caderet. Felix qui draconem premit, in ludibrium educit, pascere flammas facit, iacentem videt, haberque sub pedibus, cuius sub pedibus iacuit. Illud magnum, hoc magnificum: summèque Christus magnificatur, dum libera humana natura ab illo in cœlum reducitur; quoniam in hominum complacentiam, atque felicitatem plenissimam, per eius in cœlestia elevationem ostendit eis captivam captivitatem. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Regna dedit miseris, celsis rapuit: diabolusque (ut inquit Plautus in *Ruden.* Act. 4. scen. 7. v. 33.

Christus non solùm contuli libertatẽ sed beatitudinẽ.

Leo Papa. *Unde eius gratia magnificatẽ*

Plaut. *Dum prædam habere se censeret,*
Interim præda ipsus est.

8 Hinc Psalmographus infit: *Elevata est magnificentia tua super cœlos.* Magna sanè gloria Domini; sed super cœlos magnifica: etenim quos in tartara duxit diabolus captivos per primam culpam; reduxit festivè in patriam. Magna gratia, gratia in libertatem concessa: gloria per gratiam magnifica: & super cœlos magnificatur gloria Christi, simul cum illo natura humanâ ascendente; quoniam omninò magnificum, tantæ victoriæ trophæum; exaltare super sidera homines, quos supplantatione in tartarâ æstus impulerat dæmonis. Gloriabatur diabolus sua fraude deceptum hominem, divinis caruisse muneribus, & immortalitatis dote nudatum, duram mortis subijsse sententiam, seque in malis suis quoddam de prævaricatoris consortio invenisse solatium; quippe utrique clausum cœlum. Mentita est iniquitas sibi, Christo in cœlum ascendente: igitur diabolus qui in barathro iacet, hominem quem excluserat in cœlo vidit. Illi tantùm clausi, homini aperti; quia culpa extincta Redemptoris morte. Per lytrum concessa est gratia, & etiam cœlo reconciliata natura, ut videret cœlos apertos, & æthera pervia, quæ occlu-

Pf. 25. 2 Hebr. Maluẽd Genebr

Pf. 8. 2.

occluserat primà culpa: tuncque Christi gratia elata magnificentia; quoniam pro carcere homini concessit omnimodam libertatem, pro infirmitate virtutem, pro ærumna felicitatem, pro aversione gratiam, pro vulneribus victoriam, lauream pro catenis, coronam pro vinculis, pro exilio patriam, & pro lachrymis fusis immarcescibilem gloriam. Gratia Christi magnifica sanè in cœlis; igitur ut in *Captiv.* ait Plautus, Act. 2. scen. 2. v. 108.

In ascensione illis multiplicia dona.

Plaut.

Est gratia gravida donis.

9 At quomodò nos ascensione Christi in cœlo; ubi gemibundi in hoc misero mundo! *Quia Domini est assumptio nostra.* Glorificantur membra corporis, dum refulget gloria capitis: igitur cum ab illo humana caro est assumpta; nostra profectò elevata super æthera. Demonstrat fide David. *Exaltare Domine* (optat) *in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.* Quare ergo exoptat Christum ad cœlos exaltari, & in propria virtute, cantatque exaltationis virtutem, & tacet mirabilem Salvatoris exaltationem? *Ut ostendat, quantus sit, & quantum valeat*: subdit Maluenda. Quantus sit, in exaltatione: quantum valeat, in virtute; quo propter mirificum opus, resultet in plausum melos. Pende verborum emphasim. In Salvatoris elevatione super æthera (in qua tota generis humani gloria) est elevatio virtutis, & virtus elevationis. Propriâ virtute Christus in cœlum scandit, & super omnia in cœlestibus eminet, suum demonstrans civibus triumphum, & etiam hominum. Si tantùm in Ascensione diceretur exaltatio; esset exaltatio sibi: si virtus exaltationis, & sibi & homini: & cùm Dominus sit in cœlum exaltatus, tantùm laudatur exaltationis virtus; quippe hominibus datur exaltatio in cœlis, ex virtute mirifica eiusdem exaltationis.

Psalm. 88. 29.

Psalm. 20. 14.

Maluend

Quæ Christi in ascensione exaltatio, & virtus exaltationis

Victricia castra laborant:
Decorant mundum, exornant amictu.
Cuius divina potestas, credas, ex æthere lapsa.

Claud. *Probin.* à v. 137. & 192.

Cùm Domini sit assumptio nostra, nostræ assumptionis in illo plauditur causa: etenim eius in exaltatione signatur gloria; quia per illum ex virtute gaudet humana natura. Venantius Fortunatus, *lib.* 3. v. 86.

——*Post tartara carne resumptâ,*
Belliger ad cœlos ampla trophæa refert.
Fulgentesque animas vestis quoque candida signat,
Et grege de niveo gaudia pastor habet.

Venant.

Est in triumpho virtus & exaltatio. Virtus capitis, exaltatio utriusque, scilicèt Redemptoris & generis humani, assumptâ & resumptâ carne: illiusque plaudit Psaltes elevationis virtutem, dum eius miramur novam super cœlos insignem elevationem; quippequàm virtute sedentis ad Patris dextram, homines sursùm elati fausté venerunt in gloriam.

10 Nostra Tautologia occurrit. *Deus sedet super sedem sanctam suam*; quia Dominus, in cœlo sedes eius. Cur eius dicitur sedes, dum de hominibus in cœlo, dicitur *Sedere in sedibus suis*? Habent sedes ex virtute, quam Christus possidet exaltatione: sedium habent vsum, cùm sit Salvatoris præmium: solaque Christi sedes in cœlo dicitur propria, dum humana natura etiam elevatur ad æthera; quoniam homo in cœlo sedem feliciter habet; eò quòd Christus uti caput iure in cœlestibus sedet. Quia Dominus, in cœlo sedes eius: ex exaltatione virtutis, si eius sedes, etiam nobis: quadoquidem dum ille fruitur sede insigni maiestatis, & nos gaudemus maiestate sedis. Dicit contextus. Ascendit ergo Christus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ. Sedit super sedem sanctam suam, homines invitans in gloriam, quæ effulsit in eis; *quoniam Dij fortes terræ vehementer elevati sunt.* Quinam hi fortes, in quibus rutilat species divinitatis? *Iusti qui verè Reges* (inquit Beda in *Luc.* cap. 43.) *& Reges magni.* Genebrard. hìc: *Magnates, homines divini.* Unde ergo iusti, qui Reges terræ, regni cœlestis magnates, non solùm elevati, sed elevati nimis? Ex elevatione Salvatoris. Elevatio illorum fuit, ubi ex reatu contracto per originalem culpam, exaltati sunt ad gratiam. Provectio insignis, eductio illorum de Limbi tenebris cæcis: gratiam enim perceperunt super gratiam, laudantes Vindicis Servatoris magnificentiam. Hinc Venantius, quo dudùm, à v. 83.

Psalm. 46. 9.

Apocal. 11. 16.

In eius in cœlos elevatione homines non solùm elevati, sed summè. V. 10.

Beda.

Genebr.

Eripit innumerum populum de carcere mortis:
Et sequitur liber, quò suus Auctor adit.
Evomit absorptam trepidè fera bellua plebem:
Et de fauce lupi subtrahit Agnus oves.

Venant.

11 Necdùm exhaustus charismatum thesaurus, quæ amor Christi in humanum cupiebat expendere genus, addens gratijs collatis prodigia, & miraculis magnalia mirabiliora; ut nimis exaltarentur versus olympum, quos usque in tartara depres-

se-

ferat dæmon? dicunturque iurè non solùm elevati, sed nimis, dum Salvator gloriosè, sedet ad dexteram Patris; quoniam ubi Christus humanitatis assumptæ susceptæ exaltationem, per illum in sempiternum obtinuerunt beatitudinem

Id. ibid. ——*Ecce tui radiat pars maxima triumphi*

Ad alia, ut valdè sint elevati, gratia & gloria extenditur Christi, de quo *Tom.* seq. *T. 4. Didasc. 2.* equidem glorificata anima, ut plenissimè humana in cœlis illustretur natura; non solùm fulgebit visione divinitatis, sed etiam gloria & immortalitate corruptibilis corporis. Hoc patet glorificationis speculum, in quo relucet hominum spes in gaudium. Damasus in eius *Ascension. v. 1.* succinit:

Quæ tùc in homine gloria completa

Damasc *Ut vitam doceat credentibus esse futuram;*
Ad sedem propriam Deus exule morte, resurgit.

12 Delirium Lucretio placuit, ex quo gloria nostra nitet. Negat enim in eodem cœlorum loco posse esse homines, & Numinis sedes. Ita utique ogganit, ruditque simul, *lib. 5.* de *Rerum natur.* à v. 147.

Illud item non est, ut possis credere, sedes
Esse Deum sanctas in mundi partibus ullis.
Quare ergo sedes nostris quoque sedibus esse
Dissimiles debent.
Dicere porrò hominũ causà voluisse parare
*Præclaram mundi naturam, propterea*ąque
Lucret. *Id laudabile opus Divum laudare decere,*
Æternumque putare, atque immortale futurum;
Nec fas esse, Deum quod sit ratione venustà,
Gentibus humanis fundatum perpetuo ævo,
Solicitare suis ullam de sedibus unquàm.
Desipere est.
Quid potuit novitate amorem accendere tali?

Ferè idem Cicero, lib. 1. de *Natur. Deor.* Cùm illuc non ingressuri, sedes hominibus in cœlis negarunt cœci. Haud quod illi ingenitum, condecens cogitarunt de Dei amore. Parva, quæ illis videntur impossibilia. Sedes in cœlo, quid exiguum dilectioni. Facti, quod plus, divinæ scilicèt consortes naturæ; haud per quid vel morale, vel extrinsecum; sed prout est ens à se infinitum, & illimitatum. Hoc opus cœlorum insigne, hominum causà, certum, voluisse parare. Magna quæ hominum videntur, quia habitat Numen in altis? Ibi sederunt, & sederunt sedes. Ibi ergo sederunt in sedibus suis. Quorum pedes stantes erant in atrijs templi, pro-

Simul in Christo homo ascendit.

cesserunt gaudentes in domum Domini. Quia etiã illis & in cœlestibus erat thronus, illuc enim ascenderunt tribus & tribus. Quæ, inquires, amorem in sedes poterat accendere novitas? Amoris intensi charitas. Christus ascendit in cœlum, sed ut hominibus præpararet locum.

13 Expressit Daniel & gloriam & gratiæ magnificentiam. *Aspiciebam* (inquit) *donec throni positi sunt, & Antiquus dierum* (Hieronym. *Christus Dominus*) *sedit: thronus eius flammæ ignis.* Pererius: *Summæ claritatis.* Thronus & throni? Utique, ut qui in cœlum assumpti sederent cum maiestate. Gloria namque pretiosa sedere in throno: præstantior quod sit in cœlo: & cùm ascendisset Christus exponuntur throni & singularis thronus, & symbolum humanæ felicitatis, in æternæ fruitionem beatitudinis: igitur solùm non habet maiestatis sedem, sed ibi & ubi etiam sedem habet Numen. Fas est dicere, gentibus humanis mediranter cœlum extructum: illis fastigium Christi ascensione concessum; etenim divini magnitudine amoris; Deus & homo nequaquàm habent dissimiles sedes. *Gloriosa hæc regni insignia: Qualis ille sedit? Thronus unus & plures throni*: subdit Rupert. hic *cap.* 13. Unus & plures throni, regni cœlestis gloriosa insignia. Objicitur in visione sedium maiestatis causa. Unus thronus sanè Christi: dum plures, naturæ humanæ, in quibus fulget qualis ille sedet: cùm enim ille ascenderet ut ascenderent homines, in mirificas sedes æternæ felicitatis; in cœlo nacti sunt thronum, simulatque Salvator faustè transivit in cœlum. Visi sunt, iter cum Christo versus æthera carpere.

Dan. 7. 9.

Sedet humanum genus ibi & ubi sedet Christus.

Rupert

Cœlumque supra vestigia ferre.

14 Ex Manilio refert Plinius *lib.* 10. *cap.* 2. reversionem siderum & conversionem, cum earum significatione, fieri nascente Phœnice. *Hoc autem circa meridiem incipere, quo die Signum Arietis Sol intraverit.* Nostra festivitas elucet, Phœnice in gloriam reviviscente. Arietem ingrediente Sole, & meridiano tempore; conversione factà, in hominum iam natura gloriosa: quandoquidem Christo Sole ascendente in Empyrium, ita genus humanum splendore renovatum; ut per eius virtutem Ascensionis, ut stellæ in perpetuas refulgeant æternitates. Servus enim fert coronam in curru Christi triumphantis. In Romanorum pompis *captivi, servitute exempti, & libertate donati sequebantur pileati*: ait Alexander Neapolit.

Venant. d.

Plin.

Quo tempore & quomodò in Christo signata nostra glorificatio?

Alex. Neapol.

lib. 6. cap. 6. Plutarch. in *Flamin.* & Valer. Maxim. *lib. 5. cap. 2.* Etiam aliquot catenarum tractus portabantur à captivitate redemptis, cum palmarum ramis. Panvin. de *Triumph.* cap. 10. Si palmæ victoriæ insignia, & captivitatis ferrea catena; simul in Christi triumphum arcanum signant mysterium; quandoquidem qui comitabantur ut soluti Christi triumphum, procedebant arctè vincti gratis vinculis gratiarum. Ad rem Claudian. in Probini *panegyr.* à v. 42.

Claud.

Hic nō divitias nigrātibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre,
Sueverat innumeras hominum ditare catervas:
Quippe velut denso currentia munera nimbo,
Cernere semper erat: populis undare Penates:
Assiduos intrare inopes: remeare beatos.

Psalm. 68. 34.

15 Intelligitur modò illud arcanum, per Psalmistam expressum; videlicèt: *Vinctos suos despexit.* Christus ligatos à diabolo solvit, post solutionem & libertatem non vinxit: dicitque David de Christo triumphante, minimè despexisse vinctos suos, quos pridem vinxerat diabolus; quoniam cuncta corda catenarum sospitum & expertum, in cœlum vadens constrinxit captivitate gratiarum. Hinc idem ubi suprà: *Convertere Domine captivitatem nostram.* Potiti, qui capti, voto, in Christi triumpho; cùm singulari glorià est conversa captivitas: etenim charismatibus facti vincti sui, qui in tenebris fuerant diaboli. Hebr. *Convertere captivam abductionem nostram.* Ubi maior libertas, meditanter exponitur optabilior captivitas; quippe Christus per gratias dulciores liberis excogitavit catenas. Dicat ergo Redemptori humana propago capta, captiva, & libera sequens triumphum:

Christus tunc vinxit, quos solvit, & quomodo?

Psalm. 125. 4.

Hebr.

Simul captivitas & libertas.

Ovi. 12. *Metam.* fab. 6.

Salida mihi gratia tecum.

DIDASCALIA II.

Alienum regimen, summum gravamen.

1 FACILE *est imperium in bonis*: ait Plautus in *Milit.* Act. 3. scen. 1. v. 17. Verùm si non boni, non metuentes, sed metuendi. Perversi difficilè corriguntur, vel correpti; quippequam vulnera exulcerantur dolore: totusque annisus in medicinam doloris, haud in curationem vulneris: etenim in ultionem quasi ab offensis technæ & technæ disponuntur, insanientes in medicum, à quo correptione sanantur. *Pessimus quisque asperrimè rectorem patitur*: inquit Salustius, de *Reipub. ordin.* ad Cæsarem. Appetit extra leges inolitam libertatem; & sub rectore ægrè fert exolitam servitutem. Unde cùm irascantur, ex quo miteſcunt; cum phreneticis effrenibus, parcendum stimulis, & fortiùs utendum loris: equidem dumtaxàt per percussionis, ictusque prudentis pœnam, in ordinis dulcem reducuntur harmoniam. In huiusmodi propositum pro speculo citharam depingit Saavedra in *Idea Princip.* symbol. 61. cum epigraphe: *Maiora minoribus consonant.* Verùm grave, perficere, quomodò consonent. Solorzanus, *Emblem.* 71. pro regimine ac eius forma usus est lyra, succinitque:

Plaut.

Sallust.

Difficile, pravos reducere in ordinem.

Saaved.

Et Fidicen citharam promptam modulatur ad aurem,
Nec tamen abrumpit, vox licèt una cadat.

Solorz.

Utiquè, si ducuntur ordine, rigore, vel suavitate: cæterùm si sic vel sic obedire pravâ duritiâ resistunt; in ordinem reducendi, licèt rumpantur. In cithara objicitur modus, quo à Principe compescatur dissonans moribus subditus. Hinc Petra-Sancta citharæ sociavit gladium, & sacrum lituum in sonum. Gladium, in immedicabile vulnus propter putredinem; baculum, in aberrantium directionem; *ut ex religione* (infit lib. 6. *Symbol. heroic.*) *ac iustitiâ, veluti ex gravi sono & acuto, temperet quisque gratam regiminis optimi harmoniam.* Sic enim qui ex subditis, quasi ex fidibus, aptat regiminis instrumentum;

Petra Sancta.

Omne tulit punctum.

Horat. *Art.* v. 343.

2 Monet Bernardus zelo religionis, ut his dotibus formetur perfectus Præses. *Virtus siquidem discretionis* (ait serm. 23. in *Cantic.* num. 10.) *absque charitatis fervore iacet: & fervor vehemens absque discretionis temperamento præcipitat. Ideò laudabilis, cui neutrum deest. Ergo taliter oportet esse moratum, qui præest. Optimum in moribus dixerim, & summam disciplinæ huius perfectè apprehendisse; qui in nullo prorsus aut resistat prioribus, aut invideat paribus, aut subiectis vel desinat in cura, vel in superbia præsit, prælatis obediens, socijs congruens, subdi-*

Bernar. *Cautio egregiè et gentium.*

subditis utiliter condescendens ; quod quidem perfectionis insigne. Aliter nec haberet pedum in directionem, neque gladium in crimen , rumpereturque cithara cum ordinis dissonantia. Non esset in cithara, si fides non haberent propria loca, secundum distinctionem & originem , prioritatem , & posterioritatem ; igitur ordo rerum est ex diversitate formarum , in multitudine rerum. At quid , si ut succinit Horatius , quò dudùm , v. 348.

Horat. *Nam neque chorda sonum reddit , quem vult manus & mens,*
Poscentique gravem persepe remittit acutum:

Ars citharæ docet. Has , si oportet , Fidicem chordas ferit : alias sine pulsu transit: igitur si omnes percuteret , pro musica ac modulis , horridè obtruderet aures.

Similitudo citharœdo, & quare

Idem. *Ridetur, chorda qui semper aberrat eadem.* Qui dexter in melodiam modò percutit, modò remittit ; ut illius imitatione eluceat quid agendum in subditorum regimine : qua de causa de Præsidibus optimis dicitur : *Habentes citharas Dei.* Dei ergo sunt, & sonus sine percussione non fit: verùm tantùm chordæ tactæ percutiuntur, quæ sub citharœdi digitis non humiliantur : equidem non est ad contentum , regiminis ordo , quòd iustus percutiatur cum impio : nec quòd sine ictu chorda transeat professa tenacitatem ; donec digitis subiecta , humilis reducatur in ordinem. Ita quasi in cithara , conveniunt erga fides suavitas & severitas è manu Præsidis. Qui subditi non tangantur : elatæ dumtaxat chordæ in cithara percutiuntur: equidem lyricinis Præsidis munus;

Apoc. 15. 2.

Virg. 6. Æneid. v. 853. *Parcere subiectis , & debellare superbos.*

3 Hìc opus & labor, quia cùm incertæ sint providentiæ nostræ ; multoties fides citharæ , dum temperantur , non percussione , sed quia putridæ , rumpuntur: & quò pedetentim proceditur , levique manu corrupta chorda tractatur ; resilit, resiliens resonat , imò dissonat , & aliorum ordinem crepitu turbat , spargens sono susurri (quia iam ad nihilum utilis) propriam non esse putredinem ; sed citharœdi imprudentem , gravissimam percussionem. Quid , si invenitur , qui credat. Ipse citharam assumat. Exivit Assertor N. è Prætorio , *baiulans sibi crucem. Sibi.* Factus est principatus super humerum eius , & tunc novit , quantum onus : sibique sumpsit , quippe solus experitur , qui pondus tollit. *Sibi* , cui virga directionis pondere crucis ; portans propter principatum gravissimum lignum , ut tolleret ab humeris subditorum: quorum risui deserviebat , quia illorum nullus portabat, nec portare quibat. *Sibi.* Ecce homo sub potestate constitutus. Probat onus. Si crux sibi, pater constitutus sub potestate: etenim quamvis doleat, Superiori necessarium, ferre crucem subditorum. *Baiulans sibi crucem exivit* , ut ex commisso munere exiret feliciter cum honore: igitur ignominiosè exit, qui quærit tantùm honorem, atque repellit dignitatis crucem: Christusque sub potestate sibi sumit gravissimum crucis lignum ; ut qui florent dignitate, figant lumina in exemplum. *Nemo desiderat rectam Rempublicam , sed Rempublicam gerere* : inquit Clemens Alexandr. 7. *Stromat.* cap. 4. Honorem desiderat , verùm onus haud supportat ; cum iuxta Senecam 1. de *Clement.* cap. 19. assiduis bonitatis argumentis , labore muneris debeat probare , *non Rempublicam suam esse , sed se Reipublicæ.* Onus subditorum est cura Præsidum , quippe ab ipsis levandum : Christusque sibi sumit illorum crucem, dum accepit regimen ; quia minimè possunt solvi vincula obedientium , vel non obedientium , si à Præside projiciatur iugum ipsorum.

Onus subditus, gravat Prælatos.

Clem. Alex.

Senec.

4 Ulteriùs. *Baiulans sibi crucem , exivit.* Postquàm exijt, angariatur Simon, ut tolleret. Aliquid innuitur , ut gravamen regiminis non cognitum , cognoscatur : etenim ex honore , quem exitum habiturus, dicebat clarè Prædecessoris exitus. Christo cruci succumbente , fesso , fracto, ac plagato ob regimen toto corpore ; angariatus est peregrinus , *ut tolleret crucem eius.* Patet onus. Haud tollit nisi coactus. Pretio conductum asserunt nonnulli. Honor fallit splendoris specie. Videtur stulto , ac ambitioso pretium, & est incommodum : igitur totus fallaci nitore plausus , est crucis onus. Si principatus in cruce ; crucem supportabat principatus, blandimine antecessoris : etenim ab illius lassis humeris removit , dum sibi onus dignitatis sumpsit. Crux est , cuius pondus premit cor , uti visum in Iesu : nimisque honoris cupidus , qui ex occursu sibi videbatur validus , ut tolleret crucem eius. *Eius* dicitur. Cuius? Christi absdubiò, quia illi commissa posterior crucis Salvatoris portio. Si tota crux tradita ; esset sanequàm crux sua , & ab illo electa: cruxque dicitur Christi , etsi portata à Simone ; quia minimè crux portanda, quam subditus eligit, sed quam Superior imponit.

Matth. 27. 32.

Patet labor, quod splendor.

Onus regiminis nescit, qui non tollit.

Ioann. 19. 17.

In subdito crux voluntaria , non cua.

nit. Videsis Hæsten. 2. *Via reg. Cruc.* cap. 2. & Bern. in *Apolog. ad Guilielm.* cap. 1. Aliquibus placet, Christum crucem portasse: Simonemque illum iuvisse, sublevatione extremi crucis, ne concuteretur in petris. Sic ferè subditorum auxilium, in levamina laborum: tollunt sanè pondus: sed ut plus gravet Superioris humeros: igitur quò crux altiùs ab ipsis levatur, qui portat, magis opprimitur; ut totum illorum importabile gravamen subsidij specie imponatur super Præsidem.

Subditi Præsidis onus gravât, dum magit levant.

5 Ergo principali proposito. Iuxta contextum sacrum, haud videtur cum Christo crucem portasse Simonem, sed huic à Christo portatam, traditam crucem. *Imposuerunt illi crucem portare post Iesum*: Luc. 23. 26. & Athanasius, serm. de *Cruc.* in princip. infit: *Sibi ipsi Dominus crucem gestavit; & rursum Simon portavit illam.* Indicat tò *Sibi*: igitur exivit primò solus crucem baiulans; quam mox ponè ilum, portavit Simon usque in Calvarium. Homini Christus crucem tradidit insigne Principatus; quod usque ad sanguinem sustinuerat humerus, & duntaxàt portare valuerat eius dilectione flagrans pectus: sanèque non traderet, ne traditione illum docere intendisset. Suam crucem credidit tamqnam honorem illi, ne invideret dignitati: etenim per pondus molestissimum ambitæ dignitatis, cogniturus quam crucem haberent Præsides. Ita factum, & impositione crucis Simon nec loquitur verbum. Quid enim diceret, si per se pondus Superioruct, crucem portando, cognovit? Loquuntur inexperti, honoris cupidi; sed non qui crucem portant, dignitatique se ligant; quippequam pro honoris gloria, quasi in cruce non vident nisi tormenta: imò si pravi subditi regiminis rident formam, in cruce honoris ducuntur in ignominiam. Stella in globo collocata & splendens præfigitur uti signum dignitatis, apud Octavium Stradam, Tom. 1. *Symbol.* 21. cum lemmate: *Candor illæsus.* Vel in lubrico stare debet, qui dotibus lucet. Quia lucet dotibus, cadet. Si stella, fatalis videbatur ruina; & globo insistit etiam fulgidà stellà; quia magis si Superior, patebit infami ruinæ, ex virtutem splendentium infaustà felicitate. Stellæ fixæ sunt: ideò dicuntur stellæ. Globus, si stat, stat in indivisibili; quo quidem quod leve fertur, quod grave labitur: & in globo elevatam splendentem stellam infelicitas collocat; ut qui Superior, non solùm cadat, sed ruat: equidem thronus, quo ius erat, instat stellæ, summum indipiscere fulgorem; subditorum malitiâ mittit præcipitem. Causam signat epigraphe. Ita disponitur fulgentibus thronus, modò *Candor illæsus.* Haud illegibus placet huiusmodi splendor, & Præsidis morum candor, licet ut stella fulgeat in munere, & thronum repleat honore: etenim renuunt in throno videre Præsidem, & simul morum candorem. Cùm candor (si illesus sit) premit, ut servetur lex, ut per morum corruptionem, quærant qui pravi ad lubitum libertatem; candore morum illæso, stella Præsidis collocatur in globo (qui deorsum propendet, & motu rapido superpositum allidit) siquidem quia non placet amusis, neque vox legis; crebris amaritudinibus, è globulo, quo lucebat, efformant thronum, & ut rotet usque in ima impellunt in præcipitium. Vernaculè. *Si le miran por sus virtudes lucir, quieren echarle à rodar.* Cuncta vastant, ut liberè vivant. Cunctis nocent, si non placent: candorque illæsus sine fulgore dignitatis exponitur, dum Superior splendens malitiâ subditorum obscuratur; quippe in bonos implacabile odium, relinquet minimè vel candorem illæsum. Videsis hìc *Tautolog. 9. Didasc.* 8.

Athanas

Sibi *pro* Solus.

Ex functione dignitatis, cognoscitur onus muneris.

Oct. Str.

Malitia pravorum fulgentem Præsidem mittit præcipitem.

Haud aversantur, quia mali, sed quia sibi non boni.

6 Inter observationes Astrologicas, Saturnus signatur Planeta superior: ligatus & in vinculis fingitur. Tanta eius in regimine prudentia, ut sub illo homines ætate gauderent aurea.

——*Quæ vindice nullo*
Sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat:
Pœna metusque aberant, nec vincla minacia collo
Ære ligabantur; nec supplex turba timebat
Iudicis ora sui; sed erant sine vindice tuti.

Ovid.

Ita canit Ovidius, 1. *Metam.* fab. 3. dicemusque fusè in *Ephemer. Isagog. Octobr.* à n. 7. Erunt ne pericula, siccine florente Republica? & magna. A filijs facta commotio, toto regno perturato, quousque depulsus è throno Quænam vel in patrem non cogitabit ambitio? Quænam illorum ad expulsionē causa? Quia cuncta per patrem gerebantur prudentiâ: cuncta legi rationique consona: nulla ex voluntate regentis, sed ex prescripto rationalis iuris; subditis rectum facientibus, prævijs Principis virtutibus; quia illo regnante, pri-

Regimē ex prescriptorationis odium est improbis.

primus in exemplum ligabatur muneri, sustinens regiminis onus; quippe illic quasi catenis adstrictus. Hæc displicebant ambitioni iuvenum, quia iuxta legem haud arridebat imperium: glorioſum duntaxàt illis, iuxta arbitrium resolventis potestatis, vocatis in auxilium Titanibus, qui adversabantur ut pravi, Saturni legibus.

Alciat. Emblem 38.

——*Discordia præceps*
Advolat & secum regia fata trahit.

Instruitur bellum, canitur classicum: & quem orbis desiderabat Principem, ob prudens & rectum regimen (favente cæcà fortunà, iniquitate validà, pluribus sequentibus libertatis vexillum, quia esse sub legibus arbitrabantur opprobrium) præut intenderat dominationis libido, furentes iuvenes eiecerunt è throno; quin deferveret concepta cordibus ira; igitur minimè quievit, quousque senem detruserunt in tartara. Dialecto nostra: *No parò el odio de sus pechos concebido, hasta echarle desde el dosel al infierno.* Virgil. 8. *Æneid.* à v. 319.

Virg.

Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
Arma Iovis fugiens, & regnis exul ademptis.

Sic genus indocile Superiorem debellabat, dum ille populos placida in pace regebat;

Deterior donec paulatim ac decolor ætas,

Idem.

Et belli rabies, & amor successit habendi.

7 At quodnam ex tanta commotione emolumentum? Regnum divisum: Iovi contigit aer, Neptuno undæ, Plutoni flammæ. Si cognoscuntur per symbola illorum regna, expulsionis Saturni propalàm notescit causa: etenim noluerunt habere super se Principem, qui in throno per rectum regimen, coerceret tenore & observantià legum, sectatores vanitatum, voluptatum, ac cupidinum; in quibus unus tanquàm ex aere mittebatur præceps: alius tanquàm in aquis iactabatur fluctibus: alius denique, tanquàm in flammis, urebatur igne; quin cogitarent ruinas, procellas & flammas: imò ita imperio phrenetico emotæ mentis; ut ipsi vel torti delectarentur periculis, patientibus subditis furentium dominationem, quam serò cognoverunt uti tyrannidem, quia legum senis sprevere regimen. Unde, ut ait Tacitus, 1. *Annal.* cap. 49. *discedunt in partes, ingerunt tela. Clamor, vulnera, sanguis.* Hos exitus habent somniata ex libertate commoda, ut morum regnet non candor, sed corruptela. Genius mutatur in horam, & cuius prius solicitabat plausum, iam habetur ad ludibrium. Quod commendatio venerandæ auctoritatis, est risus potentis iurisdictionis, dum amor optimi Principis (vetè throno, ac dotibus superioris) præstabat securitatem, metus celsitudinem, circunspectio maiestatem, benevolentia amplitudinem, pompa æstimationem, repræsentatio auctoramen, cultus reverentiam, demumque severitas conciliabat observantiam. Hi haud ferunt placidè iniqui, gaudent noxià libertate, & impune flagitium vocant imperium; quod ex mutatione contigit principatus; quandoquidem mutatur semper cum Principe vulgus, cui blandus furor, & successore novo vincitur omnis amor. Dicit Ovidius. *Epist.* 18. à v. 98.

Cur illis in odium

Tacit.

Quę bona ex Superioris prudentia

Et videar merces esse labore minor:
Sitque novus nostri finis amoris amor.

Ovid.

8 Ita pravi expressione affectus fallunt, & crebrò oderunt, si specie falsà falluntur. Animus in deteriora semper pronus, una eademque horà in opposi a dividit pectus. Affectu ficto ducitur, haud affectionis causà: impetu, haud meditatà prudentià. In adulationibus deforme, & mendax: in despectu horribile & procax. Aliquando veràs laudes commiscet falsis: interdum vera vitia inter se rit imposturis. Modò plaudit plodenda: modò plodit æstimanda; quia librat quæstuoso, etsi inani, affectu, haudquaquàm rationali iudicio. Medium tenere nescit: vel amat extremè, aut odit. Qui hisce pessimus, ab alijs effertur optimus, diversus varius & idem, per variam subditorum ac diversam affectionem; animà in opposita curis distracta, & in malis tabescente præ malitia; quippe modò ascendit in cœlos & modò descendit in abyssos. Quis itaque capit placidè somnum? Cuius cor requiescet crebrà solicitudine oppressum? Undique fluctibus quatitur, undecumque molè opprimitur: semper gravamen, igitur nonnunquàm regimen. Satne in pacem innocentia? Hæc carpitur, & non vitia. Assertor N. dixit malevolis: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Profectò nemo: sed qui cognoverunt non habere peccatum, dicunt habere dæmonium. *Sine iniquitate cucurri & direxi*: dicebat Rex Israel. Sanè sine nota directio, ubi subditi gaudent rationis iudicio: cetertùm si pravitate corrupti, non directi, nec dirigendi; eò quòd Præses fulgeat sine iniquitate. Illorum iniquitas est Superioris integritas: sine illa, comitibus vitijs exciperent faustè gaudium;

Quę mala ex subditorum malitia

Ioann. 8 à 46.

Bona, quia bona, carpunt. Psalm. 58. 5.

dium ; quippe habebant ad flagitia Superiorem in exemplum. Unde nisi huiusmodi causà throno expelleretur David , & exaltaretur Absalom ? Ille in throno premens impios , regiminis præparabat directionem. *Quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem* ? Hic venundatus erat sub peccato , mancipatus cuilibet obvianti vitio: pessimique subditi Principem rectum expellunt , quippequàm rectum cognoscunt : pravumque in throno constituunt ; quia flagitia desiderant Superioris , ut vestigia sequentes vivant impunes.

Psalm. 93. 16. *Et malos in Superiores eligunt.* 2. Reg. 15. 13.

9 Hinc plerique adinstar filiorum Saturni , regiones collocant in pectore , gerentes imperij dominium iuxta qualitatem & conditionem regionum ; aëris , scilicèt, ignis & maris : igitur pericula in regimine experientes , alij fluctibus summerguntur solicitudinum, & impetu procellarum: alij igne zeli fatuè uruntur; & alij quasi ab aere furore præcipitantur. Quid si cuncta in uno Præside ? Patet regimen , quàm grave ! Grave prorsùm , tanquàm solicitudinum pungentium continuò indeclinabile iugum. *Sciat* (inquit N. Glorioſus Legislato, *Regul. S.* cap. 2.) *quia suscepit animas regendas ; & præparet se ad rationem reddendam: & quantum sub cura sua fratrum se habere scierit* (nonnulli fratres se habere nesciunt) *numerum ; agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est Domino rationem, sine dubio additâ & suæ animæ. Ita semper timens futuram discussionem pastoris de creditis ovibus : & cum de alienis ratiocinijs cavet , redditur de suis solicitus*, &c. Alienis verbis utor , ut quod à fatuis appetitur onus credatur: fatui sanè, qui non gemunt sub aquis moderationis , & mulcentur dulcedine fellis ; quamvis plerique miseriarum execrentur amaritudinem , & corditus diligant ærumnarum mercedem. *Longè tamen graviori & periculosiori debito tenentur adstricti* (dicit Bernard. Serm. 3. in *Domin. advent.* num. 6.) *qui pro multis animabus reddituri sunt rationem. Quid ergo infelix ? Quò me vertam , si tantum thesaurum , si pretiosum depositum , quod sibi Christus sanguine proprio pretiosius iudicavit ; contigerit negligentius custodire ? Accedit sanè ad solicitudinis cumulum , & pondus timoris ; quod eum & meam & proximi conscientiam servare necesse sit ; neutra mihi satis est nota , & nihilominus exigitur à me utriusque custodia.* Non levat onus honos , sed gravat. Experientia demonstrat ; quàm in arduo summa sunt. O stolidi ! Quod titillat uti bonum, profectò timendum.

S. Bened.

Compescit validiorem animum iudicium reddendum de animabus subditorum.

Bernard

——*Falsoque in honore gigantes.*

Ut Canit Ovidius, lib. 5 *Metam.* fab. 5. & Claudian. 2. in *Eutrop.* v. 322. *Vilis honos.* Iurè : non grata , timenda. Unde Seneca , Epist. 110. infit : *Vana sunt ista, quæ nos movent , quæ attonitos habent.* Quis accedere ausus , ad id quo periturus ? Plautus *Pseudol. prolog.* v. 22. succinit:

Ovid. *Munus non est culmen, sed cruciamen.* Senec.

Qui quærit alta, is malum videtur quærere: Curas malas.

Plaut.

Ambitiosi queruntur, non habere; quippe cupiunt , attonitè vivere. *Multi* (infit Bernardus , de Morib. Prælator. cap. 7. n. 25.) *non tantâ fiducia & alacritate currerent ad honores , si esse sentirent & onera. Gravari profectò metuerent , nec cum tanto labore & periculo , quarumlibet affectarent infulas dignitatum. Nunc verò, quia sola attenditur gloria , & non pœna; se viles æstimant & inglorios, qui quocumque eminentiore loco non fuerint sublimati.*

Bernard

Audiatur etiam Ethnicus , ut pudeat & timeat veræ religioni addictus. Ita vita potentium indicat Euripides, *Ephigen. in Aulid.* à v. 17. & in *Ione* , à v. 620.

Non felicitas, se calamitat.

Non felices , qui in honoribus.
Hoc decus , decus est lubricum.
Gloriæ cupiditas dulcis quidem,
Sed afficit dolore , dum adest.
Frustra laudatur : nescitur.
Species externa grata ; interiora verò tristia.
Quis ita beatus ? Quis felix est,
Qui semper metuit ? Habere labores;
Non mihi bona.

Euripid.

10 De Delphinis dicitur à Maiolo, *Tom.* 1. *Colloq.* 9. numquàm quiescere vel dum dormiunt : equidem illorum in somno perpes & præpes motus à fundo maris usque in aquæ superficiem ; hinc inde euntes sursùm & deorsum. Speculum patet Præsulibus obiectum : equidem ita illis pro munere congruit in subditos vigilantia ; ut vel somnus necessarius sit solicita vigilia. Tametsi detur hora quieti. haud decus , fessos oculos furari laboris; sed Palinuri adinstar (ut accinit Virgilius , 5. *Æneid.* v. 852.)

Delphini perpetuo motu, vel dormitando.

Sana dicta dabat , clavumque affixus & hærens
Nusquàm amittebat , oculosque sub astra tenebat.

Virgil.

Vitam ille perdidit , quippe vel nolens dormivit : equidem qui navis gubernator ad-

adstabat ; dumtaxàt vitam & clavum dormiendo amittere quibat. Ligari congruit officio, nec oculos unquàm indulgere somno. Vel in subsidium lassi necessariò corporis, est irrequieta quies. Quid nostra Tautologia? *Sedet super sedem.* Videtur necessarium. Fallitur in regimine iudicium. Haud obtinetur in ipsa necessitate, quod naturale ex sedis suppositione: equidem qui propter ministerium habet curam animarum ; sedem habet, sed non sedet. Laborat fatiscens animus, grave est onus : quod levius, vel premens esset, si quiescere permisisset. Honor sanè habetur ; sed propter honorem Præses in nulla sede moratur. *Vigila, in omnibus labora*: dicit discipulo Paulus. Idem signat diversa periodus : igitur si in omnibus sibi subditis laborat, profecto vigilat. Regimen habet & non dicit regimen sed laborem; quia qui Præsul, non potest habere requiem. *Vigila.* Dormire nocet. *Labora*, quia munus urget : & dum exprimit laborem in cunctorum ministerium, excutit à Præsule somnum ; quia si quiescit, ministerium non adimplet : equidem quasi impossibile, subditos moderari, & aliquomodò quiescere.

Psal. 46 9. *Curaerga subditos si fugit, nec dormire sinit.*

2. Tim. 4. 5.

11 *Dic Regi* & *dominatrici* (superbiæ potentum) *Sedete, quoniam descendit de capite vestro corona gloriæ vestræ.* Hoc præceptum à Domino iniunctum Ieremiæ, ut scirent cladem, à dominatione removendi. Sedere iubet, quos à principatu expellit? Unde habere possunt requiem, qui dominandi amittunt felicitatem ? Si gloria est, & corona cupita ; ægrè fertur exul gloria : quapropter ambitiosus omnem lapidem versat, ut in principatum restitui viribus valeat. Quia iam non Principes, promittitur requies ? Nec sine causa : iam non habetur erga subditos cura. Regere, semper molestia : Sedereque iubentur, quando deficit corona ; quoniam quandiù uti Principes habebant, præ regiminis labore, nec respirare poterant. Sine principatu, *sedete* : profectò ex moderatione lassi. Sedendum, ex gravamine laborum, urgentiâ solicitudinum : igitur iam remotum ministerium, quod in laborem excutiebat somnum. Requies necessaria, potitâ coronâ : hac fugace, *Sedete*: iam enim abfuit, quæ nec sinebat dormire. Sedes dicitur in Regibus maiestatis thronus, propter maiestatem principatus : & dum defunguntur officio, exprimitur à labore supersessio ; quoniam qui sedem in regimen habent, quia sedem habent, non sedent : igitur cùm quiescere non valeat, qui sedem occupat ; ut introducatur in pectora ad sedem quies, est removenda dominationis sedes. *Descendit de capite vestro corona gloriæ Sedete.* Vobis consulendum est. Iam vel stertere, ius: quandoquidem onus gravissimum, vigilare nonnumquàm in salutem subditorum. Pende : non solùm dicit, *Corona gloriæ*, sed *Gloriæ vestræ.* Fallimini coronæ splendore. Non est corona gloriæ, vivere sine requie. *Gloriæ vestræ.* Sanè, non versæ gloriæ : etenim quod vobis videtur honor, & maiestatis splendor ; undique labor & lavor, ponderoso gravamine, quod lapsos prohibet aliquantulùm requiescere. Hoc regiminis opus: & optatur Principatus? Non est requies in officio : innuit Leo, ex cuius conditione onus imponitur Principi. Achill. Bocchius, *Symbol.* 123. ex Pier. Valer. *lib.* 1. *cap.* 4.

Ierem. 13. 18.

Non datur requies, ubi cura regiminis.

Symbola in leone.

Luminibus vigilat clausis Leo, dormit apertis:
Hinc sacris custos pervigil appositus.

Achil. Bocch.

12 Modus necessarius, quia est modus in rebus, & *Optimus cunctis modus*; ut ait Cleobulus, apud Auson. in *Ludo Sapient. v.* 69. Unde N. Patriarcha ubi supr. *cap.* 64. subdit : *Cogitet semper quale onus suscepit* : : . *Non sit turbulentus & anxius, non sit nimius & obstinatus, non zelotypus, & nimis suspiciosus ; quia nunquàm requiescet.* Non solùm non quiescet, etsi viderit rectam institutionis formam; sed debacchabitur furenter usque in insaniam. *Ex vigilijs desipientia, malum* : ait Hippocrat. lib. 7. *Aphorism.* 18. Sit cura, sed cum prudentia. Rotæ currus Ezechielis plenæ vigilibus oculis. *Totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor.* Translata forma rotarum ad corpus ducentium regimine Ministrorum. *Quatuor animalia plena oculis antè & retrò.* Uti directæ à ministris proponuntur rotæ, in quibus exprimuntur qui in directionem subditi : igitur cum euntibus ibant, cum stantibus stebant ; & cum elevatis à terrâ, pariter elevabantur. Subditis ergo oculi concedantur; ut respiciant quò & qua directione procedunt : Nostrates : *Que miren à donde, ypor donde vàn.* Cur igitur si pedes subditorum pedes recti, & illis vigiles oculi ; oculos antè & retrò habete ductores ministri ? In formam prudentioris regiminis, ne subditi à recto tramite aberrent : minimèque aberrabunt, cogitantes quòd Rectores intuentur. Non sat, quod rectè vadant; sed quòd Præsides respi-

Cleobul.

Zelus nimius turbat. S. Bened.

Hippocrat.

Ezech. 1 18.

Apoc. 4 6.

Præsides debent videre, quid videat, ubi.

piant: igitur etsi subditi perfecti oculos collocent versus licitos respectus; debent scire Prælati, ubi dirigunt oculos. Vernaculè: *Deben saber los Prelados, adonde ponen los ojos.* Hæc est Superiorum vigilantia, & inferiorum custodia: etenim cum hi dirigi debeant à Præside, & non iter sit, quod à propria voluntate; à recto debiant quantumvis oculos habeant, si sese ducant. Videtur enim semita recta, quæ non tuta: quandoquidem vel iter in perfectionem, quod rectum; sine nutu Superiorum, est præcipitium. Oculos utrique habent, ut utrique vigilent: igitur subditi à rectitudine averterent oculos, si cogitarent superiores cæcos. *Plena oculis antè & retrò. Intùs plena sunt oculis & requiem non habebant.* Nequibant, gaudere requie, dum subditorum premebantur regimine: igitur ratio pro illis coram iudicis throno reddenda, non finebant in requiem claudere lumina. Ipsi pervigilant, quasi rationem pro animabus reddituri, etiam fessi præ labore: equidem minimè vigilabunt inferiores, si dormiunt Præsides.

Directio à propia voluntate est in errore.

Vers 8. Præsus vel dormiens, nō quiescit.

13 *Plena oculis antè, & retrò.* Sibi & subditis; quia habere debent & subditos coram oculis: imò ne errent, quia Superiores non vident, & perfecta sit custodia; etiam in occipitio collocantur lumina. Facies Præsidum & excitat dormitantem negligentiam, & subditorum compescit audaciam: antèque & retrò Præsidis collocantur pervigiles oculi; nequis, si fugerit, credat, fugere faciem Prælati. *Antè & retrò, & intùs plena sunt oculis.* Quorsùm intùs, si totum corpus exteriùs? Ut se respiciant, dum aliena in correctionem notant? Dicit Glorioſus N. Benedictus, d. cap. 2. *Cùm de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat; ipse efficitur à vitijs emendatus.* Frons sine rubore perfricta, qui carpit in se carpenda. Verba tunc languida, imò mortua, quia nihil increpat; ubi qui damnandus est damnat, levi vulnere pectoris tumores percutit, ne se vulneret: igitur si cognoscit ægitudinem, hæret: & desperatus iacet, si non cognoscit: etsi foveat cogitatione effrenem prorsùs audaciam, à dignitate scilicèt obtinuisse licentiam. Proh pudor! Quantus & quanti error! Ubi sublimior prærogativa, maior est culpa: inquit Salvianus de *Iudicio*, lib. 4. Quod subditis ignoscitur, Præsidibus imputatur. Iuvenal. *Satyr.* 8. v. 140.

Sit, crimen carpens, sine crimine.

S. Ben.

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò maior qui peccat habetur.

Iuvenal

Aliam causam profert Sapiens. *Durissimum iudicium his qui præsunt, fiet.* Quid mirum, quantumvis habeant lumina exteriùs, quòd flectant intùs? Exteriùs subditi sunt: intùs verò latet cor, centrum odij, origo benevolentiæ: introrsùmque qui Præsides oculos locant; an rectè, vel torvè subditos videant: quandoquidem si quæ gerunt, gerunt secundum affectum; his qui præsunt durissimum fit iudicium. Argumentum examinis promit Gregor. Magn. p. 2. *Pastoral.* cap. 10. *Aliquando* (inſit) *subiectorum vitia prudenter dissimulanda: aliquando apertè cognita, maturè toleranda; aliquando subtiliter & occultè perscrutanda; aliquando leniter arguenda; aliquando autem vehementer increpanda.* Oculos ergo Præsides habent introrsùm de iudicio cogitantes iudicium: igitur durissimum in libramine rationis, si quid delirat æmulsis. Intùs etiam habent oculos; quippe si se respiciunt, respicient subditos.

Sapient 6. 6.

Æqualis sit omnibus, & rectus animus.

Quisquis aves rerũ custos bonus esse tuorum
Sic dormi, ut vigiles intùs & exterius.

Gregor. Magn. In qua prudentia summat

Bocc. d.

14 Patet ergo summitas vigilantiæ ex articulo adolescentis prodigi. Lugurivit cuncta à patre haud iure, sed affectuosè tradita. Frequens exitus adolescentis effrenis defectu ætatis, & plus defectu rationis: etenim occasio ruinæ, vivere sine lege, & insidijs voluptatum vagari ad lubitum. Quid boni ex illecebris adolescenti inerit, dùm habet in potestate quicquid velit? Impellitur usquequaquè furore, quia uti desiderat traditâ potestate; qua ni potiatur modò, nescit quando, excusatione protectus, ac de malis in mala usque in præcipitium iactus: igitur haud culpa ad crimina potestate abutentis, sed potestatem affectione dantis. Videsis hìc *Didasc.* 4. Prodigus ergo ruit, sese furiosum cognovit; verùm quando nesciebat, quo se verteret: siquidem appositius illi sordido munus, alia quam munera, custodire porcos. Frugi igitur secum redijt, quod esse debebat suspicioſum seni; quia in se non reversus sponte, sed ex necessitate, quæ eformat sordidè animi proiectionem, dum potestas enutrit arrogantiam insolentem. Ita ergo intra se cogitat: *Ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccavi in cœlum & coram te.* Pater absens erat, illo eunte in regionem longinquam. Quomodò peccavit coràm? Exprimit propriam effrontem audaciam, & patris, ut

In iuvene munus potestatis, fomes furoris.

Luc. 15. 18.

Quia gaudet munere, non licet transgredi.

Debet vel absens scire Prælatus ubi sit subditus & hic ab illo respici.

Præ-

Præsidis, necessariam custodiam: etenim licèt absens (si absens) pervigil Prælatus; debet scire, ubi sit, & etiam quid agit subditus. Hinc plenus oculis ex incumbentia muneris: igitur si subditus disito loco liquandò; sunt lumina & ante & retrò: antè, respiciente adstantes: retrò, intendente in absentes. Coram cœlo ergo peccavit; absente patre deliquit: & dicit *Coram* patre, quasi præsente, ex custodiæ obligatione: siquidem minimè laberetur in crimen; modò præsentem, ut subditus, cogitaret Superiorem. Nec ab hoc debet exulare subditi solicitudo, nec à subdito Superioris recordatio. Ex tractu præsenti constat, in prodigo quantum inesset audaciæ: igitur ausus est libertate concessà, prolabi turpiùs in crimina; etiam considerata & patris, & Superioris præsentia. *Coram* patre, & cœlo respiciente, an subditus absens respiceretur à patre; qui corrigere debebat subditi crimina, ne impunitate tot iterarentur peccata, quorum cœlum testis in diem reddendæ rationis: & qui signatur absens, designatur uti præsens; ut exprimatur in honore gravissimum onus, & quantæ solicitudinis impositum munus: siquidem summum Superiori in dignitate gravamen, in ipsa absentia esse debere præsentem. Adi Gregor. Magn. lib. 24. in *Iob*, cap. 16. *Omnis vita servitium est* (infit Seneca, de *Tranquill.* cap. 10.) *nec invideamus altius stantibus: quæ sanè excelsa videntur, prærupta sunt.* Potestas, estò animum vellicet, non diligenda. Dum habetur, toleranda: igitur semper vel in quiete gravamen, alienum regimen. Vide seq. *Didascal.* Achill. Bocch. d. succinit:

Maius in regimine opus, adesse absentibus.

Senec.

Munera non invidenda.

Achil. Bocch.

In medio cùm opus est, mens alta labore
quiescit:
In media vigilat sæpe quiete labor.

DIDASCALIA III.

Sæpe à pravis afficitur dedecore, qui plaudendus in honore.

DIXIMUS *Didascal. præced.* cur à dignitatibus multorum fuga, sed penitùs principalis latuit causa: etenim etsi onus summè gravet dignitatis; maius onus à regendis. Facilè arte homo sibi fit bonus: difficile, facere; & alienam cupiditatem explere, licèt in obsequia, qui regit utatur arte; quippe malignitas magis scrutatur in fastidium, quàm voluntas benevola in subditorum obsequium. *Nescio an plus moribus conferat Princeps* (dicebat Traiano Plinius in *Panegyr.*) *qui bonos esse patitur, quàm qui cogit. Tibi beneficijs, potius quàm remedijs ingenia nostra experiri placet.* Hæc ars rationis, sed non pravis; quorum ingenijs nec ipsa beneficia sunt remedia, sed fastidiosa gratia, & non alio, nisi quia à Præside coguntur in bona. Genimina sunt viperarum; tantùm placet virulentum: etenim qui bona quærit toto corde repellitur, & iniquus benedicitur (quippe licèt legi quicquid indulget ingratum, connivet tamen furore vivere ad lubitum) displicetque Præses optimus, vulnerum medicus, qui malis studet bonis; si tetigerit ad bona, verticem capilli, perambulantium in delictis suis. Non enim cogitatur, quòd præsit, sed quòd opprimit: seque arbitrantur oppressos à peripeuta; qui levat, dum vult opprimere vitia. *Non intuemur quid ipse sit, sed quid possit* (inquit Gregor. Magn. lib. 25. in *Iob*, c. 1.) *sicque fit, ut is quoque apud nos intùs in despectionem veniat, qui foris honoratur; quia dum honorabilis habetur, rebus suis in examine nostro postponitur* (Hinc dolor Præsidum, dum credimus, sed divinum ignoramus iudicium) *quia sæpe Omnipotens plus punit, unde huic maiora ad ministerium contulit.* Hæc conditio probitatis, ici scilicèt ab improbis. Radij Solis per crystallum, gradibus concavitatis elaboratam, transeuntes, convertuntur in fulmina. Omnia perurunt, ni candida. Cùm candore dispergantur radij, ab igne candores semper servantur illæsi. Econtrà contingit in pectoribus pravis: totum fulmen in candores: igitur in adversa & aversa candidiora; à tabescente bile trisulca fulmina. Ut ipsi emineant, superiora calcant: & ut accinit Boetius, 4. de *Consolat. Philosoph.* Metr. à vers. 7.

Plin.

Regimini disciplinæ plerumque pravis ingrata.

Gregor. Magn.

A pravis semper vulneratur virtutes.

Quia distant ipsi, dissidentque mores,
Iniustas acies, & fera bella movent.

Boet.

2 Accedenti N. Servatori Gerasam, in homine occurrit dæmoniorum legio, à qua eius virtute & potestate liberatus est homo, qui illorum consortio ita miserabilis; ut compesci nequiret compedibus, nec catenis. Regionem conturbabat, nemoque tranquillè in pace vivere quibat. Quid ergo tranquillum, ubi homo cum

legione dæmoniorum ? Dæmon igitur cum socijs expulsus, cæterùm non placuit civibus: qui quidem Iesum rogare cœperunt,
Marc. 5. 17. *ut discederet de finibus eorum.* Quare Christus de illis ita egregiè benèque meritus, ab illis expulsus ? Ne dæmones expelleret alios? Furor illorum tantus, *ut nemo* (ait Matth. 8. 28.) *posset transire per viam illam*; & removetur (ut possent tutò transire) qui ab his insultibus liberavit terram ? Utique, operati sunt secundum indolem pravam. Idolis serviebant, voluptates adorabant: & quamvis viderent divinæ miracula potestatis; dumtaxàt volupe, vivere tamquàm Gentiles. Commodum illorum virtute Salvatoris amissum: ex illius præsentia maius incommodum, cùm ab illis averteret dæmonibus servitutem, cogeretque vivere iuxta rationem: Christumque abesse petunt, dum dæmones expelluntur; quia ita addicti consuetudini pravæ, ut ægrè ferrent liberari à dæmone. Commoda ex merce sordida habebant: virtutes Domini expulerant. Quod gratijs dignum, improbis prorsùs ingratum: igitur cùm ex dæmone quæstus, & à Christo videretur divina salus; nolunt (dæmoni mancipati salutem) quippe non quærunt utilitatem salutis, sed tantùm utilitatem. Per virtutem Salvatoris regio à dæmonibus libera; sed civibus gratia ingrata: magis quàm virtutes videre, inter dæmones eligunt habitare: etenim ita virtus odiosa, & blanda vitia; ut propter totum inolitum vitium, malint degere cum regione dæmoniorum. Cognoscebant enim dæmones esse; & cum illis, non posse benè transire: nihilominùs illorum placet consortium, quoniam illis ex consortio sordidum emolumentum; quod illos excæcabat, ut transiret qui valebat: siquidem ni cæci præ iniquitate; minimè causarentur, dæmonem virtute expelli. Speculum obijcitur cogitationum pravorum, Præsidem addictum legibus, experientium. Illi expulerunt virtutem: ut ad illos redeat, ille exercet potestatem. Renuunt, quia non possunt vivere ad lubitum, ut fiebat societate dæmoniorum. Expellere minimè gratum eis, quoniam vivere appetunt tamquàm Gentiles. Toto annisu Præsidis desideria sunt eijcere dæmonia. Ita cogitatum ? Apparebit legio dæmonum. Expellent Præsidem, si ostendit inter dæmones virtutem: equidem minimè quiescent, quousque pravi expellant foris, qui satagebat virtute expellere dæmones. Vividè Nostrates: *Quien arrojare demonios, que se vaya con los diablos.* Non est ad odium Præsidis iniquitas, sed morum integritas: & exurgit statim legio dæmonum ad integritatem morum. Fleveris, si rectè facies. Hoc enim præmium, ut ait Horatius, 1. *Epist.* 1. v. 61.

Horat.

Nil conscire sibi, nullà pallescere culpà.

In huiusmodi exitum deveniunt, qui iuxta instituta vivunt. *Duritiæ enim vocabulo summam in malos severitatem appellant, idemque stultitiæ*: inquit Plutarchus, in *Poplic.* etenim qui præ munere cohibet à malignitate, arcet à crimine, urget in observantiam latarum legum; signant ac vocant tyrannum, durissimum & stolidum; quippe apud illos iniquitas, quæ disciplinæ severitas. *Miscentur auxiliaribus* (infit Tacit. 1. *Histor.* cap. 38.) *sibi quisque dux & instigator, & præcipuum pessimorum incitamentum; quod boni mœrebant, fremitu crebrescentis seditionis, infelicibus consilijs.* Hæ pravorum artes, quin cogitent oriri usquequaquè seditiones, & bonis amaritudines: igitur semper tesilient, excutientes Rectoris iugum, ac legibus servitutem, quousque obtineant in flagitia omnimodam libertatem. Quæ enim non moliuntur in huiusmodi votum ? Aliquid à nobis pro Didascalia dicendum.

Plutarch.

Tacit.

Artes pravorum, ut legum excutiant iugum.

3 Aliquando, ne in deterius pravitas ruat; Præses tenorem aliquomodò & aliquantisper laxat: verùm totum evanidum, quippe urget vitium: modòque rimulam habuerit ad libertatem iniquitas; sensim ambitur ad vitia tota libertas. *Non oportet* (monet Gregor. Magn. 2. *Pastoral.* cap. 8.) *quòd Rectores boni placere hominibus appetant; sed ut suæ æstimationis dulcedine, subditos in affectum veritatis abducant. Sed inter hæc necesse est; ut cura regiminis tanti moderaminis arte temperetur, quatenùs subditorum mens (cum quædam rectè sentire potuerit) sic in vocis libertatem prodeat, ut tamen libertas in superbiam non erumpat: ne dum fortasse immoderatius linguæ eis libertas conceditur, vitæ ab eis humilitas amittatur.* Amittitur, quia illis Præsidem formidare videtur. Haud rectum ab eis consilium, quorum propositum in blandimine insidiosum. Sub eorum labijs venenum aspidum. Iurgia quærunt tota die; quippequam cogitant iniquitates in corde: & dum exprimitur amor, plus Rectoris solicitatur error, sequentibus eius modestissimam moderaminis formam, quæ à pravitate observantium vertitur in insolentiam.

Gregor. Magn.

Quæstus præfertur animarum saluti.

Et probe adversantur Præsidi.

Modò detur aliqua, ambitur libertas tota.

tiam. Experta Roma amisso à Senatu regimine, dum non potuit pœnitere. Ne quereretur de oppressione populus, de plebe eligi Tribunum sine delectu decrevit Senatus. Perperàm levatur in dominationem, qui natus in servitutem. Nocet potentia cui nubit malitia. Si tolerari non potuit sine potestate, quid enim erit cum dominatione? Qui subditus subijci haud valuit, dominatione valebit? Virulentum sanè dominium. Turpius nil est vili, cum surgit in altum. Unde Valer. Maxim. *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 3. inquit: *Furialis fax Tribunitia.* Habebat tantùm dignitatem in furorem. A nullo accipiebatur munus honoris, ni signaretur impunis. Lex decreta, qua decollata iustitia: igitur cuilibet è plebe cum indignissimo munere, concedebatur impunitas ex potestate furendi. Sensim crevit insolentia: ipse dicit, quò subditorum devenit audacia. *Tribunis plebis* (præmisit idem, *lib.* 2. *cap.* 2. n. 7.) *intrare Curiam, non licebat. Ante valvas autem positis subsellijs, decreta Patrum attentissimè examinabant; ut siqua ex eis improbassent, rata esse non sinerent. Pro commodis plebis excubabant; & imperijs compescendis occupati erant.* Insignis occupatio! & hæc Senatusconsulto? Fax utique tribunitia furialis. Furor itaque quod superiorum leges examinarentur à subditis: monstrum, sibi titulo Superioris leges ponere, quæ ad lubitum poterant in contrarium revocari: equidem examinatas (pondere libertatis, non libramine rationis, dumtaxàt fatuè auctoritati) approbabant, quæ sibi in exceptionem obligationum placebant.

Val. Max.

Quid viles cum potestate honoris?

Idem.

4 Tunc minimè legum neque Præsidum est honos, quippe huiusmodi examine subditi profitentur non esse subditos. *Parcendo potiùs, quàm imperia scisitando, res militares continentur* (infit d. à *cap.* 83. Cornel. Tacit.) *Sæpe honestas rerum causas, ni iudicium adhibeatur, pernicioſi exitus consequuntur. At palàm audiri, omnia consilia cunctis præsentibus tractari, ratio rerum non patitur. Tam scire quædam milites, quàm nescire oportet. Ista se Ducum auctoritas, sic rigor disciplinæ habet. Pereunte obsequio, etiam imperium intercidit; si quæ iubentur, quærere singulis liceat.* Pruritus est subditorum semper Præsidum in iussionibus præscrutari arcanum; haud ut libenter obediant, sed ut tenaciter quasi obsequio contradicant. Minimè condescendendum cum huiusmodi prolubio, quod semper exit cum Præsidis damno: etenim subditorum superbiam nutrit, audaciam fovet, libertatem ingerit: & quod peius, in Superioris infamiam, libertas transit ad linguam. Auctoritas quippe illius maiestatis miserrimè cadit, si quæ ordinantur, quærere singulis licet. Nonnulis ita videtur, animos conciliare, vel reconciliare. Falluntur: difficile, bonos improbis placeret. Considerat peccator iustum & quærit mortificare eum. Cor eius congregat iniquitatem sibi, studens vigili curiositati, ut carpat cuncta, sive facta, sive infecta: etenim malignè idipsum vellicabit, si fecerit vel omiserit. Sat quod sit factum ab invisо gratis Præside, ne sedeat cordi. Accinit, quò supr. Horat. à *v.* 94.

Tacit.

Amor regiminis haud reteletur subditis.

Fecerit auspicium cui si vitiosa libido?
Si curtatus inæquali tonsore capillos
Occurri, rides. Si forte subucula pexæ
Trita subest tunicæ, vel si toga dissidet impar;
Rides. Quid mea cùm pugnet sententia secum?
Quod petiit, spernit: repetit, quod nuper omisit:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis:
Æstuat & vitæ disconvenit ordine toto.
Insanire puta.

Horat.

Nonnumquàm novitatem sine pudore appetit, directores adit: unde vulnus rationis, velle in iudicium revocare furentes.

5 Videamus si oppositа prosunt. De Echeneide refert Plin. *lib.* 32. *cap.* 1. (quem sequuntur Fracastor. de *Sympath.* cap. 8. Plutarch. 2. *Sympos.* cap. 17. & Rondelet. 15. de *Piscib.* cap. 18. ex Ælian. 2. de *Animal. histor.* cap. 17.) *Ruant venti licet, & saviant procellæ; imperat maris furori, virosque tantas compescit, & cogit stare navigia* (*quod non vincula ulla, non anchoræ pondere irrevocabili iactæ*) *infrenat impetus, & domat mundi rabiem nullo suo labore, nec retinendo, aut alio modo, quàm adhærendo* ::. *nec idem pollet, in navigium receptus.* Index patet pravi in hominibus genij, cursum impedientis Reipublicæ: etenim omnes eius vires & industria; ut impediantur vel suspendantur omnia. Procellæ sæviant, venti ruant; nec gratia nec rigor movet: semel concepto adhæresсit; quousque vel trucidetur, vel mala bestia in navigium recipiatur. Fertur utiquè ægerrimè, nihil boni posse facere, & cuncta bona impedire. Navis signat Rempublicam, legibus integris tendentem in regiminis prudentiam. Pravi

Conditio Echeneidis.

Plin.

Qui necessariò regendi, inhiant regimini.

satagunt suspendere prosperitatem, quippe sese vident, uti par est, extra regimen. Appetunt, repelluntur. Huiusmodi echeneides in supplicium capere, propter lubricitatem difficile: assumere in navem, Reipublicæ grave. Anceps utrobique causa: regiminique miseria; ut possit navis feliciter tangere portus, in eius munera elevare infeliciter improbos. Alciatus *Emblem.* 82. applicat.

Alciat.

Sic quosdam ingenio & virtute ad sidera vectos,
Detinet in medio tramite causa levis.

In bonore pravum regimini virus.

Ex effectu micat ambitio. Extrà echeneis navem detinet. Intrà recepta, illa virtute non pollet. Exploratur eventu unde improborum turbulentia, & ab illis intendi dumtaxat honoris commoda: igitur si aliquid ad votum cadit, cuncta current prosperè. Illic naves pertransibunt, si sunt in navibus. Connivent, indulgent, eminet per fas & nefas benevolentia: cuncta transeant vel licita vel illicita. Quare si cuncta illorum iudicio transeunt; non navem, sed se respiciunt: equidem si obices vagantur ubique queruli; haud aliâ causa nisi quia sunt sine munere.

6 Factiones erant de Successore Davidis, in quibus impliciti regni primates. Elevatio Adoniæ perculit Nathan, qui continuò in eius reprobationem transijt ad Regem David. Ei de convivio & acclamatione in Principem, simulque ministrorum electionem arte retulit; subdiditque: *Me servum tuum & Sadoc Sacerdotem & Banaiam, & Salomonem, famulum tuum, non vocavit.* Adonias utitur politicâ agendi ratione: in indignam electionem non vocantur inimici. Quisquis addictus legibus, nonnumquàm perperàm proponenti suspicioſus. Quos non vocaverat, probi: hac de causa non vocati: vocantur qui assentiant electioni, quantumvis sit sine iure: etenim cùm non intendatur in electione acceptionis plausibilis expectatio, sed ad lubitum & in commodum electio; in meditatos insidiosè conatus, non vocavit electo refragaturos, qui cogniturі latitantes insidias, ubi illicita exponebat cum maiestate potestas. Cur igitur Nathan Davidi, ut electionem despiceret, se non vocatum exponit? Vitium ministrorum aulæ serpit ubique: igitur sæpe reprobatur electus, quantumvis optimus; quando ab illis non electus. *Me servum tuum non vocavit*: & electionem renuit? Videtur commoda sequi, & quæ commoda approbare; dum non fuisse vocatum, signat ut impedimentum; quandoquidem indignus uti dignus insignitur, modò ab illo vocaretur. *Me servum tuum non vocavit.* De huiusmodi repulsa debebat gloriari, minimè queri; quia ius erat sequi Regis voluntatem, adversus quam factio adversa prorsùs inepti constituerat electionem: & uti iniuriam retulit, quod electus non vocaverit; quia grave Principe novo, esse sine ministerio: igitur in suffragijs etsi consulatur muneri, esi cum propria utilitate. Sciebat Nathan, alium eligi debere iuxta voluntatem Dei: quid ad illum quod vocaretur, vel non vocaretur; dum ab alijs indignus eligebatur? Proprium commodum, quod plerumque prospicitur in ambitione vocalium: queruntur que non vocari, de quo debebant gaudere; quoniam ex electione si utilitas illis sit, flocci faciunt, quòd electio contra voluntatem Dei. Quid de huiusmodi cogitationibus iudicandum? Auditæ gravant, expulsæ conturbant. Quid cogitandum in quietem? Cum pravis non posse obtineri pacem.

3. Reg. 1. 26.

In electionem indignè non vocati, qui iure refragaturi.

Sæpe latitat in electione, utilitas eligentis.

7 Elucet ex eorum curiositate, discordiam perpetuò fedare cordi. *Bellum, quàm otium malunt. Si extraneus deest, domi hostem quærunt* (ait Iustinus, *Histor.* lib. 44.) *& ut bellare possint, causas inquirunt.* Pingit Seneca de *Animi Tranquill* cap. 12. *Alienis se negotijs inferunt, semper aliquid agentibus similes. Non industria inquietos & insanos, sed falsæ rerum imagines agitant: nam ne illi quidem sine aliqua spe moventur. Proritat illos alicuius rei species; cuius vanitatem cauta mens non coarguit. Eadem modo unumquemque ex his, qui ad augendam turbam exeunt, leves causæ circunducunt.* Quid ab illos? Impellit curiositas & malignitas in scelus; quia ut dixi alibi, nemo curiosus, quin sit malignus. *Tantum nè est abs re tua otij tibi, aliena, ut cures, nihil quæ ad te attinent?* Ita curiosum arguit Terentius, in *Heautontim.* Act. 1. scen. 1. à v. 23. Quid dicit nostra Tautologia? *Sedet super sedem suam.* Expromitur suppositum in insigne documentum, ut in Superiore cum vigilantia constet in munere integritas, & in otio inferiorum otiositas: igitur ille sedem habet, & præ custodia non sedet; & hi sedent, quamvis sedem non habent. Regunt, dum reguntur, ducti curiositate, quia nequeunt regi: etenim occupant sedem non suam stultitia iudiciarij moderaminis, curantes regere regimen Superioris. Cùm tenebræ essent super faciem abyssi, ne dominarentur orbi, Deus

Iustin.

Seneca

Terent.

Psalm. 46. 9.

Pravè intromittuntur in regimen gubernantium.

lu-

lucem fecit & à tenebris divisit. Patet divisio non facta illuminatione lucis, dum Conditor *divisit lucem à tenebris*. Illam fuisse quæ post Sol, asserit hìc, D. Thom. quem sequitur Maluend. Perer. alij D. D. Occurrit grave argumentum. Si lux ipsa fuit qui Sol; de illo & minore luminari dicitur, à Deo condita, *Ut præessent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras.* Quomodò igitur si lux & Sol idem sunt, primò à tenebris dividit Conditor Deus, & posthàc dividit Sol?

Genes. 1. à 3.

V. 18.

8 Sunt tenebrarum opera, potissimè in Republica confusa, in qua mali cum bonis, & reprobi cum electis. Electi adinstar lucis, visis tenebris obscurantur. Pravi adinstar tenebrarum, proximi luci deficiunt. Perpetua lis, prævaleat & quis in quem. Lux signat virtutem, tenebræque iniquitatem. Quare ergo tenebræ in lucem continuos excitant motus, & lux non dividit impios; cum ipsa ex qua Solem fecit, proprio splendore fugavit? Lux erat sine potestate: potestas post data Soli. Illum Conditor luce constituit, ut præesset: illaque nihil, videns coliginem, agit; quippe ad illam dum Præsidis deficiebat auctoritas, non expectabat profligare tenebras. Lucebat: verùm quid? Necdùm facta in moderationem Sol; etenim tenebras & umbras splendore fugaret; si è cœlo datam potestatem haberet. Ita se debet gerere, qui sine munere viderit tenebras dominari: quousque ad illum attineat regendi munus, sequi ordinem, & non amplius. Quid ergo faceret sine potestatis insigni? Sanè irrideri. Virtus inflammaret in expulsionem tenebrarum; cæterùm irritum votum: igitur si pugnant & repugnant, videntes in Sole superiorem lucem; plus intumescerent, non videntes Superiorem. Est in multorum congregatione cum tenebris virtus lucis; & lux virtutis. Lux virtutis quasi in luce prima: virtus lucis, tamquàm in superiore Planeta. Nihil lux virtutis sine luce potestatis: ipsaque lux cùm mirabilis fulgeret, nihil erga tenebras dispositi, sed Deus divisit; in documentum privatæ virtutis, sine ullo munere dignitatis: etenim in fugam tenebrarum, si nihil valet; Deus (qui cuncta moderatur) providebit. Dialecto nostra: *Lo que no puede corregir, dexarlo à Dios.* Aliter, quod videtur zelus, est virtutis ludibrium; quo gaudet congregatio tenebrarum. His videtur timor ex umbrarum horrore, quod procedit ex prudenti virtute. Non hæc extingui formidat; sed renuit operari, quod ad illam non spectat; siquidem si sui muneris; fulgore non parcet tenebris, addicta regimini, ex potestate cœli Patuit. Eadem ipsa expulit totam umbrarum caliginem, simulatque suscepit Præsidentiæ dignitatem.

Prudens ad moderamen refugiat, quod ad illum non spectat.

Potestate datâ, invebatur in flagitia.

9 Virtus ergo, uti lux, tenebris pravitatis odiosa, quæ prævalebunt sequentes & insequentes, modò illa fuerit extincta: equidem ubi lux non est, tenebræ sunt; in quibus ignis reconditus tendit in abdita, sed in fulmina; quippe totus motus procellosus in tenebris, ad exterminium virtutis, non aliter quàm in pravis acies gladij & mucro teli ut sagittent in obscuro rectos corde: Hinc lucis splendorem scrutantur per rimulas, ut optimi Præsidis, Solis, excutiatur potestas: unde obscurantes in dignitate virtutis fulgorem, nullam in radijs illius patientur hostilitatem: igitur licèt minimè nanciscantur extinguere, obtinebunt obscurare. Quid iniquius? At frustrabitur conatus. Graphicè in huiusmodi scenam, ut Præses (sicut monet Horatius, lib. 2. Od. 3. à vers. 1.)

Æquam discat rebus in arduis
Servare mentem, ab insolenti.

Pictus Sol, cuius maculas per specillum opticum, seu diopteram (Vernacule: *Microscopio, Antojo de larga vista*) nescio quas, curiositas investigare, ac signare conabatur; cum ille, ut fons lucis, esset procul à maculis, procul à nævis. Lemma: *Non ideo maculor.* Adi Octav. Strad. *Tom.* 1. *Symbol.* & Petrasanct. de *Heroic.* lib. 1. cap. 2. Patet animi pravitas, quæ ostenditur, ut curiositas. Insanum prorsùm in Sole ostendere obscuritatem, qui non habet nisi lucem. Vigilantissimè atque appositiùs nostro idiomate. *Es locura, buscar en el Sol eclipse, porque al otro se le antoje.* Quorsùm huiusmodi futilitas observantium vanitates & insanias falsas? Ostenditur virus pectoris, transeuntis in affectum cordis; quoniam videre pravi volunt, quod vellent videre. Carpitur huiusmodi malignitas, à Siracho, 3. à v. 22. ubi, ut curiositas exul à cordibus sit, objicit observanda & cogitanda ad unguem præcepta Dei. Efficax utique pharmacum in istiuscemodi indagationis pruritum: igitur removeret ab oculis & auribus curiositatem; quisquis studiò, ut par est, meditaretur in legem. Quietè itaque viverent, si non curiosi; & permitterent alios vivere quietè, qui

Petrasanct.

Affectu præsidis rimatur pravus in dedecus.

Eccli. 3. 22.

Exercent hominum vitam, belloque fatigant: Lucret.

Scru-

Scrutantur rimas, evertuntque omne profundum.

10 Ita Lucretius, 5. de *Rer. natur.* v. 1410. Altiori spiritu Carol. Scribani in *Medic. Religios.* lib. 2. cap. 4. Perpetuæ natant solicitudines, & inquietudo abit in plures, si semel cognita, quæ debent esse secreta. Prosiliunt suspiciones in varias, præut quisque cogitat, amaritudines; quasi per quamlibet vagam, & sæpe falsam speciem, qui subditi possent impunè efformare crisim. Inde præcipites in obloquia, quorum causa primus secretorum explorator, delator indagationis, quo mens defertur in varia temeraria iudicia; plerumque in ea quæ reformidat cavetque conscientia: culpaque in illum conijcitur, qui nec cognovit, nec cognoscitur. *Unde ingentes profluunt animorum alienationes, partiumque noxia Religioni studia; variæ deinde parùm religiosæ molitiones, innocentissimorum eversiones.* Quænam ergo animis quies, suspicione perperam sedente percitis animis? Indagatio curiosa, ingentium cum procella iactationum causa. *Ex hoc malo dependet illud teterrimum vitium, auscultatio, & publicorum secretorum inquisitio* (subdit Seneca de *Tranquill.* quò dudùm) *& multarum rerum scientia; quæ nec tutò narrantur, nec tutò audiuntur.* A perpetua itaque tempestate, fluctibusque curiosus iactatur: sæpe summergitur: & ubi hinc inde ut fanaticus vagatur, undique appetitur, stationum nescius, portus ignarus, & ab omnibus, quamvis sciret, secluſus. Non enim in portum suscipitur navis placidè, quæ affecta peste. Navis huius (incendiaria nonnumquàm ex effectu apparet) Benedictus Glorioſus Pater refert & merces & mercatores. *Scandala nutriunt* (infit *Regul. Sanct.* cap. 65.) *& dissensiones in congregatione faciunt* : : . *hinc suscitantur invidiæ, rixæ, detractiones, dissensiones & exordinationes*: igitur si vitia vera, quia cognita: si falsa, quia non inventa; patiente ex cogitatione cerebro, quippe cuncta ex odio delirantium cogitatio.

Occupatio huiusmodi curiositatis

Scrib.

Senec.

Effectus teterrimi

S. Ben.

11 Supervenit his, eodem laborantibus morbo; quod olim furenti contigit Ægypto. Unde stulti facti, qui inquisitione curiosi: qua de causa *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis; & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut erat ebrius & vomens: & non erit opus, quod faciet caput & caudam.* Hispanismo: *No estará cosa con cosa, pues quanto se discurre, no lleva pies ni cabeza.* Egimus, *Tom.* 4. *T.* 6. *n.* 2. Modò in testimonium, in quo fulget origo & opera curiositate furentium.

Isai 19. à 14.

Ne quod nihil refert, percontari libeat; Ut accinit in *Hecyr.* Terentius, Act. 2. scen. 1. v. 19. In cogitatione curiosæ malignitatis est spiritus vertiginis, quo cerebrum turbatum cuncta quieta arbitratur verti in gyrum: vertigoque capitis demonstratur in malignis, deteriore laborantibus languore curiositatis, in Reipublicæ perturbationem, ut dominantis diminuant auctoritatem; quoniam tota commotio non à motu, sed a perturbato cerebro. Asserunt ut firmum, quod cogitat caput læsum à virulentia cordis, pravitate voluntatis, quæ vult videre quod vult; & tabescit quia non est, observans Præsidis motus, ut pateſcat quem vult, nævus. Rimantur, non vident, comminiscuntur, quibus nulla fides datur, quia quod sibi videtur, non videtur: ita igitur errori sunt mancipati; ut quamvis comprehendantur in errore, numquàm agnoscant infirmitatem esse. Totum illorum ppropositum Superioris (ne sit) obscurare famam. Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam. Estne aliquid censurà dignum? Nec illi inveniunt. Unde ergo motus & summi momenti? Ex illorum læso capite: evulgant quæ à se somniata, iuxta avidam novitatis cogitationem; quippequàm malè affecti gravem patiuntur vertiginem. Vernaculè: *Se les anda la cabeza.*

Terent.

Qui proximum infamant Præsidē, patiuntur vertiginem.

12 Ulteriùs. Qui huiusmodi affectione laborant, ad subsistendum, baculum, aut fulcrum parietum solicitant. In se non esse cognoscunt; sed nequaquàm revertuntur. Ab scopo aberrant, sed errare non cogitant. Quasi manibus attrectantes hinc inde vagantur. Tactum vertigine amittunt. Unde cùm nihil inveniant, neque amisso pulso ex illis tangant, in quæ nequam impulerunt cogitationes; cunctis horis impingunt divaricantes prævaricati ad parietes. Dialectis Hispanis vividiùs indicantur ægritudines: *Como pierden el tino, todo es dàr por las paredes.* Videtur illis inveniſſe ad calumniam, quo innitantur, & cùm nihil quod visum, allisi corruunt. Ut iterùm cadant surgunt. Patet vertigo: nec sapiunt capite proprio. Insignis stultitia, & risibilis dementia, nihil vestigatione phantasiâ læsâ invenire, & usquequaquè in ludibrium caput frangi. Hi profectò errant corde: siquidem ni ex corde nequam, in proprijs vulneribus invenirent medicinam. Furor est, & pravum cor: sanio-

Eorum investigatio tendit in calumniā.

res se iudicant, cùm magis ægrotant.

Horat. d v. 102. *Nec medici credunt, nec curatoris egere.*

13 Deinde. *Spiritum vertiginis.* Maluend. *Perturbationis, perversitatis.* Septuagint. *Erroris.* Exponitur in Versionibus effectus, finis & origo vertiginis. E putri viscere, è vulnerato pectore, è venenato corde oritur curiositas, unde capitis infirmitas; quippe ex his in cerebrum ascendunt fuligines decubitum constituentes in solio capitis, cuius ratio sepelitur, & iudicium iugulatur; ut iuxta phantasiam fiat iudicium, quoniam fumis & fumis denigratum est cerebrum, & pro vertigine designatur perversitas, ubi in moribus probis curiositate investigatur iniquitas; siquidem dum sine causa detrahitur integritati Præsidis, oritur subditorum industriâ ex perversitate cordis. In recinctum legum fugaces zelus reducere intendit; sed corruptis moribus iugum pectus pravum fugit. Impostoris studet, ut regimen tamquàm tyrannum dedecoret. Inquirit de actis, & in suam cogitationem pravitate detorquet. Rimatur, & quod rectum, alieno colore pingitur; quippe satis in conamen, quod sit deforme ad speciem: vel ut Præsidem muneris tædeat, vel gravamine munus fastiditus deponat: perturbatioque in vertigine ostenditur, dum perversitas supponitur; quippe ni inferant in Rempublicam furentem perturbationem minimè nanciscentur optatam in abrupta libertatem. Vertigo est, ex qua error immedicabilis fit, pravorum votum, ut auctoritas regentis sine potestate, sit in ludibrium, damnato iure, prævalente iniquitate; quoniam cùm impius prævaleat adversus iustum, egreditur in sententia totum iudicium perversum: errorque in astu moliminis comes demonstratur perversitatis & perturbationis; igitur pravorum tantùm potest prævalere furor, quandiù ex vertiginis morbo, latè regnaverit error. Videsis alia *Tom. 6. T. 11. D. 3. n. 8.*

Effectus vertiginis perversitates & perturbationes.

Alapid. 14 Pro *Spiritum vertiginis*, legit Alapide: *Perturbatum spiritum.* Describit velamen speciosum primo aspectu, patentis ex errore perturbationis, atque ad vertiginem latentis perversitatis. Plerumque pravorum causa induitur non formâ sed virtutis figurâ, selectiore prudentiâ, amœnâ perfectionis specie, rutilo religionis colore; quatenùs appareant spiritu ducti, qui ducti in tumultum astutâ perversitate. Permanet embolium, quousque sine vertigine dominatur iudicium, cuius scrutatione, dum quæritur verus in operatione vultus, & denudatur pectus; invenitur in pectore spiritus perturbatus. Ex contextu patet, quomodò & quodnam in huiusmodi semente iniquitatum, fiet à prudente iudicium. Ita ex vertigine, *sicut erat ebrius & vomens in omni opere.* Omne opus notatur, quicquid fit, sub regula fertur. Non est zelus, quùm censura extenditur cum sigillatione ad omnia. Omne opus fatuum, imò delirum præ inebriante commotione bilis: igitur delator Somniati in dedecus cogitaminis, sicut erat curiosus ebrius & vomens. Sermone indicatur mens: ex abundantia cordis concepta loquitur cor: videturque cuius in prudente ponderis, habenda testimonia malignæ curiositatis: quandoquidem ex vertigine, præ nimia malevolentiæ ebrietate, vomunt cordis venenati pravitatem sine mente. Liquet è qualitate testis, fictum argumentum criminis: ebrietasque, interna vomens, ex curiositate, ostenditur, ubi pro libertate in vitia, crimen innocentiæ imponitur; etenim dumtaxàt quibat stare pro testimonio, qui vomebat epota sine iudicio. Verba oris eius iniquitas & dolus, quæ meditata in cubili: astitit omni viæ non bonæ: malitiam autem non odivit; sed ebrius fovit. Ut exposuit, causà cecidit, iniquo Vertumno natus, mentis inops, vini compos: igitur potitur ex pravitate capitis vacui vertiginem, qui ex temulentia demonstrat nullam habere rationem.

Ibid. *Ubi damnatur totum, totum est falsum.*

Cur ex curiositate pravi signatur ebrij?

15 Pede sic affecti labant, linguâ titubant, eorum patent pectora, nudantur corda, adhærentium & inhærentium obvijs, ex accessione vertiginis, sesequè exponentium in ludibrium. Excæcavit eos malitia eorum; quippe in testes pravitatis adducta crapula, & temulentorum turba, qui ut negando affirmarent innocentiam, fœderati sunt ad concham. In rem Iuvenal. *Satyr. 6. v. 302.*

Eorum verbis nulla fides.

Cùm bibitur concha, & iam vertigine tectum
Ambulat, & geminis exsurgit mensa lucernis. Iuvenal

Elucet itaque ex pravitate in probitatem, eiusque honorem figmentum, quod pinxit fervore vinum & usque ad vomitum. Modò in tribunalibus sederet iustitia, haudquaquàm tot litibus supervacuè fatigarentur tribunalia; & causa caderet, ni iudicibus arrideret: equidem cum placere, qui seditiosi arbitrentur, perplura in iudicum blandimina cogitantur: ac insolescunt au-

Quod prodit à dyscolis quasi ex zelo, patet ex odio religionis fuæ.

Impostoras adoriuntur, quoniam impunes evadunt.

audaces, quia in pravitate gnari, sese exituros impunes. Lata correptioni, vastaque objicitur seditionis provincia, ab Hercule, monstrorum domitore, perlustranda. Modò nobis occurrit, ut secetur; verùm plus iusto Didascalia protrahitur. Solummodò pro nunc deprompta lachrymabilis conditio Præsidum, in quos semper suspiciosa teterrima curiositas subditorum; igitur, ut monet Gregor. Magn. lib. 10. *Epist.* 34. *Prælati vitam subditi nullâ, dissimulatione negligunt.* At minimè, si quid dissonat, ut emendent; sed ut Prælatum denigrent. Vomunt pectoris virus, quod quidem rutilans zelus. Consulunt sibi sæpè, dum gloriantur studere Reipublicæ. Si perfectionis studerent proposito, fugeret illorum animos perversa solicitudo: unde Plautus in *Persa*, Act. 1. scen. 2. v. 23. infit:

Gregor. Magn.

Plaut.

Sùmne ego stultus, qui rem curo publicam? Ubi sunt Magistratus, quos curare oporteat?

Qualis ad Deum & subditos tenor Præsidis præsidiantium?

Quid ergo Præses tutò & prudenter operabitur, dum malignè & apud iudicem parùm affectum, sive infestum, appetitur? Revelare Domino viam suam, & ipse faciet: iactare cogitatum in Domino, & ipse enutriet: subditum, qui Superior, esse Domino, & ipsum orare, ut educat iustitiam technis & dolis oppressi, quasi lumen; & iudicium ut meridiem: ipse enim, cuius iudicium iustum, revelabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Verùm erga gregem (quæ verè oves, & non lupi, sequentur planè pastorem) quod docet Boëtius, quò suprà, à v. 9.

Boet.

Æternis volunt perire telis?
Non est iusta satis sævitiæ ratio.
Vis aptam meritis vicem referre?
Dilige iure bonos, & miserescere malis.

DIDASCALIA IV.

Nimis suspiciosa nimia, subditos indulgentia.

1 NONNUMQUAM extrema odiosa. Quodlibet in regimine, nocet & Principi & dignitati; quippe nihil magis dedecet sub humanitatis titulo, quam maiestate totius honoris projectio, cùm videatur indignè servire, qui debet præ munere principari. Unde ex huiusmodi dignitatis ignominia, oritur, ut crocodilus, subditorum insolentia. Insolentia diffinitur à Seneca, *Epist.* 87. *Species magnitudinis falsa.* Falso honore gaudent, dum Princeps est sine honore: fiuntque subditi insolentes, ubi potiuntur magnitudine Principis. Ordo est, quod qui ministeria, sedesque occupant; habenas regiminis ac dominationis teneant. Quapropter dicitur: *Reges regnant. Iudices, ut iudicent*; de quo argumento fusè egimus, *Tom.* 5. *T.* 1. Dum turbatur officium, perturbatur ministerium: si subditorum obedire, atque Superiorum, moderari; nequit in sede conciliare muneris auctoritatem, quod extra ordinem. Subijci, & habere imperium;

Quid sit insolentia?

Seneca.

Prov. 8. 15. & 1. Esdr. 7. 25.

Non benè conveniunt, nec in una sede morantur.

Malè res iunctæ. Calor & reverentia pugnant.

Ovid. 2. *Metam.* & *Epist.* 18.

Quid agendum, docet nostra Tautologia. *Sedet super sedem sanctam suam.* Si sua & alij sedent; sedes erit, sed non sua. Sancta est sedes; quippe iurè congruit auctoritati Præsidis decor sedis maiestatis: sedesque signatur sedenti in honore throni; quippe non alius, nisi qui sedem habet, debet sedere: alias si propriam alicui dimittit gratiam; sedebit, sed non sedebit super sedem sanctam suam. Dignitatis habebit nomen, cæterùm non dignitatem: siquidem fatebitur, laxis habenis moderationis, indignitatem in assumptionem muneris. Videtur avidis regiminis singularis humanitas: & est illorum votum, & Præsidis stoliditas. *Verso nomine* (ait Tacitus, 1. *Histor.* cap. 77.) *quod delictum fuerat, placuit videri maiestatem; cuius odio, etiam bonæ leges peribant. Otho quasi in multa pace quædam ex dignitate Reip. pleraque contra decus obibat.* Dedecus Principis, si pereunt leges: igitur corruit subditorum disciplina, atque glisicit insolentia.

Psal. 46. 9.

Subditorum audacia ex Superiorum socordia.

Tacit.

2 Dicit Bernardus ad *Eugenium*, lib. 3. cap. 5. n. 20. *Quid hoc, luctu amarissimo dignum? Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum nutrix*: etenim quæ Superioris dicitur lenitas, est inferiorum iniquitas. Ridet vel Ethnicus.

Quantum malum ex impunitate scelerum!

Terent.

Ha, ha, he! Homo suavis.

Terentius in *Phorm.* Act. 2. scen. 3. v. 64. Ridetur, dum hoc lenimine plauditur: igitur titulus inseritur in ludibrium, quippe tacito despectu subsignant in honore papelardum. Lex posita Rege Assuero, nequis posset aulam ingredi nisi vocatus ab illo,

illo. Uxor legem fregit; quod marito non displicuit, imò ostendit complacentiam; igitur in signum libertatis extendit virgam. Tunc illa dixit: *Vidi te Domine quasi Angelum Dei. Valdè enim mirabilis es, & facies tua plena est gratiarum.* Cur igitur non plaudit Regem, sed Angelum, & mirabilem? Fregerat legem; & sub horum nominum notâ, eius dignitatis exponitur ignominia: siquidem cùm nonnulli quasi præditi Angelicâ conditione, gaudeant hoc titulo plaudi (quamvis proteratur ius atque vulneretur lex) si frigidum encomium, ludicramque commendationem acquirant; cuncta, quamvis turpissima devorant: Rexque placidè legis latæ admittit vulnus; modò in honore diceretur Angelus. Vernaculè: *Es un Angel*, indicat insensatum, mentis inopem & impotem; ad munus nequaquàm hominem: figuram ex papyro, formidinem sine cerebro, throni contumeliam, ex qua fatuè ambit ad honorem gloriam, plausus ab improbis, in libertatem quærentibus specimina pietatis: mirabilisque dicitur, quando non regit, sed regitur; quoniam tunc extollunt usque in cœlum Superiorem ut mirabilem, si in legum observantia ad placitum subditorum permittit relaxationem.

Esth. 15. à 16.

Magnus plauditur à subditis improbis, qui indulget refringi leges.

3 Procedamus ultrà. Rex erat, sed uti Rex non signatur. Iurè. Rex debet esse totus legum, quia lex viva: taceturque throni gloria; quia Regis amittit inclytum nomen, qui indulget propter uxorem coram cunctis frangi legem. Nomen Regis mutavit in ministrum, dum Regem vocavit Angelum. Omnes sunt administratores, ut impleantur ad unguem præcepta Regis: & ut fractâ lege exponitur regiminis dedecus, signat ministros; quippe solemne ministris, propter uxores, frangere usquequaquè leges. Iuxta leges, virtutibus datur præmium, & flagitiosis supplicium. Si Princeps complacet legi, caret apud pravos Angelicâ conditione. Non est mirabilis in oculis eorum, modò cum præmio aut supplicio incumbat tenori legum: recisâque lege mirabilis prædicatur, qui in throno ab encomiastis despicitur; siquidem supponitur fractio legis, ubi à subditis Superior extollitur ut mirabilis. Ad quem spectabat, legem custodiri, nescientiâ transgressionis poterat excusari. Assuerus legis despectum vidit, & affectu erga legirupam approbavit; ex quo mirabilis plauditur, quùm lex offenditur, & etiam throni maiestas, glisçente audaciâ, quoniam vigebat impunitas; qua ille videbatur Angelus, sed muneris throni indignus: & quamvis Rex sit, haud-quaquàm signatur Rex; quoniam dedecus throni, voces legis non audire, & prætermitti flagitia; quasi lex non esset lata. *Valdè enim mirabilis es.* Non solùm mirabilis sed valdè. Magnus iudex sine felle. Ita avet populus effrenis, studiosus libertatis; ut vivat sine censore, vel lege vel sine lege: quandoquidem ab illo plauditur ut mirabilis; qui tacet stultè, quamvis videat transgressores. Si mirum est quod novum; in præsenti articulo sanè mirandum, quòd transgressio exiret impunis, & lege fractâ coram oculis Regis.

Sæpe à ministris fractæ leges propter uxores.

Non mirabilis Præses, qui effertur à subditis ut mirabilis

4 Index subditorum relaxationis, erat argumentum laudis. *Facies tua plena est gratiarum.* Amabilis gratusque exhibetur, dum totus tenor regiminis proculcatur. Non gratus gratijs, sed stolidus, apud quem nullus iudicatur iniquus: qui ad omnia connivet, qui omnia omnibus indulget, qui videt mala nec hiscit: & qui legum inimicus, subditis dicitur gratus; quoniam plaudunt gratissimum Superiorem, in quo invenerint ad votum huiusmodi fatuitatem. Nonnulli, modò non malè apud subditos audiant, parùm de legibus curant. Non benè moderari cupiunt, sed sine regimine moderari. Modò audiant Angelum esse, totum impune. Modò fiant, etsi non sint, amabiles; quid ad illos subditorum transgressiones? Modò imperent, quid quòd subditi peccent? Totum studium haud in imperium iustum, sed in imperium. Modò illos in munere transire permittant; cuncta permittunt transire. Sunt multa: vel plura transeant. Adinstar Absalomi, cunctorum iniquitatibus asserunt favere leges; ut cuncti illius celebrent iniquitates. Grati sunt, per quod ingrati & odiosi: & dum uti grati, uti mirabiles, uti Angeli à subditis extolluntur, eorumque describitur facies plena gratiarum; ipsorum, muneris & moderationis fit ludibrium: quandoquidem quæ in Præsidibus tota ac plenissima gratia, totum in subditis fœdissima corruptela. Fovet incuriam, nutrit audaciam, iuvat impudentiam, fricat ita frontem; ut nec pudeat coram Præside iterare iniquitatem. Vide *Taut. 8. Did. 2. n. 13.*

Quæ plauditur lenitas est iniquitas.

Et in cunctis gratia, morum fœdissima corruptela.

5 Ex præsenti articulo constat. Esther. ut diximus legem fregit, Assuerus prætermisit. *Nec his contenta procidit ad pedes Regis.* Sanctius hìc, n. 8. *Iterùm Esthere adijsse Regem, non vocatam.* Aptè Cap. 8. § Sanct.

Bernardus vocavit impunitatem, *transgressionum nutricem* : etenim si non vocata incurrebat in pœnam ob legem fractam; haud renuit iterare indultum peccatum, quippequàm semel indultum. Pridem timuit, quia periculum cognovit: modò in eodem excessu, nihil timet. Facta, vindicis amabilitate, Angelica conditione, transgressionis indulgentia: tota Superioris facies plena gratia, ex excessu nulla delinquenti pœna. Non timet iram iudicis accendi, quæ iurè exardescet iteratione dissimulatæ culpæ? Nullo modo. Qui indulsit, indulgebit. Qui indultus, quippe impunis, iterabit. Haud pectus timore pavidum, ubi nullum ex transgressione periculum. Pende: in primo ingressu mentio legis fit: *cap.* 15. 13. in secundo, nulla: tantùm exponitur gratia. *Ex more sceptrum aureum protendit, quo signum clementiæ.* Hiccine effectus ex more indulgentis, qui non iustitiæ, sed tantùm intendit gratijs, fotà subditorum audacià ex impunitate, repetità transgressione: etenim Præside blando, gratiarum plenissimo vultu, semel indultà culpa; legum in vindictam transgressionum, nec memoria. Ni fallor ibi huiusmodi fatuitatis micat causa. *Procidit* (dicitur) *ad pedes Regis.* Primò, quia legem fregerat, Assuerus *ardentibus oculis furorem pectoris* indicabat: & continuò quievit? Utique. Ad pedes eius, quæ deliquerat, procidit. Hoccine blandimen in pectus furens, ubi in regimine demens; in quo designatur stoliditas Præsulum, qui propter adorationem appetunt thronum: igitur cunctas leges indulgebunt allidi; modò obtineant, à subditis adorari. Indicavit ante adorationem, oculis ardentibus furorem pectoris. Ita qui infatuati in throno. Fecit furore, quod debebat zelo. Lex & coram illo fracta fuerat; verùm necdùm quæ fregerat, adoraverat: adorationeque placatur, qui propter legem delusam in furorem convertitur; ut clareret quo intuitu, irascebatur in throno: siquidem haud commotus propter rescissam legem, sed propter omissam ex incuria optatam adorationem. Haud hi attoniti celsitudine, desiderant observantiam legum, sed in officio dominium. Non fulgent illarum vindices, sed propriæ stolidæ vanitatis: igitur si interfuerint adorationes, haud dolent vulnera legis: verùm si tantisper aliquomodò defecerint; in prætermittentes irruent, sumentes legis observandæ speciem, usque in furorem. Elucet itaque quàm longè regimen à ratione, dum videtur à cunctis furorem esse.

Bernard. d. *Crimen quod indulgetur, iteratur.*

Vers. 4.

Copià & corruptione gratiarum, nec memoria legum.

Vers. 3.

Leges ad lubitum subditorum, si Præsides adoratione movētur.

6 Cum grano salis subditis sanè exhibenda facilitas, aliàs erit in morum corruptionem blanda crudelitas: igitur regimen undecumque tyrannicum, ministrare gladium furentibus in interitum. *Pacis lenitatem vitiorum esse nutricem, nisi prius asperitas zeli mordacem eis insperserit salem; sicut & carnes vermescere facit clementia temporis, nisi desiccaverit eas fervor salis.* Ita Guerricus, de *S. Benedict.* serm. 4. n. 2. Necessaria his aulicis (studijs Taciti & Machiabeli) SS.PP. auctoritas, ut ab illis, exitu ad votum gaudentibus, cognoscatur stoliditas. Gregor. Magn. 2. *Pastor.* cap. 4. & lib. 1. Epist. 9. init: *Sæpe Rectores improvidi, humanam amittere gratiam formidantes, loqui recta libere pertimescunt. Iuxta Veritatis vocem, nequaquàm iam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt; quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt.* Infirmati sunt & ceciderunt: quasi iam desperati, deplorantur: igitur ita oppressi consternatione propter gratiam futilem, ut deficiente spiritu, iam plenè amiserint vocem. Sciunt sine voce, subditorum gliscere virus vulnerum; & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum: equidem præ formidine, non solùm non valent uti canes, mordere; sed nec latrare; subditique in peius lethaliter vulnerati procedunt, quippequàm à medico, cuncta tamquàm levia transeunti ut bona, prætermittuntur, insanabili vulnere; quia nesciunt ægrotos esse, subeuntes summo periculo mortem, antequàm expellant contractam dulciter infirmitatem. Innuit Paulin. *Natal.* 10. à vers. 283.

Guerric

Gregor. Magn.

Linguæ Superioris mutà, pravitas in peiora.

Terra cor est, culpæ pravi sunt rudera cordis,
Luxus iners, impurus amor, maculosa libido.
Has igitur spinas, hæc rudera mentibus hirtis
Evellere est opus, & primùm hanc egerere fibris
Cunctorum stirpem scelerum; quia pullulat arbor
Infelix. Domini radicitùs illa securi
Ita cadit, nostris ut numquàm germinet arvis.
Hæc si præciso de nobis fomite radix
Aruerit; cadet omne nefas, vitium omne peribit.

Paulinus

7 Ulcus, ut sanetur, aperiendum; quod

quod infatuatis munere, videtur munile aureum, pancratica, athletica salus, nequaquàm ulcus. Vulnus in subditis, ulcus in corde Superioris; siquidem vulnera exterioris relaxationis, ex ulcere nascuntur visceribus malè affectis. In lavacrum Aaronis Summi Sacerdotis & eius filiorum (quando ingressuri Sanctuarium.) *fecit Moyses labrum æneum de speculis mulierum.* Haud ex speculis absolutè, & nitidis, sed ex mulierum speculis. Quælibet sufficere videbantur, ut siquæ maculæ prævisæ corrigerentur: cur igitur ut vel levis in Superiore & subditis evanescere macula, in lavacrum fœminea confringuntur specula? Speculum mulieris, iuxta sententiam Publ. Syri, in *Mimis*, v. 13.

Exod. 38. 8.

Publ. Syr.

Aut amat, aut odit mulier: nihil est tertiũ.

Hoc comminuendum speculum, in Superiorum lavacrum, si amplectens munus, viderit in subditis, incuria, aut studio nævos; ut floreat candor morum, possint & sine pudore cunctis ostendere vultum; in quo nec nimia facilitas, neque austera severitas: quandoquidem vultus contractus fronsque caperata subditos reddit tremulos ad pusillanimes; & gratia nimia constituit parrhasios & insolentes. Inter specula, refert Ioann. Baptist. Port. in *Magia natural.* lib. 17. à cap. 1. aliqua fieri, in quibus videntur fœda, quæ pulchra, & econtrà pulchra quæ fœda. Hæccine sunt specula mulierum & animi stultorum, imprudentum Superiorum? etenim alij cuncta superciliosè aspicientes, personam induunt semper acerrimi iudicis, nescientes parcere, rugosà fronte, ac perpetuà amaritudine, captrantes in animam iusti & sanguinem innocentes condemnantes, nati in scopulo, nutriti lacte ferino, quorum animus singularis ferus oves vel non errantes depascit, Septaque circuit, quærens quem devoret. In his potestas culminis, tempestas mentis; quando gaudere debent singularitate dignitatis, & æqualitate conditionis. Superbia est æqualibus dominari, cùm debeant tantùm præesse; *quamvis plerumque à subditis etiam sancti timeri appetunt* (inquit Gregor. Magn. 21. in *Iob* cap. 10.) *Sed quando ab eisdem subditis Deum minimè timeri deprehendunt; ut humanà saltem formidine peccare metuant, qui divina iudicia non formidant. Cùm verò deest vitium quod corrigatur; non de excellentia potestatis, sed de æqualitate conditionis gaudent, & non solum ab eis metui, sed etiam plusquàm necesse est, honorari refugiunt,* Volentibus adorare dixerunt Lystris Apostoli: *Nos mortales sumus, similes vobis homines.* Princeps illorum Petrus adoranti Cornelio, dixit: *Surge, & ego ipse homo sum.* In eum directa est adoratio, quia miraculis & dignitate visus est ci plusquàm homo: nihil in honore admisit ultrà, doctaque à Petro Superiore modestia: igitur suscipiens venerationem ratione dignitatis, respuit propter æqualitatem conditionis; taxans arrogantiam Superiorum, se adorantium, atque proiectionem subditorum, ex qua adorationes hominis in culmine dignitatis; sed indignæ adorationes: siquidem illi inflati, tumescentes, ut clarescat dignitatis potentia; in cunctis, & erga cuncta utuntur, seu potiùs abutuntur virgà censoriá. Verùm hoc aliàs. Gaudent timeri, & de mœrore gaudent. Ridet Rufus Festus Avianus, *fab.* 23. succinens.

Act. 14. 14. Cap. 10. 26.

Illius modestia regimini necessaria.

Grégor Magn.

In illo nec nimia facilitas, nec austera severitas.

Unde furiosus & inflatus?

Convenit hoc illis, quibus est permissa potestas,
An præstare magis, quàm nescisse velint.

Avian.

8 Alij verò contraria subditis obijciuntur specula, in quibus vel fœda pulchra, ad instar simiarum obvijs ostentantes uti venustam philocosmam deformitatem filiorum; in quo ridetur affectus sine mente pravus vel stolidus; cùm omnes deridiculos aspiciant cercopithecos. Facies peccatorum sumunt, calculum sceleribus adijciunt, quin resilire possint à crimine, Præsidum approbatione: etenim ab errore haud revocantur, & minimè ab audacia compescuntur; dùm peccator à Præside in desiderijs suis laudatur & iniquus benedicitur. Præses probat quæ non reprobat; quæ nec odit, amat: constituit quod non destruit, & simul amplectitur quod non fugit: laudare enim censetur, quæ minimè detestatur: subditique præcipites corrunt in mala, indulgentiæ facultate, dantque in manus de quies non poterunt surgere. In malum prona natura, libertatis avida: si nulla sit disciplina, toto cæcoque impetu devolvitur in nocua; quippe iam licere seducta sponte arbitratur; quicquid fatuè à Superiore permittitur. Hiene erit medicus, qui fovet flagitia in vulnera; nec illorum corruptioni apponit medicamenta? *Casus tuus insanabilis in mortem*: dicit Siracides: & Propheta: *insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.* Malum, quòd sine medicina facta plaga. Peius, quòd insanabilis; sed pessimum, quòd deduceret infirmum us-

Pravi illicita arbitrantur, quæ à Præside permittuntur.

Eccl. 28 30. Ierem. 30. 12. *Pessimus confessarius, qui non medicus, sed parasitus*

que in cruciamina mortis. Verùm quare tanta mala? Ex Præsidis indulgentia: equidem plaga esset sed non pessima, si opportunè adhibita medicina: etenim cùm medicus esset, qui sciens, medicamina nesciret; loco sanitatis, à facie insipientiæ, corruptæ sunt cicatrices. Domitianus ægrotante Tito, in medicamina misit venena. Vide Sueton. in eo. Haud aliter in stulta indulgentia Superioris, subditis ægris: igitur summa malitia, vel desipientia, non solùm quod fieret plaga, sed plaga pessima; quippequàm difsimulationis veneno in medicamen adhibito; quod vulnus ex se futilissimum & leve, nequit sanari, nec ferro nec igne. Computruerunt viscera, quippe cor usque pervenerunt toxica: unde per omissum à medico medicamen, confecta plaga pessima insanabilis in mortem, Durissimum sanè iudicium his qui præsunt. Sanguinem huius Dominus requiret de manu bestiæ: etenim congruit dumtaxàt conditioni bestiarum Præsolum, abdicere salutem sempiternam subditorum. Hinc additur *insanabilis* casus *in mortem*. Cecidit anima crimine, vulnus computruit prætermissione: & non solùm signat lapsum ex quo fractura, insanabilem, sed etiam in mortem; quippe ex virulentia vulneris, pereunte corpore, morbus invaluit usque in perditionem animæ. Repletà igitur malis animà, inferno appropinquat vita. Servus sciens voluntatem domini sui, & non faciens; plagis vapulavit multis. Adi Bonaventur. de *Sex alis*, cap. 3. & 5. & Gregor. *Pastor.* lib. 3. cap. 23.

Unde vulnus criminis leve, lethalet

9 Quid N. Glorioſus Patriarcha? *Neque dissimulet peccata delinquentium* (à Præside dissimulanda quæhibet præter peccata; quippe illius videtur facultas, levis vel gravis permissa libertas) *sed mox ut cœperint oriri, radicitùs ea, ut prevalet* (alibi legi: *Ut prævalent*, quia quælibet indulgentia nutrit vitia non solùm ut lasciviant, sed ut prævaleant) *amputet*. Idem permittere pullulare ac vitia florere: nullaque erit vel in religionis floribus gratia; si florent vitia. Egent falce, mox ut cœperint oriri. Amputet, quia tempus putationis advenit; & radicitùs: siquidem modicum fermenti totam massam corrumpit: fructusque desipient in sapore, quia ferunt aliquid radicis amaræ: qua quidem læsi etiam venena cognuscunt, sed insanabiles quando cortuptionem uti moribundi sentiunt. Causam non aliam objcit Ieremias. *Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum. Curationis utilitas non est tibi.* Maluend. *Iudicium tuum ad medelam. Medicinæ curativæ non sunt tibi.* Cœperunt oriri vitia, nec in principio amputata. Unde pòst medicamina inutilia, quoniam præ vulnerum putredine, infirmitatis corruptio prævaluit ex tempore medicamini. Necesse erat iudicium medici, haud languori blandientis, sed gladio carcinoma resecantis, pungentis, urentis; ut ferro & igne, summoque dolore levaritur pars læsa, quæ pelle tacta, sanabilis prorsùm; modò apponeretur maturè medicamentum. Plaga medico levis visa, & facta est insanabilis, quia medico visa levis. Unde medelæ prætermissione, veneno interna petente, ad curationem inutiles medicinæ; vel quia erroneum & falsum medici desipientis iudicium, vel quia prætermittens vulnus, iudicio carebat medicus: etenim dumtaxàt insanus poterat plagam dicere levem, ad quam cuncta medicamina nullam habebant virtutem. Quid in plagis sauti) cordis, si pernicioſum iudicium vulnere carnis, serpente præ malitia subità morte; quoniam medicus stultus prædicabat, nihil esse? Nostrates: *Suma lastima, que diga el medico de una herida de muerte, que no es cosa.* Quia levis plaga, negligitur: verùm levis non videtur, sed homo moritur; eò quod morsus videbatur pullicis, & erat aspidis.

S. Ben.

Præsidis indulgentiâ florent vitia.

Vers. 13

Quod videtur vulnus leve, incuriâ fit insanabile.

10 Præterea. Haud dicitur, defuisse consilium, aut iudicium respectu plagæ, sed respectu medelæ. Plaga cognita, sed utpotè levis, sine medicina relicta: & modò nulla medicinæ utilitas ad medelam, medico lethalem volente curare plagam; quippequàm quod vulnus cutis, prætermissum, tabe transivit usque in ulcera cordis: insanabileque factum dum priùs habebat medicamentum; igitur ubi lethale cognitum putredine vulnus, nullus tunc erat medicinæ locus. Fatetur vel Ethnicus, 1. de *Ponto*, Eleg. 4. à v. 21.

Dũ grave cognitũ, non habet in medicamine auxilium.

Afferat ipse licet sacras Epidaurius herbas,
Sanabit nullà vulnera cordis ope.

Ovid.

Elucet ex textu curatio impossibilis, plagaque insanabilis; equidem corruptio altè suffusa medullis. Iuxta Celsum *lib. 5. cap. 1.* percussi cordis signa sunt sanguinis copiosi vomitus, venarum languor, remissus color, genarum pallor, frigidus sudor, teter odor; unde matura mors sequitur. Modò textus sacer intelligitur. Non est qui *iudicet iudicium tuum ad medelam*, ut cordis saucij solicitet medicinam. Medicus per-

Signa lesi cordis.

perseverat in iudicio priori, vulnus scilicèt remittendum, quippe leve. Ægroti iudicium, esse vulnera gravia, etenim torquentur viscera, cuius signa symptomatis, languor virium, evacuatio venarum, odor pessimus, calor & color remissus. Non creditur; quia intimè dolens, quasi sine dolore iudicatur: morituque vulnere inmedicabili, quia non fit à medico iudicium de iudicio ægroti; siquidem eius pravum stultissimum iudicium, vulnus, scilicèt, ut leve prætermissum; prætermittendum: unde despicitur languor (quicquid languentis dicat & clamtitet dolor (verùm dicit mortis exitus, quàm grave, quod leve iudicabatur à medico vulnus: cuius incurià immedicabilis plaga, igitur videt ingravescente sanie per viscera, deploratum; quin pro tunc habeat ex medicina auxiliatrice remedium.

Cor de morbo clamante ægroto non creditur à medico?

Cernis, ut è molli sanguis pulmone remissus,

Id. ibid. *Ad stygias certo tramite ducat aquas.*

11 Quis siccis oculis aspicere valet huiusçemodi exitus, ubi blandimine medici censentur uti levia vulnus & vulnus? *Ante omnia* (subdit N. Gloriosus Magister, ibid) *ne dissimulans, aut parvipendens salutem animarum.* Pereunt enim, dum dicit medicus, ægrotos vivere sanos, cùm non habeant, de quo doleant, iudicentque (vel corrupto è vulnere corde, & saucio usque in intima pectore) nulla inesse nocua vulnera, cùm ulla medicina non sit apposita. Quare licèt conscientia dictet læsionem, & lex conscientiæ ægritudinem; cùm non videant à medico medicamen in plagam; arbitrantur vel levem esse, vel nullam. In contextu iudicium pravum exponitur & error arguitur. *Castigabo te in iudicio* (dicit Dominus) *ut non videaris tibi innoxius.* Opponitur iudicium Dei ex malitia vulneris, medici iudicio vulnera prætermittentis; cuius gratia ingrata, plaga sine medicina, cùm indulgere sine correctione fas non sit, quod castigatur in iudicio amantis Dei: etenim pœnis luitur, ut vulnus in correctionem sanetur. Castigat, sed in iudicio, vulnus, ut non sit amplius: quandoquidem ubi excedit, vel nulla adhibetur correctio, non fit curatio; quia totum sine iudicio. Pende causam. *Castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi innoxius.* Unde leges transgrediens, sibi videbitur? Si non corripitur. Hinc origo corruptelæ in perditione animarum, propter medici, simul iudicis, silentium. Si levis plaga, ut plaga ostendi-

S. Ben. *Acrius vulnus, quę iudicatur salus.*

Vers. 11

Correctione prætermissa, pravitas morum iudicantur innocentia.

tur, & acri medicamine corrigitur; nec medicamem iterùm in dolorem timetur. Refugit animus iterare vulnus; quia medicina dolet, & pœna pungit. Dum vulnus, ut non vulnus prætermititur, excusatur, aut indulgetur; uti vulnus non cognoscitur, nec quæritur medicina, cùm non habeatur ut plaga. Ex legum fractione cum toxico inferuntur vulnera usque in cordis penetralia. Uti lethalia signanda à medico sunt, ne pereat ulcere cor. Si non ostendit, saucius minimè cognoscit; nec se arbitratur dignum pœnæ, ex contratione peccari; quoniam si esset peccatum, à iudice supplicium, à medico pro correctione inesset medicamentum: Dominusque castigat delinquentem ut iudex & medicus, ne sibi videatur innoxius: & simul indicet quanta in animabus mala ex criminum stupida, execrabili indulgentia: igitur ex defectu correptionis; qui plenis criminibus & flagitijs, sese, vel legibus fractis, arbitrantur innocentes. Quid magis fatuum? Nihil, sed maius periculum, ubi ex defectu medicinæ, ita vulnera exulcerentur animæ; ut quando cognita, & medicamen appositum, uti insanabilia, in illo nullum sit medicamentum. Accinit Persius Satyr. 3. v. 63.

Helleborum frustrà, cùm iam cutis ægra tumebit. Persius.

Poscentes videas.

12 Hæc vulnerum levitas? Hæc medici delectabilis facilitas? Hæc æstimanda suavitas? Pessimus medicus qui lactat ægritudinem, & adinstar aspidis infert dulcedine mortem; in qua si tunc cognoscitur morbus, maius (quippe insanabile) patet ex simulatione dissimulationis virus. Causam exponam, *Didascal. seq.* Non est amor patri, venena permittere nocitura filijs; nec furiosis ministrare ferrum in iugulum, ut compescat ad tempus moriorum fletum. *Non est amor* (inquit Scribani in *Medic. religios.* lib. 1. cap. 12.) *odium est amoris pallâ tectum. Neque medicus ille laudandus, qui ne offendat, nec mœrore afficiat ægrum; morbum simulat, remedia negligit. Indignetur æger, exurgatque in iras, acerbioribus medicamentis provocatus: non ideo aut desperandus morbus, aut destituenda curatio. Laudabit ubi convaluerit, duras medici manus.* Aliàs si blaudum pectus, persisteret morbus, & æger iaceret, si iaceret, deploratus. Quanta solicitudine & industria solicitat mater, puerum, ne vulneretur, dimittere ferrum, casu desumptum? Non

Quanta Præsidis crudelitas, in criminosos facilitas.

Scriban

quie-

quiescit, quoſque dimittat; ſed illicò verberat, ne iterùm ſumat: inſtruitque verbere, ne cadat innocens inconſiderato vulnere. Cum ſocordia fatuæ exceſſuum indulgentiæ, ſpinæ ſunt animæ. Dicemus ergo, ut ſubdit Paulinus, d. v. 282.

Paulin. ——*Unde ſpinæ naſcuntur in agro.*

DIDASCALIA V.

Non dignitas in honore, honor ſine poteſtate.

1 SESE omnes amant; quin ſolicitudo ſit, an ſe decipiant. Quæ ad ſpeciem videtur motuum effrenium correctio, erumpit morum corruptio: etenim dum comprehenditur error, apparet latens diſſimulatus amor. Haud hoc, vivere ad legum iudicium, ſed ad placitum; dum ſingulis lex videtur vivere ad votum: qua de cauſa Nemeſi frænum & menſura dicantur, ut affectus immodici à Rectore temperentur: ſiquidem, quos ultra rationis menſuram evexerit inordinata libido, compeſcendi legum & pœnarum freno; quippe ſine fræno viventes (unde revocari non valeant) corruent præcipites. O iudices! O medici! Venienti occurrite morbo: & ut canit Perſius, *Satyr.* 3. à v. 32.

Frænum & menſura, ad inſtar Nemeſis, ſint in manu Superioris.

——*Stupet hic vitio, & fibris increvit opimum*
Pingue: caret culpa? Neſcit quid perdat: & alto
Demerſus, ſummà rursùs non bullit in unda.
Haud alia ratione velis, cum dira libido
Moverit ingenium, ferventi tincta veneno.

Perſ.

Sanè, ni viderint in moderatore frænum, prodit quaſi ex adipe iniquitas eorum. Animus pravus haud facilè flectitur, quamvis in pilo tundatur. Naturam efformat è vitiorum conſuetudine: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore: & modò videat effugium ſine ſupplicio, non movebitur à generatione in generationem ſine malo. Ligna curva igne dumtaxàt redduntur recta. Hæc erit in pravos, ut ferro dirigantur, diſciplina: igitur ſi viderint in Præſide induigentiam, ſocordiam, vel diſſimulationem; numquam valebunt redigi in ſtatus rectitudinem: dimiſſi namque in deſiderijs cordis, ibunt in adinventionibus ſuis, quaſi non eſſet Præſes. Rigoris coërcitione, quaſi catenis, libertas ne noceat libertati, religanda.

Pravitas impunita, quàm nocua!

Virtutem ut videant, intabeſcantque relicta. Id. v. 1?

2 Innuit præſens Tautologia. *Sedet* (dicitur) *ſuper ſedem ſanctam ſuam. Sedes* indicat poteſtatem in maieſtate regiminis. *Sedens ſuper ſedem*, miniſterium in regimen poteſtatis. Si ſimul unita, proculdubiò ſedes ſancta: textuſque ſedentem & ſuper ſedem deſignat; quippe ſuper ſedem non ſedet, qui ſedet tantùm ut ſedeat. *Aut oportuit* (ait Bernard. *Epiſt.* 87. *n.* 3.) *gregem dominicum, minimè ſervandum, ſuſcipere; aut ſuſceptum, nequaquàm relinquere.* Miniſterium implere, iubet diſcipulum Paulus, ne ſit in munere ſine munere. Habet miniſterium honorem: habet poteſtatem, ut in honore arceantur, vel compeſcantur mala, è quibus æternæ damnationis pericula: & dum habet in ſubditos officium publicum, in honorifico officio (ut impleatur) præcipit exerceri miniſterium; quippequàm in muneris complementum non adducitur, ſi propter honorem honor ſine miniſterio habetur. Erit enim inſulata ſimia, vel deridicula ſtatua. Utinàm fiat totis viribus; quòd firmum in virtute, ſubditorum ſtet pectus, cùm vel visà Præſidis virtute, & etiam poteſtate cadat animus! Haud flectaris, nec movearis, moto ſubditorum corde. *Miniſterium tuum imple. Erit enim tempus, cùm ſanam doctrinam non ſuſtinebunt; ſed ad ſua deſideria coacervabunt ſibi magiſtros, prurientes auribus: & à veritatem quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.* Hæc illorum opera. *Argue, obſecra, increpa.* Hæc virga directionis; quæ non directionis, modò vitia prætermiſeris. Dociles *obſecra*, negligentes *increpa*, inquietos & indiſciplinatos *argue*. *Miniſterium tuum imple*: igitur ſi abeſt à pravis continuà diſſimulatione ſupplicium, non impletur miniſterium: imò ſubditi à veritate auditum avertent, magiſtros in corruptelam inquirent, ad vana corda convertent, leges proterent; inſtituta deſpicient, ad lubitum viventes & voluptatem; quaſi non haberent Præſidem. Efformatur in ſplendorem muneris miniſterium, ex ſeveritate, & benevolentia: ex iuſtitia & gratia; quia miniſter & medicus & iudex, uti pater & magiſter. *Miſcens temporibus tempora.* (ait Doctor Monachorum Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 2.) *terroribus blandimenta; dirum magiſtri, pium patris oſtendat affectum.* Honor completus officiorum, miſericordia & iu-

Pſal. 46. 9.

Bern.

2. Tim. 4. 5.

Vel abdicandum officium vel implendum miniſterium.

Verſ. 24

S. Ben.

di-

dicium: implerique ministerium commendat Paulus, ut floreat Præses & munus. Ex consortio iustitiæ & gratiæ, complementum muneris constat: minimè impletur, si aliquid aliquomodò deficiat: deficiuntque ministeria, si in ministro totum gratia; quippequàm tunc officium, sed non completum: nullumque ministerium, dum non completur officium. Vernaculè: *No se cumple en el cargo, sino se cumple.*

3 Si Præses pater, ubi honor? Si iudex, ubi timor? Si magister, ubi doctrina sana? Si medicus, unde tot ulcera? Ex Præsidis socordia, & criminum indulgentia, qua fovetur corruptelæ virus, relaxationis vulnus, dignitatis dedecus, insolentia subditorum; quippe Præses ut ministerium habeat, non adimplet ministerium. *Perfice ministerium plenè*: Alapide dicit. Appositè: si non plenè, vacuè: non vacuum ministerium, si habet ministrum: Paulusque non solùm monet de ministerio, sed de ministerij plenitudine; etenim lamentabile, quòd Præside habente officium, cum Præside appareat vacuum: sitque Præses munere sine munere Præsidis: quandoquidem insipienter attonitus, insensatus, quasi non haberet munus. Vide dicta, *Tom. præced. T. 5. D. 5. à n. 2.* Factis luminaribus, posuit ea Deus *in firmamento cœli, ut lucerent super terram, & præessent.* Utrumque Conditor nectit. *Ut lucerent & præessent.* Præsides constituit, & dignos munere elegit: etenim ægrè admittitur in Præsidem, qui non habet ex dotibus splendorem. *Ut lucerent, & præessent.* Quomodò præsidentiâ illuminabit, qui non lucet? Super terram erit sanè in irrisionem, si viderint Præsidem: etenim nihil magis resibile, quàm indignus in lucida dignitate. Priùs dixerat: *Fiant luminaria in firmamento cœli, ut luceant & illuminent.* Patet Præsidis officium, & ministerium plenum; ut ex dedecore defectu ministerij, muneri discant incumbere: siquidem minimè splendent, modò errantes non illuminent. Non enim fungentur munere luminarium, si non exercent officium: igitur defectu lucis, qui illuminari debent, iacent in tenebris. *Fiant luminaria in firmamento cœli, ut luceant & illuminent terram.* Ex illuminatione super terram, conciliant sibi & dignitati Præsidum gloriam: splendor enim micat superioris lucis, illuminare inferiores. Alcim. Avit. 1. *Geneseos*, à v. 23.

Temperat horrentes astrorum luce tenebras,
Contulit ad terras sublimi ex æthere vultum,
Illustrans quodcumque videt.

4 *Fiant luminaria in firmamento cœli.* Siccine super terram exponitur luminarium conditio; quia in terra plures quasi cœlo dignitatis constituti luminaria, verùm sine firmamento: etenim cùm horum conditores sint cæca voluntas, & potestatis vanitas; potentes in electionibus constituunt luminaria, & magna, non ut luceant, sed ut cadant; quia illorum insolenti potestati satis videtur, tumidè dicere: *Fiant*: cæterùm cum illis non sit voluntas potentia, etsi velit arrogantia; quia nec lucent, neque illuminant in solio, liquet perspicuò, electionum non esse factam à Deo. Sunt enim in cœlo throni, verùm non in throno cœli, luminarium apparentiâ, apparentia luminaria; sed fumosa: & quia plorare faciunt usquequaque virtutem; & quia denigrant toto in cursu dignitatem. Hinc Ieremias dicit: *Aspexi cœlos, & non erat lux in eis.* Ubi Sol? Defecit Præses. Non Sol (quantumvis ibi) quoniam defecerat lux. Sol factus est niger: & quasi defecisset, cùm in solio non luceret. De Ierusalem eiusque Rectore loquitur, dum cœlum throni in regimen sine luce videtur. Nonne erat ibi constitutus Sol? Erat, verùm erat niger. Non erat lux in eo. Quare? dicit planè: *Intuitus sum & non erat homo.* Ad solium in quo requiritur homo, si homo non est, in dignitatis cœlo non est Sol: sine Sole non est lux. Quid quòd præsit si non lucet? Nigrescit auctoritas, pallet honoris maiestas, & coruscans splendor in dignitate; quippe Præses ut niger sine splendore. Sermo Dei efficax: sermo hominis loquax: sed ita electoris efficax inefficacitate dominatio, atque vocalium ambitiosa proiectio; ut cùm nequaquàm sit Sol, nec lux in eo, quippe nec homo, ut per ipsum in cœlo dignitatis splendeat; sat illius delirantis phantasiæ, si modò dixerit: *Fiat.* Non Conditor, ut luceret, luminaria constituit. Qui non homo non hominem eligit. Non est lux in eis, sed arrogantia malitiosa in electore, designato in dignitatem dignitatis dedecore: quandoquidem ut sine ullo splendore coruscet, Solem eligit luminare, quod nigrescit: cogitans simul sui commendabiliorem splendorem regiminis, ex maculis, nævis, umbris & tenebris successoris. Verùm de hoc fusiùs, *Tom. seq.* O quantum est in rebus inane!

Unde arrogantia eligentium, & dedecus dignitatum?

Alapid.

Unde cum Præside vacuum?

Genes. 1 à 17.

V. 14. *Conditio Præsidis digni & indigni.*

Ierem. 4 23.

V. 25.

Pallescunt dignitates, si in Præside non sunt dotes.

Sa-

5 Satis obvia. Luminaria ergo figuntur in firmamento (quia Præsides ligari & figi debent officio) *Ut lucerent super terram & præessent.* Insignis connexio! Utrumque necessarium, ut qui præsunt luceant, & qui lucent locum superiorem habeant: dignitasque præsidentiæ à Conditore iungitur splendori; quippe qui lucent semper debent collocari in dignitate. Hinc dicitur: *Super terram*: igitur cum splendor dotium suaptè sint creditores dignitatum; dum constat ad honorem de splendore, oportet semper Superiores esse. Ergo principali articulo. *Ut lucerent & præessent.* Præsides constituuntur, dum ad cœli thronum propter lucem destinantur: in præsidentiaque lucent; quoniam non lucent, qui præsides, si non præsint. In luce prima patuit. *Fiat lux* (dixit Deus) *& facta est lux.* Hebr. & Maluend. *Erit lux, & fuit lux. Fuit* & *Erit* haud facilè intelligitur: verùm notescit. A Conditore accepit splendorem & præsidentiæ dignitatem, ne sub eius potestate adessent tenebræ. Splenduit, sed tenebras non removit, quousque Deus divisit. In munere lucebat, sed stabat. Ostendebat muneris splendorem, sed in tenebras nullam exercebat potestatem, quasi non esset in munere: & quæ præ splendore præses tenebrarum facta, dicitur *Erit*; quippequàm quasi non fuisset, quæ præses non præsideret.

Maiores dignitatum honores, superioribus meriti.

Genes. 1 3.

Præses non est, si non præsit.

6 Antilogia, de qua ex professo, in *Ephemerid.* 2. *Ianuar.* n. 6. fax erit proposito Didascaliæ. *Eiecit Salomon Abiathar, ut non esset Sacerdos Domini:* . . *& Sadoc Sacerdotem posuit pro Abiathar.* Ibid. cap. 4. 4. subditur: *Sadoc & Abiathar Sacerdotes.* Utrumque verum. Sadoc habebat in officio Sacerdotis Summi ministerium: Abiathar verò habebat officium: & quasi perfunctus, cùm haberet designatur sacerdotio; quippe carebat in honore dignitatis tanti honoris ministerio. Uti lux totius cœli Ecclesiastici constitutus à Deo in munere, ut luceret, & præesset in collatæ dignitatis honore, & culmine & potestate: habebat officium, sed non usum, ut impleret ministerium: & sine officio Summi Sacerdotis in ipso sacerdotio nominatur, ut perfunctus, dum non fungitur; quippe officium in officio non habet, qui non exercet. Habet honorem sine honore, culmen sine celsitudine: etenim cùm potestas astruat, & compleat dignitatis honorem; in ipso, caret honore habens citra potestatem. Ut præsint & in præsidentia luceant radijs virtutis & dignitatis, in culmina evehuntur Superiores. Magni utique qui dominantur in potestatibus suis. Si non in potestatibus dominantur, haudquaquàm prasunt: funguntur que & perfunguntur simul specimine honoris; quoniam simul sunt Præsides & non Prælides. Aliquando fit urgentia socordiæ, desipientia indulgentiæ, fatuitate gratiæ; aliquando insatiabili ambitione; verùm semper Præsidis indignitate: equidem cùm eius muneris sit, lucere in honore & simul præsidere; flocci pendit stultè, quod præsidentia cadat, modò in honore, quamvis sine honore, luceat: non enim sibi suadet ambitiosus præexcellentiæ, lucere posse; si Præses præsideret in dignitate: igitur subditi, ut subditi non sint, ambiunt potentem Præsidem; sed Præsidis toto corde aversantur potestatem. Unde cùm huius exercitio, Præsidis non sit acceptio: modò permittant ostentabundum splendere in dignitate, Præses subditis indulget, & vivere sine Præside.

3. Reg. 3 27. 35.

Nec officium habet, qui non exercet.

Molimen subditorum, ut excutiant iugum.

7 Hoc videtur, & videtur sine lachrymis, nec ambitionis studium compescitur, ne videatur! Quinam hi infelices, qui Deum non timent, ita homines formidantes? Dicit vel Ethnicus, 3. de *Rer. nat.* à v. 59.

Nam veluti pueri trepidant; atque omnia cæcis
In tenebris metuunt. Honorum dira cupido
Quæ miseros homines cogit transcendere fines
Iuris, & interdùm socios scelerum, atque ministros
Quærere, &c. Hac vulnera vitæ.

Lucret.

In hunc locum Philosoph. Stoicus, Epist. 110. infit: *Omnia nobis fecimus tenebras: nihil videmus nec quid noceat, nec quid expediat. Totà vita incursitamus: nec ob hoc resistimus, aut circunspectiùs pedem ponimus. Vides quàm furiosa res est, in tenebris impetus.* Quid enim facient oves sine pastore, illeges sine iudice, filij sine patre, & sine medico ægroti? Hæc vulnera vitæ.

Senec.

Unde chaos in regimine?

Discite ò miseri & causas cognoscite rerũ.
Quid sumus, & quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus; aut metæ qua mollis flexus, & unde.

Persius, à v. 66

Eritne ordo, sine ordine vivere? Eritne regimen sine regimine? Sinè superiore & inferiore erit categoria, vel consilium cum anarchia: Indulgent, ut indulgeantur.

Fi-

Ierem. 7.18. *Filij colligunt ligna, & patres accendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas Reginæ cœli.* Lunatici sunt. Cunctos ligant consortia damni. Fiunt ex ovibus lupi; quassatur sine gubernaculo navis à turbine & tempestate. Radix vitiorum pullulat; quia nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, sine mœrore, imò exultatione Præsidis; quoniam sedet adinstar Neronis, vel videns incendium urbis: ex civium exterminio clarior, ex cladibus honos, & ab alosi si non sui, saltem ignis, splendor. Quo, ut canit in *Agamemn.* Seneca, à vers. 481.

Senec. *Mundum evelli sedibus totum suis*
Ipsosque rupto crederes cœlo Deos
Decidere, & atrum rebus induci chaos.

8 Seriem, methodum, ac tenorem Præsidis demonstrat in exitum prudentis regiminis, Gregor. Magnus, 1. *Pastor.* cap. 9. & 10. *Pastor cùm regimen appetit, per exemplum pravi operis Pharisæorum; ad ingressus regni cœlorum tendentibus, obstaculum sit: nec ipsi intrant, nec alios intrare permittunt. Omnibus modis congruit, qui per pietatis viscera ad ignoscendum flectitur; sed numquàm plusquàm deceat, ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur.* Cervicalia peccantium, vocat Ezechiel: igitur ubi huiusmodi Præsides, quiescunt, & requiescunt ad lubitum peccatores. Prava cognoscunt, at propter commoda cæcutiunt, & subditi in flagitijs obcæcantur: etenim crimen non habent ut crimen, cum in transgressionis iudices habeant ex crimine requiem. Ezech. 13. 18. *Pulvillos sub omni cubito manus; & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas.* Damnari à iudice debent iniquitates, sed studium complacere subditis: & spinis, quibus puncta conscientia, Præsides pro flagellis præparabant cervicalia; ut numquàm à sceleribus resipiscerent, cùm esse sub sentibus ut delicias computarent. Malum, quòd peccatum in scandalum, proximique præcipitium, indulgeatur: in peius, pro pœna cervical à iudicibus apponitur: igitur aggregantur peccata sine formidine, apertaque fronte; ubi apud quem invenire debet regidam severitatem, plausum ac laudem commissum reperit crimen. Grati cupiunt subditis esse, & captis animis indulgentiâ dominari; in quorum capturam, nihil præsentius, quàm voluptati loqui, in libertatem mulcere, genio blandiri, cunctis placere, nullum corrigere, nemini displicere, aversa dissimulare, munus nisi in commoda non obire, quippe illius non erit nec in illo optata utilitas, si aliquomodò iudicis emicuerit auctoritas: igitur quicquid ille voluerit, subditi indulti libentissimè facient; modò permittat, quicquid illi voluerint.

Damnatio Præsidis, blandiri subditorum peccatis.

Quinam confessarij aulici

9 Quàm aptè dicitur *Væ!* Sic se iudicant felices, cùm sic sint infeliciores: equidem cum ad illorum munus spectet, obviare vitijs, occurrere malis, curare vulnera, relegare scelera, fulminare minas, inferre plagas, Dei removere offensas, tollere scandala, ut flagitiorum deformitate terreantur, blandimine iudicum peccata foventur. Unde sine resipiscentia excluſi ab æterna gloria, adulatione fallaci atque miserè delusi præcipitantur in Tartara. *Cervicalibus caput iacentis excipitur* (subdit Gregor. d. *part.* 2. *cap.* 8.) *cùm correctionis duritia peccanti subtrahitur, eique mollities favoris adhibetur; ut in errore molliter iaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat. Sed hæc Rectores* (Pende originem) *qui semet ipsos diligunt, his proculdubio exhibent; à quibus se noceri posse in studio gloriæ temporalis timent. Pulvillos igitur sub omni cubito manus ponere; est, cadentes à sua rectitudine animas, atque in huius mundi se dilectione reclinantes, blandâ adulatione refovere. Ex amore sui mens Rectoris in mollitiem vertitur, quia cum peccantes subditos respicit, corripere non præsumit: imò nonnumquàm errata subditorum quæ increpare debuerat, adulatione demulcet.* Regerit idem, lib. 18. in *Iob.* cap. 4. Totum fit propter philautiam, & temporalem futilem gloriam, studio facilitatis, docilisque genij; sed affectati. Hinc subditur: *Interficiunt animas, quæ non moriuntur, & vivificant animas quæ non vivunt.* Si mollities esset sine artificio ut naturalis, ostenderetur in cunctis. Mala dicunt bona, & bona mala, vivificantes peccatores, mortuos gratiæ, quasi insignes virtutes; & interficientes insignes virtutes, quasi essent execrandæ iniquitates. Cuncta iudicia diriguntur in commoda, prudentiâ sæculi, procul legis & rationis luce: etenim denudata ambitionis intentione; totum, ut per fas vel nefas conserventur in obtenta dignitate: vigeant, floreant, ut sciant gentes, cùm dæmones sint, quoniam homines sunt. Sibi dicentes, ut hic ait Hieronym. *Ede, bibe, lude: post mortem nulla voluptas*: equidem quid ad illos, quòd regimen diaboli, modò sint

Ibid. Peccata dissimulant propter commoda.

Gregor. Magn. V. 19. Sic Præsides præmi, & muneris indigni.

Hieron

in honoris regimine? Hi frequenter hominum opprobria, cunctorum ludibria, indotati, indigni, quos ignorant merita, verùm cognoscit fortuna: & ne avolet, quæ cæcè ingressa & arrisit (ut meritò meritis iaceat) fulcimina iniquitatum ponderi sortis inclinant. Appositè Ioann. Mellius Sousa in *Iob.* cap. 30.

Ultima fæx hominum, stultum atque ignobile genus,
Sousa. *Assuetum latebris, & fœdum abscondere vultum.*

10 Exponamus in illorum pudorem, quo fulciatur huiusmodi politica, diabolica agendi ratio, qua refovetur ambitio: equidem in isthunc lapidem semper impingunt, nec ictibus removentur. Ab itinere trito patiuntur abduci, aut innata socordià, insensata lenitate, aut difficultatibus victi, aut obtrectantium vocibus moti, aut studentes integritati famæ, aut peccantium fastidio impulsi, aut consulentes quieti; vel denique, quia velint amabiles haberi & blandi, perciti pruritu cunctis in cunctis placere; quo rubur regiminis excedit, & moles Reipublicæ allisa miserè ruit. Nos enim (dicunt) non possumus, nec venimus componere orbem. Erunt iniquitates, quandiù fuerint homines. Transeamus meliori modo, quo possumus; transeamus, ut alij transierunt: aliàs vigili tantà solicitudine non esset honoris dignitas, sed spiritus anxietas; nec venimus in munus ut laboremus, sed ut imperio à labore requiescamus. Res eant quà eunt. Multa nocent mota, quæ immota haudquaquàm nocerent. Pridem subditi euntes ibant: eant. Non litigiosos oportet esse Præsides: numquàm peccatur clementià; ut corrigantur, multoties dissimulanda delicta. Non venimus in carnifices, sed in patres. Si amore subditi etiam pravi continentur; quorsùm officia iudicum? Timor non prodest quicquam. Haud increpatio gravis vulnera sanat, sed exulcerat. Congruit cum omnibus pacem habere, & supplicia relegare; quæ quidem nostræ oppositæ conditioni, & indoli. Neminem possumus aspicere tristem. Semper est locus ad gratiam, nec omnia æstimabimus malitiam. Cuncta transeant, cuncta fluant. An ut sanetur alicuius vulnus, pharmacum non reddet exosos? Haud facile, ducere invitos. Qui ultro in virtutem non procedit, impulsu cadit. Nequaquàm vel pravi, ut mancipia coercendi. Memores simus matris uberum: neque potentioribus in quacumque ægritudine medicamentis utendum: consultiusque est, ægrum inter blandimina suavitate perire; quàm per anastomica igne & ferro convalescere. Sic alia, prorsùm stultissima. Siccine, invidebimus horum paci, vel plorabimus cogitamina insipientiæ? Quæ non cogitat ambitio? Cuncta næniæ, atque cogitationes sine intellectu affectata pietas, fucata facilitas: siquidem modò pungatur re ingrata tenerrimus, suavissimus animus; non solùm experimur immites, sed truculentos. Dicit Terentius in *Adelph.* Act. 2. scen. 1. v. 42.

Proh supreme Iupiter! Terent.
Insanire occipiunt ex incuria.

11 Ex huiuscemodi impia in regimine dexteritate, inter fatuos plausibili, confusio non ordo rerum, atque sentina vitiorum. Quid (cùm in homine ad harmoniam, sit pars superior & inferior) si inferiores sensus indultu rationis laxarétur in cupita, atque illecebrarum voluptatis deliramenta? Fieret homo sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quid hæccine execrabilis Babylonia si ingrederetur in claustra? *Est malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à facie Principis: positum stultum in dignitate sublimi, & divites sedere deorsùm. Vidi servos in equis, & Principes ambulare super terram.* Vigilanter Nostrates: *Quedarse à pie.* Ideò, sine dignitate, quod plauditur potestatis decor & candor, & est vanitatis error & furor: etenim ei conceditur dominari, qui debet sua conditione servire. Si subditus & servus dominus; necessariò qui dominus servus. Quæ regula namque, si curva? Quorsùm leges? Ut quid sanctitatis constitutiones, & vitæ norma; si singula singulis permittenda? Si nulla neganda, nullius contristandus vultus, nemo mœrore afficiendus? Quo intuitu Præses eligitur, ubi uti Præses subditis non moderatur, vel subditi non habentur? Si unicuique obsequendum, & ad placitum, præut titillat animus; Superiore non est opus. *Quid sperari potest à familia* (ait Scribani, 1. de *Medic. religios.* à cap. 10.) *cui Superioris remissio in omnem libertatem habenas laxavit; in qua cuique voluntas sua pro regula, & affectus pro Superiore est?* *Quid non timeri* (*Exulat paulatim hinc omnis virtus, succedunt vitia, in ipsum Superiorem insurgitur: sequitur venerationis neglectus, & contemptus; & quibus oblocutiones & detractiones. Insuper, quòd inferiores non sentiant mala periculaque, quibus ia-*

Ratiocinatio Præsidis stulti, sine iudicij divini timore.

Eccle. 10. à 5.

Singulis singula permittere, non est ordinis tenor sed horror.

Scriban

Quæ & quanta conniventiæ mala

factantur; aut immania, quibus insistunt, præcipitia, ruinæ proxima: aut vitia ipsa virtutes arbitrentur; cùm videant, non damnari, imò & probari interdum, quorum prudentiæ commissi sunt.

12 Hæc via pluribus, æternitatis, districtique iudicij & tribunalis oblitis, videtur recta: sed ducit in Tartara. Cavet in suis Monasterijs N. Patriarcha, ut semper in illis floreat Monachorum venerabilis vita. *Vitæ merito & sapientiæ doctrinâ eligatur qui ordinandus est* (inquit, d. *cap.* 64.) *Quod si etiam omnis congregatio vitijs suis* (*quod quidem absit*) *consentientem personam pari consilio elegerit; prohibeant pravorum prævalere consensum.* S. Benedict. Consensu sanè pravo, Præsidis in electionem, non constituendus in Præsidem. *Hinc pro malorum magnitudine non admoventur remedia, aut extrema tantum delictorum leviter tanguntur; nec ad interiora curatio accedit; vel quod deterius, excusationes prætexuntur, minuendisque, leniendis ac propugnandis malis, rationis & quæruntur & reperiuntur. Quo quidem placendi studio, universa religiosa disciplina dissolvitur: inferioribus occasio quidlibet: audendi præbetur, deveniuntque ad summa transgressionum fastigia: ad totius vocationis institutique neglectum ac contemptum; dum singuli vitæ sibi genus formant, quale pronus cuiusque in libertatem animus suasit.* Scriban. Quàm noxia! Ita præf. Scribani, ibid. *cap.* 13. Videsis Gregor. Magn. in 1. *Reg.* 2. 29. & *cap.* 13, 14. & Bernard. 3. ad *Eugen.* cap. 4. & *Epist.* 126. Hos Præsides sita tenet ambitio, ac dominationis amara dulcedo; ut obturent aures suas, ne audiant sanguinem; & claudant oculos suos, ne videant malum. Iste siccine inter pravos allectos si vixerit; in excelsis habitabit. Quid ad visa & audita illiorum censet ambitus; dicit Ethnicus, quo dudùm, Act. 1. scen. 2. à v. 16.

Nullum huius simile factum. Quorsùm istuc?
Non est flagitium adolescentulum, scortari,
Neque potare. Non est: neque fores effringere.
Proh Iupiter! Non est flagitium? Adigis me ad insaniam.
Non est. Ausculta. Si quid peccat, mihi peccat. Terent.
Obsonat, potat, olet unguento? De meo est.
Amat? Dabitur argentum. Fores effringit? Restituentur.
Discidit vestem? Sarcietur. Est (*Dis gratiâ*)

Et unde hæc fiant, & adhuc non molesta sunt.
Curæ est mihi. Pater esse disce. Insaniam cum illo.
Quid istud: Si placet, profundat, perdat, pereat.
Nihil ad me attinet.

13 Hæc verba, diaboli oracula: delirioque voluntariò respondet Sapiens: *Cui væ? Cui us patri væ? Cui rixæ? Cui foveæ?* Prov. 23. 29. Cui væ? Iurè huic patri: etenim ut eius firmaretur pro tempore thronus; permisit perire filios: patuitque centrum infelicitatis, quod ambiebatur quasi culmen celsitudinis. *Cui rixæ?* Et in tanta pace? Utique. Dei iudicio experitur adversarios, quos relaxatione disciplinæ quærebat artificiosè benevolos & amicos. Hostes acriores ex illicitis gratijs, patulis occultis iurgijs. Sine lege, nec Dei timore amicitia, nonnumquam tendit in odia. Hinc *foveæ*, quæ dolo eius oculis occultæ: igitur postquam præceps ruinâ iacet, foveas ex turpi criminum dissimulatione cognoscit. *Dum Rector agenda, quæ novit despicit* (subdit Gregor. in 1. *Reg.* 4. 1.) *agitur cum eo districto iudicio, ut agenda non videat: quia implere noluit, quod videbat.* Gregor. Magn. Sanè fovea, sepulchrum, barathrum; quoniam accedente morte deducitur in infernum. Verùm unde? Ex consortio atque venià, conniventia iniquitatum. Si videbas furem, currebas cum eo; & cum adulteris portionem tuam ponebas: additque Regius Psaltes: *Os tuum abundavit malitia, & lingua tua concinnabat dolos.* Psalm. 49. 19. *Malitia*, quoniam cognoscens legem perfectam; odivit in se subditisque disciplinam: & inter subditorum placitum, atque divinum præceptum; sermones legis proiecit tumens retrorsùm, dimittens subditos in desideria cordis, in illecebras cupidinis; cùm eius esset muneris, non flecti, sed toto pectore resistere sceleratis. Horat. 3. *Od.* 3. à v. 1. accinit:

Iustum & tenacem propositi virum,
Non civium ardor prava iubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida,
Nec fulminantis magna Iovis manus.
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ. Horat.

Qui à cælo & in cælum regimine ducitur, in æternum à legis custodia non commovebitur: Præsidisque blandientis, proposito utilitatis os abundavit malitiâ, ut subditorum captaretur gratia, quin pœnitere possint catenatæ iniquitatis; quippe dis-

Pravum amicitia tendit in odio.

Dissimulatione, iniquitates nutricantur virtutes.

simulatione cogitabant flagitia tamquàm virtutes.

14 Occurrere potest scopulus. Verum hìc tu murus æneus esto. Vis repet cuniculis insidiosa: cæterùm tu esto vigilans & confirma. Qualis ergo? Inuit, qui dudùm, *Vultus instantis tyranni, manus Iovis fulminantis*, cuius ad nutum, si lubet, quassabitur Orbis. Quid tunc ex tanta instantia subditis pravis? Mercenarius autem, & qui non est pastor, videt lupum venientem, & dimittit oves & fugit. Vir iustus, propositi tenax, & si turbetur terra, & montes transferantur in cor maris. Præcipit Sapiens. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te; locum tuum ne dimiseris, quia curatio faciet cessare peccata maxima.* Quid hoc, exponit Caietanus hìc. *Post tractatum* (inquit) *de impedientibus sapientiam Monasticam; consequenter tractat de sapientia politica, dicens: Si supervenerit spiritus dominantis, hoc est, auctoritas, seu ventositas dominantis; ne dimittas locum tuum.* Maluend. *Omnes artes ad curandum spiritum adhibito.* Sæpe ducti, qui regi debent, superiore potestate; urgenti in legem resistunt ordinario Superiori. Ut vivant ad voluptatem, & excutiant ab humeris prementem legem; quæ comminiscuntur? Quæ non? Quicquid deliraverint, superiori potestati gratum est; & illis gratum, adversus Præsidem accipientibus opprobrium: igitur per imposturam, dominatoris nanciscuntur venantes gratiam, qua Præses fastidio iniuriarum percitus, dimittat gravis regiminis onus; & illi consulentes libertati, vivant ad lubitum sine iure ac sine lege: igitùr defendit celsior potestatis auctoritas, & maiora appetit semel gustata libertas. Unde conventus malignantium, & multitudo operantium iniquitatem, firmantium in fidem sermonem nequam; ut denigrent fuligine famam; ut narrantes laqueos abscondant, gratosque falsà denunciatione se reddant; scrutantes iniquitates in dolo, quamvis deficiant scrutantes scrutinio. Hæc est hora illorum, & potestas tenebrarum: equidem lætantur, cùm malefecerint, quorum viæ pervertæ sunt, & infames gressus eorum. Quid igitur faciendum, ubi substernitur in exterminium embolium? Asserta disciplinà Monasticà, utendum sanè politicà. Fluant quæ flocci, transeant quisquiliæ: verùm minimè locus dignitatis deferendus; ne corruptelæ, remissione detur locus: igitur patebit, favore iniquitatis, vulnus virtutis, modò prævaluerit ventositas dominantis: quæ quidem illi videtur æstimabilior maiestas; cùm irrideatur vacui capitis ventositas, atque cerebri vacuitas. Demonstrat sanè cerebrùm & thronum. Ovid. 11. *Metam.* fab. 8.

Ecclesiast. 10. 4.

Caietan

Maluend

Quænam artes subditorum in Præsidis ruinâ urgentis in observantiam

Quomodò utendum politicâ in potestate superiore nocua?

Obest quoque gloria multis.

15 Promamus abdita, visà ex auctoritate futili, vanà glorià. Locus præsidentiæ sit, etsi spiritus potestatem habentis, ne super ascendat, ascenderit super te. Tò *Spiritus*, à Hieronymo intelligitur diabolus. Ita in *Isai.* 58. & in *Zachar.* 5. Velamen nonnumquàm virtutis, iniquitatis est vestis: & quod ostenditur spiritus & religionis zelus, est diaboli spiritus; quippequàm huiusmodi molimina fraudis, dumtaxàt quibant excogitari inter dæmones. Incumbit, superiorem potestatem habenti; subditos rebelles adigere Superiori. Hoc est zelatoris spiritus, atque in virtutem perfectionis animus: haud lactare pravorum audaciam & fovere malitiam: sed dum ita se gerit potestatis spiritus, inferioris potestatis haud dimittendus est locus; quoniam in virtutis lamentabile exilium, qui potestate fungitur, nequaquàm homo, sed dæmon. Causa subditur. *Curatio faciet cessare peccata maxima.* Si curatio, iam sunt vulnera: & potestate in potestatem persanantur, ne sint maxima: equidem qui pravi, quodnam intactum relinquent crimen; videntes sceleribus faventem, & adversus potestatem Superioris, superiorem potestatem? Non pacem congruit mittere, sed gladium, dum occurrit huiusmodi dæmonium: igitur (quantumvis ab hoc protectæ, nutritæ & fotæ) compescentur florentes iniquitates, formidine potestatis, inferioris Superioris. Omnes artes ad curanda huiusmodi vulnera adhibendæ sunt; quin deficiat à superioris veneratione, nec relicto loco, locus detur maiori sceleri & vulneri, etenim cùm plaga, etsi perveniat in cor, blandimine suavis sit, quippe vulnera laudantur, dum in mortem inferuntur; modò in curationem sauci politici corporis abesset Præsidis ordinarij potestas; à planta pedis usque ad verticem non esset in illo sanitas.

Ovid.

Ibid.

Iungenda potestatis reverentia, atque legis observantia.

16 Præterea. Totus contextus est in discretionem Præsidis quærentis subditorum salutem; & propter honorem illorum permittentis corruptionem. *Cor sapientis* (præmittit Salomon) *in dextera eius; & cor stulti in sinistra: sed & in via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit; om-*

Ibid. ver. 2.

omnes stultos æstimat. Cor enim in homine de loco ad locum non mutatur: cogitatio solùm cordis hinc inde movetur. Est in sinistra, si cogitantur dumtaxàt commoda & vana: in dextera autem, si rationi consona. Adi Lorin. hìc. Ratio est, subditos legi ligare: dissonum, illegibus indulgere; & propter honorem, Præsidem vitia permittere: stultusque dicitur, dum sapiens sibi videtur; quippequàm summa stultitia, animam perdere propter temporalia commoda.

Præses quisnam sibi videatur sapiens, cum sit desipiens?

Boet. *Quod si putatis longius vitam trahi*
Mortalis aurà nominis
Cùm sera vobis rapiet; hoc etiam die
Iam vos secunda mors manet.

Ait Boetius, 2. de *Consol. Philosoph.* Metr. 7. à v. 23. Ita ergo, dum in via regiminis Præses ambulat: quæ non est via, nisi in infernum; quia se suosque immittit in præcipitium: igitur tunc apparebit stultitia, quæ illi insulato videbatur prudentia. Dialecto nostrà: *Caminar con este porte, sino àzia el infierno, no lleva camino.*

17 Prescrutemur. *In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Sapiens est, qui subditis erga prava moderatur. Stultus, qui ab illis in illorum vota regitur. Si responderet muneri, ab illis audiret malè, vel expelleretur à munere. Si indulget, gaudet honore. Indulget. Insipiens est: & cùm sit stultissimè insipiens, alios qui exactè regunt, arbitratur insipientes; igitur illi videtur insipientia, & summa mentis vecordia (inter aphorismos doctos à sæculari sapientia) amittere in honorem excellentes maiestatis dignitates, quia nescierunt indulgere & præterire crimina propter maiestatem legis. Stulti sunt, qui non videntur stulti. Aliter error; imò stultæ, inutilis sapientiæ furor; quoniam evanescit honor. Facilius est, indulgere; quàm maiestate defungi. Facilius, præterire vitia, quàm subditorum obsequia. Si subditi erraverint, ipsi viderint. Hæc est sapientia sæculi: quærit quæ sua, vel non sua sunt; non quæ Iesu-Christi, sinistris cogitationibus, & cordibus insipientibus: igitur propter futilem reverentiam, transitoriam volatilem gloriam, fugacemque auctoritatem; perpetuæ gloriæ (insipientiâ) prosternit optabilem beatitudinem. *Locum pastoris tenet, sed lucra animarum non quærit. Terrenis commodis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalibus lucris pascitur, impensà sibi ab hominibus reverentiâ lætatur. Hic est pastor?* Ita Gregor. Magn. Homil. 14. in *Evangel.* Veniet iudicium, & actionum districtio, de quibus non est modò iudicium; nec cogitatio. Tunc in cogitatione peccatorum suorum timidi; & objicietur quid honoris habuerint in honore. Ita felicitatis transit volatile tempus, ut ignoretur transitus. Totum gracilis spuma, quæ fit & simul dispergitur à procella. Totum ab igne ambitionis fumus, quem dissipat levis ventus, vel fovet infelix maiestatis felicitas, oculos pungens in lachrymas. Ipsi dicunt. *Nos nati, continuò desivimus esse* (Vita in sceleribus acta, haudquaquàm vita) *In malignitate nostra consumpti sumus: & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere.* Tunc cognoscitur insipientia, & cor pravum collocatum in sinistra: quandoquidem ex errore ambitionis patet erratum; dum traducunt illos ex adverso iniquitates illorum. Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum; nequando rapiat, & non sit qui eripiat.

Illorum confusio.

Vita trâva non est vita. Sapient. 5. à 13.

18 Hinc post abundantiam malitiæ, ut præmisimus, *num.* 13. dicitur à Davide: *Lingua tua concinnabat dolos.* Qui dissimulat mala, dolos simulat: etenim cùm à Præsidibus indulta, subditi non cognoscant uti mala; doli ab illis construuntur, ubi uti mala correptione non arcentur. Habetur uti virtus, quod turpissimum scelus. Iudicatur status perfectio, vitiorum abominatio, dolis efformatis blandimine Præsidis: igitur cùm lingua illorum non separaret pretiosum à vili (ostensione peccati, sed vilia conniveret, uti pretiosa, ut gauderent munere) ut deciperet sub subditos, malitiosè instruxit dolos: arbitrabantur quippe sectari præceptorum rectitudinem, cùm in dæmonis tenderent perpetuam captivitatem. Non aliam designat Propheta causam Babylonicæ captivitatis sub tyrannide Nabuchodonosoris. *Prophetæ tui* (ait) *viderunt tibi falsa & stulta; nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.* Exponitur in textu Respublica haud ordine regiminis, sed confusione Babelis, in qua nemo intelligit linguam alterius; & cuncti dicunt, *Quomodocumque, transeamus.* Sicut populus sic & Sacerdos. Unusquisque in viam suam declinavit. En Babylonia. Percurramus singula. *Prophetæ tui. Tui*, non Dei; siquidem non prophetæ. *Tui*, qui prophetæ falsi, vitiorum blandimine, concinnantes lingua dolos, pravos mulcentes affectus: igitur eius obsequebantur libidini: quasi es-

Psalm. 49. 19.

Dissimulatione criminis, in quo dolus Præsidis?

Thren. 2. 14.

Maiores doli virtuti, specie.

Ratiocinia insipientium in conniventia crimium subditorũ

Gregor. Magn.

essentè cœlo afflati. *Tui* : si non tui, quid quòd Prophetæ ? Prophetæ voluptatis vulnera (ut sanarentur) missi à Numine, designabant ; non demulcebant : hi non prohetæ, ni tui : siquidem nullum venerabaris ut propheten, ni loqueretur ad vitiorum voluptatem. Quis tu ? Qui prophetæ tui ? *Populus ad iracundiam provocans est, filij mendaces, nolentes audire legem.* Hinc prophetæ tui, quorum adulatione, vultis videri religiosi, sed non esse ; quippe protritâ lege inter enormia flagitia, arbitramini vivere in amplissima religionis observantia. Verùm unde ? *Dicunt videntibus : Nolite videre : & aspicientibus : Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt. Videte nobis errores. Loquimini nobis placentia.* Hi prophetæ, & prophetæ tui. Falsum est, quod proheta videt, si non placet : placitisque præbes fidem, estò cognoscas errorem ; cupiens, cunctos ab illis prædicari uti perfectos, quamvis viderint extremis vitijs pravitate mancipatos. Errores placent, recta displicent : prophetæque tui plaudunt manibus, etiam dum vident immanissimum scelus ; ne ad iracundiam à te provocatâ bile, per te deturbentur à commoda dignitate. Unde cùm siccine dominentur, & auribus prurientibus, avidè audiantur ; ut dignitatis sit cum utilitate decus, & permaneat regiminis turpe munus ; in lingua concinnant dolos, loquentes placentia : quandoquidem si honoris subsidunt commoda ; indulgent, à via aberrare rectitudinis, & præcipites in ruinam sequi lubidine errores.

Is. 30. 9.

v. 10.

Et indignafacta ob dignitatis commoda.

Ibid.

19 Haud alio intuitu *Prohetæ tui viderunt tibi falsa & stulta.* Recta movebant in furorem stomachum. *Erat honoris atque capitis periculum* : ait Sanctius in *Paraphras.* dicebantque Prophetæ, quæ cognoscebant falsa, verùm subditis placentia ; quippequàm ni loquerentur ad illorum palatum, honoris, & forsàm vitæ, perderent emolumentum. Respondebant stulto iuxta stultitiam suam, iuxta placitum pingentes colore larvam : etenim cùm amitteretur dignitas, si proferretur veritas ; ratione dignitatis, quamtumvis stultorum, erant Præsidens. Pende emphasim, ut cognoscas in errore illorum obcæcationem. *Prophetæ tui* non videbant : vidisse nunciabant : *falsa & stulta* non alij, sed *tibi*, quæ quia stulta & falsa credebas, & veteratoribus, prophetarum assidebat auctoritas. Quis crederet, ni vanum inesset cor ? Quis crederet, nisi tu ? Falsaque & stulta vera videbantur *tibi* ; ut eluceret ex crimine & errore quàm infatuati : equidem ita quæ dicebantur visa, à exigua ratione devia ; ut vel insensatus cognosceret esse stulta : imò nec ab ullis credi posse, ni queis placeret decipi ; & pati cladem quam volebant fugere. Nemo, ni stultus, crederet delirantibus, ut iaceret desperatus, cui placet morbus.

Sanct.

Iacet desperatus cui placet morbus.

20 Hanc conditionem cognoscebant mediciPræsides ; & ut essent Præsides, causam haud removebant, imò nec indicabant languoris ; quo vulnerati fiebant immedicabiles. *Nec aperiebant iniquitatem tibi, ut te ad pœnitentiam provocarent.* Non alijs, sed *tibi* : etenim sæpe subditorum vulneribus pharmacum, alijs non manifestare quæ vulnera subditorum. Medici sunt, qui præsunt, ut languoribus medeantur, & in sanitatem, qui ignorant & errant, rigore vel mulcimine studiosè perducant ; quin malitiosè decipiant, dicentes bonum malum & malum bonum, cum periculo animarum : etenim errore vel ignorantiâ in vulnera corruent, ex defectibus vulnera si nesciverint. Dolet pœnitudine, qui cognoverit peccasse. Cùm deliquissent & maximè, supramodùm, filij Iuda ; non iuxta iniquitatem illis loquebantur Præsides, sed iuxta cor. Non ad salutem, sed iuxta ægrotantium voluptatem : non iuxta ægritudinem, sed iuxta infirmorum delicatam conditionem ; ne exacerbatione ex acri medicamine vulnerum ut crudelem ad corvos mitterent medicum. Vulnerati ex criminibus, delendis pœnitudine, iacebant ; sed vulnera ut vulnera non cognoverant : equidem cùm non aperiret medicus iniquitatem, crimina sequebantur tamquàm virtutem. Quæ curare debebat felle, aceto, & pipere ; medicabatur melle, quo intumescebant ulcera, fiebantque maiora, immedicabilia ; credentibus languidis sanitatem esse, ex pharmacorum lenimine. Ex crimine morbi pravitas, sed à medico non dicebatur infirmitas ; cùm non corrigeretur medicamine, sed foveretur mulcimine : nemoque pœnitebat, quamvis lethaliter ulceribus ægrotabat : quippequàm nemo dolore pœnitet, de quo non dolet. Quis sanus quæret medicum in sanitatem ? Qui amiserit mentem : haud aliter in vulneribus animæ, factis à crimine : etenim cùm à medico despicerentur, nec dolerent, aut ullam conscientia immitteret vexationem ; nemo in pœnitudinem dolore quærebat pharmacum, quoniam morbum pestiferum,

Ibid.

Subditorum defectus illis dicendi, non alijs.

Malum medicus qui cognoscit ægritudinem, quin apponat medicamen.

ex

ex medici sententia non cognoscebat ut morbum.

21 Ulteriùs. Obsequium fallaciter dicebat legi, quo lex & prævaricatores afficiebantur vulnere, commodis muneris, ambitu dignitatis, dissimulatione criminis; cui pingebatur virtutis species: unde cùm vulnus non aperire, sed suavitate mulceret, sine miseratione ægrotantium, nec mœstitudine ulcerum; nemo dolore pœnitudini accessit, quippequàm nemo de virtutibus dolet. Vulnerum animæ medicina, est criminum pœnitentia. Iudicare, corrigere vel acriter, vel dulciter debet Præses; ne subditi corruant diaboli insidijs in pericula mortis. Sæpe vario intuitu indulgentur, transeunt, & non ut sunt aperiuntur; quo subditi seducti infeliciter in criminibus iacent, nec unquàm pœniteant: igitur saucij currerent in criminum pœnitudinem; si medici Præsides illis in dolorem aperuissent ut vulnus iniquitatem. Memini cuiusdam peccatrici dicentis, apud Terentium in *Hecyr.* Act. 2. scen. 1. v. 37.

Subditi resipiscerent, si crimen Superiores indicarent.

Teren. *Satis scio: peccando detrimenti nihil fieri potest.*

Hunc versum ita exponit Donatus: *Quantuncumque* (inquit) *sceleris amiseris, quantuncumque peccaveris; nihil de tua existimatione minuitur: nihil de pudore derogatur. Eadem es, quæ fuisti, quia peior fieri non potest. Ironia est.* Ita Præses, dum satis sciens crimina, indulget; quasi peccando, detrimenti nihil fieri possit. Hæc stulta & falsa, in crimina facultate concessà; igitur peior factus verè ægrotus, fallaxque medicus: hic enim amisit in dominationem muneris dignitatem; & ille subivit dirissimam, tyrannicam servitutem. Accinit Sanctius, hìc metricè:

Donat.

Dissimulatione pereunt & medicus & ægrotus.

Sanctius —*Dum mendaci lactant spe; proditâ, longum*
Exilium infelix, exitiumque vident.

22 Dicit Scriptura. *Contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plagâ pessimâ vehementer.* Egisset pœnitentiam, siquis aperuisset plagam: haud pessimam haberet, si uti plagam cognovisset: vehementioremque patitur ob dissimulatum crimen; ubi supplicium occurrens in dolorem acerbiorem aperuit iniquitatem. Quid de causa mali tanti? *Propheta quoque & Sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.* Utrisque idem exitus, quia utrisque vulnus. Prophetæ, & Sacerdoti (qui debebant in pœnitentiam, cordium ostendere plagam) quoniam conniventes vulnera deurarunt. Subditæ plebi, quia iniquitates, quasi virtutes placuerunt: illique amiserunt exules principatus honorem; & hi amiserunt præ vitijs sub tyranno libertatem. Nota. Non dicit: *Abibunt*, sed *Abierunt*. Antequàm abirent? Nullo modo. Innuitur, pridem sub diabolo, quod futurum sub Nabucho. Dissimulatione enim & complacentiâ publici criminis, iam erant cuncti captivi sub servitute & potestate dæmonis. Quomodò se geret Prælatus in huiusmodi articulis; dicam *Didasc. seq.* à num. 1. Nonnumquàm, dum attenditur in spiritalibus mundanus respectus, exitus omninò infaustus. Boetius, d. à v. 6.

Ieremi. 14. 17.

Plagâ pessima.

V. 18.

Et ante articulũ mortis sunt sub potestate dæmonis

Brevem replere non valentis ambitum,
Pudebit aucti nominis.
Quid, ò superbi, colla mortali iugo
Frustra levare gestiunt?

Boec.

DIDASCALIA VI.

Principi inexpugnabile monimentum, amor civium.

1 INQUIT Seneca, 1. de *Clementia*, cap. 19. Probantur vincula cordis, assiduis bonitatis argumentis: trahit corda gratia, conciliatque interdùm ampliorem maiestatem, maiestate relictâ: equidem in Præsidis nonnumquam monimentum inconcussum, efformatur ex gratijs scutum cordium: igitur ut accinit Ovid. 10. *Metam.* fab. 9.

Senec.

Geminato crescit amore.

Ovid.

Ex mythologis alij Maiestatem confingunt matrem Amoris; alij amorem genitorem Maiestatis. Dicimus in *Ephemerid.* 1. *Maij*, n. 12. & *Isagog. Octobr.* n. 21. Frequenter enim unà *Maiestas & Amor*: at incertum quis ex quo. Dubium oritur ex varietate utentium, & conditione cordium; vel ex usu aut abusu Principum; equidem in aliorum facie semper invenitur hilaris affabilitas: in ore aliorum severissima maiestas. Utrumque, ni fallor, sine modo: quandoquidem congruit prudentissimo imperio, & affabilis maiestas, & maiestuosa (fas sit dicere) affabilitas. *Inter bona sunt modestus incessus* (ait præfatus Stoicus, *Epist. 66.*) *& compositus ac probus vultus, & conveniens prudenti viro gestus. Animus intuens vera; non ex opi-*

Commendatio Principis maiestas & amor.

Senec.

opinione, sed ex natura pretia rebus imponens, toti se inferens mundo, cogitationibus actionibusque intentus, ex æquo magnus & vehemens, asperis blandisque pariter invictus; neutri se fortunæ summittit. Nec attollunt fortuita, nec deprimunt. Talis animus virtus est. Hæc eius facies; quæ pro vitæ varietate & pro actionibus, nec minor aut maior fit. Claudian. d. 4. Consul. *Honor.* à v. 287. in rem accinit:

His tamen effectis, nec fastidire minores,
Nec pete præscriptos domini transcendere fines:
Claud. *Conspirat elementa sibi: qui limite Phœbus*
Contentus medio:: sed consule cunctis.
Inquinat egregios adiuncta superbia mores.

Dementes præ dignitate, lactantur dignitatis fuligine.

2 Novi ministrum regium & egregium genere, potestate & honore; quousque à mente & culmine cecidit (igitur mens ruit, quia à culmine evanuit) cuius vitam amentis nomen & opinio conservabat maiestatis: coniuxque illius consulens vitæ, sed non menti; semper loquebatur de supremo honore: præcepitque servis, ne cum illo hiscerent, nisi fingentes adorationes auctoratæ celsitudinis, ex qua furiosus factus, & sine obsequijs debacchabatur furiosus: qua de causa libellis supplicibus accedebant servi, quos accipiebat quasi arridens gaudibundè; respondebatque, uti dixerat: *Videbo, Fiet*, & alia similia, quibus lactabatur eius læsa phantasia, evaporatum cerebrum, in risum fictè adorantium: quod quidem aulici uti dignati vel dignandi facerent corde; modò gauderet tam mente quàm dignitate; plauderentque tamquàm æmulabilem gloriam quam extra dignitatem ridebant uti dementiam. Huiusmodi evacuatio mentis etiam ridetur inventa à dignitate infatuatis; qui ubicumque & usquequaquè plusquàm honoris maiestatem, incumbunt in honoris ostentationem; ut cognoscant cuncti (quia non sunt) quid ex muneribus sint: thronos relinquentes cum dedecore, insinuantes iactabundè ampliore deponendos splendore: quem nullum nec ipsi haberent, nisi cæcà fortunà in huius usum habuissent. Depingit Seneca, quo suprà de *Clement.* & Epist. 111. *Est enim illis mos, exerere se in parvis, & ingentium rerum minima agere. Pudeat ab exiguis. In arduo summa sunt.* Qui dignus, & Princeps verus; *rebus, non artificijs talis. In edito stat admirabilis, celsus, magnitudinis veræ. Non exurgit in plantas, nec summis ambulat digitis* (Vernaculè: *Andar de puntillas: ponerse taconos: estàr en zancos*) *eorum more, qui mendacio staturam adiuvant; longioresque quàm sunt, videri volunt.* Hi humani Ioves sunt, qui propter cerebrum vacuũ debent recipere cor: equidem vendunt ferinæ arrogantiæ futilissimam mentem; modò ostentent ex honore adeptam humanam divinitatem. Extumescet pectus, si auditur Claudian. in *Panegyr.* Mallij Theodor. v. 244.

Cognoscuntur qui sint, ubi dignitate sunt.

Senec.

Non se meruisse fatetur, Claud.
Qui crevisse putat.

Eorum infatuatio & tumor.

3 Habent pro maiestate arrogantiam, viam pravam & os bilingue, prævià feritate, quam deperibat Caligula, apud Sueton. in eo, à *cap.* 29. In ore Neronis nihil erat nisi *potestas*. Idem in eo, à *cap.* 21. *Maiestas* in Galba: Tacit. 1. *Histor.* cap. 44. in Domitiano, *gravitatis gloria*. Plin. in *Traian. panegyr.* qui addit: *Lætissima facies & amabilis vultus in omnium civium ore, oculis, animo sedet. Hæc arx inaccessa: hoc inexpugnabile monimentum, monimento non indigere. Frustrà se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit.* Causam demonstrat Seneca, d. *Tantum enim necesse est, timeat, quantum timeri voluit. Hanc aliquis ægram vitam sustinet; cùm liceat innoxium, atque ob hoc securum, salutare potentiæ ius omnibus tractare?* Respondet Caligula: *Oderint, dum metuant.* Ita fulmine phantasiæ, cuncta cogitant in cunctos sibi licere.

Plin.

Senec. *Signa arrogantiæ*

Cernis, ut erectum torva sub fronte minetur,
Sævior assurgens dempto consorte potestas.
Quas gerit ore minas? Quanto premit omnia fastu?
Heu dubio suspensa metu, tolerandaque nullis
Aspera sors populis! Hic imperat, ille minatur.

Statius, 1. *Thebaid.* à v. 181.

Quicquid gerit, nutu iudicatur Iovis. Si superfedet, illustratione Numinis. Si loquitur, rosas loquitur: si tacet, quàm præclara meditatur! Si incedit, Minerva ducitur: si sedet, magna molitur. Si respicit, quanta dignatio! Si vultum torquet, quo ingenio! In cunctis micat maiestas, & etiam sui & maiestatis auctoritas. Throni ubiquè relucet splendor, atque potestatis honor; natus imperio, cuius affectata circumspectio irridetur soluto internè cachinno in fastus ostentationem: vel ab ipsis ministrantibus fomitem in vanitatem: qua sine mente sibi Narcissus lactatur, philautè adoratione & reverentià mulcetur, infulatus & stultus, Filaminibus furiosus, tumidè indicante fronte, quàm

Vnde illarum vanitatis fomes?

Deri diculi.

quàm putris medulla cerebri, sinciput læsum, à quo exulavit iudicium, cuius si inhæserit mica, exularet arrogantia. O divinæ occupationes, queis corruscant Silenorum imagines Alcibiadis! Ovid. lib. 3. de *Arte*, à v. 501.

Ovid. *Pertinet ad faciem rabidos ostendere mores. Ora tument irâ, nigrescunt sanguine venæ.*

4 Lamentatur Gregor. Magnus transisse huiusmodi pestem; atque errore continuo, mentis emotæ elationem, vel in eos qui debent esse modestos & corde humiles, etiam in culmine superioris dignitatis; quos suis coloribus pingit, ut ex fastu furor cesset. *Plerique qui præsunt* (infit lib. 24. in *Iob*, cap. 14.) *inordinatum sibi metum à subditis exigunt; & non tam propter Dominum, quàm pro Domino venerari volunt. Intùs enim se tumore cordis extollunt; cunctosque subditos in sui comparatione despiciunt: nec condescendendo consulunt, sed dominando premunt; quia videlicèt alta cogitatione se erigunt, & æquales se illis, quibus eos præesse contingit, non agnoscunt. Singularitate enim gaudent culminis, & non æqualitate conditionis* (Vide hic *Didasc.* 4. n. 7.) *Unusquisque enim superbus rector ad culpam apostasiæ dilabitur. Sub quo sit, non considerat; sed quòd æqualibus quasi non sit æqualis exultat.* Hoc igitur non est subditos moderari, sed premere. Dicit Paulus, dum se parvulum ostendit, & in medio subditorum; obiectâ simul dignitate Apostolicâ, ex qua eius super illos excellentia. *Nec quærentes ab hominibus gloriam* (inquit) *neque à vobis, neque ab alijs; cùm possemus vobis oneri esse.* Quid ergo & ex eo quo oneri subditis poterat esse Præses? Græc. *Pondere & auctoritate.* Auctoritatis munus subditis quit esse pondus? Utique, si ratione dignitatis tumeat, & iure potestatis insolescat. Si se cogitaverit præ subditis aliquem, nisi per ipsam dignitatem, Superiorem. Si pervertit arrogantia ius disciplinæ, in fastum ostentabundum superbiæ. Si ex celsitudine ex qua debet esse humilior & modestior; patet elatis elatior. Si torquet auctoritatem honoris, in auctoritatem vanitatis: qua subditos despicit, tantùm quia subditos habet: hicque Præses subditis iurè dicitur onus; quippe non regit sed premit auctoritatis duro gravamine subditos. Hæc gloria quæritur sæpe ab hominibus, quam modestiâ aversatur Paulus. *Non oneri, sed honori fuit*: ait Ambrosius. Honor sanè, si non oneri: etenim dignitatis &

Cogitatio cerebri evanidi in dignitate.

Gregor. Magn.

1. Thes. 2. à 6.

Græc.

Quis & unde Prælatus, subditis onus?

Ambr.

Præsidis gloria; è superiore culmine maior modestia. Statius quò dudùm à v. 189.

——*Ille precanti*
Mitis, & affatu bonus, & patientior æqui. Statius.

5 Aliter pastor bonus, qui triumphum agit non de patientia ovium, sed de superbia præsidum. Unde Plinius de Traiano, d. subdit: *Eeosdem nos, eundem te putas: par omnibus; & hoc tantùm cæteris maior, quo melior.* Thronum sanè efformat subditorum amor: quandoquidem Principis gratia in subiectionem legum devincit corda. Pende nostræ Tautologiæ sententiam. *Sedet super sedem.* Quare non dicitur *sedet in sede*, sed *super*? Ut constet felicitas vel infelicitas regiminis ex prudentia vel furore Præsidis; gratiâ: vel severitate, placidâ vel durâ fronte. *Sedet in sede*, qui respicit sedens maiestatis fastum. *Super sedem*, qui sedem habet in amorem subditorum: & dicitur *supra sedem*, dum sedis superioris exponitur auctoramen; quoniam ultra excellentiam sedis præ maiestate, qui in maiestate sedis, subditos regit amore. Sedem positam in cœlo spiritu vidit Ioannes, simulque *supra sedem* sedentem. Cur igitur de illo dicitur sedere supra maiestatem sedis, de alijs simul sedentibus; *sedent in sedibus suis*? Christus ergo in throno sedebat homo Deus, cui debebatur thronus; qui etiam obiectus in mirabili illa visione sub Agni & Leonis specie. Sed occurrit, si vicit ut Leo, quare victoriæ gloria illi datur tamquàm Agno? *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem & gloriam & benedictionem.* Ibid. *cap.* 5. 12. In Leone præsignatur disciplinæ severitas: in Agno pectoris cordisque benignitas: & quamvis vicerit ut leo, illi sub leonis vultu nequaquàm dirigitur adoratio; quoniam subditis non placet, in throno videre Præsidem, & simul vultus acerbitate leonem. Unde Ovid. 5. *Trist.* Eleg. 8. à v. 17. & 11. v. 31.

Plin.

Psalm. 46. 9.

Regit benignè, qui regit amore.

Apoc. 4. 2. Cap. 11. 16.

D. vers. 12.

Non ita severitate.

Vox fera, trux vultus, verissima mortis imago:
Quos ut non timeat, posses odisse videndo. Ovid.
Sive homines (*vix sunt homines hoc nomine digni*)
Quàmque lupi sævæ plus feritatis habent.

6 Fugit imaginationem leo, quippe ut ait Sponsa: *Meliora sunt ubera, vino*: adoratioque dirigitur in Agni speciem,

Cant. 1. 2.

Leonis quasi aversantes severitatem ; quoniam in throno qui sedet mansuetudine, affabilitate, amore non solùm festivè extollitur ; sed pronè à subditis universis adoratur. Hæc est Superioris gloria, sedem honoris habere benevolentiâ: cui iunguntur in plausum virtus & fortitudo; quippe corda subditorum potiùs flectuntur obsequio : aptanturque inclyta virtute legi, quando reguntur amore. *Quàm benè navigant, quos Amor dirigit* : dicit Otho Vænius, *Emblem. Amor.* 122. Hinc inter gloriam, Agni laudant, qui sub throno sunt sapientiam ; qua sedens regit, qui benignitate ducit : igitur haudquaquàm sapit, sed desipit ; qui nanciscì cupit leonis dira austeritate, quod meliùs perficitur agni dulcissimà mansuetudine. Quò extensior igitur in subditos affabilitas, amplior in sede maiestas. *Videt* (subdit Seneca, *Epist.* 115.) *quantum decoris illi, quantum ponderis, gravitatisque adderet : quanta esset cum gratia auctoritas* ! Hinc à Claudiano in Panagyr. Mallij præf. à v. 241. dicitur:

Gloria throni ex mansuetudine.

Oth. Væn.

Senec.

——Quæ digna petitu
Largitor facilis : nec quæ comitatur honores,
Ausa tuam leviter tentare superbia mentem.
Frons privata manet.

Claud.

Elucet siccine differentia sedentium in sedibus honoris, & supra sedem sedentis. Hic non onus subditis, sed honor subditorum & dignitatis. Illi sedebant in sede honoris auctoritate : ille sedebat amore. Unde si celsa auctoritas & maiestas à sede; ille sedet supra sedem ; quippe ampliorem habebat ex amore maiestatem. Illi in sedibus sedebant, quippe honore sedis digni. Hic supra sedem, eò quòd ampliore dignus honore : igitur ultra eminentiorem thronum, ultra laudes, ultra plausum, Agni mansuetudine sanguinem dare pro subditis ; qui illis poterat & iurè, ostendere faciem leonis. Dicam appositè cum Boetio, lib. 1. *Consol. Philos.* metr. 8. vers. 28.

Ex gratia amoris maiestas maiestatis.

O felix hominum genus,
Si vestros animos amor
Quo cœlum regitur, regat.

Boetius

7 Non ita stellæ effulgent sicut Sol, quippequàm nimis elevatæ sunt : & licèt sint in cœli throno, primæ mirabilis magnitudinis : ab inferioribus designantur ut minores. Arbitrantur multi cadere, si videntur quasi à throno descendere : & quantumvis adinstar stellarum lucidi, inferioribus faventes; haud ita accepti, quia semper ut Superiores, sunt in sede maiestatis : & ut captentur subditorum corda, interdùm frontem debet aperire gratia. Piscibus Habacucus comparat homines, & piscatoribus Principes. *Facies homines sicut pisces maris* ? In illorum capturam usus hami & sagenæ : dicunturque homines sicut pisces ; quoniam alij capiuntur sensim cum suavitate, & alij tracti, sed vulnere. Rete ergo dicitur lex, signatque Apostolis Christus, quomodò hominum piscatores sint, abiecto hamo; quippe in legem non allecti, qui invitè tracti. Rectè in capturam hominum arte retibus utendum : sed cogita modum. Nihil ceperant laborantes per noctem totam ; dixitque illis : *Laxate retia vestra in capturam.* Quidni dicit, *Mittite*, sed *laxate* vel *extendite* ? Ut facilè pisces haberent, cùm nihil vel laborantes cepissent. Pisces non possunt in retia ingredi, si breves retium ocelli. Piscatores ambigunt, quos prendere cupiunt : illisque dicit Christus, *Retia laxate* ; quia in capturam pisces egent aliqua extensione. Arte enim est opus, ut detur ingressus. Ampliora sunt & extensiora retium fila in introitu, breviora in sinu : præcipitque Dominus piscatoribus in capturam piscium retia laxare ; ut possint facilè ingredi, verùm numquàm possint egredi. Non dicit *Relaxate* sed *laxate*. Quid, quòd in retia intrarent, si pisces fugerint ? signatque Christus extensionem retis, sed neutiquàm in effugium relaxationis ; equidem nihil in captura captum, & copia piscium, si possent liberè exire, eadem facilitate, qua in retia ingressi.

Habac. 1. 14. *Cur subditi similes piscibus in aqua vagi?*

Luc. 5. 4.

Modus retinendi in observantia institi tuti.

8 Ita factum, subditque Matthæus, dixisse Christum : *Venite post me : faciam vos fieri piscatores hominum.* Ut tracti modò pisces ; capiendi in retia legis, qui sine lege pervagantur homines. Sine retium laxatione non ingrediuntur, quippe corda hominum suavitate ducuntur. Laborabitis sine extensione retium, ac totus labor in vanum. Non summo iure utendum, & causa legis & ratione potestatis: laxate retia, ut capi possint vel errantium corda : etenim haud conciliantur, quæ strictiore austeritate capiuntur. Vernaculè : *No se pescan corazones con nimiedades.* Angel. Politian. in *Rustico*, vers. 241.

Matth. 4. 19.

Angel. Polit.

Sic extirpabit gentes radicitùs omnes:
Non enim ad fastum genus est mortale creatum.

Gratia Præstat retia cordium.

Opus est laxatione, ut exactè impleatur opus : quandoquidem cordibus humanis gra-

gratia ; in illorum prudenter formantur retia ; quies suaviter continentur , ne legum retia rompantur. Quàm solicitus creditor ; sed nequam , in ære alieno gravatum ; ut redderet universum debitum! Trux corque durum patet , cùm totum ex toto peteret. *Suffocabat eum, dicens : Redde quod debes.* Reddidit ? Nullo modo. Haud valuit. Daret , si exactor patientiam haberet. Redderet tempore , ni tyrannicè creditor uteretur toto rigore iustitiæ , quo nihil factum ; in resipiscentiam exactorum Præsidum , abnuentium gratiam , & nolentium laxare retia in capturam : igitur qui possunt, & vellent, debita nequaquàm solvunt; quia suffocantur. Aliquando retis strictæ utendum est extensione , ut pisces capti contineantur in rete.

Matth. 18.28.

Quod cadet alterna requie durabile non est:
Hæc reparat vires , fessaque membra levat.

Ovid.

Arcus & arma tuæ tibi sint imitanda Dianæ:
Si numquàm cesses tendere , mollis erit.

Succinit Ovid. *Epist.*4. v.89. Hac de causa iussit Assertor N. laxare rete , haud hamos porricere in mare : equidem pisces non trahuntur etsi trahantur ; quoniam invitè trahuntur.

Nihil boni ab invito petitore.

9 Qui Conditor totius orbis iurè usquequaquè vocatur *Dominus cœli & terræ.* 1. Esdr. 5. 11. unde Christus dicens, *Pater Domine cœli & terræ* , astruit plausum & dominium ; quia dominus universorum est. Fecit cœlum & terram, mare & omnia , quæ in eis sunt. Cur igitur non extollitur dominus inferorum ; cùm in eis etiam exerceat dominium , & in ditione eius universa sint posita, uti ab illo constituta ; fateaturque principatum , quicquid continet ambitus cœlestium , terrestrium & infernorum? Ibi sunt dæmones cum hominibus damnatis. Sunt subiecti , sed cor longè. Sub potentatu iacent , sed subiectos esse nollent : & licèt Deus habeat in tnfernis dominium , haud nominatur dominus infernorum ; quoniam habetur dominium , sed non dominij excellentia , si subditorum Princeps non habet corda. Subiecti faciunt , quicquid à Domino iussum. Trahuntur in Domini voluntatem, sed invitè ; & quantumvis suiecti , non designantur ut subditi ; quippequàm à dominatione longè , qui non subditi Superiori dominanti , voluntariè. Videtur tragœdia Anaxarchi , cùm tunderetur in pilo , de qua apud Laertium *lib.9.* & Ovid. in *Ibim* , v. 573. Nulla potentis indicatur

Matth. 11.25.

Non subditi, qui corde rebelli.

potestas , quia erga illum oppressi erat aversa voluntas: & in ipsa subiectione abnuitur dominium ; quippe non dominus cordium. Haud ideo Superior immutetur, dum illum cor pravorum aversatur. Utatur cum eis iustitià, quos non valuit in bonum flectere gratià. Subditi sunt , etsi invitè subditi , ne noceant. Blasphemant. Flocci ducendum est , modò cruciatu in inferno sint. Ministri pilo tundant , ut impij in tenebris contitescant. Videant irati flagellum , quem sprevere pium ; maximè cum desperatione conversionis in bonum. Haud aliter sese geret Superioris facies ; si pro subditis (absit) habuerit dæmones. Persius, *Satyr.* 5. à v. 93. in rem ait.

Qui non flexi gratiàs subiguntur iustitiâ; quicquid dixerint : etsi blaspheient

Non Prætoris erat , stultis dare tenuia rerum
Officia , atque usum rapidæ permittere vitæ.
Et quid tam pravum est ? Sed nullo thure litabis,

Persius.

Hæreat in stultis brevis ut semiuncia recti.

10 Ergo in nostrum articulum ut trahantur qui trahendi , quippe alij expulsione in infernum relegandi,& etiam fulmine. *Per me* ? quæ arrogantiam & superbiam detestor, dicebat Sapientia) *reges regnant, & legum conditores iuxta decernunt: per me Principes imperant , & potentes decernunt iustitiam.* Ergo sine illa in Regibus non est regnum , nec Principes imperantes habent dominium. Sanè. Non est in throno regio , nec in potentatu principatus , aversis ab illis subditorum cordibus : igitur ut regnent , corda conciliat summa potestas amoris ; & nullatenùs severitas maiestatis. Ducuntur enim ratione & regentium modo , queis voluntas captivatur imperio ; equidem nihil rectum quod ad invito. Unde cum pateat regnum obedientià subditorum ; Reges amore regnant , & suavitates Principes imperant: quandoquidem subditi spontè conditas leges custodiunt , & decreta iustitiæ nec in ungue prætermittunt. Discrimen signat David. *Subdit populum meum sub me* ; non sat quod illius , ut sit suiectione subiectus. Sunt qui subiecti throno : sunt qui subiecti Principi , in throno potestate constituto : dicitque Princeps David , *Populum meum & sub me* ; ut indicet habere subditorum etiam cor : etenim eorum futilis in subiectione subiecto , qui subsunt dumtaxàt throno. *Meum & sub me.* Alia est maiestas , quàm in throni sublimitate præbet Principis sublimitas. Est alius thro-

Prob.8. à 15.

Plurit potestas amoris, quàm potestatis.

Ps.143. 2.

Qui subditi Præsidi, sunt subditi potestati; non econtrà.

nus & cultus, quos subditorum efformat affectus: dicitque *Sub me*, ut micet, subditis quàm charus sit: igitur subduntur Principi, quid subditi potestati: illi quippe voluntariè vel ad nutum obedirent; quamvis in throno ut Principem non haberent. Hæc ars amoris in augusta sede maiestatis, expulsà larvà in reluctantiam timoris, diciturque, *Populum meum* & *sub me*, ut constet, vis amoris quanta sit: non enim erant subditi sub potestate, formidine: sed sine formidine sub amoris potestate. Hic respectus illustrat sedentem Superiorem: contrarius valet decorare interdùm inferioris voluntatem; videntis dignitatis thronum, atque sedere tyrannum; sine iure, sine lege dominantem, auctoritate & potentià dignitatis insolentem. Non est tunc sub Prælato, sed sub throno, collato per fas vel nefas indigno, per quem obedientiæ gloria, & subiectionis excellentia: siquidem virtutis fulgor; quòd Superior Tyrannus, veneratione adoretur, ut Superior. Sic enim voluntas Dei, ad cuius placitum fit: etenim obedientiæ perfectio, se subdi in omni timore dominis; non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Alij tædio aversantur tyrannum & tyrannidem: hic hanc, non tyrannum, sequens virtutem; quin desideret, quod in alijs desiderat, dum subditos ad lubitum gravat: etenim per insignem subiectonem, veneratur indignum & dignitatem.

In quo obedientiæ perfectio?

11 Aliter construit Præsidis gratia, quod demolitur arrogantiæ violentiæ. Unde Horatius, 1. *Satyr.* 1. v. 86.

Horat.

Miraris,
Si nemo præstet, quem non merearis amorem?

Hi nec sibi consulunt, nec dignitati, cùm benevolentia valeat utriusque cedere gloriæ. Phrasi Christi emphaticà constat, qua Apostolis seriem exponit regiminis, & præmia post prudentis moderationis. *Vos* (inquit) *qui secuti estis me, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ; sedebitis.* Maiestas in sede est: quidni dicit, cùm sederit in maiestate sedis; sed in sede maiestatis? Ut indicet discrimen sedentium, dum occupant thronum. Qui sedent, multoties imperant severitate: alij sedent principantes amore. Amor corda subditorum trahit: severitas asperitate subducendo avertit. Ille inferiores subdit & sub throno & sub Prælato: illa dumtaxàt sub throno, & sub maiestate sedis, non sub sede maiestatis: Christusque in sede maiestatis promittit sedere, nequaquàm in maiestate; quippe non gloriosè sedet; qui regit severitate terribili maiestatis, sed illice & attractivà maiestate dilectionis: etenim maiestas sedis habet subditos ut subditos per imperium; sedes verò maiestatis habet corda subditorum. Illa possidet subditum populum suum; sed non sub se: sub se etiam habet vel celsitudine muneris, qui sedet gloriosè in splendida sede maiestatis: quandoquidem dumtaxàt glorioſus munere thronus, ubi qui sedet, habuerit subditorum animos: fugit enim Præsidem desiderabilis in regimine excellentia, ubi in opere ex imperio fugiunt subditorum corda. Pende: *In sede maiestatis suæ.* Haud dubium, quòd in sede sit maiestas. Cur igitur non sedis, sed sedentis in maiestate, designatur auctoritas? Ut habeat sub se subditos, qui subditos habet, dùm tamquàm Superior sedet: & in maiestate sedis, etiam ostendit sedem maiestatis suæ; quippequàm proprià pollet maiestate, qui in maiestate sedis, sedet amore.

Summa excellentia ex regimine habere subditorum corda.

Ubi lenignitas, amplior maiestate maiestas.

12 Exit *vincens ut vinceret*: & data est illi corona: igitur arcum habebat sine sagitta: & ante conflictum, nactus sine pugna trophæum; quoniam pro telo aversæ severitatis, sagittà fauste utebatur amoris. Vicit antequàm vinceret. Vincit Præses, dum potestate subditis opus iniungit: diciturque victor, priusquam objiciatur ut Superior; igitur cùm habeat subditorum corda, horum tanta promptitudo in obedientia; ut iam completum sit opus, ad audiendam vocem sermonum eius. Ita quidem animi subditorum vincuntur, antequàm imperij sagittà vincantur. Unde Plinius his predito dotibus, dicit Traiano: *Scis ubi vera Principis, ubi sempiterna sit gloria: ubi sint honores, in quos ninihil flammæ, nihil senectuti, nihil successoribus liceat.* Si blandus potest regnare, quippe vel subditos saxeos blandimine quit adducere. Horat. de *Arte*, à v. 392.

Apoc. 6. 2.

Illa subditi vincuntur, priusquàm potestate vincatur.

Plinio.

Horat.

———*Orpheus*
Dictus ob hoc lenire tigres, rapidosque leones.
Dictus & Amphion Thebanæ conditor arcis,
Saxa movere sono testudinis; & prece blandâ
Ducere, quò vellet: fuit hæc sapientia quondam
Publica. Sic honor & nomen divinis.

DIDASCALIA VII.

Numerari culpæ nequeunt, quæ amore habendæ potestatis perpetrantur.

Gregor. Magn.

1 INFIT Gregor. Magn. 24. in *Iob*, cap. ult. In hoc odio amore sui dilectionis specie, absconditur virus animæ, sine criminum timore: equidem propter vanitatis, auræque blandientis futilem ventum, cum inferno ambitiosus pepigit pactum. A diabolo N. Assertor assumptus, ac in templi cupula insidiosè collocatus. Ut homo disceret vincere, indulsit ita à dæmone toties agi. Ex Christi victoria, qui honorum prurigine percitus, cavere debet ab huiusmodi dæmonis assumptionibus: equidem qui assumit in thronum, subdolè veterator invitat in præcipitium. Pende. *Mitte te hinc deorsùm*: dixit. Quorsùm *Deorsum*, si suggesserat *hinc*. Innuitur effectus ex assumptione diaboli, sub eminentiæ colore: igitur hic non solùm ambitiosum impellit in lapsum, sed ipso in lapsu deorsùm; quoniam instat, quousque assumptum deducat æstu in infernum. Verùm ita ambitiosi mens cæca, & ratio splendore falso illusa, ut modò collocetur in sublimiori loco; abdicit fatuè quòd assumatur à diabolo. Huiuscemodi cupiditas dicitur radix malorum; *quàm quidam appetentes, erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis*. Elucet intellectionis defectus, ubi pro dignitatibus inserunt se doloribus; simul rigantes radicem malorum in appetentia vanitatis dignitatum: equidem in pectoris ambitione, cuncta mala continentur, uti in radice. Signatur à Paulo & miro modo. *Radix amaritudinis sursum germinans*. Radix deorsùm descendit: cur igitur sursùm germinantem Paulus ambitionem innuit? Quid mirùm? Germinant quæque secundum propriam speciem, & radicis conditionem. Unde si sursùm germinant mala, cuncta erant in ambitione contenta. *Sursùm & deorsùm*. Aptè, ut quantum ostendatur ex lapsu ambitiosi præcipitium: conferturque radici sursùm floride germinanti, deorsùmque amaris-simè tendenti; quippe assumptus à diabolo, quo magis in honoribus sursùm, eò magis in amarorem versus infernum deorsùm. Canit Virgilius, 2. *Georgic.* vers. 291.

Periculà & horror ambitionis.

Luc. 4. 9

1. Tim. 6. 10. 1. *Radix malorũ.*

Heb. 12. 15.

Quo-tũ tendit assumptus à diabolo

—*Quę quantum vertice ad auras.*
Ætherias, tantum radicem in tartara tendit. Virgil.

2 Nec tibi regnandi veniat dira cupido. Hoc est, se inferere doloribus deauratis, quoniam ex amaritudine solùm germinant dolores: abominandaque titillans in honore magnitudo, qua spelitur cum fastu ambitiosus in inferno. Omnia regna mundi etiam Christo ostendit dæmon, & in momento oculi; ut clareret momentum illorum nullius momenti. Conditio in fallacem traditionem fuit; *Si cadens adoraveris me*. Insigne sanequàm promittitur fastigium; ad quòd non exaltationem dæmon præmittit, sed casum. Christus ut nos instrueret, statim repulit: ambitiosus vel ante suggestionem, conditionem admittit: etenim adipisci ut valeat cogitatum honorem; ex abrupto confestim pronus adorabit dæmonem. *O ambitio quàm cæca semper! O quam semper præsumptio pessima! O quàm perdit concessa, qui inconcessa captat!* (exclamat Chrysolog. *serm.* 152.) *Ob terrenum regnum impugna cœlestem: terrenis inhians, irruit in divina; ipsamque pietatem totà impietate sectatur. Apud illum peccandi amor.* Ut habeat adorationem, adorat attonitus dignitatem. Ut prævaleat in vanitate sua, in vanum ab illo accipitur anima: igitur supponitur erga dæmonem ipsa adoratione auctoritas priusquàm habeatur fallax adorata dignitas. *O quantum caliginis mentibus humanis obijcit magna felicitas! Ille se supra rerum naturam esse tunc credit. Solicitissima ætas est illis. Præteritorum obliviscuntur, præsentia negligunt, de futuris timent. Cum ad extrema venerint, serò intelligunt miseri, tandiù se, dum nihil agunt occupatos fuisse. Aliunde enim aliò transfugiunt, & consistere unà cupiditate non possunt. Eorum gaudia trepida. Non solidis innituntur; sed eadem, qua oriuntur, vanitate turbantur. Numquàm deerunt vel felices vel miseræ solicitudinis causæ. Numquàm agetur, semper optatur.* Hæc Seneca de *Brevit. Vitæ*, à cap. 14. Elucet, quomodo ambitiosi adinstar rotæ volvantur & volvant, & quomodò *impij in circuitu ambulant*. Crutius hic accinit.

Pro bono e qui concupiscit, dæmonem adorabit.

Matth. 4. 9.

Chrysol

Quo intuitu.

Seneca

Sine mẽte attoniti.

Versant cuncta volubiles,
Rerum potestas cum datur improbis. Crucius

Pſal. 11. 9.

DE

3 De huiusmodi circuitu ad vertigine, etsi dictum, *Tom.* 1. *T.* 1. *D.* 12. *à n.* 10. & alijs in *Tom.* modò agendum. Quid est ergo ambulare in circuitu? Ambulare sine termino, quod contigit illis, quos impellit ambitio: etenim etsi habeant culmina dignitatum, non habent terminum; igitur quasi non satis habita, habentes procedunt in ulteriora. *Sedet super sedem*: dicit noster pleonasmus. Quis non? Quisquis desiderat plus. Super sedem sedet, qui præsenti honore gaudet. At qui fovet ambitionem, sedet nullatenùs super sedem; quippequàm in ipsa dignitate possessa, super sedem sedens quærit aliquid suprà. Percitus pruritu honoris, ambulavit, ut in adorationem obtineret. Obtinuit, sed in circuitu ambulavit; quoniam adepto in honore fine totius ambitionis, non invenitur ambitionis finis. Carpit Boetius, 2. de *Consol. Philosoph.* Metr. 2. à v. 11.

Psal. 46 9.

Finis ambitionis sine fine.

Boetius

Si claris avidos ornet honoribus,
Nil iam parta videntur.
Sed quæsita vorans sæva cupiditas,
Alios pandit hiatus.
Quæ tam præcipitem frena cupidinem
Certo fine retentent,
Largis cum potius muneribus
Sitis ardescit habendi?

Cur similis & dissimilis ignis?

4 Hinc ambitio confertur igni, & vanitas vento; quoniam ambitio vanitate crescit, quæ cordis incendia nutrit. Quies ignis in sublimi. Videsis Silvestr. à Petrasanct. lib. 6. *Symbol. heroic.* Conditionis profectò singularis est ignis ambitionis: quandoquidem continuo motu ita volatile, ut non quiescat in sublimi. Naturam cognovit Sapiens: *Ignis numquàm dicit, sufficit.* Cuncta vorat, nec satiatur. Nulla alimenta recusat, verùm aviditas non compescitur. Quò copia maior, sitis ardentior: ignique pectus cordis ambitiosi comparatur; igitur non solùm instando in sublimi non quiescit, sed sublimiora cupit. Quod de igne asserit, idem de inferno dicit: *Numquàm dicit, sufficit.* E siti, dignitate sopitâ, aviditate ambitionis, crescit altera sitis, quin extinguatur appetitus; quippe igne potus: igitur post magna, plura: post plura & sublimia, sublimiora; expresso inferno, ut excutiatur ignis ab ambitioso: quandoquidem cogitare potest, infernum portare in pectore, vel in inferno ante tempus habitare.

Prob. 10 16.

Vers. 15

Num tribus infernum custodit faucibus antrum:
Num sitis inter aquas.

Propert

Succinit Propert. 3. *Eleg.* 5. v. 42. *Postulat, non obtinet* (inquit Bernard. *Epist.* 126. à n. 1. *indignatur, resilit ab illo, transit ad alium. Utinàm tamen obtinuisset! Minus forsàm nocuisset potita votis ambitio, quàm frustata: tunc quippe soli obesset sibi, nunc verò sævit in orbem. Vides quid facit amor gloriæ: quis nesciat?* Videtur quod Bernardus. Quid, quod dignitatem haberet? Altiori inhiaret, in sublimi non quiesceret. Infernus & ignis non dicunt: *Sufficit.* Aquæ honorum sale mistæ: quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. Lucanus, 9. *Pharsal.* à v. 607.

Bern.

Ambitio etiam potata sitibunda.

Largus aquæ medijs fons unus arenis:
—In medijs sitiebant Dipsades undis.

Lucan.

Adinstar Orygis perpetuò sitiunt: secum habent in sitis refrigerium; sed quod habent despiciciunt, quia ampliora quærunt (Videsis dicta, *Tom.* 4. *T.* 5. *D.* 4. *à n.* 15.) etenim ad similitudinem montium ardentium (ut observat Villava *Symbol.* 142.) *dum bibunt, plus sitium*: & cùm non habeant quid cupiant in sitim, concupiscunt ambitionem.

Villava

5 Demònstratur aviditas in Lucifero ad volatilem gloriam, cuius erat totum votum: *Ascendam.* Quò ergo? Fovet in corde cogitationem, ut convertatur in dæmonem. Quæ non faciet ambitio, si hæc neque quievit in cœlo? *Conscendam.* Ubi? Exponit nobile emblema, apud Octav. Strad. Tom. 2. *Symbolor.* 12. fol. 15. in quo homo cum lampade in dextra, ambulans super nubes exprimitur graphicè; lemmaque: *Altiora.* Altiora? *Altiora citissimo cœlo* (ait hìc Iacob. Typotius) *est ipsum cum orbibus suis undecimum cœlum. Quis verò supra nubes latus, altiora petit, & accenso funali, quid scrutatur? Animus est.* At cuius? Luciferi sanè, quia ascensus huiusmodi dumtaxàt cogitari potest à dæmone. *Conscendam.* Super nubes elatus es in sublimia. An sunt altiora? Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Tu Cherub extentus, perfectus à die conditionis tuæ; donec inventa est iniquitas in te. Necdùm satiata sitis? Amplorem desideraus celsitudinem, superbè propriam solicitas perditionem. Altiora? Quò animi extenditur cogitatio? *Similis ero Altissimo.* Quis sicut Deus? Tu signaculum similitudinis, verùm non similitudo. Tu scis. Quid ergo ambis? Altiora. Non possunt esse: & ambis quæ esse non possunt? & cum impossibilitatis cognitione? Iam non Cherub, scientiæ plenitudine, sed ambientis fatuitate, avens quod

Isai. 16. 13.

Strad.

Iacob. Typot.

Cur ambitiosi instar Luciferi?

quod non potest esse. Altiora sunt, sed non tibi; quòd vere cognoscis,& cum cognitione audax imprudenter ambis; ut clarescat, quis es tu, & quid ambitiosi cor: equidem ita pravum, ita in ambitionem pronum; ut cum tibi impossibilis dignitas, ut ambitas tantùm, ambitionem ambias. Impossibile non appetitur: appetere concupiscitur. Tua cognoscitur igne insatiabili pravitas, atque mentis sine mente ex ambitione fatuitas: etenim dumtaxàt fatuus, specie dignitatis attonitus,impossibili cognita dignitate; ambitum quibat ambire. Vernaculè. *Si sabe,que ni puede,ni se puede conseguir; si pretende, pretende por pretender.*

Ambiunt ambitum

6 *O homo* (subdit Bernard. *n.*4.) *non minùs sine fronte, quàm sine mente; nec Dei memor timoris, nec suæ honestatis! Putat se non videri, cùm sit subsannatio & illusio omnibus qui in circuitu eius sunt.* Nescit ignominiam, modò nanciscatur altiorem gloriam. Non est,nec illi, etsi sit. Fatuus patet, dum plus, ubi nil plus, quærit. Verùm prurit ambitione, vel ipse dæmon, vel possessus à dæmone: equidem cùm totus ambitionis sit, & ambitioso phrenetico non sit mens; si non valet ambire præ indignitate thronum, ambit, ut ambiat dignitatis ambitum. Fatuitas obijcitur, sed non creditur, quousque pateat vigili ratione & restitutâ mente,in ambitione nihil præter dolores ambiri. Dicit Doctor Gentium, quò supra. *Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide & inseruerunt se doloribus multis.* Diximus honorum cupiditatem, vitiorum cunctorum esse radicem, *num.*1. At gravat uti pondus cogitationis, Tò: *Cupiditas, quam quidam appetentes.* Quid? Appetitur cupiditas? Patet, dum cor tendit in vanitates & insanias falsas: ubi sequitur usque in insaniam aves volantes, ac quas non valet pedibus, sequitur oculis: ubi pascit ventos, & phantasiæ studet in apparatus, picturis cogitationis, ac imaginibus falsis: diciturque honorum cupiditas appetita, ut ambitiosi constet conditio prava: equidem dum altiora tenet, neque restet quod desideret; ultra possibilem & inexcogitabilem deridiculè honorem, ut appetat plus, quin plus, appetit cupiditatem. Pervenit indignus & indignè, quò non pervenit spes; verùm haud satiatum cor: quod quidem satiaretur, quia satis esset; ni fortuna lubens in honorem impulisset. In ampliora iam tendit habito honore; quippe periculosum, canem semel extra gustare. Ascendit, unde non plus:& plus percupit inflata mens? *Immodicæ cupiditates terminus nesciunt. Sordent prima quæque, dum maiora sperantur*: ait in Vit.Alexandr.Q.Curt.10.cap.10. quod excerpsit Seneca, *Epist.* 115. dicente: *Interim nova suscipiunt, qui priora damnaverant. Nemo enim est, cui felicitas sua, etiam si cursu venit, satisfaciat. Querentur de consilijs & de processionibus suis.* Tandem deveniunt, ubi nihil præ partis & potitis, appetibile: at nequaquàm removentur ab ambitione. Sunt ulteriora? Non sunt. Quid igitur ultra? Desiderata. Habent: quasi non haberent. Cor avet. Ignis numquàm dicit: *Sufficit.* Non habent; quem concupiscant honorem; sed habent cupiditatem. Cogitant, quid appetant: & cùm habeant quæque cogitant; quasi non haberent honorum felicitatem & gloriam: concupiscunt in phantasiæ blandimen concupiscentiam.

Bernard

Curt.

Senec.

7 De protervis filijs Israël, dixit David: *Concupierunt concupiscentiam in deserto.* Indicat plena corda, sed ambitione saucia, & phantasiâ læsa: hanc ni phrenetici haberent; quæ habebant, non concupiscerent. Vide dicta de huiusmodi phrase & periodo, *Tautolog.*5.à n.20.& *Tom.*6. *T.* 3. *n.* 27. Effectum deprompsit Paulus. *Quam quidam appetentes, inseruerunt se doloribus.* Infeliciores utique, si dolores voluntarij. Dolores invitè veniunt, cordibus inseruntur. Non ita dulces, ut quærantur dolores. Refugimus tribulationes, quæ invenerunt nos nimis. Quisnam ita fatuus, ut sponte inseratur doloribus? Qui habet cuncta & quærit alia: qui aliquid desiderat ultra omnia: igitur cùm non assequi cogitata, sit dolor; & habita concupiscere sit furor; doloribus furenter se inserit, qui tristatur, de quo gaudet: quandoquidem est ambitioso, vehementi, gravi dolori; nec cogitare posse, quid possit ambire. Clariùs. Dolor est, concupiscere: gaudium, percupita possidere. Sine ambitione, indotatorum evanescit vita, quantumvis contineant omnia: doloribusque inseruntur, quærentes ambitum: etenim cùm non habeant, de quo doleant; concupiscunt, ut ambiant, concupiscentiam. Arbitrantur inter fortunæ dona,quòd post omnia, semper cogitetur ultrà. Dolor est, si non plus;quamvis non sit: & ut doleant, vel habeant de fortuna dolorem; concupiscentiæ fortunæ appetunt cupiditatem. Denique. Damnum iudicatur, quicquid non

Psalm. 105. 14

Ubi sup.

Habent cuncta, & quærunt alia

Cupiditatem cupiunt.

Ubi sup.

non acquiritur. Non est plus, neque possibile. Utique, verùm est desiderabile. Ita? Ita. In ambitiosi corde, Luciferi invenitur furiosa concupiscentia, atque cupiditas fatua, sine corde & sine mente, ex phantasia picta à corde: equidem uti dæmon, ut doleat, ut ambiat maiestatem sublimiorem, & gloriam; unionem procax concupiscet hypostaticam.

Avidi in impossibilia.

Horat. ——*Miserà ambitione laborat.*

Ut modulatur Horatius, 1. *Satyr.* 4. v. 26. *Ambitio* quia cupit: *misera*, quippe nil appetit: etenim nanciscatur quantumvis cogitationis vanam cupiditatem, obtinebit dumtaxàt phantasiæ cogitationem.

8 Exponetur modò præfatum symbolum, *num.* 5. cùm epigraphe: *Altiora.* Animus est, qui supra nubes latus & elatus, altiora petit: sunt enim altiora. Verùm dum lampade instruitur, ultra undecimum cœlum, quid scrutatur? Altiora. Est aliquid ultrà. Verùm quid? Objcitur, quàm vanum, fatuum ambitiosum cor; & ambitio quàm phrenetica, ubi ut plus & altiora quærat; attonitus celsitudine, spatia scrutatur perperàm imaginaria. Elucet cordis cupiditas, & ambitionis fallacitas: equidem si altiora cupit, & ultrà quærit; fovebit cupitam cupiditatem, & phantasiæ ludentis latam imaginationem, quam concupiscentia desiderat ut in immensum ambiat. De Spatijs imaginarijs, videsis Aristotel. 1. de *Cœlo*, text. 100. Ibi, D. Thom. Augustin. 11. *Civit.* cap. 5. Dionys. Areopagit. de *Divin. nomin.* cap. 1. & Pavon. *Natural. Theolog.* dist. 2. n. 23. & 1139. Siccine celsitas est ignorantia, & ambientis ignominia. Non enim honor habetur in dignitate; sed in phantasiæ ludicra imaginatione. Hinc de Lucifero in scomma, ludibriumque dicitur: *Dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam. Super astra.* Sunt altiora. Ultra cœlum spatium imaginarium. Idem dicebat in corde suo. Totum cœlum, totum solium, phantasiæ ambientis phrenetica cogitatio. Iuvenal. Satyr. 10. v. 103. inquit:

Phreneticà appetentia, quia imaginaria.

Ubi suprà. *Ergo quid optandum foret, ignorasse fatetur,*

Iuvenal ——*Qui nimios optabat honores.*

9 Excellentem, magnam, imò celsiorem præ alijs habebat, & gratis dignitatem. Quid quærit ultrà? Altiora, non ut ascendat, sed ut cadat. Ut caderet? Utique. Hic census contrahitur ab ambitione. Dixit, quò suprà Paulus. *Cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide.* Quod ab ambitioso iudicatur honor, est error: igitur si maiorem explorabit dignitatem, aversabitur honorificum auctorem. Audiatur Seneca. *Age potius gratias* (ait 3. de *Ira*, cap. 31.) *pro his, quæ accepisti: reliqua expecta, & nondum te esse plenum gaude. Inter voluptates est, superasse quod speres. Omnes vicisti. Primum te esse in animo amici lætare.* Renuit, desiderat ruere. Causam indicat, *Epist.* 73. proferens: *Cupiditas ingrata est.* Quid mirum, si ambitione deficeret prave à fide? Fides, ubi ambitioni non obest; stat, vel stare videtur: verùm si opponitur molimini cordis, ab hoc iugulatur fides: equidem cùm non intendat ambitio in amici fidem, sed in imaginariam eminentem dignitatem; fidem fluxam servabit, vel observabit pravum insidiosum cor; abtinendæ dignitatis quandiù subsistit spes. Cæterùm si spes labat, & præ alijs ambitu superiora desiderat; erga illum relinquet fidem, qui primam & sine meritis contulit dignitatem: Urgetque evanidus labor, quin cognoscatu defectionis error; quippe fovebit obcæcatè vile propositum, conatumque furore delirium, ut plura & plura superiora tenaciter æmuletur, quantumvis in infernum ambitione detrudatur. Prima collata dignitas, fomes inest ingratitudinis, & amplioris ambitionis; quia nequibat esse ambitio, ubi nulla de honore cogitatio, vel cò quòd merita nulla, vel si essent, quia nihil omnia. Habita ergo gratis prima, collatio ingrata; igitur ambitioso videtur proprijs viribus altiora posse consequi: obiectoque cogitationi honore, deficit illicò à fide: etenim non habet ullam honoranti fidem; ni extendatur auxilium erga celsiorem honorem. Nihil amat qui ingratum amat. Sufficit collatus thronus, ut sit ingratus: equidem si præcedit honore, deficiet prorsùm à fide. Claudian. 2. de Laud. *Stilicon.* opportunè à v. 232.

Illis visus honor meritis est error.

Senec.

Ambitio ingrata est.

Aversatur fidem

——*Tantùmque suos invidit honores,*
Exiguumque putat, quòd sic amplexus.

Claud.

10 Innata præ pravitate videtur gratis dignato; ingratitudo ex honore; sed est à dæmone. Semper ambitiosus perfidus. Hispanicè: *No guarda ley.* Diximus *Tom.* 5. *T.* 2. *à n.* 20. quid indicaret illud Ioannis periodus: *Qui recedit & non permanet.* Modò notanda lectio Lyrani & Hugonis. *Qui præcedit, & non permanet.* Etsi in textum invitè, in nostrum articulum aptè: non enim potest permanere in fide, qui præcedit dignitate. Verùm quare? Ingratitudine? Indignis sæpe solemne: quandoquidem

2. Ioan. 9. Lyran. *Idem, honorem ab indignis accipi, ac ab ullo re recedere.*

quidem idem est, honorem accipere, ac ab auctore recedere. Altiora cogitat, pleniora desiderat, quæ non desideraret, ni prima haberet. Habet, & tamen captat. Multa præcedens occupat. Habet nimis, sed non satis; & dum præcedit, recedit; quippe de illo benè merito, si altiorem tantillùm viderit dignitatem, minimè servabit fidem. Exponamus in proprio sensus. *Qui recedit & non permanet.* Estne qui simul permaneat & recedat? Utique. Qui dignitate præcedit. Recedit, dum accipit, & simul permanet, an alia ampliora accipere possit: verùm recedens negabit fidem, si amicus & auctor obex in ampliorem maiestatem. Ducitur ut præcedat ambitione: est amicus dignitatis, sed non amici, qui permanet ut præcedat, & præcedens recedit. Nescio quid habent semel prægustati honores. Mirum, cor si non rapiant à throno pectoris. Philotheus in S. Bernardi *Encomiastic.* cap. 6. accinit:

Maius opus, summa versari in culmine rerum,
Philoth *Nec tamen ullà animos ambitione premi.*

11 Exponamus ergo ex ambitionis plaga, fidei vulnera. Accessit ad Iesum suggestione filiorum Maria Salome, *adorans & petens aliquid ad eo.* Antequàm fieret ex ambitione, præmissà adoratione, supplicatio; de occulto molimine poterat esse suspicio; quin errorem cognocerent, qui petissent: etenim honorum patebant indigni, qui seculari ambiebant intervention. Hæccine ars multorum est, ut ambiant securè dignitatem, & habeant obiurgati excusationem, quasi inscium ornati & subornati ambitus, esset appetentium pectus; & consulant illis, qui ducti amore & vinculo sanguinis. Haud credendi. Hinc dicitur illos accessisse, accedente matre: igitur mater non accederet, nisi illam uterque in accessum impulisset. Elucet ex verbis, quid & quomodò artificium ambitionis. *Magister volumus, ut quodcumque petierimus, facias nobis.* Uterque dignum se iudicat, & fallitur. Non qui seipsum commendat, probatus est, sed quem Deus commendat. Non qui inseritur, sed qui vocatur: nec qui vocatur dignus est; sed qui vocatur à Deo, tamquàm Aaron. *Volumus.* Parùm in schola Christi perfecta, quæ ordinat voluntas propria: & vel in regimine non eligendum quod eligitur; sed quod dumtaxàt à Superiore confertur. Unde satis munus, & altius munus; si nostræ ambitioni concederetur quod volumus? Illis videbatur gratiâ, quod pendebat à meritis & iustitia: & quamvis esset gratia, conferenda iuxta rationis amussim, non iuxta accipientium sitibundam voluntatem. *Quodcumque petierimus.* Ambitioso pectori haud sat quodcumque. *Quodcumque*, ideest, ut mater dixerat *Aliquid.* Scena objicitur ambitionis, & simul ingratitudinis; igitur *quodcumque*, *aliquid* dicitur quod avidè petitur; quasi summum in maiestate throni, esset in illorum honorem, nullius, vel parvi momenti. *Aliquid* tantùm dignitatum culmina? Aliquid ingratitudini, summa ambienti: & *aliquid* in altioribus summa; quia accipienti nihil omnia. Alia de *aliquo* infrà, *n.6.*

12 Illa adorat & petit. *Ut quodcumque petierimus*, uterque dicit. Quid ergo iudicandum? Sit ergo Bernardi iudicium. *Electioni* (inquit 3. de *Consideral.* cap. 4. num. 9.) *non se ingerat rogans. Ubi autem non licèt quod volo facere, quis locus roganti? Nisi fortè qui me rogat, hoc rogat; ut quod vult, hoc liceat mihi, ut non magis velim. Alius pro alio, alius fortè & pro se rogat. Pro quo rogaris, sit suspectus: qui ipse rogat pro se, iam iudicatus est: nec interest per se, an per alium quis roget. Consilio non prece agendum est.* Ambientium damnantur artes. Cognoscunt non esse merita, si merita preces. Quid si in sacra munera, sæcularium audacia; ut obtineat eorum interventionis auctoritas, contra quam clamat indignitas? Illicita sanè quæ petunt, & preces sæcularium indigni cum muneribus ambiunt; quasi quia rogant, quæ illicita licita fiant: & ni concedantur, quæ prolubio petuntur, fiat moto stomacho fastidium intercedentium, & iuxtè repellentibus opprobrium. Ita ergo vanitas sæcularium, accedentium, adorantium flexo collo, pede obliquo, torto capite, curvo corpore, adinstar simiorum hinc inde benevolentiam captantium; quod prudentibus ridiculum, quippe nactum iri illorum assentit animus, *Volumus* ut fiat *& quodcumque petierimus.* Non hæc, aut illa: *Quodcumque*, & apertà fronte. Etiam indigni, cuiuscumque dignitatis creditores factà prece. Non prece, quod adorantes petunt, agendum; sed per consilium serie ad amussim meritorum. Nesciunt quid petunt: iureque repelluntur; quippe ius non est quod indignis conferantur dignitates, per sæcularium preces, & fictas adorationes. Vernaculè: *No es razon,*

Modus gratiarū

Quod ambienti summa, si accepe rit, nihil omnia.

Bern.

Ut merita preces exulant merita.

Matth. d. v. 22.

Sæcularium intercessiones, & audacia, repellenda.

Matth. 20. 20. *Ecclesiastici, muneris indigni, Principū interventione.*

Marc. 10. 35. *Ars ambitionis.*

Perfecta obedientia non hic obtruāda.

que à indignos, sin prendas, sin sustancia, se confieran las honras de las sillas; por figuras, por monadas, por quatro ridiculas, y fingidas reverencias.

Cur sæpe assensus, & à quibus, huiusmodi interventionibus?

13 Hæc magni solùm ducunt, qui ut magnos ostendi volunt, & potestatem ostendi; quasi illorum ad postulata assensus, indignos facerent dignos, & sufficeret placitum, meritorum supplementum, minimè quærentium in honoribus conferendis dignitatem; sed propiam adorationem: etenim sicut per illos ab alijs obtinetur (precibus sine meritis) honorum gratia; gratiâ illorum sine dotibus illi possint assumi in altiora summa munera. Proh miselli! Fallimini: dum indigna isthæc indignè propter ambitionem placent; queis & per quos collata munera, rident, efformantes per ludibrium de iudicio vestro crisim, quorum renuistis iure confundere faciem. Qui pro alio rogat, suspectus fit. Quærentes aliena, quærunt avide quæ sua sunt, vel percupiunt esse sua. Solicitant commoda, & rogant quòd prava fiant: etenim non illorum interest, modò illorum precibus conferatur munus; quòd assentientem in tartara ducat diabolus. Claudian. quò dudùm, à v. 114.

Sæcularium intuitus.

——*Fœdissima nutrix*
Ambitio, præ vestibulis foribusque potentum
Excubat, & pretijs commercia poscit honorum.
Numina monstriferis quæ Tartarus edidit antris.

Claud.

Pretijs emuntur preces: hisque concedunt honores; quos fas, non dari nec prece nec pretio: & forsàm (ut Iuvenalis verbis utar *Satyr.* 8. à v. 190.

——*Ridere potest quis*
——*Quanti sua funera vendant.*
——*Aut aliud, quod dicere nolo:*
At non peiora superfunt?

Iuvenal

14 Pergo in articuli argumentum. Petit mater, petierunt filij, sed quid? *Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.* In precibus ambitione labant. Nesciunt quid petant: quandoquidem vel in throno dedecorant meritorum famam; qui maiestatis thronos quærunt ad gloriam. *Mala pro bonis petenti, periculosum est assequi*: ait Seneca, de *Vita beat.* cap. 14. Nesciunt quid appetant, sed appetunt: & uti stolidi, altitudinis non considerant periculum, si videant thronum. Audierunt socij & *cœperunt indignari.* Nulla ambientium confusio ex repulsa describitur, neque sociorum indignatione animus commovetur. Non considerantur ut laborum socij, sed honorum æmuli: & modò quod enixè per se & per alios concupiscunt, consequantur; quid ad illos quòd alij de ambitione indignarentur? Pende societatem & ambitus amicitiam in discordiam. *Da nobis* (aiunt, quod volumus, ideſt) *Ut unus ad dexteram tuam & alius ad sinistram tuam sedeamus.* Quidni unus post alium assumatur in throni gloriam; sed unus ad dexteram, & alius ad sinistram? Indicant imperitorum preces, effectum titilantis ambitionis. Ambitio ægrè fert vel superiorem, vel parem. Si unus post alium; alium respiceret superiorem. Unus hinc & hinc ex situ locorum pro maiestate, motuò sederent adversi: siccineque petum sedem maiestatis, proferentes; quin velint exitum ambitionis: etenim honorem appetentes, simul in thronos celsitudinis ascendunt; ut pòst ex adverso pro maiestate opponantur. *Pestis nulla maior in amicitijs esse potest* (ait Cicer. in *Lælio*) *quàm honoris certamen & gloriæ; ex quo inimicitiæ inter amicissimos.* Mutuò in sellis se respiciunt, ut in respectu aversentur. Ita dictat ambitio: unus adversus alterum infletur pro alio; quia nullum habet in respectu respectum, si tetigerit fastigium? imò hinc & hinc illorum pugnabunt mutuò factiones; quamvis sint fratres.

Ibid. v. 37.

Qui socij in ambitum, in dignitate opponuntur.

Cicer.

Et amici aversi.

Ambitio nõ quiescit.

15 Detegamus igitur siparium huiusmodi cupiditatis, tentigine maiestatis & honoris. *Da nobis ut sedeamus.* Mentiuntur, dicentes requiem, si obtinuerint in maiestate sessionem: igitur ambitio cùm non possit saturari; nec potest quiescere. Sessio in throno datur, ubi ulteriùs nihil appetitur. *Nescitis* (dicit Christus) *quid petatis.* Haud quiescet ambitus si datur ulteriùs. *Cupiditas* (subdit Seneca, *Epist.* 74.) *felicitatem suam non intelligit; quia non unde venerit, respicit, sed quò tendat.* Nesciunt fratres ad felicitatem quid petunt; quia ignorant felicitatem: & in throno nescientes dicunt sessionem; quia impulsum ambitionis (qua dicuntur) ignorant, ut habentes plura sitiant, & altiora ulteriùs ambiant: siquidem non respiciunt, unde ad dignitatem veniant; sed quò obtentâ dignitate, feliciores per illam possunt venire. Opportunè Curtius in *Alex. histor.* lib. 8. cap. 8. *Plus habemus quàm capimus. Insatiabilis autem avaritia*

Vers. 38

Seneca

Curt.

Marc. d. 37. *Gloria throni minuitur, si ad gloriam quæritur*

Senec.

Vers. 41

tiæ cum ambitione est ; adhuc implere velle , quod iam circunfluit. Mala pestis vel in potiro honore grassatur ambitio. Sedes est in honoris sede , dum non obtinetur ambitu. *Nescitis*, dum plus habetis, quàm capitis. Nescitis , dum in sede dicitis sedem: est ambitionis velamen. Quæ à vobis dicitur quies , est vanæ auctoritatis species, & inexplebilis sitis: *Nescitis quid petatis*; quippequàm perperàm ad sessionem dicitis sedem , ubi tantùm quæritis honorum superfluitatem. Elegi vos in Principes: quid amplius quæritis ? Inquirite dumtaxàt , ad quod elegi. Videbant se vel inter socios , honoratos præ alijs, & cupiebant esse altiore dignitate eximiè mirabiliores. Cupiebant esse primates: negatque Christus in sedibus futuram fore sessionem; sed ampliorem fore sitibundam thronis sitim; etenim plura ac plura concupiscerent, si plura haberent.

Non sopitur ambitus, si detur ulteriùs.

16 Ex ipsorum & matris verbis elucet. Illa dicit, *Aliquid.* Illi, *Quodcumque.* Ergo summa maiestas aliquid tantùm. Nonne totum ? Ambitioni non visum. Modò aliquid appetunt; ut per hoc aliquid assequantur & reliquum. Ubi totum, nullius nullum instigat desiderium : & dicunt totum *aliquid* , quasi haberent nihil ; quippe dum regnat maiestatis ambitio , vel in suprema sede non erit sessio. *Aliquid* dicitur, quod ut totum & non plus ultrà, captatur. Nesciunt quid petunt, & quid futuri in dignitate proferunt : volunt facere gradum , quam dicunt sedem ; ut non quiescant , sed ascendant ad auctoritatis apicem : designantque thronum *aliquid*, quasi non summum ; ut totum aliquid sit ad ampliorem maiestatem ultra thronum. Amplissima iam cor habet.

Vel post altiora, quæritur ultrà.

Iuvenal. ——— *Tamen ultima pergere tendit.*

In hæc hominum quot doli, quot insidiæ? Quot fraudes, quot proditiones ? *Potestatis habes concupiscentiam* (dicit Satanæ & æmulis Bernard. in *Ascens. Dom.* serm. 4. n. 3.) *altitudinis præsumis potentiæ. Quanti tamen usque hodie fœda sequuntur infeliciaque vestigia ? Imò verò , quàm pauci evadunt ; quibus non dominandi libido dominetur , eò quòd laudatur peccator in desiderijs animæ suæ? Potentibus siquidem omnes adulantur : invident omnes. Quem sequimini miseri homines ? quem sequimini ?* Hoc sæculi opus est. Sit ergo diabolicum embolium extra claustrum. *A sæculi actibus se facere alienum* : Regul. S. *cap.* 4. monet Benedictus Monachum: equidem quæ mala non faciet, quę

Bernard

Monachus ambitiosus, totus scelus.

S. Bened.

ambitus in fastum intimè pungit? Causam vel Ethnicus profert. *Religiosi enim sunt* (inquit Diodor. Siculus, *Biblioth.* lib. 20. n. 755.) *qui magnas & nefarias res aggredi parant.* Maximum religionis dedecus, honorum ambitus : igitur non solùm religio proteritur , virtus calcatur , usurpantur præmia, foventur vitia; sed in ambitum dignitatum, ubi supplantat maiestas, non arrideat ad votum vel horribilior iniquitas.

Diod. Sicul.

17 Discipuli uti tunc summè imperfecti Magistro cœlesti ante passionem præpararunt crucem. Cœnâ novissimâ factâ cum eis, monuit congregatos unius discipuli proditionis , quin ullum cogitaretur discrimen inter Iudam & Satanam : igitur ex inferno dumtaxàt molimen; cum perfidia tradere in mortem , qui cupiebat pro illis totum effundere sanguinem, & pridem in Apostolos elegerat , in Principes elevarat, & in sede maiestatis regnum illis dispoſuerat. Cunctos vox Magistri sceleris- que intimè perculit.

Continuò cuncti quærunt, quis talibus ausis
Insano tantum cepisset corde venenum?

Iuvenc. 4. v. 439 Matth. 26. 21. Luc. 22. à 23.

Christus respondit : *Unus vestrum.* Quid ergo tunc illi? *Cœperunt quærere inter se, quis esset ex eis, qui hoc facturus esset : facta est autem & contentio inter eos ; quis eorum videretur esse maior.* Singularis modus scrutinij ! Quid huiusmodi de dignitate contentio , in cognitionem perfidi? Totum. Ille sanè proditor qui volebat esse maior. Diximus, *Tom.* 1. *T.* 1. *D.* 12. *n.* 1. Facie aliâ illustranda coniectura. *Quis eorum videretur esse maior.* Haud quis esset , sed quis videretur. En proditor: etenim fovebit corde perfidiam, qui dignitate dumtaxàt studet in honoris apparentiam. Qui maior est, præstantiam celat uti honore dignus : qui videri cupit , perfidus : igitur socios , superioresque seducet, vel amicissimos præclarè meritos prodet ; qui propter dignitatis inflationem, suam contendit ut præstantiam ostendere indignitatem. Non enim esset proditor, si fuisset maior. *Videretur.* Elucet , unde minor, vel nihili, & subdolè in palàm proditor : quandoquidem cuncta mala in pectore fovet, & corde parit; qui cupit dignitatis venerabile auctoramen , in vanissimam apparentem ostentationem. Retorqueatur Profanus, *Satyr.* 10. v. 139.

Cor ambitiosum sentina criminũ.

——— *Causas discriminis atque laboris*
Inde habuit. Tantò maior fama sitis est, quàm
Virtutis. Iuvenal

18 Denique, ut sciatur iuxta Paulum, qui sint hi, qui nihil sunt. Sunt in sotiorum cœtu Superiotibus inobedientes, bilingues, vaniloqui & seductores, qui universas domos subvertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratiâ. Sanè: si quidem ut aliquid vel per fas, aut nefas sint; ad honorum speciem, intra & extra claustra vivunt dumtaxàt in contentionẽ. Iam ergo discipuli dignitatem habebant: fastigia insignia Magistri meritis atque gratiâ decorabant. Hic perfidè inimicis in ludibrium tradendus; cæterùm perduellis erat ignotus. Ut clareret cunctis proditor; contentio facta inter eos, quisnam illorum videretur esse maior: quandoquidem ille sanè moliebatur proditionem, qui in honore maiorem inquirebat ex ambitu dignitatem. Alia utique in promptu, sed ne gravet Didascalia, *Tom. seq.* dicenda, *Tautolog.* 1. *D.* 3. Qui peiores sunt, frequenter ambitione vehementiore stimulantur, ut flagitia dignitatum dissimulata deaurentur. *Seditiosissimi hominis pestiferis blanditijs præreptus populi favor, Consularibus comitijs, summum dedecus admittere conabatur, amplissimum ei imperium deferre cupiens; cuius teterrimis actis, exquisitum potiùs supplicium, quàm ullus honor debebatur.* Ita apud Valer. Max. 3. *cap.* 8. *n.* 3. de cuius articulo, & quare, dicemus, *Tautolog.* 9. *D.* 8. *n.* 12. interim vide Bernard. *Epist.* 28. *Omnia quæ gerunt* (agunt enim, sed aguntur) *minimè grata* (patientia laudanda est) *sed molestissima. Ipsorum confessione tempora misera* (infit Seneca ubi supr. *n.* 2.) *cùm hæc quoque, quibus se attollunt, & supra hominem efferunt, parùm sincera sint. Maxima quæque bona solicita sunt: nec ulli fortunæ minùs benè, quàm optimæ creditur. Alià felicitate ad tuendam felicitatem opus est: & pro ipsis, quæ successerunt votis, vota facienda sunt. Omne enim quod fortuitu evenit, instabile est: quò altiùs surrexit, vergit proniùs in occasum. Neminem porrò casura delectant. Miserrimam ergo necesse est* (*non tantùm brevissimam*) *vitam eorum esse; qui magno parant labore, quod maiore possideant. Operosè assequentur quæ volunt: anxij tenent quæ assecuti sunt. Novæ occupationes veteribus substituuntur. Spes spem excitat, ambitionem ambitio. Miseriarum non finis quæritur, sed materia commutatur.* Discite ab Ethnico, qualis ambitio. Radix patet malorum. In orbis perniciem nascitur, si hominum corde fovetur. Satyricus, quò dudùm succinit:

Seminarium contentionũ.

Et insidiarum.

Val. Max. *Plus ambitiosi, qui teterrimi.*

Senec. *Descriptio vitæ ambitiosi*

v. 142.

——— *Patriam tamen obruit olim*
Gloria paucorum, & laudis titulique cupido. Iuvenal

DIDASCALIA VIII.

Rector indignus, dignitatis dedecus.

1 HINC Sapientis provocatur stomachus in vomitum, dum vidit in sapientiæ prudentiæque sede, stultum. *Indecens est stulto gloria*: quod arbitratur fastigium, patet honoris opprobrium: igitur habet culminis rutilam gloriam, ut magis ostentet sublimitate stultitiam; quam quidem in ludibrium haud demonstraret, modò indignus & indignè dignitatem non haberet. De dignis, ac insigniter dotatis, dicit Siracides: *Dominantes in potestatibus suis, homines magni virtute, & prudentiâ sua præditi.* In magna debent eligi consona. Quid quòd magnus, magnificus thronus, ubi Præses non est magnus? Magnitudo pendet à virtute, nequaquàm ab electione: equidem quod meritis fulget gloria, indignis est ignominia. Non magnus qui habet, sed qui dignè præsidet. Dignè præest, quem sapientia ducit, prudentia regit: dicunturque viri magni, qui in solio prudentiâ præditi; quippequàm nulla, in regimen merita magna, sine prudentia.

Prov. 26 1.

Eccli. 44 3.

Quod gloria sit ignominia.

Hæc vera gloria in gubernatione, prudentia. Euripid

Accinit Euripides, in *Supplicib.* v. 510. Sine modo non est ratio. Ergo in reliqua textus. *Dominantes in potestatibus suis.* Hoc est, dominantes in dominationibus, vel potentes potestatibus; ut sæpe diximus. Est ne potestas sine dominatione, & dominatio sine potestate? Est utique in throni indignis; quia non dominantur in potestatibus suis: igitur potestates quibus exercent dominium, prorsùm alienæ, quippe propriæ meritorum; unde si propriæ, non essent indigni. Habet dominationem in ministerio, quisquis dotibus dignus officio. Tunc illi potestas à meritis, non à dominatione potestatis; quoniam non magnitudo, quæ pendet tantùm à throno: & qui prudentiâ in dignitate præcellunt, propriàque fulgent virtute, hi dicuntur viri magni; igitur non habent dominationem

Nullum, regimen sine modo.

Auctoritas à meritis, non ab auctoritate.

ex

ex auctoritate potestatum, sed magnitudine d[illegible]ium; prius potestatis & dominationis habentes honorem, quam pervenirent in honoris celsitudinem.

2 *In potestatibus suis.* Obtinuerunt per eligentium suffragia, quod iam habebant per merita: quapropter dum dotes exulant, & indotatos infulæ potestatis deaurant, minimè electi dominantur in dominationis potestatibus; quoniam potestatum & honorum turpe dedecus: virique magni, in potestatibus suis antequàm dominentur, dominantur; quoniam priusquàm eveherentur in maiestatis cacumen, ex dotibus acquisiverant cacuminis maiestatem. Aliter & aliter digni & indigni dominantur in potestatibus suis. Indigni habent dignitatem, ut esse videantur, vel ut sint. Digni, ut illustrent dignitates, quippe sunt. His eget dignitas: illi egent dignitate: igitur ni haberent curvà fortunà fastigium; hominum essent ludibrium, qui priùs opprobrium. Econtrariò accidit dignis, dominantibus in potestatibus suis: quandoquidem etsi summus illis dignitatum honor; per merita & dotes sunt honoris & dignitatum splendor. *Potestatibus suis.* Quidni etiam qui non digni in potestatibus? Dicit Tibullus, 3. *Eleg.* 3. v. 22.

Discrimè indignorum, & dignorũ in culmine dignitatum.

O mihi felicem terque quaterque diem,
Nam fortuna suà tempora lege regit!

Tibull.

3 Hinc illorum ex dominatione stupor, dum habetur honor: etenim plauditur quod à fortuna eligitur; quasi lege regeretur. Fortuna illorum est, minimè muneris, quod deturpant, ubi illius illos filamina exornant: suaque dicitur in potestate potestas, ubi nominatur indignorum felicitas; quoniam dum digni in honorem eliguntur; felicitas non illorum, sed dignitatum. Aptiùs exprimitur libertate C. Iul. Cæsaris in Dictatorem Syllam (de quo Plutarchus in *Cæsar.*) Cùm *Dictator* (inquit) *minaretur Cæsari necem, & hic dixisset: Quò iure? Respondit Sylla: Potestate mea. Prompte Cæsar: Iurè dicis tuam: emisti.* Emunt indigni, fortunà favente (& ut ait Capitolin. in *Gordian.* pag. 443.) *novitate & enormitate fortunæ*, quibus opus habent, in honores potestates. Eorum sunt sanè, quippe partæ turpi emptione. Dat census honores: verùm etsi habeant, minimè dominantur in potestatibus suis; quoniam in muneribus dumtaxàt dominantur merita, sed non indignorum munera: etenim frequenter iacent in iniquitatibus, quorum dextera repleta est ad emptionem muneribus. Habent cum potestatibus honores, sed in ipsis nequaquàm dominantes; quippequam tantum ex illis potestati dedecus, ut vel ipsi se cognoscant dominationis indignos. *Nec viri, nec ad parendum, nec ad imperandum apti, apparatum imperij dedecorantes*: inquit Plutarch. in *Sertor.* Patet utique fortunæ dumtaxàt meritum; qua de causa qui inidonei, solùm avidè percupiunt potestatis apparatum. Virgil. in *Opuscul.* succinit verè:

Dignus, dignitatis bonos

Apophthema Cæsaris. Plutarch.

Iul. Capitol.

Indignus à fortuna elatus. Plutarch.

O fortuna potens, quàm variabilis!
Tantum iuris atrox quæ tibi vendicas. Virgil.
Evertis bonos, eligis improbos;
Nec servare potes muneribus fidem:
Fortuna immeritos auget honoribus.

4 Discrimen horum demonstrat Salomon pleonasmo illustri, de quo fusè egimus, *Tom.* 4. T. 6. n. 7. & 24. nimirùm: *Est qui stultus appareat elevatus in sublime.* Prov. 30. 32. Quis igitur si in sublime evectus, non elevatus, aut econtrà? Dignè vel indignè electus: equidem cùm merita, & non munera constituant elevationem; digni sine elevatione possident sublimitatem, & indigni iacent etiam in sublime elati, quoniam elevati indignè. Non sedem habent, sed occupant: thronos non habent, qui maculant: & dicitur in sublime elevatus, quoniam in ascensu throni potest esse non ascensus: equidem stultus etsi in loco superiore, elevatus nequaquàm est in sublimi. Est stultus, & stulto non fit thronus. *Dignitatibus ex virtute; non virtuti ex dignitatibus honor accidit.* Boët. infit, *lib.* 2. de *Consolat. Philosoph.* Unde cùm desipientiâ, insipientiâ, indignitate, stoliditate, in honore bambaliones nec ullam habeant virtutem; in elevatione sublimiore non habent sublimitatem. *Famæ servit ineptus, & rutilat falsus honor*: accinit Horat. 1. *Epist.* 16. à v. 39. Si honor falsus, sine honore: & qui in honore sine honore sedet, non sedet, sed in sublimi iacet. Flatus fortunæ fuit. Si à fortuna; vel in sublimi non magnitudo vera. Succinit idē ibid. à v. 31.

Vel dum sublimis sedet, iacet.

Boet.

Horat.

Respondesne tuo (dic sodes) nomine?
Nempe
Qui dedit hoc hodie; cràs, si volet, auferet: Idem.
ut si
Detulerit fasces indigno, detrahet idem.

5 Pende periodum. *Est qui stultus appareat, postquàm elevatus est in sublime.* Haud sublimitas stultum fecit, etsi celsa attonent; dum stultus elevatus apparuit. Erat, sed pretium pro dignitate stul-

Quis sit electus, cognoscitur elevatus.

stultitiam deaurabat. Unde cùm ab electoribus removerentur munerum conspicilla (quæ in cæcitatem mutuaverat fortuna fatua) quem elevatione in sublime ridens evexit, sine meritis ineptus stultissimus apparuit. *Quis est ergo hic ? Quid enim* (inquit Seneca, *Epist.* 41.) *est stultius, quàm in homine aliena laudare? Quid eo dementius, qui ea miratur, quæ in alium protinùs transferri possunt ? Non faciunt meliorem equum aurei freni.* Quis sit, ex exercitio apparebit : conditio latuit. Videbitur in propria conditione, si elevatus in sublime. Iumentum quoddam cùm fugisset leonem rugientem, sospes evasit per industrium venenatorem (ait Phædrus in *Fabul.*) qui sagittis confossi pellem detraxit, quam in aëra, ut siccaretur extendit, quandiu hinc inde venaretur. Ut vidit asinus, pellem furatur: illàque indutus cupit alijs animalibus terrorem incutere, ut ipse passus; & tumens per arva huc atque illuc tolutabat vagabundus. Aliæ bestiæ pastum ibant, sed videntes leonem magnum, recedebant. Causam requisivit occurrens fugientibus vulpes; & illas expectare iussit, quousque veritatem exploraret. Accessit clanculùm, & asinus, ut voce quæ videbat animalia terreret; validè stolidè rudit. Tunc vulpes ad illa: *Longè formido sit: non leo, sed asinus est.* En species stulti, qui insignia leonis assumit, elevatus in sublime. Uti leo bestiarum Princeps, collocatur in solio infulis dignitatis. Cultus mirabilis, dignus imperio, cuius maiestatem sequitur veneratio, ex sublimiore honore : & stultus apparet, postquàm elevatus in sublime; quippequàm per ruditum, non leonem esse constat, sed plenissimè iumentum. Habitu alieno dignitatis induitur, colitur-que, quoniam neutiquàm cognoscitur: at cùm tenore vocis demonstretur cuius mentis; per furtivas dignitatis infulas,

Senec.

Indignus inflatur infulis.

Ubi nulla merita, patet iumenta infulata.

Pers.

—*Ut Arcadiæ pecuaria rudere credas.*

Ita Persius, *Satyr.* 3. v. 9. Aptiùs Virgil. 7. *Æneid.* v. 15. ubi:

Virgil.

—*Iræque leonum,*
—*Sera sub nocte rudentum.*

Proprius leonis est rugitus, non ruditus: ex vocis improprietate nostræ Didascaliæ constat scopus, ubi ab indigno ex insignijs præclari, præcellentis honoris, quasi leonis exuvijs aptatur pellis; cuius specie qui stolidus, fulgeat in dignitate dotibus summus, cùm sit leoninâ pelle etiam auritus asellus : etenim decursu temporis horrore dissono vocis, dum quærunt in throno leonem, leonem vident, sed rudentem, demonstrantem ad populum phaleras (stolidis rudibus infulas) & interrogantem ratione pellis, & fulgore honoris:

—*An deceat pulmonem rumpere ventis, Stemmate.* Pers. d. v. 27.

Frequens stultorum vanitas, dum habent hominum infulas.

6 Antequàm Salvator N. triumphans ingrederetur Ierosolymas, erat quidam asinus ligatus. Videamus ergo, post eius solutionem, cuius usus. Discipuli missi *duxerunt illum ad Iesum, & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum.* Subditus erat, quippe regere nequibat: sedit-que super eum, ut tenor rationis in regimine sit : etenim ordo præposterus, ni asinus subditus. *Sedit super eum* : genius stupidus asper, debet aliquem habere desuper : aliàs, quid non calcibus conteret asinus solutus & dissolutus ? Videsis dicta, *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 11. *n.* 8. *& Tom.* 4. *Didasc.* 5. *Tautolog.* 6. *à n.* 22. Hinc inter prognostica mortis Alexandri Magni, ut refert Plutarch. in eo; *Leonum, qui alebantur maximum & pulcherrimum, asinus cicur aggressus, calce impactâ occiderat.* Quid non formidini, si prævalent asini ? Pende : *Sedit super eum.* Apud Matth. *Eum desuper sedere fecerunt.* Quasi invitus demonstratur Christus; dum ut sedeat, subditus exponitur asinus. Non mirum : grave quidem exercitium, constitui Superiorem iumentorum, quæ vel necesse ligare, vel solutionem timere: igitur qui super sedet, ni firmiter maneat, & dorsum præmat (ubi capite illorum magis prono) exponitur præcipitio. Nihil aliud intentant, nisi ut onus excutiant. Si stimulantur, succumbunt. Si laxantur, nec procedunt. Illos uti desides relinquere, est, nihil agere; quippe nihil ponderis, nisi consumere fruges. Profectò nemo nisi coactus, potest accedere in huiusmodi munus : nimium quippe patet gravamen, asinorum regimen. Siccine asini sub directione ducis. Quid ergo in levamen, dum asini superiores ? Superiores asini.

Quàm molestũ regimen asinorũ!

Plutarch.

Matth. 21. 7.

Quid, si regunt?

7 Pende textum. *Duxerunt pullum ad Iesum, & imposuerunt illi* (discipuli) *vestimenta sua.* Vestibus hominum, iuventum patet indutum; sed est iumentum. Per indumenta (ut alibi dixi) indicantur dignitatum insignia; quæ propriè hominum vestes, indices honoris & dignitatis; quoniam regiminis munus dumtaxàt cõpetit

petit rationalibus. Aliquando indigni, hominum induuntur veste, ex alienâ dignitate; qua videntur sibi homines, cùm non sint, quippequam illorum insipiens cor, sine ullo specimine rationis; cultu venerando dignitatis, ostendentes & ostentantes hominum ornamenta, quæ debebant in notionem esse ephippia. Minimè per dignitatis ornatus, qui in culmen assumptus, iudicandus est dignus; sed qui respondet dotibus dignitati, expressis decorâ veste; quippe dignitati sunt decori. Fallit externa species oculos insipientium; haud merita discernentium, sed ornatum meritorum: asinumque infulatum, signat Evangelista asini pullum; igitur vel vestibus hominum erat insigne iumentum. Ulterius. *Pullum, & imposuerunt illi vestimenta sua.* Tò *Sua* cui referendum? An vestimenta sua pullo imposita; vel illi hominum vestimenta? Licèt hominum vestimentis ornatus, erat asini pullus: & in novitatem articuli non sua, sed aliena dicitur asinus deportasse vestimenta; quoniam mirum, hominum ornamenti portare formam; qui ut noscerentur, debebat iugiter portare clitellam. Opportunè Petr. Costalius in *Pegmat.* accinit:

Ornamenta bonorum eleganter sciunt ignari.

Nostra quoque ignavis subsellia complet onagris:
Unde tibi latus clavus & unde toga?
Te iurata latent sancti consulta senatus,
Te legum & iuris pagina sacra fugit.
An te Superiorem regina pecunia fecit?
Illa Magistratus sola creare valet.

Petr. Costal.

8 Hæc merita indignorum, queis relegantur merita: pretio rapiuntur fasces, & fit electio potestate favoris; quippe honorum obtinetur venalis cultus, ex his quæ callidè excogitavit ambitus, & sine respectu legum, ignominiâ meritorum, & deturpatione dignitatum. *Quamvis clarus honor* (ait Hieronym. *Epist.*101.) *vilescit: & apud viros bonos indignior fit ipsa dignitas, quam indigni possident.* Simiæ infulatæ sunt; & vel infulatæ, simiæ: quæ etsi terræ misceatur ignis, ardeatque orbis, tendunt in ambitum, exemplo indignorum, sed felicium. *Tanta* (infit M. Varro, de *Vit. popul. Rom.*) *invadit cupiditas honorum; ut vel cœlum ruere, dummodò Magistratus adipiscantur, exoptent.* Totum studium in dolos varijs embolijs, moliminibus artis, sed nullis meritis. *Gloriam, honorem & imperium bonus & ignavus æquè sibi exoptant* (infit Augustin. 5. *Civ.* cap. 12. *sed il'e verà viâ nititur: his; quia bonæ artes desunt; dolis atque falla-*

Qui indigni, summè ambitiosi.

Hieron.

M. Var.

Vtuntur dolis pro meritis.

August.

cijs contendit. Unde Calphurn. *Eclog.*5.v. 119. succinit:

Si fors cadit, uttiur auro.

Astruit M. Seneca *Controv.* 9. *Nulla materia in rebus humanis, quam censu clariùs ostendit virtutes. Senatorium gradum census ascendit. Census equitem Rom. à plebe discernit. Census in castris ordinem promovet. Censu iudex in foro legitur. Non persuadio tibi? I ad illos, quos mavis sequi, quàm reducere. Tibi non noveris divitias esse paupertatem? Quis est iste quem magna fortuna non decet?* Facilè dubijs respondsum: Ille qui defectu dotium ascendit ad dignitatem per censum, factus honoris opprobrium: respiciens ergo meritorum paupertatem, censu ac muneribus decidit in ambitionem. Ausonius *Epitaph. Imperat.*22.& 24.modulatur:

M. Sen.

Dat census honores.

Tùne, etiam Augustæ sedis penetralia fœdas:
In risu populi tu Caracalla magis.

Auson.

9 In sacris Matutæ Deæ (de quibus agemus in *Ephemer.*ad 10. *Iun.*) haud locus concedebatur ancilis, nisi uni, quæ arbitrabatur se felicem; quoniam sola, cùm esset serva, ad matronarum vocabatur solemnitaem. Verùm quid inde? Quæ ducta à fortuna, non in decus vocabatur, sed opprobria: equidem à matronis cunctis, pene ad mortem cædebatur colaphis; ita ut cùm ex tanto cogitato honore, & templi ægrederetur limine, facie ictibus tumidâ, sibi constaret ad publica destinatam fuisse ludibria; dum sine forma occurrentibus exponeret vultum, haud fœminam videntibus, sed horribile monstrum. Accedit sanè indignus ad sacra Matutæ, quandiù uti indotatus ac inhabilis, fortunæ servus accedit: etenim ubi sibi videtur honorificè vocari in throni elati fastigium, proculdubiò vocatur ex felicitate infelix in improperium. Hoc opus servi, qui delere cupit per alapas (quarum ictu exprimebatur olim libertas, ut fusè dicemus, *Tom. seq. T.*4.*à n.*36.) infamiam servitutis; per avidam libertatem dignitatis. Claudian. 1. in *Eutrop.*à v.156. in rem succinnit:

Ritus in sacris Matutæ.

Indigno opprobrium decor dignitatum.

——— Summos invasit honores,
Quos neque vota pati, nec fingere somnia possunt;
Quid nihil optasse plus libertate mereri:
Altè tumescunt serviles animi.

Claud.

10 Audiator Salomon. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij* (inquit) *ita qui tribuit insipienti honorem.* Alludit

Prov. 26.8.

ad

ad morem, quo in trivijs cumulo lapidum statuam Mercurij imponebant Ethnini; de quo Gyrald. *Syntagm.* 9. Natal. Com. 5. *Mytholog.* cap. 5. & Claud. Minos in *Alciat. Emblem.* 8. Quid lapidum iactatio cum Mercurio? Non erat Mercurius, sed imago, repr sentans eius formam & figuram. Mercurio olim ratio attributa, atque per alas in temporibus expressa: & dum honor insipienti conceditur iuxta statuam Mercurij lapides exprimuntur; quoniam dignus lapidibus, in honoribus, qui ascendens in dignitatem, dumtaxàt habet throni representationem: etenim ubi prudentia quæritur per honoris insignia; in tanto fastu solùm invenitur statua. Qui digni munere cum intellectu maiestatem demonstrant; sed qui stulti, in maiestate imaginem dotium signant: conferunturque cumulo Mercurialium lapidum, qui indignè adipiscuntur piscantes fastigia honorum; quippe stulti lapidibus obruendi, quandiù uti stulti sedent tumentes in throno, & dumtaxàt per insignia non honor prudentiæ exponitur, sed imago: quandoquidem vident inferiores lapidem, quem in regimen prudens expectabant tanquàm Numen. Mercurius inter Ægyptios pingebatur facie, partim nigrà, partim aurea. Natal. Comes, d. & Albric. de *Imagin. Deor.* n. 6. Aurea facies electores spectat, nigra subditos irritat: & iuxta stultum electum, quasi ad statuam Mercurij statuitur cumulus lapidum; quoniam nihil aliud intenditur, dum stultus in honorem eligitur, nisi quod quilibet transiens lapidibus insectetur: nemini enim placet veneranti dignitatem, videre illius ex Superiore nigredinem; siquidem rationi innatum, vel lapidibus iactis persequi monstrum. Denique in proprietatem apodosis, perferendus stylus antiquitatis. In Testis vel lapidibus (ut refert Plutarchus in *Aristid.*) suffragia olim ferebantur. Liquet iam cur qui studeant insipientis honori; sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij: igitur dum suffragijs in honorem approbatur indoctus; lapidum cumulatur acervus; quoniam si vocales elevant; in suffragijs saxa, ut lapidetur, ministrant. Mariana, hìc:

Mercurij in cumulum si iactaris lapidem, erras.
Non secus insano latus inanis honos.

11 Perpropriè, *Honor inanis*, quia siccine sedenti non est honos. Dicit nostra Tautologia. *Sedet super sedem sanctam suam.* Bernard. ut vidimus in *Version.* n. 45. *Super sedem condignam.* Non sedes condigna; si sedenti nulla merita; quippe sedes maiestatis sed non sua. Omni dignè habenti munus dabitur: ei autem qui merita non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. Uti in Iuda proditore, locum dignitatis Apostolicæ habente, locus non est; ut abiret in locum suum. Unde qui fulget meritorum maiestate; sedet splendore in sede: qui verò indignus, in sede minimè sedet; quippequàm sedendo cadit. *Vidi impium superexaltatum* (inquid David) *& elevatum super Cedros Libani.* Non novum in mundo: vitia florent, & merita algent.. Sæpe ubi grassatur iniquitas, volat honorum maiestas: quapropter ut in *Sylla*, infit Plutarchus: *Longè maiorem ex ignominia, quam ex honore nobilitatem affuisse perhibent: plus dedecus eius, quàm honor illustrior fuit; eo in dies secum florescente morbo. Homo natura arrogans & iactabundus, ex obscuro loco emergens.* Hinc Iuvenalis, 1. *Satyr.* v. 77. ait:

Aude aliquid & carcere dignum,
Si vis esse aliquid.

12 Ergo in propositum. David præfatam exaltationem viderat, subditque: *Transive, & ecce non erat. Quæsivi eum, & non est inventus locus eius.* En indignorum scena, vel in maiestate augusta. Sedens stultus erat, & in sede non erat; quippe vel in throni sede nullus thronus, quandiu sederat indignus. Dicit contextus. *Quæsivi eum, & non est inventus locus eius.* Ille in loco maiestatis apparuit, quò præposterè elevatus; sed eo loci, eius nequaquàm locus inventus. Si locus eius erat solium & sedes qua sedebat; quomodò solium & sedes sine mutatione peribat? Sedes dependet à meritis, non à maiestate dignitatis: & cùm indignus sederet, sedem in sede maiestatis non obtinuit; etenim sedere non poterat, qui dignus sede non erat. Qui sedem præclaris instrumentis perpolit, in honoris se sedet. Eius in munere locus invenitur, ubi dotibus sedentis illustratur: & in loco sedis, quò exaltatur indignus, nec invenitur locus; quippequàm dum in sedem ascendit per indigna; sedes ipsa, qua sedebat, erat vacua. *Non est inventus locus eius.* A prudentia regentis pendet fulgor dignitatis: & dum sedet stupidus, dignitatis non est locus; quoniam ascensus eius in sedem honoris; pro splendore patet exterminium dignitatis. *Transivi, & ecce non erat:* etenim tanta maiestas, quam construxit ascen-

Mercurij imago.

Ostentatio honoris, non est honor

Indignus dum assumitur, in ruinã impellitur.

Marian.

Psalm. 46. 9.

Sine meritis honor inanis.

Psal. 36 35. *Munerantur vitia.*

Plutarch.

Iuvenal

Ib. v. 36

Indignus in honore non habet honorem.

In cæci insidiæ fortunæ.

ascendentis iniquitas ; totum auctoramen honoris , sublimitasque. Sedes , haudquaquàm erat , ut indotatus sederet , sed ut caderet. *Munera ista fortunæ putatis?* Senec. *Insidiæ sunt* : ait Senec. *Epist.* 8. & Menander in *Helen.* Menánd. *Fortuna quando saltat , insultat simul.*

13 Sedet igitur in honoris maiestate, qui iurè sedet. *Sedes* (dicitur) *posita erat in cœlo , & supra sedem sedens : & qui sedebat.* Apoc. 4 à. 4. Quorsùm toties iteratur suppositum? Ut signet in sede throni dignũ, etiam & indignum. Sedes in sedem instruitur : & sede posità signatur supra sedem sedens; quoniã per digna merita sedes digna : igitur indignus in solio, quantumvis sedem occupet; sedendo in sede non sedet. Dedecoratur decore. Decus hoc ludibrium est : igitur nullum maius ; si in loco dignitatis ad sedendum non sit locus , & in fastoso dignitatis throno , præ indignitate non sedere sedendo : non enim sedendo sedet quem sedes ipsa extra throuum excludit. *Supra sedem sedens , & qui sedebat.* Non est pleonasmus , quippe obijcitur munere dignus. Sunt utique merita in culmine honorum collocata. Sunt etiam extra dignitatem merita. In culmine , dum in sede sedet, qui dignè moderatur : extra culmen , qui dignitate defungitur : & cùm munus , qui dignus habuit, non habeat, de illo dicitur, *Sedebat*; siquidem præ meritis, qui dignus, possidet dignitatem , sicut qui indignus, in sede non habet sedem. Astruit Cassiodorus , 1. *Var. Epist.* 13. *Illustrem virum* (ait) *litterati dogmatis opinione fulgentem , magisterij honore subveximus ; ut gereret nomine , quam possidebat meritis dignitatem.* Possidebat antequàm obtinuisset; quia habere meruit, factus in assumptione dignitatis decor , & honoris sublimis sublimior honor.

Dedecoratur honore.

Cassiod. Econtra dignus honorem honorat.

14 Scripturæ singularis phrasis pro honore dignis , in maiestate sedis. *Posuit Regem , in throno honoris sedentem.* Ecclí. 24. 34. Hypallag Pende hypallagen : Throno scilicèt honoris, pro honore throni. Cur igitur huiusmodi schema in maiestatis & sublimitatis umbra? Ut eluceat quid ex sessione digni vel indigni , in maiestatis sede. Qui indignus, sedet in honore throni, verùm longè à maiestate; quia sicut accinit Ausonius, in *Sapientib.* Epigram. 5.

Non sunt honores unquã fortuiti muneris. Auson. Dum sedet dignus sibi & honori conciliatur honos; & dum cedet præclaris undique meritis , sedet evectus in throno honoris; siquidem indigno non honor , quod digno honoris splendor , cùm in honoris sede sit sine honore , & throni maiestas celsa sine throni maiestate. Splendor dignitatum coruscat ex præstantia meritorum : alias sine dotibus , quod decus , est dignitatum ludibrium. *Decernebatur Seiano* (ait Seneca de *Consolat. ad Marciam* , cap. 22.) *statua in Pompeij theatro ponenda. Exclamavit Cordus: Tunc verè theatrum reperire. Quis ergo non rumperetur , in monumentis maximi Imperatoris , consecrari pessimum militem* ? Senec. Elucet obscuritas honoris sine meritis : igitur tantùm decus , ubi dignissimi munus; haudquaquàm in plausum , dum alæ extenduntur extra nidum. Horatius, 1. *Epist.* 7. à v. 43.

Iuxtà merita vel demerita, gloria throni aut ignominia.

——*Magis apta tibi tua dona relinquam:*
Parvum parva decent. Horat.



TAUTOLOGIA SEPTIMA.

DEFECERUNT SCRUTANTES SCRUTINIO. Psalm.63.v.7.

EXPOSITIO LITTERÆ.

1 HUIUSMODI sententia specimen est moliminum inter thecnas vitæ aulicæ barathrique Politicæ, maximè Principe dignitate insolente, malè affecto præ livore ergà egregium gestis extrenuitateque virum, de Republica ac Regno præclarè meritum.

Politian. ——*Cui dura minentur*
Astra, & sanguinei iubar exitiale cometæ.

In aula ridentur merita, & adorantur commoda. Ut accinit Angel. Politianus, in *Rustic.* igitur ludibrijs aulæ quæ merita sunt ludibria; quoniam irridentur ab impostoribus merita, ex quorum risu enixè aucupantur commoda. Quisquis, potissimè plausu, boni publici, ac decoris consulit studijs; opprobrium abundantibus & despectio superbis, etsi prodigium sit multis. Id genus vexationes, cavilla, scommata, sarcasmos, sardonicos risus, circumventiones, vafrities, argutias malignitatis, punurgiæ sutelas, calliditatis strophas (quia mala in illorum cordibus, dum buccis crepantibus excitabatur plausus) in præsenti Psalmo illos intùs & in cute noscens, ac dolos præcavens, describit saucius David; quippe didicit ex his quæ passus est: signans simul quò devenit Saulis insania, furentis maiestate dignitatis, & cogitationes commodi aulici, dominantis furores blandè plaudentis. *Maiestate suâ tutus Princeps: equites fictis maiestatis criminibus, auctore Prineipe ac decreto Senatus puniti: maiestatis crimina subdebantur, vinclum & necessitas silendi.* Ita Tacitus, 1 *Annal.* cap. 42.3.37, 64. Durus de Pasculo in *Aulic.* n. 20. subdit:

Tacit.

Quid fit?

Aula, locus fortunæ, suos ubi lubrica ludos
Ludit, & eludit.

Pascul. *Curarum pelagus, vana spes, via plena periculi,*
Splendida damna, quies irrequieta, dolor.
At quid est aliud, nisi scena? Aut ludere disce
Curis sepositis, aut cruciare miser.

2 Sævius nihil est humili inepto, cùm surgit in altum. Infelix in mundo virtus. *Regum nobis induimus animos* (inquit Seneca *Epist.* 47.) *nam illi quoque obliti & virium suarum & imbecillitatis alienæ; sic excandescunt, sic sæviunt, quasi iniuriam acceperint: à cuius rei periculo illos fortunæ suæ magnitudo tutissimos præstat: nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant: querendo acceperunt iniuriam, ut facerent.* Proh dolor! Eò insolentior ex dignitate arrogantia, quò maior ex cultu dignitatis venerabunda modestia. At quid potenti? Impunis audax & procax, muneris defenditur maiestate: ornatus crotalis, philautus infulis, non reputabit homines. Multum imò totum studium de honore, sed nihil de honoris auctoritate; quippe totum vafri pectoris malignitas, & ad usum malignitatis autoritas: quæ quidem etsi non læsa, de iniuria queritur, ut credatur iniuria.

Senec. *Insolentiæ prælatorum tutamine dignitatum, ex patientia subditorum.*

Iuvenal. *O medici, medicî mediam pertundite venam.*

Exclamat Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 46. Regnat (auctoritate tantùm legum dominatrice) Adulatio, Sycophantia ac Invidia. Invidia ex gloria virtutis, quam possidere ineptus satagit sine meritis: Sicophantia ex fictione ad delatione criminum, ut livoris exardescat pectus in odium. Assentatio in plausum tyrannidis, de oppressione claritatis ac splendore gaudentis: ut cadat, imò corruat postifice auctoritate innocentia, & floreat cognita vel incognita malitia. Lucan. 8. *Pharsal.* v. 491.

Pestes illorũ comites.

Liber-

Libertas ſcelerum eſt virtus & ſumma poteſtas. Lucan.

Ita aula, Regis ad exemplar; quippe commodum ex imitatione improbitatum, & quilibet uti popyſmator, ſocius criminum: ita innixus gratiæ omnia audet, omnia mordet, omnes ridet, flocci pendit, palàm carpit, clam nocet, cunctos & cuncta contemnit, maieſtatem arrogat, potentiam affectat, etiam per contumeliam adorationem exigit, & cuncta, niſi ſe invenit. Nec cavet quicquam, nec timet quenquam. *Conditio inſolentis gratiâ Principis*

3 Callet genium Bernardus, ſed ſimplicibus corde demonſtrat virus, *Volunt dominari* (inquit de *Conſiderat.* 3. cap. 2. num. 4.) *cùm profeſsi fuerint ſervitutem: fideles ſe ſpondent, ut opportunius fidentibus noceant. Ex hoc non erit conſilium, à quo ſe arcendos putent: non ſecretum quò ſe non ingerant. Ante omnia ſapientes ſunt ut faciant mala: bonum autem facere neſciunt. Hi inviſi terræ & cœlo, utrique iniecere manus, impij in Deum, temerarij in ſancta, ſeditioſi in invicem, æmuli in vicinos, inhumani in extraneos, quos neminem amantes, amat nemo; & timeri cùm affectant ab omnibus, omnes timeant neceſſe eſt. Hi ſunt qui ſubeſſe non ſuſtinent, præeſſe non norunt, Superioribus infideles, inferioribus importabiles: inverecundi ad petendum, ad negandum frontoſi: importuni ut accipiant, inquieti donec accipiant, ingrati ubi acceperint. Docuerunt linguas ſuas grandia loqui, cùm operentur exigua: largiſsimi promiſſores & parciſsimi exhibitores: blandiſsimi adulatores & mordaciſsimi adulatores: ſimpliciſsimi diſsimulatores & maligniſsimi proditores. Vides omnem Eccleſiaſticum zelum fervere ſola pro dignitate tuenda? Honori totum datur, ſanctitati nihil.* Bernard. Dicas officia Lucilius in *Atalant.*

Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere & arti,
Verba dare, ut cautè poſsit pugnare dolosè,
Blandiri, certare, bonum ſimulare virum ſe,
Inſidias facere, ut ſic hoſtes ſint omnibus omnes. Lucil.

Pungit faſtu inflatos utres, qui etiam tument, vel ſi pungantur; Stoicus Cordubenſis: *Quæ eſt tanta animi diſcordia? Eodem tempore* (inſit, 3. *Benef.* cap. 28.) *ſervos deſpicis & colis? Imperioſus intra limen, humilis foris, & tam contemptus, quàm contemnens? Neque enim ulli magis abijciunt animos, quàm qui improbè tollunt: nullique ad calcandos alios paratiores; quàm qui contumelias facere, accipiendo didicerunt.* Senec. *Et indigni in dignitate*

Multi tumidè ſuperbi, quia tolerantur, & ſæpeſæpius inſolentem iuvat patientia in tyrannidem, ut vigeat faſtus & luxus, maximè (ut ait *Iuſtin.* lib. 1.) *Arbitria Principum ſi prolegibus.* Iuſtin.

Clamat Tyeſtes in Senec. *Agamemn.* à v. 57.

O regnorum magnis fallax
Fortuna bonis! In præcipiti
Dubioque nimis excelſa locas.
Numquàm placidam ſceptra quietem;
Certumvè ſui tenuere diem. Senec.
Alia ex alia cura fatigat,
Vexatque animos nova tempeſtas.

4 Hinc, quia vita aulica ſentina vitiorum, ac Ilias ſcelerum, colore virtutem: à Machiabello ſumuntur præcepta. Audi Maiolum Tom. 2. Colloq. 5. de *Aula & caula.* *Flagitia Aulicorum merita.*

Excute ſinceram recto cum pectore mentem
Ingenuumque tuo prodeat ore nihil.
Induc ſerviles animos fictoque favore
Vel minimis famulis, qua potes arte place;
Blandus adulator, levis aſſentator haberi,
Ne pudeat: nullus ſit pietatis amor,
Nullis flagitijs, nulloque offendere faſtu,
Indigniſsima fer, quæque nefanda proba. Maiol.
Diſsimula, ſimula, ſervi benè ſed malè fide.
Denique nulla bonus vir tibi bona pete.

Hæc eſt perfrictio frontis (ſi frontem habent) homines nihili, dum cupiunt aliquid eſſe; at inter prudentes & cordatos, ad ſpeculum rationis moderantes affectus (ut inquit Nicolaus Oranus de *Iudæ præditor. apoſtaſ.* conc. 30.) tantum valent, quantum *H* apud Grammaticos, *O* apud Arithmeticos, Chimæra apud Poëtas, ſecunda intentio apud Logicos, privatio apud Phiſicos, & ens rationis apud Metaphyſicos. Sanè, ſed florent; Principes dementat, dedecus labefactant, honoratos dedecorant, virtutem extinguunt;

Ac Principi grata.

præſtantiſsimis detrahunt, nomina carpunt, ſplendorem evertunt, exaltationem moliuntur veteratorum phaleris, virulentis muneribus, venenatis adulationibus, mellitis verbis, occultis inſidijs, lucidis technis, deauratis fallacijs, veſanis nugis, ſychophantijs monſtroſis, obſequijs perfidis, ſtudijs improbis, calumnijs coloratis, plauſibilibus flagitijs, diabolicà malignitate confiati, ut ſagittent in occulto rectos corde: florentemque demonſtrantes ſemitam (arridente fortuna, quippequàm hàc itur ad aſtra) dicuntque:

Quiſquis ad alterius mutum componere vultum
Neſcit, & iniuſtis auribus apta loqui;
Nunc verum, nunc falſa loqui pro tempore, ut iſti
Qui rerum potitur complacuiſſe videt;
Omnibus hunc moneo longè diſcedat ab aulis:
Candor & integritas exulat inde procul.
Exulat & dulcis libertas: omnia faſtus
Plena, nec eſt ullus dicere falſa pudor.

Vitus VVinſen.

Hæc vita, fallere cunctos (ſed heu! Quis cupit; cui vel nuda domi rodere cruſta licet?) profeſsione dæmonis, ad quorum aulica præcepta abhorrent aures. Hi profectò athæi malè audientes vel apud Ethnicos: aphoriſmos illorum videris apud Canonher. in *lib.6. Hippocratis*, Aphoriſm. 58. Chochier, lib.5.à cap.6. in *Theſaur. Politic.* Lucian. *Dialog.37. Mortuor.* Heberhard. VVehie, in *Aulic. politic.* in fin. Lipſ. in *Monit. politic.* Marc. Prætor. 2. de *Princip. prudent.* Raviſ. Text. *Dialog. de Fortun. & Aulic.* Sariſberienſ. de *Nugis Curial.* Æneam Silv. *de Curial. miſer.* Pomp. Fandon. de *Infern. aulic.* & Claud.Clement. in *Machiabeliſm. iugulat.* §.2. Spontaneà eſt mentis inſania, quæ excutitur fugà, & ut ſuccinit Lucan. d. v. 380.

Pugna levis, bellumque fugax, turmæque vagantes:
Et melior ceſsiſſe loco, quàm pellere, miles:
Illita tella dolis, nec Martem cominùs unquam
Auſa pati virtus, ſed longè tendere nervos,
Et quò ferri velint permittere vulnera ventis.

Lucan.

Quam miſera illorum vita!

5 Dirumpur vincula, quantumvis aureà; quippe nonnumquàm vincula, vivere alijs, & non vivere ſibi, ridenti arridere, manus deoſculari, facies peccatorum ſumere, perſonas palpando induere; *in quibus factitandis* (ait Claudius Minos in Alciat. *Emblem.* 86.) *quid fidei, aut bonæ mentis, quæ honeſti ratio eſſe poteſt, cùm ſimulationis & perfidiæ ſentinam inexhauſtam in animo præſentem ubique circunferant.* Iam illis objcitur vacuis votis, ac dolore vulneris, ut refert d. Canonher.

Clau.Min.

Aula profanatæ ſedes aptiſsima menti,
Bullatis gaudens titulis, ſpes dives inani,
Conſilijs inimica bonis, contraria vero,
Delicijs prægnans, hamata fertilis eſcà,
Errorum ſpecioſa domus, fraudiſque malignæ,
Fortunatorum ſpeciem mentita locorum,
Gloria ventoſis quam tollit in æthera pennis,
Humanos ſimulans confiſto lumine vultus,
Invidiæ atque odij diro ſuffuſa veneno,
Ludorum quærens varias ignava latebras,
Nomina falſa gerens fucoſæ ſubdola laudis,
Omnia lætificæ referens ad gaudia vitæ,
Principijs ut blanda ſuis, ita fine moleſta,
Sorte potens, verùm nulli ratione benigna
Temporibus confuſa, ſine ordine, mobilis, exlex,
Virtutem ſimulans, vitiorum immerſa profundo:
Hydra Aula eſt, capitum multorum horrenda venenis.

Quid aula?

6 Hoccine ſpeculum ex quo elucet pœnitentia, ſed aliquando Minervà prorsùm invità. Quid ſi huiuſmodi politica agendi fœtida ratio ſerpſerit in clauſtra? Mordet Eraſmus & lib. de *Moria*, & etiam de *Lingua*. Cogitarem aptiùs de illis Monachis, qui multo tempore abfuerunt àClauſtris, qui quidem ova aſpidum ruperunt & quod confotum, ipsà pœnitentia erupit in baſiliſcum: igitur cum non ex animo pœnitudinis origo; non morum correctionem pariunt, ſed iniquitatem, quia ex dolore tantum conceperunt dolorem. Conditionem Seneca cogitat, atque ſiccinè taxat. *Omni vità pendent, & inhoneſta*

Monachi aulici & extra clauſtra periculà.

neſta ſe ac difficilia docent, coguntque: & ubi ſine præmio labor eſt, torquet illos irritum dedecus: nec dolent prava, ſed fruſtrà voluiſſe. Tunc illos & pœnitentia cœpti tenet, & incipiendi timor, ſurrepitque illa iactatio animi non invenientis exitum; quia nec cupiditatibus ſuis imperare, nec obſequi poſſunt, & cunctatio vitæ parùm ſe explicantis, & inter deſtituta vota torpentis animi ſitus. Quæ omnia graviora ſunt ubi odio infelicitatis operoſæ ad otium profugerunt & ad ſecreta ſtudia; quæ pati non poteſt animus ad civilia erectus, agendique cupidus, & naturà inquietus, parum ſcilicèt in ſe ſolatiorum habens: ideoque detractis oblectationibus, quas ipſæ occupationes diſcurrentibus præbent, domum, ſolitudinem, parietes non fert: invitus aſpicit ſe ſibi relictus. Hinc illud eſt tædium & diſplicentia ſui, & nuſquàm reſidentis animi volutatio, & otij ſui triſtis atque ægra patientia. Utique ubi cauſas fateri pudet, tormenta introrsùs egit verecundia; in anguſto incluſæ cupiditates ſine exitu ſe ipſæ ſtrangulant. Inde mœror marcorque, & mille fluctus mentis incertæ, quam inchoata habent ſuſpenſam, deplorata triſtem: inde ille affectus otium ſuum deteſtantium, querentiumque, nihil ipſos habere quoad agant, & alienis incrementis inimiciſsima invidia. Alit enim livorem infelix inertia: & omnes deſtrui cupiunt, quia ſe non potuerunt provehere: & ex hac deinde averſatione alienorum proceſſuum, & ſuorum deſperatione, obiraſcens fortunæ animus, & de ſeculo querens, & in angulos ſe retrahens, & pœnæ incubans ſuæ, dum tædet ſui, pigetque. Ut ulcera quædam nocituras manus appetunt, & tactu gaudent, & fœdam corporum ſcabiem delectat quicquid exaſperat; non aliter dixerim his mentibus iniquas cupiditates velut mala ulcera eruperunt, voluptati eſſe laborem vexationemque. Faſtidio illis cœpit eſſe vita, & ipſe mundus: & ſubit illud: Quouſque eadem? Lucret. 3. v. 172. Senec.

Hoc ſe modo quiſque ſemper fugit. Lucret.

Sed quid prodeſt, ſi non effugit? Hactenus Seneca de *Tranquill. animi*, cap. 2. Verè aurea, & catholico viro digna, quippe illis patet quid ſæcularis Monachus intra clauſtra recluſus. Hæc meditanter prælibata ut ex conventu malignantium conſtet perſpicuò tautologica ſententia. *Quid ſæcularis Monachus intra clauſtra recluſus?*

7 Sic ergo Aulicorum artes, offenſo vel quoad ſpeciem, vel phantaſticè Principe, infensà voluntate, ac læsà imaginatione; qui ut canit Petronius, *Carm.* 22.

——Toto concepit pectore flammas. Pretor.

Livor geſtorum mutat ſpeciem, eiuſque accipit colorem, ita ut inſignis fidei gratia obijciatur contumelia, atque nobile ſtrenuitatis obſequium, ſit auctoratæ maieſtatis faſtidium. Beneficia eouſque ſunt læta, quo munerabilia: at pro præmio ſufficitur damnum, ſi excedunt præmium: inſolenteſque Aulicorum blandimine malunt debita negare, quàm fateri potentiâ non poſſe ſolvere. Quiſquis coram invido extollitur,

Creſcendo cadet, & votis in damna feretur. Manil. 4. *Aſtron.* cap. 1. v. 126.

Ut Saul (qui optimus ſervus, & peſsimus dominus, uti ex Ioſepho diximus, *Tom.* 6. *T.* 9. *n.* 2.) tædio prætextum gravi corde inveniret, & *conventus malignantium* cogitationem iuvaret (quin cogitaret malignantium eſſe atque fuiſſe conventum, apud quem quod virtus vitium) totis viribus in Davidem (Principis & principatus honorem) ſcrutati ſunt iniquitatem; ut criminis ſaltem invenirent ſpeciem, ingratitudinis regentis excuſationem, denigrantes coloribus famam, & infames honori imponentes notam. De Rectore in ſede maieſtatis, & quomodò ſe gerebat ſine reſpectu ſuperioris muneris; ita Pſalm. 51. à 3. *Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?* Princeps debet gloriari in gratia, non in malitia, quod quidem non eſt gloria: igitur puerilem auctoritatem plodunt, vel hi qui plaudunt. Haud ſtudet affectatæ gloriæ, qui potens fraude: non eſt dignitas, vafritie barbara crudelis, & turpis geſtu, vultu, motuque rudis inurbanitas: malitia ſanè verborum, actionum ſuo ſenſu retorquens ſenſum, indicat vel furorem, vel cerebrum plenè vacuum. Erudimini qui iudicatis terram, ne ludentem plauſu foveatis phantaſiam. *Tota die iniuſtitiam cogitavit lingua tua: ſicut novacula acuta feciſti dolum: dilexiſti malitiam ſuper benignitatem; iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem: dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa. Propterea Deus deſtruet te*, &c. En ſpeculum Superioris inſolentis, ore procacis, eligentis propudium ex modeſtia ſubditorum. *Tunc quales mores.* Ira improbi Superioris implacabilis Pſ. 63. 3.

Quid lingua pravi non tua cogitat,
Inſtar minacis prompta novaculæ?

Præ-

Præponis omnem nequitiam bono,
Et falsa veris: exitiabilem
Cruc. *Ementiendo res piorum*
In scopulum sceleratus urges.

Qualem namque cogitemus aulam, in qua Principem horum morum videbat normam? Ita Saul: ita in bonum pravum cor.

Propert. 1. Eleg. 1. v. 6 *Et illi iam toto furor hic non deficit anno:*
Improbus, & nullo vivere consilio.

8 Siccine dum regimen: qualis multitudo aulicorum operantium iniquitatem? Sociati sunt; ut quod perspicuò inficiabatur veritas, astrueret multitudinis auctoritas, & numero prævaleret malignitas ficarijs linguis, parazonijs verbis, suavitate mollitis, sed coràm, velantes larvam; quia fide incauta prævalet cæco vulnere perfidia. Accinit Pallas lib. 2. *Epigr. Græcor.* 47.

Eius amicitia perfidiosa sutela.

Pall. *Non is tam ladit, liquido qui dixerit, Odi;*
Quàm qui synceram fingit amicitiam.
Vitabis certè quem noveris esse nocentem;
Ast illum numquàm, qui tibi dicit, Amo:
Pessimus hic certè est inimicus, quisquis amicus
Creditur, & tacità subdolus arte nocet.

Flagrabat odio pectus eminùs & comiùs, calliditate cogitans vulnera, ingeniosa sutelà: equidem arcubus tensis blanditijs dissimulatio; ut fieret plaga sagittarum in occulto, pectore tecto, quò dolus; quippe non cognitus, quousque diceret vulnus. Ars valet, odijque blandè prævalebit ingenium, ut sagittent in occultis immaculatum. *Subitò sagittabunt eum & non timebunt. Subitò* fiat dedecoris plaga, ne medicetur vulneri pœnitentia: siquidem ubi tandem tandem cognoscitur error; tunc usque ad satietatem, immaculati omninò prosciissus honor. *Subitò sagittabunt eum & non timebunt.* Nonnumquàm à tergo peccantis Nemesis. Est legis transgressio, sed nulla legis formido. Quorsùm ergo; dum solicitat dedecoris plagam, quem decebat propulsare contumeliam? Non timet catenam criminis, si in blandimen iudicis. Iuvenal. *Satyr.* 2. v. 25.

Industria malignitatis

Iuvenal. *Quis cœlum terris non misceat, & mare cœlo,*
Si fur displiceat Verri, homicida Miloni?

Cunctos ligant consortia damni, coeuntes in cœtus; quippe immaculatus eorum operibus omninò contrarius, & quia non vident nequitiam, firmaverunt sibi & ad alios sermonem nequam. Narraverunt, quod cogitarunt; ut per cuniculos subdolè absconderent laqueos, ita per embolia instructos, ut mutuò dicerent: *Quis videbit eos?* Quasi in tuto pes incedet, & cogitatione cadet: sub comitatis & benevolentiæ larva simulabitur virulenta cordis vomica. Signat Tacitus de Manlio legato Italicæ legionis: *Quamvis benè de partibus meritus* (inquit 1. *Histor.* cap. 64.) *nullo apud Vitellium honore fuit: secretis eum criminationibus infamaverat Fabius ignarum; & quo incautior deciperetur, palàm laudatum.*

Et invidi Principis.

9 Idem, quippe aulæ (semper in varijs eventibus coloris eiusdem) quæ contigerunt Davidi, studioso honoris regni; narrat sub persona Agricolæ. *Hunc rerum cursum fronte lætus, pectore anxius Princeps excepit, id sibi maximè formidolosum* (subdit in eo cap. 39. & 40.) *privati hominis nomen supra Principis attolli: Causa periculi non crimen ullum, aut querela læsi cuiusquam; sed infensus virtutibus Princeps, & gloria viri, ac pessimum inimicorum genus, laudantes.* Hinc Davidem Princeps honorabat

Idem. specie & dicis-gratiâ, ut caderet in manus Philisthinorum, & honor illi cederet in scandalum. Cavit illius aspectus, eò quòd plausus atque gratus esset omnibus. *Nobilitas*

Idem. (fatur Tacitus quò *nmm.* 8. cap. 2.) *gestique honores pro crimine, & ob virtutes certissimum exitium.* Patuit: equidem cùm redeuntis victoris videret gloriam, impulsu livoris in illum retorsit lanceam. 1. *Reg.* 18. 10. Verùm cùm irrita magis ferveret ira, perfricuit frontem, & palàm arrisit crimen: etenim videntis è sinu vota meditata fugientia, apertum hiscens putridum pectus, ruptà vomicà, evomuit furenter virus. *Locutus est Saul ad Ionatham filium suum, & ad omnes servos suos, ut occiderent David:* cap. 19. 1.

Fõner. Retorqueatur Homerus, 1. *Odyss.* v. 1.

Dic mihi Musa virum versutum, qui multum erravit.

Tacit. 10 Quid tunc non facerent Aulici, ut adularentur Principi? *Cùm damna damnis continuarentur* (infit Tacit. in *Agricol.* cap. 41.) *constat quoque aures verberatas, dum*

pes-

pessimi malignitate & livore, pronum deterioribus Principem stimulabant. Si Agricola simul suis virtutibus, simul vitijs aliorum, in ipsam gloriam præceps agebatur. Hic toto pectore fumus effutiet nigredinem, quod ut ait Senec. in *OEdip.* v. 965. *Scrutabatur lumen.* Ut conciliarent Aulici furentis gratiam; quam astutè non meditati calumniam?

Quis nunc diligitur nisi conscius, & cui fervens
Æstuat occultis animus, semperque tacendis?
Charus erit Verri, qui Verrem tempore quovis
Accusare potest.
Quid Romæ faciam? Mentiri nescio. Librum
Si malus est, nequeo laudare, & poscere: motus
Astrorum ignoro: funus promittere patris,
Nec volo, nec possum: ranarum viscera numquàm
Inspexi: ferre ad nuptam quæ mittit adulter,
Quæ mandat, norunt alij: me nemo ministro
Fur erit, atque ideo nulli comes exeo
Quid Romæ faciam? Iuvenal.

Inquit Iuvenalis, *Satyr.* 3. à v. 41. Cum flagitijs faustè vivunt, imò florent; quia vitia vitiosis placent: securi vigent tùm impunes, tùm infamiâ non infames: igitur si malè auditur de specie malignitatis, tota nota in rabiem Principis. Ad rem Stoicus, *Epist.* 97. de scelerato Clodio: *Minus crimine* (ait) *quàm absolutione peccatum est: nec ante fuit de salute securus, quàm similes sui iudices suos reddidit: qui damnationem potiùs effugit, quàm meruit; cùm eisdem vitijs gratiosus, quibus nocens conciliaturas exerceret in ipsa causæ dictione.* Senec.

His ergo perverso Principe, artibus quasi dotibus gloriantur Aulici. *Audaces sunt* (infit Canonher. d.) *insani, importuni, improbi scelesti, contumelioси, iracundi, perfidi, insidiosi, impudentissimi, petulantes, procaces, Cyclopes, Lestrigones, Antropophagi, fucatissimi, teterrimi, corruptissimi, virulenti, clavi dolorum, mallei acerbitatum, viridaria libidinum, thesauri technarum, ungulæ carnificum, gurgites vitiorum, caligo veritatis, summa vanitatis, emporium falsitatis, saburra mordacitatis, ærarium malignitatis, supellex scelerum, architecti flagitiorum, cloacæ impostrarum, stabula impudentiæ, Typus calumniæ, Reipublicæ portenta, monstra, tonitrua, fulmina, atque errones prostituti pudoris, quibus nihil momenti præter voluntatem Principis.* Canonher. *Conditiones & mores aulicorum.*

Lamentatur Satyricus abdicationem virtutis, dum ad summa dignitatum munera, flagitia potiora merita. *Ambitionis germina.*

——Magna ad fastigia rerum
Extollit, quoties voluit fortuna iocari. Iuvenal. d. v. 39.

Cuncta hæccine germina ambitionis, cuius præfati colores sunt species. *Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum*: astruit scopus sagittantium saucius David: Psalm. 108. 20. Iccircò ut certatim mererentur apud Principem, *scrutati sunt iniquitatem*: verùm cum immaculatu, tot gestis præclarè merito; *defecerunt scrutantes scrutinio.*

11 Apparet iam in arena Tautologia, quæ hucusque nonnullis videbitur didascalica: pullulabit & Litera. Per scrutinium hìc non intelligitur examen alicuius circa scientiam, quæstionem aut virtutem, de quo cap. 1. de *Offic. Legat.* cap. *Licet*, & de *Appellat.* cap. *Constitutis.* Concil. Trident. *sess.* 23. *cap.* 5. de *Reformat.* & *sess.* 24. *cap.* 18. Hostiens. lib. 1. rubr. 12. & latè Tuschi, verb. *Scrutinium.* Hoc enim sensu Apuleius, *Metamorph.* lib. 9. inquit: *Postremùm Magistratibus placuit, obstinatè denegantem scrutinio detegere.* Quo loco Philipp. Beroald. subdit: *Annotandum, multa esse verba vernacula, protrita, plebeia, vulgaria, quæ in usu sunt eruditorum; ut Scrutinium hoc loco ponitur pro scrutatione, investigationeque, sicut passim vulgò loquuntur; ab eo verbo, quod est Scrutor, nimirùm scrutinium derivatur. Potest & adverbium esse Scrutiniò, eodem tamen significatu.* Nonnulli Criticorum, dum inveniunt in AA. *Scruta*, legunt *Scrutinia*: maximè si vox ad latrocinia retorquetur, quippe in furtum latrones cuncta scrutantur. Scruta ergo sunt vel veterata indumenta vel furta futilia. Testimonia attestantia præfatas acceptiones, videsis apud AA. de huiusmodi quisquilijs digladiantes: Lævin. Torrent. in illud Horatij, 1. *Epist.* 7. v. 65. *Tunicato scruta popello.* Sueton. in *August.* cap. 40 Aul. Gell. *lib.* 3. *cap.* 14. ad illud Lucilij: *Scruta ut væniat scrutarius laudat.* Turneb. 5. *Adversar.* cap. 13. Cœl. Rhodigin. *lib.* 19. *cap.* 16. & novis-

Scrutinium pro examine. Apul. Beroald. *Quid sint scruta?*

viſsimè 3. Tom. *Criticor.* Durant. Caſel. lib. 1. *Variar.* cap. 11. Cuncta miſſa facio, quippe nullatenùs noſtro deſerviunt inſtituto.

12 Scrutinium propriè eſt curioſitas ſtudioſa & avida cognoſcendi occulta. Geneſ. 31. 34. *Scrutanti omne tentorium.* Pro ſcypho Ioſephi diſpenſator, *Saccos ſcrutatus:* ibid. 44. 12. Iudith. 8. 33. *Vos nolo ut ſcrutemini actum meum.* 3. Reg. 20. 6. *Scrutabuntur domum tuam.* Idem, 1. *Paralip.* 19. 3. *Eccli.* 41. 27. & *Abd.* v. 6. In eadem acceptione apud Ethnicos. Petron. ſæpe in *Satyric.* utitur verbo: pag. 18. *Scrutari paleam cœperunt:* pag. 38. *Ut ſcrutantium eluderet manus: at ſervus publicus arundine omnia etiam foramina parietum ſcrutatur.* Denique pag. 45. *Quis prohibet navigium ſcrutari?* Iuvenal. *Satyr.* 5. v. 95. *Retibus aſſiduis ſcrutante macello, dum gula ſævit.* Et Lucret. *lib.* 3. v. 989. *Magno ſcrutentur pectore.* Erant olim Philoſophi Scrutatores, dicti *Sceptici* ex ſchola Pyrrhonis, de quibus Gellius, *lib.* 11. *cap.* 5. *Quos Pyrrhonios Philoſophos vocamus, hi Sceptici Græcè, quaſi Quæſitores, & conſideratores. Nihil enim decernunt, nihil conſtituunt; ſed in quærendoque conſiderandoque ſunt, quidnam ſit omnium rerum, de quo decerni, conſtituique poſſe.* Illorum amentiam ſignavimus, *Tautolog.* 2. *D.* 5. *n.* 2. Hi ſanè objiciuntur in malignitatis ſpeculo, tamquam deficientes ſcrutantes ſcrutinio. Sic dicebantur ſatellites, qui ingredientes ad Principes explorabant Scrutatores; queis utebantur timidi conſiliatrice tyrannide, uti obſervat Bulenger. lib. 2. de *Imperator. Rom.* cap. 22. Herodian. *lib.* 3. Alex. ab Alex. lib. 5. cap. 24. hicque Tiraquell. Sueton. in *Claudio*, cap. 35. *Nihil æquè tam timidus ac diffidens fuit. Primis imperij diebus quamquàm iactator civilitatis, neque convivia inire auſus eſt, niſi ut ſpiculatores cum lanceis circumſtarent, militeſque vice miniſtrorum fungerentur: neque ægrum quemquam viſitavit, niſi explorato prius cubiculo, culcitriſque & ſtragulis pertentatis & excuſsis: reliquo autem tempore ſalutatoribus ſcrutatores ſemper appoſuit, & quidem omnibus, & acerbiſsimos.* Etiam cum fœminis, innuit idem in *Auguſt.* cap. 69. Quam quidem conſuetudinem amandavit Veſpaſianus, ut idem dicit in eo, *cap.* 12. Marc. Antonius, & Alexander Severus, ut referunt in eis Iul. Capitolin. & Æl. Lamprid. etiam fuit uſus ſcrutandi transfugas, quem ni omiſiſſent Romani; minimè tantam cladem ad Thraſimenum lacum ſub Annibale ſubijſſent; uti obſervant Plutarch. in *Annibal.* & Sil. Ital. 5. de *Bell. Punic.* Videtur uſus ſumptus à Græcis, ut videri eſt apud Iuſtin. *Hiſtor.* lib. 38.

Quid ſcrutinium?

Petron.

Qui Philoſophi Pyrrhonij & Sceptici?

Aul. Gell.

Qui ſcrutatores? & quot?

Sueton.

13 Hæc curioſa voluntas ſcrutatione, ſivè diligenti vigili ſtudio, exercetur ab hominibus in rebus parvi momenti, nullius momenti, & magni momenti. Parvi, erga res futiles ac vanas: nullius, erga ſuperſtitioſas: magni, erga divinas. De primis aptè Senec. *Epiſt.* 1. dicit, otioſos eſſe in negotio: *Operosè nihil agunt:* de *Brevit. Vitæ*, cap. 13. & Eccli. 3. 24. *In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus non eris curioſus.* De Callicrate ait Solin. cap. 6. *Formicas ex ebore ita ſculpſit, ut portio earum à cæteris ſecerni nequiverit.* De illo & Myrmecida addit Ælian. 1. *Var. hiſtor.* cap. 17. *Quadrigas fecerunt, quæ ſub muſca poſſent abſcondi, & in ſeſamo diſtichon elegium litteris aureis inſcripſerunt: quorum ſanè neutrum, meâ ſententiâ, homo prudens & virtutum ſtudioſus prædicabit. Quid enim hæc aliud, quàm temporis vana perditio?* Adrian. Iun. *lib.* 1. *cap.* 7. aſſerit, ſe vidiſſe artificem qui in ceraſi nucleo inclusit quindecim paria teſſerarum, ſuis punctis affabrè diſtincta. Cœl. Rhodigin. 17. *cap.* 31. refert (fides penes illum) quendam fuiſſe tempore Alexandri Magni, qui ciceris grana per longius miſſa intervallum, citra fruſtrationem in acum infereret: quod contemplatus Alexander, ut qui eſſet ingentis ac generoſi ſpiritus Rex, hominis vanitatem irriſam leguminis eiuſdem modio cenſuit donandam. Addit Iul. Cæſar. Scaliger, *Exercitat.* 336. ad Cardan. pulicem aureola catenula collo vinctum, atque in delicijs habitum. Idem Henric. Salmuth. in *Pancirol.* p. 2. titul. 10. Plura alia præmiſi, *Tom.* 6. *Tautolog.* 8. *n.* 29. De inſigni ſtultitia; *Tom.* 5. *T.* 8. *n.* 19. De futuli vana, nugivendula, fictitia ſcientia; ibid. *Tautolog.* 9. *à n.* 19. & *Tom.* 3. *T.* 3. *D.* 3. *n.* 8. Hi ſunt *conquiſitores ſæculi*, ut ait Doctor Gentium 1. Cor. 1. 20. ſemper diſcentes, & abdita ſcrutantes, & numquàm ad ſcientiam veritatis pervenientes; quia incumbunt futilibus, obſervantes vanitates ſupervacuè. Conſule Chryſoſtom. *Orat.* 19. *in Epiſt. ad Epheſ.* Auguſtin. *Tract.* 45. *in Ioann.* Senec. *Epiſt.* 48. igitur tot otiosè diſcuſsis, ſedent tantùm in concilio vanitatis. Manil. lib. 5. *Aſtron.* v. 119.

Res futiles non laudandæ.

Varia futilia.

—*In nullo ſunt otia fructu,*
Sed populum turbam petunt, rerumque tumultus;

Manil.

Alijs

14 Alijs verò nocendo urget curiositas in vanitates & insanias falsas, more Ægyptiorum Mystarum, qui sub titulo arcanæ doctrinæ figuris monstrosis, ansam præbuerunt idololatriæ, arridentes nonnumqàm Hebræorum genio, quo, quia extollebatur plausu, Iosephus deliravit studio: igitur figurat Cherubim callens uti sacerdos, de illis 3. *Antiq.* cap.6. dicere est ausus: *Operculo Arcæ impositæ erant effigies duæ, quas Hebræi Cherubim appellant: ea sunt animantia volucria vovà specie, nec unquàm cuiquam hominum visa, quæ Moyses in Dei solio viderat figurata.* Impostor insignis ductus mulcimine Ethnicæ vanitatis. Ex umbris ac figuris quibus loquebantur Propheræ, concinnabantur ab Ethnicis suorum Numinum ad simulacra figuræ, unde 1. Machab. 3. 48. dicitur: *Expanderunt libros legis de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulacrorum suorum.* Vide *Tautolog.* 9. àn. 10. Gentiles surripiebant ab Hebræis sacra, dum hi ab illis æmulabantur gentilica: *Ecce omnis similitudo reptilium (& animalium abominatio, & universa idola domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum*: Ezech. 8.10. & pessimus Achaz, in cuius imperio exterminium divini cultus; videns altare Deorum Syriæ, *misit ad Uriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius.* 4. Reg. 16.10. Intuitus studiosus Ethnicorum (qua de causa scrutatio dicitur) duplex fuit: tùm ut sacrorum maiestas torqueretur in fabulas: cùm ut illud ab illis ex sacris Biblijs confictum commentum, cederet commendatiùs in simulacrorum cultum, accipientes oracula & sortes, quomodò fiebant ex Sibyllinis libris, quamquàm fictitijs; de quo passim Tit. Livius, in quibus sub Sibyllarum titulo, furtivè inveniebantur cogitationes pro voto. Quare cùm deciperentur fraude, credentes folium recitari Sibyllæ; *Augustus* (ut in eo ait Sueton. *cap.* 31.) *quicquid fatidicorum librorum Græci Latinique generis, nullis vel parùm idoneis auctoribus vulgò ferebatur; supra duo millia, contracta undique, cremavit.* Adi *Tom.* 6. *Tautolog.* 5. num. 43.

Iosephi.

Superstitiosa.

1. Mach. 3. 48.

Sueton.

15 Quæ, ut cogitata per scrutationem crederentur, estò cognita inania; non sunt cogitata embolia? *Circa id prope tempus, quo Emmanuel Rex Portugalliæ* (inquiunt Petr. Bertius Beverus in *Descript. Americæ*, fol. 621. & Christophor. Besold. *Increment. Imperior.* cap. 4.) *Orientalem Indiam subegit; Ulyssipone florebat Hermicus Caladus. Is carminibus latinis commentus est Sibyllinam vaticinationem, columnis marmoreis inciſam, qua per ambages signabat sub imperium & ditionem Lusitanorum Indos aliquando perventuros. Lapides eos datà operà detruncans (ut aliqua essent vestigia antiquitatis) in promontorio quodam prope oppidum Syntram obrui præcepit. Ubi verò marmora defossa vitium aliquod feciſſe humore terræ iudicavit; ad certam diem invitat amicos in villam suam, quæ loco proxima fuit, ubi vaticinium occultum erat. Cùm igitur accubuissent omnes, ecce Hermico nunciatur, in fundo fossionibus incumbentes in lapides incidiſſe, quibus litteræ inscriptæ essent, indices magni thesauri: sic enim rustici opinabantur. Nec mora, simul omnes, ingenti alacritate, relictis epulis accurrunt, columnas defossas intuentur, confestimque extrahi iubent. Legebantur postea hæc carmina Sibyllina:*

Volventur saxa litteris, & ordine rectis;
Cùm videas Occidens :::: Orientis opes.
Ganges, Indus Tagus erit, mirabile visu!
Merces commutabit suas uterque tibi.

Tum verò omnes pro se quisque versus illos fatidicos admirari, eosdemque curari describendos, perferre Ulyssiponem, totique porrò ostentare mundo. Hermicus non fuit scrutator, sed impostor. Invenit in cerebro, quod dicebat sub Orco: prudentiumque excitavit risus, quia evanuit color, & apparuit fucus. Non secus antiqua Ethnicorum Oracula per idola, & Poetarum figmenta. Totus ergo furor divinationis de præteritis. Diximus *Tom.* 5. *T.* 7. *àn.* 32.

Affruitur lucra phantasia per embolia.

Unde & quo modò Ethnicorùm vaticinia?

16 Ridiculæ scrutationes videntur in Cabalistis, qui fatui & infatuatores (fingentes quinquaginta portas intelligentiæ, & ad scientiam tringinta & duas semitas) in nulla ponunt gressus suos, neque ingrediuntur per portas has cerebro quassato, sed scrutinio promunt cogitationes sine intellectu. Exod. 23. 23. *Præcedet te* (Hebr. *Melacho*) *Angelus meus.* Inquirunt: Quis est iste Angelus? Respondent *Michael* per metathesim. *Melachi* & *Michael* anagrammaticè eiusdem litteris constant. Felix scrutinium! Eisdem etiá elementis constituuntur ac *Michael*; *Chamiel, Chimael, Machiel, Ichamael*, & *Imachel*: quæ profectò nomina significant Angelum ignis, plagarum, exterminij, vastationum

Ludibria scrutationes Cabalistarum. Metathesis.

& doloris. Illustris combinatio ! Transit Cabala hinc etiam in Arithmeticam. Quæritur, quid sit *Susan*, ideſt, Lilium in libro Esther ? Respondent, *idem quod Esther* : igitur utraque vox continet numerum 661. Papæ ! Quis est servus Abrahæ *Eliezer*, ideſt, *Dominus meus adiutor* ? *Ipse*, respondetur, *Abraham* : utrumque enim nomen habet numerum 318. Hinc ne 318. vernaculæ domus eius ? Fatiscant nugamenta : proculcetur in sterquilinio huius sapientiæ ludicræ sal infatuatum, sal insulsum. Ab aliis frivolis huiusce furfuris supersedeo, videndis, si ingrata placent, apud Morinum, *Exercitat. in Pentateuch. Samaritan.* Paul. Riccium, de *division. Cabal.* Alexandr. Farram, de *Philosoph. Symbol.* Maximilian. Sandæum, de *Cabal.* Galatin. de *Arcan.* lib. 1. Kircher. *Gymnas. Hieroglyph.* Class. 2. cap. 2. & Class. 4. cap. 1. Plura diximus *Tom. præced. T. 1. à n.* 17. De numeris mysticis, adi Ambros. 1. de *Abrah.* cap. 3. Rupert. in *Genes.* lib. 5. cap. 15. Maluend. fusè lib. 9. de *Anti-Christ.* cap. 23. Alapid. in *Genes.* 14. 14. & in *Apocal.* 13. 17. cum Alcazar & Viegas. Denique Eugubin. 2. de *Perenni philosoph.* in illud Sibyllæ de Iesu: *Erunt nomen eius octo monades, octo decades & octo hecatondades*: hoc est, 888.

17 Rabbini huiusmodi ineptiarum lacte nutriti, abominabiles facti sunt in studijs suis: unde uti diximus, *Tom.* 4. *T.* 3. *n.* 23. gloriabundus R. Moyses, seu Rambam in *Genes.* exordio, inquit: *Quicquid contemtum est in divina lege Hebræorum vel sensu allegorico vel litterali, per dictiones vel Arithmeticas supputationes, vel Geometricas litterarum figuras, sive transcriptas seu transmutatas, vel harmonicas consonantias, quæ ex formis characterum, coniunctionibus, separationibus, tortuositate, directione, defectu superabundantiâ, minoritate, maioritate, coronatione, clausurâ, aperturâ & ordine litterarum resultant.* Huius vestigijs hærens alter Moyses Gerundensis subdit: *Omnia hæc cognovit per legem, & omnia invenit in ea per expositiones, per grammaticas subtilitates, & per litteras eius, & calamistrationes eius.* Ain mi homo ! Eges elleboro. Hæ sunt *Deuteroses*, ideſt, Traditiones, *in quibus Iudæi universam scientiam ponunt* : ait Hieronym. *Epist.* 143. ubi Henricus Gravius subdit: *Hebræi habebant deuteroses multas : quas tanti faciebant, ut earum causâ divina interdum præcepta frangerent ; sicut latè hunc errorem illis Christus ante oculos ponit.* Hinc Petrus 1. *Epist.* 1. 18. vocat vanam conversationem paternæ traditionis : quarum æmulator Paulus, postquàm frugi redijt, inquit: *Fabulas Iudaicas, & inanem fallaciam secundum doctrinam hominum, secundum elementa mundi, non secundum Christum.* Coloss. 2. 8. 1. *Tim.* 1. 4. & 4. 7. Videsis apud Kircher. totam Hebræorum Cabalam, & cuius nugis compacta Saracenica, abominationibus scatens.

R. Moys. Maim.

Delitia Rabbinorum.

Gerundens

Hieronym *Traditiones.*

Grav.

18 Audiamus seu hauriamus salutem ex inimicis nostris. R. Hecados, de Dei nomine 42. litter. ideſt, de nomine Iehova resoluto per nuemros, ita loquitur: *Quoniam verò nihil in Deo quod non sit Deus, ex nomine duodecim litterarum emanat nomen quadraginta duo litterarum, quod est Pater Deus, Filius Deus, Spiritus Sanctus Deus, trinus in uno, & unus in trino, quæ in Hebræo 42. litteræ. Notare autem debes hæc nomina esse ex divinis arcanis, quæ à quocumque occultari debent, quousque veniat Messias iustus noster : illa tibi patefeci, tu vero ea occulta fortiter.* Leonard. Mar. in *Exod.* 15. Digress. de *Nominib. Dei*, cap. 12. num. 112. & Kircher. d. *Class.* 4. cap. 4. ubi leges scrutinium litterarum in dictiones septem ad nominis formationem. Talmudici suppositium arbitrantur Hecados testimonium. Suffragor : elegisset priùs uri, quàm Trinitatem fateri. Nos credimus, sed minimè huiusmodi erutam veritatem per Cabalam, aut ullam litterarum comminationem : commodius illis, præbere fidem : at durissimæ sunt cervicis, incumbuntque dum taxàt ineptijs. Taxavi ex Genebrardo *Tom.* 6. *T.* 8. *à n.* 26. Hi in Scriptura non scrutantur arcana, sed scrutationes scrutantes paleam, ut diximus *n.* 12. officiosi sine fructu, & fastidiosi ex inutili obsequio. Appositè Ennius *in Iphigen.* apud Aul. Gell. *lib.* 19. *cap.* 10.

R. Hecados.

S. Trinitas & una Deitas à Rabbino fossa.

Otio qui nescit uti, plus negotij habet,
Quàm cùm negotium in negotio:
Nam cui quod agat institutum est, nullo negotio
Id agit : studet ibi, mentem atque animum delectat suum.
Otioso initio animus nescit quid velit:
Imus huc, hinc illuc : cùm illuc ventum est, ire illuc lubet.
Incertè errat animus, præterpropter vita vivitur.

Ennius.

Nihil nugipolyloquides, ut magna, ac mirabilia viderentur effari, intactum reliquere; quasi

quasi invenissent semitas circumventionis in quinquaginta portas impostura, maximè postquàm dispersi : igitur fraudum callidi artifices, vivebant veteratores. Romæ data est illis silva, sive nemus sacri frontis, & ibi sub arbore in aures fœminarum, arioli votorum, instillabant superstitioso murmure, quæ divinabant appetere. Iuvenal. *Satyr.* 3. à v. 13. & 6. à v. 543. accinit:

Hebræi nugivendulique impostores sub iudicris mysterijs.

Nunc sacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis: quorum cophinus fœnumque supellex.
Omnis enim populo mercedem solvere iussa est
Arbor; & eiectis mendicat silva Camenis.
Cùm dedit ille locum, cophino fœnoque relicto
Arcana Iudæa tremens mendicat in aurem.
Interpres legum Solymarum & magna sacerdos
Arboris, ac summi fida internuncia cœli:
Implet & illa manum, sed parcius ære minuto.
Qualiacumque voles Iudæi somnia vendunt.

Iuvenal.

Elucent vel ex Ethnico Hebræorum exercitia, & illorum scrutinij deaurata embolia; per transennam tacta, *Tom.* 5. *T.* 10. *n.* 53.

19 In rebus magni momenti scrutinij debet esse curiositas, quæ uti diligens exprimitur tautologicè, repetitione sententiæ, ac animi aviditate. *De qua salute scrutati sunt Prophetæ, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi.* Hinc sæpe *Psalm.* 118. Scrutari legem, præcepta Dei & mandata: idest, per apices discutere; ne mens apice removeatur à lege. Hoccine pro diligentia intuitu, dixit Assertor N. peritis legis: *Scrutamini scripturas.* Ioann. 5. 39. hoc est, diligenter quærite, disquirite & explorate. *Ad Scripturarum non simplicem & nudam lectionem, sed ad investigationem perquàm diligentem relegavit. Non enim dixit: Legite Scripturas, sed Scrutamini: divina enim summà indigent diligentià: in umbra enim Maioribus illis non aperte locutus est. Iccirco effodere profundius iubet, ut quæ altè delitescunt, invenire possimus: non enim rem in superficie, & in promptu positam effodiemus; sed quæ tamquàm thesaurus profundè reconditur.* Sic exponit hìc Chrysostom. *Homil.* 11. Ita enim qui quærit invenit, & pulsanti aperietur, eo modo quo Thessalonicæ, *susceperunt verbum, cum omni aviditate quotidiè scrutantes Scripturas, si hæc ita se haberent.* Act. 17. 11. Necesse est, quòd nucem frangat, qui nucleum avet in escam. Omissionem huiusmodi solicitudinis in rebus momenti, ita taxat Homerus, 23. *Odyss.* v. 99.

Expositio. 19

1. Petr. 1. à 10.

Chrysost.

Neque fedens verbis interrogas, neque scrutaris.

Homer.

Nonnumquàm gens Hebræa cum corde lapideo gerebat viscera putrida: & quem per signa debebat quærere & credere, interficere curabat, quia multa signa faciebat. Vaticinatus est Moyses, Deuter. 28. 66. *Erit vita tua quasi pendens ante te, & non credes vitæ tuæ.* Propterea illis dicit Christus: *Scrutamini Scripturas, quia* (pro *Eò quòd*) *vos putatis in ipsis vitam æternam habere; & illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Nervosè Chrysostom. d. *Non inquit, Habetis, sed Putatis habere; ut demonstraret, nihil eos solà lectione proficere. Non immeritò inquit, Putatis; quoniam ipsi credere nolebant, sed in sola lectione gloriabantur.*

f. Quia pro Eò quòd.

20 Nullus nervosiùs textum exponit, uti Paul. Burgensis. Cognitio Dei per sacræ Scripturæ scrutinium habetur: *Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eum:* Psalm. 118. 2. Mysteria ibi latentia non sunt quærenda solùm superficialiter & perfunctoriè; sed diligenter & per modum scrutantis. Non solùm ex Scripturis sacri Canonis, scilicèt veteris testamenti sunt accipienda testimonia Christi; sed etiam ab alijs scripturis apud ipsos Hebræos autenticis: & ideo dicit, *In quibus putatis vitam habere:* q. d. Non solùm scrutemini Scripturas, in quibus verè vitam æternam habetis, quæ in sacro Canone veteris testamenti continentur; sed etiam illas, in quibus putatis vitam æternam habere: scilicèt quæ apud vos sunt autenticæ, licèt in se auctoritatem non habeant. Deinde in Scripturæ scrutinio non est quærendus sensus mysticus, sed solùm litteralis, à quo iuxta Augustin. de *Doctrin. Christian.* efficax sumitur argumentum: & ideo Christus subdit: *Illæ sunt, quæ testimonium perhibent de me.* Testimonium enim probationem dicit manifestam, quæ ex solo sensu litterali habetur. Licèt sensus litteralis ex significatis primariò per voces accipiatur, ad quem videbatur sufficere *Legite*; indiget scrutinio, ad litteræ intellectum percipiendum; quia sunt dictiones æquivocæ, requirentes scrutinium rationis, ut constet quo sensu accipienda diversa: sunt enim ibi multa

Quæ requisita in Scriptura scrutinium.

propriè, multa metaphoricè tradita. Sunt etiam in ſacro textu antilogiæ: oportet enim recurrere ad rationis indaginem, ut quæ videntur oppoſita, ſcrutinio veritatis concilientur. At Phariſæi ſcrutantes, cùm Chriſtum ſcrutinio toto corde non requirerent, pravo genio & ingenio; defecerunt ſcrutantes ſcrutinio: ſiquidem ſcrutabantur ſcripturas haudquaquàm ut veritatem invenirent, ſed ut expellerent. Hæc voluptè decerpſi ex *Scrutin.* illius, 1.p.diſt.1.cap.1. Nos ergo ſcrutamur Scripturas, ut contra illos dilucidetur veritas, & capiantur vulpes demolientes vineas.

21 In Scripturarum ſcrutinio haud ſcrutandum quod non decet, neque debet ſcrutari, uti utebantur Hebræi in ſuis nugacibus combinationibus: quas quidem Paulus vocat *Stultas quæſtiones, contentiones, & pugnas legis*, inutiles, atque plenas vanitatis: *Tit. 3. 9. Hac igitur ratione in alias nugas incidemus* (inquit Chryſoſt. *Orat.* 19. in *Epiſt.* ad Epheſ.) *Quid, cur hæc ſi fœmina, & non omnes viri, cur aſinus, cur bos, cur canis, cur lupus, cur lapis, cur ligna? Et ad infinitam prolixitatem decidet ratio. Deus conſtituit terminos cogitationis.* Novit cogitationes hominum quoniam vanæ ſunt. *Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris. Non eſt tibi neceſſarium, ea quæ abſcondita ſunt videre.* Hinc probè quidam, ut ait Plutarch. de *Curioſit.* quid velo opertum portans, inquirenti quid portaret, reſpondit: *Neſciatur, operitur.* Dionyſ. Cato *lib.* 2.

Chryſoſt.

Curioſus ſtultus.

Eccli. 3. 22

Cato.

Mitte arcana Dei, cœlumque inquirere quid ſit:
Cùm ſis mortalis, quæ ſint mortalia, cura.

Si ratio quæritur (ait Auguſtin. *Epiſt.* 3.) *non erit mirabile: ſi exemplum poſcitur, non erit ſingulare. Demus Deum aliquid poſſe, quod nos fateamur inveſtigare non poſſe.* Iulius Firmicus ad *Mavort. Lollian.* p. ult. ſubdit: *Cælari & abſcondi pluribus tegumentis natura Divinitatis ab initio voluit; ne omnibus facilis eſſet acceſſus, nève cunctis patefacta, maieſtatis ſuæ origine panderetur.* Scrutator maieſtatis opprimetur à gloria: igitur myſteria non magna, modò comprehenſibilia ad humana intelligentia. Luculenter Bernard. 5. de *Conſider.* cap. 8. n. 18. *Quomodò pluralitas in unitate, & hac unitate, aut ipſa in pluralitate; ſcrutari, temeritas eſt: credere pietas: noſſe vita & vita æterna.* Enthuſiaſmicè Euripides in *Electr.* v. 1203.

Auguſtin.

Iul. Firm.

Quę fidei creditа, non ſcrutanda.

Bernard.

Euripid.

Nunc ſanctè cogitas, tum non cogitans.

Ambulant, ſtulti facti, dicentes ſe eſſe ſapientes, in magnis & mirabilibus ſuper ſe: unde proferentes meditatam ſapientiam, vomunt inſipidam ſtultitiam vel riſibilem amentiam. Sapientiæ iungenda Religio, quippe religio ſine ſapientia ſuperſtitio eſt: ſapientia ſine religione, mera ſtultitia: 1. Cor. 3. 19. *Quæ nequeunt ſciri, neſcire nos confiteamur* (inquit Arnob. 2. *Contr. Gent.*) *neque ea conquirere aut inveſtigare curemus, quæ comprehendere liquidiſſimum eſt non poſſe; quamvis mille per corda ſuſpicio ſe porrigat atque intendat humano.* Quæ ſupra nos, nihil ad nos. Propriè apud Baruch. 3. 23. huiuſmodi ſcioli vocantur *Fabulatores & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ*, ſed *viam ſapientiæ neſcierunt.* In foveam cadunt, dum cœlum ſcrutantes reſpiciunt. Antipater Sidonius lib. 2. *Epigram. Græcor.* quem imitatus Alciat. 104 ſuccinit:

1. Cor. 3. 19.

Arnob.

Cur religio ſcientię comes?

Meque dat ipſe neci, attentus dum ſidera ſpecto,
Neſcius exitij quod foret ante pedes.

Antip.

Quæ abſtruſa prorsùs, atque abdita Deus eſſe voluit, ſcrutati ſunt; ac naturam rerum cœleſtium inveſtigarunt (ait Lactant. de *Opific. Dei*) *quæ à nobis longè remotæ, neque oculis conſpici, neque tangi manu, neque comprehendi ſenſibus poſſunt: & tamen de illarum omnium ratione ſic diſputarunt; ut ea quæ aſſeruerunt, probata & cognita videri voluerint.* Hoc eſt, fruſtrari propoſito, animo elato, ac deficere ſcrutantes ſcrutinio, vendentes cerebri divinationem, avidè expectantibus ſcrutinio veritatem. Ad unquem quadrat, quod Diogenes Cynicus dixit cuidam oſtentatori ingenij ſublimioris, de rebus cœleſtibus diſſerenti. *Eugepæ præclare vir! Macte Numine: quàm nuper de cœlo veniſti!* Diximus, *Tom. 6. T. 8. D. 2. n. 5.* Hæc ſine ſolùm perfectiſsimè novit, qui ſolus fecit. *Proverb.* 8. à 22. Iob. 28. 11. *Profunda fluviorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit.* Sapient. 6. 4. *Cogitationes ſcrutabitur*; quippe inſi præparantur cogitationes. 1. *Paralip.* 28. 9. *Rom.* 8. 27. 1. *Cor.* 2. 10. & ſæpe in Pſalm.

Lactant.

22 Quæ ineſt iuſtis ſancta ſtudioſa curioſitas, Dei ſcrutantibus in cultum & obſervantiam ſententias; in peſsimis eſt malignitas, *ex præſcripto conſilij communis, exaggeratà verborum volubilitate*; ut inquit Petron, d. fol. 69. *Magnis artibus diſſimulatione.* Apuleius, d. *lib.* 4. quia *pari dolore commoda aliena, at ſuas iniurias metiebantur:*

Petron.

Tacit.

Tacit. 1. *Hiſtor.* 8. In rectum corde ſcrutati ſunt non veritatem, ſed cogitationem; vel quomodò invenirent quid cogitarent in crimen, ut iniqui iniquè dicerent iniquitatem: cui ſtudio ita immerſa cogitatio, ut deficerent ſcrutantes ſcrutinio. *Toti in inveniendo*: Moure. *Ad deliquium penè animi.* Genebrard. Attoniti ambulantes in circuitu amiſerunt tot ſenſibus ſenſum; quia non inveniebant etiam ſagaces, quo fulciretur vel quoad ſpeciem iudicium: fingentes & pingentes hinc inde aberrantes colorem, ut ſaltem apparens crederetur iuſti crimen. Hæc eſt *cogitatio hominis*, *& reliquiæ cogitationis*; quippe cogitationes ex cogitationibus malignis in maligna generantur, & à corde producuntur. Hebr. *Furor & reliquiæ furoris*: etenim furor eſt, quicquid cogitando machinatur pravum cor. Appoſitè Senec. *Epiſt.* 48. *Quid enim aliud agitis* (inquit) *quàm eum quem interrogatis, ſcientes, in fraudem inducitis, quàm ut formulà cecidiſſe videatur?* Totum allegoricè de Chriſto exponit hìc Auguſtinus, ac de Iudæis illi criminantibus, ac demùm interficientibus, illis technis & verſutijs, queis aulici ac filij huius ſæculi utuntur & abutuntur; quia ſapientes ſunt, ut faciant malum, machinantes, & ſimul excuſantes necem, ne illi malè audirent propter execrandum crimen: igitur in cruce patebat dira morte truculenter extinctus, in cuius ore dolus non eſt inventus. Scrutari ſcrutinio, nil aliud eſt quam deficere ſcrutando: equidem dum homo accedit ad cor altum, ideſt, ſcelus occultum, ut promat ſecretò virus; per ipſius malignitatem ampliùs exaltatur Deus. *Optamus contra id quod optavimus: pugnant vota cum votis & conſilia cum conſilijs*: ait Senec. *Epiſt.* 45. Maligni moliuntur exitia crebris pravitatis artibus, cæterùm exitus contrarius malignis cogitationibus. Chriſtus ab illis crucifigitur, verùm in cruce exaltatur. Ioſeph à fratribus venditus & uſque in thronum extollitur. De Hyrcano filio Ioſephi ſub Onia Pontifice, videſis Ioſeph. 12. *Antiq.* cap. 4. De Bellerophonte, Plutarch. de *Virtut. Mulier.* Homer. *Iliad.* 6. Horat. 3. *Carm.* Od. 7. Hygin. lib. 2. fab. 19. Palæphat. *lib.* 1. *fab.* 29. Apollodor. *lib.* 2. n. 7. & Eraſm. *Chiliad.* 2. *Centur.* 6. *n.* 82. Patuit in Claudio: dicit Sueton. in eo *cap.* 10. quòd auditâ cæde Caligulæ *inter prætenta foribus vela ſe abdidit: latentem fortè diſcurrens gregarius miles, animadverſis pedibus, è ſtudio ſcitandi quiſnam eſſet, agnovit; extractumque & præ metu ad genua ſibi accidentem, Imperatorem ſalutavit.* Eccle. 4. 14. dicitur: *Quòd de carcere cateniſque interdùm quis egrediatur ad regnum.* Senec. in *Thyeſt.* à v. 34.

Expoſitio 2.

Pſ. 75. 11.

Senec.

Quid ſcrutari ſcrutinio?

Senec.

Impiorum oppreſſio eſt iuſtorũ exaltatio.

Sueton.

——*Ex miſero potens,*
Fluctuque regnum caſus aſſiduò ferat.

Senec.

Exempla refert Mlap. loc. cit. & *Eccli.* 10. 28. ex Plin. *lib.* 35. *cap.* 18. Textore 2 *Officin.* cap. 24. Haud aliter accidit Principibus Sacerdotum inutilis cogitatio: *Scrutati ſunt iniquitatem*, ſed *defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.* Euripides in *Ion.* à v. 830.

Nomen ſceleris eſt obfictum:
Deprehenſi ſuam culpam conferunt in Deum,
Semper odi (Hei mihi!) viros improbos,
Qui molientes facinora iniuſta, de in machinis adornant.
Deus non eſt mentitus, ipſi mentiti.

Euripid.

23 Tota hiſtoria eſt de Davide, poſtquàm effloruit clarus victo gigante; & ob cuius plauſum Regem invenit infenſum. Saul ergo per illum fauſtus & fautus (quippe ſine illo coronæ avolaſſet decus) omnium ſcelerum forma, & vita ſubditi immaculati inſidiarum ac vexationis materia; quin aliquid fieret, quò non peccaſſet. Laterones ut arriderent etiam à dæmone poſſeſſo, obſervabant geſta *ſcrutantes ſcrutinio*, Argolicâ impoſturâ, Ulyſſea ſutelâ, omnigena fallaciâ, calliditate ſummâ, irruentes in illum verbo, opere ac cogitatione, conventus malignantium, & multitudo operantium iniquitatem. Verbo, *Exacuerunt ut gladium linguas ſuas*: opere, *Intenderunt arcum, rem amaram, ut ſagittent*: cogitatione, *Scrutati ſunt iniquitatem*: ſed defecerunt in ſcrutinio amittentes iudicium, quin invenirent defectum. Scrutinium eſt cogitatio ſolicita de abſtruſis, & maligni ſcrutabantur etiam ſcrutationes; quippe totum ſtudium, ut appareret iniquitas, ubi rutilabat probitas, adverſus iuſtum meditatà iniquitate, in ſuperbia ac verborum abuſione. *Factum eſſe ſcelus loquuntur, faciuntque*: ut verbis utar Taciti, 3. *Hiſtor.* cap. 25. Hic modus loquendi exponitur genuinè per adverbium præ ſe ferens voluntatis ſtudium, atque animi intenſiſsimum propoſitum. Magna ſolicitudine, ſcilicèt, ac conatu. Genebrard. *Altè profundè, callidè.* Septuagint. *Diligenter.* Maluend. *Aſtutè*; ut Pſalm. 82. 6. *Cogitaverunt unanimiter*: ſumpto ablativo

Expoſitio 3.

Tacit.

Geminatio pro adverbio & ſuperlativo.

pro

pro conatu & voluntate, atque verbo pro actione; uti diximus ſuis locis, *Memoriâ memor*, *Iratus iracundiâ*, *Gaudio gaudet*, *Oratione oravit*, *Plangent planctu*, *Trepidaverunt timore*, *Vitâ vivet*, & ſic alia, in quibus geminatio elucet pro ſuperlativo ſignificante operationem & effectum. Plaut. in *Pœnul.* Act. 1. ſcen. 1. v. 30. & 4. 2. v. 4. *Non lutum eſt lutulentius*: *Luteus cœno collitus*. In *Stich.* 5. 2. v. 8. *Donaſti dono*. Homer. 23. *Odyſſ.* v. 198. *Terebravit terebro*.

Expoſitio 4.

24 Aliquando fit per duplex verbum æquipollens, vel duplex nomen per epitaſim, ut exageretur actio: quo intelligitur illud Petri: *Scrutati ſunt Prophetæ ſcrutantes*. Per adverbium exponit Alap. *Acuratè*, *diligenter & ſolicitè*: etiam per geminum verbum: *Magna contentione & ſtudio perquiſiverunt & perſcrutati ſunt*. Sæpe in expreſſionem magnitudinis intenſionis dicitur; *Toto corde*, *tota animâ*, *totâ virtute*. Homer. 18. *Iliad.* v. 15. *Volvebat in mente & in animo*: 13. *Odyſſ.* v. 342. *Iram induxit in animum iratus*: & 14. v. 274. *Debuiſſem mori*, *& mortem aſſequi*. Aliquando uſus eſt expreſſionis ſuppoſiti neceſſarij, in epitaſim etiam. Plaut. *Trinum.* Act. 4. ſcen. 4. v. 5. *Portitori portorium*. In Prolog. *Pœnul.* v. 63. *Pollincto*: *pollinxerat*: & Act. 1. ſcen. 1. v. 12. *Amans per amorem*. Sic ergo in his cunctis acceptionibus poſſumus haud violenter delicare *Scrutari ſcrutinio*: etenim vijs omnibus iuxta maligni deſideria cordis, ibant Aulici in blandimen Principis pro dedecore innocentis, in cogitationum ipſarum cogitationum inventiones.

1. Petr. 1. à 10. Alapid.

Epitaſis.

Expoſitio 5.

Nunc glomerare rudis, nunc rursùs ſolvere lanas,
Nunc tenuare levi ſilo, nunc ducere telas.
Nunc gemere & varias in quæſtum vendere veſtes,
Queis ſine non poterat ulla ſubſiſtere techna,
Atque ſuis notis levibus pendentia verba.

Manil.

Modulator eſt Manil. d. *lib.* 4. *cap.* 1. v. 130. & 210. Rimulas ſcrutabantur ſed in tenebris, queis non percepti in coloribus colores. De Manlio Sura dixit Afer (ut refert Quintilian. lib. 6. *Inſtut. Orator.* cap. 4. videns illum multum in agendo diſcurſantem, ſalientem, manus iactantem, togam deijcientem & reponentem; *Non agere*, *ſed ſatagere*. Haud inconcinnè obumbratur, ſeu deſcribitur ſcrutinium Aulicorum, ſcrutinio ſcrutinia devolventium, quorum cogitationes in malum: igitur in vulnus denigrans quod cogitabant; non tantùm agebant, ſed ſatagebant.

Quintil.

25 Malignitas plus pateſcit per Verſiones. *Scrutati ſunt obliquitates*: deficiunt ſanè à tramite rectitudinis, ſi obliqua explorant: nil mirum; in circuitu impij ambulant. Quælibet res duas anſas habet, & ad modum recipientis pectore ſedet: unde cùm malitia anſam cogitationibus quærat; in rectis obliqua cogitat, tribuens pravè pravitati, quod debebat innocentiæ. Alij: *Scrutati quod ſcrutando ſcrutati ſunt*. Nulla reſipiſcentia, vel viſa per examen immaculati cauſa. Cogitaverunt iniquitates in corde, & cogitata locuti, iterando ſcrutatum ſcrutinium; ut invenirent ex novo ſcrutinio alium in dedecus ſenſum: igitur nova forsàm occurret cogitatui cogitatio, in geminato ſcrutinij ſemel peracti ſcrutinio. Vividiùs, *Nudaverunt nuditatem*, quo obijciuntur amentes, alluſione in præfatos ſcrutatores, *num.* 22. Pertentatur à ſcrutatore veſtitus, ne ſub veſte lateat gladius: Seſe præferrer furioſum, qui ſcrutaretur nudum: en malignitas & cordis pravitas: ſiquidem in colorem ſaltem criminis foverunt cogitationem; etiam nudam cognoſcentes ac videntes veritatem. Patet iam in praxi, quod apud Iobum iudicatur impoſsibile: *Nudos ſpoliaſti veſtibus*: apud Oſeam: *Ne ſpoliem eam nudam*. Meditati ſunt Aulici lenocinio Principis malè affecti, quod ni dementes cogitarent impoſsibile, nuditatis cogitatâ ſpoliatione, perſcrutationis examine: quandoquidem ita læſam meatem habebant in crimen; ut iudicarent veſtitam puramputam nuditatem. Nodum in ſcripto quærunt, ſcrutiniumque ſcrutantur; ut Principi complaceant, & furioſos ingenio verſatili ſeſe oſtendant: igitur quaſi aliquid occultari in nudo penitùs poſsit, nudam nuditatem pravitas cogitationis nudavit. *Excogitaverunt varios nocendi modos* (ſubdit Maluenda, apud quem præfatæ Verſionis) *abſolverunt conſilia ſua*, *ac in unum contulerunt quicquid ullâ diligentiâ excogitari potuit ab animo humano*: Hiſpanicus interpres egregiè: *Perficionan la inquiſicion de lo inquirido*, *poniendo en efecto lo que inventaron*, *y lo que inventò el corazon inventivo*. Scrutati & perſcrutati ſunt in cogitationis ſcelus, an eſſet reſpectus in ſermonibus illius. Unde ſcrutari ſcrutinio, eſt inveſtigare conſultò datâ operâ, ut exent ad votum, ad votum excogitata, in quo præſignatur aviditas, atque ſine requie viſcerum pravitas. Homer. 8. *Odyſſ.*

In quo ſcrutatio malignæ

Maluend.

Iob. 22. 6. & Oſee. 2. 3.

Expoſitio 6.

Maluend.

*Odyss.*v.283. *Mala animo profundè cogitans*: & 15.v. 385. *Interrogas, inquiris, scrutaris.* Euripid. in *Hippolyt.* à v. 916.

In multis peccantes, artes fexcenta docetis,
Et omnia machinamini & excogitatis. Euripid.

Demùm Plaut. in *Bacchid.* Act. 2. scen. 2. v. 54. *Hodie aliquam machinabor machinam*: & in *Milit.* 3. 3. v. 63. *Dolum dolamus.* Ita geminatione scrutinij, notatur Davidis æmulorum investigatio, inquisitio & examen exactum, atque consultum cogitatum embolium, singula expendendo, & adinstar canis indagando. *Eius solertia & sagacitas præcipua est* (inquit Plin. *lib.* 8. *cap.* 40.) *scrutatur vestigia atque persequitur.* Plinj. Haud alio intuitu dixit: *Circundederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me:* Psalm. 21. 17. Odoratu, imò subodoratu solicitabant in vexamen examen, vomentes pectoris rabidi virus, ut morcretur & periret nomen eius. Verùm defecerunt irrito voto, innocentiam scrutantes scrutinio: equidem inclaruit morum integritas, dum sibi mentita iniquitas; qua concinnarunt dolum, non solùm scrutinio scrutantes sed scrutinium, consilio impudenti phantasticæ vanitatis, quo solùm cogitantur cogitationes. Hinc videtur quomodò differant *Scrutari scrutinio, & scrutinium scrutari*: igitur hoc dicit scrutinij argumentum; & illud modum: clarebit plus in sequent. maximè à n. 30. Ubi cogitationes cogitantur. Expositio 7. Expositio 8.

26 Hæc Tautologia sæpe invenitur in Scriptura; sed cum discrimine à præterita, quippe non solùm supponit *cogitatione cogitare*, sed etiam *cogitationem.* Cogitatione cogitare, nihil aliud est, quam intelligentem secum loqui, secum aliquid mente moliri; & intùs legere corde. Quapropter in Sacra pagina usurpatur usquequaquè *Dicere* pro *Cogitare.* Iob. 29. 18. *Dicebam*: *In nidulo meo moriar.* Ezech. 20. 8. *Dixi, ut effunderem indignationem meam.* Thren. 3. 54. *Dixi, Perij.* Psalm. 52. 2. *Dixit insipiens in corde suo*: *Non est Deus.* Idem, 35. 2-72. 11-93. 7. *Luc.* 18. 4. *Rom.* 1. 22. & *Iacob.* 1. 13. Frequenterque signatur cogitatio, seu dictio cordis metonymicè; quia cor cogitationem officina, sumpto principio pro actione. *Cor senatus cogitationum*, ut ait Plaut. in *Mostel.* Act. 3. scen. 1. v. 156. Homer. 18. *Iliad.* v. 4. *Ea cogitantem animo & corde.* Idem, 17. *Odyss.* v. 66. Genes. 28. 41. *Dixit in corde suo.* Eccle. 1. 16. *Locutus sum in corde meo.* Isai. 14. 13. *Dicebas in corde tuo.* Huiusmodi lingua cogitanti secum, iuxta Bonavent. 2. p. *Theolog. Mystic.* cap. 3. Nervosè Gloriosus Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 5. *Non solùm ore, verùm in corde si murmuraverit.* Conceditur ergo cordi prolatio verbi, quæ omninò pendet à cogitatione: igitur si os cordis secreta revelat, dum aperitur; ex abundantia cordis os quasi è gurgite loquitur. *Dicere pro cogitare.* *Metonimia.* *Principium pro actione.* S. Benedict.

27 Hoc est *Cogitare cogitatione*: ut exploremus quid sit *Cogitationem cogitare*; cogitationum acceptiones exponendæ. Cogitare interdum significat Sperare. Psalm. 5. 11. *Decidant à cogitationibus suis.* 75. 11. *Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis*, &c. 138. 20. *Dicitis in cogitatione, Accipient in vanitate civitates.* 1. Reg. 18. 25. *Saul cogitabat tradere David in manus Philisthinorum.* Iudith, 13. 7. *Hoc quod credens per te posse fieri, cogitavi.* Iob. 17. 11. *Cogitationes meæ dissipatæ sunt.* Rom. 1. 21. *Evanuerunt in cogitationibus suis.* Etiam apud Profanos. Florus *lib.* 1. cap. 26. *Manlius cogitabat imperium.* Petronius, d. fol. 56. & 57. *Hæc sunt vota magnarum cogitationum. Ite opes, & magnis cogitationibus pectora implete.* Propert. 1. *Eleg.* 1. v. 17. *In me tardus amor non ullas cogitat artes.* Etiam Cogitare pro Disputare. Isai. 29. 16. *Perversa est hæc vestra cogitatio; quasi si lutum contra figulum cogitet.* Idem *Iob*, 35. 2. *Nahum*, 1. 9. & Ieremi. 4. 4. & 14. Petron. ibid. fol. 70. *Quid cogites scio.* Quintilian. quò suprà n. 24. *Cur cogitas? Quid allatras?* Usurpatur etiam pro propalare à mente cogitata. *Iniustitiam cogitavit lingua tua.* Psalm. 51. 4. *Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam.* Psalm. 72. 8. *Cogitaverunt, ut & Lazarum interficerent.* Ioann. 12. 10. Idem, 1. *Machab.* 2. 41. Apuleius, 1. *Apolog.* infit: *Impensius cæteto corpore oscolendum, quòd esset animi vestibulum & cogitationum comitium.* Alias, uti hic observat Scipio Gentilis, & Taubmann. in loc. cit. Plauti, ineptum erat dicere, cogitationes in ore concipi. Pro aceptione Propert. 2. *Eleg.* 26. v. 29. *Mare per longum cogitet ire.* *Cogitare pro Sperare.* *Pro Disputare.* Psal. 51. 4. Apul. *Pro loqui cogitata.*

28 Aliquando quoque sumitur pro Considerare, perpendere, ita ut excogitentur etiam atque discutiantur cogitata. Cogitatio est animi motus, & intelligentiæ rationis impulsus. Vernaculè: *Hacer quentas consigo.* Apud Plaut. in *Bacchid.* Act. 3. scen. 2. v. 1. *Multis modis meditatus egomet mecum sum.* Sapient. 8. 17. *Hæc cogitans apud me,* *Pro considerare.*

me, & commemorans in corde meo. Ita etiam Eccli. 37. 9. Convinantur per apodoſim, & conferuntur obiecta (in ſcholis, Species) ut animus iſcius providentiæ, inopſque conſilij, moveatur in deliberationem ac electionem, meditatò commoda & incommoda in memoriam revocando: ad quod quidem & felicem exitum ſenſus interni cuncta aſpiciunt, conſpiciunt, circumſpiciunt; introſpiciunt; quippe opus prudentis præcipuum munus rationis, Siccine Iob, 22. 12. dicitur: *An non cogitas, quòd Deus excelſior cœlo ſit?* Ioann. 11. 50. *Vos neſcitis quicquam, nec cogitatis.* 2. Cor. 10. 7. *Cogitet iterum apud ſe.* Perſpicuiùs 1. Reg. 25. 17. *Conſidera & recogita quid facias.* Tacit. 1. *Hiſtor.* cap. 16. *Cogitare, quid aut volueris ſub alio Principe, aut nolueris.* Plaut. in *Milit.* Act. 3. ſcen. 3. v. 68. *Meditemur cogitatè*: priùs Homer. 1. *Odyſſ.* v. 288. *Poſtquàm finieris & perfeceris, conſidera deinde in mente & in animo*: & 5. v. 33. *Conſultaſti mente tu ipſa.*

Pro cogitata exequi.

29 Deinde uſurpari quandoque ſolet pro cogitata exequi, mentis propoſito, maximè ſi cogitationi accedit ſolicitudo. Pſalm. 139. 5. 9. *Cogitaverunt ſupplantare*: *cogitaverunt contra me.* Iſai. 19. 12. *Quid cogitaverit Dominus ſuper gyptum.* Similiter *Sapient.* 4. 17. Ierem. 18. 8. Thren. 2. 8. Plaut. in *Pſeudol.* Act. 1. ſcen. 5. v. 137. *Statuiſti machinas.* Sophocl. in *Philoct.* à v. 556. *Tui causà conſilia ſunt; & non ſunt conſilia, ſed opera facta.* Virgil. 1. *Georg.* v. 462. *Quid cogitet humidus Auſter*: & Statius, 3. *Thebaid.* v. 551.

Quid bonus ille Deum genitor, quid ferrea Cloto
Cogitet?

Stat.

Ubi Lutatius: *Agat.* In cogitatione pariter inſinuatur ſolicitudo. Matth. 10. 19. *Nolite cogitare quomodò, aut quid loquamini.* Marc. 8. 17. *Quid cogitatis, quia panes non habetis?* Tacit. de *Orator.* cap. 2. *Sui oblitus, tantùm Catonem cogitaſſet.* Denique mentis propoſitum interdùm in cogitatione ſignatur.: Vernaculè: *Modo de vivir*: quod quidem in Biblijs indicatur nomine Viæ. Expreſsè apud Ierem. 4. 18. *Viæ tuæ & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi.* Sapient. 2. 14. *Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum.* Idem Pſalm. 55. 6. In eodem ſenſu Plutarch. in *Alexandr.* inſit: *Etiam vulnere cogitationes non deſeruit.* Petron. d. fol. 69. *Conſuetudinem meam cogitabam.* His ergo prælibatis, ſine obſcuritate. Pleonaſmi facilius delicabuntur.

Synecdoche. Actio pro fine actionis.

30 Sæpe à nobis expreſſus Scripturæ uſus, quo actio ſynecdochicè promitur pro propoſito actionis, obiecto, ſubiecto, ſive materia. In præſentiarùm ſimiliter ſive cogitatio ſumatur in bonum ſive in malum. Unde *Cogitare cogitationes* eſt aliquid introrsùm meditatione moliri. Patet ex Hebr. Pſalm. 139. 3. *Cogitaverunt iniquitates in corde*: legit itaque: *Cogitaverunt cogitationes in corde*: hoc eſt, cor eorum cogitavit mala. Vulgatus ſervat Hebraiſmum pluribus in iocis. *Cogitemus contra Ieremiam cogitationes*: ideſt, aliquid quo ſummè dirè mortificetur, ſeu moriatu. Narratur *cap.* 26. à 8. ibidemque *cap.* 11. 19. ab improbis dicitur: *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viventium.* Tunc geminatio indicat extremum malum in exterminium. Ibibid. v. 11. *Ec e ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem.* Idem ſtylus contra Idumæam: *Cogitationes eius quas cogitavit de habitatoribus Theman.* Adverſus Babylonem: *Cogitationes eius, quas cogitavit ſuper terram Chaldæorum.* Quo patet geminationem nil aliud inſinuare, niſi cogitatione meditatum obiectum, atque animi inflexibile propoſitum, opus cogitatum, ac in operis deliberationem conſilium. Exod. 31. 4. *Implevi eum ſpiritu Dei ad excogitandum.* Hebr. *Ad excogitare excogitationes.* Maluend. *Ad imaginandas imaginationes.* Ideſt, ideas modos, modulos, & artificia; ut graphicè ac politè perficerentur Tabernaculi opera: quod Act. 17. 29. dicitur *Sculptura artis & cogitationis hominis.* Hebraiſmus communis eſt, ut *Vidi viſionem*, ideſt, imaginem: *Sacrificate ſacrificium*, nempè victimam: *Plantare plantationes*: ſcilicèt arbores: *Timere timorem*, putà minas: de quibus egimus in *Prolog. Galeat* §. 4. n. 10. Conſtat ex alijs Scripturæ teſtimonijs. Pſalm. 9. 2. diviſ. *Comprehenduntur in conſilijs, quibus cogitant*: ubi obiectum expreſsè ſignatur. Similiter Pſalm. 20. 12. *Cogitaverunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire.* Helleniſmus etiam eſt. Sophocl. in *Antigon.* v. 160. *Novis in ſucceſsibus conſilium cogitans, agitans.* Lucian. in *Mercur. dialog.* quoque: *Secum deliberationem cogitabant Numina.* Inter Latinos, uſus ſchemate Apuleius *Metamorph.* 9. dicens: *Cogitabam, ſed prævenit cogitatum meum emptor.* Quod itaque *lib.* 11. tautologicè adducit: *Cogitationes* (pro *propoſita*) *exercitùs*

Ier. 18. 18.

V. 11. Cap. 49. 20 & 50. 45.

Exod. 31. 4

Act. 17. 29

cogi-

cogitabam. Quin etiam Schild. in *Neron. Sueton.* cap. 15. infit ex Turnebo : *Electus ad cognoscendas vice Cæsaris cognitiones* : hoc est, lites, vel causas. Opus enim exponitur per actionem ad opus : unde actio sumitur pro actionis fine, uti dixi etiam hìc *Taut.* 2. *n.* 38. 3. *n.* 21. 4. *n.* 28. & 5. *n.* 23. Huc adduci possunt præfata testimonia acceptionis cogitationis, pro cogitata loqui & exequi, ex *num.* 27. & 29.

31 Quàm apta expositio elucet in diversis terminis, sed eodem sensu. 2. Reg. 15. 34. *Dissipa consilium*. Isai. 29. 15. *Abscondatis consilium* : scilicèt animi propositum; quod pleonasmicè aliquando. Leonard. Mar. *Prolog. in Pentateuch.* q. 1. sect. 3. n. 22. & Eugubin. lib. 3. de *Pereun. Philosoph.* ex Oracul. Delphic. *Consilia consiliet*. Usquequaquè stylus apud Homer. 10. *Iliad.* v. 147. *Consilia consultare*. Idem 23. v. 78. 24. v. 652. & 4. *Odyss.* v. 462. *Deorum consuluit consilia*. Plaut. *Trucul.* Act. 1. scen. 2. v. 7. *Consulta sunt consilia*. Liquet ergo finem seu cogitationis obiectum per actionem cogitationis exponi. Quapropter idem est, *Cogitemus contra Ieremiam cogitationes*, ac de quo ille queritur, cap. 11. 19. *Cogitaverunt super me consilia* : nimirum, mortem diram, verbis proferentes insitam malevolentiam. *Cogitabis cogitationem pessimam*. Huiusmodi Idiotismus (Linguæ Orientali frequenter dialectus) alijque affines, percipiuntur facilè per adiectum, sive argumenti materiam, cui iungitur cogitatio. *Cogitationes sine intellectu* : Sapient. 1. 5. Idest, nugas, ineptias, & stultitias. Isai. 1. 16. *Auferte malum cogitationum vestrarum* : videlicèt, malas cogitationes. Ita Deuter. 15. 9. *Cave, ne fortè surrepat tibi impia cogitatio*, &c. Nostrates : *Mal pensamiento*. Eccli. 22. 19. *Cor confirmatum in cogitatione consilij* : hoc est, consilio pridem quæsito. Ierem. 4. 4. *Propter malitias cogitationum vestrarum*. Sic alia, *Sophon.* 3. 7. *Ephes.* 2. 3. & *Iacob.* 2. 4. Idem sensus in methodo Ethnicorum. Petron. quò dudùm, fol. 35. *Cogita balneum* : ideſt, lavare. Ibid. fol. 25. *Cedem & sanguinem cogito*. Cicer. 14. ad *Attic.* Epist. 13. *Si amabiliter in me cogitare vis* : putà, si amaveris. Ita argumenta cogitationis delicantur per cogitationem argumenti : propterea cum dicitur : *Cogitemus contra Ieremiam cogitationes*, indicat studium ardens avidumque vindictæ. *Non est enim simplex cogitatio, sed conspiratio*. Haye hìc in *Bibl. Maxim.* Syr. *Firmiter consilium statuamus*. Chald. *Testificemur contra eum falsa testimonia*. Hinc constat quid sit cogitare cogitatione, & cogitationem cogitare : primum reducitur ad cogitationis modum : secundum ad cogitationis argumentum : ita ut hoc sit, alta cogitare; & illud altè.

Ezech. 38. 10.

Ubi sup.

Quid cogitatione cogitare & cogitare cogitationem?

32 Altè & alta Deus in populum calcitronem cogitabat, dum illis per Prophetam dicebat : *Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos : cogitationes pacis & non perditionis* : & reliqua testimonia *num.* 30. At quid hoc, si Deus non cogitat? *Cogitationis nomen Dei verbo propriè non convenit* (ait D. Thom. *1. p. q.* 34. art. 1. ad 2.) *dicit enim Augustin.* 15. *de Trinitat. cap.* 16. *Ita dicitur illud verbum Dei, ut cogitatio non dicatur; ne aliquid esse quasi volubile credatur in Deo, quod non accipiat formam, ut verbum sit, eamque dimittere possit, atque informiter quodammodò volutari. Cogitatio enim propriè in inquisitione veritatis consistit, quæ in Deo locum non habet. Cùm ergo intellectus iam ad formam veritatis pertingit, non cogitat, sed perfectè veritatem contemplatur*. Ambrosius de *Noe & Arca*, cap. 4. infit : *Neque enim Deus cogitat, sicut homines; ut aliqua ei nova succedat sententia*. Astipulatur Damascen. 3. *de Fid. orthodox.* cap. 14. *Gnomen & electionem in Domino dicere impossibile est, si propriè loqui volumus : nam Gnome est post inquisitionem, quæ est de re ignota, & deliberationem, ideſt, consilium, & iudicium, ad id quod iudicatum fuerit affectus; quem sequitur electio, sic dicta, quod aliud præ alio eligit*. Ne confundaris *Gnome* est electio de lententia cogitata, quæ quidem ab Aristotele 2. *Ethic.* Signatur inter species prudentiæ. Vid. Iacob. Fabr. & Iodocum Clithtoveum, *Commentar.* in Damascen. Non ergo propriè in Deo cogitatio, consilium & electio, præut connotant investigationem & deliberationem : igitur cùm sint de futuro vel præterito; cuncta Deo sunt præsentia. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius*. Hebr. 4. 13. Unde hìc Chald. *Manifesta sunt coram me cogitationes, quas ego cogito*. Dum huiusmodi affectiones tribuuntur Deo, signantur non affectus, sed effectus : velut cùm dicitur, *Nescio vos*. Matth. 25. 12. *Qui habitat in cœlis irridebit eos*, &c. Psalm. 2. 3. ideſt, ostendet irrisione dignos. Siccine actiones cogitandi, deliberandi, eligendi, reminiscendi, & aliæ, impropriè de Deo dicuntur; ut de pœnitentia, misericordia, & gaudio suis locis adstruximus.

Ier. 29. 11.

D. Thom.

Ambros.

Damascen.

Cur in Deo non sit cogitatio?

Anthropopathos, Characteriſmus & Semotopœia

33 His igitur elucet, quid & quomodò intelligendum in Deo *Cogitare cogitationes*. Per Anthropopathos, ſeu Characteriſmum, Somatopœiàmve accommodatitie ad hominum ſenſus, ut hominibus voluntatem ſuam declaret; huiuſmodi affectus de Nnmine objciuntur: quaſi in præſenti articulo in propoſitum haud facilis eſſet deliberatio, ſeu cogitationis meditatè reſolutio. Quare cùm homo in re gravi cogitet ſæpe & recogitet, plerumque conferens etiam recogitata (quod eſt cogitare cogitationes) ita conſideratur & proponitur Deus, quùm in re graviſsima (ſcilicèt expulſione populi è terra felici, quam gratis dedit) propter iterationèm adorationis idolorum, cogitaret exilium. *Neſcio quid tacitis cogitationibus Deus agit*: dixit vel Ethnicus in *Satyric.* cit. pag. 72. Cogitare ſiccine cogitationes, eſt meditari ſine arbitro, adinſtar hominis, qui in cogitatione plura glomerat, ut ex volubilitate mentis utiliora, potiora legat, & eligat. Non ita Deus propriè, ſed præ ſe fertur ita ex humanæ affectionis ſimilitudine. At cogitatio conſideranda propoſito cogitationis, cui iungitur, ut ſuprà diximus, *num.* 31. Sumitur in bonum, & in malum; de quo fusè egimus ſuo loco, *Tom.* 4. *T.* 12. Malum indicatur per *De*, *Adverſum*, vel *Contra*. Ierem. 18. 11-39. 20. & 50.30. *Ecce ego fingo contra vos malum & cogito contra vos cogitationem.* Bonum per *Super*. Ibid. 29. 11. *Scio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, cogitationes pacis & non perditionis.* Cognoſcitur itaque cogitationum propoſitum, dum Deus ſeſe exhibet quaſi eſſet homo, neſciens quid in diſcrimine faceret, & exitus illum fugeret. Solicitabat Hebræorum corda, non ſupplicia. Corda, ut viverent iuxta legem & exularet propter flagitia cruciamen. Neceſſe erat naturæ condolore, & legibus ſuffragari. Datum ſupplicium & moleſtum, ut odio averſarentur crimen: unde pietas divina dixit, Iſai. 1. 5. *Super quo percutiam vos ultrà, addentes prævaricationem?* An tradere ſervis ſervos? Hoc clementiæ perdifficile opus: quod namque ut excuſſaret, dixit Prophetæ minaci, 18. 8-26. 3. & 36. 3. *Scribe verba, quæ locutus ſum tibi adverſus Iſraël & Iudam ſi fortè audiente domo Iuda univerſa mala quæ ego cogito facere eis, revertatur unuſquiſque à via ſua peſsima; & propitius ero.* Haud valuit indulgentiæ amplitudo, neque ad reconciliationé invitatio. Haud valuit pater, & cogitat uti iudex: igitur cùm extremis flagijs ſupplicium extremum eſſet neceſſarium; cogitatio cogitantis fuit extenſa in exterminium: igitur pœnà & gravi illatà, qua evaneſcebant cuncta eius deſiderabilia; per cogitatum ſcirent exilium, quàm acre & amarum dereliquiſſe Dominum.

Petron.

Deus vel in ſupplicio miſericors.

34 At vel iratus, guſtate & videte quàm ſuavis eſt Dominus. Non enim cogitationes eius, ut hominum concipit animus. *Iſai.* 55. 8. Cogitat cogitationes, non perditionis, ſed pacis. Cogitatio eius ſemper in bonum, ut ad illum homines revocentur etiam per ſupplicij malum: ut reſipiſcant, viruſque cognoſcant: igitur pius infert tranſgreſſoribus ſupplicium; ſed dumtaxàt in vulnera cognita vel incognita remedium. *Cogitationem ſalubrem non pernitioſam: dare vobis tandem ſpem.* Syr. Videns Deus exilium neceſſarium ex animo protervo atque proiecto in cultu ſimulacrorum; de illis cogitando pœnam decrevit, ſed *ſuper illos* cogitationem cogitavit in futuram pacem & animorum perpetuam conciliationem: quandoquidem per exilium haud expulit ut expelleret; ſed ut atraheret, ut fieret excellentia medicaminis lethale venenum criminis. Ita Summe Deus vel in pravos cogitationes cogitas. *Cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.* Pſalm. 39. 6. Aliâ phraſi utitur Homerus 20. *Iliad.* v. 254. *Cogitabat mente & animo.* Mente, cognoſcendo in eorum commodum, neceſſarium eſſe damnum. Animo, propenſione, ut removeretur improbitas & inferretur felicitas.

Infert ſupplicium in vulnerum pharmacum

Omnia præcepi, atque animo mecum antè peregi.

Vir. 6. Æn. v. 105.

Parcæ in ſolio Iovis.

Hinc Parcæ & Diræ in throno Iovis, de quarum munere latè Natal. Comes. 3. *Mythol.* cap. 6. & Virgil. d. *lib.* 12. v. 849.

Hæc Iovis ad ſolium, ſævique in limine Regis
Apparent, acuuntque metum mortalibus ægris,
Si quando lethum horrificum, morboſque Deum Rex
Molitur, meritas aut bello territat urbes.

Idem.

Ita ergo ſiſtunt, ſed comitatæ Gratijs, ut obſervat Chartar. in earum *Imagin.* à fol. 353. & Natal. cit. *lib.* 4. cap. 15. Hoc ſolium veri, ſupremi Numinis: etenim ſi à Parcis tormenta, & à Gratijs beneficia; ſunt ſpecimen gratiarum, quæcumque à throni Dei exeunt in ſpecie tormentorum. Cogitat cogitationes, an pœnà vel indulgentia comprimat iniquitates: ſiquidem ni amore reſipiſcant humana pectora, ut graſſentur ſupplicia, iacta eſt alea.

Etiam Gratia.

Ex-

35 Expositionibus præiactis conciliatur varietas lectionum. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Hebr. *Compleverunt inquisitionem inquisitionum.* Septuagint. *Scrutati sunt diligenter.* Augustin. *Scrutantes scrutationes.* Genebrard. *Altè, profundè, callidè.* Nebiens. *Compleverunt scrutari scrutationes.* Felix Pratens. *Scrutabuntur occasiones.* Caietan. *Obliquitates.* Tigurin. *Vestigant malitias per vestigatam vestigationem.* Aquil. *Fossione fodientes iniquitatem.* Apolinarius: *Intermina perquirentes.* Chald. *Quærunt scrutationem occultam.* Mour. *Prava consilia: toti sunt in inveniendo.* Syr. *Scelesti meditati in perscrutanda veritate.* Haye: *Perfecerunt quæ scrutati sunt.* Maluend. *Nudabunt iniustitias: consummaverunt nudationem nudatam: excogitaverunt varios nocendi modos, absolverunt consilia sua & in unum contulerunt quicquid ulla diligentia excogitari potuit ab animo humano, etiam summa prudentiâ prædito.* Alij apud illum: *Perficiunt scrutinium scrutatum, inquisitionem inquisitam, consummationem nudatam, scrutationem perquisitam, scrutati malitias astutè, denudabunt iniustitias, callidissimè perscrutati quisque in sinu & pectore suo: Celant, quod scrutinio scrutati sunt.* Modò mores instruendi per divina mandata, ne quid offendat qui scrutatur corda. *Varietas lectionis.*

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Iterata voce fatiscit moles invidiæ. Scrutinium est curiositas: Scrutari, eius malignitas. Caret sanè vita crimine, ubi opus scrutatione: lividique deficiunt, non invento ullo peccato; quod curiosè atque malignè scrutantur scrutinio.

2. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Qui scrutator maiestatis, opprimetur à gloria. Non intelliguntur mysteria divina hominis intelligentiâ. Ita in studio dedisce: & scrutatione deficit; quoniam ubi videntur intelligentiæ contraria, explorantur sublimiora.

3. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quod inimicis accidit erga peccatum; amicis Christi erga eius amoris ingenium, quo inventa admirabilis dilectio. Unde deficiunt, scrutantes scrutinio; quoniam minimè valent eminentem cognoscere charitatem, cuius excellentia ultra humanam progreditur cognitionem.

4. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quid sit Eucharistiæ sacramentum, quærit audax ingenium curiosum; cùm non videatur ingenio curiositatis, sed claussis oculis: deficientque scrutantes scrutinio, qui intelligere conantur quid & quomodo; quoniam non intelligitur scrutatione ingenij, sed ingeniosiore fide.

5. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Persecutio indicatur ex dignitate insolentis; & etiam legibus adversus leges, insolentiæ fautores, quos pellicit in præcipitium utilitas; ut sine causa embolijs concinnent causas. Scrutantes deficiunt, sed propositum defendunt: igitur ita munera scrutantes obcæcant; ut in illo, scrutinio permaneant, quamvis deficiant.

6. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quodnam scrutinium scrutantium? *Scrutantes scrutinio!* Dicit signanter Propheta de malignantium conventu: de multitudine operantium iniquitatem, qui quærunt iuxta mores Superiorem; indulgentem corruptelæ, faventem relaxationi: & scrutinio scrutantes, quis exibit ex suffragijs electionis; si perfectum, incorruptum in dignitate præsentiunt, in ipsa curiosa scrutatione deficiunt.

DIDASCALIA PRIMA.

Summa livoris malignitas, curiositas & crudelitas.

1 ANIMUM non alliciunt, quæ despecta: concupiscuntur insignia: & licèt infelicia; spectabilia, formosa. Unde Sophocles, in *Trachin.* v. 25. accinit: *Pulchritudo dolorem invenit.* Euripid. in *Helen.* v. 25. *Formosum sæpe mortalibus infelix.* Quicquid in famam Fortuna peperit gratiâ, vel rapuerunt merita; propter insitum decorem pravè corrupit Invidia, collocans ad aurea mala Hesperidum in horto Atlantis, virus pertficax truculenti draconis. Sophocl. Euripid.

Quisnam impacatà consanguinitate ligavit
Fortunam invidiamque Deus ? Quis iussit iniquas
Æternum bellare Deas ? Nullamque notavit

Statius. *Illa domum ; torvo quam non hæc lumine figat*
Protinus , & sevà perturbet gaudia dextrà.

Exclamat Papinius, 5. *Silv.* 1. à v. 136. Causam innuit Sallustius de *Ordin. Reipublic.* ad Cæsar. ubi : *Viros interdùm sæpè fortuna , sæpe fatigat invidia* (inquit) *quia ubi anima naturæ cessit , ipsa se virtus magis & magis extollit.* Fulmina præparantur Ephialti in exterminium , quia crescebat usque in cœlum : fitque in illum universorum commotio ; quoniam eius vel odiosis mirabilis magnitudo. Meritis præcellebat gigas : dotium ergo summa celsitas : sed cui fortuna favet , caveat se extollere in auras : equidem sursùm satagens fulgoris , inveniet fulminis. Nostrates: *Quando brillan en alto crecidos meritos; porque mueran sublimes , se arrojan rayos.* Livor summa petit : ibi, quibusque occurrit , culmine deijcit. Statius quò dudùm, v. 144. succinit:

Salluſt. *Invidia Fortunæ æmula.*

Invenere viam liventia fata : piumque
Intravit vis sæva larem. Sic plena maligno,
Imbre segès nimio , rapidæ sic obvia puppi
Invidet, & velis ad nubilat aura secundis.

Statius.

2 Scopus invidiæ celsitudo , sed pugnando. In acie cum stante pugnatur , iacens præteritur. Haud secùs acies invidiæ, incessabili conamine : etenim erga sublimia, glorioſa continuabitur pugna ; quousque viderit iacentia. Quid Stoicus ? *Sunt* (ait , *Epist.* 74.) *quos honor ipse vexet. Sunt , quos invidia* (*perniciosis optimis telum*) *inopinantes se urosque disiecit , procellæ more , quæ in ipsa sereni fiducia solet emergere ; aut fulminis subiti , ad cuius ictum , vicina tremuerunt : nam ut illic quisque ab igne propior stetit ; percussso similis obstupuit : sic in his unum calamitas opprimit , cæteros metus : paremque passis tristitiam facit , pati posse. Omnium animos mala aliena ac repentina solicitant: Quemadmodùm aves etiam inanis fundæ sonus territat ; ita nos non ad ictum tantùm exagitamur , sed ad crepitum. Circa præmium rixa est.* Hanonem legimus à Carthaginensibus damnatum , & propter ingenium , genij & ingenij artificium. Vide Plin *lib.* 8. *cap.* 16. Siquidem quicquid eminet , per livorem semper cadit. Invidia gloriæ est umbra. Umbra virtutis est gloria. Umbra ex luce nascitur , ex radijs luminis oritur : gratuletur sibi quisque de umbra , quippequàm glorioſa fama : quandoquidem si non patitur livoris fatale fulmen ; signum est , nullum habere splendorem. Hinc qui ductus in triumpho ornabatur diademate & flagello ; ut refert Rosin. 10. *Antiquit. Roman.* cap. 29. discebat in gloria , quænam triumphanti pernicioſa tela : quænam procella famæ , quænam umbra lætitiæ , quis nevus pulchritudinis , & quæ tenebræ splendoris : igitur idem erat , sese præparare in triumphum, atque livoris sustinere flagellum.

Et incessabili pugna.

Senec.

Invidiæ ruit, què splendor extollit.

Insignia triumphantiū, corona & flagellum.

3 Dicit Paulus , Corinthios alloquens. *Signa Apostolatus mei facta sunt super vos , in omni patientia , in signis & prodigijs & virtutibus.* Ita eiusdem in honore ac dignitate specimina , & in doctrina sana ; ubi æmulationes in eum grassabantur indignæ , cùm muneri credito responderet ac respondisset exactè. *Visa eius patientia, miracula , prodigia stupenda , atque facta portentosa* : subdit Alapide , hìc. In commendationem tanti culminis profectò consona prodigia, portentosa miracula: sed patientia , & omnis patientia ? Patitur ne dum miracula perficit ? Patitur , dum gloriosus tot prodigijs apparet ? Patitur : aliquorum æmulantium serpebat livor. Unde cùm spectabilem triumphum , sæpe sequatur cæci livoris flagellum ; ad tot ex miraculis genita flagra , erat in Paulo necessaria patientia. Egregia munus de cœlo datum commendabant : videntes obliquè , miraculis stupebant ; sed minimè removebant è pectore pestem ; etenim illum circumspicientes mirabilem , magis ac magis in Paulum iaculabantur furorem. Eò quòd mirabilis , displicebat oculis , haud quia miracula facta; sed quia ab illo prodigia, quæ causa aversionis , dum magis apparebat commendabilis : patientiamque Paulus ostendit , quando inter illos præclara portenta facit ; quoniam propter mirabilia, multiplicabant vulnera ex livore sine causa. Quem cœlum his signis singularibus commendat , livor insanus sine respiscentia fatigat. Prodigia phreneſim non compescebant , sed furentes in dementiam voluntariam irritabant. Iuxta miraculorum magnitudinem , extendebant debachantes acerbitatem : omnisque in Paulo patientia requiritur , ubi de cœlo miraculis illustratur ; siquidem cùm miracula essent usque in stuporem summa , necessaria ad cruciamen pro triumpho tota patientia.

2. Cor. 12. 12.

Alapid.

Ubi merè torum in signia, est necessaria patientia.

Quis

4 Quis enim dotibus illustris, tanti discriminis expers; si patitur è cœlo commendatus miraculis? Sanequàm vapulavit, etsi prodigia perfecerit: imò crescet in acerbitatem iniuria, modò innotescat perfecisse miracula. Benè conveniunt dotes & invidia. *Cùm feceris mirabilia, non sustinebunt.* Famam è præclaris gestis videbunt torvè, merita maximè decorata, ferrent ægrè: verùm nequaquàm sustinebunt, si viderint mirabilia; quippequam ad visionem non est patientia. Splendore rumpuntur,

Isai. 64. 3.

Nemes.

— *Et lilia nigra videntur.*

Ut accinit Aurel. Nemesianus, *Eclog.* 2. v. 44. Singularis periodus invenitur apud Marcum de gloria sequentium Christum. *Accipiet centies nunc in tempore hoc, cum persecutionibus.* Pende. Hoccine præmium, vel incommodum? Grave incommodum ob præmium. Munerantur adhuc in hoc sæculo merita illustria, singulari è cœlo glorià, cuius videtur splendor: continuò insidiatur livor, disponens arte flagella, unde refulgent prodigia: persecutioque signatur, simulatque meritorum fulget decor; quoniam illustris si modò splendor confertur meritis, nunc in tempore hoc accipiet persecutiones. *Ornamentum & onus*: subdit Seneca ad *Polyb.* cap. 22. Onus itaque decori, quod ornamentum virtuti; siquidem ornatum gravat, quicquid illustrat. Bonus in laudem miratur:

Marc. 10. 30. *Ubi sedet honor, insidiatur livor.*

Senec.

Horat. *Art.* v. 433.

Derisor verò plus laudatore movetur.

5 Democritus sibi eruit oculos, ne videret orbis mala: invidus, ne videat bona; placidè ferens (verùm non cognoscens) cæcitatem, quia lumen sibi videtur, non respicere splendorem. Restituit Assertor N. sanitatem manui arenti; & Pharisæi indignati, quia restituit: odibilis putri pectoris invidia, tabescit intuens miracula. Pallad. 1. *Antolog.* n. 83. inquit:

Pallad.

Grande malum livor: tamen est bonitatis in ipso
Nonnihil, oculorum lumina corque vorat.

Patet ex effectu. *Ipsi autem repleti sunt insipientiâ; & colloquebantur adinvicem, quidnam facerent Iesu.* Signantur stupidi, qui livore perciti. Insipientia est vulnus mentis, mater stoliditatis, suspendens usum rationis; qua homines desipiunt correpti furore, stimulati phrenitide, & præ cœptis atque conceptis fanatici, sæpesæpiùs arreptitij. Unde meritò pro invidia, viso miraculo designatur insipientia; quippequàm alicuius contemplantes splendorem, ictu valido cordis amittunt mentem. Vel cognità, insanus dicit: *Tanta claritas superfluit.* Vide Plin. *lib.* 4. *cap.* 7. etenim cum sine mente insaniæ sit cogitatio, livoris cogitationes sunt planè sine intellectu.

Luc. 6. 11. *Quid invidus?*

Plin.

6 Modò intelligitur difficile Siracidis testimonium. *Qui sibi invidet, nihil est illo nequius.* Unde & quomodò sui invidentia; ut mundo constet tam insana irregularis, seu potiùs impossibilis nequitia? Invidebit, qui sibi invidet; & non invidebit sibi. Qui invidet, bono cupito caret: qui sibi invidet, profectò possidet. Qua ergo lege si bonum non est alienum, claret invidia; vel bona ab invido arctè possessa, non propria? An quia livoris studio, quod videtur habere, auferetur ab eo? An quia quæ fratris, ut sui ipsius debet honorare dotes; & invidet impudenter dotibus fratris? Alia cogito in articuli propositum, ut lividus sese videat, & infelicem statum. Propter alterius inclytam famam, incidit in insipientiam, deturbantem mentem, & deturpantem rationem, ut furiosè feratur pravus affectus, quò aliena gloria & splendoris plausus. Ut posset sibi invidere, congruit à se separari; aliàs ipse non esset, cùm esset ipse felicitate & infelicitate: infelicitate, quoniam invidus: felicitate, igitur invidiosus: diciturque sibi invidere, quin possit ullus invidere sibi; quippequam cùm dementiâ vecors, insipiens, desipiens, furiosus sit, præ livore stimulante, nonnumquàm est extra se. Ideo furit, & debacchando tabescit: equidem cùm tantùm habeat secum, ut invideat, desipientem furorem; dumtaxàt valet optare phrenitidis plenitudinem. Designemus: igitur ut ait Claudian. 3. de *Consulat. Honor.* v. 93.

Eccli. 14. 6.

Furiosus, desipiens est extra se.

Est aliquod meriti spatium, quod nulla furentis
Invidiæ mensura capit.

Claudian.

7 Dicit Lucas ubi suprà. *Repleti sunt insipientiâ, & colloquebantur ad invicem, quidnam facerent Iesu.* O dirum exitium! Desipit invidia, ut inveniatur iniquitas eius ad odium. Christus quid enim mali fecit, ut mortem ei inferendam cogitaret? Miraculum fecit insigne. Satis pro causa livori: quænam liventi in insidias acrior causa, quam in pectoris morsum circumspicere prodigia? *Quidnam facerent.* Nocumenti erat propositum, de genere mali dubium. Videbant gloriam; & ante mortem, ut moreretur, cogitarunt enixè tol-

Ubi sup.

lere

lere famam. Species invidiæ sunt, seu flores radicis amaræ, *Odium*, *susurratio*, *detractio*, *exultatio* & *afflictio*. Ita Gregor. Magn. in *Iob*. 31. cap. 17. & D. Thom. 2.2. *quæst*. 36. *art*. 4. qui ibidem signat ut principium in livido diminutionem alienæ gloriæ: vel in occulto, unde oritur *susurratio*; vel manifestò, unde *detractio*. Ut medium, *exultationem* in adversis, si prævalere potest: & *afflictionem* in prosperis, si superare non valet. Hinc uti terminum odium, quippe excellentis totis viribus conatur exitium. Hac de causa Paulus dum ex prodigijs & miraculis venerandam indicat famam, exponit omnem patientiam. *Patientiam* & *omnem*, quorsùm? Pende ramos invidiæ, atque odium execrabile terminum, & cacuminis fastigium. *Contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones inter vos.* Non mirum si tot hostilitates propter facta prodigia; quòd Paulo penitus necessaria tota patientia.

Rami invidiæ.

Ubi livor, perit honor.

2. Cor. 12. 20.

8 Fecit ergo Christus præfatum prodigium, & Pharisæi cogitantes in ultionem, invidiæ eximium invenerunt modum ad exitum: igitur cùm illis videretur insigne nefas adversus religionem, vel miracula patrare in Sabbato ad proximorum salutem; ut dedecus miraculum imponitur, quod illis uti insipientibus grande crimen videbatur. Plectere miracula, erat omninò insipientia. Non erat crimen, sed sub criminis colore tolli cupiebant miraculis spectabilem. Fovebant lividi implacabile odium, & zeli larvà optatum habebant exitum: etenim cùm hominis mirabilis splendore virtutum, virtute miraculorum satagerent mortis crucis; haud satius nanciscì quibant, quàm specie religionis. Hinc perpropria imago Invidiæ (præter descriptionem factam ab Ovidio, lib. 2. *Metam.* fabul. 12. & Virgilij graphicam in suis *Phalæcis*, quam videsis in Chartar. in *Fortuna*, fol. 312.) apud Lælium Biscio. Tom. 2. *Horar. subseciv.* lib. 14. cap. 3. Sedebat in solio marcida, exanguis, cossa, virulenta: currus in triumphum, Furor: equi Timor, Tremor, Pavor, & Dolor. Ornatus pictus, sine zona pectus, & cæsaries ex aspidibus, mordens coronam, & intendens obliquè, perversè in volantem Famam; cunctis ostentans ubera, quibus plena, cum ab humeris penderet pro vento textili, umbra. Epigraphe ex alijs & præcit. AA.

Et religionis specie.

Imago Invidiæ.

Sic quisquis furit, invidetque sorti,
Testatur gemitu graves dolores:
Pallor terribilis genas colorat,
Infelix macies denudat ossa,
In virus habet ubera putria:
Vivit pectore sub dolente vulnus.
Successus hominum videt ingratos.
Ridet, dum obvij pravi dolores.
Pectora virent felle, veneno:
Inficit tabe, si famam videt.
Mordet quodcumque, si lucet decus.
Ita pus triumphat, sed tamen corruit.

Læl. Biscioli.

9 Signa profectò pectoris lividi, toxico tabidi: & licèt multos lactet invidia, uvera sanè videntur impropria; quippequàm cùm his designetur charitas, haud forma invidiæ, sed omninò deformitas. Habet ornatum pictum, & ubera ostentat dumtaxàt propter ornatum. *Lamiæ nudaverunt mammam*, ut tutiùs pectoris exercerent iram. Si, quæ in imo cordis latent, luci patescerent; omnes præcipites fugerent. Lactandi sunt in dolum, licèt alienâ specie; ut detur locus præcogitatæ ultioni: & charitatis adinstar denudat mammas, dum in ruinam subornat cordis insidias; quoniam nonnumquàm sortitur effectum venenum pravi livoris, si disponuntur in captum velamine charitatis. Quem non moveret in Salvatoris plausum, factum in templo prodigium? Quos mordebat invidentia, & impellebat vindicta; cogitantes & colloquentes adinvicem, quid in Salvatorem facerent. Repleti sunt livoris insipientia, charitatis & zeli fingentes ubera; quasi iuris illorum muneris esset, plectere leges frangentem, atque avitam profanantem religionem. Pictus erat ornatus, & pectus vomebat virus; ut caderet qui florebat prodigijs, & nisi ab ipsis, extollebatur mirabilis: alea iacta est, & prævaluit pravum cor; quippe numquàm frustratur livoris ictus, ubi furens invidia videtur zelus.

Thren. 4. 3.

Sub velamine charitatis virus vomit.

10 Conditionem huiusmodi doli cognovit & perstrixit zelus cum charitate Bernardi. *Invidiâ* (ait de *Interior. domo*, cap. 33. n. 75.) *Deus offenditur, proximus læditur, animus affligitur. Cùm mala sit omnis invidia; pessima tamen est, quæ sub specie sanctitatis, suas exercet iniurias. Sæpe enim, quando sævit in proximum ex vitio iracundiæ, ex veneno invidiæ, fingit sibi cogitatio quòd faciat zelo iustitiæ. Omni ferè hora quid ab illo fieri, considerat, & tacità cogitatione illum accusat. Surgunt causæ quotidiè innumeræ, quæ culpabilem ostendunt: occurrunt rationes, quæ ut reum esse puniendum, con-*

unt

vincunt. Crescit sæpe eousque malum, ut apud Deum se credat obnoxium illum, nisi severiùs corripiat, & de sua perversitate redarguat. Usquequò, ait, illum talem tolero? Consentire ei comprobor, si eum non corripio: consentiens autem, Deum offendo. Corripiam autem eum, ne Deum offendam. Nihil enim pro mea, sed pro Dei iniuria ulciscenda, totum facio: imò sic illum sibi restituam: proximum enim corrigere, & castigare, non est proximo nocere; sed prodesse velle. Sic se apud se loquitur maligna cogitatio. Excæcavit eam malitia sua. Putat odium suum amorem esse; & iniuria iustitiam exercere. Conveniunt undique huiusmodi malignæ cogitationes ad mentem, & fingunt se in obsequium Dei convenire, non autem odium suum exequi velle. Siccine iudicium? Proh nefas & dolor! Superi, quò perveniendum? Iterùm equus Durius titulo religionis? Denuò bos Phalaris lavà legis? Necesse est, ut veniant scandala, & invidia præbeat inhiantibus ubera: siquidem flamma ferventis in pectore ficti zeli, est furor præceps & cæcus ardor invidiæ.

Bern. *Zeli larvà stimulatur invidia.*

11 Breviùs expressit Benedictus gloriosissimus Pater. Monet studentem perfectioni iustitiæ, *Zelum & invidiam non habere.* Est Hendiadys: hoc est, zelum ex invidia, sive zelum invidentem non habere: Ita *Regul. Sanct.* cap. 4. siquidem multa ab invido & osore venena cordis deaurantur titulo legis; quasi Dei esset causa, quæ introrsùm insatiabilis vindicta. Ipse notat ibid. *cap. 72. Est zelus amaritudinis malus, qui separat à Deo & ducit ad infernum.* Audacia prorsùm, zeli præ se ferre speciem, & tota moles internam amaritudinem; sicut summa insipientia & desipientia, quòd zeli colore, alterius cum Deo solicitetur coniunctio, dum per illum zelotes separatur à Deo: quandoquidem ut excandescat animus, latet bile commotâ in corde totus infernus. Vide dicta, *Tom. 1. T. 6. D. 6. n. 5. & Tom. 2. T. 4. D. 2. & 3.* Quanta malignatus est inimicus in sancto? Sicut novacula acuta fecit dolum, ostentans pro Numine zelum, & exultante corde, quia non solùm valuit, sed prævaluit in concepta vanitate: siquidem potens in iniquitate, velamine zeli fota quasi non esset Deus gloriabatur in malitia: collocato in fronte templi non zelo, sed zeli idolo, ubi interiùs colebatur serpentium abominatio. Unde hæc & tanta potentia? *Posuerunt signa sua, signa:* inquit Psalmographus. Signa Dei leges sunt: signa sua voluntatis illegis: *Signa cultus sacri à Deo instituta, sustulerunt; ut idola, statuas, profanos cultus, inveherent, & sua trophæa:* subdit Maluenda. Sua signa posuerunt signa, ut prævalerent sine nota peccata: etenim potentibus in malitia, ut ostendatur potestas; signis Numinis leges, propria, dissoluta voluntas. Sua sunt, quippe idola, atque prolubij trophæa: & quæ sua, non ut sua oculis colentium patent; ut tutò fastidij virus in lucem vomere possint: igitur venerabile sub larva zeli, quod totum embolium & artificium invidiæ; quin de falsitate sit pudor, quamvis demonstretur error: quandoquidem si denudatur livoris corpus colorum; sine ulla entitate ex voce cognoscitur artificium. Dicit nostra Tautologia. *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Scrutinium est curiositas: Scrutari, malignitas. Caret sanè vita crimine, ubi opus scrutatione: livideque deficiunt, non invento ullo peccato; quod curiosè atque malignè scrutantur scrutinio.

S. Ben.

Idem.

Tota flamma inferni in huiusmodi fictione.

Psal 73 5.

Maluend

Ornatur signis sanctitatis.

Psal. 63 7.

12 Vidimus invidentis figuram, iudicij formam: videamus ergo invidiosi, invisi simul & causam; licèt, ut accinit ubi suprà Claudianus:

——Rabiem livoris acerbi
Nulla possit placare dies.

Detonuit in Davidem ob blandimen Saulis tota procella livoris; ita ut vicinis gentibus factus esset opprobrium, datus in subsannationem & derisum: igitur aulici locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur, diligentes verba præcipitationis linguâ dolosâ; ut deturparetur, quam adquisiverat fama. Minimè patientiâ fatigabatur improbitas, quippe glisceebat & grassabatur iniqutias. Unde immeritò cùm ob merita, concutitur; ita immaculatus queritur: *Totâ die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.* Unde ergo confusio, quando crimen non est modò? *A voce exprobrantis & obloquentis: a facie inimici & persequentis.* Hæc crimina? Sanè: non ab entitate sed à voce: equidem cùm essent inimici, contumeliosè detrahentes, exprobrantes, persequentes: sine crimine in dedecus, spargebant in vulgus criminum voces. Nemo, cuius non interest, veritatem vocis discutit: indicat sine iudicio quod audit: & cùm sit vox inimici, facilè assentitur voci; quoniam non credit, quin intercessisset crimen, criminis exprobrationem. Hæc invidiæ artificia,

Claudian.

Psal. 43 16.

Vers. 17

Invidentium artificium.

ut aliena florens laceretur fama ; maximè si cadit sub potestate : etenim cùm in exitium , zeli ducatur colore ; ad speciem corpus videtur sceleris , & totum vox exprobrantis , obloquentis , hostilis persecutoris. Hinc confusio, verecundia & pudor , quin sit voluntatis error, licèt sit dolor : etenim cum vitia facilè ab audientibus credantur , & corda fingentium non explorentur ; in auctorato infulis honoris , præclaro meritis , sedet altè verecundia , si modò lædatur fama, levi dedecoris umbrà : cumulus quippe laudum dotium illustrium , convertitur in opprobrium,& vinis in derisum.

Unde ex dedecore verecundia, licèt iniustè lædatur fama?

13 Os ergo abundat malitià , ut introducatur saltem vocibus infamia , quæ ut Plautus in *Persa* , Act. 3. scen. 1. v. 27. ait:

Plaut.

—*Infamia immortalis est*
Etiam tunc vivit, cùm creditur mortua.

Non egreditur semel ingressa ; & ut lateat vafrum pectus , tota die lingua callidè concinnat dolos. Hinc idem dicit : *Conturbatus sum à voce inimici , & à tribulatione peccatoris.* Nil mirum , si cordis conturbatio , ex quo natus fronti pudor: etenim licèt sit vox & ab inimico egressa, dedecoris manet nota ; vulnusque exprimitur pectoris , quælibet umbra splendoris. Pende : *A voce inimici , & à tribulatione peccatoris.* Unde peccatori tribulatio , quæ satiùs congruit afflicto ? A voce , qua intendit infamiam , & ut inimicus præclari infestatur gloriam : etenim cum ex voce eius constet commentitia iniquitas , quin ulla iniquitatis sit veritas; tribulatus semper est,ne cognoscatur tamquàm inimici vox. Hac de causa additur iniquitas super iniquitatem , color supra colorem , species super speciem , super fucum fucus, super dolos dolus; nec comprehendantur in superbia sua , perfectà zeli atque religionis larvà : quippequàm conterentur livoris artes , si voces inimici obloquentis dumtaxàt patescunt voces. Quapropter in dolos fœcundum concutit pectus : habet ingenium livoris

Pfal. 54. 4.

Quanta lividi solicitudo, ne imposituræ odo retur cogitatio!

Mille nocendi artes

Virgil.

14 *Loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia & in abusione.* Genebr. & Maluend. ex Hebr. *Loquuntur perversitatem , quæ infigit notam infamiæ in despectum , veteratorie , atrociter , tumidè cum fastu.* En potentium propositum , & potestas tenebrarum . igitur causà honoris , & veneratione dignitatis,modò superiori dotibus , fastosè inurant infamiam , dicunt audacter quicquid veniret in buccam:ita in fatuati potestate,in obsequium superviæ;ut novum veniat in mentem , in mentem venire posse , fotà impudentià & audacià, subditorum reverentià : etenim modò hiscat conscientiæ & innocentiæ modestissima libertas ; adiatrephià & abusione prodit meditata iniquitas:imposituræ quippe humillimam purgatione evacuationem , dicunt honoris illæsi despectam auctoritatem : tuncque animi perversitate , potestatis seducuntur abusione ; siquidem zeli specie criminis signant speciem, quoniam volunt , vel vellent videre crimen. Veteratores sunt candida vertentes nigra , quantumvis cognoscant candida : tumidèque , & ridiculo atrociter fastu abutuntur superbià; quia dicunt esse , quod vellent , & nullo modo quod vident : igitur ex vehementia conceptæ perversitatis ; quæ vident , vident iuxta desideria cordis. *Loquuntur adversus iustum iniquitatem : perversitatem.* Si iustus , innocens est ; sed illorum pravum cor , intendens in innocentis infamiam , atque dedecoris notam ; quoniam vident meritis superiorem , atque dotibus insignem : iniquèque locuuntur , quia iniquè loqui non possunt : etenim artificio perversè maculant famam ; vocantes iniquitatem , quam cognoscunt innocentiam. *In superbia & in abusione.* Abusio est interpretatione verbi : superbia in abusa potestate. Pingunt & fingunt, quod volunt: quod vellent , dicunt : & in assertionem maculæ, utuntur semper abusione superbiæ ; quippe fastu innocentiam designant uti peccatum, tanquàm in excusationem ullum non esset effugium , evanescente præcogitatà culpa , quæ inimici solùm vox , atque nihilum præterea.

Pfal. 30. 19.

Genebr. Maluend

15 *In abusione.* Quid abusio, ut innocenti ita gravis tribulatio , atque perversitas livido? In nulla sede moratur , nec gaudet quiete etsi propter livorem uratur igne. Dicit Manilius d. *lib.* 4. cap. 2. à v. 70.

Manil.

Quòd si quem sanctum videt castumque probumque
Garrulitas odiosa datur , linguæque venenum,
Verba maligna novas mussitantis semper ad aures
Crimina per populum populi fert ore bilingui.
Ardentem medios animũ libet ire per ignes.

Obijciuntur lividorum corda & officia in alienum dedecus ; verùm à Davide præ-

Ars in diffamatione, ut quod nullum, pateat crimen.

præfigitur ars & modus. *Diminuta sunt veritates à filijs hominum* (inquit) qui propter affectum aut fastidium mendaces in stateris. *Diminuta* ? Quomodò veritates diminuuntur, & veritates signantur ? A perversitate livoris, malignitate invidentis. Veritas simplex est, & indivisibilis. Patet iniquitas, ubi dividitur veritas. Quælibet res duas ansas habet : tolerabilem unam, intolerabilem aliam. Iudicatur præut videtur, & affectu quo concipitur : iuxta modum affectus interpretatur : & cum bona sit, si aspicitur benè, & prava appareat, si suscipitur malè ; ægrè fertur, si à vidente veritates diminutæ : siquidem dum objicitur opus, aut volatile verbum : sumit in calumniam malignus pravitati necessarium. Non dicit veritatem, sed speciem : non quod demonstratur, sed quod concipitur : unde cùm in opprobrium ignominiosum concipiat iniquitas, perversè patet diminuta veritas; quo vulnere minus esset doloris, totam penitùs infitiari, quàm diminuere : igitur diminuta ad fidem criminis, habet colore & colore specimen veritatis. *Varię, diversicolores, fucatæ, infectæ sunt veritate.* Iuxta huiusmodi fucos, lividus insidiosè efformat dolos, retorquens veritatis speciem, iuxta eius diminutionem, malignitatis propositum, ubi in veritate diminutà totum diversicolori falsum : etenim diminutæ veritates, non veritates, sed veritatis colores. Colorem suum habet veritatis candor : non habet, ubi versicolor. Haud est veritatis forma, ubi veritas diminutione fucata. In veritatis candida simplicitate, nimium ne crede colori : quandoquidem si colorem imbuit invidentis furor ; in pictura veritatis neque veritatis color.

Tollite fraudes, removete bilingues
Insidias, & verba doli spirantia virus:
Ut canit Claudianus, de *Bell. Gildonic.* v. 284. Tunc enim sine diminutione veritatis apparebit amabilis candor, & benemeriti devicto livore inæstimabilis honor.

16 Audiatur Stoicus erga iudicium, ut eius semper præclarè cunctorum respondentis expectationi, non credatur opprobrium. *Narrata non debemus citò credere* (inquit, 2. *de Ira*, cap. 22. & 29.) *multi mentiuntur, ut decipiat : multi quia decepti sunt. Alius criminatione gratiam captat ; & fingit injuriam, ut videatur doluisse factam. Est aliquis malignus, & qui amicitias cohærentes diducere velit. Multoties causa iracundiæ opinio iniuriæ est ; cui non facilè credendum, nec apertis quidem manifestisque statim credendum : quædam enim falsa veri speciem habent.* Sic enim veritates diminuuntur, quia diverso aspectu atque colore videntur. Cæterùm dum denudatur malitia, ita transparentia, pellucida veste veritatis objiciuntur mendacia, & virulenta colorantium viscera ; ut in veritatem confícti, fucati criminis, ad assensum & iudicium nec veritatis species. Obnoxij sunt huiusmodi improbitati, qui cognoscunt nihil esse, & ut aliquid in aliquem sint, lenocinantur Principi, cuius auxilio vel in criminibus tuti. Unde Aglauros invidiì concitata, visà sorore gloriosà, ut accinit Ovid. 2. *Metamorph.* fabul. 12.

Sæpe mori voluit, ne quidquam tale videret
Sæpe velut crimen rigido narrare Parenti.

Seneca, *Epist.* 105. *Huius incommodum & artes* (ait) *eorum & amicitiæ, qui apud aliquem potentem potentes sunt, quibus applicari expediet, non implicari ; nec pluris remedium, quàm periculum constet : maximè cùm te homines scient, quem offendere sine peccato possint.* Quo non procedet ambitione subtilis improbitas, ubi sicophantiæ vagatur impunitas, & diminutione veritatis electa, lividi Superioris conciliatur ingratissima gratia ? Quicquid cogitat nevum inclytæ famæ, velut crimen rigido vult enarrare Parenti : & dum veritatem coloribus minuit, malitiam auget ; quippequàm refert veritatis speciem, sed nequaquàm veritatem. Quid ergo inde ? Totum mendacium à simplicis veritatis diminutione : etenim in crimen cogitata deficiunt patulo dolo ; si iudices adsunt scrutantes scrutinio.

17 Totum, uti fictium, florentem gravat, sed ni fallor, fingentes meritò vexat. Unde Alexander dixit apud Curtium, *lib.* 8. *cap.* 12. *invidos homines nihil aliud esse, nisi ipsorum tormenta.* Bernard. d. *Invidia* (subdit) *quamvis semper non possit, erga quem sævit, proximum ; semper torquet possessoris animum.* Haud hoc crudele tormentum, invidiosi felicitate solatium. Maiora percipit, ubi ignominiam retorquet. Fama inter infames infamia est : infamia inter illos gloria. *Qui ad æternam felicitatem ducitur, continuà hìc adversitate deprimitur. Pro veritate contumeliam lucrum putat* (ait Gregor. Magn. lib. 10. in *Iob*, cap. 16. & 17.) *despicabilis cernitur, gratià indignus æstimatur : virtutibus emicat, vitæ meritis coruscat, honorari metuit, despici non refugit, mentem ad patientiam præparat ; & erectus ipsi*

Pſal. 1. 2

An maiùs scelus, & cur veritatem diminuere, vel infitiari

Maluéd

Claud.

Senec. *Ubi lividi cognoscitur furor, impostura neque color.*

Ovid.

Senec. *Quæritur auctoritas, ne corripiatur malignitas.*

Curt.

Bern.

Fama inter infames ignominia.

Gregor. Magn.

Iustitiâ, de perceptis contumelijs exultat. Ita ergo dum derogatur, crescit detractione fama, & invidentium invitè dispalescit ignominia. Ut astruam afflicti proferam testimonia; ne ut succinit Statius, 2. *Achili.* v. 278. videantur patienti

Statius. ——*Mœsta solatia.*

18 Hæc igitur pressi Davidis auditur vox: *Opprobrium insipienti dedisti me.* Ps.38.9 O mentis vulnus! Sed leviter feret animus, dum figitur cordi telum; quia non prudentis, sed insipientis opprobrium: quandoquidem demonstrans lividus iram, ut polluat dedecore famam; suam ostendit desipientiam. *Ego factus sum opprobrium illis.* Psam. 108.25. Factus omninò mirabilis: minimè esses, si placeres illis. Illis opprobrium, non alijs. Maior fama illis opprobria: claret malignitatis ignominia: igitur quod supereminens meritum, dum est opprobrium illis, patet illorum: *Odisti observantes vanitates, supervacuè.* Hebr. *Vacuitates nihili & mendacij.* Æmuli observat. Observent. Quod nihili, scrutantur: scrutentur. Graculare: totum malignum ac curiosum scrutinium, dicit sine entitate fictum mendacium: simulque oppressis in æstimationem meritis; cerebri, linguæ & invidiæ vacuitates. Quænam honori sensibiliora vulnera, quàm *verba præcipitationis, lingua dolosa*? Haud tuus est dolus: cuius est dolus: est vulnus. Tibi plausus: siquidem verba præcipitationis Ps.39.5 indicant illos è potestate furentes. Respiciunt *in vanitates, & insanias falsas.* Tibi consulunt: quas notant ut insanias, asserunt fictas: signant dementias, sed falsas; illorum phantasiæ veras: etenim in dedecus inaniter confingentes mendacium; præ se ferunt in opprobrium vanissimum cerebellum. Ridendi sunt, imò irridendi.

Pl.10.7 *Quicquid dedecoris ab invidis molitur, in illos retorquetur.* Ps.51.6

Thom. Mor. *Sic inter indomitos sine noxa sæpe leones,*
Luditur.

Livor eluditur, & quæ cogitabit, invitè patitur. *Confusam vitam & perturbatam impotentes agunt: tantum metuunt, quantum nocent*: ait Seneca, *Epist.* præcit. In se torquent, & retorquent iacula potestates, qui modò gloriantur iniquitate potentes; ut in iniqua livoris curiositate superabundet malignitas & crudelitas. Hiec Bisciola, d. *num.* 34. succinit.

Læl. Bisciol. *Invidus ipse sibi miser est*, propriumque vorari
Et iecur, & mêtes lacerat, comeditq; furore:
Et quoties loquitur, latitans vomit ore venenum.
Risus abest, tristius gena pallore nigrescit.

DIDASCALIA II.

Summa felicitas homini, ex Christi nativitate.

1 NOnnumquàm aliquid novitatis in studio divini amoris; ut ardeat novis prodigijs exæstuans hominis cor, quod spiritu scrutatur etiam profunda Dei: etenim si studia eius accipimus, atque corde retinemus; sciemus in schola sublimioris charitatis, quæ in Verbo incarnato, à Deo donata sunt nobis. Qui in huiusmodi arcana mysteria sæculari scientiâ accedit, scrutando dedisci. Sanè scrutando scrutationes deficit: igitur cùm facta in incarnatione tot mira, & in temporali nativitate clara miracula; haud comprehendere valet humanus, estò vigil, intellectus, quomodò in carne Dei filius, pauper & cæcus & nudus. Hæc hùc promissa, *Tautolog.* 1. *D.* 6. in quorum propositum, videnda Didascalia. Hìc enim ostendendum, quomodò dum apparet in similitudinem hominum, apparet nudus: cum splendore luminum cæcus; & in stuporem orbis, simul in unum dives & pauper. Prosper, de *Provid.* v. 516.

Ps.63.7 *Quæ nascente Christo, demonstrationes amoenis*

Rex ille & rerum dominus, sed pauperem egit,
In specie nec veste nitè nec honore superbus S. Prosp

2 De claris Oratoribus Quintilianus in *Dialogo*; vel ut alijs arridet, Cornel. Tacit. *Quò sordidiùs* (ait) *& abiectiùs nati sunt; quòque notabilior paupertas & angustia rerum nascentes, eos circumstetêrunt; eò clariora eloquentiæ utilitatem exempla dederunt: sine commendatione natalium, sine substantia facultatum egregij.* Multifariam multisque modis olim locutus est Dominus: *novissimè diebus istis locutus est nobis in filio* (inquit Paulus) *quem constituit hæredem universorum.* Filius Sapientia Patris loquitur, cùm nobis ut noster nascitur, & in præsepio deponitur. Ita pauper? Ita. Siccine commendatur eius divina sapientia: igitur à se egregia hominibus exempla virtutum, & nequaquàm commendatione natalium; cùm mater-virgo, quia locus non erat in diversorio, eum solicita collocasset in præsepio. Siccine pauper loquitur: verùm quorsùm, ut eius audiamus verbum, Pater constituit hæredem universorum? Qui

Quintil. *Pro nobis pauper.*

Hebr. 1. 2.

hæ-

hæres cunctorum, ditissimus. Unde ergo dominus omnium pauperrimus? Ex amore in homines, quibus loquebatur in assumptione carnis. Nihil habentem nasci pauperem & egenum; erat conditioni necessarium. Aliquid novi nobis loquitur, dum qui dives pauper nascitur; ut cùm homines viderent, eius fidem dilectionis agnoscerent: etenim cùm omnia haberet, universis uti posset; excedit amoris fidem, quòd pro nobis dives eligeret paupertatem. Pende emphasim verborum Pauli: *Constituit hæredem universorum.* Hæredem? Cunctorum habet, quæ in terris & in cœlis possessionem. Est universorum dominus. Omnia dedit ei Pater in manus. Quomodò hæres, in cunctis divitijs locuples? An quia quanto tempore hæres parvulus est, nihil difert à servo, cùm sit dominus omnium? Nullo modo. Sublimior amoris intuitus, licèt sit, tamquàm infans, ætate parvulus. Hæres quandiù hæres est, nihil habet in paterna bona nisi ius: & cùm Christus nascens haberet omnimodam dominationem, universorum Paulus vocat hæredem; ut clareret quanta infantis dilectionis demonstratio, ubi pro hominibus homo reclinatus in præsepio: igitur orbem possidens, illis ita pauper apparuit; quasi in cœlo & in terra nihil haberet. Ita calcatus fastus: visusque

In quo huius paupertatis claritas

Ovid. 1. *fast.*

— *Pauper in urbe Deus.*

3 Non est necessaria paupertas, sed paupertatis studiosa voluntas, ut homines traheret, cùm ad illos veniret; & respondèrent corda, audientes eius amoris studia: quandoquidem qui ministros habebat Angelos, & regnabat beatissimus super cœlos; ex aula regia cœlorum, in terris, quò caput reclinaret, tantùm haberet præsepium, & obsequium animalium. Paupertate illius ditamur, atque felices efficimur; qua demonstrat amoris studium, & quàtæ deliciæ amanti versari cum filijs hominum: siquidem cùm esset dives; præ dilectione, pro hominibus opibus (natus orbi) noluit uti. *Vidisses* (infit Marc. Senec. *Controvers. 6.*) *tectum pannis corpus: omnia membra vinculis pressa. Si possent homines, sibi sortem facere nascendi; nemo esset humilis, nemo egens: unusquisque felicem domum invaderet.* Meritò *serm. 9. de Nativit.* exclamat Augustinus: *O omnipotentia nascentis! O magnificentia de cœlo ad terram descendentis!* Potuit filius Dei eligere sortem nascendi; sed trahebatur humanæ naturæ amore. Voluit esse humillimus: voluit esse egenus. Minimè felicem, angustam domum elegit: tugurium minimè abhorruit: equidem cùm per studiosam propter homines diligeret paupertatem, ut demonstrare valeret verum amorem; effulsit abundè flammis, flagrans dilectione pectus, dum apparuit, quoniam voluit, in præsepio reclinatus, pannis involutus, tecto humili, domo despicabili, ac solicitudine puerperæ Virginis-matris, toto corpore presso fasciarum vinculis.

M. Senec.

Augustin. *Et dilectionis manifestatus*

Isai. 53. 2.

4 *Non est species ei, neque decor: & vidimus eum.* Alapid. *Claritas, decentia, forma. Ita Christus nascens.* Sanctius in *Paraphr.* subdit: *Si habitus & aspectus desideratur, quò hominum maximè capiuntur oculi, longè à Regum & Principum apparatu.* Nemo ut ille poterat exhibere apparatum maiestatis, in splendorem superioris generis. Poterat rogare Patrem; qui in obsequium missurus statim plusquàm duodecim legiones Angelorum, ut notesceret nobilitas, generis claritas, personæ decentia, atque Principatus forma; cùm esset Rex Regum, & Dominus dominantium. Cuncta hæc specimen eminentis celsitudinis, sed non excessivi amoris, quo ductus de cœlo descenderat, carnem hominis assumpserat propter hominem; atque nimiam charitatem: quæ quidem ita ex nativitate nimia; ut formæ carne latentis, lateret omninò forma. Nullum cœlicum cœlesti patebat obsequium: totum ingenij charitatis studium: quo sic paupertate ornatus, sine decentia decorus; in præsepio collocatus, fulgebat dives sed inops: etenim cùm esset dominus omnium, dispensatorque gazarum. Filius Altissimi, & candor lucis æternæ; in conditionis splendorem, atque matris claritatem, illius in terra nascentis, in commendationem tantæ mirabilis maiestatis; nullus decor: nec species. *Et vidimus eum*: addit Evangelicus Vates. Quid quod videretur? Summum, quod pro hominibus pauper, dominus omnium. Summum, excedens fidem, tantus excessus charitatis in hominem: dicitque *Vidimus eum*; quippequàm stupet cor, si videretur, quod impossibile hominibus videbatur. *Vidimus.* Filius Dei habebat gloriam, homo conditionis lapsæ naturæ miseriam. Gaudebat in Patris sinu delicijs Patris, dum homo in vinculis ferreis. Perfruebatur divinæ essentiæ decore, splendore, maiestate, claritate, celsitudine; dum homo gemebat sub dæmonis potestate. Liberare præ dilectione voluit & semen Abrahæ in propositum apprehen-

Alapid.

Sanct.

Ex qua maiestati nec species.

Quò eius extrema paupertas extremæ charitas.

dit. Est aliquid ultra? Est. *Ibi agnoscitur* (inquit Bernard. super *Missus est*, Homil. 2. n. 9.) *longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo subdita, profunditas plana.* Semetipsum humiliavit, & pauperem viram egit: igitur occulta divitiarum claritas, ut homo haberet divitias; blandimine amoris, in obsequium eius exardentis voluntatis; quandoquidem in carne exuit totius maiestatis splendorem; ut homo nanciscereturr splendoris maiestatem. Infrà à n. 14.

Bernard.

5 Contraria videntur exponere Evangelistæ. Apud Lucam Angelus dicit Matri concepturæ Verbum divinum incorporeum in corpus: *Hic erit magnus.* Ubi exinanitio fit, celsitas planè non est. Quo absconditur magnitudo non videtur. Ioannes Lucæ concors: *Vidimus* (inquit) *gloriam eius.* Unde eius elucet gloria, si carne velata? Carere decoris dignitate, eius erit speculum summæ gloriæ? Utique. Hoccine insigne cogitavit amor, ut naturæ deformi retribueretur decor. Pauper venit ad illam, qui plenè dives: humilis, qui præcellens: egenus, qui magnificus: exiguus qui magnus: contemptus, qui decorus: debilis, qui fortis: terrenus, qui cœlestis; & summissæ conditionis, qui sublimis: eiusque dicitur gloria, huiusmodi abiectionis insignia; quia summa amoris gloria, gloria ac maiestate in præsepio carere, modò totius maiestatis stemmata gloriosè sedeant in homine. Semetipsum enim, carne assumptà, exinanivit, præut amavit; apparatu maiestatis occulto, & amore cordis, in occultatione maiestatis, ostenso, dum in præsepio sine decore iacuit; ut homo, cui similis nascebatur, non iaceret: & quod non gloria, nec gloriæ in paupertate tanta, eius dicitur splendidissima gloria; quoniam cùm nascens homini, eius dumtaxàt consulat sublimitati; flocci facit, modò restituat naturæ humanæ decorem, videri in eius natali neque in decoris speciem. Sic eminet magnus, ubi magis summissus, inops, pauper, egenus. Sic est magnus, ubi minus: etenim maior amoris gloria, quandiù pro hominibus nulla: tectà quippe velamine carnis, maiestate, ac claritate supremi Regis; enituit cum splendore summa magnitudo amoris.

Luc. 1. 32.

Ioann. 1. 14.

Eius amplissima gloria, quando pro hominibus nulla.

6 Cùm Solem patitura esset Latona, seu Phœbum; qui patrem habuisse Deum, & matrem, humanam fœminam (finxit cæca Gentilitas) non habuit quò Solem in lucem ederet: diximus *Tom.* 3. *T.* 14. *D.* 3. *à n.* 3. *Tom.* 4. *T.* 10. *D.* 2. *à n.* 3. Non habuit ergo locum, & extra domum propriam edidit partum. Quæ necessitas videbatur matris, ex partu & loco claruit propositum Solis. Unde Tibullus, *lib.* 2. *Eleg.* 3. à v. 32. accinit:

Sol in antro recèt natus, à matre situs.

Nota loquor: regnum ipse tenet. Quid ita cogit?
Nempe amor in parva te iubet esse casa. Tibull.

Dicam cum Pindaro, *Olymp.* Cd. 1. v. 45. *Supra veram orationem ornata mendacijs varijs, decipiunt fabulæ.* Haud decipient tamquàm un bræ obvoluto splendore, accepta cogitatione de amore Solis iustitiæ: etenim quod videtur sine delectu fortuitum, erat eximij amoris studium. Virgo, ut singulariter mater, Solem de cœlo concepit (videsis in *Ephemerid.* 21. *Septembr.* n. 5. ex Photio & Bulenger. & dicta hìc *Tautolog.* 5. *D.* 1. *n.* 14.) *Impleti sunt dies, ut pareret; & peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio; quia non erat eis locus in diversorio.* Ita Sol, qui moderatur cœlum, dum nascitur orbi? Regnum ipse tenet & regni eius à diebus æternitatis, non erit finis. Ita ille & in stabulo? Fecit & instruxit erga humanam conditionem, quam univerat dilectio. Illius erat terra & plenitudo eius; sed erat Sol flammis inextinguibilibus amori addictus. Unde sine radijs, sine insignijs splendoris, quibus natus in cœlo; natum è virgine in terra, amor exiguà iussit habitare casà.

Pindar.

Virgo fecit, quod Gentilitas finxit.

Luc 2. à 6.

7 Casulam cunasque Romuli servavit Roma, quousque natus est Christus, uti observat Baronius in *Apparat. Annal.* n. 24. ex Halicarnas. 1. cap. 4. in veneratione mque habuerunt cives. Ovid. 3. *Fastor.* v. 173.

Cunæ & Romuli casula, Romanorum gloria.

Quæ fuerit nostri, si quæris, regia nati,
Aspice de canna, straminibusque domum.
In stipula placidi capiebat munera somni:
Et tamen ex illo venit in astra thoro. Ovid.

Seneca Pater, *Controvers.* 6. *Inter hæc* (inquit) *tam effusa mœnia, nihil est humili casà nobilius. Potes obiurgare Romanos, quòd cum humilitatem suam obscurare possunt; ostendunt: sed hæc non putant magna, nisi apparuerit, ex parvis surrexisse.* Etiam, *Controvers.* 9. subdit: *Colit in Capitolio casam, victor omnium gentium, populus; cuius tantam felicitatem nemo miratur.* Symmach. contr. v. 1107. Prudentius, & Tibull. *Eleg.* 6. v. 10.

M Sen. Rec.

Ipsa casas fragili texat gens Romula culmo,
Sic Regia fœno
Et stabant humiles in Iovis arce casæ. Tibull.

Prudent.

Astruit quoque Vitruvius, *lib.* 2. cap. 1.

Athe-

Athenis, Areopagi Antiquitatis exemplar, luto tectum. Item in Capitolio Romuli casa, stramentis tecta. Virgil. 8. *Æneid.* vers. 654.

Virgil. *Romuleoque recens horrebat Regia culmo.*

Petronius in *Satyric.* à fol. 80. *Carm.* 30. à v. 7. accinit:

Conservabat opes humilis casa:

Petron. *At paries circa palea satiatus inani,*
Fortuitoque luto.

Alia cum alijs miris, in die natali Salvatoris in orbe patratis, congessi in *Ephemer.* die 25. *Decembr.* De præfatis cunis etiam, quas in nostrum articulum graphicè describit Ovid. 1. *Fastor.* à v. 199.

——— *Casa Martigenam capiebat parva Quirinum.*
Etsi maiestas convenit ipsa Deo.
Iupiter angusta vix totus stabat in æde:

Ovid. *Inque Iovis dextra fictile fulmen erat.*
Frondibus ornabant, quæ nunc Capitolia gemmis:
Nec fœnum capiti supposuisse, pudor.

Christi præsepiũ Romam translatum.

8 Hæc principia Romani imperij, & etiam orbis Christiani. *Christi natalis* (ait Baron. *Ann.* 1. num. 5.) *nobilissimum monumentum, ex ligno confectum, nullaque argenti vel auri calaturâ contectum, post multa tempora inde translatum, Roma possidet: eoque multò felicius illustratur, quàm tugurio Romuli; quod intextum ex stipula, eorum Maiores ad multa sæcula de industria conservarunt.* Ferè eadem Halicarnasæus de cunis Romuli, ut videndum, vitâ comite, loc. cit. Modò in Didascaliæ articulum. Maiestas convenit ipsa Deo, sed terræ natus iacebat in culmo, capiti suppositio fœno. Hæ universorum domini cunæ, spatio angustiore, quò vix totus stabat in æde. Non ita Sol in cœlo, cuius Regia riget auro. Ovid. 2. *Metamorph.* fab. 1. succinit:

Regia Solis erat, sublimibus alta columnis,
Ovid. *Clara micante auro, flammaque imitante pyropo;*
Cuius ebur nitidum fastigia summa tegebat,
Argenti bifores radiabant limine valvæ.
Materiam superabat opus

Ut ostentet amoris animam, apparet in terris sine maiestate maiestas.

Frondibus ornatus nunc, ubi cœlorum capitolia gemmis? Ubi centrum splendoris, paries culmo paleæ vix satiatus inanis? In stipula placidi capiebat munera somni. Hæc sanè nostri, si quæris, Regia nati. Ita orbis imperij apparatus? Materiam superabat amoris opus: etenim si paupertas in stabulo objicitur, ab amore divite meditanter cogitatur; ut ergo genus humanum adipiscatur, quas non noverat divitias; apparet in terris summa sine maiestate maiestas. Expectabat orbis, ut dicesceret; quòd Rex eius ut homo, dives de cœlo veniret reclinaturque in præsepio, quando videtur in mundo; quia, signum eius adventus in liberatem hominis, maiestas omninò occulta sub habitu paupertatis.

9 Quasi exactor dæmon, ex prima supplantatione, grassabatur in genus humanum; cuius adveniens Christus fracturus iugum. Unde Zacharias infit: *Non transibit super eos ultrà exactor. Exulta satis filia Sion: iubila filia Ierusalem: ecce Rex tuus veniet tibi. Ipse pauper.* Signum præscribit optati adventus, & potens objicitur inops. *Ut daret regiæ suæ potentiæ & magnificentiæ indicium quoddam & specimen*: subdit hìc Alapide. Præponitur inopia, & indicatur potentiæ magnificentia? Unde maiestas potentiæ regiæ? Ex insigni paupertate; ut amoris demonstrationibus ad se traheret, quos exactor in tyrannidem à felicitate circumveniendo removit: simulque signat Propheta extremam paupertatem, & celsiorem maiestatem; ut videret homo, quanti Regi constaret, liberari ab exactore diabolo: igitur eius sublimis cum potestate maiestas ab amore redacta usque ad præsepij abiectissimas angustias. *Quòd Christus natus, hoc nostræ utilitatis est*: ait Ambrosius, de *Virgin.* lib. 1. Nostrum commodum factum Salvatoris dispendium; sed nobilissimum dilectionis signum: igitur ut liberaretur à tyrannide homo; venit in mundum, & nascitur in præsepio. Nobis sanè utilitas eius paupertas: etenim quasi non satis eius amori, apparere in carne; cùm haberet, exuit regij honoris maiestatem, ut homo abiectus haberet totius illius maiestatis honorem. Pende verba. *Rex tuus veniet tibi: ipse pauper.* Si non in paupertate, non ipse. Rex est, & tibi veniet, ut liberet. Gloriam habet, verùm non ostendet. Rex & Princeps cum suprema maiestate, sed non cum ostentatione. Gaudet imperio, sine imperij fastu; ut videas quæ reliquerit, quia te dilexit. Optas & exoptas tantæ felicitatis adventum. Habes & signum. Veniet Rex tuus tibi & ipse pauper, ut floreas dives. Quando hæc erunt? Scies cùm videris Regem pauperem, in mundum & tibi advenisse Regem. Non erit felicitatis distantia, cum gloriæ tantæ nec umbra. Si de cœlo descendit, tamquàm homo pauper Rex; *Ecce Rex tuus.* Non transibit ex-

Zachar. 9. à 8.

Alapid.

Eius paupertas nobis contulit divitias.

Ambros.

exactor super te: igitur natus in paupertate præsepij, Salvator conteret voluntarii paupertate. Dicam ex Seneca in *Octavia*, vers. 878.

Senec. ——— *Benè paupertas,*
Humili tecto contenta, latet.

Unde Christus dicitur in nativitate ejus 10 Visa est ergo mundi in mundo Conditoris paupertas; dum eius patet præsepium, qui dives in omnes qui invocant illum. Unde igitur etiam erietur cæcitas vigili lumini, cùm omnia nuda & aperta sint oculis eius? Unde cæcus oculus? Quia mundus. Dicit Propheta. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum & respicere ad iniquitatem non poteris.* Si malum videret, ad hominem non veniret: & ad hominem venit indutus carne; quippe cæcus amore: etenim si in oculis habet gratiam, qua expellat culpam; apertis oculis nihil videbit, igitur respicere ad iniquitatem non poterit. Inquititur à Plinio, quomodò puritate oculorum nihil visum, essò obiectum? *Aperti nihil cernunt* (ait *lib.* 11. cap. 37.) *abducto intùs visu.* En origo cæcitatis in splendore luminis. Erat inter homines multa mala, quæ nativitate Salvatoris auferenda. Venit, vidit, sed nihil invenit. Unde si obiecta & visa vincula iniquitatis? Aspexit, & dissolvit gentes. Crimen vidit, & visione evanuit, quia aspicere ad iniquitatem non potuit; quare ut videret hominem; necessarium profectò, removere iniquitatem. Quia audacia improborum legem sine fronte dissipavit, tempus erat, ut in auxilium de cœlo descenderet. Descendit, sed nihil vidit: ad obiecta intùs visum adduxit. In corde homines collocaverat, pro quibus homo veniebat: & apertis oculis, ex his quæ vidit, nihil aspexit; quoniam quantumvis operti homines iniquitate, non vidit ut erant illi, sed præut sedebant in corde. Causam promit Chrysologus, serm. 3. *Delicta non videt vis amoris.* Ab illo peccatum quæritur, cæterùm non invenitur: equidem si amor indulget, aut parcit, iniuriam profectò agnoscit: verùm enim vis amoris erga dilectum, etiam apertis oculis nihil videt in fastidium. Vide dicta, *Tom.* 1. *T.* 4. *D.* 3.

Plin. *Cur propter crimen venit, sed non vidit?* Chrysolog.

Isai. 11. 8. 11 *Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in caverna reguli manum suam mittet*: dicit Evangelicus Vates. Gloria Dei hominis perspicuò manifestatur, ubi ludit cum serpentibus. Origo cœlestis olim tribuebatur Pyllis; ut referunt Nicander in *Theriac.* & Ælian. 1. *Anim. histor.* cap. 75, & 16. *cap.* 27. Constabat in infantibus origo, à serpentium ipsis inefficaci veneno.

Unde Christus filius Dei?

——— *Sic pignora gentis*
Psyllus habet, siquis tactos non horruit angues:
Siquis donatis lusit serpentibus infans.

Lucan. *Psylli venenū venenis.* Lucan. 9. *Pharsal.* v. 906. Hercules claruit mundo ex patre Deo, quoniam in cunis dilaceravit angues.

——— *Gemina cristati caput*
Angues ferebant ora: quos contra obvius
Reptavit infans, igneos serpentium
Oculos, remisso pectore ac placido intuens,
Arctos serenis vultibus nodos tulit.

Seneca. Succinit Seneca, in *Furent.* à v. 215. & Theocritus, *Edyl.* 24. ut clareret certamen; asserit, è cœlo descendisse lucem. Ita à v. 21.

Quomodò illustrata nativitas Herculis *Lux in domo extitit: clari parietes*
Nocte intempestâ, cuncti conspicui.
Viderunt Herculem parvulum,
Monstra tenaciter manibus prementem:
Ille verò ad patrem serpentes porrigebat,
Et altè exiliebat, gaudens pueriliter mediâ nocte.

Theocrit. Pueri nostri (Salvatoris humani generis) *generationem quis enarravit?* Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti à Patre: quandoquidem delectatur infans ab ubere super foramine aspidis, manuque interficit in caverna serpentes. Cùm medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet; claruit ex suffocatione venenatorum reptilium, Salvatoris adventus; & ut homines triumphum viderent, claritas Dei circunfulsit illos. Opportunè Ovidius. *Epist.* 9. vers. 19.

Isai. 53. 8. *Christus in lucè, antiquū suffocavit serpentem.* *Te referunt, geminos pressisse tenaciter angues:*
Tunc tener in cunis iam Iove dignus eras.

Ovid. 12 Aliter nati Salvatoris claritas, ex his quæ finxit Ethnica vetustas. In antro, Cretæ natus est Iupiter. Virgil. 4. *Georgic.* vers. 152.

Virgil. *Dictæo cœli Regem pavere sub antro.*

Idem Athenæus *lib.* 9. *num.* 71. Natal. Comes, 2. Mytholog. cap. 2. Callimach. *Hymn.* in Iovem. Lactant. 1. cap. 22. & Apollon. Rhodius, 1. *Argon.* v. 507.

Apoll. Rhod. *Donec erat parvus, donec sensit.*
Iupiter incoluit Dictæi montis in antro.

Quo loco Iupiter natus, sine serpentibus. Locum (fingunt) recens natum honorasse, expellendo serpentes à terra tota insulæ. Maiolus, *Tom.* 1. *Colloq.* 9. Natal. Com. d. *lib.* 7. *cap.* 1. & Ælian. d. *lib.* 5. *cap.* 2. cuius verba videsis, *Tom.* 3. *T.* 10. *D.* 2. *n.* 3. & *Tom.* 5. *T.* 11. *D.* 6. *n.* 8. Securus

rus enim erat à serpentium quisque veneno, quia ibi Deus Deorum, hominibus similis, natus erat in antro. Iam decus falsis, dum apparet in specu Summus Deus, ut filius hominis: igitur ludit infans super aspidum foramen, & quasi agnum, tractat manu virulentum scorpionem. *Non nocebunt in universo*, quia Sapientia Patris, Christus ibi natus in antro: neque nocere possunt, quoniam quod in exitium, ex quo venit totum virus evanuit. Modulatur Tragicus, in *OEdip.* v. 152.

Vers. 9.

Perbibit pestem latebrosa serpens:
Aret, & sicco moritur veneno.

Senec.

Plus rutilat victoria in allegoria, quia misericordia Domini plena est terra. Præmalitia serpentis, filij hominum conditionem induerunt serpentium. Venenum aspidum sub labijs eorum. Flagitiorum virus, Creatoris impediebat aspectus, & in dracones, regulos, scorpionesque conversos haud videbat; quoniam uti mundus, respicere ad iniquitatem non poterat. Modò *cum hominibus conversatus est.* Unde huius origo felicitatis? *Habitavit in nobis.* Venena ab hominibus secrevit, iniquitates adveniendo removit, virus expulit, excutà serpentis, priscam hominis conditionem restituit: manumque modò mittit in foramen scorpionis, cavernam aspidis, instruens delicioſum ludum, cuius deliciæ esse nunc cum filijs hominum; quia qui serpentes & aspides nullum iam habent venenum. Vel profanus asserit, *Epod.* 16. à v. 52.

Baruch. 3. 38. *Christus nascente, expulsâ venenum culpæ.*

Nec intumescit alta viperis humus.
Nulla nocent pecori contagia:
Utrumque Rege temperante Cœlitum.
Pluraque felices mirabimur.

Horat.

13 Sed quæ? Elucet ex eius amoris energia. *Mundi sunt oculi eius ne videat mala.* Non habet oculos, ut videat homines, peccato miseros: aufertque validè, ut blandè possit videre. Eius adventu ac nativitate gloriosà, omnia peccata in profundum maris proijcienda; quibus natura humana deformis, conditionem traxerat virulentæ serpentis: & cùm contractam per crimen, haud videre valeret deformitatem; expectavit nasci, ut naturam humanam mundus mundam posset aspicere: etenim depositâ serpentum & aspidum, per eius nativitatem; reditura in formam, & pristinam conditionem. Ovid. 1. *Metam.* fab. ult.

Ubi sup

Et homo redijs pulchritudinis gratiæ.

Ovid.

——Vultus capit illa priores,
Fitque quod ante fuit.

Iam non gravata, quia in carne Christus eius solvit debita. In signum, eo tempore, quo natus, iussit Augustus Tabulas debitorum non solùm radere, sed exurere: igitur Christus venerat huiusmodi chirographum de medio tollere. At de huiusmodi articulo dicemus *Tom.* 8. Cùm ergo iam sint visæ huius pupi tenelli paupertas & cæcitas; etiam exponendum in quo nuditas.

14 Hoc vestitu ornatur Amor. Nuditate. *Amor nudus*: ait Propert. 1. Eleg. 2. v. 8. etenim eius pectoris culmen, amare propter amorem. Vide Othon. Vænium, *Amor.* Emblem. 33. & Guill. Hæsium, de *Charitat.* Emblem. 14. 24. & 28. Nil præter sitit amans amorem. Ovidius, 1. *Amor.* Eleg. 10. à v. 15. inquit:

Propert.

Cur Christus dicitur in nativitate nudus?

Et puer est, & nudus amor:
Et nullas vestes, ut sit apertus habet.
Nescit amor magnis cedere divitijs.
Quò pretium condat non habet ille sinum.

Ovid.

An ita puer, qui natus est nobis? Cùm flagrantiorem amorem expresit, vestimenta sua deposuit. Ut nudus sit, cuius calet cor, indutus hominis formà, *ponit vestimenta sua.* Suis enim nudatur; ut omne, quod in eius manus Pater posuerat, homini concederetur. Verùm nascens, habitum hominis induit: ut sit nudus, quid ornamenti deposuit? Amictum totum, ut possit videri: etenim cum illo nequibat aspici. Habitabat lucem inaccessibilem in Patris sinu; amictus lumine, sicut vestimento: ex eius aspectu, cui immensa splendoris claritas, pendebat tota humana felicitas: ab illoque sumptus hominis habitus, ut appareret hominibus nudus. *Deum nemo vidit unquàm.* Vel Ethnici cognoverunt. Qui dudùm, 6. *Fast.* v. 4. *Nullaque mortali Numina visa putent.* Causam affert Lucretius, 5. de *Rer. Natur.* v. 149. succinens:

Ioan. 1. 4.

Ovid.

Tenuis enim natura Deum, longeq́ remota
Sensibus à nostris: animi vix mente videtur.

Lucret.

Vide Cicer. 2. de *Divination.* & Diogen. Laert. in *Epicur.* lib. 10. cap. 1. Effectum sigeat Lucan. 5. *Pharsal.* à v. 116.

Quid ab amore cogitatur, ut Deus invisibilis, videretur

——Nam siqua Deus sub pectora venit,
Numinis aut pœna est mors immatura recepti
Aut pretium; quippe stimulo, statuque de cœlo
Compages humana labat: pulsusq́ Deorum
Concutium fragiles animas.

Lucan.

Ferunt accidisse Semeli, radiante Iove. Unde Ovid. 3. *Metamorph.* fab. 3. ex quo Natal. Comes, 5. *Mytholog.* cap. 13.

Cor

Ovid. ——*Corpus mortale tumultus.*
Non tulit æthereos, donisq; iugalibus arsit
Sic ergo vel in Sacris. *Exod.* 33. 20. & *Iudic.* 13. 22. Verùm si *Deum nemo vidit unquàm*; quomodò præmisit: *Habitavit in nobis & vidimus gloriam eius, quasi Unigeniti à Patre*? Invisibilis apparuit in forma hominis, ut esset visibilis. Exuit maiestatis, lucis inaccessibilis splendorem, & induit nubem humani generis carnem: ita ut ex nuditate constaret charitas, & ex charitate nuditas.

Ioann. 1. 18. Ibid. v. 14.

Philip. 2. à 5. 15 Exprimit vigilanter Doctor Gentium. *Cùm in forma Dei esset, semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus & habitu inventus ut homo.* Cur igitur non apparet Deus in forma Deitatis, in honorem assumptæ peregrinæ conditionis hominis? Quomodò ex amore exinantione exponitur nudus, dum in terris videtur hominis habitus? Ut ab homine videatur, dum exuitur. Mirabile mysterium! Id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit. Sors secunda & expectata erat in terris divina Verbi natura. Hæc in se hominibus invisibilis. Cupiebat videri, sed impossibile radijs. Quid ergo in votà ab amore fit? *Verbum caro factum est.* Ut videretur, induitur & exuitur. In forma Dei venit, sed in illa non apparet. Forma hominis necessaria, ut videatur eius forma. Unde cùm radios hominis formæ temperaret habitus; habitavit in nobis & vidimus gloriam eius. Exuit splendorem, induit carnem. Lucem qua amictus terreis oculis deposuit: nube còrporis fulgorem compescuit: illoque lumine temperante inaccessibile lumen, potuimus in terris natum respicere Solem.

Cur Christus sine maiestatis splendori nascitur in carne?

Ioan. 1. 14.

Homer. ——*Quisnam Deum nolentem.*
Oculis videret, aut hùc aut illùc euntem?
Ita Homerus, 10. *Odyss.* v. 573. Voluit ergo Deus videri, & uti Numen cognosci. Cùm in forma Dei esset, nequibat, fieri: habitumque hominis in votum, amoris excogitavit ingenium; quippequàm pridem, qui Sol, non visus copià radiorum.

16 Nato Domino, multitudo cœlestis exercitus pastores replevit gaudio: præbentque signum, Salvatorem, scilicèt pannis involutum, ac in stabulo positum. Mater induit, quem amor nudavis: ac inveniri, viderique invisibilem, certum; quoniam pannis corporis fasciæ erat Solis involucrum. Videre namque cupiebant, quem tot sæculis tabescentes expectaverant: dixeruntque adinvicem: *Transeamus usque Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est, & Dominus ostendit nobis.* Intendite. Non dicunt: *Verbum*, sed *Verbum hoc*: etiam dum signant *Verbum*, asserunt *Factum*, & similiter *Videndum*: igitur si apparuit, illis *Dominus ostendit.* Nodus Gordius videtur facer Evangelicus textus. Nunc divinum aliud Verbum est, ut proferant *Verbum hoc*? Verbum divinum est genitum, sed non factum. Quomodò factum est Verbum? Si ut Deus in ipso lumine absconditur; unde invisibilis videtur. Brachium Domini cui revelatum est? Quo pacto mundo Dominus ostendit, quem non cognovit? Facilis difficultatum enodatio, dum Dei præsupponitur dilectio. Formam servi Verbum assumpsit, cum in forma Dei esset. Desiderabat cum hominibus, quas conceperat delicias; sed impediebat splendoris claritas: ostenditurque iam divinitatis ipsis hominibus Sol; quippe ex Virgine purissima Verbum caro factum est. Hinc non dicunt absolutè *Verbum*, sed *Verbum factum*: equidem cum Verbum genitum esset hominibus invisibile; designant factum in carne, ut Verbum possit videri: Filij quippe Dei, totiusque maiestatis futura ostentatio in mundo; si habitu inventus ut homo. Nisi exueret divinitatis radios, humanos lateret oculos. Verbum genitum, in splendoribus Sanctorum; fulgoribus maiestatis involutum. Ex utero Virginis, visibile Verbum factum: & dum apparet nati Salvatoris lux; ut videant, dicunt pastores adinvicem *Verbum hoc*; quoniam per assumptam humanitatem, lumen divinitatis temperavit ad visionem. Dominus sic ostendit, & homo incognitum vidit; etenim clariùs conspexit divinæ maiestatis splendorem, dum filius Dei caro factus in illa abscondit splendorem maiestatis. Hac de causa invenientes infantem, & videntes in stabulo, *cognoverunt de verbo.* Cognoverunt de Verbo à Patre genito, viso Verbo, caro facto. In ipso inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter: & cùm viderent in carne Verbum hominem factum, cognoverunt ipsum Verbum à Patre genitum; quoniam per nubem candidam corporis, pellucebant versus homines fulgores divinitatis. Elucet unde Christus amoris ostendit flammam, sibi copulans hominis pauperem, nudam cæcamque naturam; quæ misera & miserabilis, à principio primavæ supplantationis; equidem ne pariret tantum opus; charitate allectus,

Luc. 2.

Etiam in carne cognoscitur Verbum & filius Altissimi

Vers. 17

pro

pro nobis factus miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus; constitutus signum ad sagittam, ut eius vulneribus nos adduceret ad gloriam: paulominùs ab Angelis minoratus, ut ex utrisque constitueret choros. Prudentius in *Symmach.* v. 1075. gratulatur generi, ut respondeamus gratiæ.

——— *Descendit, & edita limo*
Viscera divinis virtutibus informavit:
Iamque hominem adsumptum summus Deus in Deitatem
Prudent *Transtulit, ac nostro docuit recalescere cultu.*

In eandem imaginem transformamur, eius in terris revelatâ facie; utpotè iam lucis filij, ac felicitatis socij. Quid Christicolis, dum Ethnico dicere licuit, 6. *Fast.* v. 7.
Ovid. *Fas mihi præcipuè vultus vidisse Deorum.*

DIDASCALIA III.

Scrutinium amoris, rationis non scrutinium.

1 QUÆ de Amore non dicta, ut eius & cordium exponatur flamma? Hinc & illinc exploratur per effectus, nec valet dicere etiam animus percussus: paretque difficile diffiniri; ubi non potest dici vulnerum voce: sermoque ipsis verbis manet elingais; dum ille, ut fusiùs loquatur,

Quid sit amor, facilè, & difficilè dicitur.

Invenal Satyr 6. v. 139. ——— *Tormentis gaudet amantis.*
Unde faces ardent, veniunt à dote sagittæ.

Unde cùm scrutinium amoris, rationis excludat ingeniosum scrutinium, propter adespotum voluntatis imperium; in obsequium captivatur intellectio, & defi-
Psal. 63 7. nientes deficiunt scrutantes scrutinio. Notas amantium tam è sacris, quàm ex Ethnicis testimonijs decerptas, refert Pineda in *Iob.* 3. 2. sect. 8. n. 2. scilicèt, cum eo quem amas, ratione & iudicio velle contendere:
Notæ amantiũ amoris mutui signa desiderare: dilecti languentem amorem dicere: de amoris lege non violata gloriari: denique quòd firma spondeatur dilectio; etsi nec futura redamatio. Videsis, sed latè omnium affectionum pictorem Othon. Vænium, tot, opere; sed brevi, dum totum opus cordis videtur morte. Ira ergo succinit *Emblem.* 55.
Oth. Væn. *Ni ratis optatum varijs iactato procellis*
Obtineat portum; tum periisse puta.
Futilis est diuturnus amor, ni in fine triumphet:
Nam benè cœpit opus, qui benè finit opus.

Factum sanè atque perfectum N. Salvatoris opus: equidem *cùm dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Flammæ amoris illudusque duxerunt; curæque non ipsa in morte relinquunt. Astruit articulos Tertullian. de *Præscript. adverss. Hæretic.* cap. 10. *Ratio* (inquit) *in re, in tempore & modo. In re, ut quid sit: in tempore, ut quando: in modo, ut quousque.* Res elucet, *ut transeat ex hoc mundo*: Tempus, *quia venit hora eius*: quousque, *dilexit in finem*: ut à principio amoris conceptâ flammâ, in fine totum pectus flagraret Troia. Ardet in suos intensissimè cor;

Ioan. 13 1. Tertull *Excellentiæ amoris Christi.*

——— *Totoque in pectore Troia est.*

Sic enim amantis Redemptoris nostri eminet opus, gratia & charitas. *Opus* (uti ait Bernard. in *Florib.*) *sine exemplo, gratia sine merito, & charitas sine modo.* Iuxta eiusmodi vulnera saucij pectoris,

Statius, 2. *Achill.* v. 183. Bernard

——— *Solis referamus amores.*

Ovid. 4. *Met.* Fab. 5.

4 Diximus *Tautolog.* 1. *D.* 6. *n.* 4. Amorem pictum à Luca Contile, libri signati intendentem lectioni; ut aliquid disceret, ex his quæ solicitus in excelsus studeret. Sapiens esse vult, si doctrinæ tradit cor. In quid ergo studijs pectus inclinat? In sapientiam? Arbitror in ignorantiam: *scisns dilexit*, & noluit intelligere, ut benè ageret: igitur in academia amoris, iudicij studium est amoris præiudicium. Sapientior in dilectione signatur, quisquis sapiens non videtur; quippequàm ratio, quæ in amorem vehentissimè movet voluntatem, est ad amandum nullam habere rationem. Ab Ovidio *Epist.* 21. v. 139. dicitur: *Mentis inops.* A Theocrit. *Edyl.* 1. v. 86. *Consilij inops est.* Sic quasi errat mente, qui cæco carpitur igne. Scit quid cupiat, non quid sapiat; ut per sapientissimam ignorantiam, demonstret cunctis amoris scientiam: quapropter Sopharon. Serm. de *Assumption.* Idemque invenitur apud Chrysolog. *serm.* 147. *Amor* (inquit) *ignorat iudicium, ratione caret, modum nescit.* Est modus in amore, nullum habere: ratio, illam penitùs obliviscì; & iudicium, nihil, nisi amorem iudicare. Suffragatur Stoicus cogitationi. *Amici officia permiscent* (inquit, *Epist.* 3.) *cum amaverint iudicant; & non amant, cum iudicaverint.* Hæc quæ videtur in amore diminutio virtutis; est summa virtus amoris: etenim amando iudicat, quia iudicio amoris amat: non amat, si iudicaverit; quippe aliud in amore ultra amorem intel-

Proprietates insignis charitatis. Ovid. & Theocrit. Sophro. Senec. *Atque in Christo novi amoris,*

ligeret : & non intelligeret in studio iudicij cordis æstuantis ; modò ad amandum suaderet iudicium intellectionis. Nihil, nisi pulsum cordis audit:

Oth. Væn. d. *Verus amans surdis auribus esse solet.*

3 Magnum profectò discrimen inter studia voluntatis & mentis. Mens vult scire : voluntas scire velle: hæc enim plus sibi sapit, quò minus intelligit ; & non amat scire, quia scit amare. Intellectus intendit ; ad officium amoris, rationem quærere : voluntas, rationem amori adversantem sepelire : equidem si haberet in dilectionem amoris causam, aut rationis legem ; nequaquàm cordis excessu amaret propter amorem. Hoc est sapere ; scire diligere. Finis intellectus est quiescere in re intellecta : voluntatis autem, in amore procedere ultrà. Finis est mentis, sed nequaquàm voluntatis : equidem sine spe redamationis, nullum alium habet finem, præter dilectionem propter ipsam dilectionem. Hoc scitur amoris scientiâ per studia : scilicèt, nescire, charitatis scientiâ. Sic dat Sapiens cor, *ut sciat prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam*: Singulariter Maluend. *Dedi cor in luces, glorias, splendores, & cognitionem & intelligentiam.* Unde ergo & quorsùm signat gloriam, splendorem, & intelligentiæ lucem, stultitiam & errorem ? Hoc solummodò ad speciem : igitur quod devius mentis videtur error ; est vehemens pectoris amor : quod non amanti apparet stultitia ; est dilectionis scientia : cognitio, intelligentia, novaque doctrina ex studio voluminis voluntatis ; in gloriam, lucem & splendorem amoris. Ita ardet cor : in capite libri scriptum est : amorque exponitur legens in libro ; quippe ad summum amorem opus studio. Hæc ars amandi.

Certamè inter eius rationem & voluntatem.

Eccle. 1. 17. Maluéd

Quæ eius studia in amoris studio?

Ray. Text. Epigr. 12. *Solicitis hominem studijs limavit & artem: Sic enim amor pectora chara premit.*

4 Licèt primo intuitu Evangelistam cogitemus adversari; favet, ni fallor, cogitationi. *Sciens Iesus, cùm dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Sciens ! Quomodò scivit, si nescit ? Hoc est amantis studium, in amoris excessum : igitur quæ cognita à sublimi intellectione ; propter amoris flammam non cognita à voluntate: non enim in pectoribus pravis voluntas quibat cognoscere, quæ non poterat diligere : unde sciens, studio præterivit, quæ diligere non valuit. Ratio amorem signat discretione circunstantiarum sapientem: *Sciens dilexit* : maiorque in hoc articulo effulsit amoris Christi discretio ; quoniam ad dilectionem hominum non erat ratio. Proprium iudicium est quærentis erga dilectos obsequium ; rationis, mentis & intellectionis relegare iudicium. Finis est scopus propositumque rationis, quo elucet splendor mentis : *sciens cùm dilexisset, dilexit* : finisque dilectionis in Christi corde, præter finem amoris nullum habere. Hic est modus sciendi in amore ; quippe *scitur* (ut ait Bernard. serm. 36. in *Cantic.* n. 3.) *quo ordine, quo studio, quo fine.* Utquid ergo finis, studium & ordo immutantur nova cathedræ lectione? Dicit Paulus : *Propter eminentem scientiam Iesu-Christi.* Alij : *Propter eminentem charitatem.* Charitatem iurè vocat scientiam; quippe Christus in amore instituit novam scholam : & non solùm in illa scientia fulget, sed etiam eminet ; quoniam in amorem eius amor ratione caret, iudicium non cognoscit, & modum nescit. Ita Dominus sciens, & *instructus in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei Patris, & Christi Iesu.* Dum lucet, sedetque charitas in animo, elucet etiam intellectus plenitudo ; igitur amans magis de charitate intelligit, dum magis diligit : & non solùm exponitur plenitudo intellectus in intellectione amoris, sed etiam divitiæ huius plenitudinis ; quippe nihil pretiosius in amante, quàm rationem contra amorem habere, & scienter propter flammam, ipsam subijcere amori.

Ioann. 13. 1. *Quisnam eius modus sciendi.*

Bernard

Philipp. 3. 8.

Et nova scholas

Coloss. 2. 2.

5 Scrutemur articulum in agnitionem mysterij Dei Patris & Christi Iesu. Morti proximus, à discipulis recessit Patrem suppliciter oraturus. Incipit agonem, cogitans quàm terribile carni imminebat certamen; cuius apprehensio compressit usque ad sanguinis sudorem. Procidens ergo in faciem suam; *Pater mi* (dixit) *si possibile est, transeat à me calix iste : veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* De huiusmodi articulo egi fusè, *Tom.* 3. *T.* 1. *D.* 1. *à n.* 2. ubi de præcepto moriendi, & morientis libertate. *Si possibile* : dicit. Possibile erat absolutè : impossibile, ex suppositione absoluti decreti : & cum possit non pati ; non pati, erat impossibile amori : etenim erga genus humanum præ amoris flamma ; studet pectus etiam superare impossibilia. Possibile & impossibile, quod ita diligens eximeretur à morte : & possibile impossibile facit, ut in amoris fidem plus pati possit : igitur ita ab amore flammeo corde pungebatur; ut etiam plusquàm possibile pateretur. Ut homo Patrem rogat,

Matth. 26. 39.

Ratio eius subiecta rationi amoris.

gat, quod calix passionis (quia possibile) transeat. Non sanè transit. Transire, erat impossibile: quod quidem eius amoris blandimen, cum desideraret mortem: dicitque, non pati, eius amori impossibile; quia passurus plus quàm ab homine posset pati. In argumentum. Possibile erat, quod transiret calix amarissimæ passionis. Impossibile, respectu voluntatis Patris cœlestis; qui sic mundum dilexit, ut filium suum primogenitum daret. Quid filius sic! Ibid. *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Filius est ratio Patris: in voluntate Patris stemma fulgebat amoris; quia dum in mundum Sapientiam divinam misit, sic dilexit: filiusque fieri cupit non quod ratio, sed quod decernit Patris æterni dilectio; ut iuxta decreti tenorem, singularis amoris exprimeret summitatem: igitur eminentis amoris erat insigne, quòd ipsa ratio & divina subijceretur amori. In expresione dilectionis Patris, filij fastigium demonstratur dilectionis; quia non fit quod ille vult, & quod vult, à Patre fit. Subscribit ratio voluntatis decreto: amorque filij floret in hoc iudicio; quippe fit quod amor iudicat, non quod ratio repræsentat: equidem erga amorem plus rutilat cor amantis, ex voluntaria subiectione rationis. Adi dicta *Tom. 1. T. 3. D. 4. à n. 4.*

Imago Amoris. 6 Oppositi videntur Romani & Athenienses in descriptione Amoris. Hi sine comite solum pinxerunt, quia solus sibi sufficit, uti exprimebat imago. Romani collocarunt cum Mercurio. Consule Chartar. de *Imagin. Deor.* pag. 327. Arbitrabantur, Amorem disertum rapere cum visceribus animum; quippequàm diseretio dilectionis cordium philtrum. Illustrior in naturam amoris videtur Græca descriptio; eò quòd Mercurio ipsius Amoris dicebatur ratio. Qui rationem in amorem quærit, vel secum habet; diligit profectò, cæterùm excessivè non diligit. Quærunt cordis excessivà flammà fidem; iurèque removent vel rationis imaginem: etenim ubi summa dilectio, minimè quærenda ratio: non enim exprimeret amor incendij vehementiam; si ullam vel in ratione haberet comitem causam. Minoratur voluntas, ubi in amore viget rationis integritas: ab amoreque relegatur Mercurius, ut cordis æstuantis demonstretur excessus: igitur summè diligit; qui diligit, quia dilexit. Si cum dilectionis merito atque ratione offuscatur affectio; fulgebit sanè ubi deficit ratio; quippe habere secum rationis dirigentis mulcimen, tantùm erat amare propter rationem: & debet amare cor; haudquaquàm quia intelligit, sed quia diligere vult: amor siquidem non est filius rationis, sed voluntatis. Qui habet secum Mercurium in affectum moventem; amandet ut summè diligat rationis imaginem: etenim cum illa volet tantùm quod cognoscit; & amor vult, sed diligendo, se diligere nescit.

Ubi summa dilectio, amoris non quæritur ratio.

7 Post corporis glorificationem, foventi Petro etiam in amore flagrantis pectoris fidem; dixit Iesus: *Simon Ioannis, diligis me?* Quid ille? *Domine, tu omnia nosti: tu scis, quia amo te.* In dilecti intelligentiam, deducit suæ dilectionis notitiam? Ipse amat: ergo ipse cognoscat. Si ipse cognosceret, non excessivè diligeret: scientiæque dilecti credit operosè cor; ut clareat in amore, quòd *plus his.* Amor Petri ingeniosus est, dum cognitione privatur, ut plus diligendo ametur: etenim quicquid dedidisset menti, derogaret voluntati: amorisque deficeret magnitudo, si in cogitatione amoris interesset cogitatio. Vernaculè: *En las leyes del Amor, no se llega à discurrir.* Ingeniosus amor est. Scit & nescit? Utique. *Etiam Domine, tu scis.* Scit & nescit animus, ut amoris eximij pateat excessus. Erga amorem in Christum cordi obijciebatur ratio, quoniam ex iure dilectio. Si dixisset amando, quòd amare sciret; rationem in amorem delicaret: at cùm amor sapiens sit, si quod scit in amore, ignorat cor; ut demonstraret amplioris dilectionis scientiam, ipsius amoris amando dicit cordis ignorantiam. *Tu scis, quia amo te.* Petrus Christum amare, non ignorabat; sed noluit in amore ostendere quod sciebat; ut amorem amaret, verùm amare nesciret: equidem in amoris schola (qua docetur eius sublimior scientia) cor Petri nesciens sciret amare: cum intellectione, amaret scire: Christumque dicit, eius scire amorem, quùm amorem ipse fateretur excellentem; quoniam si diligere ratione, est amantis scopus; amare sine ratione, erit amoris excessus. Tu næ dilectus, & plus à me. Amo quidem, sed *tu scis*; ut ex cognitione tua, atque nescientia mea, niteat splendens dilectionis flamma. Te cognoscere amore dignum, & præstare dilectionis obsequium; quia cum ratione, erat scire amare, sed non amare: etenim ad amandum cognitione potiebar & non amore. Ex cognitione veritatis, simulque ad illam nescientiâ mentis; celsitas resultat eminentis amoris. Unde cordis mei si auditur vox; an celsi amoris, tu scis: & quia scis & ego

Ioann. 21. 17.

V. 15.

Ibid.

Insignis eximij amoris, de se nescire.

vel amans nescio ; præstat dilectionis magnitudo : quandoquidem maximi amoris insigne , totum amorem habere , & nihil de amore scire.

Ubi sup

8 De Christo Iesu dicitur , *Sciens quia venit hora eius*; ut quos illudusque dilexerat , dilexisset : minimè dicitur , amavisse vel amare. Amare & scire ; erat dilectio, quam regeret ratio. Sine ratione,quia volebat , velle ; quippe ad amorem ratio solum amare : ideoque homines Iesus dilexit , quia ipse voluit. Haud ratione , eius ducta voluntas , ut tanti amoris ostenderetur maiestas. Sciens amabat ; ex cuius scientia sine cognitione amor cordis excellebat : & ex cognitione erat amoris studium ; quia sciebat nullam rationem posse inveniri ad amandum. Amorem sciebat, sed meritum ignorabat. Opus erat amore amare & propter amorem , in novi amoris nec visam auctoritatem. Ducebat enim in amorem amor ; eius amoris splendor : etenim quin ratio aut causa ad illum interveniret ; in dilectionis articulo *cùm dilexisset , dilexit*. Non utique habuit iudicium rationis in amore ; sed amor tantùm habuit rationem iudicij. Ratio est pulsus, quo cognoscitur febris cordis amantis. Si comes amoris iudicium , exigua febris. Ut acutam , ex incendio pectoris , Christus ostenderet ; caput in pectus meditanter inclinavit : etenim si caput sedes iudicij, atque pectus amoris , contracta febre; erat rationis pretiosissimum obsequium, cordi in pectore æstuanti totum cedere iudicium. Si ratio amorem dirigit, cæca voluntas non cæcutit : magnique æstimat ingenitam cæcitatem ; quia obscuratur, modò habuerit illuminantem rationem : igitur iudicio amoris avidè solicitat bonum, & non rationis iudicium. Christus dilexit, quin rationem in amorem inveniisset : nec causam , nec congruentiam , nec meritum, nec bonum , nec rationem boni , nec colorem , saltem ad speciem ex æstuanti voluntati. *Dilexit cùm dilexisset* : non aliquid extrà, ut cordis illicium , movit : igitur in hac schola tracto pectore in examen;dumtaxàt scitur amare propter amorem.

Excessivè Christus amavit , eò quòd ad amorem nullam rationem invenit.

Ioann. 13.30.

Quomodò voluntas ad amorem cæcè videat?

Imago Cupidinis.

9 Ad amorem modò deficere videtur origo ; si non invenitur bonum , quod voluntatis obiectum. Si nihil videtur in voluntatis delicias , unde ad amorem voluntas? Pictus Amor cæcus, & tæniâ constringens oculos.

Si cæcus vittamque gerit , quid tænia cæco
Utilis est ? Ideo num minus ille videt.

Alciat. Emblem 113.

Amor cùm sit ; additur tænia , ut qui cæcus nihil videat. Quid ergo visurus , si supponitur cæcus ? Cæcè videt , & tunc maius amoris summi iudicium ; quippequàm iudicio caret. Causa huius lucidæ cæcitatis subest. Voluntas ex se cæca est: bonum videt per rationem ; à qua propter discretionem accipit lumen. Cum tænia bonum non videt , quod ratio illuminando proponit : tuncque magis amat , cùm minùs illa videt. Recessit ratio , oculus voluntatis , in directionem amoris : cæca tamen alios oculos habet , lumen splendidum ; nimirùm , amabile & optabile bonum: tuncque lumen cæcæ crescit; quippe ad amorem nihil amabile videt. Quid in non suis Salvatoris pectus fidei aspexit , ut sic diligeret? Vidit fugam : & tamquàm in suos accendit pectoris flammam ? Vidit discipuli proditoris studium. *Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum.* Præcognovit,& nihilominùs diligit. Ratio proponebat voluntati , uti perduellem , indignissimum amore: voluntas rationis eliminavit iudicium : in non bono , bonitatis cæcè videbat obiectum ; ut magis amor excederet : quandoquidem excessus amoris fulget ; quùm videtur à voluntate dilectus, qui esse debebat ratione & odiosus & invisus. Dilexit enim detestabilem , quem sciebat proditorem ; *propter nimiam charitatem:nimiam* sanè; igitur in amorem illiciebat,idem ipsum quod deviabat.

Amor summus, si dilectus, qui amore indignus.

Ephes. 2.4.

10 *In charitate perpetua dilexi te: ideo attraxi , te miserans* : dicebat Dominus Synagogæ aversatrici. Hebr. *Amore æterni amavi te , super sic traxi te benignitate*. Singularis sanè charitas , & amoris sublimitas ! Misericordia supponit miseriam cordis per crimen; sicut tractus aversionem. Si offensa detestationem involvit, quomodò execrabilem diligit ? Si crimen absentiam construit , utquid quærit, & inventam ad cor trahit ? Ut excellentia explicetur divini amoris,demonstratione singularis charitatis. Vidit obsequium , quod conciliabat odium : igitur tanta amoris flamma , ne periret aversatrix Synagoga; ut ad illam veniret amore, dum illa amantem conabatur avertere. Qui verè diligit, ingratitudine non movetur : dedecore non irascitur ; imò frigore cordis magis incenditur : in cuius fidem , vel offensum Numen fugientem conatur trahere ; per quod debebat discedere. Non solùm diligit, sed renuentem venire mira charitate traxit. Sic illam amavit cor , atque traxit *super sic*. Sic amavit , ut in obsequio demonstraret affectum , cum eius aversio postularet

Ierem. 31.3.

Quantæ Christi amoris flamma, ad tracta corda!

laret fastidium : & etiam excessivè *super sic* ; quippe ita summi amoris erat lex : siquidem voluntas decrevit amore trahere; ubi iudicium rationis, tamquàm ius, decrevit fugere. Amor verus, quo extinguitur, ardet : læsus de dolore non dolet. Synagoga desperabat placabilem ita læsum : propter hoc dedit Dominus amoris signum. Illa fugit: quippe fugit, ideo attraxit: igitur ut eius esse charitatem cognoscatur ; in peccatricem trahitur, per quod avertitur.

Facta merent odium: pectus exorat amorem:
Ovid. 3. Amor. Eleg. 10 à v. 35. *Hàc amor, hàc odium : utique vincet amor.*

11 Constat unde erga nos & erga nostra, Christi charitas perpetua. *Nusquàm enim Angelos apprehendit ; sed semen Abrahæ apprehendit* : dixit Paulus. Uterque, homo & Angelus, defecit à fide, ac recessit à Deitatis amore. Fugit Angelus, quem dereliquit in fuga, estò tendentem in tartara. Desertorem deseruit : at sequitur hominem, quamvis fugere decreverat propter crimen. *Ubi es* ? Læsus dehonorantem inquirit, dum fugiens sese tremulus abscondit ? In reconciliationem singularis gratia erga hominem demonstratur. Fugientem sequitur ; ut illum apprehendat, qui conditionem Angelicam in perditionem reliquerat : igitur ob eximium & eminentem amorem, ita cucurrit ; ut apprehenderet fugientem. Angelus si semel friget,

Hebr. 2. 16.

Genes. 3. 9.

Hominem fugientem apprehendit, & ad se traxit.

——— *Nec lampade fervet.*
Iuvenal d. v. 138

Homo fugit, sed dolere valet : quod quidem gratiâ Conditoris miserentis, in commendationem ingenitæ charitatis ; qua sibi unire cupiebat, dum vel odiosum amabat : etenim currentem in fuga cùm apprehendisset; non solùm charitate dilexit ; sed ad se traxit.

Quis belluarum corde furentior,
Qui cùm micantem te prope viderit
Non optet ultrò servitium pati?
Claud. de Nupt. Od. 1. v. 26. *Quis non catenas arripiat libens,*
Colloque poscat vincula libero?

12 Iudas quidem, qui totus intendebat in Magistri proditionem : verùm aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem : equidem etiam supplantatorem *dilexit, cùm dilexisset*. Pectus perfidum sciebat, sed amabat. In Iuda vigebat furor, in pectore æstuante Salvatoris amor. In illo concatenatæ iniuriæ, in Christo verò congeminatæ gratiæ. Illius pectus ferreum, huius (quia ferreum) iu mollitiem magis gratum, ut trahere ad se contenderet; sed non potuit. Iudas persistebat in perfidia ; sed Christi cor perseverabat in flamma. Sciebat quis esset ? Sciebat : & amabat ? Utique : totum incendium procedebat ab amore, exhibente charitatis officium ; cum sciret in eum proditoris odium. At cum ille periret, & eius perditionis diligentem pœniteret; pœnæ ex crimine dolorosè miserantem, etiam impellebat in peccatoris amorem. Ingeniosus amor est. Siccine intelligitur difficile testimonium. *Videns Deus* (dicitur) *quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum* ; ne prævaleret in crimine, delere decrevit hominem à facie terræ. Ita factum in supplicium & exemplum. Efferbuit Numinis ira, clade ingestà, & totius generis culpa vorticibus suffocatà : tuncque tanti criminis vindex: *Sensus enim* (infit) *& cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Non igitur ultrà percutiam.* Quid igitur hoc ? Quis sapiens & intelliget hæc, ut in contrarietate scruretur misericordias Domini ? Quia cogitatio hominis intenta ad malum; hominem, quem dilexerat, destruxit per cataclysmum: quare igitur parcere homini promittit ; quia eius cogitatio cordis semper in malum intendit ? Exponitur duplex iudicium in causis hominum : iustitiæ scilicèt & clementiæ : iudicium rationis & iudicium charitatis, ut ostenderet quàm eximiè diligeret homines : & modò illos amat, ea ratione qua pridem ex meritis oderat ; ut traheret visà amoris vehementià, illorum fugacia corda: igitur eius amor ita crevit, quandiù vel pravos diligeret ; ut studio singulari, ex ipsis malis, incendium ingens excitaretur amoris. Vividiùs dialecto nostrà : *Para que se viessen en el oro de su amor los quilates ; hizo razon para amar de las mismas sinrazones.* Trahuntur hominum corda per insperata beneficia solà gratia ; quæ studio amoris, sunt vincula charitatis. A Numine crimina, quæ puniuntur, indulgentur. Puniuntur rationis iudicio : indulgentur charitatis obsequio ; ut trahantur corda peccantium, sub amoris suave iugum: etenim amori cedent, cùm confusi viderint ; quòd propter amoris summitatem essent in gratiam accepti, qui debebant esse crimine ad supplicium destinati.

Genes. 6. 5.

Cap. 8. 21.

Malis ducitur in amorem, ut amore expellat malum.

Proditorem sciebat, & amabat.

13 Cum Gratijs & Anterote Priscî collocarunt Cupidinem. Ita apud Chartar. d. pag. 325. & 354. Per Anterotem signabatur redamatio, sine qua statim ingratitudo : Gratiæque utriusque iurè co-

Imago Amoris.

mi-

mites, ut amor sit in delicijs: igitur modò in dilecto non sit redamationis integritas; vel flagrans Amor non inclinatur ad gratias. Innotescit imago profani Amoris: non ita Numinis. Plaut. in *Pœnul.* Act. 1. scen. 2. v. 115.

Plaut. *Amatorem lucrum amare non decet.*

Nec amari, ut gratias conferat: equidem pretiosius fulget in pectore, absque ulla redamatione. Est lapis Lydius in eius gratioso obsequio, cordium pertinax ingratitudo: quandoquidem quùm magis læditur, ampliùs in gratias diffunditur.

Terent. *Quò magis læditur, pleniùs in gratias diffunditur.* *Quantò minus spei, tantò magis amo.*

Dicebat quidam apud Terentium in *Heautont.* Act. 5. scen. 1. v. 13. Hic verus amor sine reciprocatione spei, & pronus gratiæ. Est in se, & sui & sibi: igitur si modus redamatio, ut sublimior sit amor, privatur modo. Aptè apud Ovven. lib. 4. *Epigram.* 168.

Iam scio quid sit amor: amo, quamvis non amer, imò

Ovven. *Iam scio quid sit Amo: at nescio quid sit amor.*

Amor Christi elucet cum Gratijs sine Anterote: equidem cùm nesciret in modum amoris modum; intensiùs studuit gratijs, cùm dilectus invenit ingratiores. Ita dum vidit homines servos; dicitur à Psalmista: *Pro nihilo salvos facies illos.* Quid in illis ut salvaret, non invenit. Salvos gratiâ fecit, quia amare voluit. Totum in illis indignum: sed Christus amoris reiecit modum: equidem cum nihil in amorem illorum inveniret; propter amorem, *cùm dilexisset, dilexit.* Ingratitudinem transijt.

Psal. 55 8. *Ut diligeret nihil amore dignum invenit.*

— *Habet geminas, quibus evolet, alas:*
Difficile est illis imposuisse modum.

Ovid. 2. Art. v. 7.

14 Finis amoris est amor: amittet æstimabiliorem honorem; modò habuerit alium finem. *Is per se sufficit* (inquit Bernard. serm. 83. in *Cantic.* n. 4.) *Is per se placet & propter se. Ipse meritum, ipse præmium sibi est amor: præter se non requirit causam, non fructum; fructus eius usus eius. Amo, quia amo, amo ut amem. Magna res est amor; si tamen ad suum recurrat principium: si suæ origini redditus, si refusus suo fonti, semper ex eo sumat unde iugiter fluat. Suspectus est mihi amor; cui aliud quid adipiscendi spes suffragari videtur. Infirmus est, qui fortè spe subtractâ, extinguitur, aut minuitur. Impurus est, qui aliud cupit. Purus amor de spe vires non sumit, nec tamen diffidentiæ damna sentit. Quidni ametur amor?* Diverso intuitu amatur in mundo, unde debilitatur vel roboratur dilectio. Magdalena dilexit, sed quia cognovit. Dilexit Sponsæ cor, quia ei dilectus locutus est. Dilexit Petrus, ubi Iesus videtur, cæterùm illo absente, etiam nescit quid dicatur. Dilexit malum Eva appetitu deitatis, licèt depictum coloribus dæmonis. Isaaci floruit erga indignum affectiva dilectio; quia deserviebat palato: sic alij. Eiusmodi fines nequaquàm finis sublimioris amoris; cuius amare finis: uti hyperbolicè succinit Ovidius, d. v. 52.

Bernard. *Amor verus & eius conditiones.*

Ovid. *Ut quamvis nolim, cogar amare tamen.*

Aliter verò, ingens pectoris flamma, flamma frigida; quippe quilibet finis extra finem amoris, est deliquium voluntatis, affectionis vulnus, pulchritudinis eius deformis nevus, cordolium pectoris, & totius splendoris obscura eclipsis. Amor in amorem & propter amorem est stabilis. Non variatur: cùm illum nihil moveat, non movetur. Non habet causam, nec fructum: spei nec cognoscit aspectum: quandoquidem maior fit: cùm nec cognoscit spem.

Non habet causam, nec fructum

15 Dixi suprà *num.* 5. de instantia N. Salvatoris, ut à se transiret amaritudo calicis. Si possibile esset, quòd possibile fieret. Unde meditanter dicit Patri: *calix iste.* Quid iste calix? Decretum sanè de subeunda passione; in cuius articulo ob præclarum amorem, utriusque voluntatis nibile innotuit discrimen. Amor Christi bibere volebat, estò plenum acerbitate, poculum; modò haberet ex amaritudine fructum: hoc est, quod totum genus salvaretur humanum. Amor Patris, propter excellentiam amoris Salvatoris, quòd effuso sanguine pro cunctis, calicem biberet; sed pro cunctis non prodesset: equidem cùm reprobi nequaquàm dilectioni responsuri; calicis amaritudo erat amori dulcedo: equidem nobilissimum stemma charitatis, quòd amaret eminenter sine spe redamationis. Hic est calix, & vult Pater quòd non transeat calix iste: etenim intentâ charitatis summitate, possibile non est, quamvis possibile sit; quoniam extremum amoris, ingratos amare, & amare sine spe. Amat, quia amat: amat ut amet. Ipse sibi meritum & præmium sit: per se utique amor placet, quippe gratus propter se: & istius calicis amara exhaurienda potio (quin effusi sanguinis in reprobis ulla inesset gratitudo) quoniam summus amor alium non respicit finem, nisi dumtaxàt amare propter amorem. Spes conciliandi aversa corda, est

Matth. 26. 39.

Ardet flamma pectoris sine spe redamationis.

mo-

modus quo accenditur in pectore amoris flamma. Amat Christus novo modo, dum calix iste hauritur Patris decreto: equidem desperatà conversione reproborum, sine modo amavit cor ; cùm indignos diligeret citra spem. Lege dicta, *Tom.* 4. *T.* 8. *D.* 2. *à num.* 12.

16 Amor, ut ingens sit, sibique præmium & meritum ; nec habet causam, nec fructum : igitur uterque vel est scopulus quo navis amoris alliditur ; vel pelagus quo naufragans suffocatur. Non causam, quia spem repellere debet : non fructum, quia præter se fruitionem non habet : siquidem verus amor, dumtaxàt amoris usus, & nihil amplius. *Aperi mihi soror mea, amica mea*: Dilectus clamabat Sponsæ. Quasi non audisset, ostium pulsavit. Sponsa aperire serò voluit, ubi dilectum pulsare permisit : igitur Sponsa, quæ dilecti esse cupit amica ; ad vocem Sponsi habeat semper ostia pervia : friget in inspirationibus internis Sponsæ pectus, si post vocem Sponsi expectat pulsantis ictus. Cognovit, aperire differt, pœnitet : at cùm aperire solicitat ; dilectus *declinaverat, atque transierat*. Haud tristentur animæ, quæ ex gratiæ externæ retractione, quasi in absentia dilecti, lamentantur derelictæ : etenim Sponsus declinare solet; sed non transit : in probationem utique virtutis, tunc sedet in medio cordis : minimèque, etsi non visus, labitur ; quia Deus in medio eius non commovebitur. Perscrutemur articulum. Amore ductus Sponsus vocat, & pulsat. Quorsùm ergo vocat, si declinat? Cur ad ostium pulsavit, si recedit? In expressionem singularis amoris, ex vehementia æstuantis pectoris. Pulsare, erat explicatio cordis amantis : non discedere vocans, fructus amoris. Vocare erat proferre pectoris ignem ; non declinare pulsans, expectare in obsequijs redamationem : utrumque enim Sponsus cogitat, quùm excellenter amat ; ut Sponsa amoris excellentiam cognoscat : igitur patet cordis diligentis vis ; si diligit in amore sine gaudio & sine spe. Ni declinaret, perfectis officijs egregiè amantis; esset in amore alius usus præter usum amoris. Haud quia amabat, amaret : haud diligeret, ut diligeret : simulque Sponsam meditatò vocat & recedit ; pulsat & dilectam fugit ; quippe eius amor in amoris monimentum, nec habet causam, nec fructum. Amorem amor in amorem dirigit : equidem abs ullo intuitu *cùm dilexisset dilexit*. Procederem ultrà, ni plus iusto traheretur in fastidium Didascalia.

Cantic. 5. 2. *Amor verus, dum taxàt amoris usus.*

Vers. 6. *Vera Christi sponsa aperiat, simul ac Sponsus pulsat.*

Qui tunc magis præsens, dum videtur absens.

17 Visus Christi amor æstimabili ratione, & ultra rationem ; cui triumphum dedit certamen. Visus singulari iudicio contra iudicium, & novo modo adversus amoris modum : non solùm homines amore fovit, sed insigniter dilexit : igitur vel patet ingrato, quo studio, quo ordine, & quo fine. Quid etiam, quando & quousque: constat enim ex articulo, quanti illi steterit homo. *Grande vulnus est amori, non sentire amoris vulnus* : inquit Novarin. in *Umbra Virgin.* excurs. 28. n. 307. Respice in faciem Christi tui, ut compungaris corde : sentiasque dolore vulnus, eò quòd te propter tot vulnera passus. Unde tantum sequi prohibemur amorem? Obest profectò crimen. Diluatur vi lachrymarum. Habes sanè in solamen pectus apertum. Respice in faciem Christi tui. Ibi charitatem oculis tuis considerabis, & præ nimia pietate retributionem peccatorum videbis. Ibi scies,

Novarin. *Amor Christi provocat in eius amorem.*

——— *Quæ res*
Nec modum habet, neque consilium : ratione modoque
Tractari non vult.

Muret.

DIDASCALIA IV.

Eucharistiæ Sacramentum venerandum, non discutiendum.

1 SI amoris, ut vidimus *Didasc. præced.* nemo penetrat scrutinijs Sacramentum ; inaniter audebit in Sacramento, ubi latet & fulget Amor amorum : etenim eius ingenium, quia summi amoris, non comprehenditur ingenio : & deficient oppressi *scrutantes scrutinio*; quoniam non intelligitur ingenij scrutatione, sed tantùm fide.

Eucharistiæ sacramentũ, amor amorum

Psal. 63 7.

Aspice per speculum fulgentis luminis umbras.
Si quæris causas, errans desiste moveri.
Causa enim fidei rationis imagine maior.

Tertull.

Accinit Tertullian. 4. *Advers. Marcion.* à v. 63. Intelligitur, dum creditur : igitur absente fide, etsi in sublime extollantur subtiles cogitationes ; decident scrutatores à cogitationibus suis : quò magis elevatur in penitiorem cognitionem cogitatio, erunt cogitationes sine intellectu; quippe sine intellectu intelligitur, cùm sublimiùs

Ab homine intelligitur, si intellectus captivatur.

minùs intelligat, si captivetur. His mysticis tenebris cogitationis Sacramenti datur lux; & in omnem altitudinem, extollentem se adversus scientiam Dei. Non enim arcanum amoris cognoscendum in fidem; sed adhibenda fides in mysterij cognitionem: qua de causa ad cœnam magnam vocantur cæci, non surdi: etenim qui videre volunt, cæcutiunt. Pervià ad fidem aure, carent visione: quoniam si videtur auribus apertis, & clausis oculis; ratione nesciunt, lumine obtenebrantur, pennis torpent, & apertis oculis, nihil vident. Si intelligentia humana posset arcanum cognoscere; quid enim haberet magni. Ex Prudentio 2. in *Symmach.* v. 164.

Luc. 14. 21.

Prudent

——— *Exigua est vis*
Humani ingenij, tantoque angusta labori.

2 Non cupit intelligere, qui intelligere cupit: intelligentiam superat non intelliget: etenim cum fidei sit augustissimum mysterium; suscipiendum fide, non discutiendum ratione; quippe si iudicat ratio; sine intellectione iudicium rationis sine iudicio. Fides est necessaria, & non rationis scientia. *Scientia ratione & intellectu colligitur* (ait Bernard. serm. de *Excellentia Eucharist. & Sacerdot.* n. 12.) *fides sola auctoritate inducitur. Hoc fides credat, intelligentia non requirat: ne aut non inventum putet incredibile; aut repertum non credat singulare. Quæ fidem necessariò exigunt, rationem omnino non admittunt.* Hinc vel species in quibus sacramentum institutum, dicunt rationis exilium. Panis & vinum sunt. Panis roborat, vinum inebriat, cuius effectu & ratio sopitur, & simul iudicium prævaricatur: panisque & vinum sunt species sacramentales, sub quibus caro & sanguis Salvatoris; ut confortetur ratio, dum est sine usu, nisi in firmissimam fidem, per non apparentium firmissimam cognitionem. Prisci in ethnicismo collocarunt simul Angeronam & Minervam (adi Chartar. de *Deor. imagin.* fol. 250.) hæc idea fuit rationis: illa taciturnitatis; quam ab rem vita huius applicata labijs, sicut illius ortus fictus ex capite Iovis. Idem, pagin. 240. Macrob. 1. *Saturnal.* cap. 10. & Pausan. *cap.* 22. Symbola harum imaginum comitari debent ad cognitionem, Eucharistiæ sacramentum: etenim si ratio inquietè curiosa, pervenire contendit usque in altissima, quæ Numen fecit magnalia; ut per fidem illorum obtineatur cognitio, ad intellectionem ratio debet esse sub silentio.

Fides in intelligentiam necessaria, & nō rationis scientia.

Bernard

Matth. 26. 26.

Imago Minervæ, & Angeronæ.

Ut sit intellectio, sub silentio iaceat ratio.

Quippe minor natura aciem si intendere tentet
Acrius, ac penetrare Dei secreta supremi;
Quis dubitet victo fragilem lassescere visu,
Vimque fatigatæ mentis sub pectore parvo
Turbari, invalidisque hebetem succumbere curis?
Sed facilis fidei via est.

Prudent.

3 Contra hostes animæ exponitur & coram oculis apparatus sacræ mensæ; ut ait David: *Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me.* Nec dæmon fallit, nec mundus floret, nec caro pungit, dum huic mensæ homo invitatus accedit. Ibi uti in throno Agnus castus, quo redditur mundum pectus: etenim qui nutritus sacro huiusmodi alimento; non timebit quid faciat illi caro: iudicium enim fit mundi ob eius insanias falsas; & etiam princeps eijcitur foràs. *Fremit mundus, premit corpus, insidiatur diabolus* (inquit Bernard. serm. 61. in *Cantic.* n. 3.) *non cado.* Nec cadet, qui de mensa præparata comedit: siquidem adversum vulnera sagittarum hostium, non solùm est antidotus, sed alexipharmacum. Vide *Tautolog.* 8. *D.* 5. Ergo in nostrum institutum. Insignis delicijs novis, cœlestibus præparatur Eucharistiæ mensa; in qua præ cæteris præclara exponitur gratia: nimirùm in potu, ubi deliciarum plenitudo. *Calix inebrians, quàm præclarus!* Claritas poculi ex ebrietate? Utique. *Mensa & calix est altaris sacramentum*: subdit Genebrard. Inebriatio est privatio usus rationis: sicque indicitur conditio huiusmodi calicis; quoniam ut degustetur præclarè sacer panis intellectus, sepeliri oportet curiosæ rationis usus. *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Si amicè vultis comedere, replemini ab huius mensæ ubertate: bibite plenè, ut sitis charissimi: ideſt usque ad ebrietatem; quippe ad intellectus cognitionem (quæ sine luce intellectus, ut calix fulgeat præclarus) ratio plurimum habebit lucis; si mensæ consors releget usum rationis. *Mens deficit* (inſit Cyprian. serm. de *Cœna Domin.*) *cùm suscepta Eucharistiâ erigitur.* Profectò exule intellectione cognoscitur: etenim in statera Eucharistiæ, ratio magis elevatur, quò in sacramenti fidem magis opprimitur. Quæ supra nos, nihil ad nos. Fides tantùm lumen est; quoniam ex eius tenebris amplior intellectui ad intellectionem lux: Errabit mens sine fide; & desipientiùs errabit, si

Prudent.

Sacramentum Eucharistiæ adversus hostes animæ.

Bernard

Ibid.

Genebr.

Cant. 5. 1.

Quo ad illud magis ebria, ratio ampliore perspicacia.

Cyprian

Assi-

Oth. Van. Embi 31 Piciuel.

Audit, quod ratio, quodque Minerva monet.

4 Appositè de Sole dicitur, apud Picinell. *Mund. symbol.* lib. 1. n. 52. *Illuminat, & eliminat.* In hoccine sacramento Sol iustitiæ verè illuminat, & eliminat; ut ratio mysteria simul cognoscat & nesciat. Eliminat in intelligentiam, naturalem rationem; & per fidem illuminat cæcutientem. Illuminat oculos cæcutientium: eliminat curiositatem scrutantium: equidem cùm uti Sol sublimiorem habeat splendorem; rationis naturalis extinguit lumine lumen. *Panis* siccine dicitur *intellectus*; nequaquàm intellectionis: intellectio, usus intellectus cognoscitur: & non intellectionis, sed intellectus, panis Eucharistiæ dicitur; quoniam excluditur usus, eò quòd non sat in eius intelligentiam naturalis intellectus. *Cor stultorum intelliget scientiam.* Verùm sanè ad intelligendam Eucharistiam: igitur qui suo sensu & cognitione abundant, hanc scientiam non intelligunt: stultique arcana scientiæ cognoscunt; quippe datur illis intellectionis usus eò quod nulla fides sensibus. Dicit idem Evangelicus Vates: *Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati.* Perpropriè. Est visio sine visione, visione fidei. Sunt verba vitæ, sine ulla verborum expressione, ut verba libri signati; quippe multa, magna ac mirabilia, tamquàm in signato volumine conteneri creduntur, licèt ab hominibus sine fide non legantur. Visio & verba libri signati. Quomodò occultum oculis patebit visini? Fide: etenim quæ per illam in libro rationi humanæ occultantur, in veritatem mysterij certiora, quam quæ videntur. Hæc est fidei gloria, quòd sit fides contra visa.

Ecclit 3. *Intel igẽtiæ usus sine sensibus.*

Isai. 32. 4.

Cap. 29. 11.

Cur conferatur litteris libri signati?

5 In umbra fulget, quod fidem astruit. Postquàm à Sacerdotibus velaminibus obducta vasa universa Tabernaculi, super humeros imponebant Levitæ. *Intrabunt, ut portent involuta. Ista sunt onera in tabernaculo fœderis.* Onera, vel obsequia? Obsequia cordis fidelis, ex onere laborantis rationis: equidem fide vocantur, ut super humeros portent, quæ non vident; nec aspicere valent. Sensus cedebant ex defectu valentiores, fidei suppositis humeris; igitur in onus credebant, quæ velata portabant, astruentes contra visa supernaturalem fidem; quia arcanorum Tabernaculi tantu videbant velamen. Hinc obsequium, ut credat intellectus esse supra se sacramentorum miraculum; glorieturque intelligere non posse præ magnitudine, quod in fidem objicitur naturali rationi: quandoquidem libenter ut portet, super se suscipit; quod non videt, nec intelligit. Panis hic, rationis onus, ut ait Mauburn. in *Roset.* titul. 6. cap. 10. *Tenebras illuminat, frigiditatem inflammat, sterilitatem fœcundat.* Ratio naturalis, per se ad Eucharistiæ cognitionem sterilis, frigida ad flammam Solis; cæca respectu tam immensæ claritatis, quia credit sensibus: sensumque habebit, in sacramenti mirabilis discretionem modò remota à sensibus sequatur fidem: qua quidem intellectus fœcundatur sterilitas, frigiditas inflammatur, & illuminatur cæcitas: etenim non respicit quæ videt, sed videt solùm, intelligendo quod audit.

Numer. 4. 15.

In sacramentum rationis studia, onerantium ob sequia.

Maub.

6 Huc reducuntur fidei studia, quia difficilis scientia. *Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum?* dicit Vates Evangelicus. Intellectus & auditus sociantur, in huius scientiæ inauditum studium. Per auditum ingreditur fides: per intellectum assensus voluntatis. Ubi intellectus audit, auditus intelligit: discitur-que contra visa, vera scientia, quæ in Eucharistiæ docetur schola; quia intellectus pluris facit, quod dicit auditus, quàm quod sociati dicunt cæteri sensus. Intelligitur modò Angelicus Doctor, *Opusc.* 57. asserens: *Accidentia sine subiecto in eodem subsistunt, ut fides locum habeat; & sensus à deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus iudicant sibi notis.* Per accidentia cognoscitur, in qua subsistunt, substantia: fidesque profectò locum habet; quia ratio per fidem credit, nullam in sacramento augusto esse substantiam, quam substantiæ demonstrant accidentia. Non apparentium, fidei est testimonium; & nobilius, si desumitur ex argumento apparentium. At si de accidentibus iudicant sibi notis, quòd ibi sensus à deceptione reddantur immunes; perdifficile videtur: igitur ab illis de non esse in ipso esse iudicatur; & quodlibet asserere in huius veritatis argumentum; non videtur rationi verum iudicium. Si verum iudicium est; ibi accidentium substantia, quam indicant accidentia. Si falsum iudicium (quia ibi accidentia sed alia substantia, in prodigium sacramenti) unde sensus immunes à deceptione? Ibi: per fidem ratio cognoscit sensus falli posse, verùm in sacramento non falli; ut fides locum habeat, & sensuum testimonio plus emineat: igitur in pane & vino alia creditur substantia; ubi sine deceptione sen-

Isai. 28. 9.

D. Thomas.

Quomodò in illo sensuum verũ testimonium & simul falsum?

sibus patent vini & panis accidentia. Maiora utique in fidei argumentum, quòd sensus non decipiantur; ut rutilet fides, atque victoria rationis: sensum sine deceptione firmitas, atque sacramenti veritas; in fidei obsequium, & mysterium fidei: etenim maius non apparentium miraculum, contradictione apparentium. Deciperentur næ (quia non intelligunt, nisi de accidentibus, sibi notis, & minimè sub accidentibus contentis) ni interesset auditus, qui intelligit de contentis sub accidentibus: & contra quæ præ se ferunt accidentia, à ratione creditur alia substantia; quippequàm firmiter credit, quod auditum tantùm intelligere facit. Quousque institutum huiusmodi fidei arcanum; erga obiecta propria non erat deceptio sensuum: nec sub accidentibus erat alia substantia præterquàm sensibilia designabant accidentia. Necdùm data scientia singularis, qua rationi ex auditu concederetur facultas & usus intellectionis: & qui de accidentibus sensus iudicant sibi notis, à deceptione in Eucharistia redduntur immunes; quippequàm non falluntur auditus intellectione, eò quod de substantia accidentium demonstretur posse falli. Lumina deficiunt copià lucis: caligant radijs.

Paulatim inficitur tenebris lux candida: certant

Achill. Bocch. *Symbol.* 98. *Et lux & tenebræ: mors circum tempora oberrat*

Calligo, & noctem oculis prætendit opacam.

7 Sic ista: sed quæ ista? Miracula magna, summa prodigia, memoria mirabilium quoniam hoc sacramentum miraculorum maximum. Ad amussim in symbolum, tabula rasa, in quæ nihil est depictum, cum fasciculo penicillorum subtilium, universorum differentià colorum; epigrapheque: *Cogita, elige, habe.* Perpropriè: uti speculum ad quod quisque. Exponitur ad libitum & mirabilium & deliciarum mensa; in qua omnibus omnia. *Cogita, elige, habe*: lætaberis corde. Hìc singularis ex carne & sanguine, vini & panis specie, verè cibus & potus; quæ præparavit in dulcedine sua pauperi Deus. Bernard. d. *n.* 15. cogitavit *speciem panis, veritatem carnis, & virtutem gratiæ spiritualis.* Ad primum sensus exterior: ad secundum fides interior: ad tertium charitas superior. De gratiæ virtute mediâ charitate, agemus *Tom. seq.* modò de prioribus, ut ante virtutem ostendatur maior virtus. *In Hollandia* (ibi necessaria signa) *dissectâ nuper arbore, repertas hìc calicis, ibi stolæ, aliorumque ornamentorum sacerdotalium ferè omnium imagines. In specubus quibusdam Provinciæ, loco deserto, figure conspiciuntur, in quibus omnia quæ cupias repræsentantur*: ait Gaffarell. de *Curiositatib. inaudit.* cap. 5. n. 3. & 4. Aptius speculum Heræ; de quo Pausan. *cap.* 268. asserit, loco imaginis prropriæ, Deorum imagines, atque thronum videre qui in illud intenderet aciem. Alia confecta fabula in allusionem. Cùm Iupiter in sua maiestate videri nollet ab Hercule, avido huiusce gloriæ; ut Posset illi complacere, iussit agnum occidi, indutusque villosam pellem, sic se ostendit Herculis in voluptatem; quasi tota gloria cœli palàm fieret oculis humanis in specie agni. Kircher. *Obelisc. Pamphil.* lib. 4. Hierogrammatism. 3. Hin Ægyptij adorabant agnum igne armatum: ex Rabb. Iuda in *Zoar.* ait idem *Hierogram.* 2. & ex Rabb. Levi Masius in 5. *Iosue* Iam ergo agnus videtur in throno ostendens gloriam, & ignem mittit in terram. *Stagnum esse in Sicilia* (ait Aristotel. de *Mirabilib. auscult.*) *ambitu suo scutum nihil excedens, aqua splendenti: in quod si quis lavandi gratiâ ingrediatur, in latum extendi: quod si iterum, amplius dilatari.* Idem Causin. *lib.* 1. *Symbol.* 52. Sic enim Petrus mittit se in mare, ut citiùs videat Salvatorem glorioSum in littore, quo aqua, piscis, panis, ut prevaleret viso miraculo fides. Sedul. 5. *Carm.* v. 405. accinit.

Tunc epulis præceptor eos invitat edendis: Hinc etenim abluimur, hoc pascimur, inde sacramur.

8 Occurrit mirifica visio Moysis, eius stimulus prudentis curiositatis, ductæ in singularem gloriam; qua de causa vocabit *visionem magnam.* An quia ibi *forma nulli visibili similis, divinum simulacrum, luce clarissima*? Ita cogitat Philo, 1. de *Vita Moys.* Videt, quod nulli visibile? Ergo alienâ specie. Ideò dùm videre pergit operuit faciem, ad ostendendam fidem: igitur si huiusmodi visio Eucharistiæ sacræ symbolum; visibile invisibiliter sumitur alienâ specie occultatum. *Ille autem ignis* (inquit Perer. hìc, *disput.* 4. *n.* 14.) *quædam habebat præter ordinem naturalem.* Erat ibi ignis forma, quæ naturaliter nequibat subsistere absque materia: visioque dicitur magna, ordinem naturalem ignis præteruente formâ; in exemplum Eucharistiæ, mirabilis sacramenti: quandoquidem mirabilium magnitudo, quod accidentia materiæ subsistant sine subiecto. *Deus noster*

Gaffarel

Specul. Heræ.

Alia anæ logica symbola.

Aristot.

Sedul.

Exod. 3. Philo.

Vers. 6.

Perer.

Miracula accidentium

Symbola gratiarum Eucharistiæ.

Bern.

Hebr. 12. 29. *ster ignis consumens est* : & in symbolum sacramenti Eucharistici oculis exponitur ignis ; ut constet origo admirationis Moysis : igitur universa prorsùm mirabilia; quòd Deus ignis, specierum sacramenti non consumat accidentia. Visus à Moyse in rubiculo ignis, fuit ignis elementaris; iuxta Perer. ibid. huius sphæra suprà est: hinc igne siccine viso, amplioris sacramenti altior ministratur cum admiratione lux : equidem summa admiratio ; quòd ignis in cœlo manens, in usum Moysis descendisset de cœlo. Quod prodigium in igne, maius in sacro Eucharistiæ pane: etenim si ignia cœlestis descendens in terra mansit; hic est panis qui de cœlo descendit. Denique. Moysi *apparuit Dominus in* D. v. 2. *flamma ignis.* Ibi erat, & non videbatur Dominus ; sed duntaxàt in qua erat ignis rutilantis flamma ; quin inesset illi ignis V. 6. exhibit forma. *Ego sum Deus.* Si magna visio, antequàm Moyses visionis arcana sciret ; quid dum mysteria cognovit? Iurè igitur vocat magnam visionem, quæ includit tot mirabilium excellentem magnitudinem : siquidem excedit humanam cogitationem ; quòd Deus de cœlo descendens appareret terris sub aliena forma; quin assumptæ formæ in illo inhærerent accidentia. Ibi Deus, & mirabilis modus; quoniam in igne apparuit oculis Moysis; & nihilominus tamen non erat subiectum ignis. Splendor sive lux, accidens sanè ignis est. In flamma Deus utique, eiusque splendore apparuit; verùm illi flamma, aut splendor inhæsit : hoccineque in articulo excitat mentem Moysis admiratio; quippe mirum in natura accidens sine subiecto.

9 Stellam Magorum vocat Leo Pap. *Novam stellam, novum sidus.* Ita serm. 3. in *Epiphan.* cap. 2. & Fulgent. in ead. festivit. *Hæc stella* (inquit) *numquàm ante apparuit ; quia nunc eam puer iste creavit.* Quem sequitur Damascen. lib. 2. de *Fide orthodox.* cap. 7. Hinc à Magis dicitur : *Vidimus stellam eius* ; quia licèt eius, in cœlo fulgentes, hæc erat entitate, munere & fulgore singularis. At unde singularitas & astro novo ? An quia fulgebat in mundo, amplius quàm cætera in cœlo? An quia illud reliquit, ut cæcos errantes duceret, & in illum thronum collocaret, quem propter illos in cœlestibus deseruit? Planè Magi ut pervenirent ad gloriam, habuerunt stellam: quæ Dei dicitur in dignitate muneris ; igitur plenè perfectum munere Deitatis. Nova enim dicitur stella, quia novam habebat lucem, præter communem stellarum ordinem. *Stella illa fuit lux, quasi subsistens & per se separata, lucidum accidens* : ita cogitarunt nonnulli apud Suarium, *Tom. 2. in 3. p. D. Thom. disp. 14. sect. 5. n. 1.* Haud nominat AA. sed arbitror esse, quibus placuit, lucem primam, per se subsistentem, sine subiecto fuisse creatam ; ut vidimus *Tautolog. 3. D. 5. à n. 3.* & iterabimus, *Tautolog. 9. D. 4. n. 11.* Ordo naturalis stellarum est ex materia & forma substantiali, cum accidente lucis, connaturali corpori illuminati. Siccine reliquæ stellæ : & quæ signat Christum in mundo esse ; plauditur illustre sidus, singulari novitate; quoniam novum, cùm in alio accidens sit; quòd subsisteret per se : atque in Christum latentem designando, demonstraretur fidelibus accidens sine subiecto. Lucis qualitas corpus naturaliter petit: Christus, quærentibus Magis, latet. Quousque pateat, respectu cæterarum etiam nova stella signat ; ut excitet quærentium fidem, & propter splendorem, & propter conditionis novitatem : etenim si accidens, estò prodigiosum, lux stellæ ; novitatis est insigne, quòd subsisteret per se sine naturali corpore.

10 *Quid magis novum* (ait Gillebert. in *Cantic.* serm. 7. n. 8.) *quàm quod in mysterio Dominici corporis, mutatur materies, & species servatur ? Pristina manet forma ; sed nova gratia ; quia nova substantia. Nova quidem non in se, sed in huiusmodi specie. Novum planè, quòd carnis Dominicæ substantia in aliena specie.* Utrumque admirabile prodigium : etenim si novum, quòd accidentia subsistant per miraculum ; magis insigne, quòd Christi substantia lateat sub aliena specie. De discipulis euntibus cum Christo in Emmaus, dicitur ; quòd in via incognitum, cùm recubuissent, agnoverunt eum. *Aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum ; & ipse evanuit ex oculis eorum.* Luc. 24. 31. Ergo pridem non cognoverant, licèt haberent notitiam : indicatur ad cognitionem, quomodò habituri fidem : igitur à fidelibus non cognoscitur in via, mirabili specie propriâ. Induit peregrini speciem illo meditato itinere, in commendationem futuri pòst sacramenti ; quia possent deduci in dubitationem, Christum habere præsentem : peregrinique formâ illis eius obijcitur apparentia ; ut constaret, quam habebat in Eucharistia : igitur ibi cùm illis & verè erat ; verùm nullatenùs erat, quod repræsentabat : ibi Christi glorioso

Suar.

Quomodò hac in stella præfigna tur Eucharistia.

Gilleb.

Ibi Christi præsentia etsi non ve ra.

Fulgent

Matth. 2. 2.

Munera stellæ Magorum, & natura.

vera existentia, sub accidentali formâ; attamen illi non inerant accidentia. Quærabatur non videntium, præsentiæ fides, quam habebant, quin comprobaretur oculis; ut fides haberet locum in via, quousque apertis oculis, videretur in patria: ipseque vadit cum illis in specie peregrina; ut & in specie videretur novum miraculum, & simul præsentiæ signaret mirabilem modum: igitur cùm Christus sui intenderet illo in statu cognitionem; per speciem alienam tanti prodigij intulit novitatem: novum quippe, ibi propter speciem accidentium, quòd præsentia non visa; & etiam quòd per se in specie subsisterent accidentia.

Vers. 35 11 Ulteriùs. Non cognoverunt in via, & *cognoverunt cum in fractione panis.* Cognoscitur, dum evanescit ab oculis? Itaque: videtur cognitione, cùm non videtur. Iterat in Eucharistiæ celebratione, quod fecerat in itinere: etenim cum illis recumbens ipse præsens in specie panis; sicut in via præsens peregrini specie erat, & ibat cum illis. Pende. *Quomodò cognoverunt eum in fractione panis.* Non solùm exponitur cognitio, sed quomodo, in Eucharistiæ mirabili sacramento: equidem cùm hic præsens & glorioſus sit, etsi species ad oculum panis est; statim cognoverunt, quòd esset ipse, qui apparuit pridem & sub peregrini specie. Arator, 2. in *Act. Apostol.* v. 933.

Videtur cùm non videtur.

Arator.

Advenit cum nocte iubar? discernere causas
Eventus post facta solet. Benè vidimus umbras,
Visuri iam Sole novo.

Iam carnis Christi substantia videtur specie alienâ; quò prodigio cumulantur mirabilia. Ad rem Bernard. d. n. 14.

Bernard *Fovetur sensus in uno* (infit) *ædificator fides in altero. Quemadmodùm species illic videntur, quorum res vel substantia ibi esse non creduntur: sic res veraciter & substantialiter creditur, cuius species non cernitur. Videtur enim species panis & vini; & substantia panis & vini non creditur. Creditur autem substantia corporis & sanguinis Christi; & tamen species non cernitur.* Totum insigne, quippequàm singulare miraculum in utroque.

12 Umbram fuisse Manna huius sacramenti mirabilis prædicant universi orthodoxi DD. Nova ergo luce illustrandum testimonium insigne. Viso singulari beneficio Manna, de cœlo descendentis, quod non cognoverunt, tantam gratiam admirantes; dicit Sapiens: *Angelorum esca nutrivisti populum tuum:::. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat.* Haud *Ostendebas*, sed panis ille Angelicus *ostendebat*; quia sanè daturus panem, qui tuam manifestaret dulcedinem. At contextus verba libranda. *Substantia tua* in illo cœlesti pane in alimenta populi! Quid hoc, etsi panis cœlestis? Alitur sane populus substantiâ panis. Cur igitur in panis substantia, Deo dicitur *substantia tua*? Signantur in illo pane mirabilia (quasi in umbra) ut pro substantia panis: in pane videretur alia substantia; in illaque simul incomprehensibili modo, contineretur tota divini dulcedo: in paneque non dicitur panis substantia, *sed tua*; ut in illa dulcedine, quam ostendebat, non intelligeretur substantia præsentis panis, sed substantia mirifica corporis Salvatoris. Apud Lorin. hìc, Osorius, pro *substantia tua*; legit: *Hypostasis.* Idem Græc. apud Marian. Optatus enim in *Gloss. Ordinar.* intelligit *substantiam* de filio Dei. Haud secus Fulgent. Obiect. 4. *Contra arian.* Maluendaque legit: *Hypostasis tua tuam in filios conspicuam faciebat dulcedinem.* Intelligitur modò, quæ & cuias in pane illo substantia ostendebatur & dulcedo. Miraculum Eucharisticum (longè superaturum Manna de cœlo miraculum) aliam nobiliorem substantiam ostensurum in pane: igitur cœlesti, divinâ erit futura dulcedine, substantia corporis filij Dei ex hypostatica unione. Non Moyses dedit panem de cœlo verum, sed dumtaxàt nobile symbolum. Panis verus verè datur à Patre cœlesti, ubi in specie panis substantiâ corporis Christi. Hinc dicitur: *Substantia tua, dulcedinem tuam, quam in filios habes*, &c. Panis ille dulcedinem designabat, quam substantiâ scâ filius Dei filijs habebat. Catholici verè filij, Hebræi servi: quibus in pane de cœlo, panem non dedit, quem fidelibus lege gratiæ suæ substantiæ dulcedine præparavit; qui panis verus, uti animæ & corporis verè cibus. In pane servis dato (quamvis de cœlo) erat panis substantia; in pane filijs servato, erat maior excellentia, & superiora prodigia; quippe præparabat ad legem gratiæ substantia propriâ divinæ dulcedinis, sed sine substantia panis.

Sapient 16. v. 21

Græc. Gloss.

Maluenda.

Differentia Manna, & Eucharistiæ panis.

13 Ut pateat eminentia Eucharistiæ, conferatur in unum panis uterque. Manna plauditur panis cœlestis, quasi præparatus Angelis. Unde Prudent. in *Enchirid.* Epigramm. 11. accinit:

Pani-

Panibus Angelicis albent tentoria Patrum;
Certa fides facti.

Prudēt. Quid factum? Quod, quippe magnum, petit fidei testimonium: igitur propter gratiam eminenter singularem, factum excedebat fidem. Panem ergo de cœlo dedit Numen famelico populo, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem; quia *deserviens uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur*, sine ullo metu fastidij, quippe ad lubitum cuiusque, delectamine palati, & universo deliciarum sapore. Sapor diversus in cibis profectò est accidens. Eratnum in Manna? Lorinus hìc subdit: *Varius sapor pro varia cuiusque voluntate; non modò non inerat in Manna naturaliter, sed nec omninò inhærebat.* Suffragatur *Adversus Zuingliam.* Scarga, art. 8. *Manna proprietates accidentales ciborum continuisse* (ait) *absque illorum proprijs substantijs.* Sine proprijs substantijs accidentia & erant cibus? Ita panis? Ita fuit multo tempore cibus Catharinæ Senensis; & aliorum, quos refert Maiolus, Tom. 1. *Colloq.* 20. Mira profectò cibaria, quòd corpus substantiale alerent accidentia. Dicit Moyses: *Dedi tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui; ut ostenderet tibi, quòd non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei.* Si Manna usus ad cibum, ut ostenderet, homines posse pasci per quodlibet Numinis verbum; ergo non erat panis Manna, quo nutritus tanto tempore Israël. Quomodò igitur si non panis, etsi in cibum; erat panis Angelorum? Quia illius cibabantur suavi dulcedine, quasi in terra degentes viverent Angeli: etenim si accidentia continebat ciborum, sine conditione substantiarum; non pane alebantur pro alimentis, sed panis speciebus loco panis: tantùm quippe nutrire panis quibant accidentia; dum nulla panis substantia: igitur perfectionis in signum dati & accepti alimenti; nutritio fiebat duntaxàt ex speciebus panis de cœlo missi. Catharinàne est Angelus? Illi sanè panis Eucharisticus cibus. Panis illi non panis, nisi cœlestis, qui solus specie panis; cuius substantia caro & sanguis Salvatoris: paneque non pane Catharina in hoc mundo nutritur; ut illo, omnis saporis suavitate pascatur: simulque sine cibo mirabilis sit dulcedo, pane propriè in eius nutritionem de cœlo misso: quandoquidem specie panis erant panis accidentia; cæterùm in nutritionem, non erat panis substantia, sed tantùm animæ cibus, eius panis qui latebat sub speciebus. Hoc Catharinæ Manna, dùm esset in corpore, Angelicâ nequaquàm conditione, sed puritate; æmula in conditione carnis, Angelicæ conditionis, & nutrita sine cibo pane de cœlo, & singulari miraculo: equidem singulare, quod materiale, carneum nutriret corpus; qui solùm animæ cibus. Vigilanter vernacule, quippe æquivocè: *Con las especies sacramentales milagrosamente se sustenta, sin que comiesse cosa de substancia.*

Quomodo varij sapores in Manna?

Ubi supr.

Lorin.

Scarg.

Catharinæ Senensis cibus Eucharisticus panis.

Deuter. 8. 3.

Quantum miraculum

14 Hinc perspicuior expositio in testimonium, ut rutilet clariùs in Catharina nutritionis miraculum. Cibavit Deus Manna populum: ut per illum singularem (quin panis esset) inauditum cibum, cognosceret esse posse, quidvis; signatum definitione verbi, si uti concessum Manna, procedit ex ore Dei. Astruit etiam quò dudùm Sapiens: *Ut scirent filij tui, quos dilexisti Domine; quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conservat.* Conservant dilectam Catharinam in vita non fructus, quos profert terra; sed sicut Manna, quod procedit de ore Dei. Et efficacitate atque potentia huius verbi, substantia panis non est in Sacramento Eucharistiæ; sed tantùm panis species, quippe fit transubstantiatio in corpus, & vini in sanguinem Salvatoris: ita Sapiens tetendit in sensum altiorem, dum in umbra Manna (quin panis esset) divinum signavit panem; quo vita mirabilius conservaretur, eius quæ pane sine panis substantia vescebatur: igitur Catharinæ ita Eucharisticus cibus, ut vita conservaretur speciebus duntaxàt sacramentalibus. Ergo Didascaliæ scopo. Omnem ciborum saporem atque dulcedinem Manna substantia ad lubitum cuilibet ministrabat; sed horum accidentium varietas in illo non inhærebat: ita ut qualitates accidentis essent omninò sine proprijs substantijs; ut prodigium non solùm esset in accidentium saporum varietate, sed etiam in modo essendi. Naturaliter esse nequit, quod Manna in stuporem exhibuit, excedens naturam, per singularem subsistendi gratiam: quandoquidem accidentia saporum novo prodigio, subsistebant miraculo sine subiecto. Plures in substantia Manna accessiones accidentales, respectu diversitatis saporis, & varietatis dulcedinis; sed illi non inhærebant, ubi sensus informabant: etenim cùm voluntati miraculosè darentur; ad quod quisque volebat, convertebantur: tuncque

Hoc cibo signatur dilecta Deo.

Sap. d. v. 26.

An accidentia saporū essent in Manna?

præ-

præstito in cibum Manna, super miraculum panis maius miraculum fit; equidem sensus informabant accidentia illius substantiæ, & non inhærebant ibi. Iurè gustantes Manna, dicunt mutuò: *Quid est hoc?* Totum gratiæ nutrici debetur Dei, non solùm in mirabili cibo, sed in saporum accidentium modo; non in substantia panis, sed in voluntate comedentis: igitur novum, quòd per se subsisterent, quin haberent quò inhærerent. Denique: à nonnullis Philosophis dicitur ex se cunctam substantiam naturalem nequid habere discriminis; & solùm distingui iuxta accidentium species. In pane delicioso & suavissimo Manna, meritò demiratur Israël, quippe ignorat in hoc, quod deguſtat, quid sit hoc; cùm in ipso non sit accidens varietate saporis, sed duntaxàt in arbitrio voluntatis. Mutatur seu immutatur panis substantia, præut variantur accidentia: excitatque admirationem, talem deguſtare panem & multiplicis saporis; haud inhærentis in ipsa substantia panis: quippe dignum admirationis omnimodę, etiam in elevatione subtilis intelligentiæ quòd in Manna substantia mutarentur accidentia, & mutatione accidentium non mutaretur substantia. Dominus, ut modulatur *Arator*. d. 1. v. 21.

Exod. 16. 15.

Contulerat per signa fidem: miracula rerum
Non poterant celare Deum.

15 Scrutemur itaque Eucharistiæ sacra arcana, si hæc præcurrenti signatur dona figurà. Mirabilia Manna guſtato pane, cognoscebant iusti, qui vocantur filij: *Ut scirent filij tui, quos dilexisti*: at erat maior scientia, quia panis iste figura (estò mirabilis cibus) panis vitæ & intellectus; ut divina generoæsimè gratia confirmaret mirabilia per facta mirabiliora. Unde Siradices Numini dicit: *In conspectu eorum magnificatus es in nobis*. Quid *In nobis*? Si *in conspectu eorum*; magnificatus est in illis: cur igitur dicitur in nobis magnificentia, dum illis concessa gratia? Quia in suavitate panis, quæ vincuique prodibat; dulcedinem, quam in filios servabat, ostendebat. Hinc infit: *Innova signa, immuta mirabilia*. HRaban. *Transi in nova miracula*. Quid utique innovandum, si quod patratum, admirabile prodigium? In quid novum erit transitus; si varietate saporis & dulcedinis, ad quod quisque volebat convertebatur mirabilis cibus? In opposita miracula, rei & modi novitate signanter mirabiliora: de pane scilicèt, quo plus est, miraculoso Manna; ad Eucharisticum panem, quo non plus. De figura Sacramenti in Sacramentum; ubi compendium miraculorum, modo novo & inaudito: equidem maius miraculum immutato miraculo; quoniam si miraculum Manna, panis substantia & non accidentia; in Eucharisticò pane accidentia videntur, sed sine panis substantiæ.

Ubi sup

Eccli. 36. 4.

Vers. 6. HRaban. *Quomodò Eucharistiæ miracula pani Manna, & similia, & dissimilia?*

16 Intelligitur haccine panis novitate, atque modi mutatione, periodus Salvatoris insignis; cum de pane Eucharistico loqueretur Iudæis. Panis vivus & verus ego sum. Sicut Manna in cibum de cœlo descendi. Fideles in Sacramento manducabunt panem hunc: at *non sicut manducaverunt patres vestri Manna*. In modo designatur differentia, ut videantur ex pane & in pane nova miracula. In pane Manna erat forma substantialis, & accidentales proprietates diversitate saporis. In Eucharistico pane, sunt panis accidentia, verùm aliena divina substantia; quia ibi verè corpus meum: & cui sacramenti panis cœlestis cibus, haud vescetur, sicut patres vestri manducaverunt Manna; quoniam hìc immutantur mirabilia, ut fiant maiora: igitur si ibi magnum, quòd accidentia panis non à substantiali pane, sed aliunde; in sacramento Eucharistico, maius profectò, quòd ex substantiali forma, substantia corporis mei, atque panis accidentia. Per accidentia quæ guſtantur, species substantiarum cognoscuntur. Dum exponitur Eucharisticus panis; species cognoscitur per contrarias species: igitur in specie panis corporis Christi est substantia, & non panis substantia, sed accidentia. Aliquomodò prædictum, dum Manna primò guſtatum. *Cùm vidissent filij Israël*, dixerunt adinvicem: *Quid est hoc?* Si hoc vident, hoc quid erit? Erit hoc? Plus quàm hoc est: igitur si per visum definitur, multò plus quàm quod videtur. Aptior erit cogitatio, in Altaris incomprehensibili ultra cognitionem sacramento. Panis videtur, panis guſtatur: quid est hoc? Hoc? Nullo modo: ita dicit, cuius divina institutio. Hoc non hoc. *Hoc enim corpus meum*. Hoc quod videtur plus est: hoc non hoc: igitur videntur veri panis accidentia; sed in specie panis veriùs corporis Christi substantia.

Ioan. 6. 59.

In Eucharistia corpus Christi substantia, atque panis accidentia.

Ubi sup

Matth. 26. 26.

17 Vacuæ mensæ olim dicebantur, si solo pane ornarentur. Unde Sophocl. in *Electra*, v. 194. dicit:

Vanis insisto mensis.

Vacuis, sine dapibus: subdit Ioann. Baptist. Gabia. Paratur nobis mensa vacua, sed

Sophocl.

Eucharistiæ plena mensa.

sed plenissima: in qua nec panis, sed panis species, alimentorum copia in delicias, præut appetierit voluntas; igitur dulcedine manducabit, quod cuique placuerit. Gustate & videte: invenietis enim ubi panis non est cibus; nihil minus ad cibum, quàm Christi corpus: quo quidem ut torrente voluptatis inebriabitur anima, eò quòd in in sanguinem eius & transubstantiantur vina. Verum, quod Profanus finxit in portentum.

Virgil. Æneid. v. 453.

Vidit, dum dona imponeres aris
(Horrendum dictu) latices nigrescere sacros
Fusaque in divinum *se vertere vina cruorem.*

Valer. Max.

Quod refert, semel factum: apud Valer. Maxim. 1. *cap. 6. Vinum in sanguinem nec semel, sed iterùm & tertiò conversum est.* Præstat cum summa gratia Salvatoris institutio in Sacramento; quippe hoc portentum continuò: equidem si ibi vinum in specie sanguinis: hic sanguis Iesu-Christi, ac vini tantùm species. Idem omnibus, & totus singulis.

Et omnibus singularis.

Statius 1. Silv. 6 à v. 40.

——Aureum ò tempus!
Non sic libera tunc vina fluebant,
Nec tardum seges occupabat annum.
Unà vescitur omnis ordo mensà:
Parvi, fœmina, plebs, eques, Senatus.
Libertas reverentiam concepit.

18 Omnes itaque sedent cum coronis, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, triumphum in convivio proclamatium: imò omnes coruscantes splendore, ex immenso, fulgenti lumine cibi. De pectinibus marinis, à quibus splendor æquoris, ait *lib.* 9. cap. 33. Plin. *Igne lucentes in tenebris: etiam in ore mandentium.* Hi à Ravis. Textore vocantur *Dactyli*, de quibus, *lib.* 7. *cap.* 41. infit: *Remoto lumine, in tenebris alio fulgore claret. Lucet in ore mandentium, in manibus, in veste etiam decidentibus guttis; ut etiam natura videatur esse in succo, quem habent in corpore.* Videntur nunc homines sacris in mensis, sicut pisces maris? Mysterium totum objicitur devotioni, ubi Christus Dominus iam gloriosus discipulis apparuit in littore. *Ut ergo descenderunt in terram; viderunt prunas positas, & piscem superimpositum & panem. Venit Iesus, & accipit panem, & dat eis, & piscem similiter.* Videmus simul piscem, ignem & panem. Exponit Sedulius, ubi supr. *num.* 7.

Plin.

Pisces Dactyli conditio. Text.

Iohan. 21. à 9. Illuminantur, qui Eucharistiâ reficiuntur

——Quisnam ambiget unam
His rebus constare fidem: quippe ex aqua
Piscis,

Sedul.

Christus adest panis, Sanctus quoque Spiritus ignis.

Præmissoque ignis splendore, piscis sociatur pani; quoniam ex esu Eucharistiæ (in cuius pane Christus, divinus Dactylus) ita copia radiorum; ut fulgeat etiam in ore mandentium: prævalente in succo mirabili lumine; sicut Christus ad cibum habet in corpore. Crucius in *Psalm.* 34. accinit:

Cruc.

Discite quo foveat iustos ardore: beatos
Illos scietis esse, qui fidunt in eo.
Hunc ardete pij, claro rutilabitis igne.

DIDASCALIA V.

Malæ nonnumquàm causæ patroni pessimi.

1 SEmper magnatum temeritas vel in ipsis flagitijs quærit plausum, & iuxta leges; saltem coloribus exitum; ne cognoscatur flagitium uti flagitium: igitur tota illorum solicitudo comisso scelere; malè agere, & benè audire: quovis illorum vulnerante vanam arrogantem gloriam; modò publicis turpibus actis, vox vel levis conciliaverit invidiam: honorem enim arbitrantur dignitatis, non esse sed iudicari innocentes. Quia ex patientia gliscit horum arrogantia; multoties non est patientia: fiuntque meditatò peiora; ut vel maximis, leves sopiantur dolores, suavitate acerbæ consuetudinis: vel ut credatur à subditis quicquid factum (quia à Rectoribus factum) satis ad licitum; quantumvis fuerit ad lubitum.

Potentiâ suma insolentia, quia impunita.

Quid restat nisi cuncta novo confundere luctu?
Hæc fatus, ventis veluti si frena remittat,
Dispposuit nefas, vitijsque florentibus; audax
Elicuit pressas tenebroso è carcere leges.

Claud. 2. in Rufin. v. 17.

Verùm cùm hæ à cæca lubidine; posito in lubrico pede, dant præcipites in manum, de qua non poterunt surgere: minimèque illos pœnitet iniuriarum, sed tantùm dolent, non invenire temeritatis exitum; quantumvis fingant, quantumvis commenta referant; quòniam ex actis in causa, constabit abusu potestatis insolentia (qua & iniustitia cognoscitur, & impetus violentia manifestatur) ut expellatur à dignitate propter pravum ac tyrannicum regimen; qui furebat in regimine per traditam dignitatem.

Æstus in deauratione criminis.

Quid

2 Quid hoccine in articulo fiet? Non corrigitur vel correptus, quem non pœnitet. Nullum ius in causa: leges sunt contrà. Non causà inauditâ proferenda sententia. Ergo diversis coloribus inaurentur vel falsis testibus, vel legibus vacuis, acta; vt malignis advocatis, non solùm habeant exitum, sed plausum, quæ gravissimum iure merebantur supplicium: minimè causa digna patrocinio; sed obtinebitur auro: equidem cùm rabularum utcumque lingua vænalis; iuxta pondus aureorum inferent leges, Senec. in *Hercul. furent.* v. 405.

Quæritur causi dicorum auxiliis, ut vincant arte.

Improba cupidine acti,
Quæritur belli exitus, non causa.
Solicita tanti pretia.

Senec.

At quid inde ex huiusmodi peste? Quod, minus peccatum est crimine, quàm absolutione: etenim numquàm in quietem caput sine cerebro inclinat; quousque iudices similes sui per rabulas reddat: ut pro scelere designatâ victoriâ, iugulata proculcetur innocentia, & floreant ubertim vitia; queis flagitia arridenti, nec nocua nocent, quoniam non solùm proteguntur, sed legibus colorantur: igitur causidicorum illegum industriâ, semel partâ in lite victoriâ; vulgus omittit, utra pars in illa ius habuerit. Iustè censendus pugnasse qui vicit.

In mune re magis furiosi, quia mu neribus indulti.

———*Miserabile nomen!*
Omne malum victi, quod sors ferat ultima rerum.

Lucan. 7 Phars. à v. 120.

Omne nefas victoris erit, furentibus arma.
Victrix causa Dijs placuit; sed victa Catoni.
Hæc acies victum factura nocentem.

3 Hi protectores vigent iniquitatis, abominabiles in studijs suis; fulcra scelerum, columnæ flagitiorum, bases criminum, asylum iniquitatum, cunctis inviti, malè audientes vel ab ipsis fautis: siquidem haudquaquàm sine pudore auderent ni mala; in illegum colore legum cogitarent patrocinia. Tertullian. 1. *Contra Marcion.* à v. 174.

Rabulæ malè bestiæ.

Extremum facinus verbis extendere nolo,
Aut omnes causas, aut semina dicere cuncta;

Tertul.

Infandosque homines, atque organa sæva draconis,
Per quos nunc tantum sceleris sine teste locutus:
Semper factorem iuris culpare laborant.

Hæc audacia ex parte culpæ: sed illa ex prurigine avaritiæ. *Quid si flere me vetes* (inquit Seneca Rhetor, *Controvers.* 1.) *cùm vidi hominem calamitosum? Quid si vetes, propter aliquod honestum factum, periclitari? Quædam enim iura non scripta; sed omnibus scriptis certiora sunt. Commune hoc ius generis humani est. Nemo invidiosum ius postulat, quod alteri profuturum. Hoc non tractandum, tamquàm quæstionem: esse tamen potentius, quàm ullam quæstionem.* Nihil impudentius horum rabularum arrogantiâ, quorum verbositati videntur cedere iura; ut pipere, plusquàm sale, accinit Ovven. *lib.* 4. *Epigram.* 59. Loqui suum unicuique præstant ius; sed ex olla conscientiæ, non ex iure. Aptè quadrat, quod Bernard. dicit, de *gradib. Superb.* n. 41. quæ videris, *Tautolog.* 10. D. 2. n. 3. Garrulitatem auctoramen putant, & parati ad lites tumida iactant, turbinisque similæ fulmina intonant, balatronesque nubium crepitu tonant. Ex his unum Mare. Seneca audivit sibi blandientem, insigniores in arte phantasticè superantem, se inter maximos pingendo maiorem; & ut fastum retunderet, pupugit aures, dicens: *Et si cloaca esses, magna esses.* Ita quo supr. in *Præfat. excerpt.* lib. 3.

Marc. Senec.

Vani & seductores.

Idem.

4 Quorsùm dirigitur ars? In oracula ora Iurisprudentium; verùm in pestem verba rabularum dicologorum; qui titulo causidici, causarum abominabilium advocati, corruptores legum, ac seminatores litium: vocibus & clamore tundentes aures, non ratione litigia excitata dirimentes: *qui cùm sentiunt se causâ inferiores* (ait Erasm. 4. *Apophth.* in Cicer. n. 3.) *ad furiosa iurgia confugiunt: & quoniam non possunt persuadere ratione; sententiam extorquent improbitate.* Quam molesti, dicit Sueton. in *Claud.* cap. 15. *Adeo Causidicos* (ait) *patientiâ solites abuti, ut descendentem è tribunali, non solum voce revocarent; sed & lacinia togæ retentâ, interdum pede apprehenso, retinerent.* Ipse de insolenti dedecore, & audaciæ gravamine queritur apud Herculum, post fatum. *Tuscis* (inquid) *quantum miseriarum pertulerim; cùm causidicos audirem.* In Seneca in *Ludo.* Claudius lamentabatur de abusu patientiæ: ipsi de funere Claudij, quem astu & fastu hinc inde solebant flectere. *Omnes læti, hilares* (infit Stoicus) *causidici plorabant, & planè ex animo. Iurisconsulti è tenebris procedebant, vix habentes animas, tamquàm qui tum, maximè reviviscerent. Ex his unus cùm vidisset capita conferentes, & fortunas suas deplorantes causidicos; ait:*

Legum corruptores.

Erasm.

Sueton.

Gravamen intolerabile.

Senec.

Non

Canes in ferni.

Non semper Saturnalia erunt. Plorant causidici, ni iudices stupidi & fatui; quippe non placet cognosci: si cogniti, ubi non noceant, exulare necesse.

Petron.

Cerberus forensis erat causidicus.

Ait Petron. in *Fragment.* v. 31. Cerberus, propriè: erat in foro, qui in causarum tricas egressus est ex inferno. De Cerbero Natal. Comes, 3. *Mytholog.* cap. 5. inquit: *Custos ante Plutonis fores recumbebat: qui omnibus ingressuris humanissimè blandiebatur; at neminem patiebatur exire, sed omnes egressuros altissimis, & maximè horrendis latratibus deterrebat.* En causidicus forensis Cerberus. Cunctos in baratrum suscipit, neminem respuit: blanditur ut in litem ingrediantur, quo duce in infernum summerguntur, tot blanditijs, tot fallacijs, & glomeratis embolijs; ut siquis semel illo texuerit litigium, nequaquàm habebit exitum. Cerberus est causidicus. Canis est, & triceps, & trifaux, & trilinguis, & tergeminus. Ut triceps consilia in fallaciam mutat: ut trifaux, substantiam devorat: ut trilinguis, prævaricatur usquequaquè: tergeminus utitur semper vafritie: denique uti canis, siquis removeri à litis flammis proponat; ne exeat in tutum, incessanter allatrat. Horrificus triplici sic canis ore petit: Nunc in meta? Modò cum palma invitante victoriâ, & toto iure fulminante iustitiâ, ceditur causa? Propè finis. Utique divitiarum litigantis. En causidicus forensis Cerberus. Haud assentietur egredi clientem nisi sit nudus.

Natal. Com.

Cur dicuntur Cerberi forenses?

Denudat clientes.

Cedet immanis tibi blandienti,
Ianitor aulæ.
Cerberus: quamvis furiale centum
Muniant angues, caput eius, atque
Spiritus teter, saniesque manet.
Ore trilingui.

Horat. 3. Od 2. v. 15.

5 Formidandi, qui bilingues: quid & trilingues & canes? Dea rabularum dicta *Themis*, quæ etiam *Furia*, & *Parca*. Stuck. de *Sacrific. Gent.* cap. 41. & nos in *Ephemer.* 11. *Ianuar.* n. 2. etiam dicta *Carmenta*, quæ insana & fatidica. Hinc cùm in anni principio aliarum artium Numinibus patronis, offerebantur munera; litem causidici nugivenduli in omen felix magni quæstus, deferebant. *In artis demonstrationem & libationem*: subdit Paulus Marsus in illud Ovid. 1. *Fastor.* v. 165.

Quæ Dea Themis?

Litis illi donum.

Mars.

——*Mirabar, cur non sine litibus esset*
Prima dies anni.

Ovid.

Ubi Anton. Constant. *Agitabant ergo causidici* (ait) *particulam aliquam sua-*

Anton. Const.

rum litium; ut solitum opus testificarentur, & aperirent artis professionem. Hoc pestilens exercitium horum ardelionum, in Reipublicæ exterminium, malignitates foventium, & alienas fortunas devorantium; quorum opus meritò dicitur dicatum Parcæ, contestatà lite: equidem cum causidicis versari, eorum insanias, audire, ineptias celebrare, somnia extollere, voluptuosè decipi, atque de iniurijs gratulari, simulque vulnera lucellis copiosè solvere; non solùm molestum est, sed ut Parca gravis infernalis mors. Furiæ nomine prævenit, quid cum illis in litibus contigit: igitur præter census vacuitatem, illuiamque panurgiæ strophis vafertimè mentem; crescit dolentium calamitas: à Furijs litigantes agitati (ut plus torqueantur) perducuntur ad Furias, armatas viperis & flagellis; ut fatuos seducant legum fictarum oraculis.

Sunt rabulæ Pestis reipublicæ

Et furiæ inferni.

6 *Athenis in foro ubi agebantur causæ* (refert Zenobius *Centur.* 5. *Proverb.* 2. & Causin. *lib.* 2. *Symb.* 52.) *Lycus, quidam dæmon, sculptus stabat, agninâ pelle, specieque lupinâ; apud quam sycophantæ pecuniâ corrupti, versari consueverant, velut apud Deum, sui quæstus præsidem.* Breviter imago, & officia rabularum, aurum litigatorum rodentium; qui pellibus agni à fatuis inveniuntur specie lupi, traditi diabolo (veteratori genio) quin iuri intendant, uti sycophantæ; modò pecunia corrupti: igitur illis tenor legum, tantùm aurum, quæstus iurgium, ius lucra veritas emolumenta: ut sycophantijs ac technis proterant veritatem, emungant divitem, damnent innocentem, colorent falsitatem, calcent virtutem, vitia defendant, per nefas census acquirant, licitis vel illicitis causis (quia mancipati iuri & potestati dæmonis) utcumquè & ubicumquè semper ministri satanæ. O pectus vafrum, domicilium dæmonum! Redde quod accepisti (ait Sarisberiensis, de *Nugis curial.*) *quoniam contra veritatem feciſti, iniquitati assuisti, iudicem fefelliſti, iustam causam oppressisti, & denique de falsitate vicisti.* Ingenium enim rabularum est diabolicum ingenium.

Zenob. Imago Lyci dæmonis.

Illorum conditiones.

Ioann. Sarisb.

Fingere nunc didicit causas.

Et leges novas; quippe placet meditatum quæstui embolium, maximè ornatum auctoramine legum: nec facilè protectionis iniquæ cognoscitur falsitas; dum ad fidem falsitatis accedat iuris auctoritas: verùm totum verba & verba, ventosa ampulla, quæ prolata in stultorum fallaciam: &

Tibull. 1. 6. v. 11.

Dæmones forenses.

quamvis ex abrupto venerunt primum in buccam à quibus causa maximopere petita, efferuntur in altum tamquam oracula. Memoriam pulsat, quod *Tom. 5. T. 10. num. 33.* ex Pausania, præmisi de Mercurio Forensi, è modo & celebritate oraculi. Ibi eius marmoreum simulacrum, cui in donum offerunt nummum. Si quid cliens vult interrogare; aurem ori imaginis congruit admovere. Audit (si audit) aut illi videtur audire. Tunc aures manibus premit, in forum abit, semotis manibus aures recludit; & vocem primam, quam excipit, stupidissimè pro oraculo ducit. Num sic Agoreorum conditiones, qui uti Mercurij celebrantur Forenses? Nihil dicunt, nec fantur; dum consuluntur: sed offeruntur & recipiuntur numismata; priusquàm ulla audiantur verba. Venerantur fatui oraculum eximia stupiditate, persolventes quæ audituri, obedientes aure causà, quin sciatur de quo obedientia. Non in ius voce causidicorum ex legibus, illustrantur: illa figura in cachinnum illuduntur; miserique plaudentes iocum, nec cogitantes calliditatis ludum; iudicant ad primam vocem, habere in veteratore Mercurium planè Forensem: vox sine voce quasi Mercurij fallit; & in peaniciem eligunt quod primum occurrit.

Oraculum Mercurij.

7 Hoc opus haud divinorum Iurisprudentum, sed sine pudore furum; qui in causis consulunt sibi, sed non causæ. Salsè Petronius, *Satyric.* fol. 8. pro *Fures* dicit: *Advocati nocturni, qui volebant pallium lucrifacere.* Singularia profectò ministeria, quibus impunitate invidentur latrocinia, scelerum favore, tot funeribus reipublicæ. Hinc ob gnathonum horum avaritiam, ac litigantium proterviam; Senatusconsulto edictum (ut refert Plin. *lib. 5. Epistol. 21.*) *Omnes quicquid negotij haberent, iurare prius quàm agere iubebantur; nihil se ob advocationem cuiquam dedisse, promisisse, cavisse. His enim verbis ac mille prætereà, & venire advocationes & emi, vetabantur.* Haud multis placuit Prætoris decretum. *Multi, dum laudatur, dicebant: Invenimus qui curva corrigerent. Quid? Ante hunc Prætores non fuerunt? Quis autem hic est, qui emendet publicos mores? Alij contrà: Rectissimè fecit iniuturus Magistratum: iura cognovit: senatusconsulta legit: reprimit novissimas & fœdissimas pactiones: rem pulcherrimam* (iustitiam) *turpissimè venire non patitur.* Vide eundem, *lib. 4. Epist. 9.* hicque Claud. Minoen legem variis legibus illustrantem. Auri tactu mutantur proposita, Protei sequuntur præut expedit instituta; cùm in eadem cum eisdem circunstantijs materia, legibus contra leges mutetur forma, iacente denigratà iustitia; quoniam ubi quæstum avidissimè sectantur, facies peccatorum sumunt: & pro insita muneri veneratione iuris; operti iniquitate & impietate, transeunt in affectum cordis. Variæ illudunt facies, contrarietate legis, sæpeque specie aut entitate contraditionis; ex quo turpis audacia ad protegenda flagitia, quoniam uti torquent, clarent legibus firmata; quasi in articulo, veritas difficilis esset inventu: quod quidem non tenoris legum est ignorantia; sed abundantia sensus, & aureorum abundantia, insatiabili avaritia: quibus quidem acuuntur ingenia, & rabularum ad alia peiora quæque conciliatur auctoritas. Ecce ipsi peccatores abundantes in sæculo, obtinuerunt divitias: cùm faustè in sinum cadant & plausu & quæstu malignæ cogitationes; ibunt & ibunt in adinventionibus suis.

Petron.

Plin.

Munera accipientes, usque quaque prævaricatores.

Heic specus errorum ille ingens, ubi cæca libido
Distrahit insanos studia in contraria sensus.
Culpa tua est: siquidem tua iam corrupta voluntas
Fallitur heu pravis sensibus implicita.

Achill. Bocch. *Symbol.* 89. & 61.

8 Studia hæccine insana, & ebria ratione sine iudicio iudicia (quorum in causis effectus, & causa) sale novo dicit Plautus in *Aulular.* A. 2. scen. 2. à v. 70.

Pauper metuit congredi: per metum malè rem gerit.
Quid nunc illis legibus? Dij faxint!
Pactum non pactum est: non pactum pactum est:
Fit quod vobis lubet. Aurum quid valet!

Plaut.

Hoc cunctorum ruina & rabularum iura, studia malignitate famosa. Phrasis frequens apud Ieremiam. *Malitia studiorum*: quam Deus totà patientia portare nequibat, ut dicitur, *cap. 44. 12.* & ne in exterminium exardesceret commotà bile, monuit caveri. *Iudicate manè* (rectè inquit) *iudicium; & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat, propter malitiam studiorum vestrorum.* Maluend. *De faciebus malitiæ ludricorum vestrorum.* Studia sanè bona; at in malitiam (animà mente malevolà) non studia, sed desipientia; quoniam illorum stultissima sapientia, qui docti sunt, ut faciant mala. Hæc malitia

Manè *pr.* Rebé Ieremi. 21. 12. *Studia prava non studia.*

signa-

signatur erga causarum iudicium, ut rectè procedatur in iudicio causarum, liberando oppressum à calumnia, ut pœnas è tribunali luant, quibus scelera. Studia adiutorium subministrantur homini, ut in causis per leges separet pretiosum á vili. Malitiæ utique studium, vile dicere pretiosum: dignum pœnis, dignum palmis: bonum dicere malum & malum bonum: hæcque dicuntur studia malitiæ, putidâ mente, ac pectoris pravitate: quippequàm studia, quæ pro iudicij rectitudine debent respicere in legem; malitiosè retorquentur, ut causidici legibus defendant calumniatorem. Quid quòd indignatio Numinis exardescat bilis incendio; hoccine causarum ac diremptionis iudicio? Flet oppressus, exultat improbus; quamvis in causa clamet stimulata conscientia, quòd debeat cadere causâ. Rabula ridet, quia locutuleius astu in lite superavit: & licèt Deus irascatur iustitiæ supplantatione, rabula flocci facit leges iustitiæ; quoniam suis legibus fraudulentiæ, habet divitias & plausum; eò quòd iuxta novæ intelligentiæ priscarum legum tenorem, & iustificavit impium, & damnavit innocentem.

Quenã, & quorsùm studia rabularum?

9 Pende. Est malitia studiorum, & sunt studia malitiæ. Utrumque in rabulis, velamine legis. Exercentur studia malitiæ, ubi defenditur scelestus: malitia verò studiorum, ubi patrocinantur illicita criminum, atque damnantur præclara insignia virtutum: ubi opprimitur innocens, atque liberatur nocens: irascituque Deus in ingenia fraudulenta atque vafra rabularum, propter malitiam meditatam studiorum; quia totum illorum detestabile munus, ut salvetur qui damnandus: simulque ut calumniatoris infamem sustineat notam; qui perpessus est à potentiore calumniam. Innuit alibi Dominus. *Vos dispergitis gregem meum. Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.* Etiam in regentibus studiorum malitia; ut grex periret potestatis insolentiâ? Arbitror propter excusationem oppressionis, in causa litis; ut viderentur iure rabularum egregiè probi, qui regulis iuris erant omninò tyranni, ne oppressis queri possent de oppressione potentum, ratione dignitatis in subditos debacchantium. In Prælatis erant studia malitiæ, quia opprimebant illicitâ potestate; cuius iudicium effugere satagebant, quia sine lege pervicaciâ muneris, gravamina perpetrabant: quæ quidem dedecora dignitatis,

Differimen inter studia malitiæ, & malitiæ studiorũ.

Ibid. cap. 23. 2.

modò censeret integritas recti iudicis. Quid fiet, si facinus non habet exitum ad votum, atque iustitia instante non est effugium? Ex studijs malitiæ recurrere ad malitiam studiorum; ex iure & legibus rabularum, qui strophis per legum glossemata, faciunt candida de nigris & de candentibus atra. *Pactum non pactum: non pactum pactum.* Fiet quod illis libuerit. *Quid aurum valet!* Quid non valet? Deusque non tàm queritur de studijs malitiæ in oppressione potentum, quàm de malitia studiorum, per leges phantasticas rabularum; quippequàm abominabile divino Numini, Sole clariorem, patratam iniquitatem, patrocinari ac defendere tamquàm insignem virtutem: salvari offensores, damnari patientes: veteratorumque versutiâ atque calliditate iure in tribunali victorem plaudi; qui damnandi in suspendium iustitiâ & iure. Cuncta impunita iuxta rabularum placita.

Studia rabularum pervertere iudicia.

Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem
Imposuit: fixit leges pretio, atque refixit.
Ausi omnes immane nefas, ausique potiti.

Virgil. 6. Æn. á v. 621.

10 Hoccine malignum studium dicitur *facies malitiæ ludricorum*: igitur si in virtutis subversionem coram iudicibus rabula proponit legem; solùm est quæ entitate, malitiâ, lex ad ius secundum faciem, quam pingunt studia malignitatis falsis coloribus legis. *Apud iudices fabulantes* (ait Tacit. de *Orator.* cap. 23.) *non auditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator perpetitur.* Fascinatio nugacitatis obscurat bonum: malitia illorum immutavit intellectum: plausumque solicitantes titulo ingenij, iustitia disrumpit illos & inflatos sine voce: ludricorumque causa dicitur erga leges studiorum malitia; quoniam ubi carpuntur propter huiusmodi detestabile studium, dicunt festivè, tantùm feciſſe per iocum, ad ostendandum ingenium.

Tacit.

Graijs ingenium, Graijs dedit ore rotundo
Posse loqui, inopes rerum vocesque canoræ.

Horat. art. vs 322.

Ad rem Tacitus quò dudùm, *cap.* 2. (quia leges scire non est tenere; sed tenorem cognoscere; interpretandi materiam pravam dedere & gratia potentioris, & fomes utilitatis: igitur non aptant intelligentiam legum rectitudini, sed leges acommodæ intelligentiæ; ac varijs erroribus ad uberiorem quæstum quæritur plausus) de Apro Rhetore dicit: *Omni eruditione imbutus, contemnebat potiùs litteras quàm nesciebat: tanquàm maiorem*

Quod festivè dicuni locum & ingenium.

Tacit.

industriæ ac laboris gloriam habiturus; si ingenium eius nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur. Hoc vanitas, quæ semper puèrilis scabies, ut legibus iuris prævaleant phantasiæ leges: cùm aliarum nec meditentur specimen, nisi iuxta propriam & potentium voluntatem. *Audaces* (infit Plin. *lib.* 2. Epist. 14.) *Atque etiam magna ex parte adolescentuli, obscuri ad declamandum transeunt irreverenter & temerè. Nunc refractis pudoris & reverentiæ claustris, omnia patent omnibus: nec inducuntur, sed irrumpunt: sequuntur auditores auctoribus similes, conducti & redempti mancipes. Convenitur in media basilica, ubi tam palàm sportulæ quàm in triclinio dantur; & de iudicio in tudicium pari mercede transitur. In dies crescit fœditas.* At continuatur iniquitas; quia fictis legibus impiorum de aurantur actus, perit virtus, floret scelus; equidem rabulæ pervicaciâ & insolentia universas domòs subvertunt (sunt gentes quæ bella volunt) docentes quæ non oportet, turpi lucri gratia.

Arrogantia, & vanagloria.

Plin.

11 Videamus in Salvatoris damnationis embolium, ut eius patientiæ imitemur exemplum. Synedrium ex inimicis erat constitutum. In expeditionem causæ erant iudices hostes, & accesserunt etiam in testimonium probati testes. Causa, *Hic homo multa signa facit. Quid facimus?* Satis illis in damnationem causa, mirabilia: est illi periculo, quia cognoscitur homo. Ille honorem non habet, illi autem habent dignitatis honorem: & quærunt vel fauti in necem? Illos oportet mori, ne illo vivente, tot dotibus & miraculis supremi honoris cognoscerentur indigni. In synedrio sedebant iudices: at *ad latus iudicum consistebant duo logographi, causidici seu rabulæ, alter à dextra alter a sinistra.* Ita Talmut de *Synedrijs*, cap. 4. §. 3. & *cap.* 11. & 12. *Forte* (inquit Ioann. Saubert. de *Sacerdot. Hebr.* lib. 1. cap. 6.) *hi logographi, seu causidici fuerunt illi duo testes, qui Christum in pleno synedrij confessu accusarunt.* Ita in illo concilio adversus iustum operabuntur astu iudices pleni dolo; quin possit suspicari, in gravi illa causa, in minimis etiam derogasse iustitiæ: igitur vel in iusti nece haud contra legem agebant; cùm operarentur quod iuxta leges docti causidici dixerant. *Nos legem habemus* erga huiusmodi causæ expeditionem, *&* deciditur tota *secundum legem.* Secundum legem, non Dei; sed inventum voluntario iure ius. Non secundum rectam decretis iustitiam; sed secundum legem nostram: ita expositam iuxta desideria cordis, titulis iuris; ut quod decretum secundum maglinum iudicum cor, appareret iustiti[illegible] divinæ lex. Hinc dolus, ut in necem traderetur summa innocentia, faciens mirabilia; & iudices pravi, iusti apparerent in causa: igitur zelo legis excusabatur scelus; quoniam sententia fulminata per causidicos. Haud electi iurisconsulti, qui iuxta rectitudinem legum consulerent causæ; sed qui in placitum iudicum, retorquerent pravis glosis tenorem legum: & non iustitia nec lex in sententia, quam malevoli fulminant, sed secundum eorum malitiam, quos causidicos elegerant. *Iudicaverunt, non quod erat, sed quod male credebant*: infit Marc. Senec. in *Excerpt.* lib. 10. *declam.* 2. equidem totum embolium ex glossemate legum in blandimen iudicantium; quippe in damnationem nec apex quidem inveniretur in corpore iuris, modò nollent damnare qui iudices potentiores.

Marc. Senec.

Fas pretio cessit.

12 Series huius synedrij in causarum iudicium ex conventu malignantium; etiam olim observata, ne ex sententijs iudicibus conflaretur invidia. *Ius respondendi datum est* (causidicis, sive iurisconsultis) *& quorum sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant; ut iudici recedere à responso eorum non liceret, ut est constitutum.* Instit. *lib.* 1. tit. 2. Ad sacerdotes, huius concilij principes, spectabat ex munere scire leges: *Deuteron.* 17. à 8. versipellesque alios, nescij sui muneris, constituebant assessores; ut de lege iudicarent, quin leges ad sententiam ex iudicijs intelligerent; & dicerent *legem nostram* alienam intelligentiam; & simul legem haberent adversus patulum crimen, quasi nullam in iudicio habuissent vel ad gratiam libertatem: equidem illi fecerunt per varios dolos, invito ac violento iure, ac vulneratà lege, iudicare causidicos; & ad obiectionem perpatratæ iniquitatis, in sententia & opinionibus non posse recedere ab ipsis iurisconsultis. Plicas ac fucum concilij introspice. Admittebantur titulo declarationis veritatis testes; verùm non erant testes auctoritatis, de quibus nequibat iudicare populus, quòd non interveniisset ad depositionem ambitus. Unde *novissimè venerunt duo falsi testes.* Mentem fige. Hi, ut vidimus, erant causidici ad causas dirimendas in concilio destinati; ita ut ab illorum placitis nefas esset recedere.

Claud. Bel. Gild. v. 260.

Instigut

Causidici eliguntur, & quare à iudice?

Matth. 26. 60.

Asse-

Ioann. 11. 47. *Cur indigni dignum aversentur.*

Saubert

Arte pravi iudicis in excusatione criminis.

Cap. 19. 7.

Assessores & testes? Iudices & accusatores? Antequàm sententia fulminata, victrix plaudebatur innocentia: quandoquidem plena malignitate, quæ decreta contra iusab accusatore iudice. Ni corrupti causidici essent; nec essent testes, nec innocentem damnarent (conciliatà à malitia, Principum gratiâ) dum disposuerunt astu coloris iuris, quòd essen testes & iudices hostes: testes, ne à iudice comprehendi posset testimoniorum falsitas: iudices, ut fuco legis sepeliretur veritas, & damnatione innocentiæ potirentur voto, quiqui sedebant in Satanæ concilio: siquibem iam effugium deciscà causà innocentiæ non dabatur; si semel à causidicis innocentia damnaretur. *Testes* sed *falsi*. Vel sine causa, ipso in modo procedendi. Falsi testes. Hi qui sedebant ad dirimendas lites? Hoc embolium iuxta voluotatem & voluntatem principum: igitur necessarium, dicere falsitatem; si legibus causidici (testes & iudices) comminiscebantur legem. Deinde. *Falsi testes.* Malignio-res, & periurij. *Principes Sacerdotum & omne concilium quærebant falsum testimonium contra Iesum.* Mala causa, quando in causam solicitantur falsa testimonia: bona, dum siccine vel ab actoribus cognoscitur innocentia. *Non invenerunt, cùm multi falsi testes accessissent.* Hi uti falsi teste amandantur: cur ergo hi duo estò falsi, & ut falsi cogniti, à concilio recipiuntur? Quia in huiusmodi tribunalibus, ut neci addicatur iustus; rabularum ex iure testimonium semper falsum: leges volitant in allegatione, cæterùm nonnumquàm falsæ; ex quibus iure dubitatur ius, an sit lex vel non sit lex. Vel lege vel sine lege, legem divinam synedrij cupiebant mori, quin possit dubitari de iustitia, prolatà à causidicis sententia: etenim legibus & auctoritate muneris; testes falsi nequibant inveniri falsi testes.

Ibid.

Semper rabulis legum falsa testimonia

13 Quicquid malignitatis in concilijs titulo legum à togatis cogitatur, in præsenti abundanter invenitur. *Potest esse aliquis innocens reus* (ait Marc. Senec. d. lib. 5. *Controv.* 33. & 10. *declamat.* 4.) *scio iudices varijs quoque causis ad accusandum solere compelli. Quosdam ambitio gloriæ, quam ex damnato petierunt: alios odia & simultates: non dubito fuisse quosdam, qui præmium peterent.* Aliter cogitat filius, 2. *Natur. qq.* cap. 43. *Quare ergo* (ait) *id fulmen, quod solus Iupiter mittit, placabile est; pernitiosum id, de quo deliberavit, & quod alijs quoque Dijs auctoribus misit? Quia Iovem solum prodesse oportet; nocere non nisi cum pluribus visum est. Discant hoc quicumque magnam potentiam inter homines adepti sunt, sine consilio nec fulmen quidem mitti; advocent, considerent multorum sententias, placita temperent, & hoc sibi proponant, ubi aliquid percuti debet; ne Iovi quidem suum satis esse consilium.* Sat pietatis instituto, sed est actionis reflexio; eius qui quærit exercere, sed notam excussare furoris, eiaculatione fulminis. Ulciscì in causa cupit, furens ferire decernit: alios in consilium vocat, non ut audiat, sed ut placita confirment, quasi illi supplicium fecerint; & ille gaudet vindictà, cunctorum habens suffragia. Si solus torqueret fulmen, in pœna illium solum dolor videret auctorem; cùm auctor velit esse, sed non dici: malè è temeritate auditurum cognoscit, & ex concilio excusatur; eo quòd fecit quicquid cunctis ex legibus placuit: quòd quidem nulli placeret, si illi pridem non placuisset: non enim pro consilio in concilium vocantur; sed ut etiam delirijs suffragentur. Hinc qui in præfata synagoga satanæ, malæ bestiæ, vasa iniquitatis bellantia, calliditate vulpinà, iustum damnabant per simultates & odia: causidicique præmia damnationis petunt, ubi in sententiam modum dirigunt; quippe potentes obtinuerunt sine infamiæ nota, qua sine maior infamia: igitur per intrusas erga leges opiniones fucosque iuris; leges fecerunt prævalere contra leges.

Marc. Senec.

Dumtaxàt per Principē gratia, sed per ministr. supplic.

Sauec.

Quodnam pro positum vocandi in consilium, dū non necessariū.

Et leges legibus ostant.

14 Horum ingenio veteratorum accidit, quod mundo circa eius finem & hominibus continget. *Audituri enim estis prælia, & opiniones præliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis.* Apud Lucam: 21. 9. *Prælia & seditiones.* Idem prorsùm consilio virulento rabularum: semper in prælia, semper in certamina: equidem suis opinionibus minimè studentes, queis litigantes quiescant; sed queis furentes in seditiones moveant. Adinstar Heliogabali, voluptatem nutriunt, dum venenis damna spargunt. *Serpentes collegisse fertur* (ait Lampridius, in eo) *eosque subitò, ante lucem, ut solet populus ad ludos celebres concurrere, effudisse, multosque afflictos morsu & effugâ.* Rabularum opiniones in seditiones: amarulenti serpentes, & quorum halitus virus; ut litigantium miserè tabescat halitus: igitur illis iocus in solutiorem cachinnum, quod alij

Textor. *Epigr.* 21.

Matth. 24. 6.

Rabulæ seditiosi, & virulenti.

Lampride

mo-

moriantur per opinionum venenum. *Ut in professione turbulenta clarescant* (inſit Eraſm. d. *Lingua*) *ad expugnandam veritatem ore mercenario procedentes, per prostitutas frontes, vilesque latratus, ranæ coaxantes, quò velint, aditus sibi patefaciunt crebros; qui inter solicitudines iudicum per multa distintas, insolubili nexu vincientes negotia, laborant ut omnis quies litibus; implicetur: nodosis quæstionibus de industria iudicia circumscribunt; quæ quùm rectè procedunt delubra sunt æquitatis: quùm depravantur, foveæ fallaces & cæcæ, in quas si incautè ceciderit quisnam, non nisi per multa exiliet lustra, adusque ipsas medullas exuctus.* Hoc non eſt ſerpentes inter decertantes iurgijs proijcere, & ſatietatem uſque achriogelicè ridere? Neceſſaria ſanè fuga, ne per opiniones graſſentur latè venena. Qui expertus, toxico dulci ſubiret acerbam mortem;

Eraſm. — *Eorum munia, perp-tuæ embolia.*

Text.d. —*Niſi funeſtam properaſſet tollere litem.*

15 Imago opinionis, apud Carol. Bovil. in *Adag.* n.57. *mulier* (qua patet ſpecimen doli & fraudis) *cuius in dextra fortuna, in siniſtra ſerpens*: lemma: *A siniſtra caveto.* Ubi in legibus opiniones, ſub illarum velamine diri ſerpentes: & fugiendum à ſiniſtra; quoniam ſi fortuna per colores legum & rabulas expectata, nil illorum opinionibus, niſi ſerpentium venena. Hinc *bella & opiniones*: ex opinionibus vehementiora bella: equidem cùm legibus debeat iudicari cauſa; huius quilibet vel ſummi momenti articulus, legibus non dirimitur, ſed opinionibus: in quarum ſiniſtra ſerpens; ore trilingui in cunctos venena vomens. In pertinaciam potentum, quærentium ius ſine iure, atque vafritiem rabularum ex opinione; exponitur ſacer textus, quo utrorumque patet animus. *Cùm audieritis prælia & opiniones, videte ne turbemini: nolite terreri.* Mactè tyranni, viventes ſine iure & ſine lege. Terreri nolite, quamvis oppreſsi clament in cœlum, modò leges adſint rabularum: equidem quaſi virtutes rutilabunt veſtræ inſignes iniquitates; quandiu viguerint contra leges rabularum opiniones. Mactè quidem: erunt crimina impunita, imò nec crimina, quæ à toto iure damnata; quoniam eſtò damnent leges, per expoſitivum aurum, liberantur opinione legum. Damnat nonnuli addicti tenori iuris. *Nolite terreri.* Oportet hæc fieri pro rabulis: necdùm finis. Adiuntur prælia, verùm reſtant opiniones. Cauſidici cœlum vocibus implebunt; tyranni tunc aurum tribuunt: neque, fallentes iudices, ceſſant (quippequàm munera ſtimulant) quouſque innocentiâ protitâ, ut tripudiet inſolentia; iudicetur cauſa iuxta rabularum opiniones, non iuxta præſcriptas leges. *Quare non permittis mihi* (ſubdit Seneca, *Epiſt.* 116.) *tam honeſtum malæ opinionis metum? Nullum vitium eſt ſine patrono.* Ideò vitium plauſum, quoniam invenit in rabulis patrocinium: & opinione, nitido legis colore, non veritate; non tantùm inficiantur immane crimen, ſed lege & lege atque lege prædicant ut honeſtatem. Sequuntur oves colores virgarum maximè in manu regentium: & nequaquàm acta in cauſa pleni iuris, ubi quæruntur colores. Iuxta ſpeciem & colorem cauſæ, tenor debet eſſe ſententiæ. Proh dolor! Affectus movent, quod relegare debent: & dum audiri debet legibus ac iure ſententiæ tenor; numquàm in virgis ex rabularum arte defecit color. Unde cùm non habeant leges;

Bovil. — *Imago Opinionis.*

Seneca. — *Peſtis, ubi non dirimitur cauſa legibus, ſed opinionibus.*

Genes. 30.37. — *Per fora clamoſas exercent improba lites.*

16 Nondùm eſt finis, quia pro coloribus ſemper rabularum voces. Dicit noſtra Tautologia, quòd iniqui *defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.* Tyrannis elucet præ dignitate inſolentis, & etiam legibus contra leges rabulæ inſolentiæ fautores; quos pellicit in opiniones utilitas, ut ſine cauſa embolijs concinnent cauſas. Scrutantes ius per rimulas, deficiunt; ſed propoſitum defendunt: igitur ita gratia & munera potentum excæcant; ut in illo pravo ſcrutinio permaneant, licèt deficiant. Hinc pleni debent eſſe formidinis, qui in huiuſmodi iurgijs audierint prælia & prælio-

Pſ.63.7. — *In dolis balatrones perſiſtunt, quamvis rumpuntur.*

rum opiniones: prælia potentium, opiniones rabularum: equidem licèt nec ius ſit, nec micet lex; per utriuſque gloſſam, inſtruent viſtricem potentiam: innocenſque in prælio ſalvabitur lege, verùm damnabitur opinione. *Chanaam ſtatera doloſa in manu eius*: dicitur per Oſeam: non benè cauſa ad iudicium libratur, ſi dolus in ſtatera invenitur: quippe ſi falſum momentum libræ, librata nullius momenti. De iudicijs & miniſtris iudiciorum modò traxatur iudicium. Unde Theodoretus hìc teſtimonium intorquet *in cauſidicos, ſcribas, notarios & cæteros iudiciorum magiſtros*: ſuffragaturque Deir. 1. *Adag.* 959: Suis coloribus pingitur huiuſmodi turba, dum in manibus illorum ſignatur ſtatera doloſa, momenta continens pravitatis, causâ minoris vel maioris ponderis: quæ

Ibid. — *Illis fovetur iniquitas.*

Oſ.12.7 — *Cur ſimiles doloſæ ſtateræ.*

qui-

quidem mensura & mensura in fulminanda sententia : equidem cùm causidici semper ad gratiam potentiorum loquantur, ob munera quæ recipiunt ; instruunt coloribus legum falsam iustitiam causarum: stateraque dolosa patent leges in causa; quoniam quamvis obijciatur immane scelus , ad iudicium ex iure dicunt nec habere pondus. Quippe pondus in flagitij gravitate; quærunt & corrumpuntur pravi causidici; qui cognoscunt adversus perspicuas leges , legum necessarias opiniones. Formatur coram iudicibus ad pondus causa staterà : quæ quidem fallax pravèque dolosa ; quippequàm gravia crimina ex iure, tricis & tricis faciunt levis momenti.

17 In manu *statera dolosa*. Haud constaret dolo, ni esset in manu : equidem cùm in manibus eorum iniquitates sint, quia munera pro allegationibus sunt ; viget & floret staterà falsà dolus , eò quòd magis inclinet pondere munus. Pende. De iudicibus loquitur Ephraim , & illos vocat *Chanaan*. *Chanaan statera dolosa in manu eius*. Per nomen , demonstrat animi legirupæ proprietatem. *Chanaan* idem ac negotiàtor. Aptè ad exprimendas in merce legum , iuris esse mercatores: igitur uti in statera dolus ; legem colores mercator causæ dolosè vendit pro legibus. Legum ementibus exponitur merx: emitur præut rabula vult. Merx utique est : atque turò portabit , qui plus causidico dederit. Parvi quidèm, quòd causa habeat vel non habeat ius : hic statera , si cuilibet placet merx : pondus habebit causæ levis articulus ; si aurum in statera legitimum habeat pondus. Hoc construit pondera causæ , quamvis sine iuris pondere : etenim ad dolosam iustitiæ stateram super aurum; nullius pretij ad iustitiam pondera legum. *Chanaan in manu eius statera dolosa , calumniam dilexit*. Grave pondus calumnia est. Damnat ius. Impunita manebit tanta tyrannis, in statera mercatorum iuris : igitur auctoritate opinionum , commentis legum; licèt constet legibus comprobata calumnia ; nec pondus habebit causa. Crimen diligit , qui iure aversari debet ; nec pœnam timet. Erit vel formatis legitimè causis , quicquid placuerit causidicis ; habentibus stateram ad quamlibet causam: equidem dolo deaurato flagitio , liberamine pravo, coram auribus & oculis iudicium crimen non erit crimen ex legibus rabularum. Lamentatur vel Ethnicus, *lib. 3. Eleg.* 13. à v. 47.

Et nunc deserti cessant sacraria iuris.
Aurum omnes victà iam pietate colunt.
Auro pulsa fides, auro venalia iura,
Aurum lex sequitur: mox sine lege pudor.

18 Eiusmodi arrident crimina , quoniam in causidicis *statera dolosa*. At quomodo ? Quia iuxta pondus auri vel fit vel non fit causæ iustæ vel iniustæ defensio (transeuntibus ad causidicorum classes, ex dolosis , vafris , barbatulis iurisconsultis) pro nihilo reputantibus notam prævarica-tionem , negatione assertorum secundum idem. Vide stateram dolosam , auri magneticam. Causa ilorum auribns casu ingeritur : subolent aurum ? In statera habet pondus , priusquàm audiatur. Fugiunt numismata ? Mala causa. Hic non libratur virtus : licèt causa iustissima , non habet pondus ; quoniam qui iuri accurrit, pondus non habet. Sine censu audacter petitur ius. *Ius* eisdem characteribus efformatur ac *Vis*. Factum consulitur. Si aurum ministratur , *Ius* : recedit à manu? *Vis*. Mala causa : bona causa. Cum pecunia , iux & lex : vacuo sinu , tota sine pondere & iure violenta vis : diciturque ex auri pondere statera dolosa ; quoniam nihil ab his agitur sine iuris violentia. Ibi Elias in cœlum ascendit , ubi Myses leges tulit. *Hic Elias curru igneo raptus , in paradisum terrestrem transvectus est* : ait Adrichom. in *Ruben*, n. 53. Legum observantia præstat cælestia : si homines super alios ascendere studeant , leges ad unguem observent : pessima in exaltationem statera iuris dolus; quià sola lege obtinetur ascensus. Addit idem in *Pharan*, n. 16. Ibi auri fodinæ. Sunt enim *montes auri fertiles, iuxta quos Moyses Deuteronomium scripsisse perhibetur*. Ita Legislator à Deo eligit locum in fulminationem legum ; ut ad divitias obtinendas homines scirent aditum : etenim qui legibus studeant , & iurisprudentiæ adhærent ; nequeunt licèt fieri in causis divites , nisi per leges. Aurifodinæ erant, ubi Moyses leges promulgavit : rabulæ leges collocant tantùm in aurifodinis : igitur cùm leges illorum lucrum ; nec lex , nec ius præter aurum. O Iurisconsulti sine iure ! Non animæ consultatione periti; sed omninò oblivioni statera dolosà : bonas facite vias vestras & studia vestra; quippe legum coloribus non sunt bona : ut detis hæreditatem gentium, opera manuum veritas & iudicium : perperàm iudicium verè , sine iure & veritate: imò crescit uti impunis insolentia pravorum ; quoniam in vobis tortura legum invenit patrocinium.

Propere

Art in dole stateræ eorum iudicij.

Splendor dignitatis ex observantia iuris.

4. Reg. 2. 11. Adrich.

Idem.

Deuter. 1. 2.

Leges rabularii, lucrum.

Ibid.

Mercato res iuris.

Illis aurum tantum.

Ibid.

Sine pudore.

Au-

19 Audiendus Bernardus. *Quid enim opus est* (inquit lib. 1. de *Consideral. ad Eugen.* cap. 10. n. 13.) *admittere, quorum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium? Tanta est impudentia nonnullorum, ut cum manifestæ ambitionis prurigine scateat tota facies causæ eorum; non erubescant audientiam flagitare, publicantes semetipsos ad multorum conscientias, in quo vel suæ solius satis poterant confundi iudicio. Non fuit, qui retunderet attritas frontes, & ideo plures facti sunt & induruerunt. Sed & nescio quomodo vitiosus conscientias vitiosorum refugit. Ubi omnes sordent, unius fœtor minimè sentitur. Non est iam quod exhorreat in studijs & molitionibus ambitionis; non plus quàm spelunca latronum spolijs viatorum.* Quid non illicitum faciet, si causidicus favet quem corrigere debuit? *Hi* (ait Mirabell. in *florileg.* v. *Advocatus*) *quasi Sibyllæ oraculorum interpretes, non solum verba vendunt, sed & silentia; ut videantur altius iura callere, & audiantur quasi oracula. Si ut experiaris peritiam, vel ut rideas, finxeris, propriam matrem meditanter occidisse; multas tibi suffragantes absolutioni, lectiones reconditas pollicetur: sed si nummos senserit.* Sal infatuatum est: & clientes dicere possumus fatuos, qui patronos sequuntur omninò insulsos. Dicam ex Ovid. 1. *fastor.* v. 73.

Bern. *Instant malæ causæ sine fronte.*

Mirab.

Ovid.

Lite vacent aures, insanaque protinùs absint
Iurgia.

DIDASCALIA VI.

Maior subditis solicitudo de legis rectore, quàm de lege.

¶ SUMMAM felicitatem sitam esse Reipublicæ in lege, etiam docuere profani. Si ratio est anima legis non erunt homines, viventes absque ratione. Euripid. in *Supplic.* v. 596.

Euripid

In lege æquale ius: rectè sunt posita.

Aliter quasi in cæco cæci chao, pereunt crimine, discrimine nullo. *Hebræi iuxta mandatum Moysis* (ait Ioseph. 3. *Antiq.* cap. 40.) *suspensi erant animis, quidnam boni, ita ut promiserat, esset à Deo reportaturus: atque iterim, dum Ductorem suum expectant, festos dies agebant, assiduis precibus Deum solicitantes; ut donum sibi per eum aliquod mitteret; quod ad vitam benè ac feliciter degendum, conducibile foret.* Lex per illum à Numine missa, iuxta illorum ad felicitatem vota: quippequàm indepisci nequibant ampliorem felicitatem; quàm vivere iuxta legem. Alia constabit corde belle, præter ea quæ dicebant expectare: equidem idola lex vetabat, cor idola peribat: iuxta pervicax ac indocile cor, ab illis desiderabatur lex, & iuxta voluptatis illicebras, vitæ felicitas; quin esset quid libertatem coërceret, nec puniret transgressionem: unde si felicitas legis voluptatum privatione; maior illis felicitas, vivere sine lege. Dicit solicitudo, unde dolebant animo. *Fac nobis* (dicunt) *Deos, qui nos præcedant. Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti* (quasi non eduxisset de captivitate) *ignoramus quid acciderit.* En specimen subditorum pravitatis: scire putà velle, qui faciant, vel non faciant Superiores. Hinc Theodidactus almificus Patriarcha N. *Regul. S.* cap. 4. Monacho commendat: *Non esse murmurosum, non detractorem.* Hæften. hìc: *Non esse curiosum.* Sorores sunt curiositas & malignitas: qui scrutatur Superiorum actiones, murmurandi solicitat studium: otiumque utriusque ministrat nexum; quippe qui studio foverit curiositatem; deveniet tandem tandem in malignum detractorem.

Ioseph. *Ex legis observantia felix vita.*

Exod. 32. 1.

Sorores curiositas & malignitas.

S. Ben. Hæften.

2 In textum ergo. Pro afferenda lege in eorum felicitatem, Moyses ascendit in montem. Cur igitur tota solicitudo de Moyse, nilque loquuntur de lege; qua illorum compesceret desideria, irruentium impotenter in voluptatis idola? Rector totius congregationis erat, qui de legis observantia maximoperè curabat: pravique tantùm curant de rectore & non de lege; quoniam neglectus subditorum vel observantia legis, solummodò pendet à conditione rectoris. Rector legem allaturus, quam timebat pravum pectus. Veniens legem fulminabit, idola conteret: de Præsideque inquiritur, ubi à Numine per illum lex expectatur; quippe modò Præses in vindictam absens sit, quid ad illos, quòd sit lex, vel non sit lex? Vitulum in Ducem eligunt, dum regi volunt; & præbere Superiori adorationem, quasi esset Numen. Agnoscitur cordium pravitas, quùm titulo religionis quærunt impensè vanitates suas, despicientes Deum verum, & adorantes Vitulum; quem utpotè prævaricationis fomitem, Moyses ex lege re-

Observantia vel omissio legis, à conditione Superioris.

redacturus in pulverem. Moysi cum lege regimen datur ; nequaquàm vitulo, qui ab illis eligitur : & non de lege, sed de Moyse fit inquisitio, dum de rectore fit sermo; quoniam cupiebant regi ab alio Superiore, sed sine lege. *Fac nobis Deos : Moysi ignoramus quid acciderit.* Quia ignorant, idolum elevant? Astus est religionis fugientium iugum : etenim dicent astutè in flagitium obijciendum ; lapsum non fuisse ex pravitate pectoris, sed absentià Superioris. *Fac nobis Deos.* Isti placent. Ad qnælibet silent. Hi voluptate & voluptuosè Duces, Rectores & Præsides. Non sunt ut Moyses cuius comites leges. *Fac nobis Deos*, queis titulus Superioris & non amplius : ut illi habeant in adorationem dignitatem, & nos ipsorum & nostrorum regimen. Vide *T.9.D.8.*

Pravi subditi nequeunt regi.

3 Idola in corde illorum erant, erigere formidabant; quoniam sciebant habere Prælatum, qui illos adstringeret in tenorem legum : at cum pravos in bonum non moveat amor, sed supplicij timor : cognità perfecti cunctis numeris Superioris absentià, quæ erant in corde erexerunt idola : igitur quandiù Moyses procrastinaret venire ; iuxta mores corruptos victuri insolenter sine lege. *Melius est* (ait Chokier ex Aristotele in *Thesaur. Politic.* lib. 2. cap. 7.) *à bono rege regi, quàm à bona lege*: sed simul, duplex felicitas, quippe ad auctoritatem utriusque augusta maiestas. Unde Ovven. *lib. 3. Epigram 36.* accinit:

Duplex felicitas, Lex & Rex.

ChoK.

Ovven.

Lex sine Rege, velut lumen sine Sole fuisset:

Rex sine lege, velut Sol sine luce foret.

Hinc tanta solicitudo pectori pravo, si modò occurrat Superioris electio : curaque legum transit omninò ad Prælatum; quoniam cùm illa sit muta, hunc que spectet observantia ; cursu relaxationis qui exleges, valdè timent Superiorem, ridentes legem. Dicit nostra Tautologia : *Defecerunt scrutantes scrutinio.* Quodnam scrutinium scrutandum ? Scrutantes scrutinio ! Loquitur Regius. Vates de malignantium conventu ; de multitudine operantium iniquitatem ; qui solicitant iuxta mores, Superiorem, indulgentem corruptelæ, faventem relaxationi : & scrutinio scrutantes, quis exibit suffragijs electionis ; si perfectum, incorruptum in dignitate præsentiunt, in ipsa curiosa scrutatione deficiunt. Primo aspectu huiusmodi inquisitio videbitur otiositatis, vel curiositatis occupatio (quia dum nihil agunt malè agere discunt) sed altiùs penetrat cura usque ad puncta corda, in ærumnam conversis, dum configitur spina : contendunt que fore quicquid illis in voto, quasi actus illorum sederet arbitrio : eliguntque & reijciunt, approbant & reprobant, laudant & vituperant suffragantes & refragantes haud pro qualitate constituente dignum, vel ineptum ; sed præut arbitrantur, illis benè vel malè cessurum.

Ps. 63. 7

Pravis formido, digni Prælatis electio.

4 *Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam; ut te ad pœnitentiam provocarent : viderunt autem tibi assumptiones falsas, & eiectiones. Tautolog. præced.* D. 5. à num. 18. Exposuimus testimonium de Præsidibus, subditorum criminibus indulgentibus; modò de subditis removeri renuentibus a criminibus (ut promisimus, *Tom. 5. T. 9. D. 1. num. 13.*) de quibus in *Præcept. politic.* Plutarch. num. 1. ait : *Quibus domi nihil est boni, coijciunt se in res civiles, & versantur in foro. Hi Rempubl. culpant, eò quòd dolore criminum sine pœnitentia ducantur, & stomachentur ; quia vel sperata destituti gloria invidiam incurrerunt ; vel cùm terrori sibi alios ex potentia expectassent fore ; negotijs involvuntur lubricis & procellosis.* Inspiciamus ergo horum scrutationes punctione stimuli mentis. Cognoscunt anteactæ vitæ mores pravos à Præsidibus indultos vel fotos, quorum pœnitentia medicamen, sed renuunt accipere cum disciplina salutem. Inter similes sunt comercia, & timentibus. Prophetæ vident falsa & stulta; quoniam venit, qui cunctorum aperit iniquitatem, ut provocentur, velint, nolint, in criminum pœnitudinem. Despectu potestatis Rectorum præcipitabantur etiam in despectum legum. Cum amicis loquebantur de futuris ; & videbant *assumptiones & eiectiones.* Hic uti dignus, dicunt, in Præsidem assumetur : *Assumptiones.* Ille autem proculdubiò reprobabitur : *Eiectiones.* Hic relinquetur, ille assumetur in culmina dignitatis : *Assumptiones & eiectiones.* Quid tibi videtur hoc ? Eijcietur, assumetur, sed non hic. Hic pessum ibit: ille alius regimen obtinebit : signatque tamquàm selectum, quem pauloante irridebat ineptissimum. Alium, dicit alter, designo Præsidem; & profert nomen. Alius verò : Negry quidem. Dignus est. Quid dicis ? Fæx, & non lux : quid lucis, si non ex nostris ? Quomodò elevabitur, qui ridetur ? Quid ille, & quare, qui homo, si forsàn homo, sine splendore ? Non ille capax dignitatis : *Eiectiones.* Non ille,

Thren. 2. 14.

Plutarc.

Quanta illorum tempore electionis solicitudines & cogitationes!

inquam, & signat alium; qui sentina imperfectionum pravoque arridet ille & non alius in honore; quia opus est illi: & non alius (præter illum auctoratum) connivebit exlegem vivere ad lubitum.

Delirat, vel vigiles somniant.

5 Hoc manè: quid erit vesperè? Quasi futurum quod cupiebat vigilum somnium; mutantur *assumptiones & electiones*, ac in fortunæ rota suffragante phantasiâ, assumpti cadunt, ac labentes, vel labantes extolluntur. Desideratur vivendi cum libertate licentia; fitque electio & reprobatio, præut micant vel commoda vel incommoda. Hic qui electus fuit, iam non est. Cadet, sine munere sedebit. Omninò corruet, & minimè surget. Iacebit. Haud quaquàm ultrà caput exaltavit. Si obijcitur, Propter quæ? dicit iactabundè: Propter hoc, & propter illud, & propter illud & hoc erit huius proiectio & eiectio; & propter alia, quæ dicere nolo. Si vultis scire quis habenas nanciscetur dignitatis (denuò somniat ad placitum assumptiones) hic est: fortasse non erit hic: at subodoror, quòd assumetur melior, dignitatis honor, honoris splendor, quem scitis; quondam ::. qui nobiscum ::. Satis est: per emphatica verba cognoscitur, quis est hic. Dicere vult, in cunctorum utilitatem eligendum, qui scelerum patrocinium. Audiunt boni, & adversantur. Hinc iurgium. Audiuntur *prælia & opiniones præliorum.* Alij reprobant, alij approbant: alij astruunt, alij destruunt: alij trahunt, alij pertrahunt: atque ex volubili phantastico, ridiculo voto, in prælia efformatur certamen, quoniam hostes qui contrariam aversantur opinionem: fitque sæpe in *assumptiones & electiones* à phantasia pictas, picturæ falsitas; quoniam adversus iustos solet eligi tyrannus: adversusque pravos eligitur in Rectorem; qui faciat illos observare legem.

Matth. 24.6.

6 Quorsùm huiusmodi mentis inopia? *Doceat ratio* (ait Seneca, *Epist.* 88. *nihil ad rem pertinere istas computationes: imò quàm supervacua possideat, qui infelicissimus, si quantum habeat per se computare cogatur.* Per se nihil habet: si desideratur nihil: ad nihil, nisi in flagitium, qui pravi desiderantur. Nihil ad rem istæ computationes: igitur cum non fiat actu, quod concipitur voto; sæpe in honorem assumuntur, qui delecti; & dejiciuntur qui phantastice assumpti; quippe in ludibrium lubidinis, plerumque falsæ *assumptiones & electiones.* His contigit; quod Philippensibus cum quadam puella, *quæ habebat spiritum Pythonem; quæ quæstum magnum præstabat dominis suis, divinando.* Scire cupiebant per mulierem quid futurum, & erat fallax oraculum: non erat certitudo, sed divinatio, qua audientes blandiebantur phantasiæ, ex læsa imaginatione: quandoquidem cognoverunt in vanam curiositatem, per fœminam loqui dæmonem. Non est vestrum, nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Qui ignota inquirit, scrutando corruit: & quod ex puella erat quæstus dominis, in vobis est quæstus dæmonis: igitur cum iuxta vota, sine pœnitentia, electionis non sit exitus; locutus est diabolus: & pro conservandis inolitis malis; præ malignitatis abundantia convertuntur in dæmones. Dicit Horat. 3. *Od.* 24. à v. 28.

Senec.

Credunt futura ab illis in phantasia concepta.

Act. 16. 16.

Dæmonē consolāt.

Clarus si indomitam audeat
Refrenare licentiam; heu nefas!
Quid tristes querimoniæ,
Si non supplicio culpa rescinditur?
Quid leges sine moribus?

Horat.

Malum rectori, si pravorum mores curat redigere ad leges.

7 Quid tunc? Dicit Psalmographus Rex. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.* Quid in impijs & ex impijs saliet non impium, si totus conatus iuxta cordis desiderium? Illis ingenita pravitas, quoniam ab impijs egredietur impietas. Cordis usquequaquè indicant formam: *cogitaverunt & locuti sunt nequitiam*; cogitant in Præsidem, quod ad nullius devenit cogitationem: & dedecus astruunt, tantùm quia cogitaverunt; ut cedat in Superioris ludibrium, impiorum somnium.

Ps. 72. 7.

Virtus Præsidis odiosa pravis.

——Nunc verbis numina damnant:
Nunc quemcumque volunt per terras figere, figunt.

Cruci hic.

Cor eorum & vanum & malum est. Haud in ore verbum bonum, quippe cuncta iuxta affectionis venenum. Ideo *prodit quasi ex adipe iniquitas eorum.* Eorum, dum pungitur innocui Præsidis virtus, & religionis conatus: etenim cùm nota dedecoris prodeat ex affectu cordis; & clarescat examine librata virtutis veritas; eorum tantùm demonstratur iniquitas. Pende. *Iniquitas quasi ex adipe.* Quid hoc? Quid maledicentia cum adipe vel aruina? Lardo compara: & propriè, præ nimiæ malignitatis pinguedine. Lardum continet adipem, quæ vel tactu impingit sordem. Ni comprimatur, aruinam non exprimit: si constringitur, elicit, quantumvis maculet:

Extollitur, si ab illis dedecoratur.

lar-

lardoque confertur horum peccatorum pravitas; quoniam si ejicitur foràs, quasi ex adipe prodit cordis iniquitas. Clarius in rem. Larda sunt dyscoli, quibus socij invite appropinquant; quoniam vel conversatione maculant. Venenum aspidum sub labijs eorum, & os maledictione & amaritudine plenum. Nonnulli Superiorum, ne polluantur; vivere sine lege permittunt, quoniam linguis suis dolosè agunt; & purior sordescet labe, modò illos à prava conetur removere consuetudine: iurèque sordidi conferuntur lardis; quoniam totum studium in alios iacere sordes, quin ulla fama sit integra, nec honor comite glorià, illæsa maiestas, immunis auctoritas, illibata dignitas, incolumis celsior thronus; nec venerabilis virtus; quia illeges contendunt vivere, in morum inolita corruptione: fœdantque adinstar lardi, inquinant, commaculant Superioris honorem & virtutem; si illos coustringit observare legem: igitur observantiæ dumtaxat audito nomine; tunc prodit illorum iniquitas quasi ex adipe: & obtinetur vivendi ut pridem facultas, per fas aut nefas. Arator, 1. in *Act. Apost.* à v. 302.

Lardis cur similes.

Sunt dedecus & pro fidum.

Eorum tpores.

Arator.

Fert animus patrare nefas Sanctisque verendis
Sacrilegas inferre manus. O semper iniqui!
Dona vident & bella movent, nec cœpta relinquunt,
Ut violent quos turba fovet.

8 Perpenderis quanta moles iniquitatis eorum qui transeunt in affectum cordis quantaque malitia, cùm terrori sibi alios expectant fore ex potentia. In his objicitur lardum: prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Verùm conditione singulari, in elicienda iniquitatis pinguedine. Larda tosta aut frixa, quippe ardent, effundunt pinguia, & simul inquinamenta: pravique pinguedine ingenitæ iniquitatis, in conditione sunt singularis conditionis; quoniam larda proximos inquinant, si premuntur: pravi verò aspergunt in Superiores dedecora, quin premantur. Relaxationem venerantur uti Numen. En

Cur sordidiores lardo.

Ovid 6. Fast. v. 367.

Pinguia cur illis gustentur larda Calendis:
Pisca Dea est, alturque cibis, quibus antè solebat.

Illis legis honor dedecus; & leges dare, profectò mittere margaritas in porcos: etenim si bonis, ne sint mali, placent leges; suibus delectamina sordes. Imitantur etiam industriâ malignitatis virulentos bufones; de quibus (ut ait Picinell. lib. 7. *Mund. Symbol.* n. 24.) *Undique virus,*

Cur bufonibus.

quippe illorum in virus semper dirigitur flatus: & nisi conatus cadant ad voluntatis blandimen, aguntur in rabiem, perturbataque mente fovent exasperati furorem: ita addicti ad voluptatis votum; ut vel furorem arbitrentur iudicium. Alia bufonum conditio micat, quæ sceleratos sine lege demonstrat. *Bufones vel interficiendi sunt, vel relinquendi: mortificati, aspirant in vindictam*: Bustamant. observat, de *Reptil. sacr. Scrift.* Pessima societas, dum inter homines grassatur bufonum inveterata malignitas. Nec mortificati quiescunt: haud repressi, venena vomunt. Relinquendi? Extremum miseriæ, & gravamen Superiori. Non sai, relinquere. Aguntur in rabiem, vagantur præcipites in phrenesim: & modò ut coerceantur, reducantur ad plagam, nonnumquam anhelant in coercitionis vindictam. Malæ prorsùm bestiæ, quæ virus non relinquunt nisi morte, vel sint surdæ.

Bustam.

Dyscoli semper.

Nec nisi ventrosis vulsæ bufonibus aures.

Fausta Andrel.

9 Clareat illegum conatus, & quorsùm illorum dirigantur motus; quippe in illorum malignitate ac malitia duplex Kappa. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui*: monet Salomon. In nostrum pròpositum Beda hìc, ex quo Hugo: *Terminos & limites, statuta scilicèt Religionum, Ordinum, Monasteriorum, quæ constituta à patribus.* Ferè qui filij Belial; sine legis iugo, abundant huiusmodi sensu, ut qui magis relaxatione corrupti, ad speciem appareant magis perfecti: voluntque transgredi perfectionis terminos; quin ulla in cordibus sedeat virtus: equidem in functionibus ostendunt quasi supererogationem, dum excutiunt uti gravem, virtutem & totam legem. Iccircò SS. N. Patriarcha, d. *cap.* 7. subdit: *Si nihil agat Monachus; nisi quod communis Monasterij regula, vel Maiorum cohortantur exempla.* Intendit Zelotes in virtutis perfectionem, relegans, sine virtute perfectionis speciem, abominabilem hypocrisim, & improborum vafriciem: siquidem dolosè sine lege ab institutis cupiunt retrò ire, dum gloriantur ultra progredi. Delicemus desideria pravi cordis, & meditatum scelus, quod simplicibus fossitam eximia apparebit virtus. In terminis olim, qui apud Etnicos erant statuæ, & apud Hebræos saxa erecta & impolitè; scribebantur statuta & leges eorum municipales, qui continebantur sub præfatis terminis. *Iosue*, 8. 32. Abulens. hìc, Kircher. *Tom.* 3. *OEdip. Copt.* Syntagm. 2. cap. 3.

Prov. 22. 28.

Beda.

Qui corrupti, hypocritæ.

S. Bened.

Formæ terminorū apud Priscos.

& diximus, hìc *Didasc. 1. n. 11. & Tautolog. 2. Didasc. 6.* n. 11.

10 Si leges ibi in terminis, intra terminos continendi, qui ita transeunt in desideria cordis: igitur non possunt transgredi, quin procedant sine lege. Errabit, qui intra terminos legis propriæ non se continet: non sunt transeundi, si sunt termini: aliàs termini non essent, si esset perfectio transire: & dum pravi, ut transeant, terminos transeunt, in perfectionem nullo modo procedunt; quippe legum est transgressio, què fatuè videtur illis perfectionis plenitudo. *Ne transgrediaris.* Erit error, dum apparet legis honor. Si terminus lex est, & ultra procedit cor; iam non lex: impossibile planè, quod ultra legem procedat; quin retrò legem relinquat. Sequi cupit, sed contraria perficit: igitur transgressis terminis legis, non est virtutis demonstratio, sed criminis: nequit enim procedere ultrà; quin sit transfuga. *Accedant statuæ* (inquit Senec. *Epist. 16.*) *via eunti aliquid extremum est: error immensus.* Errabit sanè in proposito, qui procedit sine termino. appositè quidem: placet errare, qui procedit sine lege. *Ne transgrediaris terminos*, quippe in lege, termino operationum continetur virtus: igitur cùm terminetur à lege; idem est transire, ac transgredi. Pravi transeunt, ut commodè transire possint: & nullatenùs est commodum, quippe non virtus transire terminum: erratque qui fatuè aut malitiosè signat uti virtutem, in transitu transgressionem.

Ei placet errare, qui procedit sine lege.

Senec.

Pravis titulo virtutis est formes relaxationis.

11 Legis terminus, animæ profectò murus. Ultrà transgrediens, ut spatiosiùs transeat; murum in quo legis est statua, perforat; ultraque terminum non transeundem, ne sit titulo perfectionis maius peccatum: igitur ultra non est ulterius, sed animæ virus; quia ultra legem transitus non conceditur, ni lex diruatur. *Ne transgrediaris*, dum stas in termino legis. Quicquid ultra terminos Israèl, ditiones Gentilium sunt. *Ne transgrediaris.* Transitus erit hypocrisis: etenim patet extra legis terminum, vivere more Gentilium. Denique arctiùs Didascaliæ. Ultra terminos legis improbi cupiunt transire; quia contendunt vivere sine lege. Illorum cura utcumque transire, vel transilire vallum. Superioris, reducere & continere intra legis recinctum. Hoc opus & labor: hinc teterrimorum furor, studentium libertati, & morum relaxationi. Movebuntur omnia fundamenta terræ: & sicut aspides insurgunt in honorem, in probitatem, in innocentiam, in famam excellentis Superioris; qui continere solicitat zelo intra terminos legis. Verba oris eorum iniquitas & dolus. Ex veneno serpentium totum pectus. Non infirmantur linguæ eorum, ubi magis male dicentiâ tumescunt.

Superior apud illos malè audit, si continere intra legem studet.

Qui benè pugnabat, meliorem noverat artem:
Mittere qui poterat tela, disertus erat. Ovid. 3. Fast. v.

12 Hi calcitrones, uti effrontes & audaces, percupiunt Prælatum (quippe ad arbitrium cordis regnat Erinnys) surdum, cæcum & mutum: consequenterque à dæmone possessum; ut nonnumquam viderent dæmonibus mancipatum; quoniam moribus arridet habere pro Superiore dæmonium. Cæcus illis congruebat, ut transgressiones non videret, quas viderat. Surdus, ad voces scandali; quasi peccata privarentur voce: & quamvis iaceret trita & lacerata lex; hæreret quasi mutus non aperiens os suum: denique possessus à demone, qui illos transire permitat; ut ille transeat. Unde ergo hydra tot vitiorum? Ex amara radice pravæ vocationis, germinante sursùm: igitur si caput unum præsecatur, ne veneno sit in perniciem; pullulant septem. Unde in Domino tantum fastidium? *Propter malitiam studiorum eorum.* Dixi plura de eadem sententia, *Didasc. præc.* à *n.* 8. At quænam malignantium studia, atque in eis pravitas malitiosa? Vitam recti Præsidis ut excutiant, malitiosè discutiunt, scrutantur. Propter bilem commotam & implacabilem iram; uti gladium exacuunt linguam maledicam, atque arcum pravum intendunt in rem amaram: verùm cùm nihil inveniant & scrutantes deficiant; alia cogitant. *Falsitas de more iactetur* (in *Exhortat. ad Monach.* infit Athanasius) *dum nec verisimile potest esse quod dicitur.* Tamquam ab aranea ex putridis, virulentis viscеribus procedunt retia; ut in malitia studiorum ostendant viscera putria, sub rutila veritatis specie; verùm in superbia & verborum abusione, observantes vanitates, sed supervacue. Hinc malignus.

Quàlis optatus ab illis?

Ier. 26. 3

Illorum strophæ.

Athanas

——Et insidiator oberrat,
Facturus quemcumque reum. Claud. 2. Stilic. v. 121.

13 Volant ergo falsa, non cuilibet cogitationi obvia; ni adsint malignitatis studia. Malitia est bonum uti malum credere, aut suspicari. Studia malitiæ, malum fingere: in optimumque Præsidem pravorum nota, pravæ malitiæ iurè signantur studia; quoniam in dedecus & turgidè pro-

Studia & in dedecus eum bolita.

promunt quæcumque fingunt : ac in testimonium irrefragabile placet, quod primùm in buccam venerit. Ideo ut diximus, *Cogitaverunt & locuti sunt nequitiam.* Crimina in hoc iudicio dumtaxat malignantium cogitatio. *Malus animus* (dicit Senec. *Epist.* 99.) *omnia in malum vertit.* Senec,

Hæc sunt studia malitiæ atque pravitatis, ubi maligni *transeunt in affectum cordis*: igitur non dicunt, quod Superior est in dignitate; sed quod vellent in dedecus esse. Unde cùm minimè valeant eius virtutis assignare deliquium, in imposturis cordis saltem demonstrant affectum; quin in adinventionibus indicent ulla peccata, sed solummodò eorum cordis desideria. *Peccandi est amor, non innocentiæ* (inquit Chrysologus, *serm.* 152.) *destinatus ad scelus, ad piaculum promptus, paratus ad crimen, causas innocentiæ non requirit, ius abrogat, confundit fas, nefasque : cui nequitia est sodalis, cui odiosa est æquitas; iniquitas semper amica.* Quid Prælatus dicere verè : *Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum*: Psalm. 108. 20. Multa quidem pertulit. Ubi sup

Æstus & doli.

Chrysol

Ovid. 1 Pont. 1.

Crimina falsa tulit.

14 Furor pravis atma ministrat; & quia nolunt converti, ad commenta recurrunt, tamquam ad arma; quia Præsidis ignominia, vitæ ipsius cogitata dedecora, digna pudore; quamvis mentiatur iniquitas sibi. *Conscia mens recti famæ mendacia ridet.* Cùm caperatæ frontis, duræque cervicis animos vellet Ieremias reducere in legis terminos; noluerunt reverti, studijs malitiæ, vitæ incumbentes solutiori. Noluerunt reverti, quia noluerunt. *Audite vocem tubæ. Et dixerunt* : *Non audiemus.* Ita vita constitutorum sub lege? Ita parrhesia, & sub vita mortali? Verba sana nec audire? Cùm in propheta in illicita viderent obstaculum; illicò serpentes adversus eum convenerunt in unum, dicentes: Utquid hic nostra ludricis verbis quotidiè pertundit aures, & capita quassat? Pereat. *Venite, cogitemus contra Ieremiam cogitationes. Non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à Propheta. Venite, & percutiamus eum linguâ, & non attendamus ad universos sermones eius.* Quid non tastidij, usquequaquè vox, *Lex Dei, Lex Dei,* quasi nostræ ignotum cognitioni, Dei legem esse? Illi videtur huiusmodi cantinelis esse homo optimus & primus orbis. Si ille defecerit, erunt alij, & præstantiores. Non peribit lex, neque consilium, neque propheticus sermo. Quis hic homo? Hic nostrum probrum, & dedecus publicum. Quando morietur & peribit nomen eius? Proh dolor! Dedecus est vulnera signare; & decus, habere? Ignominia, scelera facta dicere; & gloria, flagitia facere? Pudor, exleges, ut resipiscant, indicere; & gloriatio, exleges esse? Quid nos proscindis? Quid effutis? *Mittamus lignum* (taxum, toxicum) *in panem eius, & eradamus eum de terra viventium, & nomen eius non memoretur amplius.* O miseri! Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum? Deus dereliquit eum: persequimini & comprehendite eum; quia non est qui eripiat. Moriatur, siquidem mortuus non loquitur. Dicere à nobis despectam esse legem, etsi verum sit; audacia est. Malè sentire de adoratione idolorum, crimen profectò gravissimum: & luenda culpa, quippe pravis in concursu non habetur reverentia. Iò! Tradatur ergo lethali potioni, quia sine pudore, risibili auctoritate, loquitur; rideatque lubita perfici, etsi rumpatur. Patent malitiosa corda, & pernitiora studia: equidem si Præses capitones inducit in legem; damnatur ad vulnus, ad lapidem, ad virus, ad mortem. Idem 4. Fast. v. 311.

Ierem. 6 17.

Tota illorum vita, corruptela.

Cap. 18 à 18.

Et bonorum irrisio.

15 At si introducitur mors, non erit causa? Non est. Formari debet ex malitiæ studijs. Quomodo? *Cogitemus contra Ieremiam cogitationes.* Causæ non inveniuntur: scrutemur. Hispanicè. *Son discursos, pero no serán discursos: discurramos.* Cogitemus ut perfectum, quicquid à nobis in opprobrium cogitatum: & cùm facilè à fatuis vel somnio præstetur fides; cogitationes ipsæ non erunt cogitationes. Crimen ut globus nivis concinnetur embolio: crescit eundo: & astu videbuntur vera crimina; quæ cogitationibus solummodò cogitata. Transeat ergo commetum à phantasia in os, aliquid cogitetur contra ius: etenim si studijs malitiæ representatur à Præside rupta lex; iam nequaquàm erunt verba, sed clara crimina. Qui inquirunt Superiori mala, vanitates loquuntur: dolos totà die studiosè meditantur: & ut deficiat, cogitando cogitationes, dedecus scrutantur; sed scrutando scrutinio, à malitia non deficiunt. Hinc illorum spina, & in electione maior solicitudo de legis rectore; quàm de lege. Vasa sunt iniquitatis continuò bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea: & in cœtu illorum non sit gloria mea; filij diaboli, inimici omnis iustitiæ. Exercitia Præsidium, atque tormenta virtutum. Vaniloqui & Cap. 18 19.

Quanti laboris illos reducere in claustra legis!


Ubi sup

Ab illis somniata designantur uti crimina.

Quam mala pecora!

seductores, malitiæ studijs, universas domos subvertentes. Telluris inutile pondus, ventres pigri, malæ bestiæ, fruges consumere nati. Synagoga satanæ, doctores in cathedra pestilentiæ: populus nequam, filij scelerati, generatio prava & perversa: genimina viperarum, Dei gratiam transferentes in luxuriam, semetipsos pascentes, convivantes sine timore, nubes sine aqua, quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, eradicatæ, bis emortuæ, fructus feri maris, despumantis suas confusiones; denique sidera errantia, quibus procella tenebrarum servata est in æternum. Hoc & alia plura peiora sunt, fuerunt & (quod turpius) erunt, sine spe correctionis ex inolitis pravitatis studijs: donec *pœna sit eis prævalens ipsa mors*: incipiantque vivere, cùm inceperint mori; igitur frugi, nullus est qui recogitet corde. Ipsi apud Horatium, d. v. 31. fatentur. S. Bened. d. cap. 2.

Virtutem incolumen odimus:
Sublatam ex oculis quærimus invidi. Horat.



TAUTOLOGIA OCTAVA.

CIRCUNDANTES CIRCUNDEDERUNT ME.

Psalm. 117. vers. 11.

EXPOSITIO LITTERÆ.

1 DE Servatore N. eiusque hostium circumventionibus accipitur textus vel à Rabbinis; ut constet ex forti pugna, illustrique victoria argumentum in trophæa: igitur violentia potentissimè validâ, in triumphum devicti victoris ducta. *Infelicem Socratem dices in carcere, infelicem Catonem vulnera sua animosius quàm fecerat, retractantem calamitosissimum omnium Regulum, fidei pœnas, etiam hostibus servatâ, pendentem?* Atqui nemo hoc dicere (inquit Senec. *Epist.* 71.) *nec ex mollissimis quidem ausus est. Negant enim illum esse beatum; sed tamen negant miserum. Academici veteres beatum quidem esse etiam inter hos cruciatus fatentur; sed non ad perfectum, nec ad plenum.* Plenè felix, qui in tormentis surgit animo, & dum graviora patitur, dicit *Sitio.* Ioann. 19. 28. Insultarunt exultantes inimici, extinctâ vitæ auctoris optabili vitâ: at fuit ex iactu osculana victoria. *Semper hac in re qui vincitur, vincit.* Petron. fol. 25. in *Satyric.* A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris: igitur lapis reprobatus à Synagoga ædificatrice, factus est in caput anguli. Contra fortunam semper luctata virtus. Etiam citra effectum propositi, eius rutilat decus. *Beatum non cum esse* (præmisit Stoicus, *Epist.* 45.) *quem vulgus appellat; sed illum cui bonum omne in animo est, erectum, & excelsum, & mirabilia calcantem, qui neminem videt, cum quo se commutatum velit: qui hominem eâ solâ parte æstimat, qua homo est: qui ad leges componitur & sic vivit quomodò ratio præscribit: cui bona sua nulla vis excutit, qui mala in bonum vertit, certus iudicij, inconcussus, intrepidus: quem aliqua vis movet, nulla perturbat: quem fortuna, cùm in eum quod habuit telum nocentissimum, vi maximâ intorsit, pungit, non vulnerat, & hoc rarò: nam cætera eius tela, quibus genus humanum debellatur, grandinis more dissultant: quæ incussa tectis, sine ullo habitatoris incommodo crepitat, ac solvitur.* Haud secùs Christo contigit, dum vallatus inimicis. Vidit hostis telis mortuum; sed adinstar Solis ascendit super occasum. Dominus nomen illi. Retorqueatur Petronius, Carm. 19. à v. 24.

Senec.

Felix virtutis constantia inter tormenta.

Petron.

Senec.

Quis homo cadendo potens?

Petron.

—*Tristior ille est, qui vicit*—
Namque hoc dedecus est populi, morumque ruina:
Non homo pulsus erat, sed in uno victa potestas.

2 Christum ergo circundantes circundederunt Iudæi in propositum mortis; sed tantùm circundederunt *sicut apes*, quæ quidem vitam in vulnere ponunt quippe pungentes moriuntur. Pende ad circumventionem circuitus ordinem. Primò qui extendit totâ die manus suas ad populum non credentem, & contradicentem; ait: *Omnes gentes circundederunt me.* Sanè: *Omnis generis homines* (subdit Caietan.) *contra ipsum fuerunt. Passus est à Iudæis & Gentibus, a maribus & fœminis, à sacerdotibus & laicis, à Religiosis & sæcularibus.* Pòst non dicit *Gentes*: tantùm, *Circundantes circundederunt me.* Augustin. hìc: *Benè ibi non repetitum est,* Omnes gentes: *quòd à Iudæis solis factum est.* Qui quidem cùm viderent tot anxietates, simulque tot singulares honores, deficientes scrutantes scrutinio; cogitaverunt cogitationes sine intellectu: igitur somniarunt duplicem Christum, geminumque Messiam in illud Psalm. 79. 16. *Perfice eam, quam plantavit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.* Ideſt, *Virum* dextræ, uti dicit Aben-Ezra. Genebr. hìc: *Messiam accipit filium Ephraim, sive Ioseph, non filium Davidis errore Iudaico, qui cum nequeant distinguere inter duos Christi adven-*

Vincentes eadunt. Ibid. v. 12.

Caiet.

A cunctis Christus illusus. August.

Duos Christos finxerunt Rabbini.

tus,

Genebr. tus, *humilem, ſcilicèt, & glorioſum; duos conſtruunt Chriſtos: unum filium Ioſeph, cui ea competant, quæ de Chriſti humilitate & cruce Scripturæ canunt: alterum Davidis, cui alia, quæ de Chriſti gloria, maieſtate, & triumphis.* In quæ non devenient recutiti cæci & obcæcati! Primum Deus quaſi miſiſſet ad homines proiectè in opprobrium hominum: noviſsimum verò gloriosè in exaltationem iactabundam Iſraël, ut conſtitueret Principes ſuper omnem terram, ad ſplendoris temporalem evanidam gloriam: quod namque quàm nugatorium, per ſe patet; indicatque Petrus, 1. Epiſt. 1. dum illos alloquitur dicens: *Non corruptibilibus auro vel argento redempti eſtis de vana veſtra converſatione paternæ traditionis.* Conſuleſis Galatin. *lib.* 6. à *cap.* 4.

3 Primò fit ſermo de ingruente tribulatione, quouſque extinctus fuit in cruce: fuit profectò vehementiſsimè magna; ad cuius expreſsionem utitur Tautologiâ: *Circundantes circundederunt me.* Deinde poſt validam toto corpore pugnam, dicit victoriam: *Et in nomine Domini quia ultus ſum in eos.* Non eſt expoſitiva, ſed adverſativa particula *Et*,

Et *pro* Sed. ut ſæpe in hoc Pſalmo: v. 13. *Impulſus everſus ſum ut caderem, &* (Sed) *Dominus ſuſcepit me*: v. 18. *Caſtigans caſtigavit me Dominus, &* (tamen) *morti non tradidit me.* Ita in præſentiarum: *Circundantes circundederunt me, &* (verumtamen) *in nomine Domini quia ultus ſum in eos*; ſicut adverſativè v. 17. *Non moriar, ſed vivam*: Hebr. *Et vivam.* Omitto alia. Ne cæſpites in Tò *Quia*. Apud Latinos videbitur paragogicum. *Latinè vacat*: *ex quo prætermmittitur in Pſalterio Rom. & Græcis multis exemplaribus*: ait

Genebr. hìc Genebr. Nihilominùs tamen uſum inveni apud

Thom. Cant. Thom. Cantuarienſ. in *Hymn.* Deipar. ubi: *Certa manent & ſecura quia tua gaudia.* Quinimò apud Plaut. in *Moſtellar.* Act. 1. ſcen. 1. v. 49. *Quia mihi benè eſt, & tibi malè eſt; digniſsimum eſt.* Etiam apud Propert. 2. *Eleg.* 3. v. 58. *Tu quia poſcebas, tu quia lentus eras.* Eleganter Virgilius, 4. *Æneid.* v. 538.

Quia *pro adverbio affirmativo, vel ſuperlativo propoſiti.*

Quia ne auxilio iuvat ante levatos?

In ſacris ſæpiuſculè: Pſal. 9. 3. *Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ.* Matth. 2. 16. & 23. *Quoniam illuſus eſſet à Magis. Ut adimpleretur, quoniam Nazaræus vocabitur.* In his ergo & affinibus particulis, quod videtur exegeticum, eſt propoſiti aſſertorium, q.d. *Etiam.* Iſai. 66. 8. *Quia parturivit & peperit Sion filios ſuos.* Ierem. 4. 18. *Iſta malitia tua, quia amara: quia tetigit cor tuum.* Ezech. 24. 13. *Quia mundare te volui, & non eſt mundata.* Loco ſuperlativi, quantum auguror, in actionis, effectus, aut affectus expreſsionem, intelligi poteſt. Geneſ. 49. 7. *Maledictus furor eorum, quia pertinax* (*Quia* pro ſummè) *& indignatio eorum, quia dura*: ſcilicèt, maximoperè dura.

Prima expoſitio. Adi Salmer. *Prolegom.* 16. Hoccine ſenſu delicandum hemiſthichion. Inimici infeſtiſsimè, hoſtiliter *circundantes circundederunt me*; ſed in nomine Domini etiam ſum ultus: & non ſolùm ultus, ſed fortiter, vehementer, magnoperè, abundè, quaſi uſque ad ſatietatem ſuper inimicos deſpexit oculus meus. Satis in vindictam, quod viderent glorioſum, deſpectum uſque ad faſtidium. Dicit David, Pſalm. 58. 12. *Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos: ne occidas eos.* Sat in acerbitatem mortis, faſtigium felicitatis. *Cùm ab inferioribus petitus violatuſque eſt* (inquit Senec. 1. de *Clement.* cap. 21.) *ſi quos pares aliquando habuit, infra ſe videt; ſatis vindicatus eſt.* Glorioſiores utique, quos felices fecit caſus. Hæc victoria Cadmæa: *Dederunt victis terga victores* (Marc. Senec. *Controv.* 1.) *& quos provexerat fortuna, deſtituit.* Ergo Thraſones ſuffocarunt conceptum á mente votum, dum in victoriam circundantes vanidè circundederunt.

Senec. *Cruciatus victoris gloria victi.* Marc. Sen.

4 De cœlo deſcendit tradens ſingulariter doctrinam; ut demerſos in barathrum attraheret, duceret ac perduceret in cœlum: illoſque quærebat hinc inde charitate eximia, docens irrequietè, quà poſſent tranſire ad aſtra: unde dicitur: *Circuibat caſtella in circuitu.* Non ſolùm civitatibus oportebat evangelizare verbum Dei; ſed etiam pagis, ubi ſimplices, ſed rectiores corde: igitur omnes volebat ſalvos fieri, & perperàm credituri ſine prædicante: quo profectò intuitu ad ſe tunc quos iam in Apoſtolos elegerat, ſtudiò vocavit, ut electos in prædicationem inſtrueret; ipſique novâ imbuti doctrinâ, ac diſciplinâ Apoſtolica Dominum prævenirent, vel illo abſente docerent, ſi maiora vocarent. Unde converſionis ac illuminationis propoſito, Dei appropinquante regno, & quia tunc expulſus præceps à civitate ſua; circuibat prædicando in circuitu per caſtella. Iuvenc. *lib.* 3. v. 18. & Sedul. 3. v. 23. ſuccinunt.

Marc. 6, 6.

Chriſti gratia in omnes extenſa.

Illic expediens populis, mirabile dictu!
Iuſtitiæ leges, vitæque ſalubria iuſſa;
Talibus indignans præſsit ſua munera Chriſtus.

Iuvenc.

Inde

Inde ſalutiferis incedens greſsibus urbes,
Oppida, rura, caſas, vicos, Caſtella peragrans
Omnia, depulſis ſanabat corpora morbis. Sedul.

5 Nonnumquàm defectus Lunæ humani decidui generis, Soli labores. Ortus eſt Sol, cuius ſanitas in pennis, & quies in motu; etenim præ dilectione in nulla ſede moratur. Gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem, luſtrans univerſa in circuitu. Officium ac munus Solis luſtrantis ac illuſtrantis cuncta. Hinc Sol iuſtitiæ circuitu circuibat & perniciter Caſtella. Tò *Circuitu* referri quit ad *Circuibat* & ad *Caſtella*. Si ad verbum, Tautologia eſt, cui ſæpe iungitur nomen ſignificationis eiuſdem in ampliorem expreſſionem argumenti, de quo agitur, vel continuationem; ut *Vitâ vivet, Morte morietur, Oblivione obliviſcar, Memoriâ memor, Oſculetur oſculo, Zelo zelatus, Ieiunavit ieiunio, Stultus ſtultitiâ*; & alia, de quibus actum: atque in præſentem articulum, *Rotas volubiles*: Ezech. 10. 13. *Coronans coronabit*: Iſai. 22. 18. de quibus, *Tom. 4. T. 11. & 12.* Huiuſmodi teſtimonia delicantur genuinè per adverbia: ita ut præſentis ſenſus ſit: Continuò, perſæpe, frequenter circuibat Chriſtus caſtella. Similiter principalis Tautologiæ, *Circundantes circundederunt me*. Eccli. 24. 8. *Gyrum cœli circuivi*. De Sole: *Gyrat & flectitur*. De aëre: *In circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur*: & Proverb. 8. *Gyro vallabat*. Iſidor. legit gerundio: *Gyrat gyrando*. Maluend. cuncta ex Hebræo amplectitur: *Circumgyrat circumgyrans, circumgyrans ſuper circumgyrationes ſuas*. Apud Ethnicos copioſa ſeges. Cicero de *Somn. Scipion.* inquit: *Circulos ſuos, orbeſque conficiunt mirabili celeritate*. Macrob. ibid. *lib. 1. cap. 18.* eadem. Euripid. in *Oreſt.* v. 985. *Circunfertur volutationibus*. Ovid. 9. *Metam.* fab. 1. *Flexos ſinuavit corpus in orbes*. Virgil. 5. *Æneid.* v. 85. *Septem ingens gyros, ſeptena volumina traxit*. Sil. Italic. 2. v. 449. *Curvatis claudens ingentem flexibus orbem*. Manil. 1. *Aſtron.* cap. 5. v. 134. *Cuncta feruntur flexa per gyros*: & cap. 7. v. 5. *Circunfer lumina flexus*. Senec. in *Medea*, v. 87. *Orbem circuitis alligat*. Denique ex noſtris Prudent. in *Symmach.* v. 400.

Geminatio pro Adverbio.

Expoſitio 2

Eccli. 24. 8
Eccle 1. 6.
Prov. 8. 27

——— *Fervens rota volvitur axe:*
Quamvis nonnullis placeat, terram minorem
Dicere circuitu, quàm ſit pulcherrimus ille
Circulus, & flammas immenſi ſideris ultra
Telluris normam, porrecta extendere gyro. Prudent.

Continuatio motus hiſce periodis ſignatur, phraſibuſque ſolicitudo deſcribitur: etenim cùm impatiens ſit amoris eximij flamma; charitas Chriſti urgebat, ut frequenter anxiè circuiret caſtella. Hæc cura Principis, bono publico vigilanter conſulentis. *Caſtra omnia circuibat, noctibus etiam plerumque vigilias frequentabat*: ait Capitolin. de Minore Gordiano. Capitolin.

6 Verùm ſi tò *Circuitu* refertur ad *Caſtella*, quæ circuibat; eſt eclipſis, quo ſchemate relativum non expreſſum ſubauditur, cuius uſus uſquequaquè in ſacra pagina, Vulgato ſtylum ſequente originarij idiomatis. Pſalm. 44. 14. *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intùs*: hoc eſt: eius, quæ filia Regis. Iob. 19. 19. *Quem maximè diligebam, averſatus eſt me*: Hebr. & Arab. *Et hi, diligebam, averſati ſunt*: ſine relativo, ſicut Ioſue, 10. 20. *Qui effugere potuerunt, ingreſsi ſunt civitates*. Hebr. *Hi effugere potuerunt, ingreſsi ſunt munitiones*. Virgil. 4. *Æneid.* v. 536. *Iam dedignata maritos*: ſubintelligendum *Quæ*. Tacit. 12. *Annal.* cap. 56. de Claudio inquit: ſine relativo: *Spatium amplexus ad vim remigij, gubernantium artes, impetus navium, & prælio ſolita*. Sic alij paſsim. Ex hac regula clarus perſpicuo ſacræ auctoritatis ſenſus: q. d. *Circuibat caſtella, quæ erant in urbis circuitu*. Huiuſmodi pleonaſmi crebrò diluuntur per verbum æquipollens, ut Latinum ſapiant. Maldonat. *Circùm pagos obijt*. Franc. Luc. Brugenſ. *Significatur Ieſus, relicta Nazareth, perluſtraſſe pagos circumiacentes*: quod elucet Luc. 13. 22. *Ibat per civitates & caſtella docens*. Ita, *Gyrum cœli circuivi*: ſcilicèt, *ambitum cœli*, ut legit Tigurin. Iudith. 7. 6. de Holoferne iuxta Bethuliam, dicitur: *Dum circuit per gyrum*: ideſt, ut obſervat Sanctius hìc num. 3. *Diſsito procul ab orbe circuitu, dum tamen in ea luſtratione circumfuſos montes circumſpicit*. Idem Proverb. d. *Gyro vallabat abyſſos*: in quibus teſtimonijs liquet, verbo vel nomine æquivalente ſenſus ſententiarum percipi & genuinè: igitur ſpatium quodcumque inceſſu metitur greſſus, circuitus dicitur; ubi rectà non proceditur. *Circuire omnes angelos cœpi & clamitare*: ait Petron. d. fol. 34. Sic qui cathegoricè non reſpondet, circumloqui-

Eclipſis.

Relativum non expreſſum.

Tacit.

Brugenſ.

Eccli. 24. 8
& Iudith. 7
6. Sanct.
Prov. 8. 27
Quid ſit circuitus.

tur. Idem ibid. pag. 7. *Circuitu agendum, negavi*: & Martial. 11. *Epigram.* 16. *Nec per circuitus loquatur.* Propterea ſenſus ſententiæ pleonaſmic præſentis eſt: Chriſtus frequenter adibat pagos, poſitos circùm, ſeu circumſtantes. Cùm ergo ita eſſet, & hinc inde tranſiret; circuiri caſtella dicitur & circuitu. *Circuitu*, reſpectu poſitionis pagorum: & *Circuire*, quia ad illos meditatò tranſibat, non rectà pertranſibat per caſtella in alia loca; quaſi obiter vel tranſcurſu prædicaret: imò conſultò in pagos propter prædicationem lubenter adibat. Aliter tranſitus exprimitur, uti cùm dicitur: *Oportebat eum tranſire per Samariam.* Ioann. 4. 4.

Expoſitio 3. 7 Modò in principem Tautologiam. *Circundantes circundederunt me.* Indicat geminatio verbi cum eiuſdem verbi participio, magnitudinem tribulationis, & odium cordis hoſtilis: ſiquidem Chriſtum non ſolùm uſque ad mortem vexarunt; ſed in vexationem callidè circundederunt, ita quòd non haberet effugium, ut ſatiaretur inimicorum odium. *Perſequimini & comprehendite eum; quia non eſt qui eripiat.* Pſalm. 70. 11. Fugit afflictus perſequentium incurſus; modò ſit aliquatenùs exitus: circuitu autem undecumquè angiportus. Circundederunt *quaſi cuſtodes agri in gyro*: Ierem. 4. 17. Ita ne eludere poſsit iudicium Adultera fragrante reatu; teſtes *ſtatuerunt in medio.* Ioann. 8. 3. & 10. 24. eodem intuitu ne poſsit Chriſtus evadere, *Circundederunt ei Iudæi.* In Tautologia cordium malignantium demonſtratur intuitus. *Circundantes circundederunt.* Caietan. *Ad ſimilitudinem circundantium hoſtium, pertinacia Iudæorum perſiſtentium.* Genebr. *Circuierunt, obſederunt, undiquè oppugnarunt*: ne fruſtrarentur ictus, circulus quoquo latere clauſus. *In modum coronæ cingebant.* 1. Reg. 23. 26. Tribulatio proxima eſt, & non eſt qui adiuvet. *Perijt fuga à me*: dicebat circumventus per David: Pſalm. 141. 5. Malitia *coronans coronabit te tribulatione*: Iſai. 22. 18. etenim ſi corona plenè, haud locus fugæ. Circuitus circundantium eſt vallum in obſidionem; ut poſsit comprehendi, qui ſcopus itæ. *Circundabunt te inimici tui vallo: & circundabunt te, & coanguſtabunt te undique*: Luc. 19. 43. Buchanan. *Circundantes circundent, omnique premant ex parte.* Apulei. *Metam.* lib. 2. *Circulo conſeptus coronæ circunſtantium.* Virgil. 4. *Georg.* v. 78. *Magnum glomerantur in orbem.* Cicer. in *Catilin.* 2. *Vallo & foſsâ circundedi.* Unde dicebat Mithridates (ut Plutarch. in *Lucul.* ait) de Cizycenis obſeſsis: *Nec avis evadet.* Lucianus in *Philopſeud.* inquit: *In orbem circumit*, ut ſtrictam obſidionem indicaret. Conſtat Iudic. 9. 50. *Abimelech Thebes circundans obſidebat exercitu.* Hinc extremas anguſtias ſine auxilio ſignat Ariſtophanes circuitu geminato per epitaſim. Act. 14. in *Aves*, v. 7. infit: *Moleſt. rum inquiſitor circulo circundas*: & Act. 15. v. 13. *Circulo circuire civitates*: ideſt, ſtrictè premere, coronâ claudere, exitus præcludere, ac milite armato, copijſque ſepire. Manil. 5. d. v. 75. *Ac torto ſtringere gyro.* Ita Chriſtum Iudæi infeſti, quem arbitrabantur inimicum, inſidiosè cingebant, ad mortem vallabant, coronâ circuibant; ne evadere poſſet, qui aliquando conatus malignitatis deriſit. Unde geminatione ſolicitudo ſanguinolentiæ ſæviſsimæ indicatur. Maluend. *Cingent, & diligentiſsimè circundant.* Etiam continuatio perverſitatis in votum; quo ſenſu à Senec. ad *Marciam*, cap. 11. dicitur: *Circuitus anorum.* Indicat Hebr. *Circundederunt, etiam circundederunt.* Nonnulli: *Circundant & circumveniunt. Si me circundederint, & ſanè circundederunt*: igitur perſtitit in circuitu malignantium multitudo, quouſque ſuſpenderunt in ligno. Ita cùm inſtarent neci, quam, quippe non erat tempus, evaſit (qua de cauſa dixit eis: *Tempus meum nondùm advenit, tempus autem veſtrum ſemper eſt paratum*) ne eſſet, ſicut illuduſque, aliquatenùs exitus, ab illis utique circundantibus factus eſt circulus. Haud aliter factum ad interitum Alcibiadis, refert Plutarchus in eo. *Milites* (inquit) *in orbem circunſteterunt.*

Cur malignitatis continuatio dicitur eſſe in circuitu?

Ioann. 8. 3 & 10 24. Caietan. Genebrard

Luc. 19. 43

Plutarch.

Ioann. 7. 6

Plutarch.

8 Perpetuitas inſidiarum, & iniquitas ad odium, per earundem vocum iterationem aut æquivalentium exprimuntur. Hinc cùm circuitus ſit ſignum obſidionis inter anguſtias deprehenſi; ut notetur perſiſtentia ſine revocatione ſævi inſatiabilis pectoris, per geminatos circuitus oſtenditur continuatio circumventionis. Apuleius de *Deo Socrat.* inquit: *Flexu circulorum*: igitur in melius non mutatur malitia, ſed in alia. Appoſitè Manil. d. 1. *cap.* 3. v. 39. & 5. v. 703.

Apul.

——— *Semper flexibilis orbe,*
Ad ſua perpetuos revocat veſtigia paſſus,
Exoriens ſimul atque cadens, quia fertur in orbem
Velox, & acclivis pariter declivia iungit,

Manil.

Atque

Atque alios ſuperat gyros, alioſque relinquit.

Hæc cogitatio putridi pravorum cordis: circuitu ac circuitu ibunt in inadinventionibus ſuis. Hiſpanicè: *La quinola haſta que ſe haga.* Ad rem Plin. *lib.* 21. *cap.* 1. *Multiplices inter ſe nectuntur, in orbem, in obliquum, in ambitum coronæ per coronas currunt.* Elucet perſpicuò ſtudium Iudæorum Chriſtum circuitu circundantium in exitium: ecenim hinc inde, ultrò citroque argumenta variarunt, dum circundantes in mortem circundederunt. Eſt diſcrimen inter *Circuire* & *Circundare*: illud namque eſt continuatio motus ſine loci comprehenſione. Prudent. d. v. 395. Plinio. *Expoſit.* 4.

——*Orbe rotundo*
Præcipitem, teretique globo per inane volantem:
Area maior enim, quam qui percurrit in illa.

Prudent.

Hoc eſt vaſtitas corporis continentis, ut cœli quod imminet orbi, & orbis qui continet omnia. *Sapientia* 1. 7. Quare non dicimus Solem circundare terram, ſed circumire luſtrare. *Eccle.* d. & *Ezechiel.* 39. 15. Cœlum circundare, ac continere. *Prov.* 8. 29. *Exod.* 25. 28. *Terram redimitam & circundatam cingulis.* Cicer. de *Somn. Scipion.* Horat. 1. *Satyr.* 2. v. 99. *Circundata pallâ.* Qua quidem metaphorâ Pſalm. 103. 2. *Amictus lumine ſicut veſtimento*: & Heb. 5. 2. de Chriſto: *Ipſe circundatus eſt infirmitate.* Hinc patet diſcrimen inter increatam ſapientiam, & incarnatam. Illa ſine obice. *Gyrum cœli circuivit ſola.* Illam-hanc circundedit inimicorum invidia. In principio orbis aderat luſtrans cuncta ſpecimine amoris; verùm aſſumptione humanitatis, nequibat movere pedem, qui vallatus inimicis. *Diſcrimen inter Circuire & Circundare.*

9 De Solis circulis modò, igitur de Sole ſolùm, & non de aëre intelligit ſententiam Hieronymus. *Oritur Sol & occidit, & ad locum ſuum revertitur: ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem; luſtrans univerſa: in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur.* Ex Iſidoro diximus: *Gyrat gyrando.* Sed quomodò? An quia fertur, vel quia ipſe à ſe motus per orbem labitur? Philoſophi Priſci dixerunt eſſe animatum: ideoque non volvi cum cœlo, ſed per ſe moveri. Si *alijs locis oritur & occidit, neceſſe eſt, cum moveri, non ſtare*: Ait Hygin. *lib.* 4. *n.* 14. Ridiculum utique. Fixus enim cœlo, cum ſphæra volvitur. *Sol cæleſteſque orbes* (exponit hìc Rab. Hacados) *irrequietis motibus ſuper ſuos axes volvuntur.* Iſidor. de *Natur. rer.* cap. 27. dogma antiquum refert, & quo nonnulli ad aſſertum nitebantur. *Salomon cùm diceret de Sole: Gyrans gyrando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur; oſtendit ipſum Solem ſpiritum eſſe, & quod animal ſit & ſpiret & vigeat & annuos orbes ſuos curſus expleat; ſicut & Poeta ait.* Eccli. 1. 5 6. Hygin. *Sol non vagatur per cœlum, nec à ſe habet motum.*

Interea magnum Sol circumvolvitur annum.

Iſidor.

Refutat D. Thom. ut decet, 1. p. q. 70. art. 3. & *Opuſc.* 10. aſtruit, Solem dicit ſpiritum, eò quòd ſpiritum Angelicum habeat curſus moventem ac dirigentem, aſſiſtentem, non informantem. Conſule Perer. lib. 2. in *Geneſ.* à quæſt. 5.

10 Alij perfrictè aſſeruerunt cœlos immobiles, Solemque ſedere, ut ſuccinit Ovid. 2. *Metam.* fab. 1.

Hæc ſupetimpoſita cœli fulgentis imago,
Signaque ſex foribus dextrix, totidemque ſiniſtris
Reſpicit; purpureâ velatus veſte ſedebat
In ſolio Phœbus.

Ovidio.

Sententia caperatæ frontis. *Circuitus Solis orbium*: ait Cicer. 2. de *Natur. Deorum.* Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. *Hanc ergo formam eius* (inquit) *æterno & irrequieto ambitu, inenarrabili celeritate vigintiquatuor horarum ſpatio circumagi, Solis exortus & occaſus haud dubium reliquere.* Alij apud Iſidor. d. *Sol poſtquàm ardentem rotam Oceano tinxerit, per incognitas nobis vias, ad locum unde exierat, regreditur: expletoque noctis circulo rursùs de loco ſuo feſtinus erumpit: obliquâ enim & fractâ lineâ per Auſtrum pergit ad Boream.* Apuleius, quo ſupr. n. 8. *Variâ curriculi ſui ſpecie, ſed una ſemper & æquali pernicitate, tùm progreſſus, tùm verò regreſſus mirabili viciſſitudine pro ſitu & flexu & obſtito circulorum.* Totum aſtruitur auctoritate ſacrâ: igitur per motus in orbe continuationem velociter gyrat, *ſequiturque ſequentem*, iuxta Manil. 1. d. *cap.* 5. verſ. 42. Plinio. *Numquàm immobilis.* Apuleius.

11 Apud Antiquos ſub dubio rotunditas cœlorum terræque. Unde Auguſtin. 2. de *Geneſ. ad litter.* cap. 9. ait: *Si cœlum ſphæra non eſt, ex una parte camera eſt, ex qua parte terram contegit: ſi autem ſphæra eſt, undique camera eſt.* Ita ergo ſomniarunt Auguſtin.

multi cum Epicuro (ut ait Cleomedes, *lib.* 2. astruitque fabulâ) Solem quotidie interire suffocatum in Oceano : ideo inquit : *Se Oceano mergentem , quendam strepitum edere extinctum , qualem à ferro cadenti aquæ immerso fieri videmus.* Idem leges apud Strabon. lib. 1. ubi ait : *Apud sacrum promontorium in extrema Hispania, Solem occidere & magnum edere strepitum , quasi si mare strideret sibilaretque ; Sole , dum in fundum defertur , extincto.* Ausonius *Epist.* 12. v. 15.

Cleomd. *Nec oceano extinguitur* Strab.

Stridebatque freto Titan insignis Ibero.

Vide Theodoret. 4. *Contr. Græc. affect.* & Delr. ad illud Senec. in *Thyest.* v. 817.

Auson.

——— *Nescit fessos*
Tingere currus , nec fumantes
Sudore iubas mergere ponto.

Senec.

Ut ergo possit Sol rursùs apparere, seu potiùs suscitari (quippe non orbis , quàm possit iterùm ad nos transire) ex contrarietate aquarum dixerunt quotidiè flammam accendi, ac lucem ad cursum diurnum ac diurnum abundanter conservari. *E contrario elemento virtutem luminis & caloris accipere.* Germanic. Cesar in *Arat. Phænomen.* Indicat Isidor. d. cap. 15. *Quidam autem dicunt Solis ignem aqua nutriri, & ex contrario elemento virtutem luminis accipere.* Aliter desipit Lucret. equidem extinctum ab aquis Solem autumat renasci ex ignitis vaporibus in solare cadaver coeuntibus. Multa effutit usquequaquè, sed solemniter delirat lib. 4. de *Rer. natur.* v. 374. 432. & *lib.* 5. v. 658.

Nec eius aquis iterùm producitur & accenditur. German. Isidor.

In pelago nautis exundis ortus , in undis
Sol fit uti videatur obire & condere lumen
Primaque dispereunt , quasi in ignem lana trahatur:
Semper enim nova se radiorum lumina fundunt.
Ætheris Auroram defert , & lumina pandit,
Aut quia Sol idem sub terras ille revertens,
Anticipat cœlum , radijs accendere tentans:
Aut quia conveniunt ignes , & semina multa
Confluere ardoris consuerunt corpore certo,
Quæ faciunt Solis nova semper lumina gigni.

Lucret.

12 Cuncti huius furfuris crassâ Minervâ erraverunt , & locuti sunt falsa : taliquæ cervicositate erroris ; ut sentientes contraria , arbitrarentur amentes. Unde cùm nescirent cœlorum terrarumque rotunditatem , distantiamque sphærarum in Astrorum atque Planetarum circulum , inficiari sunt etiam existentiam nostrorum Antipodarum, & contra textum expressum, Deuter. 11. 21. *Quandiù cœlum imminet orbi.* Lactant. Firmian. 3. *Institut. divin.* cap. 24. infit : *Quid illi , qui esse contrarios vestigijs nostris Antipodas putant : Num aliquid loquuntur , aut est quisquam tam ineptus , qui homines esse credat , quorum vestigia sunt superiora , quàm capita ? Aut tibi quæ apud nos iacent inversa pendere , fruges & arbores deorsùm versus crescere, pluviat & univem & grandinem sursùm versus cadere in terram ? Et miratur aliquis hortos pensiles inter Septem mira narrari ; cùm philosophi & agros & maria , & urbes & montes pensiles facere ausint ? Si autem rotunda etiam terra foret ; necesse esset , ut in omnes cæli partes eadem faciem gerat : idest , montes erigat , campos tendat , maria consternant. Quod si esset, etiam sequeretur illud extremum , ut nulla terræ pars sit , quæ non ab hominibus cæterisque animalibus incolatur.* Astruimus quod negat seu potiùs ridet Lucret. *lib.* 1. d. à v. 948. immemor ; siquidem de Sole dixit ut vidimus, *num.* antec. *Sol idem , sub terras ille revertens.* Ita ergo accinit:

Lact. Firm *An Antipodes?*

Illi cùm videant Solem , noc sidera noctis
Cernere , & alternis nobiscum tempora cœli
Dividere , & noctes pariles agitare , diesque.
Sed vanus stolidis hæc omnia finxerit error , &c.

Lucret.

Etiam inter selectiores pi sque D . huiusmodi dissensus : videsis Augustin. 16. *Civ.* cap. Chrysostom. Homil. 14. *Epist. ad Hebr.* Nazianz *Epist.* 71. Bonifacium Germaniæ Apostolum adversus *Vergilium* Episc. Tridentin. & ex Ethnicis Aristotelem 2. *Meteor.* cap. 5. Plinium que, *lib.* 2. *cap.* 68. Econtra pugnat experientia , alijque viri Doctissimi, qui maturiùs ordinem perpenderunt Universi de quo fusè Acosta , lib. 1. de *Novo Orb.* cap. 1. Cicer. d. subdit : *Qui incolunt terram partim obliquos , partim transversos , partim etiam adversos stare nobis.* Primi , Græcè dicuntur *Perioeci* , idest , qui habitant in eadem zona , sed in diversis hemisphærijs. Secundi *Antæci* , qui in eodem habitant hemi-

Cicer. *Qui Periœci, Antœci, & Antipodes?*

hemisphærio, sed in diversis zonis. Postremi *Antictones*, qui adversa nobis habent vestigia. Adi Vives in loc. cit. Augustini.

13 Macrobius, lib. 2. in *Somn. Scipion.* cap. 5. inquit: *Si nobis vivendi facultas est in hac terrarum parte, quam colimus, quia calcantes humum, cœlum suspicimus super verticem; quia Sol nobis oritur & occidit; quia circumfuso fruimur aëre, cuius spiramus hausturn; cur non & illic aliquos vivere credamus, ubi eadem semper in promptu sunt? Idem Sol illis, & obire dicetur nostro ortu, & orietur cùm nobis occidet. Calcabunt æquè ut nos humum, & super verticem semper cœlum videbunt; nec metus erit ne de terra in cœlum decidant, cùm nihil unquam possit ruere sursùm,* &c. Causam signat Manil. lib. 1. cap. 2. à v. 41. Macobr. *Sunt Antipoda.*

Ultima subsedit glomerato pondere tellus,
Imaque de cunctis mediam tenet undique sedem:
Iccircòque manet stabilis, quia totus ab illo
Tantundem refugit mundus, fecitque cadendo,
Undique ne caderet: medium totius & imum est.
Quod nisi liberato penderet pondere tellus,
Non augeret cursus mundi subeuntibus Astris
Phœbus ad occasum, & nunquàm remearet ad ortus,
Lunave summersos regeret per inania cursus,
Nec matutinis fulgeret lucifer horis.
Nunc quia non imo tellus dejecta profundo,
Sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta. Manil.

Idem astruit Ioann. de Sacrobosc. de *Spher.* cap. 1. Iam non decident Antictones, & versus cœlum; quia centrum est (& quicquid grave in centrum it) terra: unde impossibile cadere sursùm, quippe ascendere est contra naturam gravium. Vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 6. *à n.* 18. *Nullum Sol habet impedimentù in gyrum.*

14 Constat ergo quomodò Sol gyret lustrans universa in Austrum & Aquilonem inclusus suis tropicis; quin summergatur oceano, quippe proprià sphæra mobili ambit terrestrem orbem, nulloque modo in Horizontis peripheria offendit limen. Utrumque complectitur Manil. d. cap. 3. à v. 3.

——— *In nullo ponit vestigia fundo.*
Est igitur tellus mediam sortita cavernam
Aëris, & toto pariter sublata profundo:
Nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem,
Undique surgentem pariter, pariterque cadentem.
Hæc est naturæ facies: sic mundus & ipse
In convexa volans teretes facit esse figuras.
Ex quo colligitur terrarum forma rotunda:
Hanc circum variæ gentes hominum atque ferarum
Aëriæque colunt volucres: pars eius ad Arctos
Eminet Austrinis pars est habitabilis horis. Manil.

Geminantur enim in gyro Solis flexus & circulus. *Gyrat lustrans universa in circuitu & in circulos suos revertitur*: qui esse nequibant, ni cœlum esset rotundum: & in gyro signantur circuli; quippe quotidiè versus meridiem vel septentrionem variantur ex duodecim variatione Signorum. Ovid. de Equis Solis ad *Pison.* à v. 51. *Mundus in orbe.*

Qui modò non solùm rapido permittit habenas
Quadrupedi; sed calce citat, modò torquet in auras
Flexibiles rictus, & nunc cervice rotatâ
Incipit effusos in gyrum carpere cursus. Ovid.

Ideo Sol motu circulari gyrat ut lustret orbem; sed ad lustrationem in hemisphærijs variatur quotidie circuitus ortus & occasus; præut lumine Signa percutit. *Hic mutat per Signa vices*: succinit Manil. d. *cap.* 9. v. 7. aliàs ut notat Hyginus loc. cit. dies & noctes essent æquales, quod non contigit nisi dum lucet in *Æquatore*. Reborabitur ergo argumentum ex sequentibus. Manil.

15 Aliter accipiendum de Sapientia, quæ gyro vallabat abyssos: etenim per *Gyrum* intelligitur cœlum, quod firmabat sursùm, ut abyssos vallo circundaret, idest, inferiorem Orbem. Hebr. & Syr. *Circulum circunduxit super faciem abyssi*, dicturque circulus, eò quòd rotundum cœlum, quasi cum circino factum propter perfectam rotundita- Prov. 8. 27

Manil. ditatem. Maluend. *Ibi ego in conſtituere eum circinum ſuper faciem molis aqueæ.* Eo-
dem ſtylo Manil. 1. d. *cap.9.* v.8. *Supra ſe circinat orbem.* Univerſos per *Gyrum* cœlos
Eccli.24.8 intellige: ſiquidem quocumquè terra patet, cœlum ſuper, illam circundans, circulo
vallans. Hoccine enim ſenſu Sapientia dixit: *Gyrum cœli circuivi ſola.* Hoc eſt, ambi-
tum; ſpatiaque cœlorum, eſtò vaſtiſsima. Unde per *Gyrum* orbem, per *Circuitum* or-
bis demonſtrat perfectam rotunditatem: q. d. Orbes ſuperiores cœleſtes rotundos feci;
ut continerent æthera, & orbem terrarum intra concava, quaſi rotam in medio rotæ:
imò infimum cœli ſupremi contineret ſupremum infimi: qua de cauſa ſignantur *cœli cœ-*
Pſ.148. 4. *lorum.* Pſalm.148. 4. Manil. quò dudùm; *cap.*1. v.96.

Nec prius impoſuit rebus finemque modumque,
Quàm cœlum aſcendit ratio.

Manil. Haud fugit mythologos huiuſmodi forma. Pingebatur Deus *Enepb.* qui inter Ægy-
Quid Enepb. & eius imago? ptios, *Hemphta*, ore ovum proferens, in dextra ſceptrum, ſiniſtrà zona ſtellata: coram
homine, ſuper quem cœlum aſtriferum. *Sceptrum* (ait Cœlius Gregor. lib. 1. *Hiero-*
glyph. cap. 1. & 5.) *poteſtatem Conditoris regiam in univerſam naturam ſignificat: zona*
vinculum, quo creata omnia colligat, & quo vitæ neciſque fata continet. Eſt autem
Cœl. Gregor. *Zona circulus ille, quem Aſtronomi Zodiacum vocant. Ovum ex ore producentem facie-*
bant, quòd Mundum ſignificabat Dei verbo creatum. Hominis capiti aureum globum
impoſuerunt, qui cœlum ſignificaret ſphæricum & circularem eius motum. Ex ore enim
Altiſsimi prodivit, & mundus per verbum factus eſt, quo cœli formati & firmati ſunt.
Ne videar plus nimio extuliſſe ovum elementi vocabulo (ait Macrob. 7. *Saturnal.* cap. 16.
Macrob. Plinio. idemque Plutarch. 2. *Sympoſ.* cap.3.) *conſulæ initiatos ſacris Liberi Patris, in quibus*
hac veneratione ovum colitur, ut ex forma tereti, ac penè ſpherali, atque undique verſum
clauſa, & includente intra ſe vitam, mundi ſimulacrum vocetur.

16 Dum cœlum (quod in gyro) ſignatur, per gyrum forma perfectior figuraliter
oſtenditur. *Formam eius in ſpeciem orbis abſoluti globatam eſſe* (inquit Plin.*lib.*2.*cap.*2.)
nomen in primis & conſenſus in eo mortalium, Orbem appellantium: ſed & argumenta
rerum docent: non ſolùm quia talis figura omnibus ſuis partibus vergit in ſeſe, ac ſibi
Curmundus orbiculari figurà? *ipſa toleranda eſt, ſeque includit & continet, nullarum egens compaginum, nec finem*
aut initium ullis ſui partibus ſentiens, nec quia ad motum, quo ſubinde verti debeat;
talis aptiſsima eſt: ſed oculorum quoque probatione quòd convexus, mediuſque qua-
cumquè cernatur; cùm id accidere in alia non poſſit figura. Idem Varro in *Logiſtorico.*
Hinc per huiuſmodi figuram ſæpe ſignatur. Zetzes, 10. *Chiliad.* hiſtor. 341. ait *Orbem*
vertibilem, continuæ verſionis gratiâ. Nonn. 39. *Dionyſiac.* v. 336. *Volutus conſuetâ*
volubili rotâ: & ipſe Plin. *cap.* ſeq. *Circumactorum ſiderum, ſuos volventium orbes.*
Qua quidem metaphorâ de Ieruſalem quæ in cœlo ædificatur ut civitas dicitur: *Civi-*
Apoc. 21. 16. *tas in quadro poſita eſt: & longitudo eius tanta eſt, quanta latitudo*: igitur cùm ſit cœ-
lum rotundum; in orbe perfecto æqualis latitudo & longitudo. Ita perfectio pulchritu-
dinis, atque pulchritudo perfectionis ſtat, quin obſtet, quòd civitas in quadro poſita ſit:
etenim quoquo latere ſignetur quadrum in corpore orbis, longitudo, & latitudo non-
numquàm erit æqualis.

17 Myſticè ſeu allegoricè per cœli circulum præſignatur Deipara, Virgo-Mater.
Epiphan. Unde Epiphan. de eius *Laudib.* inquit: *O uterum impollutum habentem circulum cœlo-*
rum; qui Deum incomprehenſum comprehenſum portaſti! Idem Chriſogon. *Mund. Ma-*
rian. Diſcurſ.36. n.1. Propter ipſam cuncta facta; quia cuncta vel lucidiſsima quaſi
Cur Virgo dicitur circulus cœlorum & cœlum cœli? umbra futurorum chariſmathum: corpus autem Virgo. Egimus fusè, *Tom.*5.*T.*3.*à n.*
131. Virgo aderat Deo cœlos formanti; quia quicquid in eis pulchrè inſertabat, id to-
tum pulchrius collaturus Virgini, quæ tunc tantum in imagine; ſed futura animatum
Damaſcen. cœlum, quo habitatura tota plenitudo divinitatis corporaliter. *Ex terrena natura Deus*
Pſ.113.16. *cœlum in terra condidit*: Damaſcen. in *Nativit. Virgin.* Orat. 1. *Cœlum cœli* Domino,
quod eſt Virgo omnia continens. Novem cœli, novem Angelicæ hierarchiæ. Elevata eſt
Virginis magnitudo ſuper cœlos. *Omnem electæ creaturæ altitudinem electionis ſuæ di-*
Greg.Mag. *gnitate tranſcendit* (ait Gregor.Magn. in 1.*Reg.*1.) *meritorum verticem ſupra omnes An-*
gelorum choros uſque ad ſolium Deitatis erexit. Ipſa gyrum cœli & ſola circuivit; quæ
continentem omnia ſola ſingulariter continet. Obſequiosè Em. Aguirreus in *Lud. Sal-*
manticenſ. 2. Excurſ. 6. n.76. ſeriò plaudit:

Cùm pro palma olim certarent lumina, totus
Armiſonans æther bellica ſigna dedit.

Cer-

Certabant radijs Sol, ſpecie Luna, & numero Aſtra,
Luce dies, Iris lumine, mole Polus.
At cùm viſa fuit lux ſumma, uteruſque Mariæ,
Et numerus dotium, virgineuſque decor;
Ceſſerunt radijs Sol, ſpecie Luna, & numero Aſtra,
Luce dies, Iris lumine, mole Polus. Aguirr.

18 *Gyrum cœli circuivi ſola.* Intellecto teſtimonio de Verbo Dei (ſapientia perſonali & increata) per quod facta ſunt omnia; Tò *Sola* non excludit alias SS. Trinitatis perſonas: etenim ut præmiſi, *Tom.* 1. *T.* 6. *à n.* 72. & 4. *T.* 4. *à n.* 15. dictio excluſiva in relativis ad extra, non excludit alias perſonas divinas. Per cœlorum circulos indicat Mercur. Triſmegiſtus illarum circuminſeſsionem; apud Kircher. in *Obeliſc. Pamphil.* hierogrammatiſm. 2. *Mens quidem Opifex unà cum Verbo circulos continens, ac celeri pernicitate convertens, ſuam ad ſe machinam reflexit, eamque volvi à principio ſine principio, ad finem abſque fine præcepit. Incipit enim illic ſemper, ubi deſinit. Horum profectò circuitus cunctorum, quemadmodùm & mens ipſa volvit.* Inter Ægyptios Iovis imago in huiuſmodi propoſitum ſedebat, oſtentans ſuperiores corporis partes omninò nudas, inferiores tectas, cum ſceptro in ſiniſtra. Mythologiam eruit Euſeb. *lib.* 3. *cap.* 3. *Iovis ſimulacrum humanam in ſpeciem conformabant, quòd mens eſſet, cuius in procreatione rerum exemplar intueretur, quaſi ratione cuncta perficeret. Idem verò ſedet, ut cunctam poteſtatis ſuæ conſtantiam utcumque ſignificet. Partes ſuperiores corporis nudas habet, quòd in cœleſtibus mundi partibus ſeſe illuſtriùs ſpectandum exhibeat, in inferiorum abſconditus penitùs deliteſcat: & ſceptrum quidem læva tenet, eò quòd in latere cor, cæterorum membrorum facilè princeps, intelligendi maximè viſcus, conquieſcat.* His igitur circulis Sapientia attingit à fine uſque ad finem, fortiter & ſuaviter diſponens omnia. *Sapient.* 8. 1. Unde cùm à ſummo cœlo egreſsio eius, occurſus eius uſque ad ſummum eius (*Pſalm.* 18. 7.) ut volvatur à principio ſine principio, ad finem ſine fine. *Ita circulus ſecundum Chaldaicam Trinitatem*: ait Damaſcius apud kircher. Tom. 3. *Oedip. Copt. in Menſa Iſiac.* ſyntagm. 1. cap. 5. diviſion. 2. ubi infit: *Ita intelligenda ſunt, ut ſit Trias quædam in mundo Intelligibili & ſupremo, quem Archetypum vocant, & Hemphta Ægyptij; in quo Pater Potentia & Mens unum eſſent eſſentialiter, quemadmodùm Orthodoxi de SS. Triade confitentur, in quo Opifex Mens Patri, Potentia Filio, Spiritus Menti reſponderent: à qua Archetypà Triade deinceps omnium creatarum rerum triades emanarent.* Triſmegiſt. in *Pymandro*:

Sanctus Deus Pater,
Qui Verbo cuncta conſtituiſti.

Dictio excluſiva in relativis ad extra, non excludit alias in Trinitate perſonas Merc. Triſmeg. *Imago Iovis.* Euſeb. Damaſc. *Umbra SS. Trinitatis.* Kircher. Triſmeg.

19 Litteræ appoſitiùs reſpondeamus. Per gyros igitur cœlorum, orbem inferiorem continentium, intelligo involucra motus illorum, quos necdùm homines perfectè ad amuſsim cognoverunt, nec innumerabilem ſtellarum numerum; cùm ſtuduerint vel tot retrò ſæculis in Aſtrorum cognitionem: maximè quia quotidie apparent nova, ſintque phænomena varia. Præter dicta *Tom.* 1. *T.* 1. *n.* 22. noviſsimè compertum, in ſphæra Saturni iuxta Planetam apparere duas ſtellas ſimiliter pallidulas: Venerem Lunæ adinſtar corniculari, eiuſque ſplendorem creſcere ac decreſcere. Adi Alapid. in *Eccli.* 3. 25. *Poſſe quidem fieri* (inquit Phavorinus, apud Gellium, *lib.* 14. *cap.* 1.) *ut & alij quidam Planetæ pari poteſtate eſſent: ne eos tamen homines cernere poſſent propter exuperantiam vel ſplendoris, vel altitudinis: vam & quædam ſidera è quibuſdam terris conſpiciuntur, earumque terrarum hominibus nota ſunt; ſed eadem ipſa ex omni terra alia non videntur, & ſunt alijs omninò ignotiſsima.* Plinius aſtruit, *lib.* 2. *cap.* 70. *Septentriones* (ait) *non cernit Trogloditice, & confinis Ægyptus: nec Canopum Italia, & quem vocant Berenices crinem: item quem ſub Divo Auguſto cognominavere Cæſaris thronon.* De his in noſtris *Ephemerid.* Conſule Bulenger. lib. 2. de *Ration. divination.* cap. 8.

Nova quotidiè inveniuntur in cœlis Aul. Gell. Plin.

20 Quapropter per gyros cœli, quos Sapientia circuivit, & modò circuit, interpretor diſpoſitionem cœlorum, quorum conſtitutio ad eſſe & operari in pondere & numero & menſura. *Sapient.* 11. 21. Sic Numen Conditor diſpoſuit, ut omnia menſuram, numerum & pondus haberent; etſi menſuram ſine menſura, ſine numero numerum, atque pondus ſine pondere; ut canit vel Ethnicus, 1. *Metam.* fab. 1. *Sine pondere habentia pondus.* Deus igitur dedit in ipſa conſtitutione modum, ſpeciem & continuationem; ſic quodlibet diſpenſando, ut eſſet perfectum in quantitate, qualitate & ordine. *Men-*

Sapient. 11. 21. *Quid in rebus numerus, menſura & pondus.*

ſura

Auguſt. *ſura* (inquit Auguſtin. 4. de *Geneſ. ad litter.* cap. 3.) *omni rei modum præfigit, & numerus omni rei ſpeciem præbet, & pondus omnem rem ad quietem & ſtabilitatem trahit.* Ex ipſo de *Natur. boni*, cap. 3. D. Thom. 1. *p. quæſt.* 5. *art.* 5. infit: *Modus, ſpecies & ordo, tamquàm generalia bona, ſunt in rebus à Deo factis: & ita hæc tria, ubi*

D. Thom. *magna ſunt; magna bona ſunt: ubi parva, parva bona ſunt: ubi nulla, nullum bonum eſt.* Ex his ergo in univerſo oriuntur *Antitechnia*: ideſt, Conſono-diſſona & econtrà. *Chordis docent* (ait Plutarch. de *Iſide & Oſirid.*) *concinnatam à ratione univerſitatem, ex diſſonis concinentem partibus eſſe effectam.* Quia de cauſa dicit Plato de *Pul-*

Plutarch. *chro*, Deum agere Geometram: quam ſententiam exponens Plutarch. 8. *Sympoſ.* cap. 2. infit: *Profectò Deus ſcientiâ non eget Mathematicâ: illo in ipſo, cum illo, & circa illum eſt ea. Illa enim numero æquabilitatem, hæc verò proportione & numero iuſtum tribuit; neque univerſa in unum confundit. Hic nihil relinquere infinitum voluit & inde-*

Idem. *terminatum; ſed exornare proportione, modo & numero naturam, unum efficiens ex univerſis quæ extant.* Videſis harmoniam Univerſi in *Cabala Saracenic.* apud. kircher. d. *Tom.* 2. *p.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 6.

An Muſica ex volubilitate cœlorum? 21 Ex his poſitionibus & rerum oppoſitionibus orta traditio, ſeu phyſicè ludicra cogitatio (de qua obiter egi, *Tom.* 5. *T.* 10. *à n.* 27.) muſicæ cœlorum, aſtrorum, orbiumque cœleſtium, eorum pondere, numero & menſurâ creditæ, potiùs fictæ à Priſcis: quam quidem harmoniam non audimus, vel quia ab aſſuetis non fit paſsio, vel quia ultra aëra inaudibilis concentus, vel quia nobis longioribus ſonus omninò tacitus. Ingeniosè, ſi Phœbo non diſplicet! Sed eam audivit Moyſes (ut ſomniavit Philo de *Somnis*) per quadraginta dies ieiunij primi in Sina, poſt quos priores accepit tabulas le-

Quinam audierint? gis. Etiam Salomon poſt acceptam ſapientiam in ſomno; ut delirat Rabb. Salomon apud Abulenſ. in 3. *Reg.* 3. quæſt. 11. cum reliquis nugis, apud Pined. de *Rebus Salomon.* lib. 3. cap. 8. Hanc excellentiam tribuit Apollonio Tyanæo, Philoſtratus, iocosèque Picus Mirandulan. in *Encomio Barbarici*, & Angel. Politian. *lib.* 9. *Epiſt.* 4. *Aſ-*

Pic. Mirâd *ſume illas* (inquit) *Tyanæi aures, quibus cùm omninò non erat in corpore, non terreſtrem Marſiam, ſed Apollinem cœleſtem divinâ citharâ Univerſi melos ineffabilibus temperantem modis exaudiebat.* Ita obijcitur delirus Horatij cui intùs ſonabant fiſtulæ & tibiæ theatri.

Iſidor. 22 *Sonum* (ait Iſidorus lib. 3. cap. 19.) *triformen conſtat eſſe naturâ. Prima eſt harmonica, quæ ex vocum cantibus conſtat: ſecunda organica, quæ ex flatu conſiſtit: tertia rhythmica, quæ pulſu digitorum numeros recipit.* Ab alijs dividitur in vocalem, in-

Differentia Muſicæ. ſtrumentalem, & metaphoricam. Prima tribuitur ſomno Platonis, qui pro Angelis motoribus cuiuslibet cœleſtis orbis concinentem finxit Sirenem: igitur *Siren* Græcè eſt *Deo canens*. Secunda phantaſiæ Pythagoræ, aſſerentis ex colliſione cœleſtium orbium muſicam reſultare dulciſsimam. Adi Quintilian. *lib.* 1. *cap.* 10. & Macrob. lib. 2. in. *Somn. Scipion.* cap. 1. Tertia prudentiæ Ariſtotelis, de qua *num.* 25. Prima dicata Dijs, ſecunda mundo, noviſsima homini. Per horam unam Deum Solem mulcere quotidiè; dicunt Talmudiſtæ: in qua hora cùm illum ſiſti voluiſſet Ioſue, dixit Soli: *Sile, tace*, ut legit Hebr. ubi Vulgatos: *Ne movearis.* Item Pſalm. 18. 2. *Cœli enarrant gloriam Dei.* Iob. 38. 7. *Cùm me laudarent aſtra matutina.* Quo patet in cœlis Deo chorus dicatus, ac Sirena dulciſona, ut aſtruit etiam Macrob. quò dudùm cap. 3. & Angel. Politian. in *Nutric.* v. 154.

Sua quæque innoxia Siren.

Angel. Politi. 23 In orbe tam inferiore, quàm ſuperiore ineſſe muſicam, aſſerunt plurimi & non infimi ſubſelij; ſed potiſsimè in cœlis. Quapropter Cicero in *Scip. ſomn.* ſubdit: *Quis hic, quis eſt, qui complet aures meas tantus & tam dulcis ſonus? Hic eſt, inquit ille, qui intervallis coniunctus imparibus, ſed tamen pro rata pulſione diſtinctis impulſu &*

Cicer. *motu ipſorum orbium efficitur, qui acuta cum gravibus temperans, æquabiliter concentus efficit: nec enim ſilentio tanti motus excitari poſſunt: & natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera parte acutè ſonent. Quam ob cauſam ſummus ille cœli*

Cogitata à Priſcis in cœlo *ſtelliferi curſus, cuius converſio eſt excitatior, acuto & excitato movetur ſono: graviſſimo autem hic Lunaris ac infimus.* Macrob. hìc. *lib.* 2. cap. 1. inquit: *Ex ipſo enim circunductu orbium, ſonum naſci neceſſe eſt; quia percuſſus aër ipſo interventu ictus vim de ſe fragoris emittit, ipsâ cogente naturâ, ut in ſonum deſinat duorum corporum violenta colliſio.* Qui toni ſint, refert Plin. *lib.* 2. *cap.* 22. Bulenger. 2. de *Theatr.* cap. 5. Georg. Venet. de *Harmon. Mund.* & Macrob. d. *cap.* 3. Rhodigin. aſſentitur *lib.* 1.

cap.

cap. 19. & lib. 7. cap. 6. subdit: *Sunt è celeberrimis Auctoribus, qui musicam quidem ex cœlorum concentu inenarrabili deprehensam astruxere.* Boetius non solùm indicat, sed esse iudicat, lib. 1. de *Music.* cap. 2. Isidor. d. *cap.* 17. *Cœlum ipsum sub harmoniæ modulatione revolvitur.* Tertullian. de *Pallio*, cap. 2. *Sol stationibus annuis, Luna modulationibus menstruis, siderum distincta confusio*, &c. Strada lib. 2. *Prolus.* 5. Academ. 1. infit: *Somnum agitatione cœlestium orbium, signorumque crepundijs blandè concilias.* Idem videais apud Natal. Comit. 7. *Mythol.* cap. 15. Rhodigin. Tertull.

24 E Poëtis (audaciores in picturis quidem sunt) agmen occurrit. Manil. 5. d. v. 493. *Æquabitque choros gestu.* Claudian. in *Manl. panegyr.* v. 100. *Quæ vis animaverit astra, impleveritque choros.* In 4. *Consulat. Honor.* v. 65.

Sol occurrit equis: qui postquam rursùs heriles
Agnovere sonos, redijt meliori magistro
Machina, concentusque Poli.

Claudian.

Statius 3. *Silvar.* 3. v. 54. *Astrorum velox chorus.* Angel. Politian. d. v. 157. *Arcanam cœli testantia Musam.* Sibylla Erythræa apud Augustin. 18. Civ. cap. 23. *Eripitur Solis iubar, & chorus interit astris.* Choreas Solis & Astrorum describit Virgil. 6. *Æneid.* à v. 640. Alia ex alijs Vatibus videris loc. cit. *Tom.* 5. num. 27. Hinc apud Mythologos Apollo dicebatur dux Musarum, illeque cum cithara pingebatur choragus illarum, tanquam hieroglyphicum harmoniæ mundi. Chartar. de *Apollin.* fol. 39. ideoque templũ unum utrisque dicatum; ut refert Pausanias, *cap.* 166. qui cap. 303. Musas cœli filias signat. Hinc dictus Sol. Pan ornatus fistulis, de quo infr. *num.* 26. *Fistulam septem calamorum habet* (ait Gyrald. *syntagm.* 15. num. 19.) *propter harmoniam cœli, in qua septem soni sunt, & discrimina vocum.* Ex sacris hæccine melodia constare videtur. Iob. 38. 37. *Concentum cœli quis dormire faciet?* Pined. hic: *Organa cœli.* De cœlis Psalm. 18. 5. *In omnem terram exivit sonus eorum*: *quin nullibi non audiantur voces eorum.* Cant. 6. 9. *Quæ est ista quæ progreditur quasi Aurora consurgens?* Aquila: *Sonans ut Sol:* Ambros. de *Isaac*, cap. 7. *Sonans* (inquit) *sicut Soli videtur illa axis cœlestis conversio, Solisque & Lunæ & stellarum cursus, concentus globorum exprimi. A quibusdam etiam nostris videtur, qui quoniam non invenit fidem, saltem propter gratiam suavitatis non videtur alienus.* Cur Sol cũ Musis. Gyrald. Ambros.

25 Hæc Musica, quæ physicè signatur, iurè ridetur: imò ab Aristotele, 2. de *Cœlo*, cap. 9. Metaphoricè namque accipienda est; quia cuncta, ut diximus condita in mensura, numero & pondere, ex quibus resultat Universi harmonia. *Spiritus Domini replevit orbem terrarum, & hoc* (nimirum cœlum) *quod continet omnia, scientiam habet vocis.* Ordo rerum dicitur Musica. Iob. 38. 33. *Numquid nosti ordinem cœli?* & v. 37. *Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet?* Cantic. 7. 1. *Quid videtis in Sulamite nisi choros castrorum?* Ordo dicitur, ut patet; *chorus*; & ratio cœli concentus. *Igitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum.* Genes. 2. 1. Ornatus, quasi sonus harmonicus: *Exprimit res omnes cœlestes, terrestres & sublunares absolutà perfectione à Deo conditas, & in suos gradus, ordines, virtutes, facultates, qualitates tributas, aptè & concinnè dispositas*, &c. Maluend. hic, & Delr. tom. 1. *Adag.* 1. Iob. 35. 10. *Deus qui dedit carmina in nocte*: ubi Doctiss. Sanctius, n. 13. infit: *In carmin'bus cœlorum ornatum & ignearum formarum admirabilem ordinem intelligunt.* Ita cœli gloriam Dei enarrant, & eorum auditur vox: Crucius hic succinit: San. 1. 7. *Ordo rerum dicitur Musica.* Genes. 2. 1 Maluend. Iob. 35. 10 Sanct.

Hæc cœli species motu revoluta peremni,
Hic tenor æternus, rerum hic pulcherrimus ordo;
Esse Deum memorant: illo inventore corruscis
Astra rubens æther accendit eburnea flammis.
Succedunt umbris Soles, & Solibus umbræ,
Noxque diem, noctemque dies monet, ut sua magni
Numinis æternùm veniant ad munera iussu.
Non voces, non verba sonant.

Cruc.

Dic mihi quomodò narrant gloriam Dei cæli: vocem non habent, ipsis non est lingua (inquiritur à Chrysostom. *Homil.* 9. ad Popul.) *quomodò igitur narrant? Cum enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam; tamquàm vocem audiens, adora Deum, qui tam pulchrum & admirabile corpus creavit. Tacet cœlum, sed ipsius aspectus vocem, tuba clariorem emittit per oculos, non per aures.* Idem

Chrysost.

Augustin. Rupert. lib. 1. in *Genes.* à cap. 6. Ambros. 2. *Hexaemer.* cap. 4. & Augustin. in *Psalm.* 148. v. 13. qui quidem 11. *Civ.* cap. 18. inquit: *Ordinem saeculorum tamquàm pulcherrimum carmen etiam quasi quibusdam antithetis honestaret.*

Et *pro* Contra. 26 Ex oppositis enim constat dulcedo musices, & ex oppositis etiam harmonia orbis. Eccli. 33. 15. *Sic intuere omnia opera Altissimi: duo & (pro Contra) duo, & unum contra unum*: cap. 42. 25. *Omnia duplicia: unum contra unum, & non fecit quicquam deesse.* An Sol & Luna duplex? Nullo modo. Sunt omnia duplicia, secundum antitheta seu contrarietates; quia rerum multiplicitas formalis nascitur ex divisione generum, & divisiones fiunt per differentias contrarias: uni verò non est nisi unum contrarium: non facit Deus quicquam in universo deficere; quia tota rerum universitas opus perfectum est: & unum contrarium alteri, & duo contra duo ut permaneant universa. Vide Valles. *Sacr. Philosoph.* cap. 75. & 76. Horatio teste 1. *Epist.* 12. vers. 19. *Rerum concordia discors*; Manil. 5. d. v. 737. econtra: *Discordia concors.* Ovid. 1. *Metamorph.* fab. 1.

Orbis musica ex concord. dissonantia.

Ovid. *Frigida pugnabant calidis, humentia siccis:*
Mollia cum duris.

Siccine in Universo antitechnia, ex quibus musica figurata: nam omnigena contrariorum variorum oppositio, ex qua rerum conservatio, atque discordia à Conditore disposita, ad amussim absoluta, oculis harmonica dulcis suavitas, sicut auribus tonorum musicæ delectabilis varietas. Hinc Trismegist. ad *Asclep.* inquit: *Omnia fiunt utriusque sexus.* Vide Augustin. de *Vera religion.* cap. 29. & Senec. de *Consolat. ad Marciam*, cap. 18. ex Cicerone, 3. de *Finib.* Sub imagine Panos Ægyptij huiuscemodi harmoniam, arcanam ineptis, obstendebant. *Pan* idem ac omnia. Facies erat rubicunda & radiata, stellato baltheo, in sinistra heptaulum, idest, instrumentum musicum septem fistularum; de quo latè Natal. Com. *lib.* 5. *cap.* 6. Gyrald. loc. cit. Kircher. lib. 3. *Obelisc.* cap. 10. Achill. Bocch. *Symbol.* 45. apprimè exponit.

Merc. Trism.

Imago Panos.

Sensibus humanis ut sit dulcissima, septem
Quæ calamis iuncta est fistula disparibus.
Ac septengeminum exterius demulceat orbem,
Terrasque & vastum temperet Oceanum;
Attamen ac triplici, quæ prima & maxima virtus,
Intentà nihil est dulcius harmoniâ.
Optima vox Hypate, atque gravissima, quæ Omnipotentis
Naturæ lex est prima: secunda Mese.
Harmonia hinc cordis summè proprior rationi,
Cui postrema subest obsequiturque Nethe.

Ach. Boch.

Hypathe sonat Græcè Suprema: *Mese.* Media: *Nethe*, infima; ex quibus Universi discors concordia, singularis musica, qua ordinantur omnia. Politian. ubi dudùm, v. 145. quia Iove cuncta plena, accinit:

Iupiter, ut perhibent, liquidi per ignea mundi
Templa, per stellis radiantibus æthera fixum,
Auratumque animas, sola terræ & cærula ponti
Dissitus, errantes cytharæ vice temperat orbes,
Ac rapidum imparibus cursum rotat intervallis.
Quem rata pars tamen & certum confine diremit.
Hinc nostro maior captu sonus exit, acutas
Compensans gravibus septem in discrimina voces;
Stellantesque globos, sua quæque innoxia Siren
Possidet, ambrosio mulcens pia Numina cantu.
Nec tamen in nullis hominum simulacra refulgent
Mentibus arcanam cœli testantia musam.

Angel. Pol

27 Hieroglyphico insigni ostendit ad harmoniam Universi ordinem Kircher. d. cap. 12. ubi obijcit Apollinem cum cithara & heliotropio, sedentem pedibus innixum caudæ serpentis, cuius caput figebatur terræ, & corpus supra cœli Solisque gyros extendebatur; nominibus Musarum per spheras cœlestes & sublunares distributis, cum epigraphe Virgilij.

Virg. *Mentis Apollineæ vis has movet undique Musas.*

Per heliotropium signantur hæc infima, sequentia superiora: per cœlum suprema: per ci-

citharam ordo & utraque inter concinna modulatio ex discordia concordi, decreta consilio Conditricis Sapientiæ, per serpentem obumbratæ : igitur ut constaret in cunctorum universitate ex varietate pulcherrima harmonia ; omnia constituit Opifex in pondere, numero & ad amussim mensurâ. Hic Horus apud Ægyptios pingebatur insignitus upupæ capite, gnomone & lituo, insigni circulo incluſus. *Quæ nihil aliud indicant, quàm mundum à Deo per sapientiam suam productum, admirabili varietate rerum per upupæ caput significatâ : summa harmonia per lituum, concinno denique ordine per gnomonem indicato, eluceſcere.* Idem ibid. *cap.* 9. Plutarch. 9. *Sympoſ.* cap. 5. inquit : *Intellectibilem cœli indolem, currum vocare volantem, idest, harmonicam mundi circumvectionem.* Mercur. Trismegist. in *Asclepio*, cap. 6. *Musicè verò nosse* (ait) *nihil aliud est, nisi cunctarum rerum ordinem scire ; quæque sit divina ratio sortita : ordo enim rerum singularum in unum omnium, artifici ratione collatus, concentum quendam melo divino dulciſonum veriſsimumque conficiet.* Suffragatur Tullius de *Rep.* lib. 2. *Ut in fidibus ex diſsimillimarum vocum moderatione concors & congruus efficitur concentus ; ita in republica ex ſummis, mediis, infimiſque ordinibus aptiſsima harmonia exiſtit.* Astipulatur proposito Maxim. Tyrius, *ſerm.* 3. *Universum enim hoc totum* (inſit) *harmoniam quandam exiſtimes, velim cuiusdam muſici inſtrumenti, cuius ſit artifex Deus. Unde ea in tium ſumens, perque aërem commeans, paſsim terræ, mari, animantibus ac plantis permiſcetur : in quibus cùm plurimas diſparitiſque naturas inveniat, pugnantes eas invicem conciliat : neque ſecùs componit, quam ſuprema quædam harmonia, ubi in multiſonum inciderit chorum, eius ſolet ſtrepitum comprimere.*

Hieroglyphica huiuſce Muſices. Imago Apollinis, & Hori.

Kircher.

Plutarch.

Merc. Triſ *Muſica quæ nam in Republicâ*

Cicer.

28 De hominis constitutione intellectuali, corporisque symmetria, ac diſsona in concordiam proportione, interpretatur Cœl. Rhodigin. *Humanam verò muſicam facilè perceperis* (ait) *ſi inteipſum deſcendere inciptas, & miraculum divinum amplius expendas : etenim quæ vis alia ſpiritalem vigorem mentis competem, mortali ac terrent compagi fermentat, adglutinat, continet, ad perſcriptam perducit metam, niſi coaptatio quædam, & veluti gravium, levitumque vocum, quaſi unam efficiens conſonantiam, temperatio ? Quid animæ poteſtates tam diſſentaneas & compugnantes ſæpe conſpirare facit ; quàm è rationali & rationis impote vi conſtari?* Isidor. 3. *Etymolog.* cap. 17 *Quicquid loquimur, vel intrinſecùs venarum pulſibus commovemur ; per muſicos rhythmos harmoniæ virtutibus probatur eſſe ſociatum.* Trismegistus, ubi duduum : *Hymnis quoque & laudibus, dulciſsimiſque ſonis, in modum cœleſtis harmoniæ* (asserit) *Numina colantur ; ut illud quod eſt cœleſti uſu & frequentatione æterna illectum in imagines poſsit lætum humanitas patiens longa durare per tempora. Sic Deorum auctor eſt homo.* Eugepæ! Sic ergo omnia a Numine disposita, ut homo cognoscat qualis & quantus cunctorum artifex. *Semper eſt, nec mutatione afficitur* (inquit Plato in *Timæo*) *nec ut pars pulchrum eſt, nec ut id cui pulchritudo ineſt ; ſed ipſe per ſe pulchritudo, unde manat cæterorum pulchritudo.* Boëtius 3. de *Conſol philoſoph.* metr. 9.

Rhodigin. *In homine quomodò?*

Isidor.

Trismegist

Plat.

——*Pulchrum pulcherrimus ipſe*
Mundum mente gerens, ſimilique ab imagine formans,
Perfectaſque iubens perfectum abſolvere partes.

Boet.

29 Per cœlum intelligi, quæ supra terram sunt elementa, sæpe dixi ex Scripturæ usu. Unde concentum cœli ad meteora vel passiones elementorum Pineda in Iob. 38. reducit. Clarè liquet Sapient. 19. 17. *Inſe enim dum elementa convertuntur, ſicut in organo qualitatis ſonus immutatur, & omnia ſuum ſonum cuſtodiunt : unde æſtimari ex ipſo viſu certò poteſt.* Indicat Diodor. Siculus lib. 2. num. 30. *In primis* (inquit) *Aſtrorum obſervatur fuit Mercurius, & vocum harmonias invenit, Lyræ inſuper ex nervis trium chordarum, iuſtar trium anni temporum repertorem tradunt : tres enim inſtituit voces, acutam, gravem, mediam : acutam ab æſtate, gravem ab hyeme, mediam à vere ſumens ; quod miram cum dictis ſymbolis conſonantiam oſtendunt.* Suffragatur Senec. 7. *Natur. qq.* cap. 27. *Non vides* (scribit) *quam contraria inter ſe elementa ſint ? Gravia & levia ſunt, frigida & calida, humida & ſicca. Tota huius mundi concordia ex diſcordibus conſtat.* Cùm verò admirandum universi ordinem tam in cœlo & æthere, quàm in inferiore orbe, tam diversarum rerum & toto cœlo diversarum naturarum nexum & concinnitatem, summa imis, ima summaque mediis, summâ ubique proportione respondentia contemplarentur Prisci ; harmonicas rationes inesse rati sunt, unde vox musicæ nata : equidem cùm in vocibus sit diversitas & ex euphonia suavitas, si ex acutis, gravibus & temperatis resultat concentus ; invento istiusce modi

Iob. 38 37 *De elementis & temporibus concentus.*

Diod. Sicul

Senec.

Cur orbium ſyſtema dicitur Muſica?

ordine in univerſo & variorum conſonantia, iure vocatur harmonia. *Mundus ipſe ex oppoſitis compoſitus eſt*: ſubdit Seneca. In cunctis ordo eſt, ne perturbatio ſit. *Ordo*
Greg.Naz. *cœleſtia & terreſtria continet* :::. *contra autem perturbatio & confuſio in aëre tonitrua, in terra motus, in mari naufragia, in urbibus bella, in domibus diſſidia*: inſit Gregorio Nazianzen. *Orat.* 26. Hinc Boet. d. lib. 4. *Metr.* 6. accinit:

Aſpice ſummi culmina cœli:
Illic iuſto fœdere rerum
Veterem ſervant ſidera pacem.
Non Sol rutilo concitus igne,
Gelidum Phebes impedit axem.
Semper vicibus temporis æquis
Veſper ſeras nuncìat umbras,
Revehitque diem Lucifer almum.
Boet. *Sic alternos reficit curſus*
Alternus amor: ſic aſtrigeris
Bellum diſcors exulat oris.
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Iungantque fidem frigora flammis.
Sedet interea Conditor altus
Rerumque regens flectit habenas
Rex & Dominus, fons & origo,
Lex & ſapiens arbiter æqui.

30 Totum ſanè harmonicum, ſed metaphoricum, uti aſtruunt AA. ſummi ſubſellij & prudentioris iudicij. D. Thom. loc. cit. *Iob.* in Dionyſ. de *Divin. nomin.* cap. 4. lect. 2. 2. de *Anima*, lect. 14. & 2. de *Cœlo*, lect. 14. Abulenſ. in *Ioſue*, 10. quæſt. 14. & Ariſtotel. loc. cit. Hinc Poëtæ fingunt Marſyam muſicum in fluvium converſum. Ovid. 6. *Metam.* fabul. 5. quam metamorphoſim ſic exponit & hìc, & 6. *Mythol.* cap. 15. *Ex ſummo montis cacumine in ſubiectam petram cadere magno ſtrepitu aquarum, & inde diffuſum placido labi curſu: eamque eſſe cauſam, cur Poëtæ fingant, Marſyam fuiſſe tibicinem: nam ille ſtrepitus eſt quaſi concentus, & ſubita aquæ mutatio efficit, ut amnis facto impetu, induat alium colo em, fiatque nitidiſſimus.* Phyſicam in orbe harmoniam, nec in gyris cœlorum, meritò paſſundat Baſil. in *Hexaëmer.* Homil. 2. & inter hæreticorum Marchoſiorum errores referunt Epiphan. in *Panar.* lib. 1. & Irinæus, lib. 1. cap. 13. *adverſ. hæreſ.* Ex Ethnicis ſumpta cogitatio, que inter credulos inolevit. *Cùm Deos corpora cœleſtia arbitrarentur* (ſubdit Natal. Comes, 11. *Mythol.* cap. 7.) *è numeris & harmonicis proportionibus Deos ipſos conſtare putabant.* Nam cùm præclarum Dei opus, mundum conſtare concentu crederent; omnia *Muſica*. Hinc Curetes & Corybantes dicti tripudiantes ſonoriſque armis choros ducentes, dum Deorum fiebat aliquomodò pompa, potiſsimè Rheæ, ſeu Magnæ matris, circum cuius imaginem tympana multa, ut idem refert ibid. *lib. 9. cap.* 5. & 7. Gyrald. *Syntagm.* 1. *num.* 24. & 4. n. 7. Chart. in *Magna-Matr.* fol. 140. & Cœl. Rhodigin. *lib.* 17. *cap.* 12. Orph. Hymn. in *Rheam*, accinit:

In illis tantùm muſica metaphoricè non phyſicè.
Natal. Cõ.
Idem.
Tympana quare Magnæ Matris inſignia.

Tympana quam mulcent, tinnituſque æris acuti,
Orph. *Æra pulſantes Curetes arma, Marini*
Cœleſtes ac terreſtres Mavortia pubes.

Exhuiuſmodi ineptiſsima cogitatione, tinnitu horrido in eclipſi Lunæ fatui ſuccurrebant laboranti, quippe abſorberi arbitrabantur à Dracone cœleſti. Queritur S. Maximus, de *Diverſ.* Homil. 9. dicens: *Circa veſperam tanta vociferatio populi extitit, ut irreligioſitas eius penetraret ad cœlum: quòd cùm requirerem quid ſibi clamor hic velit; dixerunt mihi, quòd laboranti Lunæ veſtra vociferatio ſubveniret, & defectum eius ſuis clamoribus adiuvaret, Riſi equidem & miratus ſum vanitatem. Repentè Luna cùm plena eſſet & ſublimis* (ait Plutarch. in *Paulo Æmil.*) *facta eſt obſcura: lumineque deficiente, Romanis* (*ſicut eſt apud illos conſuetudo*) *æris tinnitu lumen revocantibus.* Alij inter illos, tubarum ſtrepitu, muſicorumque inſtrumentorum Lunæ lumen revocare conabantur. *Nam Luna* (inquit Tacit. 1. *Annal.* cap. 28.) *claro repentè cœlo viſa langueſcere. Miles omen accepit, ſi fulgor & claritudo Deæ redderetur: igitur æris ſono, tu-*

Maxim.
Plutarch.
Tacit.

tubarum cornuumque concentu ſtrepere. Non ita muſica Univerſi accipienda eſt, ſed pro connexione inferiorum & ſuperiorum orbium, de qua erudite Kincher. in *Obeliſc. Pamphil. lib.* 3. *cap.* 12. & *Tom.* 2. *Oedip. p.* 2. *Claſſ.* 7. *cap.* 2. Hac enim linguâ cuncta loquuntur & Conditorem ordine harmonico muſicè plaudunt. *Natura veluti vociferans.* Plin. *lib.* 18. 27. Virgil. *Eclog.* 5. v. 62.

Qu'd eſt, ſuccu rere Lunæ laborāti, & quos

—*Voces ad ſidera iactant*
Intonſi montes: ipſæ iam carmina rupes,
Ipſa ſonant arbuſta.

Virgil.

Lucretius d. *lib.* 3. v. 71. *Aëra reſtantia vociferantur.* Adi Leon. Pap. de *Paſſion. Domin.* ſerm. 8. & Gregor. Magn. in *Evang.* Homil. 10. Totus mundus ſpeculum eſt, quo videtur bonitas Conditoris. *Videmus nunc per ſpeculum.* 1. Cor. 13. 12. Liber ſcilicèt opiſtographus, intùs & foris ſcriptus. *Apocal.* 5. 1. atque pictura inſignis, qua opificis ſummâ ſymmetriâ explorantur colores. Auguſt. 10. *Confeſſ.* cap. 6. Inſtruimur ergo in cognitionem quotidie: ſed, ut ait Manil. d. lib. 2. à v. 115.

Mundus imago, tem plum, ſpeculum & Dei volumen.

Quis cœlum poſsit, niſi cœli munera noſſet,
Atque hanc connexi molem ſine fine parentis
Signorumque choros, ac mundi flammea tecta
Æternum & ſtellis adverſus ſidera bellum,
Ac terras cœloque fretum, ſubiectaque utriſque
Cernere, & anguſto ſub pectore claudere poſsit?

Manil.

31 Pende: *Stellis adverſus ſidera bellum*: ſpectat enim in noſtrum argumentum. *Quæ ſidera & ſtellas vocatis*: ait Cicer. de *Somn. Scip.* ubi Macrob. *lib.* 1. *cap* 14. infit: *Non enim hic res una geminâ appellatione monſtratur: ſunt ſtellæ quidem ſingulares, ut erraticæ quinque; & cæteræ, quæ non adm ſtæ alijs ſolæ feruntur: ſidera verò, quæ in aliquod ſignum ſtellarum plurium compoſitione formantur. Etenim Aſter ſtella una eſt: & Aſtron, ſignum ſtellis coactum, quod nos ſidus vocamus, ut Signa*, &c. De his ergo Iul. Firmicus, *Matheſ.* lib. 2. aſtruit: *Aries Leonem non videt; ſed audit. Leo autem Arietem videt, ſed non audit. Aries Cancrum videt pariter & audit: Cancer autem Arietem non videt, ſed audit. Taurum & videt Leo pariter & audit: ſimiliter Aries, Leo, Gemini Virginem vident leviter & audiunt: Virgo Geminos leviter videt, ſed pleniſsime audit. Cancer Libram videt pariter & audit. Leo Scorpium non videt, nec audit: Scorpus verò Leonem videt pariter & audit. Virgo Sagittarium ex obliquo reſpicit, ſed eum non libenter audit. Sagittarius Virginem & videt & audit: Libara Aquarium videt, ſed ipſa ab Aquario non videtur. audiunt tamen ſe invicem. Piſces & Cancer non quidem ſe vident, ſed audiunt.* Proh Superi! Grande nefas. Ita exclamant qui terminorum Aſtronomiæ acceptiones reducunt in ſignificationes ſenſumque alienæ facultatis. Ob reverentiam, qui ſint, prætereo. Quid, dum ibid. *cap.* 6. legunt: *Habent ſtellæ proprium ſenſum, divinamque prudentiam.* Quid dicent hi Theologi, dum voce Ioſuæ ſtetit Sol? Solem obediſſe, vel Intelligentiam moventem Solem? Habet enim Angelum non informantem, ſed aſsiſtentem, ſenſu proprio prædi-tum, & divina prudentia imbutum. Vid. hìc n. 9. Serat. *quæſt.* 18. & quæ nos aſtruximus, *Tom.* 2. *T.* 6. *n.* 6. Ne Theologi ſiccine cœlum vocibus impleant; ſubijciemus, quid intelligendum per viſum & auditus Signorum.

Differimen ſtellæ & ſideris, aſteris & aſtri.

Macrob.

Iul. Firmic

32 Inter ſigna Zodiaci ſunt quædam, quæ in Aſtronomia dicuntur Præcipientia & Obedientia. Hæc denominatio ſolùm provenit Signis æquè diſtantibus à punctis æquinoctialibus, habentibus gradus invicem ſibi æquales, qua de cauſa eis cedent aſcenſiones & deſcenſiones: dicunturque Signa *Iſanaphora*, eo quòd æquatis aſcendant temporibus. *Ægyptij & Græci* (ait Iovian. Pontan. 1. de *Reb. cœleſtib.* cap. 19.) *alterum ſemicirculum* (*à cuius initio, poſtquàm Sol ad eum pervenit, dies excreſcere incipiunt*) *æſtivum dixere: alterum verò hiemalem, quòd ubi Sol ad eum deſcenderit, dies ſuperentur à noctibus. Quòd dies igitur præferantur nocti, quòd calor frigori, lucis incrementum detrimento; hinc ſigna ipſa æſtivi circuli, unde rerum exiſtit in terris, honoris gratiâ dicuntur imperare: quæ verò in hiemali circulo, tamquàm ſubiecta illis obedire.* De Signis ſe videntibus, in *Harmonic. Ptolom.* ait Porphyrius: *Videntia Signa ſunt, quæ & diebus & noctibus æqualium temporum ſpatium tribuunt.* Pontanus d. *cap.* 20. *Videre ſe invicem Signa dicuntur ob amicitiam & conſenſum: ob ſocietatem & cognationem, & propter lineæ ab altera in alteram productæ æquationem, mirâ quadam ſocietate iunguntur, ſibique invicem ſuffragantur. Hæc videre ſe invicem indicanda, ſibique mu-*

Quid Signa Iſanaphora?

Iovian Pontan.

Imperantia & obedientia?

Prophyr.

Videntia & audientia?

Pontan. *mutuis favoribus suffragari, ob partium æqualem à Solstitio intercapedinem; tamet si ascensionibus differant: & quòd utrumque ipsorum ex eisdem oritur finitoris partibus & in ijsdem occidit. Signa æqualium ascensionum, Isanaphora, audire se invicem non autem videre propter umbram terræ, eaque ob hanc rationem æquipollere inter se putant. Quòd igitur auditus quàm visus aliquanto sit hebetior, at ipsam æqualium ascensionum cognationem, & affinitatem minùs validam existimarent; dixerunt Signa ipsa sese audire, hoc est, benevolentiâ quidem inter se affici: non tamen tanta, quanta quę videre se dicuntur.* Adi Claud. Dariot. *Introduct. ad Astror. Iudicia*, cap. 6. Iul. Cæsar Bulenger de *Ration. Divinationis*, cap. 6. in argumentum subiungit: *Expendamus quæ sint Astrologorum Antiscia, quæ Signa audiant, quæ videant, quæ imperent, quæ obediant, quæ oderint, quæ ament. Ptolomeus vires Signorum dupliciter accipi, ait: per configurationem quandam, aut secundum similitudinem. Similitudo est æqualis virtus cognationis & sympathiæ Signorum, eò quòd se aut videant, aut audiant, aut oderint, aut amet. Quæ à quatuor punctis cardinalibus ex æquo distant, ea Antiscia vocant: & quidem quæ æqualiter à punctis tropicis absunt, æquales vires habentia dicuntur Videntia. Quæ à punctis æquinoctialibus æqualiter dimota sunt, Iubentia & Audientia vocantur. Quæ vident æquales noctes & dies habent: quæ iubent & audiunt æquales ortus & occasus. Nam ducta per puncta æquinoctialia linea, circulum in duo hemicyclia, æstivum & hyemale* (ut astruit Pontanus) *vel septentrionale & australe secat; & semicirculum Signorum septentrionalium*, Iubentium; *semicirculum australium*, Obedientium *facit: ab Ariete dies noctem superant: à Libra superantur; ut hos pulchro commento maiores dies minoribus imperare debeant.* Longè aliter ratio Manilij ad Signa videntia & audientia, obedientia & imperantia; quàm videris, *lib. 1. cap. 7. & lib. 2. cap. 3. 11. 14.* His ergo liquet Catonum imperitorum censuras bambalica, & rudi Minervà audax supinissima sapientia: at non liquet, quæ in seq. quæstione ingenia materia torsit.

Antiscia

Bulenger.

33 Ordo cœli profectò immutabilis. *Concentum cœli quis dormire faciet?* Iob. 38. 37. Laudant Deum in motu continuo Sol & Luna, stellæ & lumen, cœli cœlorum, &c. sic *statuit ea in sæculum sæculi: præceptum posuit & non præteribit.* Psalm. 148. 6. Caietan. *Intellige præceptum proportionaliter inclinationem cœlestium corporum ad suos motus.* Dicit ita per Ieremiam, 33. 25. *Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cœlo & terræ non posui.* Unde post diluvium dixit, Genes. 8. 22. *Cunctis diebus terræ, sementis & messis, frigus & æstus, æstas & hiems, nox & dies non requiescent.* Pro firmitate infallibili exponitur in cœlo huiusmodi ordo à principio creaturæ. Psalm. 88. 30. *Ponam thronum eius sicut dies cœli.* Genebr. *Dies cœli perennes, quòd à cœlo ipso per Solis cursum effici videantur.* Unde quasi ab impossibili astruit Christus suorum infallibilitatem verborum ex cœli circumrotatione & quiete terræ. *Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Luc. 21. 33. Cœlum principium motus, terra quietis: non ex natura deficient, sed verba mea firmiora: igitur priùs quàm frustrentur, cessabit cursus in cœlorum orbe, & movebuntur omnia fundamenta terræ. Statius 3. *Silv. 3.* à v. 53.

Caietan.

Lex cœlis data rotatio in motu perpetuæ.

Genebr.

Stat.

——Sed habent Numina legem:
Servit & Astrorum velox chorus, & vaga servit
Luna, nec imussæ toties redit orbita lucis.

Unde Mercur. Trismegist. ad *Asclep.* subdit: *Erg. sic efficitur ut & æternitatis stabilitas moveatur, & temporis mobilitas stabilis fiat, fixâ lege currendi.* Aristoteles, 9. *Metaph.* cap. 9. *Pertimescendum non est* (inquit) *ne cœlestia corporastent; quia in eis non inest potentia contradictionis, ut moveantur & non moveantur.* Idem Alexander Aphrodisius 2. *Natur. qq.* cap. 18. Pontan. 1. *Uran.* succinit:

Trismegist

Aristotel.

Iov. Pont.

At medios cœli tractus, medij ætheris oram
Fons lucis Sol auricomus, Sol igneus ambit,
Agnoscant auræ imperium, maria alta tremiscant,
Audiat & longè tellus fatalia iussa.

34 Contra huiusmodi observatam legem & ordinem, dicitur Iosue 10. Solem stitisse, simulque cum illo cætera astra, & orbes cœlestes universos, quibus fixa. Dionys. Areopagit. *Epist.* ad Policarp. Auctor *Mirabil. Sacr. Script.* lib. 2. cap. 4. & nonnulli sequuntur auctoratæ doctrinæ. *Steteruntque Sol & Luna. Stetit itaque Sol in medio cœli, & non festinavit occumbere spatio unius diei.* Tertullian. 3. *Poëtic. contra Marcion.* cap. 3. v. 24.

Iosue 10. 13.

Solem

Solem cum Luna ſtatuit.

Si cuncti globi cœleſtes ſteterunt, ergo etiam primum mobile, à quo menſuratur tempus: quod quidem cùm ſit numerus motus, ſine motu profectò non erit tempus. Concedit Abulenſ. hic, *quæſt.* 70. & 87. Alap. tam hic, quam in *Eccli.* 46. 5. Ex Scriptura ſumitur argumentum. *Fiant luminaria in firmamento cœli, & dividant diem ac noctem, & ſint in ſigna & tempora & dies & annos.* Geneſ. 1. 14. Eſt *Hendiadys*, ideſt, in ſigna temporum & dierum & annorum: ut alibi dixi, ſicut illud Eſth. 10. 6. *In lucem Solemque converſus eſt*: Nimirùm, in lucem Solis. Apocal. 19. 16. *Scriptum in veſtimento & in femore*: ſcilicet, in veſtimento femoris. Quaptopter ſi motus luminarium ſigna temporis ſunt, ſine motu quale tempus? Auguſtin. inficiatur. *Audivi* (inquit lib. 11. *Confeſſ.* cap. 23.) *à quodam homine docto, quòd Solis ac Lunæ ac ſiderum motus ipſa ſint tempora & non anni*: :. *nemo ergo mihi dicat cœleſtium corporum motus eſſe tempora; quia & cuiuſdam voto cùm Sol ſtetiſſet, Sol ſtabat, & tempus ibat.* Sane, igitur menſura temporis non eſt tempus: ſi motus ſiderum eſſent tempora, tempus menſuraretur tempore, & eſſet ſine menſura; tuncque darentur ſigna ſignorum, quod extra ordinem rerum. Tempus dici ſolet duratio rei cuiuslibet, ſed hoc eſt tempus intrinſecum, quod non menſuratur motu ſiderum, nec de illo agunt Philoſophi ſub ratione temporis; ſed tantum ſub ratione durationis. Tempus propriè, prout eſt numerus motus (paſsivè, non activè, ideſt, motus numerati vel numerabilis, non numerantis, ut ait D. Thom. 1. p. *quæſt.* 10. *art.* 6.) eſt tempus extrinſecum ex duratione motus primi mobilis, quo ceſſante tempus non erit; ut dicitur Apoc. 10. 6. *Tempus non erit amplius.* Claret ergo quo ſenſu dicat Auguſtinus, Sole ſtante, tempus fuiſſe, ideſt, intrinſecum; & quo AA. præfati negent: etenim ſi propriè tempus eſt motus primi mobilis menſurantis; dum illo pro tunc ſuſpenſus primi mobilis motus, profectò non erat tempus.

35 Non eſt noſtri inſtituti diſcutere, an ita pendeant inferiora à ſuperiorum orbium motu; ut nihil hic operari poſsit, illis quieſcentibus. Videſis Suarium *Metaphyſ.* diſput. 22. ſect. 5. & Seran. hic, *quæſt.* 27. Abulenſis omitto plures quæſtiones: dico ergo ad diſputationem temporis, ex ſacro textu conſtare tunc fuiſſe tempus. *Sol non feſtinavit occumbere ſpatio unius diei.* Quo pacto ſignatur dies unus, ſi non erat tempus? Tempus igitur erat, quia non ceſſavit ordo motus primi mobilis, uti teſtimonijs ſacris aſtruximus, *num.* 33. ſimiliterque aliorum orbium, ſcilicet, firmamenti, Solis & Lunæ iuxta ordinem præfixum a principio. Fatetur ipſe, tempus tunc inficians, Alapid. in *Epiſt.* ad Coloſſ. 2. 5. *Huius ordinis bonum & commodum patet* (inquit) *in ordinato motu & ſitu cœlorum, ſtellarum, elementorum, omniumque creaturarum. Si enim hic ordo turbetur, turbatur totum univerſum.* Quinam enim ordo, ſi in tempore nullum tempus? Tempus itaque à primo Mobili, quod diſcriminat Solis motus, de quo Clavius in cap. 1. *Spher.* infit: *Motus Solis eſt regula & menſura motuum aliorum Planetarum.* Fons eſt motus & luminis, ut ex Heraclito dicit Macrob. d. *cap.* 20. Senec. in *Tyeſt.* à v.

Dux Aſtrorum ſæcula ducens
David æſtatis brumæque notas.

Idem Cicer. 1. de *Natur. Deor.* Quomodò ergo revocatur ordo, Sole tempore Ioſue in cœli medio ſtante, & Ezechiæ in Orientem regrediente?

36 Magno ſemper extitit, ſtetiſſe Solem, vel metam deſerere. De Elimelech interpretantur Rabbini illud, Illud Paralip. 4. 22. *Qui ſtare fecit Solem*: de quo egimus, *Tom.* 5. *T.* 2. *n.* 1. De diſcipulis R. Hillel, dicitur *Talmud*, cap. 5. *Pirke*, octoginta habuiſſe diſcipulos, ſed ex eis triginta dignos, pro quibus ſtaret Sol, ut fecerat Ioſue. Ordinem ac curſum ſuſpendiſſe ac mutaſſe, plurimi ex Ethnicis glorianter aſſerunt. Senec. in *Agamemn.* à v. 810.

Cui lege mundi Iupiter ruptà
Roſcidæ noctis geminavit horas
Iuſſitque Phœbum tardiùs celeres
Agitare currus: & tuas lentè
Remeare vigas, candida Phœbe.

Feſtivè ac latè refert Plaut. in *Amphitr.* Lactant. & Bernant. in illud Statij 6. *Thebaid.* v. 281. *Tergemina Luna.* Ovid. *Epiſt.* 9. v. 9. & 1. *Amor.* Eleg. 13. v. 45. Auſon. in *Anigm. Ternarij.* Propert. 2. *Eleg.* 22. v. 25.

Iupiter Alcmenæ geminas requieverat Arctos,
Et cœlum noctu bis ſine Rege fuit.

Solem

Tertull. *An dum ſtetit Sol, ceſſaverit motus cœleſtium Orbium? Hendiadys.*

An tunc tempus?

Auguſtin.

Ibidem. *Fuit tempus*

Alapid.

Clav.

Senec.

Stare Solem pro hyperbole.

Senec.

Ethnici falsò aſtruunt Solem immobilem & retrò actum.

Propert.

Sol nocte, præſtigiæ. Senec.

Solem videri nocte tamquàm prodigium expreſſum à nonnullis, ſed arbitror præſtigias circulatore Satanâ, qui transfigurat ſe in Angelum lucis. Idem in *Hercul. OEtæo*, v. 462.

Nox media Solem vidit.

Phil. Bibl.

Philo Biblius in *Antiq.* de quodam Aod Madianita, qui traxit in idolatriam filios Iſraël, aſſerit illis dixiſſe: *Nunquid aliquando vidiſtis Solem noctù? Dixerunt, Non: & ille dixit: Quando volueritis, oſtendam vobis: & tunc arte maleficij oſtendit populo Solem nocte.* Inter dolos inititiatis ſacris Iſidis ſimile apparebat embolium; uti de ſe dicit Apulcius, 11. *Metam.* prop. fin. *Calcato Proſerpinæ limine, per omnia vectus elementa remeavi. Nocte mediâ vidi Solem, corruſcantem lumine.* Per vulgatum apud Magos hæc portenta & alia, quaſi poſſent de cœlo Lunam deducere, & ordinem Univerſi pervertere. Idem *lib.* 1. *Magico ſuſurramine amnes reverti, mare colligari, ventos inanimes expirare, Solem inhiberi, Lunam deſpumari, ſtellas evelli, diem tolli, noctem teneri. Potens illa cœlum deponere, terram ſuſpendere, fontes durare, montes diluere, Manes ſublimare, Deos infirmare, ſidera extinguere, Tartarum ipſum illuminare.* Plura videris apud Senec. in *Medea*, & *OEdip.* Bulenger. 2. *contr. Magos, cap.* 21. quos ibi refutat, & Ambroſ. 4. *Hexaem.* cap. 8. Quid quòd hi rideant, dum ridet Ethnicus, 6. *Thebaid.* à v. 678.

Sicut Lunæ de cœlo trahere.

Apulei.

Idem.

Sic cadit, attonitis quoties avellitur aſtris
Solis opaca ſoror, procul auxiliantia gentes
Æra crepant, fruſtràque timent: at Theſſala victrix
Ridet anhelantes audito carmine vigas.

Statius.

37 Marc. Varro apud Auguſtin. 21. *Civ.* cap. 8. inquit: *In cœlo mirabile extitit portentum: nam in ſtella Veneris nobiliſsima Caſtor ſcribit tantum portentum extitiſſe; ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, curſum; quod factum ita, nec anteà neque poſteà ſit.* Aquila SS. Doctor haud diſſentit, ſimulque ex miraculo ſtationis Solis ſub Ioſue, & regreſsionis ſub Ezechia, roborari cogitat: at de huiuſmodi prodigijs, quo maior in Ethnicis fides, nulla, ſeu crepera debet regnare in Catholicis. Refert uſquequaquè Dionyſ. Halicarnaſſ. & Livius uſque in faſtidium. Plura congerit Iul. Cæſar Bulengerus de *Prodigijs*, tot. lib. 5. & nos in *Ephemerid.* Auguſtin. ibid. pro cogitamine ſubdit: *Licèt Romanorum ſit hiſtoricus, idemque doctiſsimus, fortaſsè verè factum eſſe non credunt; quia non diu manſit alius eiuſdem ſideris curſus, ſed reditum eſt ad ſolitum curſum, minus iſto moventur exemplo.* Iurè quidem: color, magnitudo & figura quotidiè videntur immutari in Sole, & Luna; ſed pendet à ſerenitate vel turbulentia aëris: curſus autem ſemel præfixus per tempora & tempora in temporum ſigna, uumquàm immutatus; uti accidit in tenebris, ſeu obſcuritate Solis, morlente Chriſto, interpoſitione nubium. Quamvis admittatur Lunam obiectam ab ortu Solis inter Solem & terram (uti viſum à ſe, refert Areopagita, *Epiſt.* 7.) non ideo Lunam credendam; ſed ſpeciem Lunæ ex craſsiore nube, ita extenſa, quòd per tres horas obſcurare poſsit corpus totum Solare, quod per Lunam impoſsibile fieri; maximè ſumpto tramite ab Oriente. Iuvenc. *lib.* 4. v. 688.

Prodigium ſtellæ Veneris.

Auguſtin.

Matth. 27. 45.

Tenebræ Chriſto moriente, quomodò & unde?

Iam medium curſus lucis conſcenderat orbem,
Cùm ſubitò fugit ex oculis, furviſque tenebris
Induitur, trepidumque diem Sol nocte recondit.

Iuvenc.

Hæccine facta meteora miniſterio Angelorum, non (præut auguror) influxu ſtellarum; equidem præter naturam, tenebræ ſuper univerſam terram. Infrà à *n.* 95. exponemus argumentum.

38 Idem arbitror de prævijs in iudicium ſignis in Sole & Luna & ſtellis. Dum verò dicitur de Domino: *Qui commovet terram de loco ſuo, & columnæ eius concutiuntur: qui præcipit Soli, & non oritur*, &c. Intelligendus eſt actus ſecundus pro primo: ideſt: abſolutà poteſtate, quaſi potens præcipere; non ordinariâ, cùm numquàm perverterit orbis ordinem. Signatur itaque acceptio ibid. *cap.* 38. à 31. reſpectivè ad hominis impotentiam: igitur Iobo dicitur: *Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris diſsipare? Nunquid producit Luciferum* (q. d. potes producere) *in tempore ſuo? Nunquid noſti ordinem cœli?* Hic ordo ſemper immutabilis, regulariſque in variatione motus & curſus, à Deo Conditore præfixus in menſuram temporum, dierum & annorum: *Ut lucerent in firmamento cœli, & illuminarent terram; & præeſſent diei ac nocti, & dividerent lucem ac tenebras.* Geneſ. 1. 15. & 18. His ergo irrefragabilibus ſuppoſitis, operæ erit pretium, exponere præfata portenta ſta-

Inh. 9. 6. *Actus ſecundus pro primo.*

stationis & recessus Solis : etenim ut inſit Auguſtin. d. *Quæ ſunt rara, ipſa ſunt mira: portentum ergo ſit non contra naturam, ſed contra quam eſt nota natura. Quid ita diſpoſitum eſt ab Auctore naturæ cœli & terræ, quemadmodum curſus ordinatiſſimus ſiderum? Quid tam ratis legibus fixiſque firmatum?* Ergo ſciendum quomodò factum, & dictum ſtare Solem, Auguſtin.

Et vertere ſidera retrò.

Auguſtinus loc. cit. exponere non audet, ſed ſtupore miraculorum Auctori cedit, ſubdens : *Quomodò eſt enim contra naturam, quod Dei fit voluntate ; cum voluntas tanti utique Conditoris, conditæ rei cuiuſque naturæ ſit* ? Nonnulli Rabbinorum, Radak, & Ioſeph Kimichi, pater eius, aſſerunt Solem nihil præter morem ſuo in curſu vel inſtitiſſe, vel tardaſſe ; ſed conſuetâ velocitate occidiſſe : in eius tamen locum ſupra horizontem ſuffectum à Deo corpus quoddam prælucidum Solis ipſius inſtar, quod quidem fuit corpus Lunæ : unde Iſaiæ 30. 26. *Lux Lunæ ſicut lux Solis.* Rabb. Moreh Nebuchim, Deum pro Sole condidiſſe novam lucem ingenti coruſcatione, quouſque Sol iterùm natus. Lucem, & ad inſtar Solaris corporis, in huiuſmodi articulo, aſtruo ; ſed modum nego. Virgil. Æneid. 4. v 489. Auguſtin. *Quid pro Sole ſtetit, tempore Ioſuæ?*

39 Dum dicitur, quòd Sol ſteterit, haud intelligendum, quod Solis corpus, ſed lux: igitur pro luce in Scriptura interdùm ſumitur Sol. Statuendum plurimis teſtimonijs, quippe ab haccine acceptione pendet genuina portentorum expoſitio. Habacuc. 3. 11. *Sol & Luna ſteterunt in habitaculo ſuo* : quod metonymicè accipiendum pro ſplendore utriuſque. Iudith, 14. 1. *Cùm exierit Sol* (Sanctius hìc, *Cùm primùm illuxerit dies*) *accipiat unuſquiſque arma ſua.* Eccle. 11. 7. *Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre Solem*: unde Tobias dixit ſalutanti Raphaëli: *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris ſedeo, & lumen cœli non video* ? Pſalm. 57. 9. *Supercecidit ignis & non viderunt Solem.* Hoc eſt, mortui ſunt, & luce privati. Pſalm. 103. 22. *Ortus eſt Sol & congregati ſunt, & in cubilibus ſuis collocabuntur* omnes beſtiæ ſilvæ, quærentes prædam, dum *facta eſt nox.* Hebr. *Orta eſt lux* : *Diluculò Aurora.* Quo intelligitur Antilogia celebris de acceſſu mulierem ad ſepulchrum in die reſurrectionis : igitur dicitur : *Valdè mane, orto iam Sole* ; quod propriè nequit eſſe : igitur iuxta Ioann. 20. 1. *Adhuc tenebræ erant*: ideſt, miſtæ luci orienti, quod eſt *Valdè diluculò*: Luc. 24. 1. Exponit Matth. dicens: *Quæ luceſcit.* Octo Sole, non luceſcit: quapropter Sol accipiendus pro luce primâ micante. Noſtrates: *Brujula.* *Lux pro Sole, & contrà.* *Metonymia.* Marc. 16. 2. Matth. 28. 1.

40 Non ſecùs uſurpandum : *Stetit Sol in medio cœli.* Hoc eſt, lux Solis, cùm Sol ferè occubuiſſet ſub horizonte ; intellectâ ſtatione de duratione lucis, minimè de immobilitate Solis. Siccine in aſſertione ſtationis exponendi ſunt S.PP. Perſeveravit lux Solis, quaſi Sol ſtitiſſet, non quaſi ſtaret, per catachreſim, quo ſchemate in opere non attenditur veritas, ſed exterioritas ; pluraque dicuntur non iuxta entitatem, ſed iuxta communem exiſtimationem ; ut in Iob. 9. 9. *Arcturus, Orion, Hyades*, 21. 33. *Cocytus.* Iudith. 16. 8. *Filij Titan* : alijs teſtimonijs parco, quippe latè feci *Tom. 6. T. 2. n.* 44. *& T.* 5. *n.* 20. Pariter præſenti tractu : equidem cùm Ioſue iuſſiſſet Solem non moveri, luxque duraret; ſecundum exteriorem ſpeciem ſtare autumarunt Solem. Reijcitur hac cogitatione quæ aliquorum, aſſerentium Solem tunc regreſſum ; quia cùm eſſet occaſo proximus, dicitur : *Stetit in medio cœli. In medio cœli* eſt idiotiſmus, ſicut apud Iſaiam, 6. 5. *In medio populi*, ſcilicèt, in populo. Paragogicum eſt Tò *In medio*, nihil ſignificans, ſed appoſitum ornatus gratiâ ; ut apud Latinos *Meditullium*, & *Poſtliminio*, *Mavors* & *Induperator*. Quare in *Topicis*, Cicero inquit : *In Poſtliminio*, *Liminium nihil ſignificat* ; *ſicut Tullium ſupplementum eſt in Meditullium.* Idem in *Mavors* Tò *Vo*, & in *Induperator*, Tò *Du.* Vide Commentatores Iuvenalis *Satyr.* 4. v. 29. & 10. v. 138. ſicut apud Lucret. 4. v. 48. *Indupediri.* Etiam reijcitur aliorum opinio aſſerentium, Solem ſtetiſſe in ipſo occaſu per ſpatium unius diei, quaſi iuſſu Ioſue victus, ne ultrà procederet; quod indicari videtur Eccli. 4. 5. ubi : *Impeditus eſt Sol.* Propterea, quia ſuſpenſus (ne ordine regulari ſub horizontem mergeretur) ſtare dictus eſt ; ſicut apud Aſtronomos dicuntur *Sol ſtitia Solis*, non quia ſtat, qui continuò movetur; ſed quia ultra tropicos Cancri & Capricorni non procedit. Nil horum: igitur dumtaxàt perſeveravit lux Solis, Lunâ, aſtriſque cæteris curſus ſuos gyrantibus, & ſimul volante tempore. *Movebantur aſtra curſu ordinario*: inquit Elias in *Thisbi.* Ordinem & illorum conditionem ſignat Senec. ad *Polyb.* cap. 26. *Ex quo ſe Cæſar orbi terrarum dedicavit, ſibi eripuit : & ſiderum modo, quæ irrequieta ſemper curſus ſuos explicant ; nunquàm* Auguſtin. *In opere ſæpe non attenditur entitas, ſed exterioritas ſecundùm vulgarum exiſtimationem. Paragoge ornatus gratiâ.* Ioſue 10. 13. *Catachreſis.* *Quid Sol ſtitium?* Elias. Senec.

illi licet nec subsistere. Dum enim dicitur, Isai. 24. 23. *Erubescet Luna & confundetur Sol.* Ierem. 15. 9. *Occidit ei Sol, cùm adhuc esset dies.* Idem *Amos.* 8. 9. Ibidemque 5. 8. *Facientem Arcturum & Orionem*, & sic alia similia; haud intelligenda, quasi avolasset Sol, sed dumtaxàt, quia illotunc evanuit lux: non quia denuò Deus fecerit Arcturum & Orionem; sed quia fecit eorum splendorem fulgere, & terram illuminare; quin immutaretur ordo cœli: quapropter in huiusmodi phænomenis seu portentis, ne cogitaretur aliquomodò cœlorum orbes immutari, Iudic. 5. 20. *De cœlo dimicatum est: stellæ manentes in ordine & cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt.* Profectò in ordine, estò cœlum miscereturterræ.

41 Dicam quid cogitem. Sol non stetit, sed imago Solis quoad illuminationem hemisphærij per duodecim horas, meteoro facto Angelorum ministerio, insigni miraculo quoad modum, non quoad substantiam. Ut hoc exponam, prælibanda sunt non-

Plures Soles visi. nulla. Visos plures Soles, referunt & asserunt AA. probatæ fidei. *Plures Soles simul cernuntur* (ait Plin. 2. *cap.* 31.) *nec supra ipsum, nec infrà, sed ex obliquo, numquàm iuxta, nec contra terram, nec noctu, sed aut oriente, aut occidente. Semel in meridie conspecti in Bosphoro produntur, qui à matutino tempore durarunt in occasum. Trinos Soles Antiqui sæpe viderunt, & nostra ætas vidit.* Duos Soles Vitellio imperante visos, alterum ab occasu & alterum ab oriente; asserit Zonar. Tres Soles, Dio *lib.* 47. & Textor, 7. *Offic. cap.* 53. Sæpe visos, Plutarch. 3. de *Placit. Philosophor.* cap. 6. & Bili-

Et in Christi nativitate Luc. Tui. bald. in 5. p. *Indiæ Oriental.* In die natalis Servatoris N. tres Soles conspectos refert Procop. *lib.* 7. Et in unum coaluisse, addit Bergomens. in *Octavian.* Luc. Tuicien. *Media nocte* (infit) *nubem tantæ luciditatis Hispaniam collustrasse; ut meridies esse putaretur.* Idem enarrat Claud. Clemens in *Tabul. Chronolog.* Centur. 1. & insuper quòd in die præfato visi tres Soles. De Luna Plin. d. *cap.* 1eq. *Lunæ trinæ apparuere, quod plerique appellaverunt Soles nocturnos.* Missas historias Ecclesiasticas facio, videndas apud

Etiam Lunæ August. *Epist.* 80. Metaphrast. 9. *Mart.* Lipoman. Tom. 7. de *Vit. SS.* Surium, *ann.* 1514. & 1528. Sophron. in *Prato spirital.* cap. 87. & 104. Palmer. *ann.* 1466. Maiol. *Tom.* 1. *colloq.* 1. Bagatt. Tom. 1. de *Admirand. orbis*, lib. 1. à cap. 4. & Gemmam Fris. de *Natur. divin. characterism.* lib. 1. cap. 8. ubi inter rara perhibet, sex Soles simul visos in Polonia. Plura videnda in *Ephemer.* 25. *Decemb.* à *num.* 2.

42 Modus signatur variè ab AA. sed cuncti arbitrantur meteorum, ut astruit Titel-

Quomodò appareant? man. in *Compend. natur. Philosoph.* lib. 6. cap. 15. Prudent. in *Harmatigen.* à v. 149.

Prudent.

Nemo duos Soles nisi sub glaucomate vidit:
Aut si fusca polum suffundit palla serenum,
Oppositum quoties radiorum spicula nimbus
Igne repercusso mentitos spargit in orbes.

Egi, *Tom.* 3. *T.* 6. *D.* 1. *n.* 21. & 5. *T.* 11. *D.* 2. *n.* 3. sicut de glaucomate ad singulorum geminationem, *Tom.* 2. *T.* 8. *n.* 9. & 3. *T.* 12. *D.* 6. *n.* 8. Dalecamp. in *Plin.* loc. cit.

Dalecam. *Soles fiunt, quando nubes ex latere Solis orientis vel occidentis collocata, velut speculum idolum seu imaginem Solis recipit atque exprimit.* Plutarch. ubi dudùm. *Gemini Solis*

Plutarch. *casus partim verè, partim per speciem fieri, quando nubes conspiciuntur, non suo tamen proprio colore; sed alieno, cuius speciem repræsentant.* Ex professo Senec. 1. *Natur. qq.* à cap. 11. infit: *Historici Soles vocant, & binos ternosque apparuisse, memoriæ tradunt. Græci Parelia appellant; quia in propinquo ferè à Sole visuntur, aut quia accedunt ad aliquam similitudinem Solis: non enim totum imitantur; sed imaginem eius figuramque. Nihil ergo prohibet illas parelia vocari: sunt autem imagines Solis in nube spissa ac vicina, in modum speculi. Quidam Parelion ita definiunt: Nubes ro-*

Quid Parelion? *tunda & splendida, similisque Soli: sequitur enim illum, nec umquàm longius relinquitur, quàm fuit cùm apparuerit. Numquis nostrum miratur, si Solis effigiem in aliquo*

Seneca *fonte, aut placido lacu vidit? Non, ut puto: atqui tam in sublimi facies potest, quam intra nos, reddi; si modò idonea est materia quæ reddat. Quemadmodum ergo Solis & Lunæ imago in terris aspici potest; ita in aëre, cùm sit coactus aër, & limpidus constitit, ut faciem Solis acciperet, quam & aliæ nubes accipiunt, sed transmittunt, si aut mobiles sunt, aut raræ, aut sordidæ. Mobiles enim spargunt illam, raræ emittunt, sordidæ turpesque non sentiunt; sicut apud nos imaginem maculosa non reddunt. Solent & bina fieri parelia eadem ratione: quid enim impedit, quò minùs tot sint, quot nubes fuerunt aptæ ad exhibendam effigiem Solis? Quidam in illa sententia sunt, quoties duo simulacra talia existunt; ut iudicent, unum esse Solis, alterum imaginis: nam apud nos*

quo

quoque, cùm plura specula dispositа sunt, ita ut alteri sit conspectus alterius; omnia implentur, & una imago à vero est, cætera imaginum effigies sunt. Ita illic quoque in sublimi, si nubes fors aliqua disposuit, ut in er se aspiciant; altera nubes Solis imaginem, altera imaginis reddit. Debent aut hæ nubes, quæ hoc præstant, densæ esse, leves, splendidæ planè naturæ. Ob hoc omnia, quæ huiusmodi sunt simulacra, candida sunt, & similia Lunaribus circulis; quia ex percussu obliquè accepto Sole, resplendent. Ita enim in nube (ut canit Politian. d. v. 158.) sicut.

——Tralucet imago
Sideris in speculum, ceu puro condita vitro
Solis inardescit radio vis limpida fontis. Politian.

43 Non secùs accidit in dicta statione Solis, tempore Iosue. Meteoron constructum (ut videretur stare) dispositâ nube rotundâ, lævi, splendidâ, quæ accipere, imò haurire posset plenissimè Solis radios; ac eorum repercussione imaginem reddere Solis, amplissimo fulgore, reverberato in lucem copiosam lumine; uti observatum, *num.* anteced. igitur cùm iam Sol occasui proximus esset; ut eius splendor in victoriæ exitum adæquatè perduraret, spissis nubibus ibi obvolutus, super illas vel illarum ex latere, radios vibravit in nubem (à natura, seu superiore opificio dispositam) capacem imaginis sui, iam occumbentis in illo hemisphærio versus regularem occasum; quam imaginé nubes rotunda reddidit tamquam speculum. Erat enim in oriente oppositа ex diametro currenti ad occasum Soli, circulos suos sine mutatione gyranti: quem quidem sequebatur parili proportionaliter cursu, ut circulum compleret; semper percussa à Sole, cuius imaginem copioso imbiberat lumine. Sequebatur nubes ficcine Solem, sed *achronicè* (ut dicunt Astronomi) hoc est, illà super horizontem oriente, dum Sol occubuit; simul in illa perseverante, uti in speculo, formà lucidà Solis, quousque Sol sequenti die, regulari cursu ad hemisphærium se erexit; & nubes, in qua, vel quæ Solis imago, ex oppositо (achronicè etiam) sub horizontem evanuit. *Quid visum uti Sol, in statione Solis, quoad speciem;*

44 Ne videatur ad lubitum cogitatio, perspicuò constabit ex textu Græco. *Eccli*, loc. cit. ubi: *Impeditus est Sol*, legit: *Retrocessit Sol*: Maluend. *Repedavit, retrogressus est, pedem retulit Sol.* Sol in occasum vergens, non retrocesit. At cùm videretur in Oriente illotunc imago Solis; regressum, retroactum arbitrati sunt Solem, cùm pugnantes aspicerent in cœlo & in oriente Solis imaginem. Iter ergo absque obice pervium, in nostræ cogitationis ratiociniuum; ita ut tunc esset tempus, sine suspensione motus cœlestium orbium, superiorum luminarium, quæ mensura temporum. Ita visum Solem stitisse, sed ad speciem solummodò visum; quia lux Solis, & minimè Sol stabat. Accipitur lux Solis pro Sole, ut vidimus, & videbimus: Solque dicitur stare; quia quasi Sol stitisset, eius imago in nube, ad illuminationem decertantium, toto illo tempore perstitit. Eccli. 46. 5. *Tunc fuit tempus, atque cœlorum non cessavit motus.*

45 Ut clareat plenè argumentum; in cursu Solis & lucis videnda sententia AA. Nonnulli dicunt, diem certaminis in auxilium Gabaon (de quo ibid. *Non fuit anteà, nec posteà tam longa dies*) constasse vigintiquatuor horis: quippe cùm eiusdem numeri sit dies naturalis, in diem divisus & noctem; luce continuâ, illo in die non fuit nox. Quapropter subditur: *Sol non festinavit occumbere spatio unius diei.* Alij, diem illum fuisse triginta sex horarum: igitur tunc Sol cursum suum regulariter agebat duodecim horis. Imago Solis pro Sole, totidem (eo tempore, quo futura nox, quæ luce è nube non fuit) quousque Sol renatus est: qui quidem alijs duodecim horis lustrans radijs illustravit inferiora. Totum efficit spatia 36. horarum. Unde nulla dies longior, quia continuatione lucis factus dies unus, ex duobus; quasi Sol non occubuisset. Serar. hìc, *quæst.* 23. inquit: *Dies instar duorum productus est.* Idem Ephræm, serm. de *Muliere peccatrice.* uti dicitur *Eccli*, quò supr. *Una dies facta est quasi duo*: Nox illuminatio in delicijs Iosue; quia non fuit nox, luce plena, & radijs Solis in nube, nox illa sicut dies illuminata. Retorquendus Papin. Statius, 1. *Silvar.* 6. à v. 85. Iosue, 10. 14. Vers. 13. *Quomodò ex duobus dies unus;*

Vix dum cærulea nox subibat orbem,
Descendit mediâ nitens arenâ
Densas flammeus orbis in umbras;
Vincens Gnosiacæ facem Coronæ.
Collucet polus ignibus, nihilque
Obscuræ patitur licere nocti. Statius.

46 Roboratur assertio portento uniformi regressionis Solis ad speciem tantùm, era

hibito Ezechiæ in perfectiſsimæ valetudinis ſignum: equidem ſicut Sol tempore Ioſue minimè ſtetit in cœlo; ita ſub Ezechia non retrogreſſus in curſu. Hinc erit operæpretium in obſequium gratiamque lectorum, exponere genuinè, quo ſenſu dicitur hoc in articulo à Propheta Evangelico: *Reverſus eſt Sol.* Portentum utrumque profectò ſingulariſsimum, & inter maiora maximum; ut obſervat D. Thom. 3. p. *quæſt.* 44. art. 2. in rebus mirabiliter factis tota ratio facti eſt potentia facientis. Tamen (ut regerit Auguſt. pluribus in loc.) quædam miracula, per comparationem ad naturæ facultatem; dicuntur alijs maiora, alijs minora; quia interdũ in modo, multoties in ſubſtantia, & quandoque in modo & ſubſtantia mirabilia. Unde inter omnia prodigia, quæ à Deo tam in novo, quàm veteri teſtamento facta leguntur; ſummum gradùm tenent illa, quæ facta in cœlis: additque Burgenſis. *Ut retroceſsio Solis.* Ita in *Addit.* ad Lyran. in 4. *Reg.* 20. Præſens ſub Ezechia portentum, reſpectu conditionis, propenſionis, legis, ac conſtitutionis Solis (fontis lucis, & luminaris maioris) excedit exhibitum ſub Ioſue; ita ut maius ſit Solis retroceſsio, quàm ſtatio: quandoquidem curſui velociſsimo Solis, magis opponitur motus contrarius, quàm quies. Sol enim cognoſcit occaſum ſuum, verùm poſt ortum non ortum. *Regredi Solem, præferri debet miraculo egregio ſtationis, tempore Ioſue.* Maiol. *Tom.* 1. *Colloq.* 1. & Doctiſſ. Gaſp. Sanctius in *Reg.* loc. cit. n. 12. Sol ortu tendit varijs curſibus ad occaſum in ortus varijs climatibus; & ſpargit fulgidam lucem, ſequiturque ſequentem. Ordinem indicat Manilius, 1. *Aſtronom.* cap. 5. à v. 212.

Iſai. 38. 8.

Maius miraculum, Solis retroceſsio, quàm ſtatio.

Maiol.

Manil.

Et quod clara magis poſsis cognoſcere Signa.
Non varios obitus norunt, varioſque recurſus:
Certas ſed in proprias oriuntur ſidera luces,
Nataleſque ſuos, occaſumque ordine ſervant.
Nequicquam in tanta magis eſt mirabile mole,
Quàm ratio, & certis quòd legibus omnia parent.

Elucet ex Sacra pagina, ut ſuprà vidimus. *Sol oritur & occidit. Ad locum ſuum revertitur: ibique renaſcens, gyrat per Meridiem, & flectitur ad Aquilonem, luſtrans univerſa in circuitu; & in circulos ſuos revertitur.* Ita, non retrorſum, ſed dumtaxàt in occaſum.

Eccle. 1. 5.

Idem.

Hinc etiam ipſe dies moritur: terraſque per orbem
Surripit, & noctis captum ſub carcere claudit.

Subdit Aſtronomus *lib.* 2. *cap.* 16. v. 112. Qua de cauſa hocci ne Solis reverſionis prodigium, in portenta iurè deſignatur ut maximum.

47 Cur autem exhibitum Ezechiæ ſignum in receſſu Solis ad ortum (cùm Sol habeat propenſionem lege naturæ in progreſſum) motumque contrarium; dumtaxàt Auguſtinus valuit invenire rationem; ut inter miracula ſingularia, appareret pulcherrima congruentia. Dixerat enim Ezechiæ languenti Evangelicus Vates: *Morieris tu, & non vives.* Egreſſus eſt extrà: ſed antequàm limen aulicæ portæ præmeret; illi à Numine præceptum, contraria dicere. *Dic Ezechiæ, Duci populi mei; Ecce ſanavi te.* Hoc eſt, decrevi ſanare. Cantraria ſunt, *Sanus vives*, & *Morieris.* Ob hoc regyratio Solis? Sanè. *Hinc* (infit Auguſtinus, lib. 2. de *Mirabilib. Sacr. Scriptur.* cap. 28.) *Cùm Iſaiàs duas prophetias, ſibimet invicem contrarias eàdem horà protuliſſet; neceſſe erat, ut altera, quæ facienda eſſet, ſigni oſtenſione firmaret. Unde ut Rex, quod dicebatur, indubitanter crederet; Solis in ortum ab occaſu, per decem horas curſum recidivo Deus tramite retorquet: quatenùs inde veluti manè, iterùm feſtinare inciperet; qui diei totius (exceptis duabus horis) ſpatium conſummaſſet::. Convenienter autem tale ſignum Regi, in mortis expectatione poſito, aptiſsimum evenit; quòd Dominus per Solem fieri taliter, congruâ diſpenſatione diſpoſuit: quoniam ſicut Sol, in procinctu occaſus ſui poſitus, in diei initium reducitur; ſic Rex in mortis expectatione conſtitutus, quaſi ad incipientis vitæ gaudia revocatur.* Sicut ſanitate prolatà, dictum contrarium præfinitæ & prænunciatæ morti; ita reverſione Solis, factum contrarium curſui in occaſum labenti.

Iſai. 28. 1.

4. Reg. 20. 9.

Curſus in motu contrario Solis, datum Regi ſignũ ſanitatis.

Auguſt.

48 Rabbini, quaſi cauſam Scriptura prætermiſiſſet; è nugarum theſauro, aliam delirantes proferunt cauſam. Achaz, Ezechiæ pater, cultum Dei & lucernam templi extinxit, ut fusè in *Ephemerid.* 18. *Iul.* n. 3. 27. n. 9. 30. *Octobr.* n. 2. & 10. *Novembr.* n. 3. Eò quòd ita impius, noluit Deis, eius cadaver regiè ſepeliri, licèt funeri cuncta parata pomposè. Quapropter iuſtis cœptis, Sol ſubitò occubuit, ſubtractis diei, umbris denſis, decem horis, ne ritè fierent in auctoramen exequiæ. Tunc occaſu præperi, inuſitato Solis, extra & ultra ambitum climatis; mutatus eſt ordo totius univerſi per de-

Fabula Hebræorum.

cem

cem horas, quia non tantùm absens Solis refulgentis claritas, sed cœlorum series, cùm Plan etis, Signis, constellationibus, atque mundi luminaribus. Hinc ut ordo restitue- retu ', series modò constituitur: igitur in signum valetudinis Ezechiæ, totidem horas, luce in ortum regredientе Solis, Deus diei reddidit, & ultra luminis extensionem con- cessi : ; quot in Achazi funere (sub horizontem sepulto splendente Sole) iustè detraxe- rat, perturbato ordine cœli. Insigne ratiacinium, si Phœbo placet. Ita Rambam, alij- que i ndicant apud Hieronym. in *Tradition.* In 2. Paralip. 28. Ex ipsis etiam recolunt Alap id. & Sanctius tam, *Isai.* 38. n. 24. quàm, 4. *Reg.* 20. n. 26. Nos fabulam re- tulim ius, in *Ephemer.* 22. *Maij*, n. 5.

49 Totum itaque ludicrum, Rabbinorum gerræ & gerræ, risu dignæ. Aliquatenùs sensu m imitantur nonnulli ex nostris, accipientes sine delectu, umbram quasi noctem, & S olem quasi diem (Prætermitto illorum nomina propter reverentiam) unde cogitant optic onem Ezechiæ concessam in diem atque lucis extensionem; ac in noctem & eius ce- lerit atem. Iuxta illorum sententiam, promissum Exechiæ utroque extremo portentum, mon ento eodem, quo in horologio Achaz, decimam lineam fulgens percutiebat Sol; ita u t horologio duodecim lineis constante, in noctem restarent solummodò binæ lineæ, vel binæ horæ. Qua quidem suppositione, cùm signare, vel progredi ultra duas lineas vel horas, non posset Sol (quoniam nox post illas futura erat, & in nocte nulla umbra, qui ppe tenebræ nox tota, & aliàs nox nullatenùs esset, modò in illa, umbra designari pos set) autumant AA. huiusce modi enthusiasmi, ita fuisse sensum verborum in exposita op tione; ut eligeret Ezechias, quod magis placeret, & ad lubitum mallet: q. d. Domi- nus per Prophetam: Vis, ut Sol progrediatur in momento ad decem horas, fiatque nox repentè profunda, sicut accidit in funere patris tui Achaz; an ut Sol retroagatur à loco, ubi iam est prope occasum, unde manè ante horas decem dies præsens habuit initium? Hoc non est, sacra testimonia exponere, sed retorquere. Sacer textus penitùs cogitationi contrarius. *Vis* (dicitur, ibid. v. 9.) *ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?* Acceptà *umbra* pro nocte; quæ non advenerat, non poterat nox reverti: aliàs esset nox & lux, & tenebræ eius, sicut lumen eius: hocque esset maius prodigium inter prodigia; siquidem nox luminosa, atque umbra sine umbra. Ita cecinit Seneca in *Hercul. OEtæo*, v. 462. *Nox media Solem vidit*: succinente etiam M anilio, d. *lib.* 5. v. 707.

Optio Ezechiæ non data erga nostem.

Nocte sub extrema permittunt iura diei.

Manil.

50 Haud umbra ex luce Solis, ni sit super terram Sol. Unde ergo umbra in lineas horologij Achaz, ut signaretur hora; si Sol sopitus sub horizontem, nocte festinà? Deinde. Inter ascensionem vel ascensionem umbræ ex præsenti Sole; Ezechias elegit in maiorem miraculi ostentationem, umbram in horologio reverti. *Ut revertatur retrorsùm decem gradibus.* Tunc Propheta *reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsùm decem gradibus.* Hoc ergo noctù fieri nequibat. Si in nocte penitùs impossibile; optio Ezechiæ minimè oblata, ut eligere posset Solem occumbere, vel in ortum retrogradi; sed tantùm, ut umbra styli horologij Achaz, fulgente Sole, ascenderet, vel descenderet.

Ubi supra v. 11.

51 Hoc insigne miraculum (decurrentis regulariter Solis, & umbræ ex Sole retrò meantis) naturaliter fieri posse, effutit Petrus Nonnius; quem refutat Christophor. Clavius, in *Fabric. instrument. ad Herolog.* cap. 21. Sole stante in ordine, ac communi cursu proprio, mutationem umbræ peragi, asserit; modò horologium sit planum, & habeat in positione, aut situ, altitudinem poli minorem, quàm graduum viginti trium, inter Æquatorem & alterum Tropicorum, Cancri nempè & Capricorni: siquidem sicine umbra retrocedit naturaliter in cursu Solis. Demonstratio huiusmodi artificij exponitur à Clavio, loc. cit. Quare Nonnius audacter profert reversionem umbræ in horologio Achaz naturalem fuisse; ex eo quòd umbræ repentè in contrarium mutentur egredientibus torridam Zonam; quò umbræ corpora sequuntur, & extra Zonam præcedunt. Unde Lucanus, 3. *Pharsal.* v. 247. & lib. 9. v. 539. decantat:

Reversio umbræ in horologio non naturalis.

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.
In Notum umbra cadit, quæ nobis exit in Arcton.

Lucan.

Videatur hic Hugo Grotius, Ioseph Scaliger, in *Prolegom. ad Manil.* Frater eius Iul. Cæsar, in *Poetic.* lib. 6. cap. 6. Cœl. Rhodigin. 1. *Antiq. lect.* cap. 10. & Georg. Draud. in *cap.* 46. *Solini.* Multos sanè deliros vidi, sed nullum, uti Nonnius in huiusmodi in-

ſania, deſipientem: Ieruſalem num in altitudine 23. grad. inter Æquatorem & Tropicos? Unde ſcivit horologium Achaz non umbilicale, ſed planum? Miraculum & ſingulare in reverſione umbræ exponitur ad ſignum ſanitatis Ezechiæ. Quænam ſi les Regi in ſignum, ſi umbræ reverſio naturalis in ſuperficie linearum? Fatiſcit cogitatio ſine intellectu. Apageſis dementem.

52 Alij arbitrantur umbram factam, quin eſſet intermedium corpus opacum, radijs Solis obiectum: ita ut umbra regrederetur, quin retrocederet Sol. *Diſpoſuit Deus miraculosè* (ſubdit Burgenſis) *quòd Sole incedente curſu ſuo, abſque aliqua variatione ſeu retroceſsione, radij Solares in horologio Achaz tantùm, & non alibi, retrocesserint per decem gradus.* Varijs rationibus cogitationem roborat Doctiſsim. Sanctius, in cuius verba iurat Alapide: igitur Deus impedivit Solares radios, ne lucem ſpargerent in ſtylum horologij Achaz, niſi ab ea parte tantùm, ex qua umbra adverſa iacere tur in lineas, ab Iſaia deſignatas, & ab Ezechia ægroto è cubiculo videndas. Quo namque facto, neceſſe, erat umbram ad illas dumtaxàt lineas tendere, & non in alias; quaſi Sol regreſſus eſſet: igitur ita eſſet, ſi regrederetur Sol. Miror ſanè ratiocinium. Illo in articulo, non unum profectò, ſed duplex oculis obijceretur miraculum. Primum, quòd corporis opaci coram luce non eſſet umbra. Secundum, quòd umbra eſſet ſine corpore: ſiquidem ſine umbra ſtylus eſſet (aliâ horâ ſignatâ ex diametro lucis) in quo lux habere debebat umbram; & umbram habere diaphanum corpus, quaſi pellucidus aer eſſet horologij ſtylus. Non eſt utique, ſiccine prodigium referre, ut factum; ſed præut ab interprete apprehenſum, vel confictum.

Burgenſ.

53 Hoc miraculum (dicunt præfati AA.) poſsibile omnipotentiæ Dei. Tranſeat verum ne, Deum facere quod poſsibile? Poſsibile aſſeritur; quippequàm non novum accidens ſine ſubiecto; & ſubiectum ſine accidentibus, imò ſine paſsionibus & proprietatibus. Hoccine poſtremum patet in igne ſine luce, ac ſine ardore; de quo ſæpe in Bïblijs: *Exod.* 3. 2. & *Daniel.* 3. 94. Primum, in luce prima, ſine ſubiecto creata, iuxta ſententiam Baſilij in *Hexaemer.* Homil. 6. Theodoret. in *Geneſ.* 1. & Gregor. Nazianzen, Orat. in *Novam Dominic.* Elucet etiam in Euchariſtia. *Accidentia ſine ſubiecto in eodem ſubſiſtunt, ut fides locum habeat*: inquit Angel. Magiſt. *Opuſcul.* 57. Portentum hoc modo poſsibile Numinis omnipotentiæ. Suffragor: ſed ita factum, inficior; ſi quidem tanto prodigio non erat opus in opus. Quorsùm ſi miraculum fiebat umbræ reverſione; tot miracula ſuperflua in mutationibus umbræ? Non oportet ſeparare radium Solis à Sole; nec dicere radium conſtituentem umbram, à Sole non eſſe; nec fuiſſe ſine ſubiecto, nec habuiſſe motum contrarium adverſus Solis motum: igitur reverſo Sole, ac retrogado; neceſſarium ſanequàm, quod umbra reverteretur in horologio. Hoc eſt, Sole procedente ad Occaſum cum ſuis horologicis umbris, in diei exiſtentis complementum; neceſſariò reverſuras umbras, illo regreſſo in orientem. Umbra utique ex corpore luci interpoſito, ſequitur lucem. Si umbra reverſa eſt, planè reverſus eſt Sol.

Accidens ſine ſubiecto, & econtrà.

D. Thom.

54 Ita ſummi ſubſelij, graviſsimi, auctorati DD. Auguſtin. quò ſupr. *n.* 47. Hieronymus, Cyrill. Procop. & Lyranus, in *Iſai.* 38. Theodoret. in *Pſalm.* 29. Dionyſ. Areopag. *Epiſt.* 7. ad Polycarp. Ibid. in *Scholijs*, Georg. Pachimer. Caietan. Hugo, Malvend. Adam. Sasbout. Elias Cretenſ. in *Orat.* 3. Nazianz. Michael. Glycas, 2. p. *Annal.* Georg. Cedren. pag. 49. Hermann. Schedel, *Mund. ætat.* 4. cum ferè cunctis receptioribus. Hi omnes, quaſi indubitabile aſtruunt, Solem (in ſignum roborandæ valetudinis Ezechiæ, lethaliter iacentis) in cœlo à ſuo curſu receſsiſſe; ac in horologio Achaz, pariter umbram ad motum Solis ex diametro per decem gradus reverſam: equidem ſi iuxta Solis ſtationem, tempus ſtylus horologij deſignabat; retroacto Sole, neceſſe fuit, aliud tempus ab umbra deſignari, & totidem horis in proportionali linea, quibus Sol ad orientem retrogreſſus in ſphæra. Conſtat apodixis ex Sacra pagina. *Reverſus eſt Sol decem lineis, per gradus quos deſcenderat.* Ita legitur apud Iſaiam: & apud Siracidem: *In diebus ipſius retroceſsit Sol, & addidit Regi vitam.* Quid expreſsius ac perſpicuius in hanc cauſam? Umbram patet reverſam fuiſſe: 4. *Reg.* 20. 11. Umbra fit ex interpoſitione corporis opaci, Solis luci oppoſiti: Sol ergo, à quo lux in umbram, videtur retroceſsiſſe, ex umbra retrocedente. Per umbram enim cognoſcimus varias ſtationes in Solis exaltationibus & declinationibus, ortu & occaſu, & meridie. Miraculum in miraculoſam ſanitatem à Numine promiſſum eſt. Quin reverteretur Sol, eſſet in umbra miraculum. Non miraculum in umbra, Sole revertente, quem umbra ſequitur. Unde indubitabile, Solis corpus retroactum; ut promiſſum à Propheta, conſpiceretur prodigium.

Iſai. 38. 8. & Eccli. 48. 26.

An Sol verè reverſus?

Dein-

55 Deinde. Solius umbræ miraculum Babylonij obſervare nequibant. Si umbra miraculoſa in horologio Achaz; iſthoc horologium, quod videre non poterant, erat in Ieruſalem. Viderant diem ſolito longiorem. Quapropter Merodac, Rex Babylonis, miſit legatos ad Ezechiam; *ut interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram.* Perpende, *Super terram.* Duo viſa in articulo. In cœlo, Solis retrorsùm greſſus, & contra naturam curſus. In terra, ex Sole retrorsùm acto, umbræ ſequentis, in horologio reverſio. Portentum cœli Babylonij iam viderant; & de portento in terra patrato interrogant; quippequàm diſsiti haud aſpexerunt umbram recedentem, ſicut proſpexerant Solem. Aliter teſtimonij obiecti ſenſus. *Super terram*, non eſt in terra. In terra reverſa eſt umbra. *Super terram*, in cœlo; facta eſt Solis remeatio. Neſciebant receſſus Solaris cauſam: & inquirunt de prodigio *ſuper terram*; quippe quod in terra, umbrà recedente, naturale, in cœlo reverſo Sole. Obſervatum fuiſſe à Babylonijs prodigium retrogradi luminaris, retur Maluenda, loc.cit. & Areopagita, d. Illum diem triplicatum ex diuturnitate lucis etiam notatum à Sacerdotibus Perſis. Minimè ut novum obſervaretur, ſi in umbrà non viſa, dumtaxàt eſſet prodigium. Ergo Sol reverſus eſt: quandoquidem per lucis irregularem ſed perſpicuam extenſionem; cognoverunt Solem reverſum fuiſſe in Orientem: aliàs iter iam peractum regyraſſet, dies iuxta temporis periodum ſplendorem non extenderet. Solem Deus ab initio conſtituit in poteſtatem diei: at luminari retrò acto, dies fuit illa in poteſtate Solis. Per ampliorem enim diei elabentis irregularem curſum, cognoverunt Babylonij in cœlo Solem reverſum. Maluenda: *Ad inquirendum de prodigio retroacti Solis, præut obſervatum fuerat à Chaldæis.*

2. Paralip. 32. 31.

An Babylonij inquiſiſſent de Sole retrorſùm acto?

Maluend.

56 Nec ſic perturbatus eſt ordo cœli, & univerſi; dicitur à Mathia Thoringo, in *Replica adverſ. Burgenſ. pro Lyrano*, in cit. 4. *Reg.* 20. *Sicut ſteterunt* (ait) *ſtante Sole ſub Ioſue; ita & ſub Ezechia, retrocedente Sole, cætera luminaria retrocedebant, & ita in computis motuum non potuit fieri error: quia ſive ſtando, ſive retrocedendo, ſemper remanſit idem aſpectus corporum cœleſtium inter ſe: quod probat Auguſtinus per computum circulorum.* Doctorum Aquila, loc. cit. de *Sacr. Script. Mirabil.* poſtquàm cyclum Solis de occaſu ad ortum aſtruxit, exceptis duabus horis diei, quæ deerant ad complementum; ſubdit: *Per quas duas horas, ut multi exiſtimant, celeri curſu de occaſu ad ortum Sol revertitur; ut dies integra rurſum ſine interveniente nocte, in ortu innovaretur: ut ſcilicet dies duos in una luce concluderet; quomodo & ſub Ieſu, filio Nun. Inadubitanter & hac vice Luna reverti, minimè dubitatur; quatenùs nequicquam cyclorum curſibus conturbaretur. Propter quod & maris ipſa viciſſitudo impedita fuiſſe, non denegatur; cùm Lunæ curſibus comitaretur naturam.* Motus Solis eſt regula & menſura motuum aliorum Planetarum, ut vidimus; *num.* 35. & roborat in *Pſalm.* 71. in fin. ipſe Auguſtinus, inquiens: *Per Solem tempora ſignata ſunt.* Unde rorrocedente, vel ſtante Sole, retrò ibunt; vel ſtabunt cætera luminaria, temporum ſigna. Ioann. Iovian. Pontan. 1. *Uran.* canit:

Thoring. *An Sole retroacto, alia rum luminarium facta regreſſio?*

Auguſtin.

Sol qui terrarum flammis opera omnia luſtrat
Ipſe idem Superùm Princeps, ductorque Choreæ:
Ad cuius numeros & Dij moveantur, & orbis
Excipiat legem, præſcriptaque fœdera ſervet.

Iovian. Pontan.

57 Hoc portentum legitur non ſolùm in veteri teſtamento, ſed & in novo; uti obſervat Maiolus, quò ſupr. & refert de Mutio Abbate: ſicut Novarin. & Bonifac. Bagatta, plura & ſtupenda, *Tom. 1. de Admirand. Orb. Chriſtian. in Microcoſm. & Macrocoſm.* lib. 1. à cap. 4. Herodot. in *Euterp.* ſive *lib. 2. n.* 46. aſſerit, obſervatum ab Ægyptijs, Solem ab occaſu exortum, poſt fugam Sennacherib, Aſſyriorum Regem, & eius copiarum eadem. Exterminium accidit ſub Ezechia. 4. *Reg.* 19. 35. *Iſai.* 37. 36. *Eccli.* 48. 24. 1. *Machab.* 7. 42. & *lib. 2. cap.* 8. 19. Unde cùm Sol hoc in tempore retroceſſiſſet; miraculo ab Ægyptijs non cognito, intellectum profectò, Solem oriri ab occaſu. Sub Ezechia haud primò patratum huiuſmodi dignum admiratione portentum: equidem ut refert Galeottus Martius, de *Doctrin. promiſc.* cap. 38. *In exitu Iſrael de Ægyptiaca captivitate, ordo rerum univerſi mutatus eſt, & Sol ſuo recto tramite derelicto, ad inſueta loca pervenit.* Quid quòd AA. Catholici deſignent; ubi retrò actum Solem cognoverunt vel Ethnici? Senec. in *Thyeſt.* à v. 820. & in *Agamemn.* 815.

An Sol aliquando retrogradus?

Ipſe inſueto novus hoſpitio,
Sol Auroram videt occiduus.

Seneca.

Retu-

Retulitque pedem alternis nomen
Stella quæ mutat : ſeque mirata eſt,
Heſperum dici. Aurora movit
Ad ſolitas vices caput relabens.

Nonnus in *Dionyſiac.* lib. 42. à v. 50. modulatur de Sole ſtante, & retrò eunte:

Nonn.

Ducem Aſtrorum exoravit, retrò extenſis curribus
Ætherio ſtabilem equum, reſtringentem freno
Extendere lucem; ut tardum in occaſum veniret,
Renaſcentem diem augens.

58 Hi fautores & ſententia retrogradi Solis, in orientem inſolitò remeantis. Contrarium nobis potiore iure, ac validioribus argumentis, ſacrorum fulcris, meritò arrideri; quod priſcis Rabbinis placuit: ſcilicèt, Rab. Barbineli, Rambam, Kimhi, Aben-Ezræ, & Maimonidi. Etiam propugnant ex noſtris Doctores celebres, tametſi in modo reverſionis umbræ, Sole currente, diſſentiant cogitatione. Præfatum ſingulare miraculum ſecundum propriam textus ſignificationem ad litteram, necnon & rationis ſine nube iudicium; non fuit factum in corpore Solis, nec in ipſius curſu, aut cyclo regulari: neque in radijs à Sole per Orben extenſis; ſed tantùm in umbra horologij Achaz; non radijs rectis Solis, ſed per meteoron reflexis; quin aſtrorum turbaretur ordo, imò cunctis permanentibus in regulari aſpectu, ac connaturali curſu. Ita Burgenſis pro viribus, 4. *Reg.* 20. in *Addit.* cit. Vatabl. Arias Montan. & Saä. Non ergo neceſſarium erat ad ſignum pro ſanitate pollicitum; quòd Sol reverteretur, confuſo cœlorum ordine; dum ſatis in horologio regreſſus umbræ: quapropter dum ſalutis ſignum admittitur, miraculum in umbra tantùm ſignatur.

An umbra tantùm reperſa?

59 Non aliter in Scriptura articulus rerum obijcitur. In optione, Regi propoſita à Propheta, de Sole nec ullum verbum. Exponitur dumtaxàt umbra (quæ quidem à Sole) & in horologio Achaz. *Vis* (dicitur) *quòd aſcendat umbra decem lineis, an ut revertatur*? Nihil dicitur circa Solis motum aut curſum, vel retrorsùm, vel antrorsùm. Si intendimus vigilanter in verba, ſignum non datur in Sole, ſed tantùm ex Sole in umbra. Quorsùm opus & molimen aſcenſionis vel regyrationis Solis; ſi umbra ſatis erat promiſſæ ad ſignum ſalutis? Additur, *Umbra in horologio Achaz.* Ergo non reverſus Sol: quandoquidem ſi Sol reverteretur in cœlo, eſſet umbrarum reverſio in quolibet horologio. Pende articulum. Si retrocedente Sole, umbra tantùm in horologio Achaz; maius profectò fuiſſet illotunc miraculum: quippe in cunctis alijs, niſi in horologio Achaz, coram luce Solis, & linea rectà, ſine umbra eſſent alia corpora opaca. Maius utique quàm in umbra portentum, ſi in Sole factum. Cur igitur tanti momenti non proclamatur portentum? Quoniam non factum in Sole, ſed in reverſione umbræ; cuius gyro & recurſu minimè ordo turbaretur univerſi. Denique: ſignum miraculi ſanitatis Ezechiæ, erat in quolibet umbræ motu. Ubi ſuprà, v. 9. Sol ſi peractum repedavit curſum; in umbræ reverſione non fuit miraculum: igitur naturale, umbram ex diametro ſequi Solem; ſive naſcentem, ſive in occaſum præcipitem.

Ubi ſupr. v 9.

Verſ. 11.

60 Hebræos inter, ſaltem traditione, audiretur Solis cyclus aliquando aliquomodò mutatus: at luminaris haudquaquàm in mentem venit vel acceſſus vel receſſus. *Ob magnitudinem morbi, & inopinatum de ſalute nuncium, Ezechias dubitans; prodigioſum aliquod ſignum ab Iſaia poſtulat: & rogante Prophetâ, quodnam ſignum exhiberi ſibi poſtulet; voluit* (inſit Ioſeph. 10. *Antiquit.* cap. 3.) *ut quando umbra in ſuo ſolario, iam ad decimam lineam proceſſerat; per totidem lineas reverti illam faceret.* Conceditur illi, quod in ſignum ſanitatis in lecto iacens videre quibat. Siccine, dumtaxàt umbra reverſa, atque in horologio Achazi miraculo-mota: lectulo morbo lethali iamiam moriturus ſuccumbens, perperam quibat videre curſum vel recurſum Solis. Nec obſtat, quod Merodac, Rex Babylonis, ad Ezechiam miſerit legatos; *ut interrogarent de portento, quod acciderat ſuper terram*: quod quidem primâ facie fortiſsimum argumentum videtur, & ſic in nos efformatur. *De portento* (dicitur) *quod acciderat ſuper terram.* Portentum ſuper terram, in cœlo eſt. Non potuit fieri portentum in umbra, quæ apparuit in terra, & in horologio Achaz; ſed in Sole, à curſu regulari recedente: quo ſanè dies extendit ſpatia lucis, propter ampliorem extenſionem curſus retrogradi Solis: quamobrem apud Siracidem legitur, ut vidimus: *Retrò radijt Sol.* Præterea: cum Chaldæi Aſtronomiæ eſſent periti, & præter cœli, aſtrorumque ſeriem vidiſſent lucem diuturniorem (quæ à Solis præſentia, & non ab umbra) portentum ſuper terram, non quibat eſſe

Ioſeph.

2. Paral. 32 31.

Portentum non in cœlo.

um

umbræ reversios sed Solis in Orientem regyratio: quapropter apud Isaiam, dicitur: *Reversus est Sol decem lineis per gradus, quos ascenderat.* Eius igitur luce in ortum regrediente; in horologio Achaz resultavit ex diametro signum umbræ. Isai. d. v. 8.

61 En Achilles, sed ictus ab Apolline. Nobis validissimum munimem, quod construebatur in obicem. Chaldæi portentum, quod dicitur factum in cœlo, viderunt vel non viderunt? Si viderunt, quid interrogant, quasi essent inepti, qui in Astrologia periti? Si no viderunt, quomodò in cœlo portentum observarunt & ut portentum? Si Sol remeasset, secum trahens astra, tempora constituentia; scirent Babylonij, callentes ordinem cœlorum, quod non fugisset ruditatem agrestium. Interrogant ergo de quo nec noverant, nec didicerant. Hoc erat umbræ reversio; quippe Solis, ad oculum fuerat cognitio. Elucet vel cæco, dum interrogant ignotum, non in Sole; sed in umbra factum portentum. Recurrente Sole, non solùm pateret in Iudæa; ut ex horologij stylo atque luce fieret umbra, cùm etiam regiratio videretur in Chaldæa. In textu sacro signatur locus in horologio Achaz, locato in Ierusalem. Ibi in signum, portentum tantùm. Sol siccine indubitantur nullum habuit in cœlo ad cursum recessum. Quare Babylonij legati interrogant de umbra, quam non viderant, imò nec videre poterant.

62 Tò *super terram*, perperàm intelligitur in cœlo. Idiotismus est Hebraicus, frequensque sacra in pagina dialectus. An cuncta quæ dicuntur super terram esse; quippe *super*, sunt in cœlo? Apostolus Paulus dicit, *Rom. 9. 28. Verbum abbreviatum faciet Dominus super terram.* Num in cœlo? Dum *super terram* dicitur, in terra signatur, *Ego te clarificavi super terram.* Ioann. 17. 4. Idest, in terra, inter homines. Ita in textu sacro obiecto, ex Hebræo legit Maluenda: *Ad quærere prodigium, quod fuit in terra.* Ergo portentum dumtaxàt factum in umbra revertente, & non in Sole: aliàs si huius esset regyratio, portentum factum diceretur in cœlo. Non enim profertur, *de portento facto in Sole*, vel *in mundo*; sed *super terram*: Si portentum in terra, factum in umbra. Quis inficiabitur? Concedit pugnax etiam in cogitationem Docti I. Sanctius, hìc *n.* 15. *Chaldæi audierant, ex gravi morbo convaluisse Regem, idque significatum esse illustri portento: atque ideo legati mittuntur, qui de valetudine gratulentur, & de portento, quod rumore tantum acceperant, docerentur. Quod ideo sibi persuadere poterant accidisse propter Regem Ezechiam; quia in eius tantùm urbe, aut potius in eius tantum domo, atque adeo in uno tantùm horologio contigisset.* Non ergo in Sole: equidem Sole regyrante, & in ortum revertente; non tantum umbra in horologio Achaz, in urbe, in aula; sed contigisset ubique. Super pro In. Cycli portentum, in umbra tantum Sanct.

63 Dum in præfatis sacris testimonijs enunciatur Sol reversos; accipitur Metonimicè: pro effectu scilicèt causà, iuxta loquendi modum communem, nequaquàm iuxta veram entitatem. De huiusmodi stylo in sacr. pagina; *num.* 40. & sæpe *Tomis prior.* dixi: signatè *Tom. 6. T. 2. n. 44. & T. 4. n.* 20. Ita dicitur, *cap.* 4. 8. *Percussit Sol super caput Ionæ*; nimirùm solares radij: frequenterque æstus & calores à Sole exeuntes, dicuntur *Soles.* Hinc cùm umbra in horologijs ex luce Solis, gnomone opposito, naturaliter resultet, & in horologio Achaz miraculosè recederet; signatur recursus Solis; qui tantùm recessus umbræ: igitur in horologio, umbræ regyratio apparuit; quasi Sol cœlo ad orientem recessisset. Solis utique illo in articulo orbita non immutata quoniam portentum mirabile factum dumtaxàt in umbra. Metonimia

64 Ipse Augustinus, eodem in loco, quo videtur astruere Solem retrogradum; umbrà tantùm recedente, Solis statuit regularem cursum. *Unde* (inquit) *in hac reversione convenit Solem non mutasse.* Si cursus Solis iuxta Augustinum, non muratus, & umbra mutata; portentum minimè factum in Sole, sed in umbra. Ordo cœli numquàm mutatus, ut fusè diximus, *num.* 33. Augusti.

Artificis formata manu, digesta moventur
Ordine cuncta suo. Manet irrevocabile munus. Dracons.

Succinit Dracontius, de *Oper. sex dier.* à v. 336. Maiolus, quò supr. *Sol & Luna* (inquit) *quotidiano cursu terram semper circumambiunt: stare autem, aut revexti retrorsum, non possunt. Ita enim legem accepit Sol à Deo, ut semper currat, tantoque ordine semper perseverare.* Poëtæ: ut vidimus, *num.* 57. contraria proferunt. Fingunt, illisque videtur non dici magna, ni ultra vera, ut decantata sint nova, & admirationem concilient impossibilia. Manilius vel Ethnicus Astrologiam professus, & in illa apprimè doctus, adversus Poëtarum dementem mentem, dum ostentant acumen; ordinis cœli seriem definit uti immutabilem; *lib.* 1. d. *cap.* 6. à v. 42. Maiol. *Ordo astrorum immutabilis.*

Manil.

Numquàm tranſverſas Solem recurrere ad Arctos,
Auroramque novis naſcentem oſtendere terris:
Nec lunam certos extendere luminis orbes.
Sed ſervare modum quo creſcat, quòve recedat.
Nec cadere in terram pendentia ſidera cælo.

65 His ergo claret voluntarium, & ſine rationis fulcimine, quod impensè Thoringus propugnat; ut præmiſſum, *num.* 56. videlicèt, reliqua cœlorum luminaria, retroceſiſſe retrogado Sole. Nec ſententia eſt Auguſtini, licet à Doctore Sanctiſsimo expreſſa; quoniam profert: *Ut multi exiſtimant.* Loquitur iuxta exiſtimationem multorum. Sententiam exponit, verùm non aſtruit. Revertente Sole, ait Thoringus, aſtra quoque ordine cœli reverſa. Ergo reverſa non ſunt, quia non reverſus eſt Sol. Hinc in præceps tanta moles. Diſputatio planè nihili, ſubiecto non ſupponente. Diſquiſitiones diſponere iuxta voluntaria ſuppoſita, eſt profectò intellectum mittere in paſcua. Liquet ex ſequelis. Pendendum. Si maris continua tunc viciſsitudo quieſceret, retroacta Luna, cuius motus mare ſequitur; & Luna retrò ceſsit cum cæteris aſtris, quoniam retrò curſus Solis; evanuit in illo articulo conditio eſſentialis temporis. Sol, Luna, & cætera luminaria, ſunt ſigna temporum, dierum & annorum; quia curſu regulari ab ortu ad occaſum, indicant in diebus & annis tempus. Si temporis cauſa luminaria; his retroactis, receſſerunt etiam tempora. Quis vel furens phreneticè cogitaret? Quod non poſsibile, proferret Solis illo in tempore decurſus: nimirùm, quòd eſſet revocabile tempus. Ludicrum utique, ut claret vel inſipienti: igitur dum temporis præſentia inſtantia, fugiunt interea. *Irrevocabile tempus omnibus eſt vitæ.* Virgil. 10. *Æneid.* v. 467. & Ovid. 3. de *Art.* verſ. 63.

Auguſtin. *Aſtra non ſunt retroacta, reverſa umbrâ.*

Ovid.

Nec quæ præterijt, rurſùm revocabitur unda;
Nec quæ præterijt hora, redire poteſt.

66 Similiter, ſine ſuppoſito, evaneſcunt, quæ de die longiore ſolito cogitant, quî de Sole retrò acto proferunt ſine reflexione ſententiam. Thoringus, Sanctius & alij cum Sacerdotibus Perſis, illum diem triplicatum conſtituunt. Loquuntur ex ſuppoſitione. Alapide, ſeptemdecim horarum: duodecim naturalium, & quinque deinde; quia ab hora decima curſum tranſactum repetijt Sol. Apud Auguſtin. d. *Duos dies in una luce,* legitur. Alij alia, ſed pro libito cuncta. Totum namque evanidum, quippequàm nullum ſuppoſitum. Embolium ſi ex retrogreſſu Solis; nihil ſucci, Sole non retrocedente. *Diſpoſuit Deus miraculo.è* (ſubdit Burgenſ. ut diximus, *num.* 52.) *quòd Sole incedente curſu ſuo, abſque aliqua variatione ſeu retroceſsione, radij ſolares in horologio Achaz tantùm, & non alibi, retroceſſerint per decem gradus; & iterùm reverſi ſunt per alios decem gradus: in qua quidem retroceſsione radiorum, & eorum reverſione, illa dies nec fuit maior, aut minor ſolito: nam curſus naturalis & curſus ſolis non fuit in aliquo variatus.* A curſu Solis, non ab eius luce menſura diei dimanat: alioquin diem faceret minorem, ſi pateretur Eclipſim. Hoc enim modo nullus cœleſtium corporum viſus eſt error: qui quidem naturaliter contigiſſet, tot auctis horis, Sole retrocedente.

Nec dies ſolito maior.

Burgenſ.

67 Suffragor ſententiæ, ſed non modo poſitionis; quia ſic oportebat, radium Solis à Sole ſeparari, vel de novo à Numine educi, vel ſingularem lucem à Deo creari, umbræ effectricem adverſus Solis motum; non interpoſito corpore opaco, ac deſignandas lineas in horologio. Deinde idem eundem radium operari reflexè, quod rectè debebat facere; in quo obijcitur impoſsibile, & alia præmiſſa, *num.* 52. Modus ergo huiuſce portenti non ſic. Retroceſsit ergo Sol ad ſpeciem tantùm; quippequàm ad ſignum quaſi viſus retrocedere. Hæc ſub Ezechia, Solis ad ſpeciem retroceſsio, facta utique ſicut ſub Joſue Solis ſtatio. Nimirùm Sole percutiente gnomonem horologij Achaz, ſignantem in illo lineam decimam (ut notabat umbra) & impeditis Solis radijs (naturaliter directis atque rectè in horologium) miniſterio Angelorum, formata eſt in nube meteorologicè imago Solis, perſpicua cunctis; ſed Sole occulto. Nubes enim imagine Solis (de quo latè egimus à *num.* 41.) ita aptata in horizonte proportionaliter fuit; ut Solis imago ex ea percuteret lineam primam, quam quinque retrò horis Sol in oriente tetigerat; & quam tunc minimè percuteret, ſi pallam eſſet. Cùm ergo radius imaginis Solis lineam ſignaret, quaſi Sol retroceſsiſſet; Sol dicitur retrogradus, & eius in cœlo gyrus; quippequàm regulariter non aliam lineam ſignaret, modò in ſphæra ad ſignum reverſus eſſet.

Quomodò reverſa eſt umbra ex Sole, Sole non retrocedente?

68 Hac poſitione ac diſpoſitione, nulla novitas in diuturnitate aut brevitate ad con-

constitutionem regularem Diei. Nulla umbræ ex luce Solis mutatio, nisi in horologio Achaz. Nulla in cursu Planetarum, nec in ordine motuum cœlestium orbium; nec in mari, nec in tempore. Reversa est umbra, non Sol. Non immutantur astra, ex eo quòd in terra maveatur umbra. Radij Solis in nube rorida (reverberationis capaci) efformarunt repercussione imaginem adinstar sui micantem, & rectè ad horam primam lineam horologij percutientem. Ita tunc hora prima, cùm iuxta tempus extra Achazi horologium, esset decima. Nonnulli admittunt umbram motam in cunctis civitatis horologijs, imò regionis Iudeæ (quod non facile, ubi dumtaxat asseritur a nobis in horologio Achaz: siquidem radij Solis, sive directe sive reflexè, idem signant ubique. Umbra tantùm fiebat in horologio Achaz; dum imago Solis in nube lucida extenderetur ad cuncta urbis horologia. Maius profectò in umbra & ex umbra miraculum: siquidem ita in meteoro Angelicum ministerium; ut in alijs horologijs Sol recte signaret decimam, dum imago impressa nubi, in horologio Achaz primam demonstrabat horam. Hoc necessarium: in dispersione lucis, dum videntur (uti sæpe) duo Soles. Vide *num.*42.

An solùm vè lapsa in horologio Achaz.

69 Apud AA. præfatos, anxiè controvertitur, quam diù duravit Solis reversio? Nos negato supposito, inquirimus: Num umbræ retrò actio facta fuerit in momento? Num statim evanuerit, ut Ezechias eius mutationem è recessu vidit; an aliquot horis cum aulicis Rex portentum observaverit? Vel denique an paulatim & sensim umbra in præfato horologio ad primam lineam pervenerit; quo celebrius, videntibus cunctis, prodigium fieret? Ariolari oportet. Arbitror nihilominus, totidem horis umbram in lineam Primam peregisse cursum; quot Sol absumpsit usque ad decimæ ascensum. Alias si in momento temporis fieret portentum, dici poterat phantasticum, vel præstigias oculorum. Astipulatur cogitationi Iosephus: etenim cum postularetur à Rege Ezechia (uti relatum, *num.*60.) ut quando umbra in horologio iam ad decimam lineam pervenisset, per totidem umbra circulum retrò ageret, subdit: *Cùm Deus hòc dedisset Prophetæ precibus; viso (ut voluit) tam insigni prodigio; confestim sanitate recep*ta*, ad templum ascendit, & adorato Deo, vota persolvit.* Ezechias si animadvertens vidit per totidem lineas, per quas ascenderat Sol, umbram reverti, & gradatim circum duci; saltem quinque horæ tricæ in umbræ retrogressione: ita enim perspicuius clarebat miraculum; quoniam ita factum & perfectum, uti optatum & promissum. Non enim ad miraculum signaretur horologium, ni aliquod esset horarum disparium. Non enim absolutè reversio promittitur umbræ; sed in lineis horologij.

Quandiù duravit umbræ reversio?

Ioseph.

70 Nihili ducendum, dicere: Ergo saltem per quinque horarum spatia, crevit in illo articulo dies. Umbra facta ex luce, lux dimanavit à Sole, Sol illas quinque constituit horas, licèt reflexè. Iterùm dico ducendum flocci. Sol occultò à nullo visus, suum perageba: connaturale cursum, currens orbitam; quandiù eius imago in nube per lineam & lineam conducebat umbram: ita ut hac perveniente ad lineam primam, destinatam in valetudinis signum (in horologio Achaz in quo portentum) & simul evanescente cum imagine Solis in nube; eandem horam temporis congrui signaret apertus Sol, & in cunctis horologijs, & in horologio Achaz. In hoc tantùm exhibitum ac ostentum prodigium; umbra tot gradibus recederet, quot Sol in illo ascendisset. Quapropter cum lucis Solis nec minueretur, nec augeretur splendor; dies ille climate in illo, vel cum portento nec minor nec maior. Nec concedendo in nube perseverantem è Sole fulgorem, Solis regressionis ullum ostenderetur specimen: siquidem vel Sole in occasu (quod inficior) imagine Solis perseverante in meteoro; sicut sub Iosue, ad extensionem lucis, præternaturaliter nubes sequeretur cursum Solis. Hinc licèt dies esset maior, non ideo Sol retrocessisset in cœlo. Non enim stetit Sol; sed dies extensa in diebus Iosue. Hæccine sententia nostra, & rationes pro sententia. Quid mirum, quòd de huiusmodi singulari portento, illis ignoto, interrogarent Babylonij, observarent Persæ, ac disquirerent Ægyptij; ut vidimus ex sacra pagina, ex Dionysio, & Herodoto? Si acu disputationem non tetigi, voluisse sufficiat. Sat.

Dies ille cæteris æquali luce.

71 Sat ergo nobis videbatur in Tautologiæ argumentum, quod in duabus *qq.* intricatis exquisitum: maximè cùm de tertia erga Solis obscuritatem, Domino patiente, sententiam præmisissemus, *num.*37. nimirùm factam interpositione nubium. Verùm cùm in placitis varient multiplicibus argumentis AA. ex professo tractare quæstionem, in obsequium amicorum instantium, planè perplacuit. Quapropter ut citò eluceat, quid de illa singulari commotione sentiam; dico, frequentiori modo loquendi, Solem signari ab Evangelista obscuratum: cæterùm litteraliter, Sol obscuratus entitatiuè non est: sicut, etsi

Ioſue, 10. 13. Iſai 38.8.

etſi dicatur, *Stetit Sol*; Sol ſub Ioſue non ſterit: nec Sol ſub Ezechia reverſus eſt; tametſi ſcriptum: *Reverſus eſt Sol.* Senſum (ſicut in ſuperioribus vidimus) ita præſentis diſquiſitionis catholicè depromemus.

Quid Alphabetum cœleſte?

72 Ab Ethnicis & Hebræis æther cœlumque habita ut theatrum, lucidaque ſcena, qua litteris ſplendoris cuncta ſint ſcripta: igne ſcilicèt in æthere, & aſtris in firmamento, lucidioribus characteribus Zodiaci: etenim variâ poſitione ac diſpoſitione Signorum, Aſtrorum & ſtellarum (ordine potiſsimè cabaliſtico) cuncta hominibus futura contenta, & tam ſcæva, quàm proſpera. Ideoque dicitur *Alphabetum cœleſte*, compactum ſtellis, pro litteris; quarum figuras & notas refert, & obſervatione phantaſtica colit, inter deliros Cabaliſtas, Iacob. Gaffarellus in libell. de *Curioſitatib. inaudit.* Hoccine Alphabetum profert Athanaſ. Kircher. *Tom.2. Oedipp. gyptiac.* p. 2. Claſſ. 7. cap. 7. *Digreſſ.ſingul.* in *Gymnaſ. Hieroglyphic.* Ne acta agerem, plura curioſa ſtudiò prætermitto. In cognitionem cerebelli pertuſi extollentium huiuſmodi inſaniæ embolium, ſapientiæ uti pretioſum theſaurum; & quantùm ſibi blandiantur de inventione ſine ſucco, phantaſiæ debacchantis aborſu; ſatis dicta etſi per indicem, *Tom. 6. T.1. án. 16.* Odi futilia: ſolummodò (etiam obiter) tangam; ubi de ſuperſtitione combinationis ad *Sortes* egero, ad illud Act.1.17. *Sortitus eſt ſortem miniſterij huius*, Tom. ſeq. *Tautolog.* 10. à num.41.

Varia meteora & portenta.

73 Meteora quædam, quæ ex Phœnomenis diverſis ex aſpectu conſtellationum cœleſtium & Planetarum (de quo ex profeſſo in *Prolog. Galeat. Ephemerid.*§.4.) maximè ſi rara, & quæ verè, vel quoad ſpeciem excedunt vires naturæ; futurorum eſſe ſigna; elucet ex ſacra pagina. *Erunt ſigna in Sole & Luna & ſtellis.* Luc.21.25. *Marc.*13. 24. & *Matth.*24.29. Plura retuli, *Tom.3.T.4.à n.*17. Horribile meteoron præſcribitur, 2. *Machab.*5.à 1.

Ovid.

Signa tamen luctus dant haud incerta futuri.
Arma, ferunt, inter nigras crepitantia nubes,
Terribileſque tubas, auditaque cornua cœlo,
Præmonuiſſe nefas

Occinit Ovid.15. *Metamorph.*fab.51. & Lucan.1. *Pharſal.*v.577. idem profert.

Inſonuere tubæ, & quanto clamore cohortes
Miſcentur, tantum nox atra, ſilentibus auris
Edidit.

Plutarch.

Nunciatum, noctù in cœlo (ait Plutarch.in *Mario*) *viſas fuiſſe haſtas ignitas: clypeoſque primùm in diverſas partes ſe commoviſſe, inde concurriſſe: formamque & motum pugnantium virorum exhibuiſſe. Denique parte alterâ fugiente, alterâ inſequente, omnes verſus occidentem ſe proripuiſſe.* Cornel. Gemma, de *Divin. Characteriſm.*lib.2. cap. 1. inter alia mira (quæ videſis) refert: *Sol viſus eſt, veluti temone ſanguineo per medium diſecari, concurrentibus undique globulis caloris cœleſtis; quos multa equitum turma vexillis eiuſdem coloris inſtructa, ſequebatur, tanto impetu concurrentium; ut horror ſpectantibus cum voce è vita propè eliſerit.* Idem & Ulyſſ. Aldrovand.de *Monſtr.* Tom.4.ſcribunt, in aëre duos iuvenes cataphractos viſos acerrimè decertare, ſpectaculo mirabili, & ſanguinolentâ ſpecie. Plin. *lib.2.cap.*83. ex quo Raviſ.Textor, 7. *Officin.* cap.53. inter miracula naturæ, Aſtrorum influxo, ſignant, multis ſpectantibus, duos montes inter ſe concurriſſe, crepitu maximo aſſultantes, recedenteſque, interdiù exeuntibus in cœlum flammâ & fumo, quorum commotione oppida colliſa, & animalia exanimata. Varia ergo ab alijs ſimul referuntur portenta (quæ uſquequaquè ſpeciali maniâ, in quolibet articulo obijcit Tit. Livius) collecta à Tibullo & decantata, *lib.* 2. *Eleg.*5.à v.71.

Cor. Gem.

Plin.

Tibull.

Hæ fortè dixerunt, belli mala ſigna, Cometem,
Multus ut in terras deplueretque lapis.
Atque tubas, atque arma ferunt ſtrepitantia cœlo
Audita, & lucos præcinuiſſe fugam.
Ipſum etiam Solem, defectum lumine vidit
Iungere pallentes nubilus annus equos.
Et ſimulacra Deum lachrymas fudiſſe tepentes,
Fataque vocales præmonuiſſe boves.

Alia infrà. Appoſitè Auguſtin. *Epiſt.* 80. *Signa verò de cœlo & terra* (inſit) *nunquid maiora nos vidimus, quàm qui fuerunt ante nos? Nonne ſi gentium legatur hiſtoria,*

tanta

tanta mira reperiuntur extitisse de cœlo terraque; ut aliqua etiam non credantur? Quando nos vidimus Solem sic obscuratum, quemadmodum obscuratus est, cùm lumen mundi penderet in ligno? Verùm, proh dolor! Sol obscuratus, non erat futuri prodigium; sed theatri ex tenebris lucidissimum speculum. Augustin.

74 De prodigijs ac singularibus portentis, quippe non obvia phœnomena, dicitur fore signa. Communia autem, vel quia communia, vel quia cognita naturalia, fuere nisi ab Ethnicis reflexionis indigna. *Nisi ab Ethnicis*, dixi, etenim utpotè summè superstitiosi; vel quotidiè apparentia, vel non apparentia, ducebant magni; quos quidem interdùm sequebantur Hebræi, in quos invehitur Ieremias dicens: *Iuxta vias gentium nolite discere, & à signis cœli nolite metuere; quæ timent gentes.* Quæ verò facta ministerio Angelorum timenda, igitur in aliquod propositum sunt efficta. Ioann. Pontan. *Uran.* lib. 1. v. 500. Ierem 10. 2. Pontan.

Ut audiat è longè tellus fatalia iussa.

Ut visis portentis hominum compescatur audacia, Numinisque irati imploretur clementia: ut iustitiæ rigor mollescat lachrymis, pungaturque amor compunctione cordis. Indifferentia signa sunt: nimirùm, in videntes, & in hostes. Visa sunt super Ierosolymas signa cladis: *Quapr pter omnes rogabant, in bonum monstra converti.* Fuerunt vel Ethnici. Æschil. in *Persic.* v. 194. *Supplex ora: sive mala fuerint quæ vidisti; roga Deos, exitum horum facere.* Petron. *Satyric.* Carm. 19. accinit: *Cur Deus portenta exhibeat?* 2. Mach. 5. 4.

Continuò clades hominum venturaque damna
Auspicijs patuere Deum, namque ore cruento.
Deformes Titan vultus caligine texit.
Parte alia plenos extinxit Cynthia vultus,
Et lucem sceleri subduxit: rupta tonabant
Armorum strepitu: cœlum furit, & tuba Martem Petron.
Sideribus tremefacta ciet.
Cœlum illic cecidisse putes
Sanguineoque recens descendit Iupiter imbre:
Hac ostenta brevi solvit Deus.

Nihil flectit magis in benevolentiam iudicem; quàm eius vel in flagellis sequi sponte voluntatem. *Si apparuerunt bona, da perfecta. Si autem inimica, inimicis retrò dimitte.* Sophocl. in *Electra*. à v. 654. & Lucanus, 1. *Pharsal.* v. 635. Sophocl. Lucan.

Et fibris sit nulla fides? Dij visa secundent.

75 Cum ignea & lucida (vel quia lucida ignea) uti sunt astra, sint summè delectabilia, & clariora; frequenter per illa portenduntur prospera, sicut per umbras & tenebras infelicia. Ab uno extremo ad aliud signatur lævum; sicut econtrà faustum. Siccine vicissitudo. 1. *Astronom.* cap. 1. v. 94. Manil.

In noctemque dies, in lucem vertere noctes.

Isaias sæpe per lucem indicat felicitatem Synagogæ. *Orietur in tenebris lux tua.* 58. 6. *Illuminare Ierusalem, quia venit lumen tuum.* 60. 1. *Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.* 9. 2. *Exortum est in tenebris lumen.* Psalm. 111. 4. & 138. 12. *Nox sicut dies illuminabitur.* Ioann. 1. 5. *Lux in tenebris lucet.* &. 2. Petr. 1. 19. *Lucernæ lucenti in caliginoso loco.* Quare ut ex summa ærumna, quia erant in ultima tegula, ostenderetur Hebræorum desperata fortuna; dicitur sub Esthere, *cap.* 10. 6. & 11. 11. *Lux & Sol exortus est.* Ovid. Epist. 15. v. 318. *Per lucem prosperitas.* Ovid.

Candidior medio nox erit illa die.

Sophocl. in *Aiac* v. 390. *Heu tenebræ, mea lux! O splendidissime Erebe!* Plutarch. in *Cæsare*, de exitu pugnæ Pharsalicæ consulente per exta; dicit respondisse aruspicem: *Magnam Dij status rerum tuarum in diversam partem portendunt mutationem. Itaque si in præsentiarùm res tuas existimas, bono esse loco; adversam fortunam: sin afflictas censes, meliorem spera. Ea enim nocte, quæ pugnam præcessit, cùm exubias ipse inspiceret; fax cœlestis ignis conspecta est: quæ cùm super castra eius splendida & flammea ferretur; in Pompeij castra decumbere videbatur.* Perdiccas, qui primus principatum obtinuit Macedoniæ; omine Solis accepit. Pro mercede laboris petità; qui tunc ditioni dominabatur, signavit Solem. Tunc iuvenis dixit: *Accipimus Rex, quæ das: & gladio circumscribens in pavimento Solem immeantem per fumarium, & circumscriptum cum ter in sinum suum hausisset, abiit futurus Rex Macedoniæ.* Herodotus, *lib.* 8. n. 34. De Cyro in humili fortuna, refert Cicero, 1. de *Divinat.* Solem ad eius pedes iacuisse. *Per Solem maxima.*

Idem

Idem Iul. Cæſar Bulenger. *Eclog.*7. ad Arnob. qui ex Photio in *Biblioth.*fol.227.refert; etiam fœminam Mileti peperiſſe filium, & per quietem in felicitatem infantis vidiſſe Solem, per os in ſe ſubeuntem, qui per ventrem exivit. Egimus in *Ephemer.*21.*Septembr.* num.5. Conſule Belenger. de *Prodig.*tot. *lib.*5.*Syſtem.* Denique in ſignum mirabilis illius victoriæ, quam de Getis reportavit Theodoſius (ut refert Nicephor. *lib.*14.*cap.*7. Auguſtin.5.*Civ.* cap.26.& fusè Claudian.in *Panegyr.*3. *Honor. Conſul.*) in cœlo vitæ ſtellæ plurimæ agglomeratæ inſtar examinis. Cornel. Gemm. d. *lib.*1.*cap.*8.

Mira.

76 Sic ſigna felicitatis de tenebris in lucem: econversò ſimiliter de luce in tenebras. In ſignum cladis Babylonis. Iſai.13.10. dicitur: *Stellæ cœli & ſplendor earum non expandent lumen ſuum. Obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo.* In portentum vaſtationis Ægypti, Ezech.32.7. *Operiam cœlos, & nigreſcere faciam ſtellas eius: Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen ſuum. Omnia lumina cœli mœrere faciam & dabo tenebras.* Ierem.15.9. *Occidit Sol, cùm adhuc eſſet dies.* Amos, 8.9. *Occidet Sol in meridie.* Iob.5.14. *Per diem incurrent tenebras, & quaſi in nocte, ſic palpabunt in meridie.* Idem, *Iſai.*59. 10. Inter Profanos frequens metaphora. Virgil.10. *Æneid.*v.275. *Lævo contriſtat lumine cœlum.* Senec.in *Agamemn.* v.489.

Per tenebras in felicitas ſignata

Senec.

Premunt tenebræ lumina, & diræ ſtygis
Inferna nox. Denſa tenebras obruit caligo.

Quoties ingentes venturæ ſunt calamitates; ſolent ſignis prænuntiari, ut ait Herodot. *lib.*6.*n.*6. Ante cædem Romuli, ut in eo, inquit Plutarch. *Subitò in aëre mirabilem, ac verbis ſuperiorem, tempeſtatem, mutationeſque incredibiles extitiſſe. Solis enim lumine obſcurato, noctem ingruiſſe.* Sol eclipſim paſſus eſt, antequàm in pugna Pelopidas caderet. Idem in *eo.* Sub morte Periclis & Ageſilai; Bulenger. de *Prodig.* cap. 1. In cæde Philippi Amyntæ, Iul. Obſeq. Antequàm Xerges Græciam invaderet; Herodor. *lib.*7. num.15. ſubdit: *Inſtructo exercitu, moventi Sol ſuam in cœlo ſedem relinquens apparere deſijt; cum nullæ nubes, verum ſereniſſimus aër eſſet, & pro die nox extitit.* Idem *lib.*9.*n.*3. de Cleombroto, Spartæ Rege, infit: *Inter ſacrificandum Sol in cœlo obſcuratus eſt.* Lucan.d.1. à v.650.

Eclipſes Solis nonnum quàm fatales.

Lucan.

Quod cladis, genus, O Superi! Qua peſte paratis
Sævitiam? Extremi multorum tempus in unum
Convenere dies: fluxerunt incendia mundo,
Et cœlum Mars ſolus habet. Cur ſigna meatus
Deſervere ſuos, mundoque obſcura feruntur?

In Hiſpania ante adventum Scipionis, tota cœli regio ardere viſa eſt, fax in æthere emicuit, quam contexerunt tenebræ. Iul. Obſeq. & Gemma, d. *lib.*1.*cap.*8. ubi plura meteora haud abſimilia refert; ſicut Plutarch. in *Cæſar.* de cuius cæde ſignis, ſubdit: *Fulgores cœleſtes, & ſtrepitus paſſim auditos. Calonem ex manu multum flammæ effudiſſe, viſumque ardere; ſed flammis ceſſantibus, nihil habuiſſe mali.* Strabo *Philoſophus narrat, homines igneos per aëra deferri viſos.* Virgil.1. *Georg.* à v. 463. noſtri articuli profert ſpecimen.

Plutarch.

Sol tibi ſigna dabit. Solem quis dicere falſum
Audeat? Ille etiam cæcos inſtare tumultus,
Sæpe monet, fraudemque, & operta tumeſcere bella.

Virgil.

77 Tunc ſenſum totus mundus accepit, & à Numine facta ſigna; ut mundus haberet ſenſum. Bulenger. quò dudùm, ex Apollon. lib.1. *Excid. Ieroſolymit.* accinit: *Signa.*

Haud dubio terrore dabant. Pia cura tonanti
Scilicèt in magnis ſemper fuit iſta ruinis,
Humanum monuiſſe genus.

Apollon.

Sed Hebræi, ne divinitatem crucifixi fateantur, ut notat Hieronym. in *Matth.*27. deliquium tunc Solis accidiſſe dicunt, ſicut uſquequaquè videtur. Falluntur, ut infrà videbimus. Vel ab Ethnicis fictum è cœlo ſigna ſpecialia, dum aliquis ex filijs Deorum tradebatur neci. De Sarpedone, Iovis filio, Homer.16. *Iliad.*v.415. ſuccinit:

Quàm cæci Hebræi, & obſtinato cordi!

Nec immorigerus fuit pater hominumque Deorumque.
Cruentas autem guttas defudit in terram,
Filium dilectum honorans.

Homer.

De filio Auroræ Memnone, ab Achille occiſo, Q. Calaber, ſeu Smyrn. lib.2. *Paralib. ad Homer.* v.590.

——Multiſque lamentis planxerunt Dryades,

Ho-

Honorem illum filio pulchræ Auroræ deferentes.
Occidit tunc Solis lumen. Q. Calab.

Quid pro illo, qui fecit Auroram & Solem? *Cœlum, terra, Sol, sideraque* (ait Leo Pap. serm. 10. de *Passion.*) *indignos vos suo ministerio protestantur, terribili motu, insolitoque defectu tenebras mundo vestræ cæcitatis ostendunt.* In luce factum Chaos.

——Luna subitò conditur, stellæ cadunt.
In astra Pontus tollitur; cœlum perit:
Nec una vox est, densa tenebras obruit
Caligo, & omni luce subducta fretum Senec.
Cœlumque miscet.

Modulatur Cordubens. in *Agamemn.* à v. 465. Quæcumque ab Ethnicis ficta, in nostro articulo vera.

78 Huius portenti multiplex ab AA. exponitur causa. Leonem Papam vidimus, *numer.* anteced. ut pugnaret orbis terrarum contra insensatos, dum insensibilia demõstrabant sensus. Astipulatur Gregor. Magn. in *Evangel.* Homil. 10. Hieronym. d. *Videtur mihi* (inquit) *clarissimum mundi lumen, hoc est, luminare maius retraxisset radios: ne aut pendentem videret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur.* Augustin. serm. 17. de *Tempor.* addit: *Sol occidit, sacrilegis, ut spectaculum obumbraret funestis.* Facinus detestatus, ne videret. *Sol cur in Christi passione obscuratus?* Hieronym. Augustin.

——Solis quoque tristis imago
Lurida solicitis præbebat lumina terris. Ovid.

Succinit Ovidius quò supr. in cæde Imperatoris. Quid si mancipia adversum Dominum dominantium, Regem Regum, Angelorum & hominum, incredibili audaciâ & insolentia insurrexerint, & cruci exultantes affligerent? Ideo mundus totus inhorruit, & Sol ipse tantum flagitium aversatus, radios suos pudore subtraxit; & totum aera tenebris luridis texit. Ubi scelera magna concipit humanum pectus; Sol umbris abscondit vultus. Senec. in *Tyest.* à v. 788.

Quò terrarum, Superumque parens,
Cuius ad ortus noctis opacæ,
Decus omne fugit? Quò vertis iter,
Medioque die perdis Olympo?
Cur Phœbe tuos rapis aspectus?
Nondum seræ nuncius horæ
Nocturna vocat lumina Vesper:
Nondum in noctem vergente die
Tertia misit bucina signum.
Quid te ætherio populit cursu?
Quæ causa tuos limite certo
Deiecit equos? Senec.
Solitæ mundi periere vices.
Nihil occasus, nihil ortus erit.
Sol iubet tenebras surgere, nondùm
Nocte peractâ? Non succedunt astra
Nec ullo micat igne polus:
Nec Luna graves dirigit umbras.
Sed quicquid id est, utinam nox sit:
Trepidant, trepidant pectora magno
Perculsa metu; ne fatali
Cuncta ruinâ quassata labent:
Iterùmque Deos, hominesque premat
Deforme Chaos.

Facinus erat, quod pridem Sol nec viderat, nec aspicere volebat: modòque ad verum dirumque facinus, ne videat malum negat aspectus; quoniam totus mundus in maligno positus. Succinit Sedulius lib. 5. *Carm.* à v. 182.

Protinùs in patuli suspensus culmine ligni,
Religione pia mutans discriminis iram,
Pax crucis ipse fuit, violentaque robora membris
Illustrans proprijs; pœnam vestivit honore.

In-

Interèà horrendæ subitò venere tenebræ:
Et totum tenuere polum: mœstusque migrantem
Exequijs texere diem. Sol nube coruscos
Abscondens radios, retro velatus amictu,
Delituit, tristemque infecit luctibus orbem.
Sedul. *Hunc elementa sibi meruerunt cernere vultum,*
Auxilijs orbata patris: lætata per ortum,
Mœsta per occasum: nam lux ut tempore fulsit
Nascentis Domini; sic hoc moriente, recessit.

79 Astruunt Evangelistæ. *Erat ferè hora sexta, & tenebræ factæ sunt in universam terram, usque in horam nonam; & obscuratus est* Sol. Luc.23.à 44. At Matth. 27. 45. *A sexta hora tenebræ factæ sunt super universam terram usque ad horam nonam.* Idem Marc.15.33. Omnes conveniunt in tenebris factis; sed Lucas solus dicit obscuritatem Solis: imò indicare videtur, non à Sole obscurato exortas tenebras; sed à tenebris exortis Solis luces fuisse obscuras: *Tenebræ factæ, & obscuratus est Sol.* Obscuratio Solis fuit tunc prodigium & singulare; quippe occultà causà, & importuno tempore. *Quantò quæque res abstrusiores habet causas, tantò est mirabilior*: inquit Augustin. in *Psalm.* 118. Concion.27.& *Epistol.*80. Hoc Solis deliquium vocat verè mirabile & prodigiosum. Humana ratio, b subtilior scientia, omnesque naturalis indaginis vires obstupescunt, tamquàm ad conspectum Gorgonis. Quapropter Dionysius Areopagita dixisse, viso deliquio, fertur: *Aut Deus naturæ patitur; aut mundi machina dissolvitur.* Tertul. ad *Scapul.*cap.3. *Extincto penè lumine* (inflt) *adeo portentum fuit, ut non potuerit ex ordinario deliquio hoc pati.* Idem Origines, *Contra Cels.* lib. 2. Euseb. in *Chron.* Ann. Christ.33. Oros. *lib.* 7. cap.4. *Sol lucere desijt.* Briet. Denique Lucian. in sui *Martyr. Actib.* & apud Ruffin. lib.9. *Histor. Eccles.* cap. 6. ait: *Invenietis, temporibus Pilati, fugato Sole, interruptum tenebris diem.*

An Sol obscuratus à terræ tenebris, vel terra à deliquio Solis?

Augustin.

Tertull.

Lucian.M.

80 His patet, mirabiles tunc non fuisse super terram universam umbras, sed Solis tenebras; à quibus ortæ telluris: siquidem si à terræ tenebris obscuritas Solis; quodnam prodigium, quod usquequaquè videmus nubilo die, nubibus densis supra nos sepulto Sole? Dum Lucas dicit: *Tenebræ factæ sunt in universam terram, & obscuratus est Sol*; est hysteron-proteron: quo schemate sequens antecedens est. Act.26.10. *Cùm occiderentur, detuli sententiam.* Prior est sententiæ prolatio, quàm damnatorum occisio. Illud etiam Virgil. 3. *Æneid.* v. 662.

Histerologia

Virgil. *Postquàm altos tetigit fluctus, & ad æquora venit.*

Et *pro* Eò quòd. Videsis, *Tom.*2.*T.*9.*n.*9.3.*T.*12.*n.*10.5.*T.*6.*n.*40.6.*T.*6. *n.*31. *& hìc, T.* 6.*n.* 18. Non secùs in præsenti testimonio, potissimè accepto Tò *Et*, haud pro particula copulativa, sed exegetica & rationali; nimirùm pro *Quia*, vel *Eò quòd*. Unde sensus genuinus (ut tot tantorumque AA. persistat sententia) non est, quòd Sol obscuratus sit, quia tenebræ factæ in universam terram: sed tenebras factas in universam terram; eò quòd Sol in cœlo obscuratus sit. Ita ergo Matthæus & Marcus per tenebras telluris, demonstrarunt superiùs deliquium fulgentis Solis. Ita effectus defectus lucis Solis describitur à Profanis.

Ipse caput medio Titan cùm ferret Olimpo,
Condidit ardentes atrâ caligine currus;
Lucan. *Involvitque orbem tenebris, gentesque coegit*
Desperare diem.

Succinit Lucanus, 1. d. à v. 540. & Seneca in *Thyest.* à v. 831. subdit & floridè:

Iterùm terrus, & vaga picti
Sidera mundi natura tegit.
In nos ætas ultima venit. O nos durâ
Senec. *Sorte creatos, seu perdidimus*
Solem miseri, sive expulimus!

81 Sol sanè obsuratus est, & in meridie, ut prædixerat Amos. *In die illa occidet Sol in meridie; & tenebrescere faciam terram in die lumin s.* Item *Ierem.* 15. 9. & alijs in loc.uti diximus, *n.*76. Hieronym. in *Ioel.*2. Augustin. *Epist.*80.& *Evangel.qq.*105. Tertullian.4. *Adverf. Marcion.*cap.42.&plures alij. Non ergo est dubium de obscuritate lupis Solis; sed de modo, causà, aut principio obscuritatis. Nihil mirum, de sententiæ suspensione in singulari portento; dum in communi dubijs & dubijs iurè percellitur cogitatio. Audi Stoicum in *Hercul. furent.* a v. 938.

Amos.8.9

Sed

— *Sed quid hoc ? Medium diem*
Cinxere tenebræ : Phœbus obscuro meat
Sine nube vultu. Quid diem retrò fugat,
Agitque in ortus ? Unde nox atrum caput
Ignota profert ? Unde tot stellæ polum
Implent diurnæ? Senec.

82 Nonnulli naturalem arbitrati sunt olim huiusmodi Solis defectum, quia licèt cœleste, erat corpus corruptibile ; cuius splendor quibat crescere & decrescere. Unde Chrysostom.Homil. 10. ad *Pop. Antioch.* & 14. in *Epist.* ad Rom.ait: *Non solùm Sol, sed & omnis mundus corruptibilis est.* Ambros. 1. in *Hexaëmer.* cap. 6. alijque plures sacri DD. quorum sententiæ sacra videntur testimonia favere. *Opera manuum tuarum sunt cœli: ipsi peribunt.* Psalm. 101. à 26. & *Hebr.* 1. à 10. *Stellæ eadent de cœlo.* Matth. 24. 29. *Quid lucidius Sole? & hic deficiet.* Eccli. 17. 30. *Sicut Luna mutatur* : 27. 12. Iam mutationis signa in Sole, Luna & stellis : minimèque mutatur, quod non corrumpitur. Vallesius de *Sacr. Philosoph.* cap. 89. & Plato cum Academicis. Gemma, quò supr. *lib.* 1. *cap.* 8. *Pleraque* (ait) *inter divina & naturalia, conditionem mediam sortiuntur : ut stellas cœlo decidere ; Solem, Lunam, ut globos igneos volvi, nativo lumine destitutos.* Ibi ex Hipparcho refert, suo sæculo stellam genitam observasse, & etiam apparitionem duarum, quas prior ætas minimè viderat. Unam è septem Pleiadum choro evanuisse, sicut capto Byzantio, stellam Polarem non amplius visam. Ex Raymundo Lullio, stellas nasci ac perire, licèt non generatione aut corruptione ; aggregatione lucis ac dispersione. Favere videtur ludibrio cogitationis, quod refert Plutarch.de *Glor. Athenienf.* nimirùm, partà victorià apud Famagustam, Lunam adhuc gracilem, impletam fuisse accessu luminis repentino. Chrysost. *Astra an corruptibilia?* Corn. Gemm. *An nova visa?*

83 Albumasar Astronomus in *Introduct.* tract. 3. asserit, se Cometam vidisse supra Veneris Planetæ corpus. Quid mirum, dum Astronomi proferunt, novas stellas quasi quotidie nasci? Unde necessariò corrumpi. Plura ex ipsis signavi, *Tom.* 1. T. 1. n. 22. & de stella nova (quæ à præfato Gemma, alijsque dicitur *Phosophorus*, instarque Lucifer, *Phosphorus novus*) visa in *Cassiopeia* ; asseritur genitum novum eius cœleste corpus è accessu & recessu, tanta & tali specie lucis, & circuitus statusque lege, ac ordine. Unde Petronius in *Satyr. Carm.* 19. v. 139. inquit:

Fax stellis comitata novis incendia ducit,
Sideribus tremefacta ciet Martem. Petron.

Cùm errare multis modis contingat, alij ex Priscis, seu rancidis Philosophis, dixere pompaticè & iactabundè, cœlos immotos esse, per illosque astra, sideraque moveri, sicut pisces in aqua, & per aëra volucres : & ne deserant ordinem sintque sine errore signa temporum, dierum & annorum, facta à Numine animata & intellectiva. Cœlum enim somniarunt, esse fluxum, labile, facile scindi ad impulsum corporis solidi ; per cuius ambitum Planetæ, cæteraque astra statis horis, lumine & motu ministerium à Numine definitum sine erroribus exercent ; & circulos varijs gyrationibus infallibiliter implent. Ita Stoici, apud Cicer. 2. de *Natur. Deor.* & Iust. Lipsium lib. 2. *Physiolog. Stoic.* à Dissertat. 5. usque in 14. Apud Cornel. Gemm. 1. d. *cap.* 8. *Stellas cœlo discurrentes.* Virgil. 9. *Æneid.* v. 20. *Video medium discedere cœlum, palantesque Polo stellas.* In rem Manil. 1. *Astron.* cap. 3. à v. 4. accinit: *An sidera vaga?*

Quod patet ex ipso motu cursuque volantis,
Cùm suspensus eat Phœbus, cursumque reflectat
Huc illuc, agiles & servet in æthere metas;
Cùm Luna & stellæ volitent per inania mundi. Manil.

Iuxta eiusmodi dementiam, Manichæi Solem & Lunam *naves lucis* vocabant ; ut refert Augustin. de *Hæresib.* n. 46. & *Epist.* 119. Ducuntur per fluxa cœli, quasi naves per aquas; cùm eis, non cœlis, sit innata, & ad lubitum mobilitas.

84 Non hìc hæret delirium : ultrà procedit : igitur ex huiusmodi conditione, vagationeque voluntariâ, oriri dicunt luminarium, quandoque quæ videntur, deliquia: simulque ampliorem splendorem & lucem ; iuxta accessum vel recessum ad cœlorum superficiem. Unde si introrsùm vagantur luminaria, apparent obscuriora, vel non apparent; ut de septima Pleiadum canit Ovid. 4. *Fastor.* v. 170. *An accedât, vel recedât à superficie cœli?*

Quæ septem dici, sex tamen esse solent.

Ubi verò cœli faciei proximiora, videntur à nobis magis lucida. Qua de causa de *Maia,*

una Pleiadum, dicit in *Phœnom.* Aratus: *Præclaro lumine Maia.* Iuxta Gemmam, quò dudùm: *Lucidiores & ſplendidiores multò redditas ſtellas in pede Orionis, & ala Corvi.* Similiter in ſtella Veneris (de qua egimus ex Auguſt. *n.* 37.) mutatus color, magnitudo, figura & ſitus. Ita de ſtella nova, Corn. Gemm. in *Coſmocritic.* lib. 2. cap. 3. ſubdit: *Vibratis radijs ardeſcebat: per denſiſsimas nubes, ſæpe ſtellis latentibus, tranſparebat. Hinc pedetentim diminuta; denuò etiam coloris ſpeciem languidiorem in dies nobis oſtendit.* Huiuſmodi poſitio, iuxta Varron. in *Hebdomad.* & Aul. Gell. *lib.* 3. *cap.* 10. *Septentriones maiores, minoreſque facit in cœlo*: de Soleque ſiccine ſito, Petron. ubi ſupr. v. 181. infit:

Gemma.

Petron.

Ipſe nitor Phœbi, vulgato latior orbe,
Crevit; & aurato præcinxit fulgere vultus.

Præut diſsita, vel proxima, aſtra mœrent vel lucent. Quapropter dum Solis defectus patuit in Chriſti morte, & radios ingeniti ſplendoris abſcondit; haud alia cauſa, niſi quia vectus introrsùm, quaſi natando receſsit: vel quia uti corruptibilis ferè caſſus lumine languit. Quis ita diſipuit? Hi medici vocandi, ut æger Sol revaleſceret. Alios optat Satyricus, 6. v. 46. dicens:

Iuvenal.

O medici, medici! mediam pertundite venam.

85 Hi non egent rationum pharmaco, ſed elleboro. Cuncta quæ dicunt caſca ſunt, ac vetuſtate putrida. Hinc alij dicebant cœlum compactum ex lapillis minutis. Et Anaxagoras auctor huius delirij, vocat etiam Solem, *Lapidem ignitum*, ſeu *Ferrum ardens.* Auguſtin. 18. *Civ.* cap. 41. & hìc Vives. Bulenger. de *Prodig.* cap. 1. & de *Ration. Divinat.* cap. 11. Ioſeph. lib. 2. Contra *Apion.* & Baron. *Ann. Chriſt.* 52. n. 5. Imò ad fluvium Ægum-potamum, in prognoſticon victoriæ Lyſandri de Athenienſibus, præut prædixerat Anaxagoras, lapidem è fornicè cœlorum cecidiſſe; refert Plutarchus, in *Lyſandr.* ubi: *Recidit enim è cœlo ingens lapis* (infit) *oſtenditurque adhuc, & colitur. Ferunt Anaxagoram prædixiſſe; quoniam cœleſtia corpora mutuò eſſent connexa; fore, ut agitatione eorum, unum aliquando labefactatum, avulſumque decideret. Neque verò ſtellas eſſe ijs in locis ubì cernuntur: ſed quia lapidea ſint & gravia corpora, lucere ea refracto in ipſis æthere: circumagi autem conſtricta vertigine, & vehementia motus cœleſtis: eumque motum compactorum corporum ita ab initio tenuiſſe; ne cœlum rueret. Eſt alia veriſimilior ſententia eorum, qui ſtellas ſubitò emicantes, atque per aerem ſaltantes, non fluxum, aut diſtributionem ætherij ignis eſſe; ſed iactationes & lapſus cœleſtium corporum: quæ converſionis violentia veluti eliſa, per obliquum lata, ideo non conſpiciantur plerumque, quia non in terram, ſed Oceanum decidant. Antequàm hic lapis ceciderit, ait Damachus, 75. continenter diebus, viſum fuiſſe in cœlo corpus igneum prægrande, & nubis inflammatæ ſimile, quod fractis motibus ferretur; ita ut eius iactatione, avulſa & dilata in varias partes fragmenta, fulſerint ſtellarum ſalientium modo.* Idem apud Petron. d. à v. 264. ubi:

An cœlum ex lapidibus minutis compactum?

Plutarch.

Et aſtra ſint ſaxa ignita?

Petron.

——— Mutataque ſidera pondus
Quæſivere ſuum: namque omnis, regia cœli
In partes diducta ruit.

Hoc profectò haud eſt diſputationibus naturæ abdita ſcrutari, ſed inſanire. Una mens cunctis dementibus. Lucan. d. *lib.* 5. v. 563. conceptis verbis:

Lucan.

——— Summis etiam quæ fixa tenentur
Aſtra polis, ſunt viſa quati.

86 Cœlos incorruptibiles eſſe, aſtruunt DD. ſanioris doctrinæ. Aliqua tot ſæculis portio eſſet corrupta, ſi illorum fuiſſet corruptibilis materia, cui adhæſibilis impreſsio peregrina. Non enim habent contrarium, nec ad corruptionem potentiam, propter inamiſsibilem formam, privationem excludentem, & ſemel conceſſam conditionem ſervantem: ideoque dicitur *Firmamentum cœlum.* Geneſ. 1. 8. Igitur corruptionis, eius forma excludit motum: unde in perpetuum duratura; quoniam perſiſtet ſubſtantialis forma. Vide dicta *Tom.* 1. *T.* 1. *à n.* 22. ubi expoſita ſacra teſtimonia pro ſententia contraria. Doctores ergo ſacri, non ſenſum proprium aſtruunt, ſed ſui ævi Philoſophorum referunt. *Cœli ſolidiſsimi quaſi ære fuſi ſunt.* Iob. 27. 18. Effugium habebunt, qui corpus illorum ſomniant fluxum ac molle, ſecari facile; ut per illud ludentes, palantes pervagentur ſtellæ? *Æterna eſt cœleſtibus natura. Non mortalis ille quoque ſiderum fulgor.* Dum dicitur, *Sol deficiet*; intelligitur, quoad nos, per eclipſes; vel certocertiùs, accepto actu ſecundo pro primo: ideſt, poteſt deficere: cœli perire poſſunt; ut varijs teſtimonijs probavimus hìc, *num.* 38. Lunæ non mutatur ſubſtantia, ſed gyris

Cœli & aſtra incorruptibilia.

Plin. 2. *cap.* 8.

Actus ſecundus pro primo.

quoad

quoad inferiora crescit vel decrescit luminis apparentia: etenim cùm lumen habeat à Sole, uitet, vel languet, præut ad illum accedit, vel recedit.

87 Stellæ de cœlo cadere non possunt, quippe non est, ubi cadant; cùm minima sit maior terrâ. Astra fixa sunt in cœlo, quæ eiusdem naturæ & conditionis cum cœlis suis, exceptâ densitate, propter quam ampliore gaudent illuminatione; sed non vagè, quoniam immobiliter in Firmamento fixa à supremo Conditore. D. Thom. 2. de Cœl. lect. 10. & in 3. p. quæst. 44. art. 2. Discrimen est inter stellas fixas, & quas vocamus Cometas; vel quotidie volantes, exhalationes ignitas: de quo Aristotel. 1. *Meteor.* & apud Poëtas magna seges. Virgil. 1. *Georg.* v. 365. & 2. *Æneid.* v. 693.

Exhalationes ignitæ vocantur stellæ.

Sæpe etiam stellas, vento impendente, videbis
Præcipites cœlo labi: noctisque per umbras
Flammarum longos a tergo albescere tractus.
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit,
De cœlo lapsa per umbras.

Virgil.

Vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 10. *n.* 18. & Ovid. 2. *Metam.* fab. 1. Lucret. *lib.* 2. de *Rer. natur.* v. 207. Valer. Flacc. 1. *Argonaut.* v. 570. Aratus in *Phænon.* ad illud: *Per noctem atram stellæ præcipites ruant.* Ang. Polit. in *Rusticis.* Plin. ubi supr. *cap.* 17. *Volitare stellæ videbuntur.* Ingenti ergo sulco flammarum per inane cum face feruntur. Non ita quæ fixa, etenim cum ordine nonnumquàm moventur, quorum discrimen signat ubi supr. n. 85. Lucanus, à v. 61. & *lib.* 9. v. 12.

Ad quorum motus non solum lapsa per altum
Aëra, dispersus traxere cadentia sulcos
Sidera; sed summis etiam quæ fixa tenentur
Pollis ::: Stellasque vagas miratur, & astra
Fixa Polis.

Lucan.

Quomodò cœlorum superficiei accedere possunt astra, si cœlis fixa? Stellæ enim ab stando dicuntur. Per se non moventur, sed cursu cœlorum ab intelligentia motrice: quæ quidem cùm & cœlos & illas iuxta ordinem regat; non vagè feruntur, nec accedunt, nec recedunt à sese palantes ad lubitum: etenim cursus cunctorum & cunctarum dumtaxat iuxta rectissimum Angelicum ministerium. Frequenter dicuntur *Intelligentiæ Motrices*; à Platone, *Dij*, vel *Sirenæ*; & à Scriptura, *Cælorum virtutes.* Vide Angelic. Magistr. in loc. cit. hîc *n.* 9. Aristotel 2. de *Cæl.* à text. 43. & Cicer. 2. de *Natur. Deor.*

Astra fixa non vaga.

88 Sanè certum, præceptum non imponi, nisi intelligentibus: constat impositum Soli. *Qui præcipit Soli, & non oritur*: Iob. 9. 6. Soli & Lunæ. *Iosue*, 10. 12. Illis & cunctis stellis, militiæ cœli. *Isai.* 45. 12. An ita habebunt vitam & sensum? An quia mare & venti obediunt, præcepto Salvatoris conitricta; gaudebunt intelligentia? Quæ apud nos sine sensu, respectu supremæ potestatis sunt sensibilia, utpotè Conditoris instrumenta, de quibus præut placuerit potest facere, dum antequàm essent, fecit ut possent. Aliter sunt respectu agentis naturalis, & aliter respectu primi agentis: igitur quæ non agunt, sed aguntur, præut moventur; voluntatè Auctoris non operantur, præut naturæ insitum, sed ad illius indeclinabile placitum. Hoc est divinitatis imperium: etenim statim sine intelligentia parent, quasi ad præceptum intelligentiam haberent, ut fusè diximus, *Tom.* 6. *T.* 1. *à n.* 8. Aliud enim habent potentiâ obedientiali, aliud ratione naturæ; secundum quam, iuxta Damascen. lib. 2. *Fidei Orthodox.* cap. 6. Astra & cœlos in intellectu a Domino factos, esse liquet sine intellectu, sine sensu, sine motu. Verùm cum Conditoris impressione novâ (quæ illis altera natura, & nobis miracula) ad eum obediendum, habent motum, intelligentiam & sensum. Vide Hieronym. in cit. loc. *Isai.* Vel si mavis, dici potest, præceptum dirigi in Angelos, orbium cœlestium motores; cùm cœli sint inanimes & insensibiles; ut diximus ex D. Thoma, *num.* 9. Sic ergo futilis sententia apparet Stoicor. apud Lipsium, Platonis, apud Cyrill. lib. 2. *Contra Iulian.* & Philonis, in libell. de *Somn.* & 2. de *Opific. Mund.*

Quomodò insensibilibus à Deo imponantur præcepta?

Astra sine intelligentia, & sine sensu.

89 Novas stellas nasci in ipso cœlo & repentè; asserit etiam Plinius, 2. *cap.* 24. sed ipse ibidem *cap.* 25. Cometas vocat, qui sanè repentè apparent, sed non in ipso cœlo, sed in æthere; dicunturque *stellæ & crinitæ*, eoquòd formentur in speciem stellarum ex exhalationibus, cauda semper ad oppositam Soli partem, cuius vi absumuntur & evanescunt. Prodeunt enim ex materia corruptibili, glutinosâ & pingui, promptissimâ in flammarum conceptionem: nonnihil è terreâ & aquea: unde in ductu lentitas, & constans soliditas. Horum materiem ex vaporibus crassis pinguem & inflammabilem superiorum siderum virtus in sublime cogit; unde *Crinita sidera.* Hoc modo in æthere nasci

Cometæ vocatur stellæ

Eorum materia.

ſci ſtellas, videmus aliquando: at veras ſtellas & in cœlo (ut contendit Gemma) omninò ridendum. Stellæ veræ ſunt fixæ; hæ, quæ ſtellæ dicuntur, vagæ, & inæquales in motu, & ſplendore. Non evaneſcunt ſtellæ, nec creſcit fulgor, nec decreſcit decor. Non ſic ſtella nova, quæ non ſtella; igitur ipſe Gemma *lib. 2. cap. 3.* ſubdit: *Quod ſi quandoquæ cometæ fulgidiores appareant, ut & nocturnas tenebras viſi ſunt illuſtrare; his profectò non tam tribuitur ex concretione materiæ, quàm ignitæ exhalationis copiæ, & totius corporis amplitudini. In ſtellis autem potiùs tùm formæ, tùm materiæ nobilitate contigit. In Sole, tùm propter has cauſas, tùm quòd & lucis copiâ cunctos*
Gemm. *exuperet. Iam & ſtellarum numero* (loquitur de ſtella nova) *divinum hoc ſpectaculum ſecludendum ratio dictat; quòd neque Planetam facere poſſis, ob motus & luminis antipathiam: neque fixarum aliquam; quòd orta ſemel, augmentum luminis, ſtatum, ac declinationem oſtenderit manifeſtam; ac tandem ab aſpectu cunctorum ſeſe abripiat. Quid ergo relinquitur? Profectò corpus illius totum eſſe metaphyſicon, ac ſupra naturam, certis tamen cœleſtium corporum motibus alligatum.* Si ita ſtellam noviter viſam, Gemma fingit, vel pingit; cur vocat ſtellam? Phœnomenon eſt, cum univerſis conditionibus Cometæ: & videre cometem, ita mirabile? Quid in illo Phœnomeno ſingulare vidit, ut aſtrum novum extolleret? Quod in Chriſti nativitate Magis apparuit
Matth. 2. 2 in aëre, ut patet ex eiuſdem muneribus, magis commendabilius: nihilominùs tamen quia ad ſpeciem ſtellæ, vocatur ſtella; ſed non erat ſtellarum ex natura, quantumvis gaudebat formâ. Cur autem ſtella non erat, videſis apud D. Thom. *3. p. q. 36. art. 7.* & *Opuſc. 60. cap. 7.*

90 Sanè Aſtra quandoque clariora, quandoque obſcuriora viſa: verùm hoc longè à corruptione & generatione luminis. Contigit ex aliqua paſſione aëris, vel turbidi vel ſereni. Sæpe, quia languent à maiore luce: interdùm quia lucent ab ampliore obſcuritate; quapropter aſtra plus ſcintillant obſcuriore nocte: vel denique illæ ſignatæ ſtellæ
Unde aſtra clariora vel obſcuriora? præ cæteris ſocijs, ſunt amplioris magnitudinis, extenſioris claritatis: quibus principijs fulgere potuerunt ſplendidioribus radijs ſtella Veneris, quæ in Corvi ala, & pede Orionis. Dicit ipſe Gemma ibid. *Fit* (ait) *tùm propter ſenſus atque acuminis differentiam: tùm propter medium, ut aëris ſtatum, acceſſu Solis & Lunæ: etiam è variatione diſtantiæ, atque altitudinis à terra, aut oculis noſtris; quod ſanè per lineam rectam fieri debuit, protenſam à viſu noſtro per ſtellam in continuum: ut nimirùm non ulla*
Gemm. *accretione, aut conſumptione materiæ, maior minorve ſit ſtella viſa; ſed iuxta intercapedinis differentiam acceſſu aut receſſu ad ſphæras inferiores.* Id ex Plinio decerpſit, qui *lib. 2. cap. 16.* inquit: *Altitudinum ratio, cœli menſurâ, non circuli, intelligitur, ſubire eas, aut deſcendere per profundum aëris, oculis exiſtimantibus. Hoc non poteſt protinùs intelligi viſu noſtro: ideoque exiſtimantur ſtare; unde & nomen accepit Statio.*
Plin.

91 Inter Ethnicos ſuperſtitio non ſolùm de Fato, ſed in ſtellis de Fati ſigno. Unde ſingulis attributa ſidera, *clara divitibus, minora pauperibus, obſcura defectis; proſecto cuiuſque lucentia, annumerata mortalibus*: quod quidem ridet vel Plinius, d. *cap. 8.* qui *cap. 14.* ſubdit: *Altitudo cogit minores videri; ſicut affixas cœlo, Solis fulgore interdiu non cerni, dum æquè diu ac nocte luceant: idque manifeſtum fiat defectibus Solis, & prealtis puteis.* Scintillatio cauſatur à puritate radiorum, & diſtantiâ radij viſus ob rarefactionem: at ſplendorem retroire cogit vapor, ab exhalationibus repercuſſum; ſicut puritas lucem extendere: quapropter viſi ſplendores clariores in Sole &
Quę verè & propriè ſtellæ non evaneſcunt. Aſtris, de quibus, num. 84. Verùm evaneſcere ſtellas, omninò ludicrum: imò propudioſum, afferre ut hiſtoriam, quod Poëtæ cõmenti uti fabulam; de quo Hygin. *Fab. 142.* Natal. Comes, *4. Mythol.* cap. 17. Gyrald. *Syntagm. 5. n. 43.* & Ant. Conſtant. cum Paul. Marſio, in v. 170. lib. 4. *Faſtor.* Ovid. Profectò Sol, Luna, Planetæ cæteri & Aſtra in Firmamento, feruntur per inania mundi: at inane dicitur, ubi in motum nullus eſt obex, ſicut cœlum non habet impedimenta, ut ſuper nos continuò ferantur aſtra. Quæ quidem nec ſunt corruptibilia, ut deficiant; nec proprios motus habent, ut introrſùm recedant; ac in ſuis fulgoribus ægro lumine appareant; ut Priſci inſcitiâ auſi ſunt cogitare, imò turgidè rudioribus auribus ſtultiſſimi proferre. Pende quantus Hipparchus. *Numquàm ſatis laudatus* (ſubdit Plin. *lib. 2. cap. 26.*) *ut quo nemo magis approbaverit cognationem cum homine ſiderum, animaſque noſtras partem eſſe cœli; novam*
Errores Priſcorum erga Sidera. Plin. *ſtellam, & aliam in ævo ſuo genitam, deprehendit: eiuſque motu qua dis fulſit, ad dubitationem eſt adductus; anne hoc ſæpius fieret moverenturque & ea, quas putamus*

mus affixas : organis excogitatis , per quæ ſingularum loca , atque magnitudines ſignaret : ut facile diſcerni poſſet ex eo , non modò an obirent , naſcerenturve ; ſed an omninò aliquà tranſirent , moverenturve ; item an creſcerent , minuerenturque : cœlo in hæreditatè cunctis relicto ; ſi quiſquam qui rationem eam caperet , inventus eſſet. Nec minùs Pythagorici fanatici , apud Damaſcen. d. *cap. 6.* aſſerentes , natos eſſe Cometas cum cæteris ſtelliis , in ipſis mundi primordijs , ſed latere : deinde impelli ſubitò ad certam quampiam regionem. Gemma , *lib. 1. cap. 6.* ait : *Fortaſis latere ſub radijs Solis.* Quod utique maius delirium , ni intelligat , tamquàm in cauſa , vel eminenter. Ergo in aptiora. *An Cometæ in principio creati , & modo latenti*

92 Alij in deliquio Solis , dum Aſſertor N. pendebat in cruce ; aſſerunt , defectum fuiſſe naturalem , verùm modum omninò miraculoſum. *Naturalem* , per Eclipſim , interpoſita Lunà inter Solem & terram : *modum miraculoſum* , quippe illo tempore pleniLunium , utroque luminari in ecliptica diſtante. Burgenſ. in 4. *Reg.* 20. in *Addit.* Bivar. in *Flav. Dextr.* Ann. Chriſt. 34. n. 2. *Comment.* 2. Baron. eod. *ann.* n. 121. Alapid. in *Matth.* 27. alijque ducti Areopagitæ auctoritate , dicentis : *Feriâ quadam ſextâ , horâ etiam penè ſextâ , Sol horribilibus ſubitò eſt obſitus tenebris , Lunâ ipſum intercurrente. Offuſi enim tenebris ipſi eramus , orbem Solis undequaque & ex æquo occupante caligine: & poſtquàm repurgatio & reſtitutio facta eſt ; Luna ad Solis diametrum converſa , aufugit. Tunc autem opifices lucis theſauros , caliginibus quas ipſa genuerat , ad occiduos uſque Solis fines pervagata (ut ipſi putavimus) occultavit.* Hactenùs Dionyſius, *Epiſt.* ad Apollophanem , tunc Heliopoli portenti viſionis ſocium. Idem iterat ad Polycarp. *Epiſt. 7. Quid de illo* (inſit) *qui tempore Crucis Dominicæ factus eſt , Solis defectu. dicturus es ? Incidentem mirabiliter Soli , Lunæ globum notavimus : ipſamque rursùm ab hora nona ad Veſperum ad Solis diametrum ſupra naturæ vires reſtitutum.* Quo patet , tenebras factas per interpoſitionem Lunæ inter terram & Solem : ut ex ipſo refert D. Thom. *3 p. quæſt. 44. art. 2. ad 2.* Deinde Phlegon Ethnicus de *Temporib.* lib. 14. iuxta Origen. 2. *Contr. Celſum* . & Euſeb. *Ann. Chriſt. 33.* de huiuſmodi Solis obſcuritate: *Magna & excellens , inter omnes , quæ ante eam acciderant, defectio Solis facta eſt. Diei hora ſextà ita in tenebroſam noctem verſus , ut ſtellæ cœli viſæ ſint.* Ita de Eclipſe , Lucan. 1. *Pharſ.* à v. 535. *At tenebræ Solis à Luna:* Diõ. Areopag. Phlegon. *Stellæ viſæ in Solis eclipſe.*

——Stellaque minores
Per vacuum ſolitæ noctis decurrere tempus,
In medium venere diem : cornuque coacto,
Iam Phœbe toto fratrem cùm redderet orbe,
Terrarum ſubitâ percuſſa expalluit umbrâ.

Lucan.

Sol adeò obſcuratus dicitur , ut Mercurij ſtellula prope illius centrum , velut candidior macula ſpectaretur : inſit Gemm. d. *lib. 1. cap. 8.* ſub clade Caroli Magni in Pyrene : poſt quoque deſcribit defectum Solis maximum ; *ſtellis toto cœlo conſpicuis, quem & quadrupedes paviſſe ferunt.* Tunc diameter dumtaxàt obſcuratus: quid, ſi totus? Senec. in *Agamemn.* v. 457. ſuccinit: Gemm.

In aſtra iam lux prona : iam præceps dies.
Exigua nubes ſordido creſcens globo,
Nitidum cadentis inquinat Phœbi iubar.

Senec.

93 Ita theatrum , cuius apparatum inficiantur , qui ſupernaturale deſignant Solis deliquium. Interpoſitione Lunæ fit , canonico ſiderum curſu , eclipſis Solis. *Non erat talis Solis ille defectus , quando crucifixus eſt Chriſtus* (inquit Auguſt. *Epiſt.* 80. & 3. *Civit.* cap. 15.) *& ideo vere mirabilis erat & prodigioſus. Paſcha quippe fuerat Iudæorum ; quod non niſi in plenitudine Lunæ celebratur. Secundum Aſtrologorum numeros, certum eſt , Solem , quando Luna plena eſt , non poſſe deficere. Quid ergo tale unquàm quiſquam meminit apparuiſſe de cœlo ; quale apparuit , quando paſſus eſt ?* Oroſius , *lib. 7.* cap. 4 *Uſque adeo autem lumini Solis* (inſit) *neque nubes obſtitiſſe , manifeſtum eſt; ut eadem die Lunam , totâ cœli regione interiecta longiſsimè à conſpectu Solis abfuiſſe referatur.* Tertullian. etiam ad *Scapul.* cap. 3. *Sol non poteſt ex ordinario deliquio hoc pati ; poſitus in ſuo hypſomete , & domicilio.* Ideſt , *conſtitutus in carpento* , iuſta Aſtrologorum phraſem. Tunc enim , ut canit Lactantius: Auguſtin. Oroſ.

Altius ignivomum Solem cœli orbita ducit.

Lactant.

94 Eclipſis eſt defectus luminis in duobus magnis luminaribus; quæ contingit, dum Sol & Luna ſunt linealiter ſub circulo (Zodiacum penes latitudinem æqualiter dividente

utrin-

Vnde Eclipſis in Sole & Lunæ:

utrinde habente ſex Signa) qui dicitur *Ecliptica*, quoniam in illo circulo ſunt eclipſes Solis & Lunæ. Lunæ interpoſito terræ corpore inter illam & Solem, in Novilunio. Solis verò in plenilunio, Lunâ interpoſitâ inter aſpectum noſtrum & corpus Solare. Sacro-boſc. in *Sphær.* cap. 4. hic Clavius, & Pavonius, Tom. 2. *Theolog. natural.* diſtinct. 5. n. 2540. Tunc enim Sol intrat in Lunæ umbram, ſicut Luna in plenilunio intrat in umbram terræ ſub Ecliptica, quia ex diametro Soli opponitur, & inter ipſam & Solem interponitur terra. Unde ergo in obſcuritate Solis ſub Chriſto in cruce, erit Eclipſis, dum Luna plena, & à Sole longiore diſtantiâ, ſine ullius corporis interpoſitione, qua lumen in nos poſsit impediri? Ni metaphoricè accipiatur Eclipſis, abuſio eſt vocis. Per catachreſim ergo dici valet eclipſis: igitur cùm Sol in eclipſe obſcuretur, eiuſque lumen deliquium patiatur; visâ in Sole obſcuritate connaturalis fulgoris, apparebat quaſi eclipſis.

Catachreſis.

95 Totum corpus Solare obſcuratum fuiſſe, aſſerit Bellarmin. de *Sept. verb. Domin. in Cruc.* lib. 2. cap. 1. & 5. interpoſitione Lunæ, cùm minor ſit, nequibat obſcurari totum Solis corpus, quippe maius. Unde in ſententia Aſtrologorum, eclipſis Solis maxima: dum totus diameter obſcuratus Solis. Cornel. Gemm. 1. *Coſmocrit.* cap. 8. Non enim plenè per Lunæ interpoſitionem Sol obſcuratur; quoniam Sol ab eius corpore exiguo non intercluditur: nec totus Sol obſcuratus, partim languens, partim fulgens. Quomodò ergo per tres horas (eſtò interpoſitâ Luna) quibat perſiſtere obſcuritas; dum in Luna videtur curſus celeritas? A ſuo enim removeretur curſu, ſequens Solem; dum in Solem econtrariò gyrans, mittebat obſcuritatem. Luna enim in naturali etiam eclipſi, dum incipit Solem obumbrare, ſimul incipit recedere. Qua de cauſa ab illa Solis obſcuritas nequibat perſiſtere per tres horas. Iuxta præfatam Areopagitæ ſententiam, Luna à ſitu proprio properavit verſus Solem ab oriente, ibique hæſit per tres horas, in quibus factæ tenebræ; quouſque in locum ſuum curſumque redijt, dum tenebræ diſſipatæ. Quorsùm tot miracula? & Luna, ſine poſsibili effectu, ad quid attracta? Si in præfatis tenebris totum Solis corpus obtenebratum; per Lunam, quomodò totum? Inſtrumentum quorsùm Lunæ, ſi per illam intentum nequibat perfici? Quorsùm ordo cœli in Lunæ curſu & recurſu mutatus; ubi ad totales tenebras, ſat nó erat Lunæ corpus An quia Deus miraculosè fecit, quod Luna non potuit? Dicunt AA. ſententiæ, ſed miror. Totum Deus non potuit, dum partem per Lunam in vaſtitate Solis obtenebravit? Debilis planè ſententia, ad cuius firmitatem pro rationibus ſolidis inquiruntur miracula; quæ faceſſunt difficilius negotium, quàm principale argumentum.

Qua inſtabili paſtione non à Luna.

96 Areopagita dicit à Luna occultatum Solem, *ut ipſi putavimus.* Non ergo dixit: *Ut ipſi vidimus.* Sub dubio relinquit cogitationem, & contrarium (ni fallor) aſſeruit. *Sol* (inquit) *horribilibus ſubitò eſt obſitus tenebris, Lunâ ipſum intercurrente.* Ergo antequàm ad illum accederet corpus Lunæ, iam erant in Sole tenebræ: aliàs temporis intermedio, tenebræ quomodò ſubitò? ſi priùs Luna acceſsiſſet, ordine cœli penitùs perturbato; maius miraculum eſſet in curſu Lunæ, quàm videbatur tenebrarum in Sole. Si poſt tenebras acceſſus, mirabiliſque decurſus; cum tenebris quomodò Luna cognita & ut Luna? Nec priùs (quantum auguror) nec pòſt. Non priùs, quia Lunæ inutile corpus ad totius Solis obumbrationem, ita ut quaquaversùs ſepeliretur lumen. Haud pòſt, quoniam iam tenebræ in Solis ſphæra, priuſquàm acceſſiſſet Luna. Arbitror Phœnomon ab Areopagita viſum, & Apollophane; non fuiſſe Lunam, ſed nubem ad Lunæ formam, quæ extenſa per totum hemiſphærium, compeſcuit illuſtrationem radiorum. Unde dici quit ab oriente cœpiſſe meteoron magnitudine corporis Lunæ, poſtque cùm eſſet ſub Sole, nubem extenſione rarefactam; ut ex ea tenebræ per tres horas totam operirent terram. Cornel. Gemma d. 1. *cap.* 8. infit: *Hæc meteora multis perſæpe phantaſmatibus, atque apparenti ſpectrorum generi complicantur; ut nec ſpeciem certam ſervare, nec ordinem queant.* Non huiuſmodi criſi dignum Areopagitæ auctoratum teſtimonium. Fuiſſe tenebras, haud creperum; ſed non per Lunæ interpoſitionem, nec per eclipſim; unde obſcuratio tunc Solis, non naturalis; licèt ſtatuatur modus miraculoſus, quippe Solis deliquium ſanè extra tempus. De ſtellis viſis in hoccine Solis deliquio iuxta Phlegontem, dicemus infrà, *num.* 100.

Gemm.

97 Ex diametro alij cogitationi opponuntur: quapropter lucis tunc defectum, & Solis fulgentis repentè deliquium, aſtruunt ſupernaturaliter factum; ut prædictum à Ioële, 2. 31. *Sol convertetur in tenebras.* Naturaliter contigit in eclipſe Solis obſcuritas, haud verò converſio in tenebras, & per tres horas: conſtat ergo, ſupernaturali-

ter

ter à Numine Solis obscuritatem factam, ubi ex illa per tres horas tenebræ visæ super universam terram. De hoc articulo dicitur: *Sol deficiet.* Per ecliypsim non deficit; per nubium interpositionem lux eius dumtaxàt languet: hìcque deficere dicitur; quia per tres horas quasi extingueretur: evanuit enim penitùs lumen, & aspicientes non viderunt Solem. S. Prosper, de *Divin. provident.* à v. 527. accinit: Eccli. 17. 30.

——— *Sol fugit ab orbe,*
Et medio nox facta die. Prosper.

Augustin. in *Epiphan.* serm. 3. ait: *Ipse antiquum Solem obscuravit occisus.* Et Ioann. Mellius Sousa de *Passion. Domini* à v. 786. Dionysij sententiam recolens, succinit: Augustin.

— *Tenebras, obscuraque lumina Solis,*
Naturæ sine lege videns; Aut Conditor orbis
(Inquit enim) patitur, vasti vel machina mundi
Solvitur, & casu totus confunditur orbis. Sousa.

Denique Tertullian. *Adversus Marcion.* lib. 5. metric. v. 173. infit:

——— *Caligine multà*
In tenebris tremefacta dies cum Sole refugit.

Secutus sententiam Arator, 1. in *Acta Apostol.* v. 321. dicens: *Sol ruit in tenebris. Obscuritatem speciali providentià & voluntate Dei, Creatoris & gubernatoris Mundi, esse profectam: nam Sol non potest deficere sic, nisi per radiorum retractionem vel extinctionem. Notissimum est, non posse Solis radios detrahi, vel extingui, nisi à Deo, qui Solem creavit: & tenebras illas, Christi crucifixi causà exortas, divinà providentià procuratas fuisse. Illa quæ ad cœlestes orbes pertinent, extra controversiam est, non posse fieri nisi à Deo. Quæ enim miraculo fiant, non casu, sed divinà providentià fiunt.* Ita Bellarm. 2. de *Verb. Domin. in cruc.* cap. 5. qui *cap.* 1. præmittit, deliquium Solis tunc ab eo solo fieri potuisse, qui fecit Solem. Non enim tunc viguit ordo naturæ, sed voluntas omnipotentis: extinctà Luminaris maioris coruscà flammà, non cooperando cum Sole in illuminanda terra. *Eclipses tempore non suo sunt prorsùs supra naturam* (ait Cornel. Gemm. *lib.* 1. *cap.* 8.) *ut illa sub passione Salvatoris:* & lib. 2. cap. 4. *Portenta maxima & obscurationes gravissimæ luminum fortassè supra naturam.* *Tenebræ in passione Christi, an supernaturaliter exortæ?* Bellarm. Gemm.

98 Deinde, quia iuxta Chrisostom. in *Matth.* Homil. 89. per miraculum, tribus horis tunc tenebræ permanserunt, interpositâ Lunâ: ex quo D. Thom. 3. p. iam cit. ad 2. subdit: *Unde datur intelligi, quòd Luna quieverit sub Sole: Divinà virtute factum est; quòd ad Solem supernaturaliter ascenderet præter tempus debitum:* quo in articulo miracula refert plura; quæ non essent, ni supernaturaliter facta. Orosius, quò suprà, *num.* 93. asserit, nihil interpositum inter terram & Solem: neque nubem levem; & factam Luminaris obscuritatem. Supernaturale profectò, quòd non lux, quò tota lux. Deus ergo mirabiliter misit tenebras, & facta est nox. Hieronym. in *Matth.* 27. infit: *Ne forsitàn videretur umbra terræ, vel orbis Lunæ Soli oppositus, breves, & ferrugineas fecisse tenebras; trium horarum spatium ponitur. Videtur mihi clarissimum lumen mundi, hoc est luminare maius retraxisse radios suos.* Sol ergo naturaliter radios in terram mittit, quippe conditus ut terram illuminet: supernaturaliter igitur, si radios retrahit. In eclipse (etsi concedatur) est lux tristis; verùm lux: quandoquidem in illa lumen Solis apparet, & radios in terram vincens obscuritatem, diffundit. Dum ergo à tenebris vincitur, haudquaquàm naturaliter obtenebratur. Supra naturam itaque illæ tenebræ, quæ adinstar in Ægyptum inductarum à Moyse. Ita Theophylactus, Euthymius hìc, & Chrysostom. loc. cit. *Tenebræ horribiles*, illæ dicuntur Exod. 10. à 22. quibus, *nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco, in quo erat*: v. 23. & Sapient. cap. 17. & 18. Retorqueatur Silius Italic. de *Bell. Punic.* lib. 1. v. 463. & 4. v. 88. Hieronym. *Quàm horribiles!*

Fax cœlo radios, & sævà luce coruscum
Scintillat sidus, terrisque extrema minatur.
Iamque sub extremum noctis, fulgentibus umbris,
Lux aberat. Sil. Ital.

Æternam timuerunt sæcula noctem. In solatium, neque lumen. Sedulius, *lib.* 5. à v. 243. ita orbem deploratum plorat:

Cæca tenebrosi latuerunt sidera cœlo.
Nec tellus sine clade fuit: quæ talia cernens,
Funditùs intremuit, dubioque in fine supremum
Expavit uatura modum. Sedul.

Totum

99 Totum hoc præternaturaliter factum, miniſterio Angelorum; quoniam ad illos ſpectant meteora, ad quæ totis viribus natura infirma (ut vidimus, *num.* 37. & 73.) facto portento in Sole variatione lucis, ſed ſine ulla variatione Solis. *Illæ tenebræ, vel Solis obſcuratio* (ſubdit D. Thom. loc. cit. ad ſecund. Argum.) *fuit propter hoc, quòd Sol ſuos radios retraxit, nullâ immutatione factâ circa motum cœleſtium corporum*: :. *Talis autem retractio non eſt ſic intelligenda, quaſi Sol in ſua poteſtate habeat radios emittere, vel retrahere: non enim ex electione, ſed ex natura radios emittit; ſed Sol dicitur retraxiſſe radios, in quantum divinâ virtute factum eſt, ut Solis radij ad terram non pervenirent.* Secundum Angel. Præceptorem, his in tenebris radios habebat: quapropter Sol minimè obſcuratus entitativè, ſed radij; igitur quos habebat, ne terram illuſtrarent, impediebant umbræ. Quorsùm ſupernaturaliter, dum quotidie videmus præterpropter? Si in Sole radij retracti vel extincti; Sol quoad ſubſtantiam mutaretur; equidem in luce congenita minuebatur: obſcuratuſque eſſet ſine luce, quam habuit à creatione. Quapropter impeditis radijs pervenire ad terram, lucis non amiſit formam; quippequàm ſubſtantia nullius entitatis amittitur, ex eò quòd naturæ operatio extrinſicè ſuſpendatur.

D. Thom. *Unde & quo modo Solis tunc obſcuratio.*

100 Liquet, in ſententia aſſerentium, in ea defectione Solis, inter horribiles tenebras (ut *num.* 92. indicavimus) ſtellas viſas. Stellæ lumen habent à Sole: non videntur ſine luce. Non ergo extinctos iudicabimus meritò radios Solis, in his etiam horribilibus tenebris: igitur etiam tunc radijs illuminabantur ſtellæ, quibus vel obſitum umbris, maius ſine mutatione potiebatur luminare. Haudquaquàm ſiderum à terra, ſocia ſignaretur lux; ſi tenebris trium horarum obſcuratus fuiſſet Sol. Sol ante ſextam horam totum hemiſphærium illuminat, ab hora ſexta lucis languore laborat. Lux languet, ſed Sol non deficit: ſiquidem dumtaxàt tenebræ radios impellunt in fugam; ne convertantur operire terram. Ea quæ ad orbes cœleſtes pertinent, non poſſunt fieri niſi à Deo. Sanè: verùm de huiuſmodi tenebris, nihil ad cœleſtes orbes. Deliquium, quod videbatur Solis, Solis non fuit deliquium, ſed eius verſus tellurem radiorum; quin ad illam valerent pervenire, quia obviabant fulgori tenebræ. Supernaturale utique eſt, quòd lux nulla, ubi lux tota. Hìc non ita: equidem ubi tenebræ; ſine connaturali Solis coruſcantis luce. Nullum ergo tunc temporis Solis deliquium; quippe totum ad terram, & nihil in tenebris verſus cœlum. Dixit vel in naturali eclipſe Cornel. Gemma, *lib.* 2. *d. cap.* 2. *Eclipſis Solis ingens, punctis ferè 9. cum medio totius diametri obſcuratis. Lumen pallidum valdè: terris fortaſſè portendens deliquium maius, quàm umquàm cœlo conſpectum fuit.* Lucan. 1. *Pharſal.* v. 524.

Tenebræ in aere, non in Sole.

Gemma.

——— *Superique minaces*
Prodigijs terras implerunt.

101 Expoſitio genuina textus Lucæ pendet ab acceptione (de qua ſæpe in alijs Tomis egimus, & hìc, *num.* 39. & 63.) Solis nimirùm, pro luce. *Sol convertetur in tenebras.* Ioël. loco cit. hoc eſt, lux Solis. Faxque miniſtratur ad novam expoſitionem Antilogiæ, de qua præfat. num. 39. ſcilicèt: *Orto iam Sole, cùm adhuc tenebræ eſſent.* Haud quia Sol priùs ſolito exoriretur; ſed quia illæ fœminæ, ut irent in Salvatoris ſepulchrum, ſurrexerunt valdè manè, *cùm adhuc tenebræ eſſent*; & pervenerunt illuc, *orto iam Sole*, ideſt, luce: cuius nec micatio, dum egreſſæ è domo. Plautus ob analogiam dicit, in *Aulular.* Act. 4. ſcen. 10. v. 18. & Cicer. *Officior.* lib. 3. *Luce claro.* Non *Clara*; quia *lux clara* pro luce, *Clarus* pro Sole. Unde dum à cæteris Evangeliſtis deſcribuntur tenebræ, & à Luca, quòd tenebris *obſcuratus eſt Sol*; patet utique, non obſcuratus ex ſe; ſed quia factis tenebris, ut perveniret ad terram impedita fuit lux Solis. Ex contextu liquet. Non dicit Evangeliſta: *Obſcuratus eſt Sol, & tenebræ factæ ſunt*: ſed *tenebræ factæ ſunt, & obſcuratus eſt Sol.* Haud obſcuratio Solis cauſa tenebrarum, ſed econtrà; nimirùm, ex tenebris, obſcuratio lucis Solis.

Sol pro Solis luce. Marc. 16. 12. Ioann. 20. 1. Plaut. Luc. 23.

102 Nec illæ tenebræ, fuerunt ſicut Ægyptiacæ, quibus nullus videbat, neque mutuò videbatur. *Vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitivi perpetuæ providentiæ iacuerunt.* Longè articulus ab intento Salvatoris, ut eius ignominia, ſcilicèt, videretur à cunctis. Sine luce, imò ſub horrida nocte; quid agendum, nequaquàm videretur, nec quid actum. In illo (ut cogitatur) chao, milites non viderent ad luſum, atque diviſionem veſtium. *Sine, videamus, an veniat Elias.* Matth. 27. 49. & *Marc.* 15. 36. *Cùm vidiſſet Ieſus matrem*, &c. Ioann. 19. 26. *Omnis turba eorum, qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant, quæ fiebant, percutientes pe-*

Illæ tenebræ non quantitate, ſed qualitate horribiles.

pectora sua, revertebantur. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres, hæc videntes. Luc. 23. à 48. Meritò quidem Maldonatus in *Matth.* 27. subdit: *Non arbitror tam densas tamque obscuras fuisse tenebras; quàm mediâ nocte, neque Sole, neque Lunâ lucente solent; sed quales obscurato plena eclipsi Sole, fieri videmus.* An solùm super Ierusalem factæ tenebræ, ut placet D. Thomæ, d. an super solam Iudæam, ut vult Origenes, ubi supr. (quia tantùm Iudæis divinitatem eius prædicaverat Salvator, & tunc signis cœlestibus opus erat, dum ab illis abiectus) vel denique super universam terram; dicturi sunt, qui asserunt inter illas tenebras stellas visas. Si Sol, fons lucis, non visus, unde visus stellarum radius? Si non Solis, sed illarum viderunt radiantem formam; tenebræ nequaquam super universam terram. Mihi difficile, sicut quod Luna tribus horis quieverit sub Sole, cùm Sol illo tunc non quieverit. Si Luna quievit, Sol ad tres horas transivit in tenebris; & sic à Luna non erit (uti intenditur) eclipsis. Si Sol quievit, qui mensura temporum; quomodò tres horæ designantur tenebrarum? Dictum profectò, ut elevaretur miraculi magnitudo. Maldonat.

103 Fateor, *divinâ virtute factum, ut Solis radij ad terram non pervenirent*: ut ait Angelicus Doctor; sed non supernaturali virtute factùm, sed præternaturali ministerio Angelorum: qui quidem ita temperarunt exhalatos à tellure vapores, ut Sol nec omninò fulgeret, nec omninò latuisset. Non per nubes Solis umbra, quia nulla obiecta, ut ait Orosius, quòd supr. *n.* 93. & dum nos ex Chrysostomo, Theophylacto & Euthymio, *n.* 37. dicimus, factum interpositione nubium; illarum signare conditionem, erit operæpretium. Non enim erant densæ, vel adensatus vapor, præut in secundo aëris intestitio, vi Solis elatus obducit cœlum: nec erat caligo, seu nebula, incumbens terris; secundum quod definit Aristoteles, 1. *Meteor.* cap. 9. sed vapores ex exhalationibus imperceptibilibus, vel coram oculis; per ambitum radiorum Solis præternaturaliter congregatis (naturaliter fiunt manè & vesperè, cæterùm non in meridie) qui quidem à Philosophis dicuntur *Vapores volatiles*, illuminabiles à rectis radijs Solis: verùm cùm præ copia, mutuò obumbrent & obumbrentur horum corpuscula; modò irradiantur, modò tenebrescunt; quoniam radij in illis causà continui motus franguntur & refranguntur. Vi-teil. 10. de *Optic.* differen. 2. & Euclid. in *Element.* differ. 4. igitur fit successivè transitus à medio raro in densum, & a medio denso in rarum. His vicissitudinibus vapores luridi fiunt, & etiam horridi; cum modò oculis obijciantur pellucidi; & modò præ copia opaci. Unde Angeli siccine cùm disposuissent vacuum hemisphærium (luce Solis pridem illuminatum) vaporibus luridis, conditione tetris, colore lividis, specie pallidis; radij Solis per illos transeuntes, quasi deficientem indicabant Solem: quandoquidem color lucis Solis in illis apparuit, quasi Sol per eclipsim defeciisset. Seneca in *Thebaid.* v. 394. *Quomodò Sole lucente tenebræ fiant.*

Ut atra nubes pulvere abscondat diem,
Fumoque similes campus in cœlum erigat. Senec.

104 In eclipsi Sol pallet, & in cunctis invenitur color ex pallore Solis. In tribus horis quibus Christus in cruce pependit, secùs accidit. Color lucis Solis à colore volitantium vaporum, ex quibus obscuritas tenebrarum: minimè à Sole color sphæræ superioris teter & luridus; quippequàm Sol in cœlis non obscuratus. Patet: siquidem simulatque Christus in cruce expiravit; Sol remotà tenebrarum origine, splendidissimè fulsit. Hoc namque fuit Angelorum ministerium: vapores, nimirùm, & coram Sole, in tenebras aptè disponere; & post mortem Salvatoris in instanti removere. Factum ad speciem; uti dum per vitrum, colore industriâ tinctum, videmus Solem. Tam ille, quam alia illuminata luce, apparent coloris vitri; quin mutentur obiecta distincto aspectu, quoniam mutatur medium per quod sensatio. Ita in huiusmodi apparentis Solis deliquio. Haud obscuratum in cœlo corpus Solis: in sphæra vaporibus eius lucis color discolor.: & non alia de causa, nisi quia lurida media, per quæ lux Solis ab hominibus visa. *Non immutata lux Solis, sed medium lucis.*

Lurida præbebat lumina terris. Ovid. sup.

Haud quia Sol, vel potiùs in illo lux, diversimodò prospicitur; entitativè variatur. Eadem substantia sine varietate in Sole, nec in entitate lucis (ut canit Virgil. 1. *Georgic.* vers. 452.) Et

——*Sæpe videmus*
Ipsius in vultu varios errare colores. Virgilio.

Non immutatur eclipsi, nec radius retrahitur, nec lumen extinguitur; & radij extinguen-

tur oppositione vaporum ? Ex his tenebræ dumtaxàt versus tellurem, sed nequaquàm versus Solem.

Luc. 23. à 44.

105 Ipse Lucas dicit : *Tenebræ factæ sunt in universam terram, & obscuratus est Sol.* Quid clariùs, ne eius radij intelligantur à Numine retracti, vel extincti ? Sol in lucis defectu, haud causa tenebrarum. Ex exortis tenebris obscuritas lucis Solis. *Et* hìc haud accipiendum pro particulæ causali, sed pro expressione effectus ; quod sæpe exprimimus particulis, *Ideo*, *Propterea*, *Ita*. Ioann. 1. 34. *Ego vidi &* (Ideo, Ita, Propterea) *testimonium perhibui*. Rom. 8. 7. *Filij &* (ideo) *hæredes*. Pariter in præsenti testimonio. *Tenebræ factæ sunt, &* (ita propterea) *obscuratus est Sol*. Alià etiam acceptione tò *Et*, clariùs elucet propositum : igitur sæpe in Sacra pagina est *Et* particula relativa. Genes. 9. 13. *Arcum meum ponam in nubibus, &* (qui) *erit signum*. Usquequaquè in Epistolis Pauli. 2. Cor. 1. 3. *Benedictus Deus, &* (qui) *Pater Domini N. Iesu-Christi, pater misericordiarum, &* (qui) *Deus totius consolationis*. Exponitur itaque perspicuè textus : *Tenebræ factæ sunt &* (quibus) *obscuratus est Sol* ; ut non à Sole obscurato tenebræ sed à tenebris pallor in luce Solis. Satis ergo modò sit AA. quorum placitum retulimus, *num*. 79. Tunc in aëre ad claritatem luminis Solis non videbantur vaporum obstacula ; sed tantùm lux Solis ubique quasi opacitate mœsta : & cùm Luna plena eclipsis nequiret esse, nec lux Solis impediretur à visibili nube ; iuxta communem sensum, iudicabatur, in cœlo Solem esse tenebrosum : quod quidem nonnumquàm causa admirationis, ut diximus, *num*. 81.

Et pro Ideo

Pro relativo

Medium diem cinxerat tenebræ :
Phœbus obscuro meat sine nube vultu.

Senec.

106 Ita nostra sententia nec sine fulcro : quæ roboratur occurrente allegoria : igitur quod à Iudæis & Gentibus factum cum Sole iustitiæ ; exprimebatur in Sole. Gloriam (de qua Ioann. 1. 14. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi Unigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis*) gloriam, inquam, omnem & excellentiam in Cruce obscuratam ab hominibus, ostendit illo in tempore Salvator ; cuius dignitas in potentia, sapientia, probitate, maiestate regiâ, cœlesti, beatitudineque quam habuit, ut verus & naturalis filius Dei. Hæc omnia in Cruce obscurata sunt. Indicarunt tenebræ. Quid ergo potuerunt facere inimici ? Occiderunt corpus, animam non occiderunt. Obscuratunt corporis speciem, sed nullo modo excellentiam interiorem. Lux in tenebris luxit, & tenebræ eam non comprehenderunt. Visus vir dolorum, & sciens infirmitatem, sed non extinxerunt ingenitam animæ claritudinem. Tota passio quia in corpore, quasi exterior fuit, sicut ad speciem obscuratus est Sol. Ibi ex illa obscuritate, accepimus lucem.

Unde Sol in tenebrarum obscuritate, speculum humanitatis Christi

——Mirantur & astra.
Fixa Polis. Vidit quanta sub nocte iaceret
Nostra dies : risitque sui ludibria trunci.

Lucan. 9. à vo. 12.

Tenebrescere fecit terram in die luminis. Amos, 8. 9. Verùm unde ? *Occidet Sol in meridie* Signum nostræ valitudinis erat infirmitas Solis.

107 Opere iam pretium, dilutis disputationibus, quod in versiones principalis Tautologiæ descendamus. *Circundantes circundederunt me*. Hebr. & Caietan. *Circundederunt me, etiam circundederunt*. Genebrard. *Circuierunt, obsederunt, undique impugnaverunt*. Maluend. *Circumgyraverunt me, etiam circumgyraverunt*. Alij apud illum : *Circundant, & circumveniunt. Cingant & diligentissimè circundent. Si me circundederint, & sanè me circundederunt*. Buchanan. *Circundent, omnique ex parte premant*. Hieronym. *Obsederunt* : & Syr. *Cinxerunt me*. Cuncta profectò exposita in littera. Aliquid verò dicendum restat tropologico sensu, ne ambulemus in circuitu nugaci & futili ; sed quemadmodùm nos opportet ambulare.

Varietas lectionum.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. excurs.

1. *Circundantes circundederunt*. Quis circundans non circundat ? Quisquis amore, etiam offensus, flagellat. Circundans circundat iustitia, quin concedat effugium : amor sine circuitu circuit, relinquens exitum. Circuitus est, ut peccator supplicium non evadat : iustitiaque Dei, ut convertatur, sine circuitu circundat ; quippequàm plectens castigat amore, sed armis ad speciem, sub velamine iustitiæ.

2. *Circundantes circundederunt. Affligentes afflixerunt*. Nil mirum, si affligat afflictio : & afflictionis demonstra-

tur

tur geminatio : ut eluceat Dei pietas, per pœnas sceleratis immissas: quæ quidem à Deo vindice peccatoribus inferentes dolorem ; afligunt pariter vindicem : etenim vulneribus inflictis ita percutitur ; ut ipsis afflictionibus præ dilectione affligatur.

3. *Circundantes circundederunt.* Iteratur circuitus, ut demonstretur è laqueis peccatorum impossibilis exitus. Fallitur dæmonum cogitatio, Virginis patrocinio. Homines *circundantes circundederunt*, sed fuit effugium, ita ut oppressi evaserint ; quasi inclusione minimè circundedissent : igitur per potentem Matrem-Virginem ; à servitute miserrima obtinuerunt libertatem.

4. *Circundantes circundederunt.* Circundat peccatum ; sed cognito errore, delinquens habet effugium : verum cum peccati consuetudine, circundat circundatione ; quippe cum gravatus haud valeat transire vallum, in pœnitentiam nullatenùs habet exitum.

5. *Circundantes circundederunt*, quasi anima non haberet, quà exeat ; dum eius hostium exercitus circundatione circundat. Verùm fallitur, ubi Eucharistia coram oculis habetur : animaque circundatione obsessa, non circundata ; quippequam in effugium, videt ut exeat liberè, Eucharistiæ sacramentum.

6. *Circundantes circundederunt me* lanceis suis in vulnus ; dicit in cruce Christus : Aliter circundatum in eius passione, Virginis transfigitur pectus : igitur Christus lancea vulneratur dirà ; verum stat mater, filij vulneribus vulnerata.

DIDASCALIA PRIMA.

Ad conversionem cordium est necessarium charitatis ingenium.

1 QUIS intelliget misericordias Domini ? Stultus non intelliget hæc, sed intelliget cuius in potentias pavidum intraverit cor, ut splendeat eius in homines innata clementia usque in altissima, quæ fecit magnalia ; & nonnumquam pronuncientur mirabilia : etenim ingenio clementiæ & eximij amoris, etiam iustitia annunciatur salutaris. Unde David exclamat : *Deus quis similis tibi* ? Unde admiratio ? Ex singulari prodigio : quo non quiescet cor præ gaudio, *Donec annunciem brachium tuum generationi omni, quæ ventura est: potentiam tuam & iustitiam tuam Deus, usque in altissima, quæ fecisti magnalia.* Hebr. *Usque in clevationem, quæ fecisti grandia.* Magnum sanè, ubi ita extollitur ultra prodigia, miraculum potentiæ, tunc singularis ; dum in patranda iustitia haud facilè inveniri possit Numini similis. An quia accedit ad iustitiam vultu legis, & violentiâ voluntatis, aversione cordis ? Ultrà clementia procedit. Maiora miracula miraculis auget. Delinquunt homines : si punit, deficiunt : si connivet, insolescunt : peccatis irascitur, amore ducitur. Solemne est illi parcere : miraculum, plectere. Cogitanda est potentia, qua misericordia utatur iustitia : & inter magnalia, ad iustitiam, eius ut inimitabilis elevatur potentia ; quoniam solus eius amor cogitare quibat (dum manum aggravat) summæ studere pietati, veste & colore iustitiæ. Qui pius, ostendit facie clementiam : qui vindex, vultu iracundiam : illeque, cui nemo similis, & iustitiam & potentiam ; quippequam potentiâ amoris (ut inter mirabilia sit sublimis) solus scit per iustitiæ, legis vindicis larvam, delinquentibus ostendere ampliorem misericordiam. Hinc *miserationes eius super omnia opera eius.* Super cuncta, clementia. Ultra altissima magnalia, iustitia ; nec sunt contraria. Accessit eius amoris potentia, qua ut converteret à pravis actibus hominem, ipsi pietati induit iustitiæ velamen. Quis audivit unquam tale, aut vidit huic simile ? Nil mirum, quòd uti mirum signetur inter magnalia ; igitur prodigium summum, potentia amoris conciliare contraria. Crucius appositè hìc :

Pf. 144. 9.

Pf. 70. 19.

Hebr.

Deus summè studet pietati colore iustitiæ.

Robur tuæ potentiæ
Et æquitatem, quæ vagi prætervolat
Arces olympi flammeas.

Crucius

2 Invenitur personatus Amor divinus : unde apud Hermann. Hugonem, *Desider. Animæ.* lib. 2. Vot. 4. exponitur eius imago vultu simulato larva Leonis, dextrà cum flagello ex flamma fulminis. In articulum lemma, lib. 1. *Gemit.* 7. ubi :

Amoris facies larva leonis.

Her. Hug. *Crediderã torvos tantũ te fingere vultus,*
Nec nisi compositis os simulare minis.

In idem propositum Otho Vænius, *Amor.* Oth. Væn. Emblem. 117. dicit: *Crudelis sic verus Amor.* Hinc in Appiani Antiquarijs, ut refert Chartarius de *Imaginib. Deor.* pag. 344. invenitur imago Amoris (ante se, operiens vultum) ostendentis spectrum. quod dicebat *Iocum.* Otho, d. *Emblem.* 111. denudat gryphum describens etiam Amorem larvatum, succinesque:

Larvatus licèt incedo, coopertus & ora
Idem. *Non est quòd metuas, chara puella, dolos.*
Sum tibi syncerus, alijs fucatus, amori.

Huiusmodi amoris scena olim dicebantur *Apaturia* de quibus in *Ephemerid.* 1. *April.* n. 17. & alijs in loc. Unde Terentius, in *Andria*, Act. 3. scen. 3. vers. 23. infit:

Terent. *Amantium iræ, amoris integratio est.*

3 Habet ergo in falso de vero fabula famam, siqua fidem tanto operi latura vetustas; ut simul eluceat Numinis iustitia, clementiaque pietatis, cum potentia ingenij amoris, atque artificij singularis splendor, appareatque dissimulatus amor. *Deus* (ut ait Gregor. Naziazenus, *Orat.* 40. n. 26.) *sitit sitiri. O miram beneficentiæ celeritatem! O facilem contrahendi rationem!* Quod præ bonitate (vel saltem redamatione) ab homine sitiendum; nec cogitatione quidem situm: quippe tendit per illecebras, in aquas omninò turbidas, & calicem Babylonis, animæ hostibus ministris, ac seducentibus, carne, per cogitationes voluptuosas: mundo, per curiosas & vanas: diaboloque per malas & malitiosas (ut queritur Bernardus, de *Cognition. Condit. hum.* cap. 15.) inclinatque ex hoc in hoc implacabili arenti siti, unde bibunt omnes peccatores terræ. Homo perit, amor Numinis percellitur vulnere; quia sitit sitiri. Vocat, sed surdescit: illuminat, sed lumina claudit. Ingenium necessarium est, ut convertatur ad cor. Advocanda est iustitia, etsi queratur clementia. Non queretur, vel in ipsa acerbitate doloris; per *ingenium charitatis*: etenim larvà & velamine iustitiæ, mirè studebit clementiæ, & hominum conversioni.

Greg. Naz. *Quæ hostiũ animę sagitat*

2. Cor. 8. 8.

4 *Ecce ergo fingo contra vos malum*: dicit Dominus per Prophetam, toties pietate monitis trangressoribus civibus Ierusalem. Hebr. *Formo malum.* Quod nos dicimus, *Moliri, disponere, instruere*, & *cogitare*; dicit *Fingere.* Iteratis sæpe peccata, abeuntes post idola, & ego contra vos fingo meditatò supplicia. Singularis sanequàm proprietas vocis! At absona amori Numinis. In formam cruciaminum haud dicit quod molimine construit, sed quod fingit: igitur ita in homines, vel peccatores propensio; ut pro criminum pœna, non iudicetur pœna: sed pœnæ fictio. Multus est in misericordia, quantumvis irritatus iniuria: pro qua (cùm citra condignum plectat; vel dum causa iustitiam vindicem clamat) laborem mittit iudex, sed ita levem; ut eluceat in pœna, quasi finxisse laborem. Præceptum ab illo transgressoribus pati, ut incumbant animarum conversioni. Infert supplicium, verùm cognoscit figmentum nostrum, quod facilè cadit, etiam dum surgere cupit: fitque animorum conversio & levissimo supplicio; quippe ab illo meditanter, qui fingit laborem in præcepto. Fingit malum, quoniam tentaculamentum. Quicquid fictum habet entitatem, dumtaxat phantasiæ compositionem: diciturque peccatorum vexatio, iustitiæ fictio; quippequàm entitas nulla, cùm entitas apparentia. *Ecce fingo contra vos malum.* Fingit, ac fictione sese iustum iudicem ostendit: igitur cum fictæ, ut falsæ, ad flagitia illecebræ voluptatum; decernit & æquà lance fictum ad pœnam supplicium.

Cur Deus in peccatores tedamen, vicit fictionem?

5 Ulteriùs. In fictione aliud oculis elucet, & aliud oculos latet. Aliud ostenditur, & aliud absconditur. Aliud ad extra, aliud ad intra, distincta ab entitate apparentiâ; quippe diversa est externa species, à proposito intentionis: & cùm à Domino peccatoribus inferatur pro conversione vexatio, meritò iudicis irrogantis, supplicij dicitur fictio; siquidem internè verè clementia, quæ videtur ad speciem integerrima iustitia, Iusta Chrysostom. in *Iob.* Homil. 4. ita Deus homines amat, & horum conversionem atque salutem solicitat; ut pro delictis impactum supplicium, sit Deitatis placidissimum theatrum: igitur ni præ vulneribus, culpæque doloribus pungeretur & compungeretur pectus, *Theatrum non plauderet amplius.* Delectabilis igitur ex tragœdia comœdia instruitur, & in blandimen scena voluptuosè formatur. Spectaculum Deo dignum hominum conversio frugi, quamvis apostrophe, seu conversio sit dolore: etenim cùm illi spectaculum dulcius, hominum salus; nihil ex theatro magis dilectioni gratum, quàm conversio peccatorum. *Theatrum.* Perpropriè. In illo ille qui personam agit, non est ille qui subsistit.

Quæ videtur iudiciaria rigidus, est pietatis demonstratio.

Chrysost.

Quàm Deo grata, peccatorum pœnitentia!

stit. Aliud est, & aliud objicitur: & ubi peccator pro crimine à Numine plectitur, theatrum deliciosum in tragœdia præparatur; quia exprimitur internus amor, cùm in scenam prodit iustitiæ color: quandoquidem agit amor iuxta individuam nullatenùs formam; sed dumtaxàt simulatus iuxta personam expressam.

Amor occultus, dum infertur cruciatus.

6 *Theatrum.* In illo species variæ, atque transformationes amœnant oculos, ut in summam voluptate placeant tractus. Ingenio charitatis instruitur scena, ut hominum ad offensum Numen, aversa vertantur corda. Eius scenæ partes, penes entitatem vindicis iustitiæ, & amabilis clementiæ; quarum ab amore mutandæ vestes, ne cognoscantur utriusque coloribus intentiones. Amor in toto spectaculo totus; verùm quasi absconditus vultus eius. Tantùm videnda iustitia in dilectionis scena; quasi fugerit amor, ut regnet terror. Vestis flamma in severitatem: insigne, trisulcum fumen, vultus leonis:

Senec. (*Vultum habebit Iovis, sed fulminantis.* Ut aliò dicit Seneca in *Hercul. Furent.* v. 717.) Tandem prodivit, spectatores terrens, quorum cor pavens. Ipse in *Medea* à vers. 386.

Flammis hinc & hinc iaculatur Polus.
Flamata facies spiritum ex alto citat.
Hæret, minatur, æstuat, queritur, gemit.
Idem. *Quò pondus istud verget? Quò ponet minas?*
Ubi se iste fluctus franget: Exundat furor:
Nam secum versat: magnum aliquod inflat.
Iræ vidimus veteres notas, vultum furoris.
Dij fallant metum.

Ita dum siccine aperitur theatrum, & homo habet ex pavore cordolium. In huiusmodi scena est nocumenti, iracundiæque fictio sine fallacia: igitur specie theatri, austeritatis colore, ita spectaculum cùm theatro mutatum (iuxta propositum) ut fieret cordium conversio meditata à Deitate; quippe eius amor subtilis faciem assumpsit iustitiæ. Si amor exiret ut amor; in conversionem cordibus nequaquàm terror. Si habitu iustitiæ, iustitia prodiret; qui perculsus, animum præ timore desponderet: nihilque fieret in hominum causam, quia neutro modo revocandi in pœnitentiam: ceciditque legis divinæ transgressorum iniquitas, ac in malitia protervitas; & ficto in conciliationem malo, & amoris cũ iustitia permutato vestitu: quandoquidem corda pavida comprehendit satelles resipiscentia; quippequam iustitiæ insignia apparuerunt fulminantis, & amor ut in theatro vultu terribili leonis.

Quare nec amor nec iustitia sub propria forma?

7 Haud novæ in sacris huiusmodi theatrales mirificæ transmutationes. In throno visus est agnus, cuius mansuetudo apparuit; igitur apparuit tamquam occisus plausus a cunctis, ad illum conversis ex cæcitate & obcæcatione errorum; unde dicebant: *Fecisti nos Deo nostro regnum.* Apoc. 5. 10. Tamquam iudicem in solio præcedebat ignis, uti insigne iustitiæ atque maiestatis. *De throno procedebant fulgura & voces & tonitrua*, in terrorem hostium perduellium in eius leges audacium, qui propter indultam semel & iterùm culpam, nec semel voluerunt admittere pœnitentiam, duro pectore nec resipiscente corde: qua de causa viso theatro, uni ex videntibus excitavit fletum: & *ego flebam multùm.* Cap. 5. 4. Nulli magis plorabiles (qui frequenter deplorabiles) quàm quos in dolorem non flectant tot charitatis eximiæ demonstrationes: uti videre Redemptorem ab illis propter illos crucifixum; per cruciatus, effectum virum dolorum, totum effusum sanguinem, & nihilominùs in amore, quasi ab ipsis dignatum, permanentem. Ita visum, si potuit videri lachrymis: illique dictum: *Ne fleveris.* Error restitit, sed illos Agnus, quem vides in throno, ingenioso amore vicit. *Vicit Leo.* Ain! Quid est hoc? Agni victoria exhibetur, & triumphus leonis proponitur? Agnus, cùius amor, vicit. Ita plausus, & Angelica vox: *Dignus est Agnus, qui occisus est.* Agnus & Leo dicitur victor, qui erat in throno, per similitudinem, non per proprietatem. Unde ergo victoria tribuitur Agno, si vicit Leo? In articulum. Per leonis speciem indicatur iustitia: per Agni imaginem charitatis clementia. Oppositа planè sunt. Quomodo amori, si iustitiæ triumphus est? Quoniam in huiusmodi theatro ad hominum pœnitudinem, sumpsit amor exæstuans iustitiæ vestem. Haud convertere dilectos potuit obsequijs, quippequàm voluptatibus rapiebant hostes. Scena mutanda est, ut trahatur ad centrum seductum cor, & peragat terror, quod studijs & crebris non potuit amor. De throno, ubi erat iudicis gloria, procedebant fulgura, & voces & tonitrua. Amor descendit in pugnam, sed sumpsit iustitiæ larvam; quatiens flagellum, & torvum ostendens vultum. Expavit homo ad speciem, videns leonem. Fit cunctorum cordium resipiscentiã mutatio: & cùm vicisset amoris tamquàm agni mansuetudo, dicitur quod vicerit in certamine leo; siquidem in theatro sub larva iustitiæ, leonis terribilis, latuit

Vers. 5.

V. 12.

Conversum cor hominis, amore iustitiæ insignijs.

tuit in gratiam summa plenitudo amoris. Unde (ut accinit Stoicus in *Octavia*, v. 436.) in supplicij formidine præ flagitijs
Senec. pavet cor;
Magnum timoris remedium clementia est.

8 Hac enim metaphorâ Dei solet in sacris explicari clementia. *Dominus de Sion rugiet*: dicitur per Ioël. Idem apud
Ioel. 3. 16. *Ierem.* 27. 30. dicente etiam Osea: *Post*
Osee 11 10. *Dominum ambulabunt: quasi leo rugiet. Quia ipse rugiet, & formidabunt.* Rugiet Dominus? Leonis proprietas rugitus, quo explicat exardens iracundiam in vindictam: & in Deo, Vates signat leonis notam; ut exponat vel in rigore clementiam: equidem in formidinem utitur duntaxàt voce; qui poterat uti fulmine. *Rugiet*: & qui clemens? Et qui patiens? Et qui pius, adinstar agni mansuetus? Utique, quia præcellit amore, immutat faciem, ut trahat hominem, deducens in pœnitudinem: etenim cum homo aversus abuteretur gratia, indurescereturque criminum indulgentia; adinstar leonis rugit, dum sicut agnus pepercit, nactâ conversione cordium, ubi rigoris spectrum: quandoquidem sumpsit arte & vultum & larvam leonis, ut corda devia converteret specie severitatis. Ex huiusmodi scena formido: ex formidine conversio. *Quia ipse rugiet, formidabunt. Post Dominum ambulabunt.* Ex rugitu? Profectò. In propria specie haud valuit in conversionem clementia: ad Dominumque formidine humana conversa corda; interveniente amore, mutata specie: igitur obtentum amoris flagrantis votum, ubi iustitiæ assumpsit quasi ad verbera flagellum. Modificatione exprimitur gratia, quæ meditata à clementia. *Quasi leo rugiet.* Non leo, sed quasi leo. Quasi, non verè; quippe sub leonis larva, latebat misericordia. Haud flectebatur aberrantium cor, tractum studiosè in funiculis Adam: in vinculis scilicèt charitatis, quæ ruperunt sæpesæpiùs peccatores. Haud deserenda amoris methodus, qua divinus frequenter utitur animus; sed mutandum theatrum & scena theatri, ut quod vovetur, alienâ habeatur specie. Unde immutata substantia, atque mutata figura, qui penus amabilis suavitatis, rugit & horridè adinstar leonis; quippequam sub habitu alieno inflexibilis iustitiæ, procedebat in theatrum totus thesaurus clementiæ. Species sanè horrida, quam in supplicium circumspiciebat culpa; sed vel in ipsa amor utebatur gratia, rugiens quasi leo, ut fieret reconciliatio: etenim fulmen iustitiæ videbatur in cruciamen, sed erat amoris fulmen. Sagittæ enim videbantur mortis, sed vulnera charitatis. Crucius in *Psalm.* 76. 10. succinit:

Benignitatis ira.
Ipse mundi rector affert
Has vicissitudines. Crucius

9 *Cur faciem tuam avertis & arbitraris me inimicum tuum?* dicebat Domino Iob. Iob 13. 24.

Quo precor hanc tanto merui pro crimine pœnam;
Ut veluti indignans, ora videnda neges?

Accinit ubi supr. Hermann. Hugo: & mellea Mellij musa hìc: Herman Hug.

Cur ideo avertis faciem? Cur me velut hostem
Exerces æternæ tuum, tot casibus actum? Mell. Sousa.

Avèrtas ergo non faciem, sed iræ specimen: *Et formido tua (spectrum, larva) non me terreat.* Si non est inimicus, quorsùm est vultus absconditus? Quorsùm in terrorem larva, exulante inimicitia? Clementiam in doloribus implorat; cur ergo de facie abscondita clamat? Ex larva magnus utique terror, sed ex facie abscondita proculdubiò maior dolor; quem patitur aliquando anima Deo familiariter coniuncta, devoti spiritus in ariditate extrema: igitur summum tormentum, Deum quærere, nec invenire posse: amare intensiùs corde flagranti dilectum, seque videre, quasi ab illo derelictum: indicat enim mœstissimè per interpositam manum, à facie oculorum Numinis esse proiectum: & ubi non videt cupitam delectabilem faciem; patitur præ tristitia dolorem supra dolorem. Idem ibid. Hugo: V. 21.

O quanto! O quanto mihi grandius hoc tormentum est,
Te quod amen (mea lux) me tamen haud redames.

Attamen absque tuis oculis (meâ vita, meum cor)
Vivere, non aliter, quam sine corde queo. Herman Hug.

Quippini formido, & trepidatio, quando lætificas mœrentes in gaudio cum vultu tuo? Salva igitur erit per gratiam, si ostenderis faciem tuam; ex qua non solùm gaudium sed summum, quia ostenditur omne bonum.

10 In rem ergo. *Cur faciem tuam avertis?* Inimicus non sum. Quare sic? Ex amicitia? Austeritas videtur benevolentiæ: igitur plus te desiderantem diligis, quò magis absconderis; demonstrans fastidio ampliorem amorem, dum à cordis obsc-

Quare de Numine dicitur, adinstar leonis, rugire?

Thesaurus amoris sub velo severitatis.

Summus dolor animæ, dilectum quærere, nec invenire amore.

Divini demonstratio amoris specimine formidinis.

obsequijs avertis faciem. Videtur ira, sed amor, quippe videtur. Distat multum amor huiusmodi facie, à facie iræ & indignationis tuæ. Formido tua non me terreat, quia formido: quod acerbum apparet, est dilectio: equidem cùm fingas iras, ut hominum corda artificiosè trahas; elucet misericordia, dum larvâ iustitiæ terres, & ne facies videatur, manum apponis: igitur sub velamine fucato formidinis, exhibes amplissimas demonstrationes amoris.

Boisard

Quoque magis tegitur, tunc magis ardet amor.

Dicit Iacob. Boisard. *Emblem.* 36. Deus noster & amor, ignis est. Quo magis tectus, prævalet viribus: plusque Deus diligit, dum iustitiæ formidine terret; quoniam in eius gratiam refugit homo, sub fucato, atque confecto severitatis spectro. *Circundantes circundederunt*: est Pleonasmus exponendus. Quis circundans non circundat? Qui amore flagellat. Circundans circundat iustitia, quin concedat effugium, amor sine circuitu circuit, relinquens exitum. Circuitus est, ut peccator supplicium non evadat: iustitiaque Dei, ut convertatur, sine circuitu circundat; quippequàm plectens castigat amore, sub armis ad speciem & velamine iustitiæ. Dat locum ut fugiat in pœnitentiam, qui admisit culpam: & quamvis amplexus crimen, præcurrit vel flagellatus in erroris cognitionem; siquidem tametsi vdeat vultum vindicis iratum, in commotione cordis, pectus nequaquàm commotum.

Ps. 117. 20.

In supplicijs ira & iustitiæ discrimen.

11 Ira necessaria est in coertionem peccati; sed sine peccato, ut tendat in crimen, nequaquàm in transgressorem: aliàs tantummodò ira, nec errorum medicamina; cùm illorum sit medicina pœna. Dolus cogitatur, si in iracundia terræ, qui iudex loquitur: siquidem non intendit in vulnerum medicamen, sed in furorem. *Ira* (dixit Senec. *lib.*1. *cap.* 5.) *avida pœnæ est. Aliquando castigatio necessaria est. Quidni? sed hæc syncera, cum ratione: non enim nocet; sed medetur specie nocendi.* Aptiùs in nostrum propositum Gregor. Magn. tam 3. *Pastor.* Admonit. 14. quàm in *Evangel.* Homil. 34. *Signe dedignatione dedignandi* (etiam sine indignatione, quoniam corda mollescunt benignitate, conceptà ira in culpam, & nequaquàm in personam: equidem non curatur, sed exulceratur vulnus, modò pravus in iudice præcogitatur affectus; quo intenditur in scopum peculiaris ultionis, titulo fractæ legis; ut iustitiæ obtendantur velamina, & vices gerat virtutis falsa iustitia) *Vera iustitia compassionem habet* (inquit) *falsa iustitia dedignationem; quamvis & iusti soleant recte peccatoribus dedignari. Aliud est, quod agitur typo superbiæ: aliud quod zelo disciplinæ: dedignantur enim, sed non dedignantes: persecutionem commovent, sed amantes; quia etsi foris increpationes per disciplinam exaggerant, intus tamen dilectionem per charitatem servant.* Ita enim facies ostenditur leonis, sed cum suavitate melliis: quo (adinstar Ionathæ virgæ, imbutha verborum lancea) in recipiscentiam artè vulnerantur corda: & forsitàn in illis perseveraret iniquitas, si faciem severitatis haberet iuris severitas.

Senec.

Iudex pravus, si in delinquentem, & non in crimen.

Gregor. Magno.

12 Deliquit, proh dolor! homo. Voluit Deus, quia fugerat, educere à contracto delicto: & ad auram post meridiem, sensit transgressor in paradiso ambulantem; ut fugientem plecteret. Conscientia sæva præsumpsit. Fallitur: iudex enim advenit, ut revocaret: & ne cognitionis ac pœnitudinis erubescerent delinquens; deambulabat hinc inde quasi aliud agens: vulneratoque simul afferens ac studiose remedium, in correctionem etiam cogitans modum. Quantum nonnumquàm vel erga delinquentem Numen fovit amorem! Occurrit, ut transgressor veniam peteret: & an faceret: benignissimè deambulando quasi inter ligna expectavit. Verùm notescit hominis lapsi miseria, si non accesserit gratia: etenim licèt punctum, licèt compunctum, vera non commovet pœnitudo, nisi vocatum à Deo. *Deambulantem* sensit, & *vocem eius audivit.* Deambulabat, non sedebat. Sedere iudicis est & ad correptionem vox: voxque etiam vindicis iniquitatis placidè auditur, dum reus in supplicium vel gravissimum vocatur; quoniam delinquentem commovet in contritionem, iudicem causæ videre, sed non ut iudicem. *Accessit Deus* (ait Seleucien. *Orat.*4.) *& ut ita dicam, lamentatus est, conspecto Adam.* Necessaria erat, fractà lege, iustitia; negligeret, uti impunis audacia. Illo in iudicio Adam graviter multandus: & pœnas in pœnitentiam criminis libenter admittit reus; quoniam cunctarum pœnarum obnoxius amplectitur correptionem, quandiu iudicem viderit de cruciamine merentem. Plorat Iudex lamentatus de status miseria, in quam voluntariè ruit, qui felix florebat gratia. Pœnas multiplicat, manum aggravat: & correptus neque verbum ad sententiam

Homo sine gratia non recipiscit à culpa.

Gen. 3. 8.

Basil. Seleuc.

Contitiones spectabiles in modo sententiæ iudicis, qualis?

pro-

pronunciat ; quippequàm non solum cognovit criminis gravitatem , sed iudicem de sententia amarissimè fleatem. Flet. Longè itaque ab ira, hæccine gravissima omni genere sententia. A Deo persecutio excitatur , sed castigans miseretur. Spernit, sed protegit. Dedignans è domo expellit, verùm diligit. Non iræ tenor sententiæ, sed iustitiæ. Crimen in iudicio exaggerat, cæterùm in correptum amorem servat: plorantèque reo , iudex cum illo plorat; etenim cordolium pectori amanti , quod necessarium ad supplicium accedere.

13 De Vespasiano (in eo refert Sueton. *cap.*15.) dicitur : *Neque cæde cuiusquàm unquàm lætatus. Iustis supplicijs illachrymavit etiam & ingemuit.* Sueton. Infelix officium iudicis, sub iugo legis , & conditione hominis ; ubi qui non studet iræ, necesse est naturæ lachrymis condolere , & ratione iustitiæ legibus suffragari ; ut pereat , ne alios corrumpat , tantùm quem perire oporteat : ille mortem contrahit: iudex meritum dicit : fletque fungens infelici munere , quia quòd meruit ille declarare , necesse. Non quærit pœnam , qui sine pœna alterius dolorem plorat. Furore in illam procedit, qui eius occasione exultat , ambiens severitatis ac integritatis famam , exercens sanguinolentiam. De patre Neronis (ut traditam hic , & quasi ingenitam haberet sævitiam) ait Seneca , de *Clement.* 1. cap.23. ad ipsum Imperatorem : *Pater tuus plures intra quinquennium culleo insuit , quàm omnibus sæculis insutos accepimus.* Sen. Lupus bipes truculentia degit, qui sanguine gaudet. Floridè Claudianus in *Mallio Theodor.* Panegyr. à v.212. signat iræ cæcæ phrenesim , atque iustitiæ cum prudentia moderamen.

Quomodo abilo iniustitiæ clem ntia?

——*Nec odium cogit. nec gratia suadet.*
Servat inoffensam divina modestia vocem:
Temperiem servant oculi, nec lumina fervor
Asperat , aut rabidas diffundit sanguine venas; Claud.
Nullaque mutati tempestas proditur oris,
Quin etiam fontes expulsà corrigis ira,
Et placidus delicta domas. Mucrone cruento,
Qui fruitur pœnà , ferus est : legumque videtur
Vindictam præstare sibi.

Longè Integritas , quæ noxios devovet legi ; & per modestiam , dilectionemque declarat ; quòd iudicem ratio, & nequaquàm ira moveat. Iuxta Sophoclen in *Aiac.* v. 1112. *Dura , etiam si valdè iusta fuerint, mordent.* Sophoc. Prudentiæ necessaria ars , etsi iustitiæ vultus , ne in iram vellicet morsus: nihilque inferendæ pœnæ magis effi ax, ne puniendus dolore sit mordax ; quàm quem viderit iudex legibus reum, in sententia severa tractare ut filium.

14 Si filius fuerit protervus, morosus, & immorigerus , estò à parentibus correptus , quorum illi præcepta nihili, mandata fraudi, repellenti benè monentes , deroganti à natura datos honores , quin possit reduci frugi , desperatà correctione, pravà indultà consuetudine (etenim ut ait , quo supr. Iacob. Boissardus.

Qui blandimento dulce nutrit malum;
Serò recusat ferre quod subit iugum.) Iacob. Boisard

Parentes *apprehendent eum , & ducent ad Seniores & portam iudicij ; dicentes : Filius noster iste, protervus & contumax est. Lapidibus eum obruet populus civitatis & morietur.* Deuter. 21. à 19. Iudicium ita cum filio postulatum à patre ; refert Ælian. 1. *Var. hist.* cap. ult. Sic filiorum mala mens. Mala profectò causa, & gravis ex perfricta fronte furor , si accusat amor : vel in eum exurgent lapides , quem uti degenerem amor perducit ad iudices. Dicentes : *Protervus est: & morietur.* Cur ergo ad iudices perducendus, si ab illis non iudicandus? Quidni accusatores testes adhibent ? Testes & accusatores sunt parentes: & ille sanequàm improbus , qui in pœnam mortis incusatur à parentibus. Causam construunt , qui eum diligunt: & dum exponitur coram iudicibus crimen haud vocant ullum ad causam pro discussitione testem ; quoniam ad comprobationem veritatis , sat est depositio amoris. Causa si efformatur , unde amor extra morem criminetur : *Filius noster iste protervus.* Singula notanda *Filius* : & accusatur, & quia protervus, lapidibus moritur. Perficiendum à iudice, quicquid præscribit iustitia ; dum contra legem efformatur causa , sine acceptione , exceptione personarum , ut sit perfectum iuxta iura iudicium: etenim si filius legem transgressus, iuxta legem damnandus, quamvis sit filius. Fecit Zeleucus , de quo Valer. Maxim. *lib. 6.* cap. 5. Ælian. *Var. histor.* 13. cap.24. & ut ait Guntherus in *Ligurin.* lib.8. *Pittac.*

Pravitas elucescit usu, quæ formatur ab amore.

Pravus damnandus, quamvis sit filius.

Summè decorum , legis iure,
Filium supponere legi. Gunth.

15 *Filius noster iste.* Quorsùm si sat in accusationem *Iste* ; additur à parentibus : *Filius noster* ? In iustificationem causæ,& reverentiam iustitiæ. Quamvis sit filius , accusant : quamvis sit filius , damnam ; quia priùs est , quod filius illex moriatur , quàm quòd lex iniustitia lace-

rc-

retur, ingulantes ingenitam erga filium dilectionem, ne propter illam divinam disrumpat legem. Dum dicunt *Filium*, ostendunt naturalem affectum : amor cum illo nascitur, estò propter contumaciam accusetur : accusatio rei indicat ingratitudinem, parentum proculcatum honorem, criminosi incorrigibilitatem, perfractam multoties legem ; cuius vindices patres, apud quos solùm iudicium, quippe illis magis notum sine fallacia argumentum : & istum quem legibus accusant & damnant, filium vocant ; ostendentes alijs iudicibus modum, quo decore & animo debet exerceri iudicium : igitur si legibus iustitia præ sè fert severitatem, manifestare debent erga damnandum studiosum amorem : placidè enim fertur amara sententia; ubi à lege iustitia, & à iudice procedit misericordia: igitur patet vel in ipsa amaritudine, sententiam à ratione, non ab ira fulminari. *Removebit* (inquit Seneca, 3. de *Ira*, cap. 39.) *omnia ultionis instrumenta. Simulabit iram ; ut tamquàm adiutor, & doloris comes, plus auctoritatis habebit : omni arte requiem furori dabit. Sic vehementior erit : & pudorem illi, cui non resistat incutiet : aut metum.* Non habet patrata culpà, & visà iudicis gratià, quid criminosus respondeat ; cùm uti comes & adiutor doloris damnandum tractat; quin obsit in iustitiæ legumque integerrimum opus, animus quietus, iudicisque placidissimus vultus.

A iusta sententia à iudice procedat misericordia.

Senec.

16 Quæ non ausus, qui sine veste nuptiali in convivium est ingressus! Si sine veste sacro convivio condigna, constructa causa, gravisque fulminata sententia; quid si ingrederetur ex abrupto veste sordida? De crimine arguitur, ut respondeat, & iudicem malitiosè non arguat : igitur iudicium iustæ causæ numquàm sine suspicione ; si sententia profertur sine criminis examine, parte inauditâ, & confessione prævià. Ad amussim iuris cuncta facta: sed ille nihil respondit : obiecto crimine, *obmutuit*. Patet perspicuò crimen, ubi pro causa nec levem pervicax cogitat excusationem. Ita reus. Quomodò iudex? Amicè loquitur, ut transgressor pudefiat, & pudenti præ dolore iudex ignoscat. At ille obmutuit, nec iudex pepercit, quippe etiam convictus non doluit. Qui corde durus, cognoscit mortis causam, nequaquàm resipiscentiam. *Amice, quomodò huc instrasti?* Nonne inimicus, sacrilegus, innignus & præsumptuosus ? Ideo damnandus. Cur igitur reum, in iudicio non vocat præsumptuosum, sacrilegum & indignum ? Coërcet iudicum furentium insolentem audaciam, & potestate venerabili adiutrephiam, quibus invehuntur in reos, actibus, & verbis procacibus; quippe turi dignitate, quod quidem nec somniarent sine munere : comprobant enim parrhesiâ, dignitas quanta : cuius ostentat præcellentem magnitudinem, fugientes circumspectionem, & iudicum modum, quia sine modestia iudicum, præ ira castigantes delinquentes, vel insontes) sine odio in vitia & iniquitates. Unde cùm huiusmodi tenor, in iudicibus sit furor (& maiestatis indignitas, quin eis detur ad impudentiam auctoritas) audacem, sacrilegum, præsumptuosum, index rectus non signat, vel horum minum, nec leve verbum : etenim qui fungitur iudicis munere, vel supremà potestate ; auctoritatem habet in delinquentium scelera, sed nequaquàm in convitia. Ovven. in *Monostich.* p. 2. *Epigram.* 4.

Condigne accedentium Eucharistia.

Math. 22. 12.

Ibid. *Dignitate audax qui udex procax.*

Qui temerè & præceps rabidas exardet in iras.
Excedit semper limina iustitiæ.

Sine modestia sententiæ tenor est iudicis furor.

17 Claret furentis rabidi excessus, dum abest in verbis modus : igitur si ius habet, ad iustitiam : sed ille tamquàm phreneticus erumpit in contumeliam: quod quidem fictam astruit iudicari causam, & iudicis iniustitiam : etenim si daberet acta, nullo modo transileret in opprobria : visis actis, putribus viscеribus fremit & tabescit ; quia non invenit quod damnet. Prævalet sæpesæpiùs huiusmodi indignorum audacia, quippe impunis insolentia : crescente arrogantiâ potestatum, ex patientia subditorum. Inimicus utiquè in convivium ingressus : hinc damnatus, & uti stolidus, quia incurrit inimicitiam, unde potuit magnam conciliare gratiam. Perseverat in scælere : dicitque ei index, *Amice* ? Sanè, in summum documentum, ut fiat in throno iniquitatum atque iudicit iudicium. Offensus erat audacia, vigebat inimicitia : & inimicum amicum vocat, dum iudicat ; quoniam in causis minimè integerrimum iudicium, dummodò levis memoria interfuerit iniuriarum. Videsis *Tautolog.* 10. *Didasc.* 5. *num.* 9. ad illud: *Tempus evellendi quod plantatum est.* Denique. Sacrilegus impurè cœnam ingreditur. Crimen examinatur. Invenitur, damnari transgressorem, decernitur : & vocatur amicus, qui damnandus; ut in iudice constet iustitiæ affectus: quandoquidem in amico illicita damnat acta, etiam utri-

Ovven.

Astruit inno centiam iudicati.

In sententiam dico læso, fit iniuriarū oblivio.

Unde Iudex intelligere

usque interveniente amicitia. Aliter nostro proposito. Iudex intimè commotus, quippe honor eius abdictus. Damnare excessum decrevit; & amicum, sceleratum vocavit; ut eluceret iudicare ratione, sine ulla pectoris vindicis amaritudine, sed tantùm ex fracta lege: etenim iustitiæ perficit actus, quòd tractetur, qui damnandus, uti socius & amicus.

Extra causam, damnandus sit uti socius.

——*Peragit tranquilla potestas,*
Quod violenta nequit: mandataque fortiùs urget
Imperiosa quies.

Claud.

Succinit Claudian. d. v. 238. Perperàm fit iudicium, ubi decreta rationis transeunt in prolubia voluntatis. De iudice Monachorum, ait P. N. SS. Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 64. *Oderit vitia, diligat fratres.* Dividit rationem & voluntatem inter fratres atque legum transgressores. Hinc iusticia intemerata, sine patientium querela: siquidem tranquilla potestate imperiosìque quiete, voluntas amore respicit uti fratrem, quem ratio lege ductrice castigat ut delinquentem.

S. Bened.

18 Hic est ordo legis & lex ordinis, *ne quid nimis*; neque ex parte iustitiæ, nec ex amore: aliàs extra tenorem huiusmodi moderaminis, acta si transeunt in affectum cordis; sine iudicio, sine cerebro, dignitatis propudio, cunctorum ludibrio, delinquentes amplectetur uti fratres, & fratres in iudicio damnabit ut deliquentes. In vero rationis regimine *Nec nebil, nec quidlibet*: quod quidem exponens Ianus Iacob. Boissard. *Emblem.* 4. inquit:

Ibid.

Nihil ni mium exercendum.

Quæ nihil ignoscunt leges; dic esse severas:
Et quæ permittunt quidlibet, esse malas.

Boiss.

Sic par est, rerum iustas moderentur habenas
Ne quidvis cuilibet sit? licitùmve nihil.

Quomodò ergo sortietur effectum regula moderaminis? *Nequid nimis.* Nec nihil, nec omnia. Totum à prudentia. *Hæc visio similitudinis gloriæ Domini*: dicit Ezechiel ad visionem primam, illi divinitùs obiectam. Quæ itaque vidit, ut siccine visionem commendaret? Imaginem insignem in throno sedentem, atque cuncta moderantem plenitudine sapientiæ, in quatuor cherubim præsignatæ; cuius speciem utitanti momenti iterùm cœlum præmonstravit Ioanni. *Apocal.* 4. à v. 7. Ibi itaque visæ facies Aquilæ, facies Leonis, facies Bovis, & etiam hominis facies. Ità in cœlo regentis exhibetur imago; ut regere discat homo. Peccantes usuvenit habere subditos; quia sunt homines: non unam, sed plures oportet habere facies. Aliquando adinstar Aquilæ cuncta videat: visis, ut Bovis ostendet faciem, quia tolerat. Interdùm sumenda Leonis; ut terreat: sed semper sub forma hominis; aliorum dumtaxàt pro tempore facies: equidem cùm homo gaudeat ratione; regimen erit concors regimini cœli, nequid nimis, modò sumpserit facies: ratio quippe dictat in prudentiam & iustitiam; ut cuncta cognoscat, aliqua indulgeat, aliqua plectat; & ut homo, etiam corripiendo parcat; ostendens in fratrem benevolentiam, quamvis exerceat in delinquentem iustitiam: igitur astruit iudicium sine affectione integerrimum, damnatum vel damnandum ducere tamquàm amicum.

Ezech. 2. 1. *Pessima respublica, ubi nihil indulgetur, vel omnia.*

Cap. 1. v. 10.

In quo eluceat maximè prudentia Præsidis.

19 Alibi dixi ex Tacito in *Agricol.* cap. 19. *Optimum quemque fidelissimum putare: omnia scire, non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem commodare; nec pœna semper, sed sæpiùs pœnitentià contentus esse.* En facies plenitudine scientiæ, ut homines rectè regantur ab homine. Altiore disciplinà Benedictus & patris, & magistri docet assumere adversus facies peccatorum facies; quatenùs iudex debeat, indisciplinatos arguere, mites obsecrare, & contemnentes corripere: *& alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus: & secundum uniuscuiusque qualitatem vel intelligentiam ita se omnibus conformet & aptet; ut non solùm detrimenta gregis, sibi commissi, non patiatur, verumentiam in augmentatione boni gregis gaudeat.* Ita d. *cap.* 2. Ita diversis faciebus cogitanda est conformatio, ne irrepat morum corruptio; sed maximè in correptione, quæ semper imbuetur ingeniosà charitate; quamvis in terrorem sumat iustitiæ insignia (quæ tantùm larva) ut fulmina mittat, cæterùm non quoties tonat: etenim Præsidem dedecent multa supplicia, ut medicum multa vulnera. Ita amore severitatis disponenda facies, tonitru concutiens, nec fulmina torquet (Claudian. 2. de Laudib. *Stilic.* v. 24.)

Corn. Tacit.

S. Bened.

Benevolentia haud sæpe congruit manifestari.

Iurgia, contentus solo terrore coercet.

Claud.

Difficile visum Petronio, verùm efficitur charitatis ingenio, ut trahantur aberrantium corda quasi fallenter à gratia, iustitiæ habitu, amore tamen occulto. Ipse in *Fragment.* Carm. 33. accinit:

Accusare & amare tempore uno,
Ipsi vix fuit Herculi ferendum.
Sed Amor torva solus sub fronte latebat.

Petron.

DI-

DIDASCALIA II.

Si regnat amor, de dilecti doloribus summus dolor.

1 PERVERSI difficilè corriguntur, ut habeant modum : unde pœnis macerantur ; quippequàm vexatio dat intellectum. *Nemo præceptis curat insaniam : ergo nec malitiam. Si insaniam sustuleris, sanitas redditur. De illis insanis loquor* (inquit Senec. *Epist. 94.*) *quibus mens mota est, non erepta. Castigatio insanos coërcet, frænat animos, vitia compescit, pudorem imponit.* Quare cùm insani vagentur peccatores (non insani essent, si præceptis obedirent) à Numine immittitur in dolorem cruciamen ; ut furiosi compuncti videant furorem : quandoquidem supplicium frenat animum, arcet vitium, imponit pudorem, & reddit insanis mentem. Ita accidit Herculi in furore : menti reddidit impacto vulnere. Videsis. *Tom. 4. T. 5. D. 2. n. 9.* Idem enim accidit insaniæ, ac malitiæ : igitur per acerbitatem à cœlo illatam, mota mens tandem tandem admittit resipiscentiam. Manil. 1. *Astronom.* cap. 1. v. 80. accinit:

Senec.

Vexatio dat intellectum.

Manil.

Et labor ingenium miseris dedit : & sua quemque
Advigilare sibi iussit fortuna premendo.

Conditio hominis in malum prona. Minimè in frænum sat sunt divina præcepta; quia regnat insania, & concipitur ira.

Virg.

Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla,
Nec Iovis imperio, fatisve infracta quiescit.

Frangenda audacia, ne gliscat amentia : si pectus inexaturabile malis ; ut sapiat citiùs, saturetur ærumnis : etenim quæret & solicite medicum, homo qui sese cogitaverit infirmum.

2 *Deus* (ait Casiodor. in *Psalm. 102.*) *castigat ut erudiat, punit ut corrigat, corripit, ut præstet.* Dat enim insano mentem, erranti directionem, stulto phronesim : aliter subtraheret ab hominibus supplicium, quippè non gaudet de perditione vivorum : imò dum pœnam mittit, ita contra conditionem agit (cùm de favore gaudeat) ut quasi invitus de illato dolore doleat. *O Christi pietas! O inopinata salus miseri! Tam gratuita est & probata dilectio Dei* (infit Bernardus, De Cognit. *hum. condition.* cap. ult. n. 41.) *tam stupenda dulcedo, tam repentina dignatio, tam invicta mansuetudo ; quoniam misericors est. O quanta misericordia! Quàm ineffabilis mutatio dexteræ Excelsi!* Dextera mittit in errantes afflictionem & cruciamen : & ineffabilem dicit Doctor mutationem ; quoniam in peccatores ab Excelso missa vulnera, ut demonstret amorem habere in dextera. *Dolores mortis circumdederunt me:* præ pœnis peccatorum punctus dicebat Divid. Modò : *Circundantes circumdederunt* : & ut vidimus in *Lit. exposit. Affligentes afflixerunt.* Non nuvum est, quod affligat afflictio. Quorsùm igitur huiusmodi geminatio? Ut constet Dei pietas per pœnas sceleratis immissas : quæ quidem à Deo vindice (peccatoribus inferentes dolorem) pariter affligunt vindicem : etenim vulneribus inflictis ita percutitur ; ut ipsis afflictionibus præ dilectione affligatur.

Casiod

A Deo punitio pietatis dulcedo.

Bernar.

Psalm. 76. 11.

Ps. 17. 5. Psal. 17. 12.

Deus ex amore, dum homo sceleratè dolet.

3 Castigatis aliquibus, & reliquis Spartanis in concionem vocatis, dixit Cleomenes : *Non facilè posse absque vi & timore statum reipublicæ in melius mutari ; quibus modestissimè usus sum. Felicissimum utique Regum omnium me fuisse arbitraretur ; quòd tamquàm medicus absque dolore patriæ, mederi potuissem.* Hæc Plutarch. in eo. Verùm cùm sine dolore in Republica corrupta nequirent inveterata reprimi carcinomata ; ferrum & ignem adhibere congruit, quamvis de dolore doleret. Dotes sunt integerrimi Principis, cuius scopus cum benignitate leges. *Leges*, ut eius observantiâ Respublica gaudeat. *Cum benignitate*, desiderans, nil esse quod corripiat : igitur cùm necessarium sit uti iustitiâ, ut compescatur insania ; ægrè fert damnare pœnis obnoxios.

Plutarch.

Inditis munus respondere muneri, quamvis doleat.

Quique dolet quoties cogitur esse ferox. Patet ita eius benignissimum pectus, non accedens ad pœnas, nisi coactus. *Tamquàm invitus* (ait Seneca, 1. de *Clement.* cap. 22) *& cum magno tormento ad castigandum.* Cæterùm cùm iudex iustitiæ debeat esse, ut respondeat ad amussim credito muneri ; iuxta leges fontes doloribus aggravat, quantumvis doleat. Hoc proprium hominis, quippe sub pœna iacet gemitque similis : qua vel in iudice damnante vocat pietatem ; igitur iustitia vera habet sociam compassionem. Altiùs elucet in Deo, homine propter scelera mortificato : quippe ut Serm. 1. *Mens.* 10. ait Leo Pap. *In nobis quasi quodam speculo, divinæ benignitatis forma resplendet.* Unde splendor ? Ubi tantus in benigiratem

Ovid. 1. Pont. 3. v. 56.

Seneca.

Leo Pa.

amor : etenim non solùm dolet cruciamina misisse, quæ iustè patitur homo ; sed etiam ex passione graviorem dolorem patitur. Apparuit benignitas Salvatoris nostri Dei ; cùm in tragœdia vindictæ, hominis pungitur cor : igitur si homo dolet, quia cruciamen habet ; Numen præ benignitate de doloribus dolet, quasi sumpsisset. Dialecto nostrà vividiùs : *En materias de justicia, el papel que por su culpa el hombre llega à sentir ; su piedad le siente mas, y mejor.*

Qui in Deo amor, de pœnis hominis dolor.

Ps. 20. 12.

4 *Declinaverunt in te mala* : dixit pœnis criminum oppressus arctè David; cùm dolens præ pudore clamaret continuò ad Deum. Mala culpæ nequeunt esse. Ergo pœnæ culpæ mala. Nec istæc cogitanda ad Numinis formam, quippe non homo ut agat pœnitentiam. Deinde quia dicit ipse David : *Declinaverunt in me.*

Ps 54. 4

Nil mirum: ipse peccaverat. Quo ergo pacto dolores in peccatore, & in Deo? Erant in Dei pectore, quippe erant in peccatore. In homine Dei resplendet benignitas tamquàm in imagine. Peccator debet accipere dolorem pœnæ, quia studuit culpæ. Deus benignitate ingenita misit in pœnam dolorem, ut vocaret in homine pœnitudinem ; qua rediret in gratiam per hospitem pœnitentiam. Benignitas est, sed non maxima. Pietas est, sed non eximia: eximia planè, quando in eum declinant hominis mala : quando dolet de immissa in criminis pœnam acerbitate ; quantumvis necessaria pro pœnitudine : unde amoris studio, ut benignitas non solùm ardeat, sed ut splendeat; dolor passus à pœnitente ; ad illum miro artificio declinat; quippequàm sibi illatum sumit dolorem, ut dolentibus ostendat eximiam fulgentem benignitatem. *Declinaverunt* in Deum criminum acerba. Si declinaverunt, alibi sanè federant illorum mala. Ubi ? In Pectore Davidis, sed pœnitentis, oppressi ærumnis, de quibus lachrymæ pro remotione clamant : in Deumque fulgentem benignitate declinant ; quoniam quasi sibi sumit, ubi à pœnitente removet. Necessaria est cum cruciamine criminis amaritudo, ut cognoscatur fallax quæ cogitata dulcedo; quippe voluptates nonnumquàm insidiatrices, subdolè dolores pro delicijs ingerentes. Patitur ergo siccinè legis transgressor : respicit etiam divinæ innatæ benignitatis fulgor: & pœna, quam pietate aggravat, ut refulgeat magnoperè, in se declinat; etenim summo amore ab illo sumitur, quicquid peccator in dolore patitur.

Unde elucet maximè Dei benignitas in homine?

Vis pœnitentiæ.

5 Dicit David : *Declinaverunt in me.* Etiam *declinaverunt in te.* Maluend. *Moliti adversum te malum.* Quid quod cogitarent, cùm nihil possent ? Cogitaverunt sanè cogitatione, quia *cogitaverunt consilia quæ non potuerunt stabilire.* Potuerunt vel non potuerunt, quod cogitarunt? Potuerunt. Qua lege ? Peccantes. Adversus Deum moliti sunt malum, atque scelere potuerunt. Quod à peccato removere debuit, illos in peccatum impulit. Non potuerunt etiam cogitantes benignitatem; sed potuerunt cogitantes excellentem : igitur cùm benignitate in delinquentem pœnas inferat, & præ summa pietate sibi amantissimè sumat, quod in pœnam peccati peccator tolerat ; ut cognoverunt in misericordia divitem, ac benignitate eximium; quod non potuerunt, adversus illum cogitarunt malum : quandoquidem in dolorem criminis mittendo patitur, quicquid ab illo pro peccato mittitur. Floride appositèque Hermann. Hugo, lib. 1. *Suspir. Anim.* Gemit. 4.

Maluēd

Quomodò in Deum qui delinquit peccatum prævalet

Sic habet alternos virtus vitiumq̃ triũphos:
Quique iubet vitium, retrahit inde dolor.

Herm. Hug.

6 Minimè Anteros summè egregièque ab Amore dignatus, corde respondit Amori. Haud redamat, qui aliquatenùs declinat. Debet candidè perfectà fide, cum flammæ demonstratione, qui gratus obsequijs nosci. Conveniunt dolus, amorque verus pessimè. Otho Vænius *Amor.* Emblem. 4. decantat:

Ut purum, nitidum, haud fallens speculum debet esse;
Sic verus quoque sit, non simulatus Amor.

Otth. Væn.

Aliquando uti in speculis fides solicitatur in amicitia ; cæterùm pectora sunt specula concava: in quibus pignora fœderis mutui dilectione quæruntur; sed imagines eversæ toto speculo videntur. Aberravit ergo redamnatio in Anterote. Postulatur & arguitur de crimine : nullum quippe maius, quàm non respondere amanti. Pœnas infligere Amor flammeus indignatione cogitat ; ut ingratus sapiat, & de errore resipiscat. Officium utique amoris, vel in acerbis, haud mittere dolorem in dolorem, sed in solidandam fidem. Nihilominùs ne regereretur iniuria, & quia impunis renovaretur audacia, roseum accessit, virgas ex illo amputavit, & Anterota verberare cœpit; quousque dolore monitus statim suspendit ictus, queis sentiens intimè plagas, quantocyus proiecit virgas. Ausonius Edyl. 2. aliàs 6. & Chartar. de *Imagin.* fol. 339.

Ingratitudo similis speculo concavo.

Illi

Illi purpureum multato corpore rorem
Sutilis expressit crebro rosa verbere : quæ iam
Auson. *Tincta prius, traxit rutilum magis ignea sucum.*
Inde truces cecidere minæ.

Amarè ictibus querebatur Anteros, & Amor puniens maiores ferebat ictus : hic igitur pungebatur acumine sentium, dum illum molliter concutiebant flores rosarum, clamante ad Amorem quasi nullà plagà, Amori profundè dum configitur spina : equidem quò magis flagellum premebat in ictus, plus terebrabatur cuspidibus saucia manus. Unde cùm intimiùs doleret, si virgis tunderet ; virga sedulò proijcitur, ne saucius plus ex verberibus patientis affligeretur : etenim in manibus ostendebat sanguinolenta vulnera, ut ex immissis vulneribus eluceret quanta plaga.

Amor cur virgis rosæi respondet ingratitudini?

Zachar. 13.6. 7 *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum* ? Christum Dominum plagatum interrogat Zacharias. *Nunquid sagacitas machinari potest humana* (ait Augustin. in *Meditat.* cap. 7. n. 3.) *cui comparetur miseratio divina* ? *Quo processit pietas* ? *Quò excrevit benignitas* ? *Quò attigit amor* ? *Quo pervenit compassio* ? Non interrogat de vulneribus, sed quorsùm factæ, & etiam cur factæ in manibus? Plura dixi alibi, sed modò artificium amoris, theatrum scena pietatis ; ut miseratio, compassio, benignitasque divina resplendeant uti in speculo, fragili natura humana. Peccavit & gravissimè homo, gravissimo ex tunc destinatus supplicio : igitur ipsum commendabilem amorem, aberrans offendit, per inauditam illudusque ingratitudinem. Magnum enim crimen egregiè dignato ; adversari, de se insignitèr benemerito : siquidem quid deficere à fide, si datur ingratitudini, vel non respondere gratiæ ? Necessarium fuit supplicium. Haud decerneretur ab amore, ni necessarium ; ne gliscceret insolentia delinquentium. Ita statuit legis & iustitiæ tenor. Cæterùm quid fecit amor, dum ab illo minax demonstrata severitas ? E roseto secuit virgas, ut afflictim verberaret, qui ingratus, audax, fugato pudore offendit, ut per flagellum, exularet flagitium. Inchoavit, verùm vulneratus acerbè, quamprimum destitit : quippequàm impingens ictus, transfodiebatur spinis rosarij manus : & quò magis in vulnera comprimebantur flagra, magis in manibus radicabantur vulnera. Unde etsi graviora mereretur homo, pro gravissimo perduellis inobedientiæ delicto ; cùm haberet affectam dolore manum, haud valuit uti, nec constringere ad ictum sumptum flagellum. Quantumvis rigorem peterent iniquitates, manibus saucijs deficiebant vires.

August.

Deus unde percutitur, dũ homo peccat?

8 Propiùs argumento. Patent manus transfossæ, & simul signa splendoris clementiæ : etenim si necessarium plectere, ut homo pœnas luat criminis admittens pœnas per arbustum (habens spinas & rosas) flagellat iniquos rosis, & ipse, quia flagellati, vulneratur spinis. Pende. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum*? Ut cognoscatur pectus præ amore percussum, dum sumpsit vindex pro correptione flagellum: equidem cùm vulnera iure contibus impacta, percutienti constarent ampliora vulnera ; percussus altiùs spinis suspendit ictus, ne percussione vulneraretur amplius. Elucet. *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum* ? *& dicet : His plagatus sum.* Non flagellis, sed plagatus plagis ? Instrumenta utique saluciant. Vulnera non vulnerant. Unde igitur ex flagellis plagis percussus, potest verè dici, vulneribus vulneratus? Necessarium præ iustitia, plectere crimen, atque hominem corripere delinquentem ; verùm cùm benignitas acriter sentiat, etiam quod hominem pro crimine gravat, plagasque excitet de quibus delinquens dolet ; amori ex plagis fit plaga, quia ex vulneribus hominum procedunt vulnera. Hermann, quò supr.

Cur flagellum projcit?

Ibid.

Aspicis & pateris, estque tibi cura iuvandi:
Sentit amicorum vulnera quisquis amat.

Herm. Hug. *Et cordelium, homini flagellum.*

Ultrà procedit amor Numinis in eminentiam spectabilem amoris. Resplendet benignitas, vel dum meretur amaritudines pravitas : igitur plagæ sunt amantissimi cordis, quæ missæ in corde inimicorum Regis.

9 Rutilat Dei ficcine optabilis miseratio, licèt alienum opus eius ab eo : non enim in hominem mitteret amaritudines, ni ab illius graviter urgeretur peccatis.

Tu plagis hominem peccantem ultricibus urges.

Crucius

Dicit Regius Psaltes : *Propter iniquitatem corripuisti hominem.* Didicit ex his quæ passus est ; igitur doloribus super dolorem, peccatis & pœnis afflictum affatim cor. Verùm, cùm cognoscerem iustitiam, quæ vel cruciamina mittit propter pœnitentiam ; patienter (dicit Domino) humilis & humiliatus cuncta pertuli : *Quoniam tu fecisti.* Quæ in amore & ex amore gratia,

Psalm. 38. 12.

V. 10.

tia, qui ita dives in misericordia? Quæ in acceptatione & studio charitatis ubertas; ubi contines vel in ira misericordias? Cæterùm si in conspectu tuo cum oratione intrant pœnitentis preces (quoniam cor contritum & humiliatum, tu qui Numen, non despicies) ut magis rutilet pietas;

V. 11. *Amove à me plagas tuas.* Quid hoc? Cuius, vel in quo sunt plagæ? In Davide sanè sunt. Hinc enuncia: *Amove à me.* Si in se habet à Domino missas plagas; quo iure ipsi fulminanti dicit: *Amove à me plagas tuas?* Prævaricatur ratio, præ intensione doloris, acieque in lumine mentis? Gravis ictus rationis adimit usum. Hominem, dum quærit se,

Ovid. ——*Non sinit esse suum.*

Quomodò igitur in Numine vulnus invenitur; si David, unde dolor, vulnera patitur? Unde & à quo in plagas Numinis, virtus? Cœlum nulla sagitta ferit. Nulla in illo vicissitudo. Flagellum, eius non appropiat tabernaculo. Plagisque affectus cum corde dicitur animus? Sanè. Gravior gravissimis ictus. Sunt vulnera de vulneribus. Deliquit amicus, qui inimicus factus. Dormivit: & pœna transgressionis immittitur, ne dormiens soporaretur. Evigilavit, Nemesim cum flagello cognovit. Estò gravia fulminà, siluit, quia iudex meritò fecit: attamen cùm præ eminentia pietatis, doleat simul cum dolentibus de afflictionibus immissis; si plagas Deus amoveret à David, unà amoveret à se: dicitque patiens plagas proprias, & etiam iudicis plagas; igitur ita anxius de dolore hominis dolet, ut patiatur etiam vel quæ in delinquentem mittit.

Vnde illi vulnera de vulneribus?

10 Altiora insinuat David. Contemplatus sum, inquit, quia etsi tanta pro crimine passus, compuncto corde; ipse Deus in compunctionem fecit. *Obmutui, humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renovatus est.* Pœnis humiliatus est, & iusta supplicia cognoscens siluit: præ malis gravissimis, malis tacuit. Si tacuit à malis, cur dicit: *Et silui à bonis?* Quæ mala bona? Mala quæ dantur in bonum. Hinc Deus dicit: *Feciste atque cogitasse malum*; sæpe apud *Ierem.* Malum enim dicitur, quippe naturæ violentum: & datur in malum malum; quoties obduratum cor, nec per ipsa supplicia, resipiscit à dementia. Malum in bonum datur, dum in bonum à malo pectus compungitur: & qui siluit præ malis, stupens tacet præ bonis; quoniam bona cognovit, quæ ut violenta naturæ viribus renuit: etenim dormiret insensatus crimine ad gratiam, ni excitaretur malis præ dolore in pœnitentiam. Ita in malis bonis punctus. Verùm unde eius dolor renovatus? Quia parùm dolebat de crimine, & pœna criminis, tantis circundatus malis; propriam aspiciens malitiam, & Domini charitatis & pietatis excellentiam: quandoquidem de malis hominum doluit; sed malorum pœnam sumpsit. Tulit dolores, portavit infirmitates: de pœnis ac cruciaminibus passis, doluit & intimè cor: cæterùm in corde dolor renovatus est; eò quòd ne transirent cruciamina in transgressorem, factis honis ex malis; transierunt in innocentem. Primum intervenit dolor, ingressus statim amor, præ excellentia charitatis: & in meditatione etiam exardescet ignis; quippe cuius cor non flagrat, quin meditatione doleat, videns peccatores commisisse scelera, & innocentem illorum pœnæ tolerare supplicia? Quid fecit? Quæ commisit? Quæ causa necis? Splendor benignitatis: igitur dolens de doloribus hominum ex cruciatibus pœnarum; sumpsit sibi in ligno crucis, ne crucis uti merebant, tolerarent transgressores. Est cogitatio Augustini, loc. cit. & *cap. 6. Ego sum* (inquit) *tuæ mortis meritum, tuæ vindictæ flagitium, tuæ passionis livor, tui cruciatus labor. Ineffabilis mysterij dispositio! Peccat iniquus, & punitur iustus: delinquit reus, & vapulat innocens. Offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: exolvit Dominus, quod perpetrat servus, & quod committit homo, sustinet Deus.*

Christus de hominis peccato doluit & pœnas sumpsit.

Candet nudum pectus,
Cruentum rubet latus,
Tensa arescunt viscera,
Decora languent lumina,
Regia pallent ora,
Brachia rigent procera,
Marmorea pendent crura,
Terebratos rigat pedes
Unda sacri sanguinis.

August.

Mittit acerbitatem, ut criminis pœnitudinem.

V. 3.

11 Quid, quod exardescat ignis cordis, & quòd ardeat flamma pectoris? Quæ plagæ exulceratæ criminibus in Davide; sine crimine videntur in Redemptore. Vulnera sunt utriusque. Iam Deus videtur patientiæ: igitur propter excellentem charitatem: per passionem habet quæ habebat per compassionem; amovens à peccatoribus in imè torquentes plagas, ut propter similitudine absque peccato toleraret tamquàm proprias. *Compatitur infirmitatibus nostris.* Patitur & compatitur. Patitur,

Eius passio & compassio singularis.

Hebr. 4. 5.

tur, quia plagas & nostras habet: compatitur, quia nobiscunt dolet. Unde ut expleret flagrantissimum amorem, ostenderet in nobis resplendentem apprimè benignitatem; quæque habeat per compassionem in pectore, dolenter & amanter sauciatus habet in corpore. At hoc aliàs.

Cernis ut in toto corpore scriptus amor.
Tibi sunt mea damna dolori.

Ovid. in mort. Tibull.

12 Transeamus ergo de Salvatore in Numen, ut eius etiam plaudamus insignem benignitatem. Plenus vulneribus erat regnum Iuda propter noxas. A planta pedis usque ad verticem non erat in illo sanitas: queruluſque Dominus dicit: *Heu.* Quid: Signa doloris sunt. Unde cordolium, & afflictio cordis? Dicit: *Vindicabor de inimicis meis.* Sit ergo. Doleant quibus dolent vulnera. Quid utique ad illum plaga? Ex innata admirabili clementia. Iam enim in scelerum pharmacum, medicamen exhibuerat vulnerum. Curavimus Babylonem & non est sanata, quoniam ab illa despicitur medicina, numquàm enim studebit respiscentiæ, quæ non didicit dolore: igitur recipit pro illatis criminibus vulnera, quasi essent voluptatis blandimenta, destinata in dulcedinem; quæ pulsant in pœnitudinem. Convertere non valuit, quos penè contrivit: quandoquidem prava indoles, nec dolet dolore mortis. Dissipati sunt, nec compuncti. Hi errant corde. Illorum propensè medicus cœlestis intendit in sanitatem, & ferro addidit meditanter ignem; subdens: *Consolabor super hostibus meis*: equidem etiì mœstus accedit ad supplicium, ut necessarium; videns supplicium vulnerum medicamen, aliquam in mœstitudine accipit consolationem: gratissimum enim illi, ad supplicia non compelli. Verùm evanuit spes: voto profectò frustratus est sic & sic: dicitque *Heu*, tanquàm doloris signa; quippe pungitur clementia, eò quòd propter virus veterum iniquitatum, impellatur uti medicus in repetitionem vulnerum. *Heu* est gemitus, sed non dolet dolens animus. Uti doleat acriora sunt necessaria cruciàmina, & præsentior medicina; quæ apponenda: acerbitatemque gemitibus proponit, cùm querulus *Heu* quasi pateretur, dicit; quoniam pius ex transgressorum doloribus, doloribus est affectus. Nostrates vigilanter: *Como en Dios el castigo es tan estraño, está de duelo, y dice amante el dolor, entre las quexas de un Ay.* Patet dolor, & in homines amor. *Heu, vindicabor.* Hominum uti futurum dicit dolorum cruciamen; & ille sibi præ amore præsentem habet dolorem. Ita gravatur, dum in supplicium compellitur.

Isai. 1. 24.

Peccator insensatus desperatur.

Dei sola me videtis peccatorē fietem.

Patitur, quippein supplicium impellitur.

13 Quid non fecit pessimus Ieroboam, scandalum Israël! Per illum evanuit decem tribubus religio, venundato sub peccato: haud cavit, modò conservaret regiam cum auctoritate maiestatem, radicitùs prosternere religionem; atque ex beneficio conflare ferrum, adversus eum qui vel gratis contulerat beneficium. Erexit ergo Vitulos aureos, intimè cognoscens subditos; quorum in idola pronitas, concitata voluntas; cui Ieroboami dolus artificiosè calcar, Regis ad exemplar; quin cognoscerent ambitionis intentionem, illorum lactantem cupiditatem: nonnunquàm quippe nisi in meditatum quæstum utilitatis, qui Princeps & perduelis blanditur, subditis: quibus tantummodò depravato cordi; vivere, & vivere ad lubitum sine lege. Solemnem diem, irato Numine, constituit in dedicationem idolorum, & ab illo missus Prophetes in scandali exterminium. Ieroboamus comprehendi iussit, in signum manum extendit; sed illicò aurit. *Exaruit manus eius, quam extenderat, nec valuit retrahere.* Quorsùm ergo mirabilia, in audacis, ingrati, & insolentis cruciamina? Opportuna sanè, si laboraret invidiâ. In invidum næ miraculum, grave telum. Utquid miraculum, si innumeris modis quibat castigare sacrilegum? Aliter non emineret eius clementia, vel erga scelera fulgura vibrante irritatâ iustitiâ. Convertere intendebat ab errore Regem, & cunctis ostendit & iustitiam, atque in iustitia pietatem; quæ de illatis pœnis dolet, quoties compulsus in deliquentes mittit: construitque simul & supplicium & miraculum; quippequàm summum miraculum, quod venerit ad supplicium. Claudianus, 3. de *Laudib. Stilicon*, à v. 110.

Præfert subditis blâ dens spectum dæmonio religionis.

3. Regū 13. 4.

Miraculo signatū, Deū pervenire in supplicium.

Claud.

Pendat iustitiæ crimen, pietate remittat
Errorem: pluresque probet, damnetque nocentes,
Et patrias iterùm clemens exerceat artes.

14 Ulteriùs. In pœnam peccati manus Ieroboami aruit, continuòque Prophetæ prece sanitati restituit. Cur suspenditur inflictus ictus, si revocatur animus? Ut eluceat, quàm misericors. Si illata esset aliter profano pœna; non esset miraculosa, nec in supplicium Numinis exprimeretur violentia. *Reversa est manus Regis ad eum, & facta est sicut prius.* Cùm violentum esset, permanere non potuit: ma-

V. 6. *Renuit remanere supplicij vestigium.*

manusque aurit, ut castigaret crimen: atque restituta salus, ut ostendere pietatem; demonstrans factum infectum, ut in iustitia supplici facti manifestaret propositum: equidem cùm amor eius ducatur in hominem, quantumvis sontem, ut faveat (ne pœnis illatis etiam pro crimine, doleat) delebit clemens supplicium, quamvis necessarium sit, quòd rescindatur miraculum. Vernaculè: *Entrando en la justicia violento; por deshacer el castigo deshizo todo el milagro.*

Ovid. *Epist.* 12

Iuvit ipsa potestas.

15 Plura dixi Tom. prioribus, quæ videsis; maximè *Tom.* 2. *T.* 1. *D.* 4. Videtur quàm illi supplicium violentum, ex instrumento, quod eligit in supplicium. *Igitur Dominus pluit super Sodomam & Gomorrham sulphur & ignem à Domino de cœlo, & subvertit civitates has.* Emphaticum *Igitur* est. Si à Domino civitates traduntur supplicio; *igitur ignis de cœlo.* Non è terra aut inferno ascendit ignis: in iram Domini debet esse cœlestis. Ignis conditio semper sursùm, quia superius elementum. Deorsùm elementi flamma, est conditionis innatæ apertissima violentia: & Dominus in supplicium iusit descendere ignem; quippe semper uti invitus, plectit adversus inclinationem. Haud aliter ignis in abundantia pietatis. *Etiam statuæ Deorum arcebantur à cæde, quasi funestarentur: quæ si in loco positæ, ubi supplicia; mos erat aut velari, aut transferri.* Tacit. 1. *Annal.* cap. 62. Senec. ad *Marciam*, cap. 15. Dion. *lib.* ult. & Sueton. in *Claudio*, cap. 34. Ex quibus Læl. Biscion. *Tom.* 1. *lib.* 10. *cap.* 24. *Hor. subsecivar.* Tua enim Domine vulneratur pietas, vel dum plectitur iniquitas; quasi benignitate mœstâ exultante iustitia. Fit ab illa supplicium, & quasi expanditur velum. Mundi sunt oculi tui, ne videas malum. Proposito Seneca: in *Hercul. furent.* à v. 738.

Genes. 19. 24.

Et supplicium necessarium cõtra ingenium.

Biscion.

Statuæ Deorum in supplicijs velabantur

—*Quisquis est placidè potens,*
Dominusque vitæ, servat innocuas manus,
Et incruentum mitis imperium regit,
Animoque parcit. Longa permensus diù
Felicis ævi spatia; vel cœlum petit
Vel læta felix nemoris Elysij loca.

Senec.

DIDASCALIA III.

Quanta potestas Virginis amore Matris!

1 PRÆMISIMUS in hunc locum *Tautolog.* 1. *D.* 8. *n.* 12. proplausu Virginis (quam semper ostendit) excellentiam singulariſsimam matris; in protectionem & auxilium hominis. Ipsa enim.

Luciduu cœli decus.

Unde Bernardus de *Deipar. serm.* 2. n. 6. inquit: *Tolle corpus hoc Solare, quod illuminat mundum: ubi dies? Tolle Mariam hanc maris stellam: quid nisi caligo involvens, & umbra mortis, ac densissimæ tenebræ relinquentur?* Sine illa homines in tenebris ambulant, & absentià lucis cæspitant: quare eius gratiarum lumina præsentià oriuntur; vel ne cadant, vel ut qui lapsi erigantur: exercet igitur ostendes dilectionis magnitudinem, matris dulcedinem & Reginæ potestatem: quamdoquidem peccatores, etsi adstricti sint catenis criminum, vallati ex incursu dæmonum; matris amore, & Reginæ dominio, sanat & liberat omnes, oppressos à diabolo. *Circundantes, circundederunt*: dicit præsens Tautologia. Iteratur in hostium obsidione circuitus, ut demonstretur ex afflictione impossibilis exitus. Valeret in tenebris peccatorum dæmonum cogitatio, ni ad illuminandas tenebras esset Virginis protectio, rutilo splendore lucis, in tetra ipsa criminis caligine & umbra mortis. Dæmones captos circundantes circundederunt; sed fuit etiam inter catenas effugium, ita ut afflicti, presi evaserint, quasi hostes inclusione minimè circundedissent: etenim per potentem Matrem Virginem, à servitute miserrima obtinuerunt libertatem. Prima dæmonum fuit victoria Cadmea: affuit hominibus catenatis Maria. *Circundantes circundederunt me* (infit David) *& in nomine Domini, quia ultus sum in eos.* Nomen Domini vocatur Maria, quod sumptum de Thesauris divinitatis, in gratiam hominis. Vide Petr. Damiani, in *Annunt. Virgin.* Novarin. *Virgin. umbr.* cap. 54. à n. 1739. & Marrac. in *Marian. Polyanth.* Singulare prorsùs patrocinium, dum ad illam gemunt homines sub tyrannide dæmonum, & catenis peccatorum: igitur non solùm catenarum

Horat. *Carm. sæcul.* v. 2.

Bernar.

Mariæ lux in tenebris peccatorũ.

Psalm. 117. 11.

Ibid.

Illuxerunt è catenis dæmonũ

narum expertes, sed hostium exeunt ultores; quoniam dæmones qui obsederant (atque vinculis ligaverant, ne inclusi fugerent) Virginis patrocinio etiam sub pedibus habent. In præsagium felicitatis (in *Vespasian.* cap. 5. ait Sueton.) *duas aquilas in conspectu omnium conflixisse: victàque alterâ superveniisse tertiam à Solis ortu, ac victricem abegisse.* Elucet patrocinium Virginis propter victoriam hominis, in lapsu primo certaminis; quo potentiâ versipellis veteratoris, victa succubuit aquila humani terreni generis. Venit ab oriente Solis aquila, à cuius ortu, hominis pendebat tota fortuna; quippe apparuit ut castrorum acies ordinata. Irruit Aquila in aquilam victricem, ut victam liberaret & in ultionem: equidem tanta ex certamine & victoriâ felicitas; tanta Virginis potestas, tanta hominum ex protectione claritas; ut in dæmones iniecerint, quas excusserant catenas. Haud in victoria decus; quippe partus (adveniente aquilâ Virgine-Matre) dedecoratur diaboli triumphus, ulto vulnere primo, Matris ingenio: igitur non solùm homines ab hostibus liberavit, sed in ultionem victis victores subegit. *Educantur* (profert Tacitus, de *Orator.* cap. 28.) *in sinu matris & gremio; cuius præcipua laus tueri domum & inservire filijs.* Splendet ad homines in Virgine matris sinus, flagrantis amoris pectus: igitur per tutamen, studia, solicitudines, gratias, Virginis & cognoscitur maternitas, & filiorum ex patrocinio felicitas.

Sueton. *Libertas hominis, ex nativitate Virginis.*

Tacit. *Eius maternitas, hominū felicitas.*

Horat. 1. Od. 1. v. 2.

O & præsidium, & dulce decus!

2 De Dianæ Ephesinæ asylo plura Mythologi, potissimè in eius imagine, de qua infrà, n. 18. Unde Pausan. *cap.* 141. inquit: *In templo & urbe Deæ Virginis splendet claritas.* Plutarch. de *Non fœnerand.* in princip. claritatem demonstrat. *Diana Ephesia* (profert) *debitores, qui ad templum suum perfugerunt, inviolatos præstat & securos à creditoribus. Tristius nihil est, quàm audire: Solve.* Quæ debita non contrahunt mortales miseri, vitiorum illecebris in perditionem seducti! Expenderunt talenta, cœlestia dona, in amata flagitia, quasi expensarum numquàm & nusquàm ratio reddenda. Venit exactionis tempus, quippequàm in iudicium vocat Dominus. Non habent quid respondeant, atque iudicium iuxta merita formidant. Huc illucque vertunt lumina, ignorantes quò se vertant; quia iuxta Nemesis integerrimæ rationem, cuncta solvenda usque ad ultimum quadrantem. Averni patet ergastulum, nisi solvatur universum debitum. Mala causa, quia dissipata bona. Quò eundum in effugium; & refugium? In Virginis Matris templum: equidem si dæmones exactores, chirographis debitorum manifestis, & dispositis vinculis; uti mater auditis cordium gemitibus, liberat à creditoribus. Dæmon fugitivos persequitur ut deditios, & cruciatibus obnoxios (ut dicunt acta) quin sint evacuata obiecta. Sanè, verùm sunt propter asylum in Virginis protectione. Inviolati degunt, qui obærati ad sacrum templum confugiunt: cautionemque à supremo iudice recipiunt libertatis, suppressà incursione dæmonis; quia iugum oneris eius, & virga humeri, & sceptrum exactoris, excussa atque superata per intercessionem Matris.

Pausan.

Plutarch.

Quomodò refugium peccatorū?

3 *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me avolare fecerunt*: dicit Virgini Filius, eius Sponsus. Quando & quomodò Matris aspectum fugiet, qui corditùs concupiscit? Solicitat aversam, sui gaudij plenissimam causam? Haud aversione absentiam matris intendit, sed quoniam extremè diligit. Acumen est Ovveni lib. 4. *Epigram.* 125.

Te fugio, vitoque tuos, mea vulnera, vultus:
Virgo, *non quia te non amo, sed quòd amo*

Ovven.

Diligit, & nimis diligit, fugereque dilectam imperat, ne conspectum eius fugiat? Etiam. Plura præmisi in propositum, *Tom. 6. T. 7. D. 6. à num.* 7. Novâ ergo luce testimonium illustrandum. Iudex ergo hominum est, sicut Virgo hominum Mater. Flagitia plectere congruit: Virgo si præsens severitatem arcet: innuitque matrem fugere, quandiu uti vindex sederit tribunali; quia uti filius, coram illa, non vult inferre flagella. Iustitia adversus improbos clamat. Illa uti refugium peccatorum spectat: & cùm eius aspectum fugiat supplicium; fuga præcipitur, ut supplicium inferatur: igitur ad oculos matris, haud valet plenè munus exercere iudicis. Illius absentiâ, in tribunal ingredi potest iustitia. Præsentiâ non audet, quippe peccatores in pœnitentiam protegit, afflictis accurrit, debitores solvit, creditores compescit: & ita coram vindice valet; ut eius dumtaxàt vultus specie, gladium evaginatum tollat de manu iustitiæ. Sponsus illam fugit, ut pravos puniat, præut expedit. Fugit? Utique, ne Virgo repulsam intercessione patiatur, si non auditur & exaudiatur

Christô non placet in oculis Matris, exercere munus iudicis.

ditur: avolatque iudex ab oculis Virginis; quippequàm pudet, preces non audire matris. Fugere matrem iubet, ne ipse fugiat. Ni fugerit, avolat; quoniam voces peccatorum rebellium expellere congruit, ut alij resipiscant, dum transgressor pœnas luit: maximè collatà semel & iterùm venia, ex cuius indulgentia maiora prorsùm flagitia. Obturat aures, renuit exaudire oppressorum à iustitia clamores, qui quidem perveniunt aligeri ad Virginem. Quid tunc illa? Volat in filium fugientem: & pro afflictis ita eius preces potentes; ut surdum iudicem totum convertat in aures.

4 Ille ex Virgine assumptà carne, dicit Patri (carnem assumere qui præcepit) *Aures perfeciſti mihi.* Genebrard. hìc: *Corpus humanum in utero virgineo.* Unde Paulus: *Corpus autem aptaſti mihi.* Vide dicta *Tom.* 1. *T.* 1. *D.* 6. *num.* 13. Pridem erat Deus ultionum: non audiebat in supplicijs ex doloribus lamentum: perficiturque eius erga gementes auditus, in similitudinem hominum factus; quippe cum corpore accepit sensus: & quilibet hominum præ dolore clamores, ob amorem ad illos perforat aures. Pende contextum: *Tunc dixi: Ecce venio.* Pungit dolor, glisscit clamor: statimque in auxilium descendit; quippe iam audit. Maluend. *Tunc dixi: Ecce veni. Veni*, & *Venio*? Utique: ostenditur in solatium afflictionis promptitudo, auriumque perfectio: igitur si eius adventus expectabatur in gratiam, atque pernicitas gratiæ plus commendabat clementiam; antequàm veniret, aderat: priusquàm appareret, venerat: compescuit quippe ex vulneribus cruciatus; priusquàm in medicamen cogitaretur adventus. Aliter. *Veni* & *Venio.* Veniens, dolorem videt: antequàm veniret, audit. Excellit pietas, ubi gratiæ velocitas. Est enim donum, atque doni pulchritudo: dicitque meditanter, & *Veni* & *Venio*; quippe maioris ducitur, si movetur in medicamen vulneris, ad levem vocem vel in silentio doloris. Arator, 1. in *Act. Apoſtol.* vers. 817.

Materia est, dixisse nihil.

5 Expressit ingenitam pietatem, atque gratiæ in auxilium promptitudinem, Hermann. Hugo in fronte *Desider. Anim.* ubi afflictionem Sponsæ suspirantis pingit sub forma sagittæ, eiaculatæ ab intimo corde; cum lemmate: *Gemitus meus. Vtinam!* Alia missilia instar telorum è pectore in aures Numinis amore directa; cum epigraphe: *Ah, Heu.* Pulchra omninò cogitatio, ut in Christo coruscet aurium perfectio: igitur telum eius suavissimo pectori, quod suspirium latebat in corde Sponsæ. Clamabat præ vulnere saucium afflictæ pectus: gemitus illi nequaquàm erat absconditus. Illa, gemens: ille, factus sicut homo non audiens. Quid qui plenus amoris? Tormentis gaudet amantis? & suavissimo blandimine, ab amasia vulnerata charitate. Gaudet itaque animus dulcedine vulneris ex huiusmodi vulneribus: at cùm sit ingeniosus amor, & cordis Sponsæ non audiretur dolor; misit sursùm suspirium uti sagittam, quia suspirium ad gratiam aperit pectoris portam. Patet ex *Heu*, quasi ex lamentatione: clamor hic venit à vulnere: etenim cùm suspiria animæ sentiat; dolet hic, quòd illa doleat. *Ah.* Vividè. Sagittam gemitus sensit, ubi dolentem audivit: icitur gemitu, ut statim sit auxilio: habetquè in gemibundum aures apertas; quippe percussæ ad gratiam per suspiriorum sagittas. Dicit anima gementis *Vtinàm*, dum cogitat portam clausam. *Utinàm* votum est. Clamat vexatione cor: at cùm spiculis doloris, habeat iam patulas aures, antevertatque pietatem, ultra animæ expectationem; iam perceperat dilectionis auditu, quod illa gemens, tantùm conceperat voto.

6 Præterea: dum gemitus sagittæ adinstar ascendebat in cœlum ex suspirantis pectore; vulnus cogitatur in aure: *Heu, Ah.* Huiusmodi interiectiones sunt signa vulneris. Cur igitur isthæ lamentabiles voces collocantur in sagittarum scopo; & nullatenùs in doloris origine, vel principio? Clariùs: quare namque in aure audientis, & non in pectore ex dolore suspirantis? An quia Numinis auris perforatur, ubi vox è gemitibus auditur? Alia cogito in promptitudinem pietatis, qua Deus accurrit præ dolore gemibundis: igitur quasi dolet, quòd non audisset dolentes, antequàm audiret voces. In expositionem præfati textus aptemus huiusmodi emblema. Aures tantùm demonstrantur, ubi hominum dolores exponuntur. Signat Numinis severitatem, inter Christum venturum & venientem. Hinc dicit ille: *Ecce venio*, ut exaudiatur in gemitibus homo: pridem nulla etiam ad suspiria auditio, quoniam criminibus opposita nubes, ne transiret oratio: & dum corpus Filius Altissimi sumit, aures dumtaxàt Regius Psaltes assignavit; quippequàm in carne totus auditus, ut hominum

Suspiria gementium eius præcordia vulnerans, portamque aperiunt in gratiam.

Gementium suspiria divinæ per foramina aures.

Psal. 39. 7. Hebr. 10. 5.

Christus in homines quàm misericors!

Vers. 8.

Maluend.

Eius pietas, gratiæ velocitas.

Arator.

Herm. Hugo.

num audiat in consolationem gemitus. *Aures corpus.* Nulla in terminis dissonantia. Corpus sumpsit ex Maria: in corporeque aures designantur tanquàm corpus ; igitur qui pridem ante incarnationem surdus , habet per illam aures apertas , ut gemitibus cordis conferat gratias.

Thren. 3. 44. *Opposuisti nubem tibi , ne transeat oratio.* Estne fastidium , vel obsequium: Studium sanè pietatis , etiam dum illi opponitur nebula criminis : quandoquidem impossibile videtur eius clementiæ; vel peccatorum videre afflictionem ob crimen , & ut misericors, non removere dolorem. Econtrà per nubem accidit , dum ex Virgine corpus in auxilium nostrum suscipit : igitur si nubes opposita , ne orantes præ afflictionibus videat ; modò nubem (umbram matris) sibi opponit , ut gemitus audiat : igitur dolentium audit ex cruciatibus clamores ; per interpositam nubem, tantùm imaginem Virginis. Nubes appositè dicitur , dum scelerum vindici opponitur; ut per matris patrocinium, introeat in conspectu eius gemitus compeditorum; quos sanè iurè arcebat à tribunali iustitia, ne posset videri pro solamine gratia : ad oppositionemque huius mysticæ nubis, evanescit species terrifica tribunalis ; quoniam per nubem Matris-Virginis symbolum , prodit qui iudex in pluviam pretiosissimam gratiarum.

Sat Virginis imago , ut à Deo hominum removeatur afflictio.

Et gratijs pluit

Plin. 7 De Deo dixit Plinius *lib. 2. cap. 7. Effigiem Dei , formamque quærere , imbecillitatis humanæ reor. Quisquis est Deus, quacumque in parte totus est sensus , totus visus, totus auditus; totus animæ, totus animi, totus sui.* Imbecillitas humana Dei quærit solicitè formam, ut possit nanciscì gratiam: invenitque in Virgine-Matre Dei, ne quæ infirma imbecillis sit: igitur ut Deitas fulgeat nota , eius mirabilis forma invenitur per effectus in Maria. *Si cœlum te vocem* (inquit Augustin. serm. 35. de *Sanctis*) *altior es. Si matrem Gentium dicam, præcedis. Si formam Dei te appellem , digna existis.* Dicit opus , cuius speculum, in hominum patrocinium, tota sui, quùm quacumque in parte tota animæ , in cuius gratias totus animus , in auxilium totus sensus, in levamen tota visus: & ita amantissimum, amabile pectus ; ut vel in voces doloris tota videatur auditus. *O verè beata* (subdit Phenix inter summos DD.) *Deum hominibus peperit , vitam mortalibus edidit , cœlos innovavit , mundum purificavit , paradisum aperuit ; & hominum animas ab inferis liberavit.* Hæc

Maria Dei forma , & quare & quomodò

Augustin.

Idem.

omnia forma Dei , à qua humana sumptâ forma , & cuius aures perfecit ; dum corpus mater aptavit : igitur ita filium in generis dilectionem disposuit , ut ante voces audiret. Per illam fecit magna , qui potens est ; ut per illam cognosceretur quàm potens: equidem per Virginem eius prævenitur gratia , antequàm vocibus exprimantur desideria.

8 Exaltationem dextræ Numinis percupit anxiè David, ut à cunctis cognosceretur ut Deus: *Exaltetur manus tua.* Manum Domini semper comitatur magnitudo : unde igitur tantæ magnitudinis exaltatio ? An quia fovet afflictos ? An quia sublevat oppressos ? An quia dolentibus auxiliatur ? An denique quia vulneribus medetur ? Promptitudo commendat gratiarum exaltationem ; sed aliquid eminet etiam ultra promptitudinem. *Desiderium pauperum* (ait Hebr. *Afflictorum*) *exaudivit Dominus.* Hæc est amoris Dei insigne , consulentis singulari gratiæ; dum prosequitur genus humanum excessivo amore. Afflicti gemunt : levari à dolore volunt: desideria concipiùt, quorum in lingua nec voces : in gratiæque exaltationem ita disponitur auris ; ut modus gratiam excedat ; cùm exaudiat gementes , antequàm audiat. In gratiarum splendorem ; necesse est egentis prævenire voluntatem. Monet Stoicus 2. *Benef.* cap. 2. *Serò* (infit) *beneficium dedit , qui roganti dedit : ideò divinanda cuiusque voluntas : & cùm intellecta est , necessitate gravissimà rogandi , liberanda est. Properet licèt , serò beneficium.* Non serò gratia , dum ita prompta. Manus in beneficiorum munificentia exaltatur , dum concipitur votum , sed vocibus non exprimitur, quippe obtinetur libertas, priusquàm noscatur in libertatem voluntas : facit auris amoris , quò non est auris; sed magnitudo in collatione gratiarum , ad afflictorum obsequium: quandoquidem munifici magna gratia, ubi prevenit favore afflictorum desideria. Voces audiuntur , desideria uti muta , non habent voces, quæ audiantur: & in amoris studium, afflictorum exauditur desiderium ; ut divinetur indigentis voluntas , & compescatur necessitas : igitur amor aures ita in beneficia format ; ut audiat voces , priusquàm voces audiat. properet licèt , serò beneficium confert, qui preces audit. Qui non auscultat , ut audiat ; sanè properat. In antelatione muneris, manus exaltatur conferentis: siquidem magnificum beneficium, dum

Pf. 9. divis. v. 22

Vers. 17

Deus gementium voces exaudit, priùsquàm audiat voces.

Senec.

Prævenit eius gratia afflictorum desideria

gratia prævenit afflictorum desiderium. Desiderium?

O velox pietas!

Statius, 3. *Silv.* 1 à v. 8. *Vix oculis animoque fides.*

9 Ultrà procedit Numinis gratia. Desiderium gementium exaudivit Dominus. Estne ulterius? Dicit qui signavit munus: Ibid. *Præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Præparatio cordis in afflictis, est in auxilium præ dolore precandum; impulsus cogitationis, ex quo nascitur in optanda desiderium, & in desiderata patrocinium: præparatioque cordis mœrentis à Numine auditur, ut amor erga homines quàm excelsus demonstretur; & exaltata manus, ubi sine auris auditu conficit munus: igitur non solùm audit in gratias afflictorum desideria; sed priusquàm gratias concipiant cogitationibus corda. Præparatio cordis in angore, videtur in auxilium motus animi. Hos motus, quia non audibiles, hominum præterit auris; sed non Numinis, quæ sentit insensibilia, ut possit gemibundis confetri gratia: dicitur-que, ab illo audiri præparationem cordis; ut pateat in beneficium divinatio voluntatis: quandoquidem non solùm in votum auditur animus, sed audit etiam leves animi motus. Haud dicitur, quòd audit auris in gratia, sed *Auris tua.* Apprimè: Si cordis præparatio est cogitatio in auxilium ægritudinis, ipsi soli præparantur cogitationes: siquidem promptus in auxilium, ad collationem donorum, ita ad cordis præparationem aures singulariter præparat; ut voces eius sine vocibus audiat. *Auris tua.* O velox pietas! Sunt enim pennata dona. Desideria audit, quæ necdùm afflictus in desideria concepit (cùm cor præpararet, quæ desiderare valeret) dicitur-que Numini, ad gemitus *Auris tua*, ut in protectione, eius cognoscatur gratia: etenim non Numinis auris, modò in gratiã conferendam anxiè dolentis expectaret voces. Pende in contextu verba non idem in idem significantia. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Priùs exaudivit: pòst audivit. *Audire*, ex verba, seu per illa, significata noscere: *Exaudire*, audita assentiendo concedere. Illud sensu, hoc assensu, quòd fit corde, sicut primum aure: diciturque quòd Deus priùs exaudivit, quàm audivit, dùm afflictus præ doloribus gemeret; ut eius gratia cognosceretur, & auris, in patrocinium dolentis: igitur ita promptus in benefaciendo, ita amoris in homines magnitudo, quòd assenserit in afflictorum levamen, antequàm audiret vocem. Patrum est. Necdùm effor-mata cogitatio à mente, dum fit præparatio à corde: cordisque præparatio auditur ab eius aure; quippe favet plus, & ultra cogitationem afflicti: qui quidem in illo gratiam invenit, quam in auxilium, nec somniando cogitavit.

Et ante desideria ab illo effertur gratia.

Et ultra cogitationem.

10 Idem Propheta, qui sæpe afflictus expressit huiusmodi gratiæ decus. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ; & factus est Dominus protector meus.* Unde Deus cognoscitur protector eius, dum affligit inimicus? Protectorem agnovit, ubi invocantem exaudivit: ubi collata in protectionem gratia; ut vox audita: ultrà pretium in protectione cognoscitur, dum auris Numinis in afflictione monstratur: equidem si pridem Deus invocantem exaudivit; modò voces exaudivit, antequàm afflictus in auxilium invocaret. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ.* Implicat. Si auxilium prævenit, afflictionem non habuit. Habuit quidem, dum auxilium præparabat precem: verùm cùm gratia Dei vota hominum antecedat, & auris eius exaudiat, antequàm audiat, ut eluceat eius cordis in amore magnitudo; fuit, & nequaquàm fuit afflictio: etenim preces & voces prævenit Domini auxilium, cuius auris ante auditum exaudivit desiderium. Preces præveniunt gratiæ concessionem, ut possit descendere de cœlo in afflictionis levamen: verùm cùm Deus desideria favore præveniat, & ante vota votis gementium accurrat; vident gratias è cœlesti solio egredi, dum ad illas conantur supplicationibus ingredi. Divinum liquet & singulare flagrans amore pectus, in in patrocinium hominum. Deus protegit dives in omnes, qui invocant illum. Plus in divitijs magnificanda gratia. Plus? Restat gratiarum pretiositas, ut abundanter per Virginem-Matrem homo obtineret divitias. Ex illa Salvator natus, qui pridem promissus, ut per illam *ostenderet in sæculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ, in bonitate super nos.* Olim dives in omnes qui invocabant Salvatorem, conferentem gratiarum pretiositatem. Modò non solùm gratiæ divitias indipiscuntur homines; sed divitias abundantes: equidem conceditur gementibus gratia, priusquàm per preces expressa. Desideria auxilij audiuntur: gratijs ante verborum expressionem corda dignantur. Ante invocationem? Utique per Salvatoris & hominum matrem. Quid mirum, esto ex-

Ps. 17. 19. *Prævenit gementium vota.*

Ephes. 2. 7. *Quemodò amore Virginis, si ij perfectè sint aures.*

experiamur miraculum? Ipsa cum corpore perfecit aures: vocesque gementium filius audivit, antequam audiret voces.

11 Per Virginem impletum, quod Dominus promiserat in miraculum. *Antequam clament, ego exaudiam.* Qui exauditurus, si clamor ex vocibus, & ad voces conficiatur auditus? Desideria, ut gratiarum effulgeret abundantia. Audire præ dolore clamantes, ac de afflictione dolentes; munus est auris: exaudire, quod non valet audiri; cedit amori: primum est gratia: secundum gratiarum copia; unde cum per Mariam, elargiatur Numen hominibus plenam gratiam; priusquàm accedant clamori, adesse promittit illorum necessitati: igitur per illam non solum quod desiderant sine vocibus habent: sed etiam concedit Deus, quod desiderare vellent. Præterea. In indicem cordis patientis, ut miseratio accedat, in lingua efformantur voces. Fit in vocibus clamor, dum urget dolor: Deusque audit & exaudit per Virginem, ante dolentium clamorem; quippequam ut divitias gratiæ exhibeat, per interventionem eius, arcet dolorem, ne veniat. Denique. Ante clamorem exaudit, quippe non audit clamorem. Virgo prævenit auxilium, ante afflictionum ingressum. Non est, ut dixi, clamor; si non est dolor; quem Virginis intercessione arcuit Dominus à pectore: ante clamoremque exaudit, quod sine clamor audivit; quia cùm clament ex cruciatu (Virginis-Matris ex protectione repulso) sine doloribus pectora perpetuò silent, quia Virginis patrocinio, nihil habent de quo clament. Virgo ut hominum mater, preces descendit in omnes, demonstrans simul maiestatem potestatis: Deusque exaudit ante clamorem vocum; quia quod petit, petitionis auctoritate concessum. Modò rectius intelligitur, quod filia Iovis apud tribunal effatur.

—*Concessa peto*:

Ut refert Virgilius, 5. *Æneid.* v. 798. Quid hoc Virgo pulcherrima? Quid in throno petis Altissimi, concessa gratia Exprimitur, quam potentes eius apud Numen intercessiones, y validæ preces: igitur si hominibus petit à Numine dona; petit Virgo, quæ concessa. At quomodò obtinuit, si modò concessa petit? Facilis quæstionis exitus in potestate Virginis, ne veniant tribulationes, ante tribunal petentis: & prece potenter petit quæ iam concessa; quippe ne veniat angustia, Virgini concessa gratia: igitur ita filios à doloribus liberat; ut nec habeant de quo doleant. Est specialis Virginis potestas, ex qua Matris splendescit auctoritas. Si peteret concedendum; Deus filios ante clamorem non exaudisset: & per Virginem, antequàm clament, exaudit; quippe illa concessa petit: etenim si venturæ tribulationes, necessariò quod gravent; illa fecit protectione speciali, ne venirent.

12 Veritas nonumquàm malè audit, quia numquam auditur benè, maximè ubi adulatio intervenit, quæ officio obsequiosè officit. Felix sanè veritas, si audita expellitur, quæ sæpesæpius suffoditur, sub custodia Saturni vigilantis, qui tandem tandem educit illam è tenebris; sed in frustrà, igitur inutilis eius fides, si facta clades. Exemplum obijcitur in Achior, cui nocuit prompta veritatis lux: verùm non ita sine alicuius comitatu felicitatis, ubi cum veritate eius expellitur apud hostes. Ligari audacem Holofernes iussit, sed iustorum manus solvit, in felicitatis signum, atque fastuositatis opprobrium: ibi enim Reipublicæ vera felicitas, quò vagatur, ut audiant, soluta veritas. Receperunt Hebræi, quem in propudium pepulerunt Assyrij. Unde Achior illi dixerunt: *Cùm Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis; sit & tecum Deus.* Pende, *Hanc libertatem.* Qualem? Hanc: sed quænam hæc? Illi demonstrativè signant, sed non demonstrant. Genus huius mirabilis libertatis habetur per Virginem, ubi Deus audit illam ante afflictorum clamorem. Non enim capti ab Assyris: unde ergo species recolitur libertatis? Est subsidium post dolorem contractum: & est auxilium, ne cognoscatur tormentum. Dum dolor sustinetur, & afflictus liberatur, profectò gratia, quippe sopitur angustia. Protector exaudit, sed clamores misericors priùs in pietatem audivit. Nobilius exaudit, quùm non audit; igitur non est clamor, ubi non est dolor. Utrumque libertas est: & in signum nobilioris, signant *libertatem hanc*; siquidem maioris pretij, in concessione gratiæ, ita fugare in doloribus discrimen; ut gratiam conferre posset ante dolentium clamorem. Hæc vox gratiæ splendidioris est, ubi non auditur doloris vox. Libertatem feliciter retinent: quamnam igitur libertatem avent? Libertatem hanc, in qua non solùm protectio mirabilis, sed insigniter modus protectionis: igitur si gratia, patrocinium ostendere, postquàm doluissent; maior omninò, antequàm dolere possent. Ni amor in an-

xia

Isai. 65.

Gratiæ & illarũ modus singularis per intercessionem Virginis.

Per illã exulant tribulationes.

Virgil.

Quomodo?

Reipublicæ crimen, & discrimẽ non audire veritatem.

Iudit. 6 18.

Ante preces, Virgo concedit favores.

xilium invigilasset, qui liberi, servitute libertatem amisissent. Dolor veniret non solùm ex discrimine, sed durà captivitate; quam removit, fractis viribus hostis, pectoris amantis vis: & in libertate ut pretiosior signatur libertas hæc; quoniam in adventu tribulationum charitas pectoris fecit, ne tribulatio in vexationem venirat.

Non solum mala tremit, sed & arcet.

13 Elucet patrocinium latè longèque Virginis-Matris; ubi signanter & insignitèr protegit homines. Magnum sanè, illos liberare à præsenti urgente pœna: amplius, ab ira ventura: patrocinio absolutè libertas à malis fit: ante malum, mira sors: per Mariam habetur libertas hæc: igitur astruit pretiosiorem libertatem, in discrimine afflictionis nec invenire discrimen. Concessa petit, quæ sic hominibus favet. Venirent angustiæ, iuxta hominum crimina: sed eius est plena gratia, ex vi amoris, potestate Reginæ & charitate matris, præventione precum, in protectionis singularis signum; etenim si ventura quæ doloribus gravant; Virgo disponit, concessa petens, ne veniant. Clamarent afflicti, si premerentur dolore: est Virginis nobilior favor, homines liberans, priusquàm adveniat in clamorem dolor: igitur ab illa sic disponuntur dona, & gratiarum abundantia; ut per eam Deus concedat hanc illustrem libertatem, conferendo subsidium, ante afflictionis clamorem. Cognoscunt homines concessa petere; dum mala veniendo fugiunt, Virginis intercessione. Excelsum utique eius in nos patrocinium: ita in solamen atque iuvamen studium; ut si modò irrepserit ex vexationibus dolor, signum favoris sit favor.

Ad quælibet gratiã, nullam patitur repulsam.

14 Sub ferrea Pharaonis fornace, tyrannide truculentissimà Regis Ægypti, & eius ingeniosà crudelitate Principum (quorum malitia Regis ad exemplum) gemebant oppressi filij Israël. Magnum utique malum, quod quibat tantùm removere cœlum. Suspiria interpretabantur cordium cruciamina, in quibus proprium idioma: igitur vehemens afflictio pectoris, ubi in vocibus fugiunt expressæ voces. Floruit pro subsidio crudelitatis ingenium in gementium exterminium: & patuit dominantis potens vel impotens ira; ubi in dolorum opprimentium levamen, conferebantur vehementiora tormenta. Suspirabant, quia respirare nequibant: & in auxilium, usque ad Numen pervenit silentiosus clamor cordium. Deus audivit, in rubum (Virginis imaginem) pro libertate descendit. Moysi credidit libertatem, verùm renuit legationem; quippe arduum illi videbatur, vel impossibile, servitutis contractæ catenas frangi: nec missionis cœlestis futuram fidem, quoniam animus desponsus erga optatam libertatem. Moyses causà cessit, sed gratiâ Deus cor eius insigniter roboravit, illi dicens: *Hoc habebis signum, quòd miserim te: cùm eduxeris populum meum de Ægypto immolabis Deo super montem istum.* Hoc est signum, vel signatum? Signatum profectò, quia si in illo monte; libertas parta de Ægypto. Iam collata, fracto servitutis iugo gratia. Ipsa gratia gratiæ signa? Utique: *Apparuit Dominus in flamma ignis de medio rubi.* Aspiciebat Virginis-Matris imaginem, cùm promitteret favorem: & in liberratis signum, monstrat servitutis exitum; ut demonstret futuræ Virginis conditionem favoris, in urgentis abscondito tempestatis: igitur rutilat eius patrocinij claritas, si in libertatis signum confertur ipsa libertas. Semper intervenit tempus inter gratiæ usum, & gratiæ signum. Per Virginem gratia prompta: gratiæ quippe signum, est ipsa gratia. Est signum in auxilium afflictorum, ser Virginis & per Virginem signum; quo cognoscitur cor & manus conferentis, fungentis munere Matris: etenim si signum præmittitur pignus gratiæ; ipsa gratia antefertur pro gratiæ pignore.

Exod. 3. 12.

Vers. 2.

Signum favoris Virginis, ipse favor.

16 Siccine intelligetur non facilè captu, illud Exod. 16. 7. *Vesperè scietis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti.* Ipsi ignorare quibant, quod sciebant? Literaliter ex Hebr. *Exire fecit vos de terra Ægypti: non nos vos eduximus; uti dicitis.* Maluend. Non homines, sed Deus eduxit, & eductum à Deo totus populus cognoscet: siquidem ex eductione patet gratia pro signo; cùm promissio præcedat in signum gratiæ. Hinc in rubo flagranti ignis erat sine fumo: ipsa gratia erat pro signo; quippe ritinaculis morulæ, venustas tota denigratur gratiæ: igniſque in rubo sine fuligine fervor, quoniam signum favoris fuit ipse favor. Sub manum causa excellentiæ favoris, in pignore libertatis. Si signe gratia gratiæ signum concederet, gratiam populus propter signum expectaret: amorque liberavit ab afflictione, quæ sæpe oritur à spei acerbà dulcedine. Voluit proferre in libertatem patrocinium populi; & amor fluduit favoris sublimitati. Dare signum libertatis, erat amor; sed non sublimior. Dare li-

Exod. 16. 7.

Maluend.

Et gratię pignora, ipsa gratia.

libertatis signum, libertatem; favorem demonstrabat & favoris magnitudinem: ipsumque ex Ægypto optabilem exitum, exitus ostendit signum; quoniam si amoris obsequium, gratiæ studium, maius profectò si gratia studia gratiarum. Vernaculè: *Las señales en pecho tan piadoso son los favores; porque si es gracia la señal del favor, es mayor gracia dar el favor por señal.*

16 Scrutandum in beneficijs Virginis, quàm prompta & velox concedentis gratijs. Salvator, sperante turbà favorem; dixit se factum expectantibus gravem. *Ecce iam triduò sustinent me.* Sustinent Salvatorem vel famem? Famem & Salvatorem. Christi expectabant in subsidium famis, gratiam; potentis plenè sublevare ærumnam: dicitque se sustineri, dum affliguntur, qui illum sequebantur, fame; etenim cum gratia prompta sit æstimabilior gratia, & expectanti dulcedo; grave proculdubiò afflicto, potentem posse auxiliari, & auxilium non conferre. Nonnumquàm gratia Virginis dulcis sine amaritudine expectationis; cùm dona amanter distribuat, ubi afflictorum tribulatio vocat. In necessitatibus Mater vigilat, gemitibus accurrit, expectantibus adest, oppressos angustijs protegit: tantaque amoris in auxilia promptitudine; ut vincula nulla gratiæ. Erga homines, eius indigentes patrocinio, utitur Virgo volatu: etenim eximia Matris pietate, non sustinet, sustineri. Suos fovet, ut teneat sibi: non suos, ut sint sui; igitur per gratias, habet (ut aliò dicit Claudianus, 4. *Honor. panegyr.* v. 161.)

Marc. 8 2.

Gratia prompta magis grata.

Maria ad gratias non sustinet sustineri.

Claudian.

—— *Arcus, venatriceſque sagittas.*

Quærit prædam cordium, ut vulnere amoris, telis hostium animæ non vulnerentur. Est medicina vulnus, ne fugiant à facie arcus: etenim haud in meliora convertentur; si Virginis venatricis sagittæ corda transeuntes sine vulnere pertranseunt. Signum utiquè non leve, quòd ibi non potest ullam virtutem facere; quo plenà felicitate, petibunt miseri, in damnatorum pœnam; quia cæci præ malitia, despiciunt Virginis gratiam.

17 Non ergo tantùm diligatur linguà; quia non diligitur, si cor non rectum cum ea: nullus enim in honoribus honor, ubi labijs sine virtute honoratur. Neque enim *dubium* (subdit Augustin. d. *serm.* 35. in fin.) *quæ meruit pro liberandis proferre prætium; posse plus omnibus liberatis impendere suffragium; sed quid prodest nobis hanc interpellare vocibus; nisi etiam sanctitatis eius exempla teneamus?* Erit enim eius, qui fuerit illius. Dicit virtutibus (non vocibus) ex eius imitatione: *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Non igitur datur amor sine amore. Ut ameris, ama. *Vnam semper* Ama *promittet, idemque remittet,*

Augustin.

Cant. 2. 16.

Quisquis amicitiæ cultor & ultor erit.
Ama: non amat ille qui quod optat,
Non vult in socium referre votum.
Ama, si potes & vales, Amaberis.
Ama, si cupis & volet, Amaberis.

Hesius.

Accinit Guilielm. Hesius, lib. 3. de *Charitat.* Emblem. 28. Relatio est, & fulget in hoc ordine; qui exprimitur etiam ingenioso emblemate: nimirùm scuto cordibus insignito: igitur Virgo datur in patrocinium, sed tantùm scutum cordium: non scutum, si cor longè; non protectio, ubi non dolor de sagittarum vulnere; fatuè spretà in salutem medicinà: etenim auxilium tollitur, ubi scutum criminibus interdicitur: manetque in pectore pœna, *Ipse Dei clypeus terrà cùm tollitur imà.*

Erit Virgo, qui fuerit Virginis.

Ovid. 15. *Metamor.* fab. 3.

18 Inter portenta refert Iul. Cæsar Bulengerus, 3. de *Auspicijs*, cap. 14. commisso flagitio, Imaginem Dianæ Ephesinæ proiecisse scutum. *Tunc Dianæ simulachrum æreum remisit clypeum, qui cecidit.* Idem Pausan. *cap.* 123. Hoc simulachrum, ut diximus, *Tautolog.* 1. D. 8. n. 3. erat in Forma Virginis, plenæ mammis; in cuius clypeo, quem demisit, erant insigne serpentes. Minimè decipiunt fabulæ, repulsà modò fabularum specie. Maria in auxilium hominum, habet adversus serpentes dæmones impenetrabile scutum, respiciens uti mater, etsi Virgo, illorum necessitates; qua de causa plena uberibus, dimissis ad illam confugientium, debitis, & fugatis creditoribus; uti præmisimus *n.* 2. Ad illam tendit clamor; si à Numine, homine, dæmone aliquomodò affligimur: etenim eius in manu clypeus, quo liberatur à vulneribus pectus. Matrem videmus, matrem concipimus, matrem in patrocinium invocamus; cæterùm invenitur clypeus demissus. Unde tanta & in matre fastidiosa severitas? In despectum audax irritavit iniquitas, per quam solutis è clypeo serpentibus, in filios degeneres dæmonum prævaluit virus: quos quidem adduxerunt in infernum; quia criminibus in matre non invenerunt scutum. In Virgine amor respondet amori. Virginem uti filius non amat, qui vitæ studuerit corruptelæ. Ipse renuit patrocinium;

Bulenger.

Despicit filios degeneres.

qui

qui urget Virginem in scuti proiectum: iustèque æternis mancipatur pœnis; qui in pœnitentiam fugit ubera Matris. Propter delicta filiorum (ut olim etiam Diana, de quo, *Tom.* 5. *T.* 5. *n.* 16.) sæpe, ne videat crimen, quæ mater, avertit faciem. Sunt mundi oculi, ne videat malum; vel in malo malum non videat, sed filium. Nihilominùs tamen scutum non proijcit, quippe venatrice sagittà in pœnitentiam adducit. Miser ex morsu diaboli, criminis delectatione fugit, converti renuit? Deus per Virginem non parcet. Mater scutum proiecit. Frustrà criminibus solicitatur solatium: peccator ut peccator non inveniet patrocinium. Virtus fulget Deiparæ insigne, consulenti hominis felicitati.

Nec deducit tenaciter aberrantes.

Gaude, ò gaude integra mater.

Textor. Epigr. 24.

DIDASCALIA IV.

Pessimum ingredi, unde labor egredi.

NOSTRA Tautologia perspicuiùs astruit; de quo peccator, quia sine sensu, non dolet.

Mentis vitio læsa figura.

Ovid.

Ut accinit Ovidius, 1. *Amor.* Eleg. 10. v. 14. Malè planè se habet cor, ubi quæ vitia fuere, mores sunt; quia *facilis in proclivia vitiorum decursus est.* Ita Seneca, 2. de *Ira*, cap. 1. qui *cap.* 18. subdit: *Difficulter reciduntur vitia, quæ nobiscum creverunt*: peius utiquè malum: igitur vel dum decrescit ætas, inolescit consuetudine pravitas: tantùmque reciduntur vitia, ubi extinguuntur vitalia. Non exeunt, sed deficiunt, excussa à morte; quia non possunt sine vita permanere: etenim si vitalitas cogitaretur, vel micaret aliquomodò; non moverentur à generatione in generationem sine malo. Nec vota deponent, ni furcà fecerint. Labant, & estò cognoscant (ut ait Iuvenal. *Satyr.* 13. v. 239.)

Seneca.

Dum crescit ætas, cordis inolescit pravitas.

——— *Tamen ad mores natura recurrit*
Damnatos; fixa & mutari nescia.

Iuvenal

Quapropter dum obsidentur propter crimina à dæmone; ut libertatem quærant, nec possunt fugere.

Psalm. 117. 10. *Consuetudo peccàdi vulnus est cordis.*

2 *Circundantes circundederunt*: dicit in articulo David. Quorsùm huiusmodi geminatio ambulantibus in flagitiorum circuitu? Exprimitur periculum consuetudinis, vallantis (ne exire possint in salutem) peccatores. Qui peccant, à dæmonibus sepiuntur, ne labantur; sed exitum habent, dum cognito errore, dolent. Circundant utique crimine; cæterùm ex consuetudine, circundant circundatione: igitur cùm ligati non valeant transire vallum, ad libertatem nullatenùs habent exitum; quoniam in mala declinant, quamvis perire cognoscant. Ut commissum, est *omne pondus, & circumstans nos peccatum*; iuxta phrasim emphaticam Doctoris Gentium. Alijs vocibus David: *Nec conclusisti me in manibus inimici.* Inclusit, sed non conclusit, quando crimen cordi arrisit. Inclusio est septum, quia pondere circumstat (ne sit evasio, peccatum) sed pœnitudine non ita impervium; ut in nomine Domini dolens non possit transgredi murum. Conclusio, est vallum, quo detinetur peccatoris animus, quin exploretur in libertatem exitus. Inclusio est legum transgressio: Conclusio transgressionis consuetudo: & se David dicit à peccato & in peccato inclusum & non conclusum; exire expectans è vinculis peccatorum: equidem modò in transgressione consuetudinem haberet; ut conclusus à peccatis, in dolorem peccatorum pœnitentia non exiret. Causam refert Stoicus de *Tranquill.* cap. 10. *Compeditos primò* (inquit) *ægrè ferre onera, & impedimenta crurum: deinde ubi non indignari illa, sed pati proposuerunt; necessitas fortiter ferre docet, consuetudo facilè. Natura consuetudinem invenit, citò in familiaritatem gravissima adducens.* Nihil molestius peccatorum catenis, quas excuti quibat urgentia vehemens doloris: verùm cùm ex doloris consuetudine nec de vulneribus doleant; acerbitates ut mulcimina delectant. Iacent miseri sub servitute, & despecta libertate: etenim ita insensatos infatuavit consuetudo, ut in libertatem, necesse auxilium de cœlo, miraculaque fieri, ut extrahantur; quippe per se è catenis non exibunt.

Hebr. 12. 1. Psal. 30. 9.

Quid ex peccato, inclusio delinquentis & conclusio

Seneca.

3 Herodes, cùm Petrum apprehendisset, *misit in carcerem.* Vides in articulo, quasi in speculo, peccatorum inclusionem. *Petrus servabatur in carcere, dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerem.* En peccatoris ob crimina conclusionem; qua in libertatem non valent movere pedem, in summa calamitate; quippe non solùm negatur exire, sed exire neque posse. Quid in tanto cruciatu, mortis periculo, gravamine catena-

Actor. 12. à 4.

tenarum, circumvallatione militum, furore hostium, irà iudicis, & pœnà capitis in vinculorum solutionem operabatur; in

Vers. 6. quo species peccatoris perfectè obijcitur? *Inter duos milites* dormiebat Petrus, *vinctus catenis duabus.* Mors in crastinum imminet, & ille dormit? Quanta ærumna peccatoris in vinculis consuetudinis! Hæc perferebat facile, impossibile ferri. Non tantùm erat criminibus inclusus, sed propter continuationem etiam conclusus: dormitque catenatus desperans è criminibus salutem; quia nequibat per angustias acquirere libertatem. Dormit qui potest quiescere, haud qui gravatur dolore: inter catenasque, dormiente Petro, designatur peccatoris infatuatio; quia omninò fatuus, insensatus, & doloris consuetudine stolidus: qui placidè quiescit in peccatorum catenis, & cum periculo mortis. Circundantes circundant, quem relapsus in crimina gravant, quin habeat exitum, nec spem ullam in effugium; cùm non solùm sit inclusus in carcerem, sed etiam conclusus ob criminum consuetudinem: etenim si inclusus effugere valet, & conclusus propter vincula non potest; peccare, profectò malum: crimina iterare, pessimum: grave, in carcerem detrudi: gravius, in vinculis permanere: molestum, ingredi, unde potest elabi; verùm infaustum, ingredi, unde impossibile egredi: perperàm igitur relinquet & in tenebris ergastulum; qui catenatus nec potest movere gressum. Placet furenti sic esse, quin gravissimum pondus sentiat ut grave; & propter phrenesim, & dolorum inolitam consuetudinem: igitur arridet & in catenis vivere, & ad catenas insensibiliter mori; ex tormentis devolutus in peiora, quia dormit stellatus inter diriora tormenta.

Siccine per crimen nequit acquirere libertatē

Pericula peccatoris relabentis.

Claudi. no. 1. in Rufin. à v. 181. *Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem Nutrit, & exiguum stimulando vulnus acerbat.*

Quò vesane ruis?

Error & furor. Planè gratissimus error, dum vagatur impotentissimus furor; ex quo erui nequit læso cerebro, nec excitari è veternali somno, sine miraculo.

4 Videtur theatrum peccatoris ex criminum consuetudine, Deique amoris solicitudo, ut restituatur libertati gratiæ. Tunc in carcerem è cœlo missus ab illo

Vers. 7. Angelus, qui eum excitavit, *percusso latere Petri.* Plerique siccine in pravitatibus dormiunt; ut vel percussi nullatenùs excitentur. Unde querulus Vates Domino, de illorum conversione solicito, dixit:

Percussisti eos, & non doluerunt: induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Pessimus status, quo insensibile vulnus; & loqui infirmis de lethali plaga; loqui ad saxa insensibilia: quorum cum desperatur cordium conversio; carent sensu, carent motu: minimèque valent in sanitatem moveri, qui gaudent infirmitate; & noluerunt, ut benè agant intelligere. *Noluerunt reverti*: placet iacere, non surgere, ubi delectantur errore, impotes mentis consuetudine criminis & malitia voluntatis: etenim placet furor, quoties non displicet error. Petrum dormientem Angelus excitavit, oculos inter catenas aperuit, & vinctus surgit. Elucet causa voluntariæ servitutis, & recuperatæ feliciter libertatis: quandoquidem nullo modo inclusi & concluси in carcere criminum tot catenas tolerassent; si clausos tenebris oculos per dolores aperirent. Verùm, ò pudor! in tenebris ambulant; & esse sub sentibus, delitias computant. In illorum persona dicit in *Tetrastich.* Nazianzenus:

Ierem. 5. 3.

Nec dimittitur furor, si placet error.

Id facio, quod mens mea damnat & odit,
Oblectorque malis.

Gregor Naz.

Si oculos namque aperirent in lucem; viderent amaritudinem, quam arbitrati dulcedinem.

5 Simulatque vincti iacentis aperti celeriter oculi, de eius manibus *ceciderunt catenæ*; tuncque Angelus ei præcepit: *Surge velociter.* Impedimenta pravæ consuetudis objiciuntur, & illa vincti, quàm infatuati degunt: igitur surgendi pungit cupiditas, sed iacendo inter criminum catenas: hæque rumpuntur, ut possit exire vinctus, & obtineri salus; igitur neque surget, nec exibit in salutem libertatis, qui secum attulerit vincula servitutis. Causa iacendi, erat catena peccati, & occasio ex consuetudine: catenæque cadunt ut surgat & exeat, quem peccatum intra carcerem incluserat & occluserat; quoniam in gratiæ divinæ non exibit libertatem, qui liber non reliquerit catenarum occasionem. Hinc Angelus dicit non solùm: *Surge*, sed *Velociter.* Præsens virus occasionis. Ni velociter, non surges; quippe levis occasio delectabile facit, quod puncta ratio aversatur & odit: & ne resumantur excussa per gratiam vincula; occasio criminis velociter relinquenda. In occasione constitutus, erat arctè catenatus: & ut surgat crepant peccati catenæ; quippequàm cum occasione, minimè poterat surgere. *Ceciderunt catenæ de manibus*

Ibid.

Ut operetur divina gratia, occasio criminis relinquenda.

eius. Cùm ipsis vinculis Angelus è carcere quibat ligatum educere, sed noluit ita vincto libertatem concedere: etenim non benè è vinculis occasion s exit; qui secum catenas affert. Franguntur ex ferro nexus, dum in exitum è carcere de cœlo mittitur Angelus. Istoch in statu peccatoris, difficilis exitus: siquidem necessarium, ut ille exiret; quòd Angelus fautor mire de cœlo descenderet. *Vincere consuetudinem, dura est pugna*: ait Augustin. Concion. 1. in *Psalm.* 30. Si ita pugna, quid victoria? Vi consuetudinis anima premitur: nec surgere, nec respirare permittitur. Quomodò mortem usque protrahitur pœnitentia; si ad illam ita invalidus in vita? Quomodò è tenebris & catenis exibit, qui se movere non valet? Liquet. Petrus & apertis oculis, & fractis vinculis, exire per se non potuit. Perperàm ergo egredietur, qui inter vincula dormit, pressè catenatus iacet, & ad urgentiam dolorum numquàm oculos aperuit.

Qui in peccato quiescit, minimè de vulnere dolet.

6 Ulteriùs. Sequens Angelum, auditis eius preceptis, exivit qui vinctus ex ergastulo carceris. Mirum, sed ille *nesciebat, quia verum est, quod fiebat per Angelum*. Nescit quod videt? Videt ex ambigit, quasi quod mirabiliter factum, non esset verum: equidem dignum admiratione, quòd illæsus exiret, unde non poterat egredi. Se liberum videbat, & de libertate dubitat. Iacuerat ministris vallatus, catenisque cinctus, desperatà libertate, vinculorum retentione; ni Deus mirificà gratiâ in exitum, singulare operaretur miraculum, cuius nec erat spes; per cœlestem ministrum retinacula in exitum fracta sunt. Se sospitem videt, & quasi non verum quod verum credit. Cognoscit, & stupet contemplatione periculi, & libertatis adeptæ contemplatione: igitur exire è carcere non valeret, nisi per miraculum in libertatem exiret. Vernaculè. *No avia remedio para tanto peligro, sino salir por milagro*. Pende. *Nesciebat quia verum, quod fiebat per Angelum*. Signatur vana peccatorum fiducia extra vincula exeundi, cùm per se non possint egredi; sperantes tempore & tempore catenas criminum rumpere, quas gravant tempore & tempore; sicut milites in custodia Petri adstantes, qui illo exeunte, remanserunt in vinculis, cogitantes egredi posse, sicut potuerunt ingredi: Petrusque salvus, quod videt, ut verum nescit; quia uti prudens iurè pavet, solum invenisse ostium, ubi socij incarcerati in catenis remanserunt. Discant qui vitæ emendationem cogitant cum eiusmodi periculo; esse cogitationes sine intellectu; vanumque propositum; quippe Spiritus-Sanctus disciplinæ effugit fictum. Mentem spes vana fallit: etenim

Vers. 9.

Prodigiù est, in libertatem exire.

Quàm grande miraculum & quare.

Quod non est hodie, crás minum aptum erit. Ovid. 1. Remed. à v. 94.

Optima vindictæ proxima quæque dies.

Aliter, est diaboli dolus, & mentis illusio; siquidem cupiditas repetit alimenta morando, nexusque glomerat, quos præ dolore frangere qui iacebat, cogitabat; destinatus morti, qui dicit, exire velle: Petrusque stupet, dum expers periculi è vinculis exit; quia humanum debet formidare pectus, quòd inter tot catenatos dumtaxat exierit unus.

Vana salutis fiducia.

Hic labor ille domus & inextricabilis error. Virg. 6. Æneid. v. 27.

7 Denique. Petrus dum exiens ab Angelo educeretur è carcere; *existimabat se visum videre*: ideſt, dormire, à somno deludi, & educi extra carcerem, esse somnium. Vide Lyran. & Lorin. hìc. Quod sine errore experitur cogitationis, cogitationi videtur sub specie falsitatis? Oculis non credit, & libertatem conspicit? Quod Petro accidit in libertatem corporis, videtur in anima consuetudine criminis; quæ gratiâ Dei exit è flagitiorum tenebris, è peccatorum vinculis, queis ligata tyrannide dæmonis, sine libertatis spe; quia sub ministris custodibus iacet peccatoris cor. Tandem providentiâ Numinis singulari, apertis thesauris misericordiæ, homo è cœlo illuminatus, ut se miserum videat; aperit oculos, catenas frangit, carcerem rumpit, liber evadit; igitur per cordis contritionem, per criminum pœnitudinem, exit vinculis solutus, qui iacebat in ergastulo miserrimè deploratus. Exivit? Quis credet? Vel exeunti, sibi somniare videtur: equidem cum liberari, videretur impossibile, oppressum gravitate catenarum, pondere peccatorum, vigili custodiâ dæmonum; si fractæ consuetudinis pravæ infrangibiles catenæ, profectò licèt videantur, videtur lusus phantasiæ. Ferè totâ vitâ in peccatis, in vinculis corruptelæ consuetudinis, & eludere periculum, vel miraculum, vel somnium: equidem cùm consuetudo sit in actibus natura altera; à se efficiendo deficere, erit somniantis phantasia, atque ludentis cogitationis ludibria.

Ubi sup

Et consuetudinis catenis habere exitum, videtur somnium.

8 Petrum solutum multi in domo Mariæ congregati *viderunt & obstupuerunt*. Quid si alij replerentur stupore; dum

Vers. 16

dum idem ipse iam liber, se existimabat somniare?

Virg. Georg. v. 523. ——*Oculos stupor urget inertes.*

Admirationem excitavit articulus, & sine motu riguit præ stupore pectus, his assentiens quæ ex visis cogitabat, & nequaquàm quæ videbat: igitur cadit fides sine spe, nec facilè credit cor, vel articulo præsenti, si quod videtur iudicatur impossibile. *Sunt enim quædam* (præmittit Senec. d. *cap.* 2.) *quæ corpus nostrum cum quodam dolore delectant; ut versare se,* Senec. *& mutare nondùm fessum latus, & aliò atque aliò positum ventilari: quod proprium ægri est, nihil diu pati, & mutationibus, ut remedijs uti.* Nihilo sectius qui æger vomicà & ulceribus pravæ consuetudinis, hinc illic agitur & agitatur sagittis cogitationis; in quibus quia æger pungitur, lassatur ductus illecebris voluptatis, & immemor præ dolore doloris, considerans peccati ægritudinis periculum, vertens cogitationes non in melius, sed in aliud; mutationibus ut remedijs utens, sed meliusculè non habens; quippe non surgit, sed semper vel aliò vel aliò iacet. *Languor ita ægrotantis.*

Virg. 4. Ænid à v. 285. *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc;*
In partesque rapit varias, perque omnia versat.

Et modò mentem, & modò dividit aurem. Ita fluctibus hinc inde quassatur, sed non egreditur; quia detinetur catenis in acerbitatem mortis. Catenæ denique cadunt, vincula rumpuntur, & qui vident, obstupescunt, desperatà libertate, & restauratà salute: equidem stupor, gratiâ Dei videre liberum, quem cogitabant morte in Tartara damnatum. Stuporem excitat exitus felix, ubi desperatur exitus; etsi egrediendi depromatur conatus: etenim si dolor animum in exitum è vinculis pungit, dulcedo voluptatis ex consuetudine retinet: plusque tunc inferiùs decidunt, dum surgere sursùm satagunt. *Non creditur restituta, ubi salus desperata.*

9 Labitur David in tribulationum mare, impulsus à Venere. Mirum, quòd vita nataret, anima ne periret; sed posset apprehendere pœnitentiæ suave iugum, quæ tabula post naufragium. Dum patiæbatur in periculum procellam, amaritudinum aquæ intraverunt usque in animam: quare in articulo, *Salvum me fac Deus*: exclamat contritum dolore cor. *Deus.* Apositè: grande profectò malum instabat, quod Deus dumraxàt sanare quibat. Naufragium passus, iam non satagit vitæ; sed tantùm animæ, quippe præut optat, non valet exire, imminetque maius periculum post naufragium. Maius; & dolore dum intenditur portus & exitus? Maius. *Infixus sum* (ait) *in limo profundi, & non est substantia.* Non est infundo, sed in profundo, & in profundi limo. Non est ibi substantia, quò pedem figat, ut emergat; sed limus tenax, catena pedis, quin sinat moveri in usum respirationis: clamatque naufragus in maris profundi luto; quippe sic maius periculum, quàm in naufragio: siquidem ubi pes, ut emergat in limo figitur; motu & pondere corpus magis summergitur. V. 3.

Salus ægra redit nautæ fluctuantibus alto. Quid imo? Maxima prorsùm afflictio post naufragij præcedentis afflictionem; igitur præ limo profundi, sursùm ut erigatur, non potest movere pedem. Clariùs in Didascaliæ articulum. Qui delinquit, naufragium patitur, sed non summergitur. Qui peccata ingeminat delinquendo, hæret in profundi limo. Suffocationem cavet, & recedere à periculo percupit; verùm peccandi assuetudine in luto mordicùs hæret. Emergere conatur, sed summergitur. Perit? Utique. Præ statu acerbitate cupit è discrimine exire, verùm non exit consuetudinis tyrannide: hæret in limo profundi, ubi non est substantia evasionis propositi; quippe vellet & non vult. Accedit in suffocationem mors. Dolet, pœnitet, sed perit anima & vita; quoniam non est subsistentia: igitur cum in limo hereat (ut surgat) habeatque in glutina pedem; emergendi non habet facultatem. Dicit vel Ethnicus, in *Adelph.* Act. 3. scen. 2. à v. 4. Ruff. Fest. *Non egreditur, quippe fit gitur.*

Hoccine sæculum? O scelera! O hominem impium!
Tot res repentè circumvallant, unde emergi non potest. Terent.

Emergere sanè nequit, qui vulnus super dolorem vulnerum stupidus addit: etenim super vulnera iniquitatis, sine dolore in dolorem addit vulnus consuetudinis. Ita subdit naufragus: *Eripe me de luto, ut non infigar.* Non tam petit eripi de luto peccati, quàm de periculo luti, ex amore criminis, ex glutino consuetudinis; quoniam si hæret, non exibit; lutum quidem est legis transgressio: inhærentia, transgressionis consuetudo: de hacque cordiùs desiderat eripi, accedens luto peccati; quippe si pedem in luto figit, infigitur, & non exit. Dialecto nostra: *Se clava en el lodazal, y nunca puede salir.* Unde de V. 15. d.

Ps. 68. 2. *Consuetudine detinetur vel dum exire conatur.*

siccine hærentibus in profundi tenaciter limo;

Virgil. Æneid. 1.v.122 *Apparent rari nantes in gurgite vasto.*

Quapropter cùm inter tot pericula, & vincula vita vagetur, & libertas catenis voluptatis amittatur, servitutis amore, ex peccati consuetudine; redire in libertatem mancipium, iudicatur à cunctis tamquàm chimæricum.

10 Abundanter è captivorum pectoribus erupit festivum gaudium; ubi Cyri Babylone ab illis libertatis audiretur decretum. *In convertendo* (cùm converteret) *Dominus captivitatem Sion, facti sumus* (dicunt) *sicut consolati.* Hieronym. & Maluend. *Sicut qui somniant.* Causas videsis *Tautolog.* seq.num.36. Adduxerat in servitutem Nabuchus, fecit excutere Cyrus; ita ut libertate obtentà, frui possent amissà patria. Receperunt ergo ex libertate gaudium: cur igitur vocant somnium, quo solummodò colores picturæ, ex ludo festivo desipientis phantasiæ, deliræ imaginationis, sine regimine mentis; quæ quidem petulca in varias ludicras species audet, quia ratio sopita dormit? Per annos septuaginta in servitute vixerant, & uti peccatores, iugum, amissà libertate contraxerant; oppressi tyrannis & tyrannis, annis multis, quin possint caput erigere annosà, veteri captivitate; cuius testes catenæ & vincula, propter commissa iterata peccata; sine spe exeundi, licèt opprimerentur servitutis gravitate. Libertatem per Principis gratiam feliciter nacti sunt: gaudio repletum est cor: verumque præ libertate gaudium, vel ipsi arbitrantur somnium; quoniam ludus videtur dormientis, scenaque illusæ imaginationis, nanciscì plenam è peccatis libertatem, post diuturnam permanentem peccatorum servitutem. Quid alij de mutatione perculsi dicent, dum ipsi dignati stupent? Somnium videtur, quod non est somnium, post elusum discrimen tot catenarum: igitur ruptis servitutis catenis, mancipationis vinculis, nacti sunt gratiâ in libertatem cœlesti; quam nec poterant somniare. Pende sequentia. *Converte Domine* (in patriam) *captivitatem nostram.* Hebr. *Redire fac nostram captivitatem.* Quorsùm? Iam enim excusserant servitutem. Cur igitur, si expertes iam catenarum; bonum libertatis ipsa in libertate petitum? An quia sæpe libertas libertati nocet? Experientia palam dicit: congruitque, pravos pati servitutem, ne iliberi vivant in criminum libertatem. Astruit Catullus, *Carm.* 74. ubi

Ps. 125. 1. Hieron.

Egredi, iudicatur phantasticum.

Hebr. *Aliquando peccatori pœna, gratia.*

Catull. ——*Nihil fecisse, benigne est.*

11 Aliud occurrit Didascaliæ propositio, exponendum ex Iosepho. *Hoc mandato à Cyro accepto* (infit, 11. *Antiquit.* cap. 1.) *multi maluerunt manere apud Babylonem, non sustinentes possessiones suas relinquere: solventes vota, quibus damnati fuerant; quasi pristinum patrij ritus usum reciperent.* Quis nisi stultus, vel insanus, gauderet vivere servus? Qui venundatus sub peccato, quiescit flagitio: equidem obtinens insperatam libertatem, eligit servitutis acerbam amaritudinem. Damnati fuerant propter scelera, ut servitute exularent à patria. Exilium cum captivitate tollitur; sed libertas non admittitur: etenim cùm tot annis assueti supplicijs, continuò quiescerent sub tyrannidis catenis; libertatem fatui spernunt, servitutemque amplexantur, ob consuetudinem captivitatis, atque captivitatem consuetudinis, quæ magis premit & opprimit, quippe in dolore sensus dolorem non sentit: servitutemque malunt præ libertate, in facultate exeundi; quoniam quæ dirissima in captivitate mala, consuetudine censent levia vel nulla. Est enim discrimen inter eos qui (tametsi peccatis) in servitutem labuntur, & qui pravitate servitutem peccatorum eligunt. Illi captivitatem contrahunt, quia noluerunt esse sub libertate legis: hi quia volunt esse miserâ conditione, sub lege captivitatis. Cuncti utique servi, sed alij volunt, alij nolunt è captivitate exire: iurèque petitur libertas, iam concessà libertate; ne maneant in peccatorum catenis, servitute consuetudinis: etenim ita pravi, atque maligni; ut subdola voluptate, vel premente catenâ diligant crimen; cùm possint cœlesti gratiâ excutere servitutem. Extra Babylonem, redeuntes in patriam erant liberi. In Babylone erant servi. O pravitatis misera consuetudo! Non benè pro toto libertas venditur auro. Servi morientur, si manent: si exierint, liberi vivent. Pugnant consuetudo & ratio: captivitas & libertas: sed ita consuetudinis pravitas; ut malint, sub captivitate mori, quàm vivere libertate.

Ioseph. *Ne removeatur, à peccato, servire eligitur.*

Miseradi lectio prævitatis cœcitio.

12 Multi ex illis, qui remanserant sub dira captivitate, relictà tandem, redierunt in patriam, regnante Dario Hystaspis, & Duce Zorobabele. 1. *Esdr.* 6. à 1. & seqq. Ipse Iosephus d. *cap.* 4. infit: *Pars quædam populi Iudæorum, qui tunc apud Babylonem erat; ad habitanda Hierosolyma sunt de-*

Flav. Iosephus.

deducti : reliqua verò multitudo , pauliſper diſcedentes proſecuta , domos quiſque ſuas redijt. Videſis *Tautolog.* 9. n. 29. Tunc enim iuxta Hieronym. loc. præf. dixerunt qui captivos reducebant: *Facti ſumus ſicut conſolati. Quaſi* non , plenè. Dum plenè, repleti conſolatione. *Nondùm eſt enim plena lætitia* (infit) *in captivitate reliquis conſtitutis.* Modò verò conſolati. *Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum , & lingua noſtra exultatione.* Tunc , *ſicut hi qui ſomniant.* Hieronym. ibid. *Pulchrè verterunt : Somniantes.* Nota. Primò libertate per Cyrum conceſsà , quaſi conſolati exultant ; & modò plenè parta, quaſi extra ſe , inducto ſopore, ſomniant? Meritò quidem. Non datur rebus mirabilibus fides , etſi habeantur coram oculis. Objicitur peccatorum rebellium, poſt pœnitentium , theatrum , ex conſuetudine in illorum ſervitute remanentium ; qui catenis gravati (uti diſpoſuerat cordium pravitas) verà contritione confregere catenas. Qui exierunt in gratiæ libertatem per criminum pœnitudinem (ubi illorum conſuetudine , decreverant ſub ſervitute peccatorum mori ,currentes properè in gehennam , alijs nanciſcentibus libertatem in patriam) & qui illorum converſionem vident , quamvis vident , viſa ut ſomniant; quia omninò ſomnium, penitùſque phantaſticum ,exire feliciter in gratiæ Dei libertatem , qui in damnationem elegerant peccatorum ſervitutem. Somnium eſt, quippe converſio cordis non creditur , ubi catenis conſuetudinis opprimitur : igitur haud ſine miraculo excutitur horâ , quod iteratione criminum eſt contractum tota vitâ: quod criminis habeat ex dolore contritionem , qui nil aliud cognovit , quoad vixerat , niſi crimen : quod gaudeat legis & rationis lumine, cæcus à nativitate.

Hieron. V. 1.

Exire in gratia à conſuetudine criminâ, cenſetur ſomnium

13 De illo illuminato à Domino; quia eiuſmodi illuminatio numquàm fit ſine portento ; alij dicebant : *Hic eſt. Alij autem : Neque aquàm ſed ſimilis eſt ei.* Ioann. 9. à 8. Impoſsibile iudicatur conceſſum ei vel per miraculum lumen ; qui à nativitate non viderat niſi errorem. Egimus, *Tom.* 5. *Tautolog.* 8. D 1. *n.* 11. In huiuſmodi videnti cæco , videris , quid criminum operetur pœnitudo. Qui errore cæcus , per contritionem cordis aperit oculos ; pœnitet , dolet. In vindictam illum iuſtitia divina quærit : non invenit, quamvis videt: quem videt, præterit : igitur licet ille, quia non ſimilis ſui cæco in errore ; in vindictam erroris, iam non eſt ille.

Ioann. 9. à 8.

Pœnitentia inſtauratur peccatorem.

Videamus in harum converſionum difficultatem , vel de ſumma poteſtate creperam fidem. Salvator N. per ſingularia miracula factus eſt prodigium multis, multis prodigijs. Fama horum ductus , qui habebat in filio dæmonem, ab hoſte intruſo per illum precabatur libertatem. Tempus vexationis à Servatore inquiritur , ut an actus vel habitus in conſortio dæmonis cognoſcatur ; & per notitiam , pura confeſsione exactam , opportunam apponeret medicinam. *Ab infantia* (reſpondit pater) *ſed ſi quid potes , adiuva nos , miſertus noſtri.* Quorsùm dicit : *Adiuva nos,* cùm à dæmone non poſsideretur ipſe? Congruit opus patri , dolenti de crimine filij , & ſuſcipienti ut proprias , ſubditorum ærumnas : igitur non opus patris , ſi indulget vivere in ſervitutem dæmonis. *Adiuva* (dicit) *nos , ſi quid potes.* Si non potentem credit, quorsùm ad illum accurit ? *Dubitat enim de potentia Chriſti:* ſubdit Alapid. in *Matth.* 17. 17. faciam quod poſſum: fac ſi potes , quod poteris, & fac poſsis: Chriſtus reſpondit. *Si potes credere , omnia poſsibilia ſunt credenti.* Ita fac : etenim nullum verbum impoſsibile apud Deum. Crede , opus eſt fide. Multò tempore filius poſſeſſus à dæmone. Ab infantia ſuccubuit , ſuggeſtionibus aſſuevit, continuò iacuit , diuturna infirmitas preſsit: Chriſtuſque pro libertate expoſcit parentis fidem ; quia nec ipſe credebat poſsibilem ſanitatem.

Marc. 9 à 20.

Pater arbitratur ut proprias ſubditorum ærumnas Alapid.

V. 28.

14 *Credo Domine* (exclamat pater in libertatem optatam) ſed ſi , quod neſcio, aliquomodò claudicat , ne fidei defectu ſanitas filij deficiat ; *adiuva incredulitatem meam.* Timeo ex cupito voto , tanto tempore in filio inſiſtente diabolo. Fide afficior & timore.

V. 23.

Cuncta expaveſco , meque non credo mihi. Verùm tua poteſtate (ut aliò modulatur Ovidius , 4. *Triſt.* Eleg. 3. v. 13.

Senec. in OEdip v. 27.

——*Deſino tuta vereri:*

Ovid.

Deque fide certa eſt mihi certa fides.

Eruere tandem relapſum à dæmonii poteſtate, reputatur impoſsibile.

Fidem habere & incredulitatem , non eſt hìc habere incredulam fidem ; ſed videre ſperata portenta , & obſtupeſcere ad viſa: etenim ſi impoſsibile non creditur , quia impoſsibile proponitur ; hominem eripi, tot annis iacentem ſub dæmonis poteſtate , vel ipſi videnti videbatur impoſsibile. Ad impoſsibile nemo poteſt , & illotunc impoſsibile videt. Unde in beneficium libertatis , Salvatori dicit pater : *Si quid potes.* Quia poterat , pater acceſsit , & credebat. Quid ? Quo nihil plus: igitur ita

in

Amor Christi pro peccatoribus quantus. V. 16.

in homines captos à dæmone, Christi amore vulnerata præcordia; ut pro illis vinceret cogitata & credita impossibilia. Ergo im rem. *Si quid potes.* Potentiam non negavit; aliàs ad illum minimè accederet: *Attuli filium meum ad te.* Attulit, verùm asseruit ut arduum, illud expellere ab infelici dæmonium: etenim cùm tantùm temporis servitutem esset passus, & pravæ consuetudinis inoleverit usus; recurrit in superiorem potestatem Salvatoris, quia quibat tantùm Salvator illum eripere de potestate dæmonis.

15 Aliquid in commendationem miraculi latet, & quod pater à fide nullo modo defecerit; uti Alapide placuit. *Aliquid*, & *Quid* in usu etiam profanorum non significat rem exiguam; sed excellentem & magnam, ita ut nihil cogitetur maius, vel superius. Plaut. in *Curcul.* Act. 2. scen. 3. v. 41. ait: *Aliquid herclè nolo. Aliquid mavolo.* Propert. 1. *Eleg.* 7. v. 6. *Aliquid quærimus.* Ovid. 1. *Fastor.*, v. 480. *Est aliquid, magnis crimen abesse malis.* Iterat, *lib.* 6. v. 15. Unde Act. 5. 36. dicitur: *Se esse aliquem.* Erasm. *Aliquid.* Eodem in sensu hìc sumitur *Quid.* Tradiderat filium discipulis, ut ejicerent ab illo dæmonium; cæterùm expellere non potuerunt: v. 17. Tunc Salvatorem alloquitur, quia potentior: dicitque, *Si quid potes*; quoniam in filij curationem, illius cogitabat maximam, superiorem potestatem. Cur ergo si potestas inest discipulis; solicitat ita anxiè potestatem Salvatoris? Propter difficultatem libertatis, atque diuturnitatem servitutis. Ab infantia possessus à dæmone; longissimà gravabatur infernali consuetudine: ad illumque accedit, qui summà potiebatur potestate; quia necessaria in expulsionem huiusmodi dæmonis, non solùm potentia, sed tota omnimodò potentia plenissima Salvatoris. Ita rebellis in malis horum peccatorum conditio, ut benè se habeant in morbo: quandoquidem vel ad sanitatem invitati, ut valeant; nihil pro voto insensati respondeant.

Ovidio. Aliquid *pro* Maximum.

In opera pravè inolita, tota Dei potentia necessaria.

16 Erat Hierosolymis piscina Bethsaida, iuxta quam iacebat multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, *expectantium aquæ motum.* Multa tomis prior, dicta de haccine mirabili historia: restant aliqua dicenda. *Iacebat multitudo languentium expectantium.* Causa redditur persistentiæ vel vexatione laborum, in signum peccantium, sed nequaquàm pœnitentium, contracta infirmitate ex corruptela criminum. Sanitatem expectant, nec illis cura quòd iaceant: etenim non iacerent, si quærerent medicinam, & nullo modo expectarent: sine nim stant iacentes, & moriuntur languore, sic expectantes. Descendebat Angelus de cœlo, ut fugeret ægritudo; quæ aptiùs fugatur dolore cordis, & pœnitudine criminis. Nolunt surgere, sed levari: iacetque ita multitudo languentium; quia omnes cupiebant sanitatem, sed per miraculum: non enim illis occurrebat, ut essent frugi; sic salutem datam miraculum esse, & miraculum salvari. Motum expectabant aquæ piscinæ; cum salus proximior & præsentior cordis motione, qua facilis sanitas, & sine qua sanitatis difficultas: etenim necessarium, quia nullus in contritionem motus; quòd de cœlo in salutem semel descenderet Angelus. Vana illorum fiducia, sine ulla criminis pœnitentia, quin esset tantæ afflictionis afflictio, expectando, sed iacendo; sæpe revertentibus domum cum eodem languore, pro cuius sanitate piscinam usque decreverant egredi: verùm cùm in tempus & tempus distraherent pœnitentiam, & ulcerum medicinam; iacebat vel tempore medicinæ tristissimum tempus; quia motu aquarum tantùm sanabatur unus. Quorsùm tanta multitudo iacet, & expectat? Expectat ut iaceat. Iacebit, quod peius est, in pœnitudinem habentes lapideum cor. Infatuatum profectò cor eorum: igitur sanitatis præstolantur auxilium; eò quòd aliquando & fortuitò, unus sanus evasit semel in anno.

Cupiunt pravi a nari miraculose.

Vana protracta pœntentia, & salvationis fiducia.

17 Inter hos (quia multum temporis in infirmitate habebat, quam gravissimam vitiorum corruptione contraxerat) hominem quæsivit, non quæsitus ab illo, cœlestis medicus; cuius languoris completus tricesimus & octavus annus. *Cùm cognovisset, quia iam multum tempus haberet.* Quippini pridem, si gliscebat in dies criminum ægritudo, & cur compescitur modò? An (uti dicit Stoicus, *Epist.* 116.) *quia non regredi facile; optimum est, omninò non progredi?* Perpera cogitatio: in hominis voluntate est ad bona regressio pœnitentia compunctum corde recipiet, quùm placuerit & voluerit. Ut à criminibus resipisceret improbus, criminum premebatur doloribus: sed ille tenax in vitijs perseverabat; quia nec dolore sapiebat. Spes curationis inerat cordi, sine mutatione in crimine; ubi in expulsionem prementis infirmitatis, aptius medicamentum mutatio cordi. Plures inspirationes, & status pe-

V. 6.

Senec. *Consuetudine peccatrix anima insensibilis.*

Summa supplicia pravo, relinqui à Deo.

ri-

ricula, in eius pectus mittebantur uti iacula; sed nec sentiebat supplicia, quo divina iustitia nimis exarcerbata (cogitans supplicium maius, ut plecteretur infirmus, indulgens vivere ad placitum) equidem acrius supplicium, in tam diuturna, lethali; voluntaria infirmitate; sine ullo medicamine defletum à Deo telinqui.

18 Cum illo nihil valebat gratia, nec pœna, multumque habebat temporis in infirmitate sua. Cognovit, sed ita iacuit: iacuitque ita in supplicium criminum, non habens medicamentum: ius igitur, infirmum, & longo tempore, cuius impœnitens cor; vel dum iaceret infelix, incognitum præterire, atque relinquere sic. Hæc ne clementia? & magna; ut resipiscat pœnâ, vel ne habeat maiorem facultatem in crimina; nec velit, ad quæ non posset: etenim cordi pravo, & criminibus addicto, conferre etiam miraculo sanitatem; in execratiora crimina erat præbere occasionem. De quo queritur, nescit, cùm pestilens ægritudo: *Hominem* (dicit) *non habeo.* Quis enim extenderet in iuvamina manum, nec misero pravo præberet auxilium, in corporis sanitatem; cogitans cum sanitate in flagitia validiorem? Nostrates: *Nadie echaba mano de èl, porque en sus maldades era peor con el favor.* Patuit in Christi causa, quanta in eius pectore fovebatur malitia. *Quosdam opinari, hunc paralyticum accusasse Christum. Nec in bonam restitutus valetudinem, factus est melior*: subdit hìc Chrysostom. *Homil.* 37. Conditio utique eximiæ charitatis Christi: favere scilicèt his quos præsciebat ingratissimos fore. Videsis dicta, *Tom.* 4. *T.* 3. *D.* 3. *à n.* 7. Haud melior factus, à Salvatore miraculo in meliorem statum restitutus: igitur illum ita beneficum coram iudicibus, hostibus, non accusaret; si iacentem, ut iaceret in languore reliquisset. *Numquàm bona fide vitia mansuescunt. Facilius sustuleris, quàm vexeris. Nunquid dubium est, quin vitia mentis humanæ inveterata & dura, quæ morbos vocamus, immoderata sint?* Quod non fecit, quùm iaceret; fecit, dum valuit.

19 Pessimam contemplare indolem; & peiorem quàm corporis, pectoris infirmitatem. Ut hominem invalidum vidit, qui se non dolebat; Salvator doluit. Illi enim dixit: *Vis sanus fieri?* Cur eius voluntatem exquirit? Nemo sanatur, qui sanari noluerit: nemoque vult, cui morbus placet. *Vis sanus fieri? Hominem non habeo respondet.* Quid, quamvis hominem haberet? Huius generis languorem non sanat homo: nec Angelus descendens de cœlo. Haud respondet categoricè. *Vis sanus fieri?* Tacet. Consuetudine mali, pruritu genium titillat, quamvis iaceat: igitur ita pravus, ita in pravitatem pronus; ut salutis nequaquàm expresserit voluntatem, etiam à Salvatore invitatus in salutem. *Vis sanus fieri?* Non vult: vellet. Inefficax velleitatis affectus. Vellet, si corruptelæ retineretur status: etenim facere de excessibus pœnitentiam, observare legis formam; qui vitijs corrupti, non iudicant sanitatem, sed ægerrimum languorum. Unde plerique medicinam habentes, non curantur; quia præcepta cupiditatis, & non medici sequuntur: admitteretur volupè promissa salus; ut videretur mirabilis salus ampla cum vulneribus. Dicit Plautus, in *Pseudol.* Act. 5. scen. 1. à v. 1.

Quid hoc? Siccine hoc fit, an non?
Vultis iacentem aliquis tollat?
Erit flagitium.

20 Ita hæc facta, & paralytico iacenti Salvator salutem concessit; sed dignatus non cognovit. Ingratus nec cognoscet. Salvum se videt, & abdicit cætera, gratiæ iugulatà memoriâ: enim beneficum præterivit, cùm rationi ingenitum, interrogare, quis esset. In eo qui futurus ingratus respectu cordis, etiam à principio finis. Scimus cur Christus iacentem non levaverat: modò dicemus quare sanitate donat. Documentum magnum est, ut peccatores per pœnitentiam quamprimùm convertantur ad cor. Pharisæi ad miraculum obstupuerunt. *Unum opus feci, & omnes miramini.* Interrogarunt validum; sed signavit prodigium, & non miraculi auctorem; ut coram hostibus etiam astrueret ingratitudinem. Postea ex monitione, ne relaberetur in peius, Iesum cognovit, & inimicis nunciavit, quis esset, qui tantum miraculum perpetravit: *Quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.* Unde igitur Iesum fuisse, cognovit: ut enunciaret? Quæ ab eo audierat, audire à quolibet quibat. Nullo modo. Indicavit Salvator, unde contractæ infirmitatis origo: etenim qui revaluit, arbitrabatur languorem ab humorum intemperie; cùm esset prorsùm à crimine. Alia cogito. Ab Angeli descendentis in piscinam, sparsà, sive duplicatà virtute, sanitatem paralytico collatam, autumabant Pharisæi; ita ut si pridem unius tantùm videbatur sanatio, modò ex iacentibus erigerentur duo. Falsum

omni-

Quàm iuste fit!

Multo - ies pec cator, nõ c/anatur ut sanetur.

V. 7.

Chrys.

Amor Salvatoris favet ingratis.

Senec.

V. 6.

Plaut.

Ibid. c. 7. 21.

Cap. 5. 15.

Corporis morbi ab ægritudine animæ.

Ex arduâ salute, cognoscitur restituta à Salvatore.

Saluti nõ consulit improbus etsi ad illam sine labore invitatus.

omninò iudicium. Nunciavit qui valens, quòd Iesus esset, qui fecerat eum sanum. Unde cognovit & ita esse, vel inimicis nunciavit? Tringinta & octo annis in infirmitate iacuerat: languor usque in profunda cordis radices miserat; quin sensus & motus ullam haberet facultatem, ut per se posset solicitare salutem: nunciatque solùm Iesum fuisse medicum, qui fecerat eum sanum; quippe tantùm Iesus illum poterat educere, à consuetudinis pravæ tam longæva infirmitate.

21 In hoccine propositum (illis qui repleti invidià, quasi crimina, eius insimulabant miracula) dixit interpellatus Salvator: *Unum opus feci, & omnes miramini.* Elucet Pharisæi malignitas, unde debebat exoriri honoris claritas: igitur in dedecus spargebant ut crimen; quod vel in ipsis conciliabat insignem admirationem. *Unum opus feci*: alia fecit, sed hoc tantùm Salvatoris opus. Habebat contra se beneficium sanitatis, vires validissimas inolitæ consuetudinis. Fovebat patiens diuturnam crudelem infirmitatem, sine ullo exitu cogitabili, nisi in mortem: & sic iacentem eripere, ut salus perfecta sit; est unicum opus Dei. Maximum utique, quod Christus fecit in corpore, cæterùm ultrà quod fecit in salutem desperatam animæ; & præ nimia charitate, cum defletis eius amor facit quotidie, educens illos à consuetudine inveteratà pecandi: unumque opus dicitur, quod homo mirari debet, & non miratur; quoniam peccatorem liberare à languore consuetudinis, opus unicum & maximum Salvatoris.

22 Patuit in energumeno præfato sine sensibus, quem à dæmone liberavit Iesus Christus. Tradiderat pater discipulis liberandum; cæterùm frustratum votum. Salvator tunc apparuit, & turba obstupuit. *Confestim omnis populus videns. Iesum, stupefactus est, & expaverunt.* De quo stupor, si ex eius adventu favor? Ut eluceat ex commodo, quanta felicitas ex eius adventu. Dum absens, hominem torquebat dæmon; qui in eum habebat propter crimina dominium. Apparuit, mancipatum à tyrannide eripuit: illumque videns, populus omnis expavit; quippequàm ni veniret de cœlis in infirma orbis, homo maneret in potestate dæmonis. *Populus videns Iesum, stupefactus est.* Ad quæ mirificè operatus est Christus, non est in sensibus sensus: est excessus illuminatæ mentis, quicquid intelligit virtute illuminationis: & dum Salvator visus, qui videt hæret attonitus; quoniam tantùm dicitur stupore, hominem in salutem, atque libertatem restituere, qui tot sæculis iacuerat sub potestate Satanæ. *Cavendum ergo ideo malum desiderium; quia mors secus introitum delectationis porta est*: infit & nobis N. gloriosus Doctor Theodidactus Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 7. grad. 1. Catenas efformat consuetudo, ex pravo voluptatis desiderio, contracto renici morbo; qui continuò vocat insidiantem mortem, vel rigidæ pœnitentiæ medicamen: quod quidem cùm difficillimum sit; ad salutem necessarium opus Dei. Catullus, *Carm.* 75. à v. 11.

Quid te animo affirmas, teque istinc usque reducis.
Et Dijs invitis, appetis esse miser?
Difficile est, longũ subitò deponere amorẽ:
Difficile est: nihilum, qua lubet, efficias.
O Dij! si vestrum est misereri, aut si quibus unquàm,
Extremà iam ipsa in morte tulistis opẽ;
Me miserum aspicite: ut vitam puriter agam.
Eripite hanc pestem, perniciẽque mihi.
Ipse valere opto, & tetrum hunc deponere morbum.

S Bened.

Difficultas eradicationis consuetudinis.

Catull.

Ubi dudùm. *Miracula accusantur quasi crimina.*

Ut à consuetudine prava liberetur cor, opus singulare Dei.

Marc. 9. 14. *Incarnatio Dei Filij, quanti momẽti!*

DIDASCALIA V.

Validius in hostes animæ, Sacramentum Eucharistiæ.

1 INTER Ethnicorum superstitiones adoratione Numinum, erat etiam cultus infelicitatum; modò usurpatus à peccatoribus, quibus amabilis vitiorum publica servitus: etenim ita illos falsæ deliciæ permulcent; ut quas patiuntur vexationes adorent.

Creditur, huc illuc, quà furor agit, itur.

Ovid. *Epist.* 13 v. 34.

Unde Plinius. *lib. 2. cap. 7.* inquit: *Fragilis & laboriosa mortalitas, infirmitatis suæ memor, digessit ut quisque coleret, quo maximè indigeret. Itaque nomina & Numina innumerabilia reperimus. Inferis quoque, morbisque & multis etiam pestibus. Ideoque etiam publicè Febri fanum in Palatio dicatum est, & Malæ fortunæ. Etiam scelerum Numina.* Isthæc deliria & mentis vacuitates referunt etiam Cyprian. de *Idolor. vanit.* Arnob. 4. Contra *Gent.* Minut. Felix, in *Octav.* Cicero, 3. de

Plin.

N-

Homines mala sua adorãt.

Natur. Deor. fuseque Alexand. Neapolitan. 1. *cap.* 13. Quid non erunt, qui ipsa vitia habent ut Numina? Qui furores adorant, quosque phrenesis febresque delectant, venerentes Fortunam Malam, dum sese impellunt, ut accedant ad Fortunam: quandoquidem ita sine mente debacchantur; ut propter Numen ludicrum, crotali sistrum, ipsum adorent infernum. *Cùm de animarum æternitate differimus* (inst Senec. *Epist.* 117.) *non leve momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium.* Cuntis hisce objicitur, quid in Bacchanalibus operentur colentes, & formidantes: equidem formidantes, mundi furores pro bona fortuna fugiunt; & qui sine mente, externati desipiunt, infernum cum mala fortuna colunt; quo claret cum phrenesi voluntaria dementia, atque deliris quàm grata: etenim hoc in tempore non solùm corripiuntur à vitijs, sub larva festivi temporis; sed ut Numina cultu deridiculo apparant, quoniam scelera adorant. Ex multis affectibus prodit insania; quæ ita nocua, ut imitata, aliquando exierit vera. Insanus habetur, qui non insanit: stupidus, qui non desipit: cùm plaudatur celebrior, quem magis corripuit furor, ut attrahat in vitiorum adorationem, vel sanam mentem. Innuit, qui supr. lib. 1. *Amor.* Eleg. 2. à v. 31.

Senec.

In Bacchanalibus insanus habetur, qui non insanit.

Mens bona ducetur manibus post terga revinctis,
Et pudor, & castris quicquid amoris obest.

Ovid.

Blanditiæ comites tibi sunt, terrorque furorque
Assidue partes turba secuta tuas.

Triumphus & comites Voluptatis.

Tum quoque non paucos (si te benè novimus) uris:
Tum quoque prætereas vulnera multa dabis.

Non possunt (licèt ipse velis) cessare sagittæ:
Fervida vicino flamma vapore nocet.

2 Gliscit pestis vigor, etiam dum auditur (si auditur) rationis clamor: igitur humanitas & laboriosa mortalitas, carnisque in mortalitate fragilitas, in illecebris noric licèt apparentiæ formam, oculis saltem ducitur in futilem apparentiam. Horatius lib. 2. *Epistol.* 1. à v.

Horat.

Non Numina sentit:: migrat ab aure voluptas
Omnis ad incertos oculos, & gaudia vana.

Gula regnat

Hinc in temporis huius insigne, una olim Saturnus & Ate pingebantur cum Venere; de quo Natal. Comes, 1. *Mytholog.* cap. 18. dicente ex Euripide:

Eurip.

Nulli Deorum, sed mihi nutrio,
Gratiâ bibendi & edendi, ut lex diebus
Singulis vivenai & usque suaviter.

Hoc opus inimicorum animæ & cum furore: equidem cùm Venus, instigante dæmone sagittas in corda mittit; mundus totus furenter post mundum abit. Statius; lib. 2. *Silv.* 1. à v. 213.

Luxuria ovat.

Statius.

His amor exitio, furor his & sæva cupido,
Ut fileam morbos: & moritura vides.

Effectus & causæ corruptelæ morum, in hilaris proponuntur Bacchanalium, cuius tempus & cerebri & carnis privium: quandoquidem qui consideratà illecebrarum vanitate (inimicorum vafritie sub deliciarum specie) compos mentis inter insanos habetur, deridetur uti insanus; quoniam thesis mundi scientiæ, est aliquando insanire: astruitur per triduum stultorum prudentia, modò ratio vincatur à debacchante stultitia.

Insania triumphat.

3 Audiamus mente captos, ut immentem caveat fragile pectus, inferosque timeat, dum fanaticus adorat. Ne ambulent in tenebris, hoc in tempore quærunt Solem filij lucis; quo expertes mentis, lassati in via iniquitatis, ambulant semitas difficiles perditionis, sine iustitiæ lumine, neque Sole intelligentiæ. Finitur ergo Saturnalium tempus, cognoscitur hostium amicorum dolus (utinam! ne iterùm cadant) dicuntque intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Cur igitur ab insensatis sensati cogitantur furore correpti? Quia furore correpti sunt insensati. Ne illorum taxaretur amentiâ, vellent cunctos laborare vecordiâ; quoniam carnisprivij ludicrum illorum evaccuat cerebrum: vagantur fanatici, inferna colentes Numina gravi corde, ducti & seducti colore Mundi fallacis, illecebris dæmonis, atque Veneris delicijs, huc illuc tracti & distracti æstro furoris: occurrunt inferna timentibus, de quorum prudentia irrisus, quoniam illorum præclara fuga, unde diriguntur insensatorum obsequia; ex quo contrahunt miserandum furorem: etenim non solùm væsani vulnerant mentem; sed sensatorum prudentiam, quoniam adinstar illorum non foverunt stultitiam. Singulare profectò vulnus cerebri, insaniam cognoscere, & ad illam perniciter ire; cùm satis ut re-

Sap. 5.

Cognoscitur, & uti prudentia plaudiatur.

sipiscerent pectus, sese cognoscere his ineptijs insensatos, repente ampliore furore, ex delirio sanâ mente: igitur se cùm videri stultos volunt, ipsâ ostentatione fiunt. Martial. 14. *Epigram.* 210. accinit:

Martial *Non mendax stupor est, nec fingitur arte dolosâ.*

4 Contigit his quod Rhetori Gallo Vibio, de quo Marc. Seneca, *Controv. 9.* ait: *Illi accidisse scio; ut in insaniam non casu incideret, sed iudicio perveniret: nam dum insanos imitatur; quod simulabat ad verum redegit.* Vixit furiosus, furoris æmulus: & (ut est in *Vespasian.* cap. 5. apud Sueton.) insania crevit, *eò quòd adhuc mentis compos deliraret.* Renuit Christicola ex diaboli suggestione, plausu mundi, instante Venere; Ethnicismum susque deque facere. Consule (non pigebit Chrysostomum in *Homil.* ad popul. Antioch. Si placet spectaculum læso cordi, in fugam sequamur doctrinam Ethnici. *Proijce* (inst Cordubens. Stoicus, *Epist.* 17.) *omnia ista, si sapis; imò ut sapias: & ad bonam mentem magno cursu & totis viribus tende. His maximè diebus* (de Saturnalibus loquens, subdit, *Epist.* seq.) *animo imperandum est, ut tunc voluptatibus abstineat. Certissimum argumentum firmitatis suæ capit, si ad blandas & luxuriam trahentia, nec it, nec abducitur. Licet enim sine luxuria agere festum diem.* Apud dementes non licet, quippe esse dementes placet. Pingit festum Papin. Statius, 1. *Silv.* 6. ubi

M. Sen.

Sueton. *Simulatur furor, fitque major.*

Senec.

Et Phœbus Pater & severa Pallas
Et Musæ procul ite feriatæ.
Saturnus mihi compede exolutâ,
Et ridens iocus, & sales protervi
Adsint, dum refero diem beatam
Ebriamque.

Statius.

Liquet insensatorum festivitas in vanitates & insanias falsas; dum hostes animæ etiam comitatur ebrietas, ut lato vulnere mentis, minus sit in rationali rationis, quæ circundata obsidione catenarum, in libertatem non habet effugium: cæterùm vel inter hostes invenit, qui fugam animo quærit.

Ps. 117. 10. 5 *Circundantes circundederunt me*: dicit nostra Tautologia de animæ inimicis, diris hostibus; illam in deditionem deliciarum compellentibus, quasi non haberet, quà exeat, quam strictè circundatione circundant: verùm totus exercitus fallitur, dum Eucharistia coram oculis apponitur: animaque inimicis circundata manet libera, ipsaque circundationis obsessa, non circundata; quippequàm in effugium, habet & coram oculis Eucharistiæ Sacramentum. Appositè Villava, in *Symbol. spiritalib.* sagittantibus dæmone, Venere & mundo hominem in æternam animæ ruinam; depinxit in scuto Eucharistiam & portam: epigraphe: *Sagittantes sagittantur.* Ibid. p. 2. *symbol.* 7. Unde de scuto cum hierotheca, lemma: *Territat hostes*; apud Picinell. 22. *num.* 136. & 2. *num.* 155. columnæ israël ductrici, inscriptio: *Te duce egrediar.* Elucet quantum cultoribus Sacramentum (quin deficiat) proficiat, reficiat, efficiat; & inimicis officiat: quandoquidem & hi pereunt, sagittantes sagittantur, & circundati ab illis incolumes egrediuntur. Evasionis periculi causa manat tota & totaliter ab Eucharistia.

Hemo do nostucharistiæ liberatur ab hostibus animæ.

Villav.

Picinel.

6 Præmisit Iobus. Stultitiam huiusce tridui ingerunt hostes: *Trahitur autem* (inquit) *sapientia de occultis: non adæquabitur ei topazius.* Quid expressius in hunc causam; ut dierum horum lætitiam cognoscamus desipientiam? Non gloria illorum ab intùs, sed ut aspicit oculus fascinatus luxu & fastu vapitatis; quibus stultitia, tamquam iudicium videtur stolidis. Quicquid hi plaudunt, fugà deridentprudentes, illecebris circumvencionis calcatis; quoniam trahitur horum sapientia de occultis. Quænam de occultis sapientia? Discitur in Eucharistia: igitur vincuntur Venus, diabolus, mundus, ab illo & per illum latentem sub sacris, venerandis speciebus. Imagines quasdam habebat Alcibiades (uti refert Plato in *Sympos.*) specie difformes, in cachinnos titillantes, sed arte compactas ita mirificâ, ut introrsùm arcana viderentur cœlestia. Nonnulla diximus alibi, sed modò species illustranda novâ luce. *Imagunculæ fictiles* (inquit Pier. Valerian. *lib. 6. cap.* 14.) *ita concinatæ, ut diduci & explicari possent: quæ ubi clausæ erant, nihil aliud, quàm ridiculam & monstruosam quandam tibicinis speciem ostentabant: ubi verò aperiebantur, venerabile Numen exerebant.* Videsis Natal. Comit. 5. *Mythol.* cap. 8. & Rhodigin. *lib.* 16. *cap.* 5. Occurrunt imagines his diebus fugientium mundum, ac sequentium. Haud funguntur internis, qui intendunt salibus, iocis, variisque figuris, quibus ut fatui delusi sunt; cùm nihil prorsùs boni, nisi ludicra, monstrosa, ac futilia exterius sint. Hæc clara, ut pascatur desipientia. Quæ verò occulta, potiora: trahiturque sapientia de oc-

Iob 28. à 18.

In Eucharistia adversus mundi insaniã, quenam sapientia?

Pierio Valer.

Degustat eius dulcedinem, quisquis mundi spreverit falsitatẽ.

occultis, ubi lumina clauduntur evanidis apparentijs, quia vident in Eucharistia venerabile Numen, qui rident mundi figuram ut tibicinis speciem. Hinc animi gaudium, quia ad illud in mundum exercet odium: quo, ut aliò accinuit Claudian. de *Bell. Getic.* à v. 142.

———*Diversis artibus hoste,*
Tres potuit complere duces: fregitque furentem
Claud. *Cunctando, vicitque manu, victumque fugavit.*

7 Ab occultis sapientiam haurit stultitiæ fugitivus: congruit scire, unde *ei non adæquabitur topazius. Topazius* (inquit Berchor. 11. *Reductor.* cap. 127. ac ex eo Grannuys. lib. 16. de *Propriet. rer.* cap. 96.) *reprimit insaniam & phrenesim: formam habet specularem, idolum enim in se receptum, inversum videtur, sicut in speculo concavo.* Huius enim topazion splendescit conditionis; nec sic comparabilis, quibus trahitur in Sacramento mira sapientia de occultis; ideſt, de glorioso corpore Christi, sub sacramentalibus speciebus latente, atque reprimente insanientium phrenesim, & expeliente mundi delirantis furorem: quandoquidem ita mundi gaudia, vana voluptatis idola, sacra in topazio Eucharistiæ explorantur inversa; ut sint sub pedibus, quæ mundus simulacra fanaticus plaudit manibus. Ibi cognoscitur vera insania, quæ falsa lætitia: apparentia voluptatis, usus phrenesis: licentia temporis, libertas furoris: etenim cui trahitur è Sacramento sapientia de mysterijs occultis; cunctis quæ mundus plaudit, tamquàm phrenesim deridet. *Est autem amplissima gemmarum* (ait Plin. *lib.* 37. *cap.* 8.) *rupibus invijs leviter adhærescens, nec ut agnata petris, sed ut apposita. Ergo fundis è longinquo incessunt, & excutiunt; in quo varia fortuna. Quidam ictu primo cepere præclaras; multi insectando nullas.* Sequuntur animæ his in diebus fugientes mundum, Eucharistiæ pretiosam topatium; huic appositæ, quia non agnatæ præ carnis fragilitate: hostes fugientes persequuntur, sed nolentes non comprehendunt; quippequàm altissimum posuerunt tabernaculum, ad Eucharistiæ accedentes Sacramentum; etsi fundis lapidibus inimici incessant, ut varijs suggestionibus & illecebris excutiant: etenim magni habent, si in dolos trahant (Vernaculè: *Fundan sus conveniencias, en derribar à pedradas, piedras preciosas.*) Varia ex insultibus ludit fortuna. Sæpe ictu primo capiunt præclaras: sæpiùs infectando totis viribus: nullas: igitur adhærentes Eucharistiæ, & occultæ incumbentes toto corde sapientiæ; furentem insanè cognoscunt mundum, inversumque vident deliciarum idolum. Est panis intellectus: illo cognoscitur dolus:

Et gelidum extremo lumen sentitur ab igne
Alterius finis, si vis cognoscere gyros.

8 Hinc Eucharistia dicitur *Crater tornatilis, & rotunditatis: speculum rotundum.* Aben-Ezr. Adi Maluend. & Ghisler. Crater appositè est, cuius vino mens feliciter & exstaticè amittitur, ne falsis delicijs in perniciem amittantur. Præclarus calix inebrians: cui meditanter lævis assignatur rotunditas; ut eluceat effectus Eucharistiæ, in derisionem inimicorum animæ: etenim si in speculis concavis imagines repræsentantur eversæ; quæ ut gaudia summa elata sursùm ab animæ hostibus, deorsùm iacent irrisa, pressa sub pedibus. Locus proprius Dagon erat summitas altaris; quousque ingressa est arca sacra, ut idolum constaret Ægyptiæ abominationis. Arca introivit, & imago cecidit. Natal. Comes, d. dicit esse imaginem dæmonis. Lucian. in *Deor. concil.* mundi pulchritudinis. Idem asserit in *Deâ Syria.* Sacri expositores astruunt Dagon imaginem Veneris. Latè agemus in *Ephemer.* 29. *Augusti.* Ut omnes animæ demonstrentur hostes, Dagonis præ se fertur effigies. Cecidit, cultores *restituerunt in locum suum.* Relapsus est in pavimentum de solio, sed *truncus remanserat in loco suo.* Quisnam ergo imaginis locus, ut modò inferior, modò superior illi sit assignatus? Erat tibi Arca sacra, panis de cœlo custodia, in qua typicè Eucharistia. Considerandus est situs respectu colentium, atque Dagonis fugacium. Qui sequuntur, plaudunt: aversi, ridentes plodunt. In sani ut delicias, imaginem docent: cordati ut vera embolia derident. Illi ostendunt ut summam felicitatem: hi demonstrant ut vafram circumventionem. Furiosi technas amplectuntur, quippe placent: prudentibus displicent, quippe nocent: diversusque Dagoni signatur locus, summus nimirùm & infimus; ut est colentis vel aversantis pectus: igitur si imago infatuat hominum intelligentiam; illecebras extollunt colentes usque in insaniam: cæterùm si sacramentum respicitur; quicquid à mundo & diabolo, Veneris studiò exponitur, pe-

Ecli. 15. 3.

Mani. 7. àv. 17

Cant. 7. 2.

Berch.

Conditio Topazii.

Cur Eucharistia plaudi-ur speculum rotundum.

Cuncta mundi gaudia prosternuntur à Eucharistia.

Plin.

1. Reg. 5. 3. Vers. 4.

Quæ anima fugit mundum non capit.

Per illa quicquid à mundo plaudi-tur, pedibus teri-tur.

dibus teritur. Non est in eodem æstimationis loco, apud cordatos & dementes luxus imago. Nullus igitur est falsitatis cultus, ubi falsas delicias proterit animus, etsi impetitus voluptatis sagittis, quæ retorquentur in vulnera voluptatis: etenim tametsi tempus Mundum, Diabolum & Venerem indicet; sacra Eucharistia imaginem ipsorum ad nihilum redigit.

9 Audiamus Bernardum, ut triplicem fugiamus inimicum, & videamus adiutorium. *Impulsus eversus sum ut caderem, & (pro Sed) Dominus suscepit me* (inquit serm. 85. in *Cantic.* n. 3.) *Quæris, quis ille impulsor? Non est unus. Impulsor diabolus est: impulsor Mundus: impulsor homo. Quis iste homo? Quisquis sui. Cùm igitur tres stanti imminentes stratores; horum diabolus livore malitiæ, mundus vento vanitatis, homo pondere suæ corruptionis impellit.* Isti impulsores, eversores, sed inanes; quia his in diebus Deus suscipit, quisquis ad illum respicit; ut vel inter pericula non suffocentur, ubi alij periculo suffocantur. Hic articulus est ut olim per rubrum mare Israëlitarum transitus. In pericula hos ut suffocarentur impulerunt persequentes; cæterùm non persecuti sed suffocati sunt hostes. Claudian. 3. *Honor. Consul.* à v. 94.

Obruit adversas acies, revolutaque tela
Vertit in auctores, & turbine repulit hastas.
Enses & ultrices in se converterant iras.

10 Elucet cur fugerit in transitum Mare-Rubrum: scrutemur, Iordanis cur conversus est retrorsùm. Ut possint transire in terram promissam, movens castra Iosue de Setim, *venerunt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israël, & morati sunt ibi per tres dies.* Testimonium delicat Augustinus, de *Tempor.* serm. 106. Ad transitum itaque præcepit cunctis dicens: *Præparate vobis cibaria, quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram.* Altiori sensu sumit Augustinus. *Dixit ergo Iesus* (ait, d.) *Præparate vobis cibos, & state parati ad diem tertium. Sicut enim tunc præparatis cibis, die tertio ventum est ad Iordanem fluvium; ita & nunc in Ecclesia Catholica, assumptis spiritualibus cibis.* Facilis allegoria in propositum Didascaliæ, quod perfici cupit institutum Ecclesiæ: equidem cùm in triduo Bacchanalium sit libertas ad voluptatis prolubium (quo deturpantur animæ excessuum maculis) ne deficiant, roborantur spiritalibus cibis: quos quidem ni haberent, caderent; & in terram felicitatis non venirent, occurrentibus hostibus, periculorum insultibus, in quorum effugium Eucharistiæ exponitur Sacramentum; quoniam minimè etiam in periculis perhibit, qui ut liber evadat, in Eucharistiam respexerit. Videamus transitum. *Quando videritis Arcam fœderis Domini, vos quoque surgite & sequimini præcedentes* (dixit Iosue transiturus) *ut procul videre possitis per quam viam ingrediamini; quia prius non ambulastis per eam. Faciet Dominus inter vos mirabilia. In hoc scietis, quòd Deus vivens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum*, &c. Ut prædixerat, factum est; igitur cuncti Iordanem transierunt & sicco pede, qua qui pridem aggressi, apparuerunt arido littore naufragi. Ut aliquid novum Ethnici referant in plausum, fingunt sibi accidisse prodigium. *In signum victoriæ* (ait Halicarnasseus, 7. *Antiq. Rom.* num. 3.) *amnes omisso naturali meatu, verterunt cursus aliquandiu ab ostijs retrocedentes ad fontes suos.*

Mirantemque novas ignota per avia valles.
Iusserat averso fluvium migrare meatu.

Succinit Claudian. in 4. *Consul. Honor.* à v. 481. & Virgil. 9. Æneid. à v. 124.

——Cunctatur & annis
Rauca sonans, revocatque pedem Tyberinus ab alto.

Iterat *lib.* 8. v. 240. *Refluitque exterritus amnis.* Aptiùsque in rem, v. 85.

——Fluvium, quàm longa est, nocte tumentem
Lenijt, & tacita refluens ita substitit unda.

Horat. 1. *Od.* 29. v. 11. *Relabi rivos.* Fusè Lucret. 5. de *Rer. natur.* à v. 270. Propert. 1. *Eleg.* 15. à v. 29. denique Plin. *lib.* 2. *cap.* 103. eximiè mendax, inquit: *Amnes retrò fluere & nostra vidit ætas.* Adi Maluend. 8. de *Anti-Christ.* cap. 17. ubi plura, & selectiora.

11 Modò in textum sacrum, ut sensum adaptemus allegoricum. Hoc in triduo carnis-privij, ut studeamus conscientiæ consulentes puritati (quia delirijs, iocis, salibus, illecebris, solent animæ dedecorari maculis) exponitur Eucharistiæ sacramentum, in illarum sine læsione transitum. In hoc ergo sæpe hominum suffocatio, ex aquarum illecebrarum impetu; quas transire salvi plerique conantur, & audaciâ vorticibus summerguntur: etenim etiam sensus ut fascinatus manet sine sensatio-

Et pro Sed. — Bernar. — Et in hostes animę retorquentur sagittę. — Claud. — Ioſue, 3. 1. — Ib. cap. 1. 11. — Auguſt. — Exponitur Eucharistia ne mundi nocet embolia. — Cap. 3. a. — Flumina retroacta — Halicar — Claud. — Virg. — Idem. — Plin.

tione, capitis vacui vertigine. Siccine, ne transeant, insensatos infatuat mundus, ut in eius apparientias amittant omninò sensus, adiutrice Venere in dolum, quo dæmon suffocatos ducat in barathrum. Omnes desipere certant, & ad citharæ pulsum ludicrè saltant. Salvantur nonnulli? Sanè, escis spiritalibus refecti: equidem vel in fando Iordanis inveniunt candoris in progressum puritatem; ubi agitati à mundo inveniunt suffocationem. Inter sanè periculosum, quo nemo direxit gressus, quoniam sepeliebat fluvius: cæterùm viderunt mirabilia, quos in iuvamen præcedebat Arca: igitur transierunt illæsi expertes periculi; cum insensati non possent sine læsione. Pende modum. Arca, Manna hierotheca, in quo typicè Eucharistia, præcedebat transeuntes: *Ut procul videre possitis*: in profundo Iordanis haud ullum timent periculum; qui oculos tendunt in augustum Sacramentum. Hoc profectò mirabile, nimirùm quòd incolumes transeant, qua mentis impotes suffocatione perierant. Ducit desipientes mundus, ubi suffocari possint, quippe transire non valent. Si ab illo, ut transeat, recedit cor; patet in transitu Deus: siquidem vel inter deliciarum discrimina salvi, cœlesti pane & virtute Sacramenti. Iuxta intuitum cordium occurrit hominibus salus ampla, vel periculum: secutèque transeunt, qui Arcam vel procul aspiciunt; quoniam insensatis dolores sunt mundi gaudia, sensatis verò custodia, ampliora pericula: igitur pereunt, mundi qui gloriam depereunt vanam; & transeunt, qui in vanitate venerantur Eucharistiam. Denique: his circunstantijs, intransitus articulo, Eucharistiæ figurato sacramento; exponitur inimicorum destructio. *Scietis, quòd Deus vivens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum.* Unde ergo clades hostium? Ex eo quod quos ducit Iesus, sine læsione inimicorum transeunt. Caro corruptione, mundus vanitate & diabolus suggestionibus, malitiæ, ingruunt in homines: verùm cùm Eucharistiâ frustrentur artes: destructi penitus suffocantur, quippequam ni perdiderint, frementes pereunt. Hoccine Eucharistiæ sacer honos.

An quicquam nobis tali sit munere maius?

12 Sustinet ergo per triduum sanctorum turba, nec Christus habet de quibus misereatur (quoniam in via deficient) etenim habent abundanter quod manducent: non enim dimittuntur ieiuni, qui pascuntur, ut transeant pane cœlesti. Panis ei datus est: haudquaquam esuriet cor; dum hominem, cibis famelicum, mundus delicijs epularum illudit fallax (quippe semper panis mendax) in quo cognoscitur quàm captus mente, ubi *suavis est* illi *panis mendacij*: equidem in gaudia dirigit desideria, quia vana cognoscit gaudia. *Retinet te huius vitæ fulgor* (infit Seneca, *Epist.* 31.) *Erras, quod interest inter fulgorem & lucem (cùm hæc certam originem habeat & suam; ille niteat alieno) hoc inter hunc vitam & illam.* Vitam vocat voluptuosus, qua fulgoris luxus; & non est fulgor, quippe tantum color: quapropter, ut ait Tacitus, 2. *Annal.* cap. 77. *Nulli iactantiùs mœrent, quàm qui maximè lætantur*: etenim ubi quærentes deliciarum lucem, ad mœstitiæ solamen; nec procul vident fulgorem. Lux sine mendacio nitet, quippe ex se fulgorem habet. Quod in mundi splendore quæritur, sine luce veritatis non invenitur. His in diebus a stolidis non ambitur lux Eucharistiæ, sed splendor mundi insani, qui infatuat inaniter corda, ut allucinatis sensibus, floreat insania: igitur qui dulcedine sacramenti tantisper ad delicias vidisset crepuscula lucis; in fulgore mundi saturi, nec signum inveniret ostentatione splendoris.

13 Cogitationem denudavit Ovvenî acumen, ostendentis discrimen inter Lucem, & aërem. Ita ergo accinit, *lib.* 4. *Epigram.* 116.

Sit corpus quamvis, oculo non cernitur aër:
Lux corpus non est, cernitur illa tamen.

Gaudia Eucharistiæ vera, & mundi ut futilia & falsa, exponuntur vivide in luce & aëre. Lux non habet corpus, cui confertur Eucharistia, cuius species non gaudent propriâ substantiâ. Aër corpus habet, cui sæculi gaudia conferuntur; quia non videntur: etenim ita vana, un numquàm fuerint à cupientibus visa. In his profectò diebus, felicitates suas ostentat varijs illecebris mundus; in quas apparet cultoribus panis cœlestis, ut cognoscantur non esse felicitate, sed ludibria phantasiæ, embolia fallacis mundi: igitur videtur luce Eucharistiæ, esse nullius entitatis, quicquid ad ostentationem veterator ac dolosus habet mundus in delicijs. Hinc dum Eucharistia luci; aëri mundus confertur, ut cognoscatur: quandoquidem eius gaudium ita leve; ut nec visu sit ad usum perceptabile. Videntur hìc tentoria cœnæ magnæ Assueri Regis; quæ dicuntur *aërei coloris*. Quis color in aëre, qui non videtur?

Quæ in his diebus mirabilia, ex posità pro làm Eucharistia

Prov. 20. 7.

Senec.

Tacit.

Panis mundi fallax.

Ovven.

Cur deliciæ mundi similes aeri, & Sacramenti Lucì

Virg 5. *Eclog.* v. 51. *Cœlestis panis in delicias verax.*

Est. 1. 6.

tur ? Sic dicitur, ut corpus mundi exultantis videatur : igitur eius ad gaudia nemo cognoscit speciem, quoniam corpus aëris per se nec habet colorem. Clariùs. *Aërei coloris.* Alij, *Aurei* : alij, *Cœleste.* En color mundi, deliciarum expressà futilitate: etenim nemo unquàm videt, quod uti pretiosum, tamquàm cœleste proponit: aërque non visus, & color mutandus eius significant gaudia ; quia horum corpus non videtur, sed coloris apparentia. Hæccine insanos latent, cogitantes videre quæ non vident ; ut videant esse cæcos, qui ad corpus aëris quasi non haberent oculos: spondet hoc in tempore mundus fucatas delicias ; sed non cognoscitur falsitas, quousque beneficio lucis, obviant oculis Eucharisticæ species; quibus evanescunt gaudia à tempore promissa, & sacramento demonstrantur ut mendacia : aërque symbolum propriè circumventionis exponitur; quoniam ex tot delicijs nihil in usum videtur. Hoc Eucharistiæ trophæum scrutemur & modum.

Omninò futile, quod mũdus ostentat quasi cœleste.

14 Ut possit Iordanem transire, uti diximus, sine discrimine facer populus; direxit gressus Fœderis Arca, Eucharistiæ figura.

Ecclesiæ documenta gerens.

Arator. Ut succinit Arator, 2. in *Act. Apostolor.* v. 806. Unde ergo sine discrimine ? Patet, divisum est flumen. *Steterunt aquæ* (dicitur) *descendentes in loco uno. Aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atque deficient : quæ autem desuper veniunt, in una mole consistent.* Ita steterunt, & defluxerunt ; quin ullorum aquis tingerentur pedes. Quorsùm huiusmodi miraculum singulare ? Ut effectus paterent sacræ Eucharistiæ. *Scietis, quòd Dominus Deus vivens in medio vestri.* Aquæ symbolum sunt voluptatum, quippe defluunt, non subsistunt ; & super illas nihil nisi vanum subsistere valet. Unda quicquid ponderis summergit : leve tantùm huc atque illuc fluitando deducit. Non secùs in Bacchanalibus accidit fanaticis hominibus, delicias præ voluptate quærentibus : igitur vana & fluida quùm transeunt, avidos huic inde ferunt ; quia in miserijs non subsistunt. Qui cordati his in diebus, singulariter ut transeant, fugiantque miseriam; confugiunt in Eucharistiam, repellentes mundi leves cogitationes : ingressàque Arcà, aquæ separantur in symbolum libertatis, alijs fluentibus, & alijs stantibus: equidem cùm mundi vana circunquaquè & usquequaquè volitent, mentesque fragiles cogitationibus vellicent ; Arca præcedit, & aquas mirificè dividit : superiores retinet, inferiores urget, populusque sine læsione transit. Elucet quid hoc in tempore operatur Eucharistia, ut transeant, quin sordeant cupiditatibus corda: igitur detinet, ac comprimit superiores, ne in mentem veniant; inferioresque persequitur, ut transeant & citò fugiant.

Iosue 3. 13.

V. 10.

Evanescunt mũdi gãdia, præsente Eucharistiâ.

15 De tentorijs Assueri in convivio dicitur : *Pendebant ex omni parte tentoria aërei coloris.* Patent mundi bona, vel ad delicias pendula. Si convivæ in tentorijs, & hæc pendebant ; pendebant sanè convivæ. Fatale convivium & in perniciem dolosum, ornatum in præcipitium: etenim non invitabantur, ut comederent, sed ut specie deliciarum ruerent. Cogitationi favent & sensus litteralis, & Versiones. *Pendebant tentoria* (Metonymicè, idest, *Aulæa*, quibus constructa tentoria) Maluend. *Retia, aulæa foraminea.* Convivium mundi objcitur, dum in carnis-privio ita subdolè apparatur, veris illecebris, comessationibus, ebrietatibus, & impudicitijs : & quæ demonstrat vela speciosa, sunt aurea retia ; quoniam dum invitat mundus, magis quàm in delicias, vafrè vocat in catenas. *Retia*, foraminea siparia, ne ab illo invitati extra rete possint fugere : quandoquidem plus pravis cupiditatibus irretiuntur, dum cognitis vinculis, exire citò conantur. Econtrà contigit sequentibus Eucharistiæ Sacramentum, ne labatur pes eorum. Cognoscunt retia, ubi colore tantùm rutilant lilia, apparentia deliciarum. Frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum : etenim Arca sacra in aquis cupiditatum, fecit ne fluentes ex visis cogitationes venirent, & reverti inferiores non auderent. Coram Arca, hieroglyphico Eucharistiæ, evanescunt quæ mundi deliciæ & cogitationes pravæ. Apparuit Sacramenti signum, in auxilium confugientium, dum hostes irruebant fluxis voluptatum aquis, in suffocamen illecebris : etenim fluxerunt aquæ, dum ne fluerent, aliæ repressione vinctæ, donec pertransiret populus, in terram promissam electus ; quippe coram Arca aquæ vanitatis mundi expulsæ sunt, nec potuerunt stare. Aliter in mundi dilectoribus, victis viribus aquarum, & deductis, ne vivant, in mare mortuum. Ab Eucharistia in periculis salus : *Cuius* (ut succinit Mell. Sousa in *Iob*, cap. 28.)

Ubi sup

Mundi deliciæ pendulæ, & quare

Metony.

Maluend

Verè illecebræ.

Virtute Eucharistici panis, evanescunt mundana cogitationes.

Non satis humanus pretium considerat: illam

Sousa.

Si

Si quæras, non inveniens scrutatus, ad illos
Qui segnit vitæ luxum sectantur inertem.

DIDASCALIA VI.

Virgo iuxta crucem passa in corpore, quod Christus passus in cruce.

1 MIRA supperstitio inventa à Pythagora, ut fatuis ostenderet valere facere mira. *Luna plenà & orbiculatà* (ait Natal. Comes. 3. Mythol. cap. 17. Cœl. Rhodign. lib. 9. cap. 23. & Suidas, ex quo Iul. Cæsar Bulenger. de *Ludis privat.* cap. 30. ut etiam vidimus, *Tom. 6. T. 8. n. 22.*) *si quis speculum sanguine scribat, & exaret quæ voluerit; cùm alium monuerit, ut stet pene se, ostendit ad Lunam litteras: & ille qui propè est, intendens oculos in Lunæ circulum, leget omnia, quæ scripta sunt in speculo.* Dixi de hoccine speculo, *Tom. 3. T. 10. D. 6. à n. 3.* Notitia sensu opposito illustranda: igitur ibi vulnera Virginis Matris, eò quòd filij non habebat vulnera; modò summus dolor infertur, quia vulnera filij etiam in corpore patiebatur. Siccine Pythagoræ speculum. Quod penitùs superstitiosum, videbimus & venerabimur sacrum: etenim Luna, gratiâ plena, Maria, amore & dolore saucia, pertulit fortiter vulnera miro artificio, quæ scripserant Iudæi in dilecti filij speculo; translatis characteribus plagarum, in corpus (quo nihil à diritate scriptum) dum iuxta crucem filij patientis staret, & ex animo doleret. Fecit in genitrice summus amor, quod in filij corpore inimicorum furor: etenim dum vulnera in Christo exarat;

Purpureus Lunæ sanguine vultus erat.
Pectoraque inclusis ignibus usta dolent.

Delrius in *Magic. disquisitionib.* lib. 4. cap. 2. q. 6. sect. 4. *Speculo concavo* (inquit) *Pythagoram inscribere solitum literas sanguine humano, & speculum Lunæ opponere, & divinare.* Quid divinandum? Quantum in cruce Filij Virginis tormentum: etenim cum divinatio sit necessaria, ut legantur in corde foris scripta; ex vulneribus sanguine manantibus in patibulo crucis, præcognita statim quæ vulnera cordis Virginis. Totam hanc potest, vulnerato in cruce filio divinare lectionem; quisquis viderit matrem & stantem iuxta crucem.

2 Articulum, cum reliquis passionis circunstantijs, enthusiasmicè describit Marc. Seneca, *Suasor. 1. Satis gloriæ quæsitum* (infit) *regenda esse & disponenda quæ in transitu vidisset, & vicissel consulendum militi, de matre illi cogitandum.* Si inquiritur, quare? Respondet, *Controvers. 22.* subdens: *Optimus imperator Reipub. curam agere, ne in cruce quidem desijt.* Quid ergo Mater? Sil. Italic. v. 181. *Domini crucem clamore reposcit.* Sophocles in *Antigon.* v. 441 in rem:

Mori tecum: & in malis tuis non erubesco,
Sociam me ipsam passionis faciem, dolens quidem certè.
Mea anima pridem mortua est.

Ita saucia ab amore & dolore puncto pectore, sed iuxta crucem

——*Stetit acri fixa dolore.*

Ut loquar ex Virgilio, 7. *Æneid.* v. 271. Audiamus sacros. Hieronym. *Epist.* 10. in novissimis, Tom. 4. & ut alijs placet, Sophronius, *Beata Virgo martyr fuit* (asserit) *quamvis in pace vitam finierit. At quia in ea parte passa est, quæ impassibilis habetur: ideo quia spiritualiter, & atrocius passa est gladio passionis Christi, plus quàm martyr fuit. Plus omnibus dilexit, & plus doluit: in tantum ut animam eius pertransiret vis doloris, ad testimonium eximiæ dilectionis: quæ quia mente passa est plus quàm martyr fuit. Eius dilectio amplius fortis, quàm mors fuit; quia mortem Christi suam fecit.* Verùm cum discrimine quod signat Bernardus. *Christus* (dicit serm. de 12. *stell.* n. 15.) *mori corpore potuit: ista commori corde non potuit. Pertransivit animam vis doloris; ut plus quàm martyrem meritò prædicemus.* Iam enim quod Christus, effuso sanguine; moriendo patitur; dolore in Virgine legitur. Crucem reposcit, verùm amor non concedit; ut aggeret cruciamen sic stare iuxta crucem; etenim filium interfecit dolor crucis, verùm matrem sine morte crux doloris. Non enim habuit exitum dolor, sequente morte; quem filius habuit in cruce, ut legeretur dolor acerbissimus in Virgine, sustinente vitam, & dolorum mortis pœnam: siquidem summum, usque ad mortem posse pati, & doloribus mortis non posse mori, maximè moriente filio, cuius mors legebatur vulneribus in speculo. Vel Ethnici est cogitatio, 6. de *Bello Pharsal.* à v. 720.

Aspicit adstantem suspensi corporis umbrã,
Exanimes artus, invisaque claustra petentem.

M. Sen. *Christus vel patiens respondet muneri Superioris.*

Sopho-cl.

Vota Matris, Virgil.

Hieron

Tùc plus quàm Martyr, & quare

Bernar.

Ioann. 19. 25.

Lucan.

Bulenger.

Pythagoræ ludus qualis?

Ovid. *Epist* 8. v. 58.

Delr.

In vulneribus matris, filij patientis legebantur dolores.

Abimser, extremum cui mortis munus iniquæ
Eripitur, non posse mori.

3 Iuxta crucem Virgo stat, quò eius figebatur crux: & crux & ex cruce, amara; & quia tantùm erat iuxta. *Erat iuxta crucem Iesu*, & era in Iesu cruce. Iuxta crucem Iesu, carne; sed in cruce Iesu corde; quippe in illa filij crux, & transfixa cruce filij. Parum dixi: non solùm filij cruce transfixa, sed etiam fixa; ut discruciarent passione, & compassione tormenta: igitur etiam in corpore valuit sine crucé cruce pati, quod corpus Christi patiebatur in cruce. Nonnullis Theologis placet sententia, potissime ex quo astruxit Maria de Agreda, p. 2. *Civit. Mystic.* lib. 6. n. 1219.-1236--1264. & 1341. alibique sæpe. Sic enim corde & corpore patiebatur: passione scilicèt & compassione, carne & mente; ut in illa uti Luna, imprimeretur legendum, quod in corpore filij sanguine fuso videbatur scriptum. Quid mirum, si Sol niger per immutatam speciem; quòd Luna Virgo mater verteretur in sanguinem? Sunt signa in Sole & Luna: etenim cùm sint splendida; erant signa in Virgine, inflicta vulnera in Sole,

Crux Virginis ex cruce in illa morientis.

Ovid.

Signa Deum nosco per sua.: Phœbus adest.

Aliò dixit Ethnicus, 2. de *Remed. Amor.* v. 380. In Virgine signa vulnera Solis non in remedium, sed in auxilium: igitur solus Dei amor poterat cogitare dolorem in auxilium & remedium; quatenùs vulnera essent medicina vulnerum, ad virus hominum.

Virg. 10 Æneid. v. 848.

——*Tua ne per vulnera servor,*
Morte tuà vivens.

4 Finxit Græcia Anterota, cuius pectus silva telorum in rudamationis gloriam; quoniam Amor in cor eius totam evacuavit pharetram: nec sic satur, præ dilectione, dicens (ut inquit Otho Vænius, *Amor. Emblem.* 77. & 108.

Imago Cupidinis & Anterotis.

Hic scopus est; cunctas Amor huc vertet sagittas:
Nã patet in vulnus corpus inerme meũ.

Oth. Væn.

Sunt spicula Anterotis redamantis, vel Amoris dilegentis? Huius, sed illius; quippequàm huius: siquidem quot in Amore tela contulerat dolor; tot sæva in tedamatoris pectore fixit Amor. Favet Ovidius acumini, 2. *Amor.* Eleg. 9. à v. 35.

Ovid.

Huc tamquam iussæ veniunt iam sponte sagittæ.
Hic tibi sunt vires, hæc tua dextra facit.

Hæc fabula, vel historia? Historia sub ingeniosa metaphora. Conventus malignantium, extruentium specie religionis concilium, in unum convenerunt adversus Dominum & quem sperabant uti Redemptorem, Christum. *Quid facimus?* in concilio sine concilio dicitur: *Expedit quod moriatur.* Eius cum illo cupiebat interficere amorem, sed eorum vacuum conamen. Interfecit sanè furor, verùm passione & morte refloruit amor.

Ioann. 11. à 47.

Omnia cùm rapiat mors, non extinguit amorem.

Sabin. *Epist.* 2. v. 47. *Amor Christi non deficit vel in morte*

Antiquus necdum pectore cessit amor.

Ut in malignum opus haberent iudicij formulam, firmaverunt sibi sermonem nequam, & uti gladium exacuerunt linguam: intenderunt arcum, rem amaram, ut titulo sacræ legis dispositio ad lubitum, iam non in occultis sagittarent in cunctis immaculatum. Sagittarunt & multoties & dirè. Ictus patuerunt cruce: vulnera morte: plagis ostentæ sagittæ. Cur igitur si in filio scribuntur vulnera, iuxta crucem eius mater exponitur dolorosa? Diligebat, diligebatur. Redamabat: filius in cruce telis furoris, & amoris deficiebat. Unde cùm in Luna amoris philtro videatur, quicquid sanguine in speculo à crudelitate scribitur; tot ictus, tot vulnera, tot tela suscepit Virginis pectus, quot amore per furorem saucius susceperat filius. Hic erat sagittarum scopus, corpus totum patuit in vulnus: sed ostenduntur in corpore Lunæ, quæ in fixo clavis amore. Quæ est ista quæ incalvario progreditur quasi Luna? Maria, ejus mater, gratia & dolore plena: gratiâ, ex filij amore: dolore, telorum acerbitate: equidem etiam in corpore tot sagittas suscipiebat, quot Christus filius in cruce pro hominibus tolerabat.

Cur mater dolorosa fingi in vulnera?

5 Dicit Virgo mater per eos Davidis, crucem acerbam iuxta stipitem crucis. *Non est sanitas* (inquit) *in carne mea, quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Maluend. *Plagæ, flagella, ictus sagittæ impressæ sunt in me.* Genebrard. *Descendere fecisti super me*: & Crucius hìc metricè:

Psalm. 37. à 3.

Tuæ sagittæ viscera,
Ictu profundo sauciant.
Relinquit artus sanitas.
Bellantur ossa spiculis.

Crucius

Ex sagittis dolor oritur, verùm modus in dolorem non intelligitur. Quis in vulnus intelliget, *Sagittæ tuæ*, & *Mihi*? Sagittæ ubi hærent, sanitati carnis nocent: haudquaquàm ubi non sunt. Si dicit *mihi*: sunt & insunt propriæ carni. Si *tuæ*, sagittæ inhærent alieno corpori: unde igitur vulnus perpetietur caro, si tela in corpore alieno?

Quo-

Quomodò Virginis sagittæ sauciabunt corpus; quarum ictus in cruce ferebat filius? Quia filius ferebat, tota moles passionis matrem sauciabat. Ubi dilectio floret, amor confert quicquid recipit: suasque dicit Virgo passionis sagittas, quas filij saucio corpore videbat altè suffossas: quoniam minimè redamationem in patientem dilectum pectus exprimeret, ni quod amore filius tolerabat, toleraret. Dedit amor Anteroti tela, queis eius confecta vulnera: patuitque transfixa Virgo, dum Amor in cruce corpore saucio; quippe cuncta quæ subibat vulnera in cruce, hærebant in matris pectore. Descenderunt è cruce spicula super illam; ut filij amantis imitaretur formam: suaque dicit, queis amor filium percusit; igitur quicquid doloribus ad dolorem videbatur scriptum, in Virgine-Matre legebatur impressum. *Sagittæ tuæ impressæ sunt in me.* Descenderunt è loco, quò fixa crux. *Tuæ*, & *super me*? Utique. Obiecit Luna Matre scriptum sanguine: suamque dicit multitudinem telorum, filium dilectum mortem usque vulnerantium; quoniam si flagella, plagas, vulnera perpessus in cruce filius, cuncta simul & ipsa sustinuit Virginis corpus.

Passa in carne, ipsa vulnera filij.

6 Ipsa per eundem filio crucifixo dicit. *Amove à me plagas tuas.* Demonstrat mater dolorem, atque vulnerum originem: sed occurrit idem prorsùs argumentum, quod prætactum offerebat testimonium. Si plagæ propriæ non sunt, quorsùm dicit quòd amoveantur à se? Si eius, sanè; unde & quare *plagas tuas*, quasi alienæ? Sunt in dolorem matris vel filij? Utriusque. Matris sunt, cùm filij sint; quoniam plagæ quæ ex sagittis in corpore Salvatoris, erant in corpore Virginis. Dicit contextus. *Quoniam tu fecisti, amove à me plagas tuas.* Plagæ istæ tanti & ex tanto dolore, licèt in me, non à me. In me plagæ tuæ sunt. Non fecerunt sagittæ, quæ in fixæ sunt mihi, & gravant diro cruciamine. In me, verùm *tu fecisti*: etenim nullum vulnus Virginis haberet corpus, si filij corpus nequaquàm haberet vulnus. Eruatur occultum testimonij propositum, ut magis eluceat origo vulnerum. Virgo toto annisu præ amoris incendio, conabatur pati, & multa pati pro filio & etiam cum filio. Plagas filij ex tota passione accepit: quo enim intuitu, si ab illa optatæ, amoveri percupit? Sagittæ inimicorum in filio fecerunt plagas: in illa filius tamquàm amoris delicias: cur igitur quæ vulnera filius in blandimen fecit, aboleri mater sagit? *Resurrectio petitur*: subdit Lorinus. Quid filij resurrectio, ut plagarum in matre sit remotio? Tota profectò radix in expulsionem doloris. Resurrectione amotæ plagæ è filij glorioso corpore: & resurrectionem filij mater iuxta crucem postulat, ut à se eius plagas expellat; quia ille fecit ut haberet, dum dirissimà passione tot labores exantlavit: etenim vulnera non haberet Virginis corpus, ni haberet vulnera filius. Removebuntur absdubiò, dum venerit resurrectio; haud in passione amarà: igitur cùm filij & à filio haberet passionis vulnera; minimè erat sanitas in Virginis carne, quippe in illa inflictæ plagæ, quoniam infixæ totius passionis sagittæ. Dicam ex Claudiano, lib. 3. de *Laudib. Stilic.* v. 52.

Lorin.

Non haberet eius corpus, ni haberet filius.

O mundi communis amor!
Habuit suum, filijque ex passione dolorem; ut mundus veneraretur etiam Virginem transfixam corredemptricem.

Claud.

Corredemptrix eius.

7 Verùm qua arte in utroque crucis dolor? Fecit amor. Haud substitit ingenium malis, neque pondus dedecoravit laboris. *Est ingenium charitatis*, iuxta Paulum. Non verbis, sed operibus (iuxta Ovid. *Epist.* 19. v. 30.)

2. Cor. 8. 8.

Astrinxit nexum ingeniosus amor.
Adinstar ignis sine diminutione, hærer in utriusque pectore. Est dolor gladius acutus utràque parte: unusque idemque in dolorem vulnerum ictus, filij atque matris transfigebat corpus. Gladius multiplicavit vulnera erga matrem, sed non sine causa; quippe in corpore filij videbat vulnera. Hæc est *loquela ænigmatum* amoris, iuxta Prophetam, vehementiorem depromens ex aliena plaga plagam. *Væ ei* (subdit) *qui multiplicat non sua.* En ænigmatum amoris rara loquela, & in amplius cruciamen voci suæ præ dolore dantis vocem: igitur mater Virgo iuxta crucem multiplicat quæ non sua, filij vulnera vehementer perpetiendo tamquàm propria.

Ovid.

Iob, 27. 17.

Habac. 2. 6.

Vis doloris ex plagis multiplicatis.

——*Perit geminato vulnere pectus*
——*Ferrum visu, dictuque per artem*
Sævitiæ, extenti quantum tormenta iubebant
Creverunt artus.

Sil. Ital. 1. v. 175.

Constat modus vulnerum per Simeonem, quo in utroque dilecto non est discrimen. Respiciunt se mutuò, ut una sit in singulis operatio ex amoris ingenio.

8 *Tuam ipsius animam pertransibit gladius*: Virgini Matri præ filij passione dixit. Variè sumitur Tò *Tuam ipsius*. Multoties eiusmodi geminatio intelligitur pro

Luc. 2. 35.

Ipse pro Etiam.

pro *Etiam*, vel *Simul*, q. d. Simul tuam animam pertransibit gladius; de quo egimus fusè, *Tom.* 3. *T.* 12. *n.* 23. Aliquando pro identitate. Unde Plutarch. in *Tito Quintio*, inquit: *Ad suam ipsius servitutem perfeciſſe conſtat.* Hìc pro eodem effectu in diversis: ita ut in filij passione gladius ipsius esset & matris. Quomodò Matris, si ipsius? Nihil veritati opponitur. Vulneribus filij mater vulnerabatur: dicitque *suam* & *ipsius* plagam iustus senex in cruciamine passionis; ob ingenium singulare charitatis: etenim si in dilecti carne fecit dira vulnera gladius; in Matris corpore perfecit vulnera vulnus. Aliter & aliter saucium utriusque corpus.

Plutarc

Quod fecit in filiò gradius, in Virgine fecit vulnus.

Nimiùm in pœnas facit in vulnere vulnus. In vulnera itaque instrumentum singulare. Vulnus ex vulnere? Confectum amoris arte. Mirum spectaculum, quia verum: quandoquidem si ex sagittis formata vulnera nati: hæc sagittæ genitrici. Dicit ex Iobo: *Circundedit me lanceis suis. Me?* Quomodò, si totus lancearum apparatus in filium & etiam mortuum? In articulo tragico coram oculis claruit. *Unus militum lancea latus eius aperuit*: materque seipsam vallatam lanceis ostendit, ubi miles filij pectus dirè transfodit; quoniam si à lancea vulnus confectum in Salvatoris pectore, in pectus Viginis inflictum vulnus ex vulnere. Non aliam in acerbiorem pœnam demonstrat vulneri causam. *Conscidit me vulnere super vulnus.* Maluend. *De irruptione ad aliá: de vulnere in aliud.* Super vulnus inflictum non solùm vulnus additum; sed & aliter, ne in passione vulneraretur alteruter; equidem vulnus in matrè, & vulneribus filij arctè pendentis in cruce. Vidit orbis (ut Ethnicum retorqueamus, 4. *Fastor.* à v. 381.)

Oth. Væn. d. 76.

Iob. 16. 14.

Ioann. d. v. 34.

Super *pro* Ad.

Vers. 15

A pendẽte è cruce vulnus in matre.

———*Solem à Virgine raptum:*
Maximaque in vultu signa dolentis erant.

Ovid.

9 Disposuit amor in Virgine, quòd illi cordi, ut per inusitatum ex dolore dolorem, flagrantis pectoris ostenderet summitatẽ. Sponsus declinaverat atque transierat. Maria cum alijs iuxta crucem stabat & æstuabat, atque dolens morienſque in vita dicebat: *Dilectus meus candidus & rubicundus. Adiuro vos filiæ Ieruſalem, si inveneritis dilectum meum; ut nuncietis ei, quia amore langueo.* Ambros. in *Psalm.* 118. 120. & alij ex Græc. *Vulnerata charitate ego sum.* Arabic. *Quia ego sum amor vulneratus.* Appositè ex amore filij, erga filium amor dicitur; quia illi non satis, ni tota in totum amorem converteretur. Charitate ex vulnerata, dum vulneribus exposita. Illam sauciavit amor, si filium furor, qui tunc patuit amor vulneratus, aperiens etiam ad vulnera pectus: materque iuxta crucem tantum vulnerata amore; quoniam vulnus sic stantis, vulnerati amoris vulnere. Sous. in præf. loc. Iobi floridè succinit:

Cant. 5. 8.

Quæ conversa est in amorẽ

Vulnerata charitate.

Ille meam tenuit violento robore preſſam:
Sæpe repercutiens addit nova vulnera plagis.

Mell Sous.

Hoc opus amoris intensiore flamma pectoris: etenim si in summum crescit, in corpus etiam dilecti vulnera trahit.

10 Siccine corruscavit in Paulo. Verùm quo ingenio? *Ego* (ait) *stigmata Iesu in corpore meo porto.* Græc. *Sigilla, signacula.* Quænam hæccine? Vulnera Christi. Sint ergo, cæterùm in corpore pauli? Utique. Non sat in corde? Non sat. Stigmata in corde non eximij amoris sunt. Eximij profectò notæ, modò quæ cordi, imprimantur in carne: in carneque Paulus Christi vulnerum importat sigillationem; ut in dilectum & summè amoris tanti demonstret sublimitatem. Haud causa desideretur. Pende tamen. Christus in cruce passus usque in mortem crudelia: dicunt in corpore vulnera, quæ amantibus sint stigmata & signacula. Si imprimuntur in corde compassionẽ notant, quæ vulnera mentis. Si impressa in carne passionem signant, quæ vulnera corporis. Illa fiunt vulnerum contemplatione: hæc verò vulnerum entitate. Illa erga dilectum crucifixum ostendunt amorem: hæc amoris magnitudinem: & cùm Paulus summum haberet, ex dilecto stigmata sibi traxit; quippe constabant, cum portaret in corpore, vulnera tanta ex vulneribus corporis cruci fixi. Hoc intuitu Sponsus dilecta dicit: *Pone me ut signaculum super cor tuum: ut signaculum super brachium tuum.* Si dilectio præsignatur corde; in amoris expressionem, satis insigne. Non sat. Magnum desiderat; ubi etiam imprimi carni Sponsus seriò demonstrat.

Galat. 6. 17.

Cur vulnera Christi non in corde, sed in corpore Pauli?

Cant. 8. 6.

Brachio & cordi nitidus character:
Intùs & extrà

Marian hic.

Virgo per vulnera carnis ostendit amorem cordis.

Verùm quarè? Ut Sponsa per vulnera carnis ostendat amorem cordis. Si tantùm in corde, est compati: Si etiam in corpore, pati. Illa sanè dilectio, sed exigua: hæc utiquè magna; quippe in carnem transfert vulnera: & cùm pondus grave ex optata amoris flamma, Sponsus amans solicitet in dilecta, passionis sigillum cordis, est etiam sigillum brachij; tunc enim in sum-

mo

mo amore, constat Sponsæ vulnus ex vulneribus dilecti. Unde Sponsa iam amore præclara, apud Hermann. Hugon. lib. 2. *Pior. desider.* Vot. 14. decantat.

Herm. Hugon. *Tunc iterùm amplexu lignum lachrymabile stringens;*
Multa tamen dabit hoc unum mihi vulnera, vulnus.

11 Totum theatrum patet Virginis, iuxta filij crucem constanter stantis, & cum summitate amoris; equidem passa in carne, quicquid filius perferebat in cruce: ita ut morti multoties vita cederet, nisi virtus divina patientem (ut dolores vinceret) roboraret. Adi Amadæum, Homil. 5. de *Laudib. Virgin.* & Richard. de S. Laurent. lib. 3. Miraculum fuit non mori; ait Mater de Agreda, d. Quapropter dum subijt, Martyrium morte sine morte dirè pertulit. Consule Suarium in 3. p. *D. Thom.* Tom. 2. disput. 21. sect. 4. Hinc ut vidimus, *num.* 2. plusquàm Martyr dicta, eò quòd plus doluit, quia plus dilexit, quia plus cognovit, & suam vivens mortem Redemptoris fecit. Profectò insignia, *Tom. seq.* tractanda, ne quod miraculum, Didascalià protractà sit in fastidium. Martyris namque habetur iurè laureola, siquis patitur, suspensa miraculo, naturaliter mortem allatura. Cyprian. *Exhort. ad Martyr.* cap. 12. Tertull. *Scorpiac.* cap. 8. Gregor. Magn. 3. *Dialog.* cap. 26. & fusè Paulin. *Natali* 1. S. Felic. à v. 4. ubi:

Quare plusquàm Martyr fuit?

Unde martyrium?

Paulin. *Vectus in æthereum sine sanguine Martyr honorem.*

Vicit Maria, quod videbatur impossibile vinci: etenim licèt passio tota filij corpus & animum ex cruce premebat; quasi nihil pateretur, iuxta crucem stabat.

Ps. 17. 5 Cant. 8. 6. 12 *Circundederunt dolores mortis.* Quippini, quòd circundederit mors? Quia victa in tanto conflictu. *Fortis est ut mors dilectio.* Dolores acerbi dolentem, quia vita nequit tolerare, ducunt in mortem: & non mors, sed dolor mortis exponitur, ubi iuxta crucem Virgo constanter patitur; ut constet singularis fortitudo, vitâ Virginis conservata miraculo: etenim miraculum fortitudinis ex amore demonstratur; quòd cum doloribus mortis afflicta non moreretur. Si non est mors, dolores mortis non sunt: doloresque mortis sine morte iuxta crucem præsignavit; quia constans mortem, amoris vulnere vicit. *Fortis est ut mors dilectio*, cæterùm plus amoris fortitudo: quandoquidem Virgo-Mater vicit imminentem mortem, cuius dolores non potuerunt extinguere charitatem. Omnia vincit mortis furor, sed vincentem vicit amoris splendor. Ubi potentis indeclinabilis doloris intrusi vis, charitas invaluit plus. Pugnavere pares, sed non succubuere pares. Mors invulnerabilis decertavit cum vulnerata Virgine; verùm vulnerata amore. Hæc vicit, mors cessit: etenim si ad illam prævaluit nonnumquàm dolor; Virgo-mater iuxta crucem stat, & constat potentiore potentior. Omnia vincit amor. O Phœnix Virgo! *O felix* (ut succinit Claudian. *Epigram.* 1. à v. 101.

Miraculum, tunc nè mori.

Eius amor morte potentior.

——*Quo solvimur omnes,*
Hoc tibi suppeditat vires.

13 Ex huiusmodi constantia elucet dolorum pœna. Hinc *in pace amaritudo amarissima.* Erat pro filio in animæ amaritudine: verùm amaritudo amarissima in pace: equidem cùm è certamine mortis, demonstrare incendium percuperet charitatis (quia charitatis magnitudo, ponere animam cum dilecto, & pro dilecto) sentiens constantiam de morte eiusque doloribus singulariter victricem, foventemque ampliore conflictu pacem; amara valdè sentiebat maiorem amaritudinem. *Iunge mortem & libera matrem*: dicebat quæ filium occisum videbat, & innocentem; ut inquit Augustin. de *Sanctis*, serm. 8. Amaritudo matris est videre filium mori: quid acerbius est adhuc ipsamet amaritudine: nimirùm, cum ipso filio innocente mori velle; quo liberatur ab acerbitate amaritudinis; in ipsa maritudine mortis. Virgo mater iuxta crucem stat: figitur & potatur amaritudine cor. Vidit filium innocentem, & in morte: ipsa (heu!) est oppressa amaritudine: unde sic? Erat in pace: amara ex morte filij dilectissimi pœna: verùm sic adhuc eius amaritudo amarissima; quoniam in amaritudinis vehementiore acerbitate, plus & plus ad angorem cum filio non posse mori.

Claudian. Isai. 38. 17. August. *Quid tunc illi amarum & amarissimè?*

Occidere est, non posse cupientem mori. Canit Seneca, in *Thebaid.* v. 100. Potestas moriendi, magnum donum. Filio occiso, in Virgine sanè amarum, & amarissimum: igitur constantiâ pectoris, pretiositate virtutis, ut posse sæpe pro filio mori; in potestate moriendi erat sine potestate.

Senec. *Mors, mori velle, & non posse.*

14 Vulneribus in mente corde & carne stat mater fixa cruci, sed recluso ad questus ore; dumtaxàt loquentibus calidis sanguineis lachrymis, præ vehementia amaritudinis. Haud, ut cogitat Sanazar. de *Ortu Virgin.* succinens:

Sanaz. *Ad mater, iam non mater, sed flentis & orbæ*
Infelix simulacrum, ægra, & sine viribus umbra.

Apage indignam cogitationem. Vel Ethnicus aptiùs, de *Remed. Amor.* v. 298.

Nec dic quòd dolas, clam tamen usque dole.

Ubi sup. Ibi Virgo, ut constas, vultu sereno, pectore transfixo. Nemo queritur de quo gloriatur: *stabatque* doloribus fixa & læta, quippe filij habebat vulnera. Mœrebat, dolebat, sed *stabat*. Quid quod crux? Dolet, verùm stat cor. *Stabat*. En Virginis nobile serenum pectus: ad motus querimoniæ neque motus. Angor ore tecto pingebatur olim. Adi Chartar. in *Minerv.* imagin. fol. 250. Simul cum illo Patientia. Hæc summitas constantiæ Virginis, in ordine conformationis & conformitatis: etenim singulari cordis patientiâ, ad tantum angorem etiam ora habebat clausa. Senec. in *Hercul. OEtæo*, à v. 150.

Imago Patientiæ & Angoris.

Quanta constatia Virginis in filij plagis!

Nullis vulneribus pervia membra sunt.
Ferrum sentit hebes, lentior est chalybs:
In nudo gladius corpore frangitur.
Mortem indomito pectore provocat:
Non illud poterant frangere cuspides.

Senec. Hæc enim virgo secum habebat; verùm mobilis immota, quasi in pœnis ad pœnas insensibilis stabat.

Bonav. 15 Sermo ne implicat? Siquis cogitat, Bonaventuram audiat. *Fuit Virgo impassibilis per patientiam*: inquit in *Specul.* cap. 6. Quomodò fiet istud? Impassibilitas connotat nocivæ passionis repulsam: patientia nocuæ impressionis instantiam. Unde Iobus iurè exclamat: *Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam? Aut quis finis meus, ut patientiam habeam? Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.* Patet & elucet in Virgine patientia & impassibilitas, ubi stat cordis constantia in tot plagas: etenim consistit & valide fixa cruci; quasi esset sine dolore. Vulnera sentit, intimè dolet, transfigitur stans cor, verùm stat, & pectoris tranquila serenitate; quasi staret sine vulnere. Nec os aperuit, quùm dolor pectus circundando concussit; igitur pertulit validè fortitudinem dolorum; quasi in eius carne & corpore esset fortitudo lapidum. Obijcitur impassibilis & simul patiens, constansque contra constantiam doloris; quæ illam intensè in dolorum expressionem movebat, sed stabat: siquidem immotus mirificè in corpore motus cordis, quasi esset ad sensum, æris conditione, lapis. Visum in Luna Virgine, amoris arte, quicquid scriptum in Sole. Aptetur felicitati, quod accinit Manilius, 5. *Astronom.* à v. 596.

Iob. 6. á 11.

Quomodò Virgo impassibilis patiens?

O infelix Virgo, quamvis sub vindice tanto!
Quæ tua nunc fuerat facies? Ut fugit in auras
Spiritus? Ut toto caruerunt sanguine membra?

Manil.



TAU-

TAUTOLOGIA NONA.

VENIENTES VENIENT.

Psalm. 125. vers. 6.

EXPOSIO LITTERÆ.

1 HUIUS Pleonasmi interpretatio exegetica poterat excusari expositione facta Tautologiæ, *Euntes ibant*: de qua fusè, *Tom.* 5. *T.* 2. ubi in contraria materia, cuncta ad expositiones consona. At quia in præsenti ex antilogijs denodandæ plures difficultates, & argumento diverso sensu geminationes affines; abitu in exilium Hebræorum ibi supposito, delicabimus modò quid actum est postliminiò. Israelitæ nonnumquam pravi propositi contentiosè tenaces, durâ cervice, gravi corde, & incircunciſis auribus, dum cogebantur in veri Numinis cultus. Vsquequaquè minabantur Prophetæ futura strage, ni relictis simulacris studerent pœnitentiæ: igitur propter irreverentiam, tot annis sine suspensione successivam, Deus illos exosos habebat & usque ad nauseam. Quid illi: *Negaverunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse, neque veniet super nos malum. Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis.* Haccine futili, nocuâ fiducià, denuò corruentes irruebant proiectissimè in idola. Irritabant Dominum, ut extemplò procederet in supplicium. Nunciabatur à Vatibus concita ira, verùm audaciora corda. *Mali insaniunt*: ait Homer. 18. *Odyss.* v. 409. etenim perfrictâ fronte, audaciâ insolenti, perciti furore, pervicaciter dicebant: *Vbi est verbum Domini? Veniet.* Ibid. 17. 15. Quò non devenit impudentis, impunis flagitiosi pervicacia! *Vox* Veniat, *obstinati animi est, & qui nihil aut credat, aut metuat* (ait hìc Sanctius *num.*43.) *quasi contra omnia satis habeat præsidij.* Quare cùm uti pius, Deus in resipiscentiam vellet Israëlem adducere, verùm reddi frugi nollet; expertus est iudicem, quem procax sprevit patrem: igitur gloriantes in malefactis, quasi abesset præsens Nemesis, onusti manicis atque catenis, ducti sunt omnes ante faciem tribulantis.

Ierem. 5. à 12.

Iudæorum gravis propensio in idola.

Homer.

Sanct. *Eorum impudentia.*

Non rectè succedunt mala opera:
Assequitur tardus celerem.

Homer.

Accinit qui dudùm ibid. 8. v. 339. In illos è cœlo tota procella detonuit, atque tela indignationis in vexamen fulminavit. Deus iudex iustus, fortis & patiens, qui non irascitur per singulos dies: verùm cùm post admissum ab illegibus crimen, non videret corbæ pœnas, dirigens in pervicaces quasi fulmina indignationis sagittas. Intonuit de cœlo Dominus, ut plecteretur scelus. Aggravata est manus: misit sagittas suas, & dissipavit eos: fulgura multiplicavit, & conturbavit eos. *Vbi est Verbum Domini? Veniat.* Venit. Iugum iniquitatum vigilavit, & Israël totus flagrante iniquitate, datus est in manû de qua non potuit longo tempore surgere: cognitaque tunc uti acerba amaritudo, optata corditùs voluptatum dulcedo. *Harum voces* (inquit Senec. *Epist.* 123.) *abducunt à patria, à parentibus, ab amicis, à virtutibus; & in turpem vitam miseros turpius illidunt.* Serò sapiunt Phryges. *Dij, Deaque, quàm malè est extra legem viventibus! Quicquid meruerunt* (ait Ethnicus in *Satyric* pag. 70.) *semper expectant.* Siccine voluptates illecebris amaricant: quam ob rem exules *euntes ibant & flebant.*

Amoris gravis ira.

Senec.

Petron.

2 Supposito exilio utriusque regni, Israel scilicèt & Iuda; de hoc in præsentiarum agitur, haudquaquam de regno Israël, dissipato; & avulso à terra promissionis per Assyrios, cuius caput Samaria: quapropter in principio Psalmi dicitur: *In convertendo Dominus captivitatem Sion.* Hoc est, Iuda cum tribu Beniamin, quæ illi adhæsit, ex quo à domo David recessit Israël sub Roboam. 3. *Reg.* 12. 21. captivitasque Sion

Vers. 1.

di-

dicitur, quia ibi ars & Regia Davidis. Captivitas Israel facta est per Assyrios, sed Iuda per Babylonios, à qua captivitate reduces futuri post septuagesimum annum, uti infrà videbimus. Israel autem, postquàm exanguis & vexatus à Phul, Sardanapali successore (uti dicitur 4. *Reg.* 15. a. 19. & a Ioseph. 9. *Antiq.* cap. 11. Philippoque Briet. *Ann.* 3266) captus à Theglath-Phalasar, licèt non totus: equidem adventans expeditione insigni in adiutorium Achaz adversus Rasin Regem Damasci & Phaceë Regem Israel; Rasin interemit, Damascum vastavit, & in Cyrenen populum expulit (ibid. *cap.* 16. 9.) obiterque etiam tribus Israel trans Iordanem. *Transtulit Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse*, &c. 1. Paralip. 5. 26. additurque, 4. *Reg.* 15. 29. *Et Galilæam & universam terram Nephthali transtulit in Assyrios.* Tò *Universam*, intellige maiorem partem, non totam; quippe tota exul sub Salmanasar (in cuius devastatione ductus Tobias, de tribu Nepthali; uti dicitur, ibid. cap. 17. 6.) & de Theglath-Phalasar Ioseph. d. subdit: *Israëlitas aggressus, subactâ Galaditicâ regione: & quicquid trans Iordanem colitur, vicinaque Galilææ, & Cydidâ & Asorâ, colonos abstractos in suum regnum traduxit.* At nullum è Perside abegit in terram Israel, sicut coegit Salmanasar, qui Persas, Chutæos dictos à Chuta flumine, migrare fecit in civitates Samariæ pro filijs Israel: ex quibus post Samaritani, cuius mores describuntur ibid. à v. 34. inolevitque illorum arrogantia captivitate præfatâ, religioneque ad lubitum electâ, erecto potissimè templo in monte Garicin; ad quod, & minimè Hierosolymitanum, procaciter contendebant, victimas deportandas. Adi Ioseph. d. *cap.* 8. lib. 11. & 12. *cap.* 1.

Ioseph. *Unde Samaritani?*

3 Rabbini uti nugaces fingunt plura quasi in somnis, ad excusandas excusationes in peccatis; igitur vexationem catenatam à Principibus Assyrijs, minimè tribuunt propriæ iniquitati; sed cuidam fatali errori. Alij dicunt Phulo, alij Theglatphalasari inter munera dono data idola quæ erexit Ieroboam in perniciem Israel. Vid. Lyran. in *Osee*, 10. 5. Grave iudicium Brietij hoc in articulo vero vel falso audiendum. *Tunc quoque nonnulli putant* (inquit *Ann.* 3305.) *vitulos aureos ablatos esse, tam qui in Bethel, quàm qui apud Danitas colebatur; abutente Deo exterorum cupiditate & avaritiâ, ut materiam profani cultus adimeret Israelitis: qui etiam si maximè vellent, esse non possent idolatræ: & nolentes penè ad Dei religionem compellerentur; quoniam sine vero falsove Numine mortales vivere non solent.* Donum vituli Bethel videtur insinuari apud Osee d. v. 6. ubi: *Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus Regi ultori.* Alij Hebræorum, in diebus Manahen asserunt asportatum fuisse idolum situm in Dan à Phul; & sub Phaceë, quod erat in Bethel à Theglath-Phalasar. *Dicunt ulteriùs aliqui Expositores Latini* (infit Lyran.) *quod Sacerdotes illius idoli, seu idolorum fecerunt occultè vitulos de cupro deauratos, & illi fuerunt portati in terram Assyriorum, & ipsi furtivè retinuerunt sibi aureos: & cùm postea Rex Assyriorum vidit fraudem, indignatus afflixit gravius terram.* Hinc subdit Oseas de vitulo Bethel: *Luxit super eum populus eius, & aditui eius super eum exultaverunt in gloria eius, quia migravit ab eo.* Quo loco Hieronym. *Si autem luxit populus, quare aditui eius super eo exultaverunt. Tradunt Hebræi, vitulos aureos à Sacerdotibus furto esse sublatos, & pro his æneos & deauratos repositos. Cùm igitur lugeret populus tempore necessitatis & angustiæ; etiam vitulos aureos inter munera cætera Assyrijs Regibus, & maximè Regi* Salmanasar (*Sennacherib*; mendum est, quippe iam translata domus Israel) *ab Israel Rege esse direptos; exultabant aditui, quòd fraus eorum nequaquam posset argui vel deprehendi: : . Statim sequitur: Confusio Ephraim capiet. Deprehensa enim fraus deauratorum vitulorum, Regi Israel literis indicatur: & unde se placere existimaverant, inde vel maximè confunduntur, & offendunt eos quibus munera miserant, existimantibus non furto Sacerdotum, sed fraude Regum, atque consilio hoc esse perfectum.* Aliter idem refert Genebr. *Ann.* 3440. Hac igitur causa (si vera) & quia Osee, ultimus Rex Israel, fretus Ægyptij Principis potentiâ, subtrahere conabatur tributa; in utrumque expeditionem parat, feliciterque cedente obsidione Samariæ, cum Rege *transtulit Israel in Assyrios, posuitque eos in Hala & in Habor iuxta fluvium Gozam in civitatibus Medorum.* 4. Reg. 17. 6. Hoc est inter flumina regionis Gozam, ut exponitur cap. 18. 11. *Transtulit Israel in Assyrios, collocavitque eos in Hala & in Habor, fluvijs Gozam*: nempè in Assyriam septentrionalem, unde, ut videbimus, *dispersi sunt in omnem terram*, uti dicitur Eccli. 48. 16.

Briet.

An vituli aurei dono dati Regibus Assyriorum?

Osee. 10. 5 *An in cuprum illesum aurum commutatum à sacerdotibus?*

4 Intra montes Caspios inclusos, autumat Comestor in 4. *Reg.* cap. 26. qui in *Esth.* cap. 5. infit: *Cum venisset Alexander ad montes Caspios, miserunt ad eum filij captivitatis decem tribuum* (*ex edicto enim tenebantur, egredi non licere*) *postulantes ab eo*

egre-

egrediendi copiam : cùmque quæsisset causam captivitatis ; accepit eos aperte discessisse à Deo Israel , vitulis aureis immolando , & per Prophetas Dei prædictum esse , eos à captivitate non redituros. Tunc respondit , quòd arctius eos includerent : eumque angustiarum obstrueret molibus vituminatis, videns laborem humanum non sufficere, oravit Deum Israel , ut opus illud compleret , & accesserunt ad se invicem præruptа montium, & factus est locus immeabilis. Favet fabulæ,quod sub nomine Anselmi lib. 1. de *Imag. Mund.* cap.10. de reliquijs captivitatis (vocatis Gog & Magog,ut signant Ezechiel, & Ioannes) dicitur : *In India est mons Caspius, à quo Caspium mare vocatur : in quem & mare Gog & Magog , ferocissimæ gentes à Magno Alexandro inclusæ feruntur.* Astipulatur Matth. Uvestmonasterienſ. in *Florib. tempor.4.ætat. Mund.*cap.16.& Gofrid. Viterbienſ.*Chron.*p.11.Muro æneo inclusos referunt Vincent. Bellovacenſ.4.*Specul.historial.*cap.43.& *lib.29.cap.*89. Burgeſ.in 18.*Isai.*& in 3.*Sophon.*Antonin.1.p.*Hist.*tit.4. cap.1.§.10.& 3.p.tit.19.cap.8.§.8.Ultra præfatos Caſpios inclusas decem tribus,refert Petr.Coſtus in *Typo Mess.* Cantapetrenſ.2. *Hypotypos.* cap.2.Henriquez de *Fin. homin.* cap.23.§.4.Vid.Ludov. Vives, lib.3. de *Verit. Fidei.* Hieronym. *Epist.*30.& Ambroſ. Anſbert. in *Apocal.*20.

Comeſt. *An Caſpij montes ſine tramite, & quo prodigio?*

Anſelm.

An muro æneo?

§. 5 Quid portæ Caſpiæ , unde vulgata fabula; dicit Plin.*6.cap.*11. *Portæ Caucasiæ, magno errore à multis Caspiæ dictæ , ingens naturæ opus , montibus interruptis repentè , ubi fores abditæ ferratis trabibus , subter medias amne fluente , citraque in rupe castello communito , ad arcendas transitu gentes innumeras.* Cap. 13. *Ad Caspias portas vix ulli propter appositos montes aditus. Ad Caspium mare sunt aliæ, Caspijs gentibus iunctæ ; quæ cognosci non potest , nisi comitatu rerum Alexandri Magni. Causa autem portarum nominis* (subdit, *cap.* 14.) *interruptis angusto transitu iugis , ita ut vix singula meent plaustra , toto opere manu facto. Præterea serpentium multitudo , nisi hyeme , transitum non sinit* Errat Plin. Mare Caſpium eſt in Continenti velut lacus, nulloque oſtio ex oceano erumpit , uti obſervant Gerard. Mercator, Bleu & Ortel. in *Tabul.Tartar.*Complectitur Solinus cap.50.quicquid prolatum à Plinio. *Caspiæ portæ panduntur* (ait) *itinere manu facto , longo octo millibus passuum ; nam latitudo vix est plaustro permeabilis. In his angustijs etiam illud inter alia difficile , quod pretiosorum laterum saxa , liquentibus inter se salis venis , exundant humorem affluentissimum ; qui mox vi caloris constrictius , velut in glaciem coit. Ita labes invia incessum negat. Tum serpentes undique gentium convenæ à verno statim die illuc confluunt : ita periculi ac difficultatis concordia , ad Caspios nisi hyeme accessus negatur.* Vide Ptolom. *lib. 6. cap* 2. Mela *lib.* 1. *cap.*15. Georgius Draud.in loc. cit. Solin. ſubdit: *Caspiæ portæ appellantur , quæ apud Medos sunt. Per has transitus est ex Babylone & Perside ad Mare Caspium.* Iovius lib. 14. *Histor.* cap. 9. agens de portubus Maris Caſpij ad Mediæ littora; *Alter portus* (inquit) *ad Derbentum Urbem, Caspiasque portas ab Alexandro Magno , ut ferunt , adversus Scytharum irruptiones ædificatas. Abruptæ siquidem Caspij montis rupes , usque adeo ad mare coarctant iter , ut exesi fluctibus , devoratique in profundum eius littoris margines , vix duorum stadiorum aditum transeuntibus relinquant. Ea enim forma Derbentum in edita montium crepidine situm est ; ut duobus ex quadrato lapide muris ad mare deductis , inferiora ædificia , & navigiorum stationem, tanquàm duobus brachijs complectatur , non maiore quàm trecentorum passuum intervallo : quod spatium singulis utrinque ferreis portis , superstantibusque propugnaculis , ita munitur , ut perpetuis custodijs , nisi clara luce , & explorato littore , viatores nec admittantur, nec recepti intra portam, alterà priùs emittantur,quàm portorium persolvant.*

Plin.

Quid portæ Caſpiæ , vel Caucaſiæ?

Solin.

Draud.

Paul. Iov.

6 Primò fuiſſe in Media ſed ab Artaxerxe Ocho translatos in Hircaniam ad portas Caſpias , refert Euſeb. in*Chronic.*n.1658.& Oroſius *lib. 3. cap. 7. Ochus post translatum in Ægypto* (inquit) *maximum diuturnumque bellum ; plurimos Iudæorum in transmigrationem egit, atque in Hircania ad Caspium mare habitare præcepit : quos ibi usque in hodiernum diem amplissimis generis sui incrementis consistere , atque exinde quandoque erupturos , opinio est.* Idem Uvolfang. Lazius 1. de *Gentium migration.* Hic , ut vidimus Portæ Caſpiæ; quas ruperunt ſocij Hebræorum, ibi degentes. *E regione Thurchestan , unde cismontani* 10. *Tribuum socij sunt accersiti à Persis contra Ismaelitæ Mahumedis arma* : Ita Ortelius in corpore *Tabular.Tartar.* Genebrard. *Ann.* 3022. infit: *Facilè assensum præbuerim his , qui ex istis* (ſcilicèt, 10. Tribubus) *ortos tartaros opinantur : sive quia Tartari tenent oram Septentrionalem Orientis & Aquilonis ; sive quia*

Oroſ. *Hebræi poſt exilium ex Aſſyria tranſlati in Hyrcaniam. Vbi portæ Caſpiæ?*

Ortel.

Genebr.

illos

Tartari è decem tribubus exulibus

illorum præcipuum imperium Perſico imminet, eòque terminatur à parte Aſſyriæ & Mediæ; ſive quia diu latuerunt, & ignoti permanſerunt. Adde quod nomen Tartari Hebraicè ſonat Derelictum, Deſertum. Præterea. *Horda.* (ideſt, *deiectiones*, aut *expulſiones*) *in Provincijs Septentrionalioribus aliquæ retinuerunt nomen Dan, aliæ Zabulon, aliæ Nephthali, inter regna aliqua nomen Tabor, alia alterius Hebraici monumenti.* Signat graphicè Ortel. præf. Tabulà, dicitque libros ſacros perdidiſſe, quos ſecum aſportarunt. Illis ibi clauſis, ſocij non generis, nec religionis (quos dicunt illis regionibus mancipaſſe Alexandrum) vetere ſolum, & duce Cinge, debellato Presbytero Ioanne Uncano, Imperium Cham Tartarorum conſtituerunt. Genebr. *Chronolog. Ann.* 1200. & 1222. Quo prodigio exierunt, qui clauſi tenebantur, diximus, *Tom. 6. T. 4. n. 19.* At non hæc videtur prima expeditio: igitur ſub Tito Imperatore, ut refert Hegeſipp. de *Excid. Urb.* lib. 5. cap. 50. *Per id tempus Alani, gens fera & diù ignota noſtris, quòd interiorum locorum difficultate & clauſtro portæ ferreæ, quam Magnus Alexander prærupto Tauri montis impoſuit iugo, cum cæteris feris & indomitis introrsùm gentibus cohibebantur; incolebant Scythicum Tanaim, finitimaque eius & Mæotidis paludes, velut quodam clauſi carcere memorati ingenio regis, ut ſuas terras exercerent, & alienas non incurſarent. Sed ſive ob ſterilitatem locorum, quod avari votis agricolæ, ſperata cultura non reſponderet fœcunditas; ſive prædandi cupidine, Regem Hircanorum, qui locis præerat (pretiòne, an defenſione, incertum) ſolicitarunt, ut reſeratà portà, eruptionis ſibi copiam daret, &c.* His & alijs coniecturis Scaliger. 5. de *Emendation. Temporum*, cap. 8. hæc annotat: *Conſtat autem ex Sacris libris decem Tribus à Salmanaſare Aſſyriorum Imperatore in Colchos & Iberos traductas.* Regiones ſanè finitimæ: ſed unde ex ſacra pagina conſtat, ibi decem Tribus expulſas?

Hegeſipp.

Scaliger.

7 Ex Palæſtina in Mediam, ex Media in Mare Caſpium, quod in Hircania (quia plures illi quàm indigenæ in Perſico imperio) expulſos vidimus, & teſtatur Briet. *Ann.* 3695. Ad littora fretus Aniani ſeceſsiſſe contra inſulam Iapam, Indiam extra Gangem habentes ad meridiem in meditullio regni Catay; indicat d. Ortelius: igitur ibi regio Aſareth (de qua 3. *Eſdr.* 13. 45. & nos infrà, *num.* 9.) habitata à Tribubus profligatis. *Arſareth* (inquit) *hìc decem tribus ſeceſſere. Unde Gauthay, à ſumma Dei gloria aſſerenda dicti ſunt, & hinc Catay clariſsimum regnum.* Ex hac regione noviſsimis diebus erupturos; ſed ibidem quaſi conſtrictos manere non portis Caſpijs, ſed flumine Sabbatico, aſtruunt nonnulli. Rab. Salomon in *Iſai.* 27. ait: *Decem tribus contineri incluſas intra fluvium Sabbaticum.* Elias in *Thisbi*, ſomnium fovet. *Sambation* (refert) *nomen fluvij, de quo dicunt, quòd per ſingulos dies hebdomadis tanto impetu currat, dempto Sabbato, ut lapides magnos moveat, neque poſsibile, ut quis tranſeat; cuius hanc ferunt eſſe cauſam, decem tribus illic captivas detineri, ut non poſsint exire inde, nec ſabbato, nec violent illud. Rambam, ideſt, Rab. Moyſes, filius Maimoni, ſcripſit hunc eſſe fluvium Gozan, quem ſic appellatum eſſe volunt à verbo Goz, quod celerem traslationem & ablationem ſignificat. Cæterùm ſapientes eum vocant Sabbaton, ab eo quòd ceſſat, ſive quieſcat in ſabbato.* Eldad Danius Hebræus (cuius ſcripta aſſerit Genebr. d. *Ann.* 3422. ſe in Latinum idioma vertiſſe) poſtquàm partem 10. trib. collocavit in Media & Perſide, partem in Æthiopia; de his dicit: *Fluvius Sabbaticus eas circumluit. Quod ſcribitur de illis in Iſaia: Dicite vinctis, Egredimini. Latitudo fluvij Sabbatici, ducentorum eſt cubitorum, circiter iactum arcus. Fluvius ille plenus eſt arenà & lapidibus ſub aquis, ſonituſque lapidum illorum perinde ſtridet, ut tonitru ingens, aut fluctus maris & ſpiritus procelloſus: noctù auditur ſonus eius ad iter dimidiati dici. Fluvius ille lapidibus & arenà ſtridet totis ſex diebus profeſtis, ſabbatis autem quieſcit, atque tranquillus eſt: ſtatimque aſcendit ignis per circuitum à veſpera ſabbati ad exitum uſque: & tantam emittit flammam*, ut nullus ad illum accedere poſsit.

Ex Hyrcania exules Hebræi in Catay.

Ortel.

Elias.

Fluvius Sabbaticus murus exulum.

Eldad.

Conditio fluminis.

8 Meminit fluvij Sabbatici Plin. *lib. 31. cap. 2.* dicens: *In Iudæa rivus ſabbatis omnibus ſiccatur.* Quomodò ergo in Æthiopia, qui fluit in Iudæa? Prætermitto quæ dixi de fluvio Sabbatico *Tom. 6. T. 3.* n. 4. de quo etiam videſis Galatin. lib. 11. cap. 9. Ioſeph. de *Bell.* cap. 24. Adrichom. in *Nepthali*, n. 48. & Iacob. de Victriac. cap. 84. Caſaubon. *Diatrib.* 20. *Exercit.* 15. aſtruit: *Fluvius cùm ſit magnus, quando fluit, feraturque impetu non levi per ſpatium ſex dierum; poſteà totus ab ipſis fontibus deficit, & die ſeptimà ceſſat, præbetque alvei locum oculis ſpectandum, qui eſt ſiccus: deinde quaſi nulla facta eſſet mutatio, poſt diem ſeptimum erumpit; atque hunc ordinem exactè*

Plin.

Vbi ſit.

Caſaub.

ſem-

ſemper ab eo ſervari, obſervatum eſt. Rabbini ariolantur, vel duo flumina Sabbatica neceſſarium eſt, fingere.

9 In Aſareth 10. tribus collocat Ortelius in Regno Catay; unde tranſire in Indiam Orientalem, poſsibile prorsùm, quippe totum in continenti: at in Americam arbitror impoſsibile; uti etiam ſentiunt Torniell. *Ann.* 3314. n. 11. & Maluend. de *Anti-Chriſt.* lib. 4. cap. 28. Achilles ſententiæ oppoſitæ eſt Genebrard. *Ann.* 3440. fultus teſtimonio 4. Eſdr. 13. à 40. *Hæ ſunt decem tribus, quæ captivæ factæ ſunt de terra ſua, in diebus Oſee Regis, quem captivum duxit Salmanaſar Rex Aſſyriorum, & tranſtulit eos trans flumen, & translati ſunt in terram aliam. Ipſi autem ſibi dederunt conſilium hoc, ut derelinquerent multitudinem Gentium, & proficiſcerentur in ulteriorem regionem, ubi numquàm inhabitavit genus humanum: vel ibi obſervare legitima ſua, quæ non fuerant ſervantes in regione ſua. Per introitus tamèn anguſtos fluminis Euphratem introierunt: fecit enim eis tunc Altiſsimus ſigna, & ſtatuit venas fluminis, uſquequò tranſirent. Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni unius & dimidij, nam regio illa vocatur Aſareth: tunc inhabitaverunt ibi, uſque in noviſsimo tempore: & nunc iterùm cùm cœperint venire, iterùm Altiſsimus ſtatuet venas fluminis, ut poſsint tranſire.* Ubi Aſareth collocat Ortelius, quadrat textus; & iuxta dicta tribuum tranſmigrationes: at ſi Aſareth in America, neceſſe non erat ex Tartaria tranſire Euphratem (qui longè ab illis regionibus, ut patet ex Tabulis geographicis) maximè quia iam tranſierant, ut pervenirent in extrema Tartariæ. Unde alia flumina trananda vel aperiunda mirabiliter & non Euphrates: ni in textu intelligatur per *Anguſtias fluminis Euphratis*, fretum Aniani (quod ludricum) ſic enim per illum tranſire quibant in Americam, Indiam occidentalem, ſicut per Continentem in Orientalem, Sinam ſcilicèt & alias eius regiones. Mihi videtur textus ſine conſequentiæ filo: etenim tribus trans flumen præfatum collocatas ſupponit; & pòſt in novam coloniam mirabiliter pervium per flumen oſtendit.

4. Eſdr. 13. à 40.

An decem tribus tranſierint in Americam?

10 Quicquid ſit, audiendæ Genebrardi coniecturæ, ut probabiliter conſtet ex 10. tribubus propagatam Americam, *quod miror* (ait) *à nullo animadverſum.* Videtur itaque, tùm quia in inſulis S. Michaëlis, ſive Azorum ſepulchra inventa cum litteris Hebraicis antiquiſsimis. Tùm ex textu Eſdræ præfato, quaſi tranſito Euphrate, venerint in deſerta Tartarica; indeque in illam terram remotam verſus Grolandiam: nam ab illa parte America dicitur aperta (fallitur) & ſine mari, cùm alijs ex partibus ſit mari clauſa vel peninſula. Tùm denique quia à Cabala Iudæi dicuntur *Clauſi.* Conſtat autem Americos clauſos undique mari (quomodò undique mari vallata, dum verſus Grolandam peninſula?) ac Americam eſſe magnam inſulam. Addit Hugo Grotius de Origin. *Gent. Americar.* Iucatanenſes, Tolonas, Acuzamitenſes & alios circa Mexicam circunciſſos fuiſſe. Qui cunctos ſuperat embolijs imaginationis ludentis, & in alluſiones commenta ſomniantis, eſt Gregor. Garſias, de *Indorum origin.* ſignans inter illos memoriam ſacrorum voluminum, ceremoniarum, legum, conſuetudinum Iſraëliticarum, linguæ Hebrææ, characterum, uſus circunciſionis, expectationis Meſsiæ, nominum Patriarcharum, Patrum, Tribuum, familiarum, quarum rerum nonnumquàm Hebræi obſervantiſsimi ſunt & fuere. Doctiſſ. Sanctius in 1. *Machab.* 3. num. 48 inquit: *Eſt in N. Collegij Complutenſis bibliotheca oblongus liber coriaceus, candido oblitus tectorio, maiori artificio & firmiori fuco, quàm videbatur à gente inculta & barbarà concinnari potuiſſe. Hic ſervabatur olim à barbaris in urbe Mexicana in loco ſacro, & magnæ apud omnes venerationis. In eo ſunt fœdè admodùm & turpes imagines illorum Deorum, quos colebat miſera illa atque deluſa Gentilitas; quem librum conſulebant quaſi prototypon, qui vellent Deorum ſuorum imagines exprimere.* Videſis nonnullas apud Kircher. Tom. 3. *Oedip. in theatr. hierogl.* cap. 4. In Mexico ſuperſtitio viſa ſervandi in cacabo ignem perpetuum coram idolo. Tom. 2. *Hiſtor. Americ.* Tabul. 7. Ipſe, Auguſtinus Davila lib. 2. *Novi Orbis*, & Acoſta, 7. *Moral. hiſtor. Indiar.* cap. 4. mira perhibent, ſed non vera, neque probabilia: nimirùm apud indigenas traditionem inolere, atque ex monumentis Mexicanorum priſcis conſtare, progenitores & primos novæ Hiſpaniæ incolas, vel abactos, vel adductos per longiſsima itinera, varioſque per varias regiones circuitus, per invia & devia, per ardua montium, & lubrica vallium, à ſupremo quodam Numine, perfectis crebris miraculis: ſiquidem ut commodè poſsint pervenire, flumina exſiccabantur & maria montes extendebantur inclinati flexique in planitiem, cœlum pane pluebat, in terra arida erumpebant fontium ſcaturigines: ſicque alia quæ narran-

Genebr.

Grotius. *Coniecturæ ludicræ de horum propagatione in America.*

Gregor. Garſ.

Sanct.

tur in Exodo, ad exitum Israël de populo barbaro. Quis non achriogelus soluto cachinno? Longiùs alij telam ad ornandam licia disponunt: etenim apud Grotium loc. cit. invenies Americam filijs & nepotibus à Noacho demonstratam, quia in illa natus; & illis ad veterem patriam obeundam, iter sine erroribus. Exhumatum est delirium Titi Burnetij & aliorum de *Duplici terra*, refutatum à Moyse Barcepha, & Maluend. de *Paradis.* Delr. *Tom.* 1. *Adag.* 789. & à nobis, *Tom.* 1. *T.* 1. *à n.* 9. Adhuc risui fomes. Ibid. legitur: *Fidem meretur Chananæorum in Americam adventus.*

An Noe natus in America? An ibi Chananæi expulsi? Hug. Grot.

11 In Garsiam & AA. præfatos reditus fiat. Addunt enim, in præfato Hebræorum itinere in eas regiones, circunductam Arcam iunco contextam, in qua ipsorum Deus *Vitzili-puzli* inclusus devehebatur: & cùm haberentur alicubi castrametationes, in medio castrorum, tenso tabernaculo, divite tentorio, Arca collocabatur: & non nisi ad Arcæ nutum, quam Sacerdotes quatuor gestabant humeris, castra movere vel metari licebat. Insuper (obliti sunt sanè columnæ nubis & ignis) ritus sacrorum ab oraculo Arcæ, didicebant (Cherubini traditi in terram oblivionis) ac denique pacificè in America sederunt, consumptis multis annis in peregrinatione. Roboratur assertio, ex decem tribubus Americos esse ex ipso Garsia *lib.* 3. *cap.* 3. §. 5. asserente, in opido *Tamazulapa*, inventas esse vestes sacras Sacerdotis summi, magnoperè illis similes, quas Aaronicus Princeps Sacerdotum induebat. Credant, quibus libet ridicula credere: ni fuisset suggestione aut Satanæ oracuło; qui ubique gentium simia Dei inhiat, ut religionem pervertat & depravet; speciem præ se ferre veræ religionis, & eisdem ritibus, quibus Deus colitur verus. His & alijs nænijs cogitatur ex decem tribubus propagatos Americanus. *Transportati enim cum Osea Rege* (ait *Ann.* 3314. Briet.) *in Mediam Israëlitæ: unde per Septentrionem sparsi & effusi in Indias, in Americam quoque penetrarunt; si vera sunt Hebræa, quæ iactantur in his regionibus, monimenta.* Sed dic, quibus in terris? Christophor. Besold. de *Increm. Imper.* cap. 4. num. 8. de præfato Esdræ testimonio, infit: *Etsi ibi vera historia recenseretur, attamen ad Americam haud eam referri posse, exinde non difficulter colligere quimus; eò quòd Iudæi tenacissimi sunt tam linguæ, quàm ceremoniarum Hebraicarum: quarum nec vestigium quidem ullum eò loci reliquum est; cùm tamen earum conservandarum causà, Iudæos illos se ab alijs separasse, ipse loco citato commemoret Esdras.* Vide Bibliandr. de *Somnio Esdræ*, in princip. & Iacob. Capellum, *Vindiciar. pro Casaubon.* lib. 2. cap. 5. latèque tractantem Claud. Duret, *Histor.* cap. 78. Monumenta, quæ afferuntur ab aliquibus (velut nummum Augusti signantibus, & alia, de quibus Iust. Lipsius, lib. 2. de *Physiolog. Stoic.* cap. 19. & Maluend. 4. de *Anti-Christ.* cap. 26.) nugæ, impostura & mella poëtica vocantur, arteque apposita, ut vulgentur suppositæ; uti vidimus in Hermico Caiado hìc *Tautolog.* 7. *num.* 14. eiusque impostura meminerunt Abrah. Ortel. in *Tabul. nov. Orbis*, & Maluend. quò dudùm; quem vocant Hermum Charadum.

Et sacra usurpata à dæmone Dei simia.

Briet.

Besold.

Signa Hebræorum in America ab auctoribus ficta.

12 Hi ergo dicuntur *Clausi*: quare superfluum videtur, inquirere an exierint; maximè cum loc. præfat. Esdræ dicatur: *Tunc inhabitaverunt ibi usque in novissimo tempore* (quod necdùm advenit) *& nunc iterùm cùm cœperint venire, iterùm Altissimus statuet venas fluminis, ut possint transire.* Quod quidem miraculum factum asserunt nonnulli in reditu transmigrationis Babylonicæ; uti videbimus, *num.* 36. novissimumque tempus numerari potest finis septuagesimi anni captivitatis, post quem regressæ duæ tribus, quæ constituerunt regnum Iudæorum. Confirmari potest assertum ex eo quod dicitur: *Congregabuntur filij Iuda & filij Israël pariter, & ponent sibimet caput unum, & ascendent de terra; quia magnus dies Iezraël.* Ierem. 3. 18. *In diebus illis ibit domus Iuda ad domum Israël, & venient simul de terra Aquilonis ad terram, quàm dedi patribus vestris*: & cap. 50. 4. *In diebus illis & in tempore illo, ait Dominus, venient filij Israël, ipsi, & filij Iuda simul.* Zachar. 8. 13. *Et erit. Sicut eratis maledictio in Gentibus, domus Iuda & domus Israël; sic salvabo vos, & eritis benedictio.* Omitto alia ex sacris Vatibus consonà, quibus videtur ad speciem primo oculorum iactu; decem tribus cum duabus reversas in patriam.

An decem tribus cum duabus redierint?

Osee. 1. 11.

Ierem. 3. 18. 50. 4.

13 At Scriptura contraria signat expressè & per umbram quoque. Primum, præs. cap. Oseë v. 6. *Voca nomen eius Absque misericordia; quia non addam ultrà misereri domui Israël; sed oblivione oblivisear eorum: & domui Iuda miserebor*, &c. & cap. 11. 9. *Non convertar, ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego & non homo.* Non enim Ieremias post ann. septuages. promisit reditum Israël, qui iam captus, sed Iuda: non captivis ab Assyrijs, sed à Babylonijs. Umbraticè figuratum est in curru Ezechielis, eiusque

que Cherubinis & rotis, de quibus Tom. prioribus dixi significare exilium filiorum Israël à terra patria. Pende modò: *Per quatuor partes euntes ibant, & non revertebantur cùm ambularent*: vers. 14. *Ibant, & revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis.* Antilogicum videtur, sed perspicuò dissolvitur discrimine exilij regni Israël & Iuda filij Iuda & Beniamin exules egressi euntes in Babylonem, reversique sunt post illam captivitatem. Decem verò aliæ tribus euntes in Assyriam ibant abacti; sed non revertebantur, quippe ibi hæserunt dispersi. *Translatus est Israël de terra sua usque ad diem hanc.* 4. Reg. 17. 23. & 1. *Paralip.* 5. 26. Hieronym. in loc. cit. Osee. *Usque hodie* (infit) *Persarum Regibus servit, & numquàm est eorum soluta captivitas*: quod quidem iterat in *Ezech.* 23. per hæc verba: *Usque hodie decem tribus captivæ tenentur in montibus & in urbibus Medorum, ad quas translatæ sunt.* Severin. Sulpitius *Sacr. histor.* lib. 2. *Decem tribus* (ait) *priùs dictæ, per Parthos Medos, Indos atque Æthiopes dispersæ numquàm in solum patrium sunt regressæ, hodieque barbararum gentium imperijs continentur.* Denique Ioseph 11. *Antiq.* cap. 5. subdit: *Reliqua Israëlitarum multitudo assuetum iam domicilium noluit relinquere. Quapropter duæ tantùm tribus per Asiam & Europam sub Romano degunt imperio: decem autem tribus nunc quoque ultra Euphratem sunt infinita hominum millia, quæ vix est numero comprehendere.* Sederolan *cap.* 22. dicitur: *Evulsit eos in ira sua, projecitque Deus in terram alienam; sicut hodie comprobatur.* Intelligitur modò testimonium Isaiæ, pro huiusmodi articulo vaticinantis: *Congregabit profugos Israël, & dispersos Iuda coliget à quatuor plagis terræ: & auferetur zelus Ephraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim non emulabitur Iudam*, &c. Ephraim semper invidus de Iudæ gloria, ex quo recessit à domo David, & constitutus est caput decem tribuum in alterum regnum: redituque Iudæ in terram patriam zelus seu livor ablatus est Ephraim; quippe cum reliquis tribubus mansit in captivitate, dum Iuda universæ Palestinæ gaudebat dominatione. Nullus 10. tribuum collectus est ex dispersis, sed tantùm ex profugis, ut videmus. *Adhuc 10. tribus ultrà montes caspios* (inquit Comest. in 4. *Reg.* cap. 26.) *captivæ tenentur. Si quæ ergo de reditu filiorum Israël ita dicuntur sub Cyro, seu Artaxerxe; de duabus tribubus intelligendum.*

Ezech. 1. 14. 17. *Non reverse.*

Hieron.

Sever. Sul.

Ioseph.

Isai. 11. 13. *Nullus regressus ex dispersis, sed ex profugis.*

Comest.

14 Testimonia relata pro libertate decem tribuum sub expressione *Israël*, non intelligenda de regressione illarum, quando in nativitatis solum & avitum regni splendorem redijt Iuda; sed de conversione Iudæorum sub mundi fine, cum conversus fuerit Israël, dimoto velamine super cor eorum ab infidelitate expanso: tunc enim *congregabuntur filij Iuda & filij Israël pariter & ponent sibi caput unum* (scilicèt, Anti-Christum) & *ascendent de terra* (Igitur Iuda modò etiam dispersus est) *quia magnus dies Iezraël*: Idest, *supplicij*, ut ait Sanctius hìc, *num.* 26. & 56. *Magnus dies Iezraël* (infit Alapid.) *erit dies iudicij & resurrectionis quo Christus iudex discernet semen Dei à semine diaboli.* Expressè Isai. 27. 12. *Vos congregabimini unus & udus filij Israël. Et erit: in die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant, de terra Assyriorum, & qui ejecti erant in terra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte Sancto in Ierusalem.* Exprimitur adventus Israëlitarum in novissimis temporibus per subsequens iudicium, ad quod tubæ clangor præveniet, ut ait Paulus, 1. *Tessalon.* 4. 16. & simul illorum conversio, exterminato Pseudo-Christo; de quo fusè Maluend. *lib.* 11. *à cap.* 15. & de illorum adventu in Ierusalem, ita *Gentes & nationes, quas Ezechiel memorat secuturas Anti-Christi militiam, Gog, Summum Cham & Imperatorem Scytharum, seu Tartarorum, cum immanibus suæ gentis agminibus Cappadoces, Ponticos, accolasque littorum Orientalium Ponti Euximi, & Mæotidis Iberos, Albanos, Circassos, Russos, Moscovitas: item Persas, Lybyes, Æthiopes, Galatas, Phrygas, Sarmatas, Turcas, Arabes, Cilices, & Minoris Asiæ accolas; præter infinitam Iudæorum colluviem, qui ex cunctis orbis plagis, ubi nunc miserabiliter premuntur, turbulentissimè & seditiosissimè ad suum Messiam erumpent; ut Illi suis viribus humana omnia & divina asserant.* Hactenùs Maluend. *lib.* 6. *d. cap.* 33. Tunc igitur Israël pariter & Iuda constituent sibi caputunum pessimum, putà, iniquitatis filium. Vaticinium per Ezechielem expressum. *Ecce ego assumam filios Israël de medio nationum, ad quas abierunt, & congregabo eos undique & adducam eos ad humum suam & faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israël, & rex erit unus, omnibus imperans: & non erunt ultrà duæ gentes, nec dividentur amplius in duo regna.* Quid clarius? De conversione præter dicta, constat ex præfacto Zachariæ testimonio, *num.* 12. *Sicut eratis maledictio in Gentibus, domus Iuda, & domus Israël:*

Quando simul qui usque modò dispersi. Sanct. Alapid.

Maluend.

Ezech. 37. 21.

Zachar. 8. 13.

Quid Hebræi in ſiat Mundi?

Iſai. 11. à 10.

ſit ſalvabo vos, & eritis benedictio. Non ſecus apud Oſeam, 1. v. 10. *In loco ubi dicetur eis, Non populus meus vos; dicetur eis: Filij Dei viventis. In illa die* (prædictum etiam a Vate Evangelico, 11. à 10.) *Radix Ieſſe, qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum eius glorioſum. Et erit in die illa. Adijciet Dominus ſecundò* (quia primò, ex Ægypto cunctis data libertas) *manum ſuam ad poſſidendum reſiduum populi ſui, quod relinquetur ab Aſſyrijs, & ab Ægypto, & à Phetros* (ideſt, Partthis) *& ab Æthiopia* (ideſt, Arabibus) *& ab Ælam* (Perſis nempè) *& à Sennar* (ſcilicèt, Babylonijs) *& ab Emath* (Indis; nimirùm) *& ab inſulis maris* (videlicet, regionibus tranſmarinis) *& levabit ſignum in nationes, & congregabit profugos Iſraël, & diſperſos Iuda colliget à quatuor ventis.*

15 Hæccine litteræ conſona, quæ quidem etiam interpretari poſſumus de aliquibus diſperſis Iſraël (minimè de cunctis in 10. tribubus) qui adhæſerunt Iudæ & Beniamin, revertentibus de Babylonia. Vel de illis qui diverſis in locis clanem Salmanaſar evaſerunt, & audita facultate à Cyro conceſsa redeundi in patriam, redierunt ad propria. Vel denique, quia multi Aſſyriorum expertes captivitatis, fugientes ad regnum Iudà ſub Principe Ezechia, & ſimul illi vel filij ſub Sedecia capti ſunt cum toto regno Iuda a Nabucho, ac delati Babylonem. Primum patet 2. Paralip. 30. 6. ubi: *Perrexerunt cuſtodes cum epiſtolis ex Regis* (Ezechiæ) *imperio id univerſum Iſraël* (quod quidem regnum iam erat translatum) *prædicantes: Filij Iſraël revertimini ad Dominum, & revertetur ad reliquias, quæ effugerunt manus Regis Aſſyriorum. Nolite fieri ſicut patres veſtri & fratres, qui receſſerunt à Domino, & tradidit eos in interitum, ut ipſi cernitis.* Secundum etiam perſpicuò liquet. Ierem. 3. 14. *Aſſumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.* Joſeph. 11. *Antiq.* cap. 5. *His litteris acceptis Eſdras gaviſus adoravit Deum. Advocata deinde Iudæorum concione, qui apud Babylonem degebant & perlectà epiſtolà, ipſam quidem retinuit, exemplar verò eius in Mediam ad omnes ſuæ gentis homines tranſmiſit, qui cognità Regis erga Deum pietate, & erga Eſdram benevolentià; omnes vehementer ſunt lætati: multi verò ex is aſſumptis ſuis facultatibus Babylonem venerunt, cupientes reverti Hieroſolyma.* Hinc Oſee. 11. 8. *Avolabunt quaſi columbæ de terra Aſſyriorum* Conſtat. 1. Eſdr. 2. 1. ubi: *Hi ſunt autem provinciæ filij* (ideſt, provinciæ Babylonicæ, quæ à Babylone civitate regia, Babylonia dicta) *qui aſcenderunt de captivitate, quam tranſtulerat Nabuchodonoſor Rex Babylonis in Babylonem; & reverſi ſunt in Ieruſalem & Iudam, unuſquiſque in civitatem ſuam:* v. 64. *Omnis multitudo quaſi unus, quadraginta duo millia trecenti ſexaginta.* Quo loco Seder-Olam, *cap.* 29. ſubdit: *Singillatim ibi* (legenti calculanti conſtabit) *non exiſtunt niſi triginta millia trecenti ſexaginta. Ubi ergo ſunt duodecim millia? In his ſanè qui aſcenderunt de reliquis tribubus, & locaverunt altare ſuper baſes ſuas.*

Multi ex Ephraim fugerunt ad Iuda ante captivitatem.

Et ex diſperſis, ſed non captivis.

Ioſeph.

Ex captivis cum Zorobabel & Eſdra.

1. Eſdr. 2. 64.

Sedolorã.

16 His ergo iuncti ſunt, cùm pervenirent (dicam Ethnicè, *In campos, ubi Troia fuit?*) in locum quo floruit Ieruſalem, poſita tunc in pomorum cuſtodis, qui effugerunt ex Iſraël vel propè vel longe manus Aſſyriorum, ſervato ab unoquoque genere & tribus nomine. Haud quia 10. tribus redijſſent, quæ imperpetuum remanſerunt ultra Euphratem; ſed ſolummodò, quippe privatim & ſparſim venerunt, vel adhæſerunt tribubus Iudæ & Beniamin redeuntibus; vel poſt pacificam ſedem in patria acceſſerunt: quo namque dilucidantur duo Eſdræ teſtimonia. Ibid. v. ult. *Habitaverunt ergo Sacerdotes & Levitæ, & de populo & Cantores, & Ianitores & Nathinæi in urbibus ſuis, univerſuſque Iſraël in civitatibus ſuis. Univerſus Iſraël* dicitur pro aliquibus ex univerſo Iſraël, qui ibidem nomina ſervabant tribuum, & ibi ex cunctis tribubus erant. Siccine ibid. 6. 17. *Fecerunt filij Iſraël dedicationem domus Dei in gaudio, & obtulerunt hircos caprarum pro peccato totius Iſraël duodecim iuxta numerum tribuum Iſraël.* Non alio ſenſu intelligenda ſunt alia aliorum teſtimonia: quod quidem liquet, 1. Paralip. 9. à 1. *Translati ſunt* (dicitur) *in Babylonem propter delictum ſuum. Qui autem habitaverunt primi in poſſeſsionibus, & in urbibus ſuis: Iſraël & ſacerdotes & Levitæ & Nathinæi. Commorati ſunt in Ieruſalem de filijs Iuda & de filis Beniamin, de filijs quoque Ephraim & Manaſſe.* Hi enim priùs transfugæ in regnum Iuda, qui cum illo adducti fuerunt in captivitatem, & cum illo in propria loca venerunt, haud ſub titulo regni Ephraim ſeu Iſraël, ſed dumtaxat ſub Iudæ Monarchia.

Ibid. v. 70

Non ſub proprio, ſed ſub Iuda nomine.

17 Manifeſtum modò fit tertium ratiocinium: nimirùm, plurimos ex Iſraël ante captivitatem Aſſyriorum, in adventu Theglath-Phalaſar, & priuſquàm Salmanaſar ſubjugatà Samariâ, abigeret in Mediam populum Iſrael; degiſſe ſub principatu Regnum Iuda.

Io-

Ioſephus, d. *lib.8. cap.3.* In diebus Ieroboam, qui erexit vitulos aureos in extremitatem 10. tribuum, regnante Roboãmo in Iuda, dicit: *Ad hunc, Hieroſolymis degentem, è tota Iſraëlitarum ditione confluxerant Sacerdotes & Levitæ, & quotquot è reliqua plebe erant boni at iuſti patrias ſuas relinquerunt; ut Hieroſolymis Deum colere liceret, offenſi Ieroboami tyrannide, qui eos ad ſuarum vitularum adorationem vi adigere volebat; quo factum eſt, ut Roboami regnum integro triennio talibus acceſſionibus creſceret.* Sumpſit ad litteram ex 2. *Paralip.* 11. à 13. uſque ad 18. In diebus Aſa Regis Iuda, ibid. 15. 9. ſubditur. *Congregavit univerſum Iudam & Beniamin, & advenas cum eis de Ephraim, & de Manaſſe, & de Simeon: plures enim ad eum confugerant ex Iſraël.* Item ibid. 30. 11. *Viri ex Aſer & Manaſſe & Zabulon acquieſcentes conſilio, venerunt Ieruſalem*: ſub Ezechia Rege Iuda. Quo patet, quàm multos è 10. tribubus fugerunt manus Aſſyriorum: at non niſi pauci manus Nabuchodonoſor, qui eos cum Iuda adduxit in Babylonem, & redierunt in patriam ſub imperio Perſarum.

Ioſeph.

Multi ex tribubus decem, ante captivitatẽ receſſerunt in regnum Iuda.

18 Quin etiam ſolutâ captivitate plurimi (conſcij privilegiorum conceſſorum gratiâ Cyri cunctis Iſraëlitis, ut dicitur ibid. cap. ultim. v. 25. & 1. Eſdr. 1. 3. ſcilicèt: *Quis eſt in vobis de univerſo populo? Sit Deus illius cum ipſo. Aſcendat in Ieruſalem*) etſi *multi maluerunt manere apud Babylonem, non ſuſtinentes poſſeſſiones ſuas relinquere*; ut obſervat Ioſeph. d. *lib. 11. cap. 1.* ſecuti ſunt Principes duarum tribuum: maximè ſcientes Euphratem pervium conantibus regredi, ut Rabbini aſtruunt, & ex Orthodoxis nonnulli, nec ſine fulcro. Eſpreſsè Iſai. 11. 16. *Et erit via reſiduo populo meo, qui relinquetur ab Aſſyrijs, ſicut fuit Iſraëli in die illa, qua aſcendit de terra Ægypti.* Cap. 50. 2. *Non eſt in me virtus ad liberandum? Ponam flumina in ſiccum.* Habacuc. 3. 10. *Fluvios ſcindes terræ viderunt te & doluerunt montes: gurges aquarum tranſijt.* Ita cum captivis tranſivit Ezechiel Euphratem, ut dicimus in *Ephemer.* 15. Maij, ex Epiphanio & Dorotheo? factaque ſunt alia portenta inclinatione montium, è ſaxo excuſione aquarum. *Propter vos miſi in Babylonem* (ſcilicèt, Cyrum) *& detraxi vectes univerſos, & Chaldæos in navibus ſuis gloriantes. Qui* (pridem) *dedi in mari viam, & in aquis torrentibus ſemitam*: : : *Ecce ego facio nova, & nunc orientur, ut cognoſcatis ea: ponam in deſerto viam, & in invio flumina; quia dedi in deſerto aquas, ut darem potum populo meo.* Vid. *num.* 36. His & alijs mirabilibus ſtupefactæ gentes laudabant Deum Iſraël; ut conſtat ex Pſalmo noſtræ Tautologiæ, v. 2. *Tunc dicent inter Gentes: Magnificavit Dominus facere cum eis.* Genebr. hic. *Magna & ingentia fecit illis: magnam & inſperatam ſalutem contulit: magnificis beneficijs eos affecit: magnificè & gloriosè liberavit eos.* Caietanus: *Conſonat ut multi Gentilium, videntes tale Regis teſtimonium & opus, dicerent quoque: Magna fecit Dominus iſtis captivis: cùm conſtet Conſiliarios Regis munera miſiſſe in Ieruſalem.* Quinimò multi converſi ad Deum verum, proſelyti facti aſcenderunt cum illis Hieroſolymam. Prædicitur Zachar. 8. 23. *In diebus illis, in quibus aprehendent decem homines* (multi) *ex omnibus linguis Gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicentes: Ibimus vobiſcum: audivimus enim, quoniam Deus vobiſcum eſt.* Si Gentes ita motæ, quid ut redirent in propria facturi Hebræi? Quiqui diſperſi in regiones Gentium varias) maximè unde habebant Synagogas) terræ ſanctæ limina derelicta repedarunt, ac in nomina decem tribuum remanſerunt.

Euphrates Ezechieli pervius.

Inſignia mirabilia facta à Deo ad remigrationem Iuda.

Iſai. 43. à 14.

Genebr.

Caietan.

Decem pro plurimis.

19 Apoſtoli ex diverſis Tribubus fuiſſe, aſſerunt multi DD. Pſalm. 67. à 27. *In eccleſijs benedicite Deo Domino de fontibus Iſraël. Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Principes Iuda, Duces eorum: Principes Zabulon, Principes Nephtali.* Genebr. appoſitè: *Libens reſtrinxerim ad D. Paulum adoleſcentem, de Tribu Benjamin. Principes Iuda, Ioannes & Iacobus filij Zebedæi, Iacobus, Iudas, Simon & eorum fratres. Zabulon & Nephthali, Petrus Andreas, Philippus, Thomas, & plerique Eccleſiæ proceres.* Luc. 2. 36. dicitur: *Anna prophetiſſa de tribu Aſſer*: & Act. 2. 5. *Erant in Ieruſalem habitantes Iudæi, viri religioſi, ex omni natione, quæ ſub cœlo eſt.* In cunctis nationibus, ad quas diſperſi vel voluntarijs vel violentis exilis, ſynagogis gaudebant. Oſtendit Philo *Legat. ad Caium Caligul.* his verbis: *Hieroſolyma eſt Metropolis non unius regionis Iudææ, ſed & multarum propter colonias inde olim deductas, vel propriùs in finitimam Ægyptum Phœnicem, Syriam; vel longius in Pamphyliam, Ciliciam, pleraſque Aſiæ partes uſque Bithyniam & Ponti ſinus intimos. Pari modo in Europæ Theſſaliam, Bœotiam, Macedoniam, Ætholiam, Atticam, Argos, Corinthumque, Pelloponnenſi partes præcipuas. Nec tantùm continentis provinciæ plenæ*

Genebr.

Vnde ſi captivæ, 10. tribubus in Iuda nomina earum? Philo.

ſunt

ſunt colonijs Iudaicis; ſed & inſularum celeberrimæ, Eubœa, Cyprus, Creta, ne quid dicam de tranſeuphratenſibus: exceptâ enim parte Babylonis, & aliarum præfecturarum, omnes urbes, quæ bonum agrum habent, à Iudæis incoluntur. Indicat Petrus, 1. Epiſt. 1. 1. ſcribens *electis advenis diſperſionis Ponti, Galatiæ, Cappadocia, Aſiæ & Bithiniæ*: & Iacobi, 1. 1. ſcripta conſtat epiſtola *duodecim tribubus* diſperſis: ideſt, his, qui diſperſi erant ex duodecim tribubus; quippe ex cunctis prognati fuerant in Ieruſalem, & ex cunctis aliqui propter perſecutionem diſperſi. *Duodecim* dicit: non enim ad decem, quæ ultra Euphratrem clauſas uſque nunc; de quibus Ambroſ. Ansbertus in *Apocal.* 20. *Alij dicunt, Alexandrum Magnum, Macedonem in partibus Aquilonis has gentes incluſiſſe eaſque in tantum multiplicatas fuiſſe; ut viginti & quatuor regna de ſe reddidiſſent.* Quid mirum poſt tot ſæcula?

Iacob. 1. 1

20 Necdum finitus Oreſtes: reſtant difficiliora. Ad reditum de captivitate Babylonica neceſſarium fuit decurrere ſeptuaginta annos; ut ſæpe dixit Ieremias: *Cùm cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni; viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum; ut reducam vos ad locum iſtum.* Idem 25. 12. 2. *Paralip.* 36 22. & 1. *Eſdr.* 1. 1. At dubium eſt dificile ex antilogijs, ſignare initium Babylonicæ captivitatis & ſervitutis, Petavius, p. 2. *Rationar. Tempor.* lib. 2. cap. 12. ſignat 4. ann. Ioakim, ſeu Ioacim Regis Iuda, & 1. Nabuchodonoſoris; ex Ierem. 25. 1. *Verbum quod factum eſt ad Ieremiam de omni pupulo Iudæ, in anno 4. Ioacim: ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor Regis Babylonis.* Næ cæſpites, quia Daniel. 1. 1. dicitur, *Anno tertio Ioacim*: igitur uſus in Scriptura, annos non integros omitti & interdùm pro integris numerari. Patet in tranſmigratione Iechoniæ, quæ facta dicitur, 4. Reg. 24. 12. *Anno octavo* Nabuchi; & Ierem. 52. 28. *In anno ſeptimo.* Idem invenitur de numero annorum Davidis in regno. 2. *Reg.* 5. à 4. Vid. hìc Sanctium, & Salmer. *Prolegom.* 9. *Quinquag.* 1. *Canon.* 30. Sententia præfata nobis non arridet: tùm quia illo in articulo tribus Iuda non eſt ducta in captivitatem, de qua eſt ſermo: tùm quia de deſolatione urbis locutus eſt Ieremias, ut dicit Daniel. 9. 2. *Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus eſt ſermo Domini ad Ieremiam Prophetam; ut complerentur deſolationis Ieruſalem ſeptuaginta anni.* Anno primo Nabuchodonoſoris non eſt deſolata civitas, ſed anno decimonono. 4. *Reg.* 25. 8. & Ierem. 52. 12. Tunc *translatus eſt Iuda de terra ſua*: v. 27. Genebrard. & Caietan. in cap. ult. 2. *Paralip.* aſtruunt ſervitutem à captivitate Iechoniæ, de qua 4. *Reg.* 24. à 14. ſed falluntur. Terra tunc non fuit deſolata, ut prædictum Ierem. 25. 17. *Terra cunctis diebus deſolationis egit ſabbatum uſque dum complerentur ſeptuaginta anni.* 2. Paralip. 36. 21. Longè itaque à deſolatione, ubi illo tunc pro Iechonia captivo, Sedeciam conſtituit Regem ſuper Iudam Nabuchodonoſor. 4. *Reg.* 24. 17. & *Ierem.* 37. 1. Longiſsimè à vero deviat Torniell. *Ann.* 3462. n. 3. qui ſignat initium ſeptuaginta annorum poſt deſolationem Ieruſalem & tranſmigrationem Iuda, anno trigeſimo quarto Nabuchi, dum denuò debellavit Ægytios; uti prædictum ab Ezechiele 29. à 17. *Tunc Iudæorum reliquias, quæ priori bello remanſerant, ſecum in Babylonem tranſtulit: Hanc fuiſſe ultimam Iudæorum captivitatem, ab eodem Rege factam, ab eaque ſupputandos eſſe ſeptuaginta iræ Dei annos, quos Zacharias terminari teſtatur anno Regis Darij ſecundo.* Auctor ariolatur, & ſine ullo in cogitationem fulcro, nova deſpicienda profet. Tranſmigrationes cunctæ referuntur, *Ierem.* 52. à 24. Si intelligit de Iudæis, qui fugerunt in Ægyptum, extincto Godolia (de quibus, 4. *Reg.* 25. 26.) graviùs cadit causà: quamdoquidem cuncti qui Ægyptum poſt cladem intrarunt, gladio, fame & peſte mortui ſunt. *Ierem.* 42. 22.

Ierem. 29. 10.

Quando initium captivitatis Iuda per 70. annos?

Daniel. 1. *Interdùm annimon integri omittuntur, & aliquando pro completis numerãtur.*

Torniell.

21 Captivitas (ſeu initiam ſeptuaginta annorum captivitatis) deſumenda à vaſtitate Ieruſalem, & templi excidio ac incendio. Ierem. 25. 11. *Erit univerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem: & ſervient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta annis.* Terra omninò deſolata; ita ut ſervire poſsint Regibus Babylonis omnes gentes dumtaxàt poſt templi aloſim & urbis: quapropter non aliundè initium captivitatis. Oſtenditur liquidò ex cit. loc. Paralip. ibi à v. 19. dicitur: *Incenderunt hoſtes domum Dei, deſtruxeruntque murum Ieruſalem: univerſas turres combuſſerunt, & quicquid pretioſum erat demoliti ſunt. Siquis evaſerat gladium, ductus in Babylonem ſervivit Regi & filijs eius, donec imperaret Rex Perſarum; ut compleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ.* Quid ſignatius in hanc cauſam? Exprimitur apodictìcè ac apertè urbis deſolatio, templi incenſio, populi captivitas, & captivitatis tempus, ſimulque per Perſarum Principem optata libertas: quæ quidem conſtat indulta à Cyro, ut dicitur

Incepit calculus 70. annorum à deſolatione templi & urbis.

citur ibid. v. 22. & 1. *Esdr.* 1. à v. 1. refertque unde motus in tantam erga populum beneficentiam, erga Deum munificentiam, Ioseph. 11. *Antiq.* cap. 1. de quo nos, *Tom. 6. T. 8. n. 3.*

22 Ergo sub Cyro concessa libertas, atque laxata captivitas; quippe tunc impleti servitutis septuaginta anni à sacro Vate prædicti. At quomodò impleti dicuntur anno secundo Darij Hystaspis, tertij post Cyrum? *Zachar.* 1. 1. & 12. dicitur quòd tunc Septuagesimus annus erat. An intelligendum de Dario Medo, successore Baltassaris, patruo Cyri? Ludicrum, uti videbimus. Ex argumento capitis præfati Zachariæ, genuina eruitur expositio Antilogiæ. Nihil ibi loquitur de captivitate ac liberatione Hebræorum, qui illo tunc iam erant in patria Duce Zorobabel, & altari erecto, templique fundamentis iactis; ut dicitur 1. *Esdr.* à 3. sed dumtaxat de urbis vastatione, quippe sine domibus; etsi nonnullæ, tenues, sine muris (quos pòst Nehemias erexit, 2. *Esdr.* 6. 15.) suspensà templi erectione, quam præceperat Cyrus. 1. *Esdr.* 6. à 3. Unde Angelus dicit: *Domine exercituum, usquequò tu non misereberis Ierusalem & urbium Iuda, quibus iratus es: Iste iam septuagesimus annus est.* Astruitur planè ex responso propositum: igitur dixit Dominus: *Revertar ad Ierusalem in misericordijs: domus mea ædificabitur in ea.* Quare cùm facultas data à Cyro (& suspensa a Cambyse propter livorem, imposturasque Samaritanorum) plenè concederetur, oppressis Hebræorum æmulis, à Dario anno secundo; ab hoc anno numeratur finis angustiæ Iudæorum pro templo: quidem annus septuagesimus est ab excidio Templi Salomonis. Seder-Olam cap. 29. *Nempè* (subditur) *quinquaginta & duos annos post excidium Ierusalem. Hinc deinceps tres anni Cyri, quatuordecim Assueri, & secundus Darij, quo ædificatum est templum. Hanc enumerationem confirmat Zacharias.* Hic annus septuagesimus desolationis, qui dicitur ab anno septuagesimo captivitatis, ab AA. allerentibus servitutem incepisse à transmigratione Iechoniæ: ita ut primo anno Monarchiæ Cyri finierit annus septuagesimus captivitatis; & anno secundo Darij septuagesimus desolationis Urbis.

Zach. 1. 12

Sederol.

23 Refragor penitùs: etenim aliter & aliter numerandus est tam finis, quàm principium septuaginta annorum. Septuagesimus annus qui sub Cyro desijt; numerandus ab adventu primo Nabuchodonosor in Ierusalem, qui fuit anno primo regni eius. *Daniel.* 1. 1. Tunc nulla captivitas, sed tantùm dati obsides, ne qui defecerat à fide Ioacim, iterùm laberetur: constat nullum captivum è Iudæa duxisse Nabuchum usque ad annum sui regni septimum, & deinceps: Ierem. 52. 28. dicitur: *Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor: in anno septimo Iudæos tria millia vigintitres. In anno octavodecimo, &c.* Ita observat Maldonatus in *Daniel.* cap. 1. & 2. Annus verò septuagesimus, completus anno secundo Darij Hystaspis (qui proprie captivitatis) incepit ab anno 19. regni Nabuchi, quo penitùs evertit urbem & totum regnum redegit in miseram captivitatem. Si hæccine captivitas non terminaretur anno secundo Darij, sed primo Monarchiæ Cyri; nequ bant esse septuaginta anni: siquidem, ut astruximus ex Seder-Olam, à vastatione urbis & regni dumtaxàt fluxerunt duo supra quinquaginta anni, usque in primum Cyri: & ut complerentur fulminati à Deo ex ipsa desolatione; necessariò perventuri in annum secundum Darij Hystaspis: qua de causa dicitur à Zacharia: *Iste iam septuagesimus annus est.* Apertè constat. Ab anno excidij Ierusalem per Nabuchum numerantur 52. anni, usque ad annum primum Monarchiæ Cyri. Excluso vastationis anno, dumtaxàt 51. post eversionem urbis regnavit Nabuchodonosor 24. annis: Evilmerodach, 21. Baltassar, 3. Darius Medus, Assueri filius, 2. post quem primus annus Monarchiæ Cyri: qui conficiunt unum supra quinquaginta: unde his additis 19. Regni Nabuchi, fiunt 70. qui terminantur anno primo Cyri, quo data potestas filijs transmigrationis redeundi in Iudæam. Dele illos 19. annos, quibus regnaverat Nabuchodonosor, dum solo æquavit templum & urbem; & invenies totidem fluxisse à vastitate (quæ dicitur desolatio Ierusalem) usque ad annum secundum Darij Hystaspis: nimirùm supra 51. Cyri 3. Cambysis cum Magis, 14. duosque Darij, qui conficiunt 19. Quapropter evidenter astruitur, annos septuaginta captivitatis eosdem esse ac desolationis, finitosque in secundo Darij Hystaspis.

Non est alius annus septuagesimus captivitatis & alius desolationis.

Unde septuagesimus annus numerandus sub utroque Rege?

24 At occurrit Gordius nodus. Libertas Iuda, seu complementum 70. annorum, signatur post Babylonis eversionem: *Cùm impleti fuerint septuaginta anni visitabo super Regem Babylonis*, &c. Ierem. 25. 12. & 50. à 2. subdit: *Capta est Babylon, confusus est Bel, victus est Merodach: : . in diebus illis & in tempore illo, ait Dominus, venient filij Israël ipsi, & filij Iuda simul.* Capta est Babylon tempore Cyri: ergo sub

Cyro

Cyro completus eſt annus ſeptuageſimus deſolationis Ieruſalem & captivitatis Iudæ; maximè tunc datâ facultate captivis redeundi in propria, quod factum eſt, & demonſtratur, 2. Paralip. 36. 20. *Siquis evaſerat gladium, ductus eſt in Babylonem, donec imperaret Rex Perſarum, uſque dum complerentur ſeptuaginta anni*, &c. Ioſeph. d. *lib.* 10. *cap.* 10. inquit: *Serviemus ei* (Regi Babylonis) *poſteriſque eius per annos* 70. *à qua ſervitute Perſæ & Medi nos eripient, extincto Babyloniorum imperio; quorum ope dimiſſi, & huc reverſi, templum ædificabimus denuò, & Hieroſolyma reſtituemus.* Huc accedit, quod quùm dixit Zacharias, *Iſte ſeptuageſimus annus eſt*; quadraginta duo millia iam erant in patria, templo inchoato ac altari erecto, uti diximus, *num.* 22. Implevit namque primo anno Cyrus, quod prædixerat Iſaias, 45. 13. *Ipſe ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet.* Unde itaque complebitur annus ſeptuageſimus remiſsionis, ac Iudæ felicitatis, anno ſecundo Darij, qui à Cyro quartus Rex Perſarum, atque Medorum?

Ioſeph.

Iſai. 45. 13

25 Difficilia ſanè, ſed eluenda in noſtrum ex Scriptura argumentum. Priùs, arbitror, à Cyro iuſſum ædificari Hieroſolymis templum, quàm implerentur ſeptuaginta anni à Sanctuarij vaſtatione, & terræ captivorum vaſtitate. Propterea à primo regni anno, *ſuſcitavit Dominus ſpiritum Cyri Regis Perſarum, qui iuſsit prædicari in omni regno ſuo etiam per ſcripturam dicens: Omnia regna terræ dedit mihi Dominus, Deus cœli, & ipſe præcepit mihi, ut ædificem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa.* Eadem 1. *Eſdr.* 1. 2. Hoc conſilio cum vaſis templi, quæ tulerat Nabuchodonoſor remiſit, quibus placuit regredi cum Zorobabel, ac Principibus Iuda & Beniamin in templi fabricam; quod quidem munus inceptum (eius abſentiâ expeditione in Scythas, ubi è medio ſublatus) ſuſpenſum accuſatione Chutæorum, toto Cambyſis tempore uſque ad annum ſecundi Darij Hyſtaſpis; ut dicitur 1. Eſdr. 4. 24. *Tunc intermiſſum eſt opus domus Domini in Ieruſalem, & non fiebat uſque ad annum ſecundum Darij Regis Perſarum.* In hoc anno dicit Zacharias, impletum eſſe tempus captivitatis & liberationis, à templo ſcilicèt deſtructo uſque ad templum erectum; & iurè: etenim ſi ſub Cyro fieret, non eſſent deſolationis & captivitatis ſeptuaginta anni, quos decreverat efficaciter Dominus; ſed tantùm ſupra unum quinquaginta, ut vidimus: & permiſit per novendecim annos intermitti templi fabricam, ne viderentur irrita Numinis verba. Populum in templi renovationem ante tempus Cyrus remiſit; ſed Deus oſſuit, ut implerentur ſeptuaginta anni, quorum ultimus ſecundus Darij Hyſtaſpis, & ſeptuageſimus à deſolatione urbis, in quo Darius iuſsit impleri exactè decretum Cyri. 1. *Eſdr.* 6. à 1.

2. Paral. 36 22.

Fabrica templi à Cyro juſſa, quare ſuſpenſa?

26 Confirmatur ratiocinium ex diſcrimine minacis prophetiæ in Iudæos, & alias nationes. *Erit univerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem: & ſervient omnes gentes iſtæ Regi Babylonis ſeptuaginta anni.* Ita in omnes nationes, quæ in circuitu terræ Sanctæ, minatur Ieremias, 25. 11. De filijs Iuda dicit, cap. 27. 7. *Servient ei, & filio eius, & filio filij eius*: & 2. *Paralip.* 36. 20. *Servivit Regi, & filijs eius, donec imperaret Rex Perſarum.* Venit Rex Perſarum Cyrus, & deinceps non ſervivit, ſed in Babylone (non ut aliæ nationes captivæ) degit: etenim perperam diceretur violentam ſubire ſervitutem; quùm à Cyro domino accepiſſet libertatem. Servierunt quinquaginta & uno annis Nabucho & filijs eius; ſed uſque ad ſeptuageſimum, qui fuerunt in Babylone, potiti ſunt libertate, ut floreret manumiſsione gratuitâ gratia Cyri, & ſimul tranſirent ſeptuaginta anni à deſolatione templi: quod tempus captivitas Iuda dicitur, & uti ſervitus à ferè cunctis ſignatur; haud quia ibi vixerint ſub captivitate toto tempore, ſed quia illuc tranſmigrarunt captivi. Liquet ex Baruch, 6. à 1. *Abducemini in Babyloniam captivi à Nabuchodonoſor Rege Babyloniorum. Ingreſsi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, uſque ad generationes ſeptem: poſt hoc autem educam vos cum pace.* Quomodò ſeptem generationes in ſeptuaginta annis; faceſsit Interpretes; ex quorum enodatione ampliores inextricabiles difficultates, ubi nulla eſt, ut perſpicuò oſtendam. Generatio hìc non ſumitur pro ſucceſsione; ſed pro genitorum varietate, ſive ſint eiuſdem, ſive alterius generis. Quare hìc generatio eſt mutatio rerum, quæ ſemper uſuvenit mutatione perſonarum. Septem ergo fuere Reges intra ſpatium ſeptuaginta annorum, quibus filij Iuda cum cæteris contribulibus extra patriam: Nabuchodonoſor, ſcilicèt, Evilmerodach, Baltaſſar, Cyrus, Cambyſes, Smerdes Magus, & Darius Hyſtaſpis; in cuius anno ſecundo deſijt ſeptuageſimus à deſolatione templi & urbis. Ex quo paret, non primo Cyri anno, ſed Darij ſecundo terminum exilij finitum; quippe tunc pervenit in generationem ſeptimam à

Ierem. 27. 7.

Baruch. 6. 2.

Generatio pro ſucceſsione dignitatis, non genuit.

Do-

Domino in populi libertatem post annos septuaginta destinatam : & simul quàm exactè tunc dictum à Zacharia: *Iste iam septuagesimus annus est.*

27 Desolatam fuisse terram Iuda cum Metropoli constat ex dictis : cur autem desolata & non terra Israël, signat Iosephus, d. lib. 10. cap. 11. inquiens : *Salmanasar in vacuas Israëlitarum sedes deduxit gentem Chutæorum, qui prius in intima Persidc & Media fuerat, Samaritæ deinde vocati, à regione in quam demigrarunt. Rex verò Babylonius pro abductis duabus tribubus nullam gentem in eam regionem reposuit: quo factum est, ut Iudæa cum Hierosolymis, ac templo, per septuaginta annos deserta maneret.* En expositio nostra singularis, qua enervantur coniecturæ & ratiocinia AA. distinctis temporibus initium septuaginta annorum testimonijs sacris attestantium : igitur ad unguem sine obice excogitabili quadrat; & liquet quàm amicè conveniant, quæ contraria primo aspectu videntur sacra allata testimonia. Ut fusè videris, adi Canum, lib. 11. de *Loc.* cap. 5. argument. 9. Pererium, Lyranum, Sanctium, Alapide, Castrum, Riberam in loc. sacr. cit. Maluend. hìc & 2. de *Anti-Christ.* cap. 15. Barradium in *Evangel.* lib. 5. cap. 17. Gordon. *Chronolog. qq.* a cap. 12. Lactant. Firmian. 4. *Instit. divin.* cap. 5. Euseb. in *Chronic.* num. 1426. Cyrill. lib. 8. *Contr. Iulian.* Clement. Alex. 1. *Stromat.* Hieronym. in *Ierem.* 25. *Ezech.* 4. & *Proœm. in Agg.* Hermann. Schedel, & Marian. Scot. in 5. *Mund. ætat.* Iul. Hilar. de *Mund. durat.* Azor, *Tom.* 1. *lib.* 6. *q.* 11. *cap.* 56. Ioann. Lucid. 2. de *Ration. tempor.* cap. 11. ex Iulio African. *cap.* 5. & Suarium, Tom. 1. in 3. *p. D. Thom.* disput. 6. sect. 1.

Ioseph. *Cur desolata dicitur Ierusalem & non Samaria?*

28 Ut magis elucear præfata expositio : dices. Ergo saltem qui in Ierusalem ascenderunt cum Zorobabel, non fuerunt in Babylone annis septuaginta : in omnes enim, ut vidimus, fulminatum decretum, ut luerent pœnas, servitutis ac captivitatis septuaginta annorum. In Scriptura usus est, nullos dici, ubi sunt pauci. Absolutè dicitur Ierem. 44. 27. *Consumentur omnes viri Iuda, qui sunt in terra Ægypti* : & v. seq. *Revertentur de terra Ægypti in terram Iuda, viri pauci.* Quo quidem patet, paucos dici nullos. Idem dictum, cap. 42. 17. *Omnes viri qui posuerint faciem suam, ut ingrediantur Ægyptum, ut inhabitent ibi, morientur.* Sophonias etiam dixit in præsentem articulum : *Disperdam homines à facie terræ dicit Dominus : extendam manum meam super Iudam, & super omnes habitantes Ierusalem & disperdam de loco hoc* : & nihilominùs plures remanserunt, ut refertur à Ieremia cap. 40. ubi v. 11. *Omnes Iudæi, qui erant in Moab & in filijs Ammon & in Idumæa, & in universis regionibus, audito quòd dedisset Rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præposuisset super eos Godoliam, reversi sunt, & venerunt in terram Iuda.* Quid clarius in nostrum propositum ? Vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 8. *n.* 22. Quid ergo quòd Zorobabele duce venerint quadraginta duo millia, respectu multitudinis, relictæ, seu remanentis in ditione Babylonis ? Hi qui respectivè numero pauci, quasi nulli : quapropter omnes more usitatæ locutionis, qua quod non plenum pro nihilo reputatur ; in Babylonia degere septuaginta annis, usque ad annum secundum Darij Regis Persarum atque Medorum.

Nulli dicuntur, si pauci. Ierem. 44. 27.

Sophon. 1. à 3.

29 Denique dices : Scriptura nihil refert de reditu Iudæorum nisi sub Cyro : ergo vel numquàm regressi, vel venerunt cum Zorobabele, necdùm septuaginta annorum solutà captivitate. An regressi cum Esdra, vel Nehemia (quos unum facit Briet. *ann.* ab Urb. Condit. 299.) cum quibus multi è captivitate ascenderunt Hierosolymam ? Nugæ : etenim Esdras venit anno septimo Xerxis, filij Darij, & Nehemias ann. 20. 1. *Esdr.* 7. 8. & *lib.* 2. à 1. Anno ergo secundo Darij dimissus est plenè populus in patriam ; quippe tunc expletus septuagesimus exilij : etenim estò in textu canonico non sit, est tamen. 3. *Esdr.* 4. à 42. supponiturque factum, quoniam Deus fidelis in promissionibus suis. Quicquid innuit loc. cit. Esdras, fusiùs profert Ioseph. d. *lib.* 11. *cap.* 4. *Zorobabel admonuit* (inquit) *Darium, voti, quo se obligaverat, si adipisceretur potestatem regiam: id autem erat, denuò condere Hierosolyma, & ibi templum instaurare, ac deinde sacra vasa, olim per Nabuchumdonosorum inde sublata, & Babylonem perlata, restituere. Tum Rex lætus scripsit Toparchis & Satrapis, iubens eos deducere Zorobabelem, eosque qui unà profecturi erant, ad instituendam & absolvendam templi fabricam. In quibus litteris hoc quoque adscriptum erat ; iubere & velle Regem, liberos esse omnes Iudæos, quicquot ex captivitate, Hierosolyma postliminio redierint. Idumæis etiam & Samaritanis imperavit, ut agros qui aliquando Iudæorum iuris fuissent ; antiquis possessoribus redderent, atque insuper quinquaginta talenta in fabricam templi conferrent. Denique de rem tantis sacris vasis, deque Iudæorum restitutione confirmavit omnia, quæ*

3. Esdr. 4. à 42. *Duplex remigratio Iudæa cum Zorobabele.*

Ioseph.

priùs Cyrus decreverat. Zorobabel autem hanc gratiam à Rege consecutus, quàmprimùm egressus est Regiam, suspiciens in cœlum, gratias egit Deo, & Babylonem profectus est, lætum popularibus nancium afferens. Quo audito primùm gratias egerunt Deo pro reddita sibi patria: deinde ad epulas & compotationes versi, per huiusmodi hilaritates continuos septem dies exegerunt, & ob receptam patriam, ceu natalitiam festivitatem denuò celebrantes. Deinde Duces Hierosolymitanæ profectionis ex sua quemque tribu elegerunt, comparatis & iumentis, quæ uxores ac liberos suos veherent: deducentibusque quos Darius ad hocipsum miserat, genialiter viam ementiebantur hilares, personantibus omnia tibijs, & cymbalis perstrepentibus, prosequente per lusum ac lætitiam & reliquâ Iudæorum multitudine, nam certus numerus è singulis cognationibus selectus proficiscebatur. Hoc tantùm dicam compendio: fuisse scilicèt pubertatem egressorum quater mille millia & sexcenta vigincti millia, dumtaxàt ex tribu Iudæ & Beniaminita (Sic de reliquis, quod ibi videtis) *reliqua verò multitudo paulisper discedentes prosecuta, domos quisque suas redijt.*

Numerus redeuntiũ sub Dario.

30 Iam iter meabile in nostrum pleonasmum; quippe huius reversionis in dilectam patriam argumentum: nimirùm postquàm in Babylonem flentesque euntesque iverant; venientes atque exultantes à servitute veniebant. Unde in solamen cordis, flentis præ afflictorum, exilio gravi sauciorum, amaritudine; dicitur: *Venientes autem venient cum exultatione.* At quomodò cum exultatione, si in huiusmodi tractu dicitur per Ieremiam: *In tempore illo, ait Dominus, venient filij Israël, ipsi, & filij Iuda simul: ambulantes & flentes properabunt?* Præ gaudio arbitror, ex libertate tantæ tyrannidis, ac consummatione diuturnæ servitutis. Non novum: æquè ac dolor, lachrymas elicit lætitia profusior. *Illicò lachrymæ præ gaudio:* ait Terent. in *Adelph.* Act. 4. scen. 1. v. 20. *Lachrymæ sæpiculè de gaudio procedunt.* Apuleius, *Metamorphos.* lib. 1. & Tit. Liv. 5. *sect.* 11. *Certatim Patribus, plebique manare gaudio lachrymæ. Læti ergo & manantibus præ gaudio lachrymis consalutant Alexandrum milites*: ait Curtius, *lib.* 7. *cap.* 8. Vid. hìc, *Tautolog.* 4. *num.* 4. *& Tom.* 2. *T.* 7. *D.* 4. *num.* 2. Eluxit contrarius effectus ab unica causa in templi Hierosolymitani erectione, ad quam ascenderant de captivitate: igitur vix parietes è terra elevabantur surgentes, quùm *Seniores, qui viderant templum prius, cùm fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum; flebant voce magnà, & multi vociferantes in lætitia, elevabant vocem: nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus.* 1. Esdr. 3. à 12. Præscribitur exultatio, lib. 3. cap. 5. à v. 2. *Darius Rex misit unà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalem cum pace, & cum musicis, & cum tympanis & tibijs.* Secundum multitudinem dolorum in corde, propter servitutis diriissimæ pœnas; ita consolationes lætificaverunt regredientium animas. Lætati sunt pro diebus, quibus humiliavit angustia, annis quibus viderunt catenata mala; & secundum quæ viderunt. *Qui enim induxit vobis mala, ipse rursùm adducet vobis sempiternam iucunditatem*: dicit Baruch, 4. 29.

Lachrymæ è gaudio.

1. Esdr. 3. à 12.

Baruch. 4. 29.

31 Ita ergo Propheta, describens exitum, & ita faustum in conversione captivitatis Sion; dicit: *Facti sumus lætantes: tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.* Quasi sine halitu vitali erant Hebræi sine Ierusalem, maximè templo destructo, quin haberent in extrema tegula, quò possint dirigere, promere ac reddere vota sua. Unde captivi ducti dicunt Psalm. 136. 1. *Super flumina Babylonis, illic sedimus & flevimus dum recordaremur Sion.* Lachrymas eliciebat gloriæ amissæ memoria, & intermissa captivitate lætitia: etenim premebat in fletum corda absens felicitas, atque comes individua calamitas. Quomodò tunc cantabitur canticum, ubi aviditas in sitim bibebat absynthium?

Ubi supr.

Hierusalem delitium Hebræorum.

Carmina nulla canam.

Virgil. 1. *Eclog.* v. 78.

Levet memoria urbis, quicquid exilium infert captivis doloris. *Si oblitus fuero tui Ierusalem, oblivioni detur dextera mea.* (Ovid. 1. *Amor.* Eleg. 6. vers. 35. & 10. *Metam.* fab. 5.

Ovid.

Hanc ego si cupiam, numquàm dimittere possum.
Ante vel à membris dividar ipse meis.
Semper eris mecum, memorique hærebis in ore.)

Virgil.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui (Virgil. 4. *Æneid.* v. 335.

——— *Neque me meminisse pigebit,*
Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.)

Imago dilecti in annulis.

Alludit morem priscum trahentium in annulo imaginem Numinis, aut Imperatoris: unde

Plin.

Plin. *lib.2. cap.7.* inquit : *Digitis Deos gestant.* Vota ex amore extendit captivitati mancipatus, sed liber in dilectionis demonstrationem affectus. *Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.* Ovid. d. Plin.

Te lyra pulsa manu, te carmina nostra sonabunt.

Usus fuit iuberi captivos canere, vel propter cantus varietatem, vel propter victoriæ recordationem, estò indigenarum haberetur modulamen. De Alexandro dicit Q.Curt. *6. Histor. 2. Non contentus artificum, quos è Græcia excitaverat; captivę fœmina iubebantur canere peregrinis auribus carmen.* Idem Liv. de Paul. Æmil. lib. 45. sect. 32. Ovid. Ps. 136. 3. Q. Curt.

Haud aliter Babyloni insolentes; sed in terra aliena, memorum Ierusalem (quæ summa illorum lætitia, ad quam dirigenda solummodò modulamina (canticis silentium fit; quippe dumtaxàt Numen decebat hymnus in Sion. Totus articulus captivorum atque præsentium circunstatiarum, describitur à Virgilio, sed aliò ductà cogitatione, *Eclog.1.* à *v.3.* Insignes utique Urbes: sed quid respectu Ierusalem? Inclytæ profectò, ac magnæ; at quid cum perfecto decore & gaudio universæ terræ? Claræ.

Verùm hæc tantùm alias inter caput extulit urbes,
Quantum lenta solent inter viburna cupressi.
Nos patriam fugimus, & barbarus lentus in umbra,
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arma.
At nos hinc alij sitientes ibimus Afros,
Pars Scythiam & rapidum Cretæ veniemus Oaxem,
Et penitus toto divisos orbe Britannos.
En unquàm patrios longo post tempore fines
Pauperis & tugurij congestum cespite culmen.
Post aliquot mea regna videns mirabor aristas?
Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? En quò discordia cives
Perduxit miseros. En queis consevimus agros.
Sæpe malum hoc nobis, si mens non læva fuisset,
De cœlo tactas, memini, prædicere quercus,
Sæpe sinistra cavà prædixit ab ilice cornix.
Quid facerem? Neque servitio me exire licebat,
Nec tam præsentes alibi cognoscere Divos.
Hic mihi responsum primus dedit ille petenti:
Antè leves ergo pascentur in æthere cervi,
Et freta destituent nudos in litore pisces;
Quàm nostro illius labatur pectore vultus.
Et quæ tanta fuit illam tibi causa videndi?
Libertas, quæ sera tamen respexit inertem:
Respexit tamen, & longo post tempore venit:

Virgil.

Et dum venit pectori avidissimè expectanti, in patriam exules venerunt cum exultatione.

32 Non solùm venerunt exultantes, sed venientes. Hic Pleonasmus genuinè potest exponi ex dictis Tom. prioribus, queis invocæ phrases, uti : *Loquens locutus, Euntes ibant, Expectans expectavi, Silens contitescens,* &c. Quæ sine obice per adverbium delicantur. Geminatur ergo adventus participio verbi, ut firmitas notaretur in divina reditus promissione : q. d. Infallibiliter venient, uti accidit. Ducto (sicut priùs in captivitatem regno Israël) infelici Iuda; dubium, fovente rumore, an redirent, qui tunc ab illo abacti, in desertam mœstitudine patriam, sicut non redierant aliæ decem tribus: diciturque meditatò : *Venientes veniet*; quippe illæ exules, amandatæ, expulsæ, sparsæque in perpetuum : Iuda verò dumtaxàt ad septuagesimum annum; post quem remigraturas duas tribus, cum alijs ex alijs, promiserat Dominus, ut vidimus. Sensus ergo est: quamvis sine spe nationum confinium regni Iuda, ibant euntes, & præ vexatione flentes; mentita est iniquitas sibi ex odio ac cordis putredine & aversione : equidem euntes venient, dato ac consummato tempore. In ipso articulo regressum cogitare quibant adversarij, si mens non læva fuisset : etenim pro decem tribubus Chutæi suffecti, quippe non remigraturi, & ad reditum Iuda terra perstitit in desolatione. Vide *num.27.* Unde euntes modò non venient; sed venient, cùm venerit tempus, & impleatur captivitatis septuagesimus annus. *Circundabo domum meam, ex his qui militant mihi euntes, & re-*

Participiũ pro adverbio.

Expositio

Secunda

vertentes : Dicit Dominus, Oſee. 9. 8. Non alij, neque eſt Iſraël, neque ex nationibus quas ſimul evulſit Nabuchodonoſor. Malach. 1. à 4. *Si dixerit Idumæa* : *Deſtructi ſumus, ſed revertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt : hæc dicit Dominus : Iſti ædificabunt, & ego deſtruam : & vocabuntur termini impietatis, & populus, cui iratus eſt Dominus uſque in æternum : oculi veſtri videbunt, & vos dicetis : Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſraël.*

Habac 2.3

Expoſitio 3.

Venient nomen Meſſiæ.

Hebr. 10. 37.

Antonomaſia.

33 Quod ſine dubio futurum, hac phraſi exprimitur. Ita de Meſsia apud Habacuc: *Adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur : ſi moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet.* Hoc eſt, tandem tandem veniet. Sicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram : guttatim, non impetè ; ſed ſicut ros deſcendet : poſt tempus & tempus; ut appareat in noviſsimis temporibus. *Veniens* & *Venturus*, eſt nomen Meſsiæ. *Pſalm.* 117. 26. *Agg.* 2. 8. *Malach.* 3. 1. *Ioann.* 1. 15. 6. 14. *Matth.* 11. 3. & *Apocal.* 1. 4. Quapropter dum dicitur à Propheta: *Veniens veniet*; & à Paulo: *Qui venturus eſt, veniet*; idem eſt, ac dicere: *Meſsias veniet*, quia *Qui venit*, vel *Veniens* antonomaſticè dicitur; eò quòd tempore præfinito venturus. Ita geminatione aſtruitur eventus certitudo, quaſi *Venient* profectò, ſanè, certè, proculdubiò, reapsè. Ezech. 30. 9. *Abſque dubio veniet.* Ita ſenſus illorum quæ ſucceſsivè fiunt, & ſunt in via, cuius aliquando meta ; ſicut quæ iam in quiete, delicantur palilogià. Ovid. 3. *Triſt.* 2. v. 17.

Ut via finita eſt, & opus requievit eundi.

Ovid.

Hìc ſupponitur certitudo Venturi, quaſi iam poſuerit in via greſſus ſuos; ſed in præſentiam ignoretur adventus. *Nondum enim veniſſe apparet, quod venit* (ait Senec. *Epiſt.* 117.) *Ver ſecuturum eſt. Scio nunc hyemem eſſe. Æſtas ſecutura eſt. Scio æſtatem non eſſe. Maximum argumentum habeo nondum præſentis, futurum eſſe. Spero, ſed interim non ſapio.* Similiter in noſtra Tautologia. *Venientes venient*, ſcilicèt, *ita quidem, certocertius.* In Scriptura ubi non apponitur geminatio, adhæret aliqua particula emphatica ; qua ſignificatur firmitas promiſsionis. 1. Reg. 2. 31. & 4. cap. 20. 17. *Ecce venient dies.* Ierem. 23. 5. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus.* Zachar. 9. 9. *Ecce Rex tuus veniet tibi* : ſic alia. *Ecce* demonſtrativum, ſicut *Veniet* futurum: & unitur quod videtur oppoſitum ſignando futuri demonſtrationem ; ut explicet vaticinium promiſsionis certitudinem. Geneſ. 15. 16. *Generatione quarta revertentur huc.* In Hebræo periodus exprimitur per geminationem : *Revertentes revertentur.* Vide dicta, *Tom.* 4. *T.* 2. *n.* 17. Virgil. 1. *Æneid.* v. 26.

Senec.

Emphatica particula pro geminatione

Expoſitio 4.

Hinc populum latè Regem, belloque ſuperbum
Venturum excidio Lybiæ. Sic volvere Parcas.

Virgilio.

Propertius, 1. *Eleg.* 6. v. 35. *Veniet non immemor hora.* Denique Cicer. ad *Quint Fr.* ſignat actualitatem in futuro, dicens : *Non enim ſumus ſine cura venientis anni.*

34 Venire interdùm uſurpatur pro evenire, quaſi caſus vel fortuitò. Unde Senec. de *Provident.* cap. 5. inquit : *Non incidunt, cuncta, ſed veniunt.* Cicer. *ad Tiron.* aſtipulatur : *Feliciter rem tibi iſtam venire cupio.* Non ita accipiendum venire in Tautologia ; ſed meditatum propoſitum, & promiſsionis exhibitio, quod duplici verbo æquivalentis ſignificationis ſignat David, Pſalm. 37. 12. *Appropinquaverunt, & ſteterunt.* Iſai. *Appropinquaverunt & acceſſerunt.* Septuagint. *Appropinquaverunt, & venerunt* ; accepto *Venire* pro *Apparere*, vel *Oſtendi* : quæ quidem acceptio aliquando in Sacr. Bibl. *Venit Ioann. neque manducans, neque bibens : venit filius hominis*, &c. ideſt, oſtenſus, apparuit inter homines filius hominis, viſus etiam Ioannes. Geneſ. 19. 1. *Venerunt duo Angeli Sodomam*: cap. 20. 3. *Venit autem Deus ad Abimelech.* Numer. 22. 20. *Venit ergo Deus ad Balaam.* Perſpicuò Deuter. 33. 2. *Dominus de Sinai venit, apparuit de monte Pharan.* Quo intelligitur illud Samaritanæ dicentis : *Scio quia Meſsias venit: Cum ergo venerit.* Non implicat, quippe ſententiæ ſenſus eſt : Scio Meſsiam venturum; ſed cùm venerit, &c. Vel Scio, Meſsiam veniſſe ; ſed cùm apparuerit, & ſe nobis manifeſtaverit : *nobis anunciabit omnia.* Idem ſenſus in teſtimonio Pauli : *Qui venturus eſt, veniet*: ideſt, apparebit. Non ſecùs dilucidatur Pleonaſmus. *Venientes venient.* Qui euntes in Babylonem abierunt, ducti per Nabuchodonoſor; venientes apparebunt in ſancta Ieruſalem. *Ne timeas ſerve meus Iacob : ecce ego ſalvabo te de terra longinqua, & ſemen tuum de terra captivitatis eorum, & revertetur.* Ierem. 30. 10.

Venire pro evenire.

Iſai. 41. 5.

Pro apparere.

Ioan. 4. 25.

Expoſitio 5.

Hebr. 10. 37.

Expoſitio 6. Verbum pro adverbio in duplici verbo.

35 Aliter interpretari poſſumus, accipiendo verbum pro adventu, & participium pro tempore & modo. De modo, *num.* ſeq. Uſuvenit ſæpe ùnum è verbis ſummi in ſententijs pro velocitate temporis vel actionis. Luc. 7. 3. *Ut veniret & ſanaret* : hoc eſt,

ut

ut citò sanaret, vel ad sanitatem quamprimùm veniret. Ioann. 11. 34. *Veni & vide*: ideſt, ſtatim videbis. Ierem. 11. 19. *Venite mittamus lignum* (Hebr. *Taxum*) *in panem eius. Venite*, pro *Actutum* inficiamus veneno cibum eius. Idem in Pſalm. 94. 1. *Venite exultemus Domino.* Pſalm. 33. 12. *Venite filij, audite me*: ſcilicèt, *protinus.* Conſtat ex Hebræo uſitata dialectus. *Veniet veniens ad templum ſanctum ſuum.* Malach. 3. 1. ubi Vulgat. *Satim veniet.* Haud aliter in præſenti articulo. Ex captivitate filij Iuda *venientes venient*: videlicèt, citò venient; quaſi in procinctu ſunt ut in patriam revertantur: velociter, faxò venient. Ierem. 27. 16. *Ecce de Babylone revertentur nunc citò. Nunc citò & Ecce*, promptitudinem indicat, quaſi propè. Floride Plautus & appoſitè. *Curro curriculò domùm.* In *Moſtell.* Act. 2. ſcen. 1. v. 15. & in *Perſ.* Act. 2. ſcen. 2. v. 17. *Vola curriculò*: iuxta animum & propoſitum velocitatis non dicit *Veni* & ſed *Curre*: & quaſi ipſo curſu velocitas tarda, addit meditanter *Vola.* Ita igitur firmitas promiſſionis de regreſſu in patriam filiorum Iuda. *Venient & venientes*, citò & ita velociter, ita perniciter; ut in curſu non ſit curſus, ſed volatus. Revertentur. *Aſſument pennas ſipto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum: & collocabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus.* Sic pernix adventus Iuda in deſertam avitam patriam. *Tranſibit in pace: ſemita in pedibus eius non apparebit.* Iſai. 41. 3. Sil. italic. 3. v. 308.

Plaut. *Cer in optata curſu velat.*

Tanta fuga eſt: certant pennæ, campumque volatis
Cum rapuere, pedum fruſtrà veſtigia quæras.

Sil. Ital.

Hìc alite plantâ, non quaſi venientes; ſed ut venientes ad vota: gradu veloci, quia ad optata non imus, ſed currimus, ſed volamus; igitur anima non movetur pedibus, ſed affectibus. Plaut. *Trinum.* Act. 4. ſcen. 3. v. 3. *Adde gradum, appropera.* Solicita res eſt amor. *Nec patitur moras*: inquit Senec. in *Hercul. furent.* v. 587. Exules venientes venient, poſtquàm impletus tranſmigrationis ſeptuageſimus annus: non plus, minuſve, ſed temporis præfiniti nec plus nec minus. *Venientes venient properi*: dicit Syrus. *Gaudentes revertentur.* Æthiop.

Senec. *Amor non patitur moras.*

Syr.

36 Hic eſt modus, dato ad remigrationem tempore: q. d. Non ſolùm illotunc venient venientes, ſed exultantes. *Venientes venient cum exultatione.* Hinc Iuda pro reditu in amiſſa, & plus amiſſione optata; dicit de captivanda captivitate, & promiſſæ reductionis promptitudine, Habac. 3. 19. *Ponet pedes meos quaſi cervorum: & ſuper excelſa deducet me Victor, in pſalmis canentem.* Vidimus, *num.* 29. Exultavit lætabunda & laudans, dum ſolvit vincula colli ſui captiva filia Sion. Quid mirum? Reduxit, qui eduxit. Reduxit lætantes, qui eduxit flentes. At quorsùm? Dixit Iſai. 61. 3. *Ut ponerem lugentibus Sion, & darem eis pro cinere coronam, oleum gaudij pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris, & vocabuntur plantatio Domini ad glorificandum.* Sicut in exitu querelis ac lachrymis præ dolore reſonabat terra; æquè in reditu iubilo ac iucunditate perſonabant corda. Genialiter, feſtivè ac gloriosè redibant in patriam, felicitatem priſtinam; ut patet exuberante gratiâ Regis Perſarum, qui pro regno, ædificij templi & Urbis fecerat votum, ut dicitur 3. *Eſdr.* 4. 43. & à Ioſeph. d. *lib.* 11. *cap.* 4. Sed quid hæc cum portentis quæ Deus patravit in regreſſum, ſervitutis diræ confracto vinculo? Audi. *Exurge Ieruſalem & ſta in excelſo & vide collectos filios tuos ab oriente Sole uſque ad occidentem, in verbo ſancti gaudentes Dei memoriâ. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore, ſicut filios regni. Conſtituit enim Deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes, & convalles replere in æqualitatem terræ; ut ambulet Iſrael diligenter in honorem Dei: obumbraverunt autem & ſilvæ, & omne lignum ſuavitatis Iſraël mandato Dei. Adducet enim Deus Iſraël in lumine maieſtatis ſuæ.* Hactenùs Baruch. 5. à 5. Quando ſimul tot portenta? Memoriam fecit mirabilium ſuorum, quaſi torrentem inundantem gloriam Gentium. *Adducent omnes fratres veſtros de cunctis gentibus donum Domino, in equis & in quadrigijs, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem ſanctum meum Ieruſalem.* Iſai. 66. 20. Sive reverà, ſivè hæc cuncta metaphoricè ſumantur; indicia ſunt ſummæ peroptabilis commoditatis, fomitis exultationis. Magnificavit Dominus facere cum eis. Vide *num.* 18. Hinc dicunt: *Facti ſumus lætantes.* Maluend. *Facti ſumus velut qui ſomniant.* Ultra ſpem magnificè dignati, igitur tanta moles honoris, quantam nec concipere poterant vel ſomniantes. Ita feſtivus populus (retorqueatur Propert. 2. *Eleg.* 14. v. 11.)

Expoſitio 7.

Iuxta meſtitudines cœleſtes conſolationes.

Miracula ſingularia & ſtupenda in libertate Sion.

Dum demiſſis ſupplex cervicibus ibat.

Non

Non iam cantabant canticum in terra aliena. Quid? Sumendum ex Ethnico; *Eclog.* 9. à v.62.

—*Tamen veniemus in urbem.*
Cantantes ut eamus, ego hoc te fasce levabo:
Virgil. *Carmina tum melius, cum venerit ipse, canemus.*

37 Filij transmigrationis urbi *appropinquaverunt*, sic & *accesserunt*; quippè sine mora in via, amputantes retinacula, *ne desinat appropinquare, qui cessarit accedere*: dicit Leo Pap. de *Passion.* serm. 11. & Virgil. 12. *Æneid.* v.565.

Leo Pap. *Nequa esto mora.*
Idem. *Nequis ob inceptum subitum mihi segnior ito.*

Homer. 18. *Odiss.* v.387. *Si Ulysses veniret & accederet*: ideſt, accederet veniendo sine mora in via, ut rediret solicitus in propria. Hæc solicitudo, dum agitur quod agitur animo attento & intento in agendum. Plaut. *Pers.* Act. 2. scen. 2. v. 3. *Fac rem hanc cum cura.* Pro perfectione actionis sæpiculè placuit phrasis. *Bacchid.* 3. 1. v. 12. *Factis, quæ facis.* Addit in *Trinum.* 2. 2. v. 110. *Age rem curà.* In *Stich.* 5. 4. v. 33. *Age, si quid agis, age.* Virgil. 9. *Eclog.* v.65.

Quid sit in actione solicitudo? Plaut. Virgil. *De fine plura puer, & quod nunc instat, agamus.*

Quoniam, ut observat Senec. *Epist.* 1. *Vita pars maxima elabitur nihil agentibus, tota aliud agentibus.* Hinc Doctor Gentium optat, quod Romani sint *solicitudine non pigri.* Per Bebæosim, q.d. Non solùm non pigri, sed & soliciti. Euripid. in *Ion.* v.290. *Advena, non civis, ex altera terra.* Iuvenal. Satyr. 14. v.70. *Sine labe, vitioque carentem.* Lucan. 10. *Pharsal.* v.76. *Illicitosque thoros, & sine coniuge partus.* Plutarch. ad *Princip. indoct.* etiam: *Regula recta, non obliqua.* Testimonia in sacris, usquequaquè quapropter missa facio. Unde sæpe negatio sumitur pro *Non solùm non.*

Rom. 12. 11. *Bebæosis.*

38 Aptiùs delicatur per Epexegesim, quasi solicitudo sine pigritia sit agentis, & in opus satagentis: etenim si non prætens circa præsentia animus, est pigra solicitudo: & non solicitudo cum pigritia. Liquet præfatis sacris auctoritatibus. *Appropinquaverunt & accesserunt.* En vera solicitudo, quippe cum pigritia qui videbantur soliciti, *appropinquaverunt & steterunt.* Non anxij in opere & ad opus. Sunt in negotio otiosi & debent esse *in negotijs negotiosi*; ut ait Plaut. in *Mercator.* Act. 1. scen. 2. v. 79. & Catull. Carm. 67. v. 24.

Epexegesis. Isai. 41. 5. Ps. 37. 12. *Pig è agendo, nihil agitu.*

Ca.ull. *Ut tibi tunc toto pectore solicita.*

Hugo hìc: *Solicitudine non pigri. Omissio* (inquit) *est respectu actus debiti*: *negligentia respectu circunstantiæ debitæ*; *quando quod fit, non fit modo, quo debet fieri.* Hinc Ierem. 48. *Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter.* Hebr. *Negligenter.* Constat in opere solicitudo non pigritia; quippe aliquid detrahit operi negligentia. Alapide favet cogitationi nostræ. *Soliciti* (ait) *non tantùm honore, sed & favore, officio, ope, curà*; *idque non pigrè, sed sedulò, studio, diligentià.* Arab. *Non pigri, sed solertes*: *in solertia non pigri.* Nerbosè Syr. *Amantes & diligentes*, quasi pigritia opposita amori & charitati. Charitas non quærit quæ sua sunt, & amor ad opus in nulla sede moratur. Caietanus distinguit in idem propositum, virtutis donum & usum; subiungitque: *Solicitudine*: *ecce donum. Non pigri*: *ecce usus.* Oth. Vænius, *Emblem. Amor.* 48. succinit:

Hug. Ierem. 48. 10. *Discrimen omissionis & pigritiæ.* Alapid. Caietan.

Acer & irrequietus amans animo omnia versat,
Ardet, & haud ullis permanet ille locis.
Oth. Væn.

39 Cuncta expedita: modò ad versiones. *Venientes venient cum exultatione.* Hebr. *Veniendo veniet in laude.* Syr. *Venient properi.* Æthiop. *Gaudentes revertentur.* Maluend. *Venire veniet in acclamatione.* Alij apud illum: *Omnino redeat cum cantu. Festinus redit, ac lætus. Veniendo veniet cum iubilo. Redeuntes glaudio pleni.* Augustin. *Coronà gaudiorum & exultationis.* Singulis expositionibus aptavimus Interpretum cogitationes: modò inferam Didascalijs; ut percepto fructu ex fletu, repleat iucunditate, quando veniant & apparebo in conspectu Domini.

Versiones.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. Eucurs.

1. *Venientes venient*: ideſt, *Tandem, tandem venient.* In philautia nec spes: etenim cùm cæca sit; numquàm veniet in cognitionem erroris, quia semper diligit originem cæcitatis.

2. *Venientes venient*: Aliquod latet vene-

ra-

rabile fidei arcanum, dum exprimitur suppositum. Sunt qui non venientes veniant? Sanè, per Numinis mirificam gratiam. Sunt infantes Innocentes, quos sustulit Rex Herodes: etenim illa in ætate, Salvatoris exponentes testimonium; venerunt non venientes ad Martyrium.

3. *Venientes venient*, qui socij Francisci Paulani, calcato æquore. Cum Magistro venerunt in littora, ut venirent Siciliam ex Calabria. Non venient venientes: dicunt nautæ. Imò pervenient: igitur super aquas extendit pallium, atque venientes pervenerunt in portum.

4. *Venientes venient*, & *cum exultatione*, mirabili virtute & potestate Magistri. Exultatio ex felicissimo adventu; sed inter tot virtutes fugit cognitio: igitur cognoscentes ignorabant, per quam illarum venientes per vastum mare vemebant.

5. *Venientes venient*; Nautæ tractum velint, nolint: & super aquas, quantumvis illorum obstet improbitas: siquidem Francisci mirificà humilitate, sociorum corpora vel in mari sine pondere.

6. *Venientes venient*: ideſt, *tandem*, *tandem venient*. Ita recessit Gentilitas erroribus cæca, ut numquàm in lucem veritatis iudicaretur ventura. Gratia cæcitati prævaluit, oculos aperuit, lucem vidit, errores cognovit: & ut Solis cognoverunt in terra nativitatem, statim Gentiles ab Oriente venerunt in eius adorationem.

7. *Venientes venient*, & *cum exultatione*. Gaudium necessarium in adventum? Ut sit correctio est necessaria exultatio; qua cognoscitur corrigentis animus, & læsi sanatur vulnus. Quis ergo ad illam non venit veniendo? Quisquis venerit, & non venerit cum gaudio: etenim cum hoc procedat ex correctionis modo; sine modo, qui veniunt, nequàm veniunt, sed venientes fugiunt.

8. *Venientes venient*. Quid novum? Multoties venientes in adventu resiliunt. Subditi malè morati, dum ad Præsidem veniunt, non veniunt subditi: receduntque venientes, cupientes esse Superiorum Superiores. Veniunt à se lætati, cum exultatione. Vident Præsides studere integritati: & sine exultatione venientes fugiunt, præsentes absunt; quippequàm non placet subditis improbis, vivere Superiores iuxta leges.

DIDASCALIA PRIMA.

Proprij amoris præsumptiones sunt cerebri vacuitates.

Homines phantastici & volatici.

1 PRÆSENS dirigitur documentum in illorum cerebra vacua (quæ inter aulicos vagantur nugivendula, phantastica, ridicula, ludicra) qui propter varias insulsas conceptas cogitationes, dicuntur à Plauto *Homines* (sive figuræ) *volatiles*, vel *volatici*. Vide in *Pœnul.* Act. 2. à v. 25. Hi in vana ducti, ducuntur à vanis, stultissimi facti, dicentes se esse sapientes; quippe cùm magis suo iudicio sapiunt, magis delipiunt.

Terent.

Homine imperito numquàm quicquam iniustius
Qui nisi quod ipse fecit, nihil rectum putat.

Succinit Terentius in *Adelph.* Act. 1. scen. 2. v. 18. Non quod est, sed quod putat quia totum in errorem aut rectitudinem iudicium iuxta quæ cogitat. *Cogitare cogitationes*: sæpe dicitur in Scriptura, uti vidimus, *Tautolog.* 7. De his balatronibus verum, utpotè cunctis ludibrium: siquidem factis infectis, evolutis, revolutis, iuxta proprium iudicium; monstrant non habere cerebrum. Cogitare, est mente ex collatione eligere quæ utiliora. Cogitare cogitationes, mentem occupare in fatua. Hispanicè: *No es discurrir, que es bobear.* Unde cogitatio in ineptijs dicitur *Cogitare cogitationes*; quoniam intendentes apparere cogitationibus docti, splendent magis moriones & papelliardi. Nugæ sunt, ubi cogitatio in cogitatione sistit, quæ ex natura sua ad operationem tendit: & cùm cogitetur, ut obiectum menti perfectiùs intelligatur; rutilant cogitationes sine intellectu, quoniam cogitatio ad rem solummodò cogitatio. Multa ab his disponuntur, decernuntur, cogitantur; sed nihil succi ex dispositis, cigitatis & decretis, nisi mentis ludibria, & studia omninò otiosa: quandoquidem nihil utile, sed cogitationes cogitare; quia solùm in nugamenta phantasiæ cogitationes. Nullum obicem inveniunt morologi,

Despicit, ubi sapere videntur.

Ezech. 38 10.

Scena phantasiæ, sine vestigio iudicij.

logi, quia sine iudicij rectitudine imperiti; astruentes rectum, quod ab illis dumtaxàt cogitatum, unde erroribus elucet extra iudicium: & pro recto ludicra cogitantes, dicuntur cogitare cogitationes; quia seipsos amantes, cogitationibus ludieris, numquàm cogitant sed blaterant. *Philautus* (inquit Plato, 5. de *Legib.*) *qui se amat, cùm seipsum, suumque iudicium; magis quàm veritatem honorandam putet; quid iustum, quid bonum, quid pulchrum sit, malè iudicat.* Quid mirùm? Non habet iudicium, dum iudicat, à se totum. Iuxta Prosperum, *Epigram.* 98. Insanus, furiosus, phreneticus,

Plato.

Prosper

Qui se nullo iam munere credit egere.

Unde cùm infatuati omninò vivant & ratione blandiminis & acceptatione dignitatis; in virtutum exterminium, vitio philautiæ, pestis grassatur vitiorum.

2 Prædixit Paulus. *In novissimis diebus* (ait) *instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amantes.* Tempora periculosa, idest, *molestissima*: subdit hìc Chrysostom. Nihil sanè molestius, quam philautus: etenim cùm ob fastum & auctoritatem deauret flagitia; sub virtutum specie, ægrè fertur venerari adoratione peccata. *Sunt fastosi, arrogantes, iactabundi* (ait Alapide) *ut suam eruditionem, eloquentiam & virtutes etiam supra veritatem extollant & iactent.* Quid si in malum temporis, nec eloquentia, nec eruditio, nec ullæ virtutes? Ideò tempora mala, & necessaria patientia; quippe tormentum, plaudere stultum ut eruditum, tamquàm eloquentem bardum, & uti religiosum ipsum flagitium; haud alia de causa nisi quia sui iubet præpotentis amor, & potestatis auctoratæ furor; ut cuncti priventur (quia mala tempora) mente, quia qui iubet infatuatus truncatur capite. *Quid porrò* (infit Seneca, *Epist.* 92.) *non æquè incredibile videtur. Maiestatem eius ex nostra imbecillitate metimur, & vitijs nomen virtutis imponimus.* Unde cùm plaudi videt, quod ipsemet non habere cognoscit; paulatim imaginationi phantasticæ credit, quo deturbatur in furorem cerebrum, & mentis neque vestigium. Sophocl. in *Aiac.* v. 490.

2. Tim. 3. à 1. Chrysost.

Alapid.

Intolerabiles sùt & quare?

Senec.

Sophocl.

E throno per sceptra debacchantur.

3 Tempora mala sunt, tempora periculosa, assentiendo & dissentiendo: assentiendo lenocinio in desipientem: dissentiendo, vulnere in sibi lenocinantem: quasi dignitatis dedecus, quòd erroris non sit plausus, advocans in claritudinem famam: quandoquidem læso iudicio bambalobombax concipit tamquàm iniuriam, non haberi sapientissimum, pessimum bipedum, stultissimum virorum. *Tempora periculosa*: etenim & nocebit tacere, & etiam nocebit loqui. Magnum sanè periculum, ubi nocet vel silentium. *Tempora periculosa, &* (pro *Quia*) *erunt homines seipsos amantes.* Quia homines perciti & concitati philautia, tempora concurrent periculosa? Utique. Unde maius in continuas acerbitates periculum, quàm ex hydra multicipite vitiorum? *Erunt* (subdit Paulus) *cupidi, elati, superbi, blasphemi, non obedientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores protervi, tumidi, & voluptatum amatores, habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes :. homines corrupti mente.* Ecce speculum philautiæ. Si latet (ut noceat magis) uti incognita formà; in speciem cuncta vitia. Hinc tempora periculosa procedunt, quippe vitia non cognoscunt, & procedit ultrà insania, ut plaudantur ad imitationem scelera: etenim cùm amatores sui, vagentur gloriosè, corrupti mente; ita consiliis desipiunt, ita phrenetici insaniunt, ut velint (quantumvis subditi nolint) enormissimos errores, plaudi & celebrari à cunctis tamquàm maximas virtutes. Vide Gregor. Magn. lib. 1. *Epist.* 24. & Senec. *Epist.* 45. Hinc tempora periculosa, quia calcatà à philautis ratione, principatur dementia; ex cuius dominio & potestate, semper est bellum utrinde oppugnatrici rationi: igitur indeclinabile ex perplexitate periculum, cùm occurrat necessarium, vel deserere mentem, vel sequi furorem. Sono eiusdem citharæ cuncti saltant: una lyrà delirant, & corrupti mente pravo amore; sese amantes non intelligunt: quicquid fatuum aut rectum ut stulti non cognoscunt. Sophocl. quò dudùm, v. 900.

Homines malæ mentis, bonum præ manibus
Habentes, non cognoscunt.

Et pro Quia.

Pectus sœtina vitiorum.

Ubi sup. v. 8.

Iniquitates plaudiuntur quasi virtutes.

Sophocl.

4 Describit incommoda Carol. Scribani in *Medic. Religios.* lib. 3. cap. 12. Ex huiusmodi amore nascuntur non levia mala, ut cognoscantur tempora periculosa, & philauti sine mente, vel corrupti. *Sequitur* (inquit) *individuo quodam nexu amorem sui ingens ignorantia sui; ut in rebus suis in perpetuis tenebris ac densà ubique nocte ambulent: acciditque his, qui hoc vitio tenentur, quod phrenesi laborantibus: qui quò propinquio es morti sunt;*

In propria dilectione, ignorantia sui.

Scriban.

Vaniloqui, pompatici.

eò

eò se valentiores arbitrantur, pereuntque, dum in summa valetudinis bonæ opinione sunt: è quo deinde errore stolidissima sequuntur consilia, audent viribus non imparia tantùm, sed & sibi, & Reipublicæ ac Religioni noxia: nec remedia sperari possunt; cùm & gravi teneantur ignoratione morborum suorum, nec monitiones admittant. Sibi nimirùm illi sapiunt, ut omni spe careant valetudinis bonæ. Amor cæcus est. Deformitatem non odit, quia se non videt: multorum puderet cæcus, ex quibus in multis excitatur risus: at dirigi non valet, quippequàm cæcè se diligit: & ni à pectore exterminet proprium amorem, huius non potest à corde excutere cæcitatem. *Venientes venient*: dicit nostra Tautologia. Ideſt, *Tandem tandem venient*. In Philautia nec spes: etenim cùm cæca sit; numquàm veniet in cognitionem erroris, quia semper diligit originem cæcitatis. Innuit Doctorum Magister, Theodidactus Benedictus, in *Regul. Sanct.* prolog. inquiens: *Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur, quisquis abrenunciatis propriis voluntatibus, Domino Christo militaturus*, &c. Qui propriam voluntatem deserit, dirigere tutò promittit: in eo quippe desperat optabilem directionem; qui præ amore sui propriam non deserit voluntatem: etenim ut bonus etiam in virtute sit, ipse propter directionem debet separari à se.

Et error irrevocabilis. Ps. 115. 6. S. Bened

5 Ioanni baptizanti accedentibus, dicitur à legatis Synagogæ: *Tu quis es?* Qualis, congruius videtur: verùm, *Quis?* Quis nisi Ioannes? Ioannes est: distinctum non habet quid: cur igitur illum ipsum interrogant, *Tu quis es?* Ex proprio corde ipsorum, & arroganti proposito, fuit illorum ad Ioannem interrogatio: licèt magnus, oblatæ dignitatis erat indignus: & ab illo inquiritur, *Quis* sit (quasi alius esse possit qui erat ipse) dum micabat in maiestatem dignitas, & dignitatis superioris maiestas; etenim frequens consuetudo indigni, immutari in dignitate. *Tu quis es? Quid*, interrogandum; ut cognoscatur meritum. *Quid* erant opera: *Quis*, prosapia; quæ ab aliquibus fatuis videntur merita: & non *Quid*, sed *Quis* esset inquiritur, ubi dignitas ad lubitum indigno offertur; quoniam fastosi electores haud attendunt ad decorem dignitatis, sed ad splendorem generis, quod ex se minimè præstat dignitatibus decorem, sed assumpti sine meritis indicat indignitatem. *Tu quis es?* Non esse, quod ipsi volebant esse, iam dixerat ipse. Amor proprius propria extollit, ac in cacumen assumit, amplificando excellentiam, & obumbrando arrogantiam, quasi ultra merita possent meditari insignia: & *quis* sit interrogatur Ioannes in conspectu oblati muneris; ut videretur ex suffragio proprij amoris, an plus diceret de se, quia philautia ad maiestatem nonnumquàm concipit plus. *Tu quis es?* At ipse quid? *Ego vox*: & *vox clamantis*; ut pateret officium æquatum meritis. Hæc illius dignitas, cætera, quantumvis sublimia vanitas. Dum dicit *Clamantis vox*, indicat illis *quis* sit: igitur illius meritorum celsitudo, ex officij ministerio, non ex officio.

Dignitas immutat indignã. Ioann. 1. 19. *Nobilitas sola ad munera non sunt merita.*

6 Accedamus propriùs articulo Didascaliæ. Dignitate ergo ex corde vel astu exposità, discutiuntur erga dignitatem merita. Quin esset candidatus Salvatoris Præcursor, interrogatur ad illam: *Tu quis es?* Informatio de illo non erat necessaria: ab illo, erat stultissima: igitur ni amore foveretur proprio, quid humilis magni quibat enunciare de seipso? Dum propriam ad illam fatebatur indignitatem, indicabat celsitudinem. A Ioanne inquirunt, *Quis* sit; scientes, Ioannem cognoscere se? Imprudens videtur disquisitio, igitur debent informari ab alio. Alius erat, licèt ipse; quia cum cognitione sui, & exule proprio amore: & de se quasi de alio exploratur consilium, ut pateret, an iudicium esset verum: igitur in electione iudicium iuxta rationem & integerrimum fit; dum eligendus est ipse, & separatur à se. Alius idem, & de se interrogatus quasi alius, ad informationis decus: etenim ne videretur circumspectus proprio amore; necessarium prudenter à se disiungi. Quia se non exuit Laodiceæ Episcopus, dicitur *nudus, pauper & cæcus*. Consuluit secum quis esset; & quis esset non cognovit. Unde cum prosperitatem promisisset illusa phantasia; tot bonis pictis & fictis erat in summa miseria. Ita ad illum: *Dicis, Quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo; & nescis, quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus.* Proh dolor!

Philautiæ extollit, quæ meritum tumet. *Ex officio gloria perfungẽtis ignominia.* *Illustrissimo officio fit elector modò separetur à se.* Apocal. 3. 17.

O miser, inque dies ultrà miser! Huccine rerum
Venimus? Tibi luditur & effluis amens.

Persius. *Ex philautia quanta incommoda*

Dicam ex Persio, *Satyr.* 3. à v. 16. Pauper dicitur, quia virtute caret: cæcus, quia paupertatem non videt: nudus, quia confusionem meditatis non cognoscit: qua de causa est miser & miserabilis; igi-

tur sibi videtur in tanta egestate dives. Adi dicta ex Gregor. Magno, *Tom. 6. T. 3. n. 46.*

7 Discutiamus verba, ut constet isthæc præsumptio quàm vana! Eius exprobratur iurè paupertas, dum ille retur plures habere divitias. Ipsa præsumptio amoris reflexi demonstrat dolum; quippe solùm est dives iuxta philautiæ iudicium. Non ille dicitur pauper, quia nihil habet, sed quia fortunas secum habitare præsumit: *Dicis, quòd dives sum.* Elucet pro opibus thesaurus vanitatis: es sanè pauper, quoniam te divitem dicis. Gloriari de opibus vacuum; pauperem arguit & vanissimum cerebrum: hicque summa indicatur inopia, opulentia in ostentationem demonstratà; quippequàm divitiæ habentur, quoniam habentur, & nequaquàm quia somniantur. *Dicis, quòd dives sum.* Est phantasticum quod dicis. Minimè diceres, si tot pretiositates haberes. Insidijs patent vel occultæ divitiæ; & nullus ut pauper sit, desiderat deprædari. *Dicis quod dives.* Gregor. in *Iob*, lib. 34. cap. 3. & Lyran. hìc: *Sanctitate, virtute, scientiâ & facultatum doctrinâ*: & dicis? per arrogantiam extolleris. Superbiâ planè ditaris. Hæ dotes præ divitijs æstimabiles, verùm commendatæ à philautia non sunt dotes. Quia dicis, quæ commendabilia, sunt dedecora: etenim cùm dicere sit exponere, & virtutum expositio ministerium extollentiæ: miseria profectò & summa, quod indignæ propudiosæ phantasticæ præsumptiones, exponantur ad fallaciam tanquàm eximiæ virtutes. Elevat uti levem dignitatis auctoritas, ut plus extendatur superbissimè vanitas. *Locupletatus*: ideſt, *indignè dignatibus onustus*: ait Alcazar. Mirum, quod cerebrum ita leve, tot insularum, ac officiorum onere: ni adinstar pennæ horologij (ut ex continuo motu supportetur labor) sit pondere levior. *Locupletatus*, & simul inops. Extrema inopia, iudicare per munera merita, præsumptionem fovente dignitate, pravà dilectione sui: quæ quidem ut præsumptio, atque mentis infatuatio, dum indicat hominem virtute, dexteritate atque sapientia opulentum; objcit planè in ludibrium vanitatibus inflatum. Nihil plus cogitat blandimine animus circumventus; sed nihil minus. Crepitat ex præconceptis genita vanitas; & apparent & cæcitas & nuditas & paupertas: quæ quidem convenientes in unum, constituunt hominem miserum, miserabile, miseriorem & miserrimum.

Ex divitijs vanitas est paupertas.

Gregor. Magn.

Alcazar

Dignitates non sunt merita suæ gentis.

8 Vlterius. Multum sibi insolenter arrogat, & vanitati vanitatem cumulat. *Nullius egeo*: dicit. Illique dicitur: *Nescis.* Despectu multatur huiusmodi vana vecordia: quæ quidem meritò appellatur nescientia; igitur huiusmodi phantasiæ loquacitates, crepitacula duntaxat fatui morionis. Affectio sui pinxit sibi in commendationem grandia, nec vidit quòd tantùm esset pictura. Despectus aliorum factus insolenter fuit; ex eò quòd illi visum & subsistere per se. Subsistentia per se substantiæ tantùm datur à Philosopho: in illa accidentia tamquàm in subiecto: de illoque dicitur ignorare, qui sibi videtur alio homine non egere; quia nescientia summa, cogitare posse subsistere munerum accidentia, ubi non erat substantia. Ad ministeria officiorum & auctoritatum, substantia numquàm alia, nisi merita: alias cuncta exteriora ornamenta mobilia: dicereque, *Nullius egere*, est inanis dicacitas stultitiæ; equidem perperàm sedere possunt accidentia dignitatum, ubi non habent ad subsistentiam subiectum. *Nullius egeo*: *ideſt, doceri ab aliquo*: subdit Lyranus. Nisi cit. Haud effutiret ita vana, ni nesciret. Nescit, quia nescit, & quia morologus præsumit docere doctos, tanquam stultos. Nescit, quia insçius operationibus demonstrat stultitiam, & cogitat præsumptuosus à dignitate accepisse sapientiam. Nescit, sibi suasus, in cunctis docere posse, qui à cunctis debet incessanter doceri. Denique nescit, alijs egere, qui cunctis indiget in ministerio collato; quin à nesciente cognoscatur præsumptio: etenim cum accidens sit in elevationem dignitas, & manifesta meritorum paupertas; dandum profectò vecordiæ, nescire miraculum esse, accidens elevationis per se subsistere: Hinc amore tui & fucis, es miser, miserabilis, pauper, & nescis. Somnia dotes præclaras, sed somnias. Tibi videntur opes in virtutibus ac eximia doctrina; sed quia tibi videtur, totum miseria. Tibi videtur, nemine egere, sed stulte; quasi in abundantia non possis moveri: appareſque miserabilis & miserandus inanitate & vacuitate intellectus; equidem dum invidiæ te præfers ut spectabilem, irrisus excitas in omnibus compassionem. Tibi videris magnus; & quia tibi videris latet dolus. Tibi videris meritis egregijs dives; & est ludus phantasiæ desipientis: igitur gloriaris tamquam dotibus singularibus ditissimus; cum sis pauperrimus. Vernaculè, vigilantius: *Eres*

Orituſ sui æstimatio ex nescientia sui.

Undè dignitas sine ſplendore? Lyran.

Merita ex præsumptione, vacuitates cerebri.

tus

un miserable ; pues blasonas de rico , siendo un pobre hombre.

9 Adhuc crescit miseria, ex arrogantia. *Cæcus est* (insit ubi suprà Gregor. Magnus) *quia nec paupertatem, quàm patitur videt.* Non habet quò cadat, & nihil habere nullo modo considerat. Necessarium præ necessitate eleëmosynam petere ; & manet pauper & cæcus in ipsa necessitate : pauper , quia non petit : cæcus, quippe se pauperem non cognoscit. Paupertas ostendit inopiam : cæcitas ignorantiam : & inter embolia huius fallacis amoris, & strophas vanitatis ; non ita nocet inopia mentis , quàm patitur , quàm egestas consilij , quæ non cognoscitur. Quantum distat cerebrum rationis lumine , à consilio sine mente ! Caperatà fronte David iussit numerare populum , ob vanissimum cænodoxiæ tumidæ fastum. Haud potuerunt concilia Principum illum revocare à proposito. Ita in summa potestate tenacitas in consilio. *Consurrexit Satan.* Non surrexit , sed *consurrexit.* Davidem in sententiam & sententiæ pervicacitatem movit : nonnumquàm potestate dignitatis impulsos in præcipitium ; non est princeps , sed dæmonium. *Sermo Regis magis prævaluit* , quantumvis consilium contrarium esset frugi. En cæcitas & paupertas, quas fovet auctoritas , seu potiùs auctoritatis stoliditas : igitur per pestem patuit quanta philautiæ , in eius tenacissima vanitatis elatione , nullius alterius indigentis auxilio , neque doceri ab aliquo.

—*Quid deceat non videt ullus amans.*

10 Defecato ergo animo ex vanitatis & vanæ gloriæ delirio ; vulnera sentiens præ dolore clamans , exclamat : *Ad nihilum redactus sum & nescivi.* Videbatur mihi esse aliquem & aliquid ; & tota potentia cum maiestate nihil. Videbatur non egere consilijs ; quæ cogitatio præcipitium præsumptionis ; & uti deliramentum, usus totius auctoritatis ad nihilum. Cuius usus insolentia , ut sit celsitudinis gloria, urbanitati comi nec respondere verbum ? Ad nihilum. Quorsùm huiusmodi insania, seu potiùs agrestis atque rustica adiatrephia , proterendo in rebus modum ? Ad nihilum. Unde qui inhabilis & indignus, à se iudicatur magnus ? Quo ergo hoccine sine iudicio iudicium phantasticum ? Profectò ad nihilum. Quorsùm despectum prudens consilium , subsequendo amorem proprium ? An in nihilum ? Utinam ! sed ut proprium viderent dominantem amorem , ipse tetendit in luëm : quandoquidem amor sui , tomento capitis , despectis sanis consilijs ; semper reipublicæ pectis. Huiusmodi calamitas , intellectionis paupertas , intelligentis miseria , & elationis phantasia , fuerunt assessores in amoris proprij throno, dum subijt Principem vanissima cogitatio ; per cuius decretum iurè redactus ad nihilum. Miseriam patitur, eius dolor sustinetur : & quamvis cruciamina sustineret ; maiora prorsùm , quod miseriam ignoraret : *& nescivi.* Subsidium ignorantiæ est sublevamen miseriæ. Quomodò igitur ærumnæ prementis dolore nescientia , erit maior in cruciatu calamitatis ærumna. Quia maior inerat in consilio vecordia , quod dolo amoris putabatur prudentia : & quamvis pungit , se solum respicere , alios spernere , se sequi, se diligere, plus non cognoscere ; quippe inter varia cruciamina , summa miseria , nescire , quanta mala ex proprio amore. Phrenesis est , vulnusque mentis , ex æstu & arte supplantationis : & in hac ægritudine summum rationis craciamen ; esse phreneticum , nec cognoscere. Clariùs in articulum. Paupertas intellectionis erat defectus, verùm ignorantia dolus : maiorque supplantatio non erat , quod amor sui illum ad nihilum traheret , sed quod insidias nesciret, Si sciret, quæreret paupertati remedium : nesciens sic manendo , neque desiderabat consilium, quasi tutò procedens & in præcipitium labens : & inter miseriam & ignorantiam , hanc reputat uti ampliorem miseriam ; quia ita cæcus tenebris proprij amoris, ut nec paupertatem , quàm patiebatur , videret. Cognoscens , satageret non esse mentis inops: nesciens , erat inops & superbus , quia consilium secutus sine consilio & mentem sine intellectu. Unde in calamitate misera & miseranda , miserabilior calamitatis nescientia ; quoniam in illa viveret pauper , & nudus : in hac ergo maneret pauper & cæcus. Retorqueatur Ovid. 2. de Remed. à v. 353.

Non habet unde suum paupertas pascat amorem.

Non tamen hic tanti est , ut pauper esse velis.

11 Haud Respublicæ hoc fato perirent , si miseri dominantes proprias miserias agnoscerent: etenim illuminatione cæcæ mentis , deliria notescerent cæcitatis. Inopes mentis (quæ miserabilior inopia) plerique ambitu aspirant ad magna: ferunt leges, è tripode fulminantes, de cœlo lapsu Catone , Iove suggerente ad aures,

Gr. Mag. *Vnde cæcus amor sui?*

1. Paral. 21. 1.

Irrevocabilis à semel proposito.

Ov. *Epist* 4.

Psalm. 72. 22.

Cogitationes philautiæ.

Maior vulnera ex vulnerum ignorantia.

Quare?

Ovid.

Amoris proprij deliria.

causarum & non causęrum censores, sese aliquid esse ostendentes: decernunt, consilia stabiliunt, construunt, destruunt, formant, reformant, deformant, glosis quæ decreta interpretantur, sine delectu amplectuntur, impugnant, propugnant, præut placet, præut displicet: & dum expectantur magna iuxta concepta & promissa; utpotè leve & phantasticum, redigitur planè ad nihilum. Verùm quare? Ex proprio amore & inope mente; quæ paupertatem sustinet, & vertigine ficti auctoraminis nescit. Nescitur, & resolvitur: decernitur quod non intelligitur: caditque tota conaminum moles, quippe artifex vanitatis inopia mentis; in qua præcæcitate amoris maior miseria, paupertatis ignorantia.

Idem. *Credula res amor est*

Uti succinit, qui dudùm, *Epist.* 6. v. 21. Amor sui ad omnia se disponit, verùm nescit; quousque tempus tensim ostendit cogitationis ludibrium, & offucias insidiarum; dispositas in cæcitatem, ob vanitatis pruriginem, intellectionis pauperiem: quandoquidem ad nihilum est redactum totum arrogantiæ studium; quin priùs vel doloribus cognosceret ad nihilum redigendum.

Ps. 34. 15. 12 Ipse dicit: *Congregata sunt super me flagella & ignoravi.* En philautiæ cæcitas, ubi proponit obsequiose delicias: igitur ita obcæcat mentem, ingerendo vanitatem; ut ubi dulcedine falsà insidiosè subducitur, ignoret in tormentis quòd patiatur. Exitus moliminum vellicatis evidenter demonstrat, quorsùm amor pernicioſus vergat; ægrè & intimè animo percusso, technarum fucato dolo: etenim flagella dolens recepit, unde gloriam ut arrogans expectavit. Hinc simul queritur de ignorantijs stolidis, & flagellis dirè inflictis, illuminatà ratione, quæ doloribus iam frugi: igitur vagà mente, furibundà potestate, plausà phreneſi, sepulto dolore, effreni vanitate, ac ventositate cerebri, iudicij vulnere, quicquid stolidè ratus auctoritatis excellentioris blandimina; tandem tandem cognovit auctoritatis flagella. Vide dicta, *Tom.* 5. *T.* 8. *D.* 1. *num.* 2. Sequere amorem legis, non legem amoris, qui mulcendo trucidat, atque lactando supplantat; quo mens ex radijs maiestatis, copia lucis, nimioque fulgore (ut plus splendeat) miserè privatur lumine. Dicam ex Horatio, 1. *Epist.* 1. v. 47.

Unde ex pectat de licium, venit tormentum.

Horat. *Ne cures ea, quæ stultè miraris, & optas. Discere & audire, & meliori credere, non vis.*

Pauper cæcus es, & miser & miserabilis; sed plus quia nescis.

13 Etiam nudus. *Nudus, quia stolam perdidit* (subdit, d. Gregorius) *sed peius, quia nec se perdidisse cognovit.* Quia multum perdidit, uti nudus nihil habet: & est amplior egestas in nuditate, ignorare, perire. Protoparentes nudi manserunt vertigine lapsus; veruntamen *cognoverunt se esse nudos.* Hæc cognitio dicit recognitionem: recognitio pœnitudinem, & proprium amorem exulem. Si ergo nuditatis non piget, mens nuditatem non cognoscit: habet oculos clausos; nuditatemque inveniet, si aperuerit oculos. Sunt vestimenta externa, & interiora. Interiora lucidissima sunt merita: exteriora ad speciem splendida, sunt munera: & nudus est etiam qui hebet dignitatis vestem; modò non habuerit meritorum dignitatem: etenim sine meritis insularum spectabilis claritas, non sunt insulæ, sed nuditas; quippe non merita, tantùm meritorum signa. *Si vis scire hominem, nudum considera* (ait Senec. *Epist.* 47.) *externa ornamenta hominem non faciunt.* Vestiunt sanè ad speciem, quæ conciliant exteriùs auctoritatem; ut sunt officia publica, Magistratus, honoraria ministeria, in quibus inest auctoritas, & etiam cum dignitate potestas: hæcque vel diploide designatur iurè nuditas; quoniam sine dotibus in habita dignitate, dum aufertur deficiens, apparent nudi. Vestis insignis Superioris, non est, quod potest fieri, sed quod potest iuxta legem facere. Hoc est legis, illud proprij veltis amoris, qua magis nudatur, quò magis Præsul vestitur: nudusque cumveste grandis maiestatis patet, dum ex potestate ineptias exequi iubet; quippe vanus ostendit insanè exteriorem vestem, ut ostenderet pro lubito phantasticam potestatem. Qui iustè præcipit decore officij vestitur: qui ad lubitum, honore cultus nudatur. Nudus confusus pudet sui: ita imperium proprio amore: etenim cùm ejecerit honorabilem vestem; dum desiderat ostentare maiestatem, ostendit sui, simul sæ maiestatis confusionem. Renuit respicere se, ut sui pudeat, sui pigeat, & sui misereat. Non vult respicere ad intra, sed tantùm in apparentia, ubi deauratur dolus, seductumque gaudet ex circumventione pectus: etenim dum arbitratur delirijs habere amplissimam vestem; in pudorem manifestat meritorum nuditatem. Perdit quod habet, ut nudus clareat, quid sit. Quod apparet, vel insulis, nihil est:

Ubi sup

Gr. Mag

Gen. 3. 7

Sine meritis non honor dignitatum splendor.

Senec.

Abusus potestatis non est potestas.

Sed potestatis nuditas.

eſt : cognoſceret amiſsionem veſtis quanti momenti ; ni obcæcaretur dilectione ſui: quæ quidem ita infatuat amentem (ut poteſtatis indignæ extollat oſtentationem) quòd veſtem ambitam ſtudio inſolentiæ perdat , nec ſe morologus amiſiſſe cognoſcat : igitur dum ſibi videtur dignitate decorus , ornamento philautiæ vagatur nudus.

14 In utroque ſtatu tam originalis iuſtitiæ , quàm naturæ lapſæ, nudi erant parentes primi. *Erant autem uterque nudus.* Geneſ. 2. 25. Cur in hoc primo ſtatu , nuditatis patentis latuit illos ita cognitio ; ut non cognoviſſent nudos eſſe & coram luce ? Fortè ſit, quòd nullus cognoſcit ſe ? Ideo Laodicenſis Epiſcopus nudus & cæcus. Cùm ſe cæcus ſui nimia dilectione non reſpiceret; nudum eſſe non cognovit. Aulicè, facilis occurrit expoſitio difficultatis in nudorum excellentiam. Habebant Principis gratiam: nulluſque in aula deſignatur ſine meritis, modò quantumvis nudus conſequatur gratiam Principis. Poſt lapſum indicatur & cognoſcitur. Poſtquàm amiſſa dignitatis auctoritas, ſemper ſignatur meritorum nuditas : tametſi ſoleant lumina lividi minuere merita vel in ipſa dignitate : igitur cùm honoribus indignos honoris pungant; adinſtar ſerpentis inſidiantur , ut cadant. Primiparentes florebant , & in illo primo ſtatu dominatione exultabant ; quoniam dotibus meritoque reſpondebat interiori, totius principatus univerſi : minimèque etiam nudis deſunt veſtes, quos meritorum ad honores ornant dotes. Pòſt , ò miſeri & miſerandi ! ducti ſenſim atque blandè amore ſui , ampliore vellicantur dignitate. Viſum eſt illis clauſis oculis adipiſci poſſe, quod conſequi non poterant , nec mereri: ſeduxit philautia (ut illi ſolemne) exponens aviditati impoſsibile ; atque nuditatem pòſt, ut per illam cognoſcerent , quid eſſent fatui per ſe: equidem qui clauſis oculis illuſtrabantur cognitione lucis; ſeſe cognoverunt ſtultiſsimos , vulnere amoris ut apernerunt oculos.

Principis gratia dignatorum merita.

Dum cognoſcitur error, philautiæ vi detur furor.

——*Quid tibi mentis erit?* Ovid. *Epiſt.* 74.

15 Nuditatis per gratiam pretioſiſsima ornamenta ſunt converſa in perizomata : & per proprij amoris veſtem , quaſi ſtellati & attoniti demonſtrarunt nuditatem. Ex modo ſingulari doli in utroque, amoris ſui prænotantur inſidiæ. Irruit, utrumque blandimine debellavit ; ſed cum diſcrimine. Mulier ſeducta fuit , Adam ſeductus non eſt. Illa credidit , ſe maiorem futuram cogitans ; ſed fuit cogitatio fallax. Adamus cognovit veteratoris technas & nugas ; ſed maius peccatum perpetravit , cui panurgia ſtrophæ arriſit: etenim præcipitium cognovit in genus totum , & amavit in perpetuam nuditatem præcipitium. Quid veſtis ad ignominiam inſpectatæ nuditatis ? Nihil decoris , nec veſtis: non enim illos Numen ſtudioſè veſtiret, ni veſtibus ſibi aſſumptis nudos cognoſceret. Patuit error , prodit pudor, ſimulque proprij furentes operationes amoris , quæ ita ex deformitate turpes ; ut ex his quas cæcè amaverint, ſuique ſimul erubeſcerent. A ſe veſtiti ſunt , quia puduit: poſt veſtem ſe uterque abſcondit. Si iam non nuditas, ex qua pudor; quare abſconditur ? Quid frontem rubore gravat ? Veſtis etiam utrumque pudebat: etenim oſtendentes excogitatam , & obviam manibus veſtem ; ſuam potiùs cum confuſione demonſtrabant nuditatem. *Cùm cognoverunt ſe eſſe nudos , fecerunt ſibi perizomata.* Hæc veſtis philautiæ (non in velamentum nuditatis , ſed proditionem pudoris) qua non cognita , nec viſa , propria dilectio promittebat maxima , in ſplendoris atque decoris veſtitum : aperti ſunt oculi amborum , & ſimul dolus amoris , in dedecus inſidiantis : igitur unde mutuò cogitabantur glorioſi, phantaſiæ ludentis veſte apparuerunt pudibundi. Graviſsimè bilem toti univerſo excitaverant, qui ſeipſos ferre præ nuditate non poterant.

Geneſ. 3. 21.

Geneſ. 3.

Ubi ſup.

Amoris proprij obſequiũ ſequentis odium.

16 Hæc ſigna & effecta amoris ſui, quo ad lubitum regnat humana vulnerata voluntas : nuditas , ſcilicèt, cæcitas , & paupertas ; derivatà à ferè origine ægritudine in homines, qua & miſeri & miſerabiles : miſeri, quia erga ſe cæci, ſibi non conſulunt : miſerabiles , quippe in cæteros intendunt.

Suus cuique attributus eſt error:
Sed non videmus, manticæ quid in tergo eſt.

Catull. *carm* 22 *a tq; centrũ miſe riarum.*

Pauperes , quia nihil habent ; cæci , quia nihil vident ; nudi , quia patent ; quin accedant ad templum Metanœæ , reſilientes ab errore. Nemo conſilij eleëmoſynam largitur , quippe non poſcunt. Nemo ducie , quia non cæcos eſſe credunt. Nemo miniſtrat veſtem , quoniam non pudefiunt; unde unuſquiſque miſer & miſerabilis & pauper & cæcus & nudus: etenim centrum vitiorum amor proprius. Huius, ut ſuccinit Ovidius, de *Remed.* v. 53.

Præcipitia poteſtatis pudor & ignominia abutentis.

Utile propoſitum eſt , ſævas extinguere flammas:
Nec ſervum vitijs pectus habere ſuum. Ovid.

DI-

DIDASCALIA II.

Ex SS. Innocentium sanguine lacteo, claruit nativitas Salvatoris in mundo.

1 INTER insignia festi, quod in fine anni ab Hebræis celebrabatur, tamquàm umbra futurorum; portabant ad templum mysticum omninò thyrsum, in quo etiam eminebant salices; de quibus dicit, 2. *Georg.* v. 11. Virgilius:

Levit. 23. 40. Virgil.

Suâ spontè venientes.

In *Vran.* Pontanus: *Canentes salices.* Strozius Iunior, in articulum nostrum:

Et resonas salices, resonos in carmina fletus.

Scriptura ergo: *Et salices de torrente.* Vidimus *fructus arboris pulcherrimæ*, in Maria, Virgine-matre, *Tautolog.* 1. *D.* 6. *Spatulas palmarum* pro triumphi signo; in Protomartyre Stephano, *Tautolog.* 4. *D.* 1. *Ramos densarum frondium*, Ioannis exponentes Evangelium & Martyrium, *Tautolog.* 5. *D.* 6. Ut ergo compleatur sacri amœnitas fasciculi; occurrunt modò & *salices de torrente*, quæ Sanctorum Innocentium signant infantiam, atque præproperam gloriam: quandoquidem adinstar salicum, dum citò nascuntur, citissimè pereunt: cùm in terra apparerent ut flores, & in putationem iam parata crudelitatis securis. Salices igitur & canentes dicuntur appositè: etenim iunctum illorum canticum novum cum torrente lachrymarum genitricum lamentantium. *Matres tulerunt* (ait Chrysolog. *serm.* 152.) *quicquid & angoris extitit & doloris. In martyrio filiorum passæ sunt matres. Christus natus suis militibus dedit ante triumphare, quàm vivere: quos fecit capere sine concertatione victoriam: quos donavit coronis, antequàm membris: quos voluit, ante cœlum possidere, quàm terram; nec ante humanis inserere, quàm divinis. Præmisit Christus suos milites, non amisit: recepit suas acies, non reliquit. Beati, quos martyrio natos vidimus esse non sæculo.* Hoc totum ex præsentia Deitatis, quæ apparuit, ut ab infantia rutilarent sub coronis. Dicit vel Ethnicus, 5. *Pharsal.* à v. 115.

Cur salicibus similes?

Chrysol. Privilegia illorum.

Nam siqua Deus sub pectora venit;
Numinis aut pœna est mors immatura recepti,
Aut præmium: quippe stimulo flatuque de cœlo
Compages humana labat: pulsusque Deorum
Concutiunt fragiles animas. Lucan.

Innocentibus (de quibus ambigitur, An mors, an vita obvia) dum Deus venit sub pectora, pœna fuit mors immatura; simulque præmium; quoniam ante tempus dederunt opportunè Salvatoris testimonium.

2 Quid ex nostra Tautologia? *Venientes venient*: Aliquid innuitur in venerabile arcanum, dum exprimitur suppositum. Sunt qui non venientes veniant? Utiquè, per singularem Numinis gratiam: occurrunt Innocentes, quos dirè occidit Herodes: etenim illa in ætate de Salvatore exponentes testimonium, venerunt non venientes ad Martyrium. Explicanda sententia, sed Chrysologi, quò dudùm, aurea lingua. *Lac fudit, antequàm sanguinem. Attendat lector, ut intelligat, martyrium non constare per meritum; sed venire per gratiam. In parvulis quæ voluntas, quod arbitrium, ubi captiva fuit & ipsa natura?* Breviùs Prosper, Præfat. in libell. de *Ingratis*, v. 9.

Ps. 125. 6.

Quomodo venerunt, non venientes ad Martyrium?

Chrysol.

Sed bona, quæ tibi sunt, operante fatebere Christo,
Non esse ex merito sumpta, sed ad meritum.

S. Prosp.

Est meritum condignum & congruum. Ut ad martyrium perveniat homo, fit sanè ex merito congruo, non ex condigno. Ubi merita nulla, ad meritum quodlibet, totum ex gratia. Est meritum congruum in his qui sanguine profitentur fidem per ætatem. Hi veniunt ad coronas venientes, fidei dantes testimonium: sed Innocentes non venientes in testimonium venerunt; quia cùm testes esse nequirent defectu ætatis, testes fuere gratiâ Numinis, qui infantes non erant testes. Magisterium impleverunt virtutis, quæ præiudicium vehebat ætatis: verùm sine præiudicio, dum fit ab illis Salvatoris professio: etenim clarius testimonium in fidem, quam infantes testabantur citra ætatem. *Quo detestabilior crudelitas, quæ nec minusculæ pepercit ætati? Imò magna vis fidei* (inquit Ambrosius, 1. de *Virginib.* n. 2.) *quæ etiam ab illa testimonium invenit ætate. Quæ non habuit quo ferrum reciperet, habuit quo ferrum vinceret. Fuitne in* (illorum) *corpusculo vulneri locus?* Antamen effulsit inclyta virtus. Christo dicati milites cœpe-

Ambr.

Illorum virtutis gesta.

runt

runt antè militare, quàm vivere : ante pugnare, quàm ludere : antè venas evacuare, quàm ubera matrum sugere. Non tulerunt morulas corporis, gratiâ concessæ virtutes; expectantes vulnera, prius quàm libarent oscula: quandoquidem sponte (uti salices) venientes, extiterunt testes invicti, divinitatis.

Præceditur ætas
Immatura neci, nec duris proxima fatis;
Sous. lib 6. v. 382 *Dum lachrymosa Rachel teneros lugeret infantes,*
Ante diem raptos.

3 Pende Chrysologi verba. *Lac fudit, antequàm sanguinem.* En quomodò infantes non venientes ad coronas venerunt. Qui veniunt venientes, perveniunt ætate. Qui non ætate veniunt, cœli singulari favore; quoniam profitentur fidem, ante rationem. In cunctis gratiæ claritas, sed in pupis tenellis gratiæ speciositas; quippe subscribunt lacte, quod venientes ad palmam, dicunt cruore: & dum infantium succiditur vita, totum ex gratia; etenim in Salvatoris nati è Virgine testimonium, militia infantium pro sanguine lac dederunt. In parvulis quæ voluntas? Gratiæ sublimis maiestas. Quodnam arbitrium? Numinis beneplacitum. Totum gratia: igitur liberiora in voces corda, ubi captiva natura. Pugnabat in infantibus, ut vulneribus pateret, quod latebat intra pectus. Pugnabat ipsa natura, ut clarescceret gratia. Nesciebant tacere, qui necdùm didicerant formidare. *Venientes*, veniunt *cum exultatione.* Innocentes qui venerunt non venientes, sanè cum lachrymis; quæ exprimebant, quod non dixerant: (*Interdum lachrymæ pondera vocis habẽt.*) Etenim portentum gratiæ quòd loquerentur qui nesciebant loqui. Ipsa natura pugnabat in martyres, ut vel vitæ dispendio audirentur tamquàm testes. Quantis modis abscondere gratiam natura elinguis volebat; totidem gratia infantulus publicabat: magis loquebatur, cùm magis in silentium premeretur: equidem quod voci ex halitu debili, negavit corpus; suffecit in vocem lamentabilis vagitus. A Castell. in *Devot. peregrin.* lib. 3. cap. 10. refertur, in Bethlehem specum esse, quò postquàm Christus abijt inde, & cœpit in infantes decollatio per trucis Regis ministros, pleræque matronarum absconderunt pueros, tamquàm in loco abdito, & vel curiosis dificili inventu. Verùm cùm illuc pervenerunt satellites, vagitu multiplici sese exposuerunt infantes; qui percusi in ore gladij, ibique fletu lactantium sepulti. Patet pugnans in illis pro coronis natura, & florens gratia: equidem habuerunt vagitu labium electum, atque linguam eruditam; quousque ut triumpharent, pervenerunt ad palmam. Iuvencus, 1. de *Evangel. histor.* à v. 289. Herodes, succinit:

Crudeli tinxit Bethleëmica compita cæde,
Infantes mandans, teneroque sub ubere plebem
Innocuam in sinubus rigido succumbere ferro.

4 Sed quid? Eis igitur truculentus Monarcha (mulcens vagitibus aures, cui placebant sæva funera) non tantum favisset obsequio, ut profuit odio. Sanè, *in Agni conspectu rutilat illorum candor in vestibus, palmæ in manibus, atque coronæ in capitibus.* Adi Augustin. de *Sanctis*, serm. 11. & Chrysologus *serm.* 153. subdit in nostram cogitationem: *Verè isti sunt gratiæ Martyres: confitentur tacentes: nescientes pugnant: vincunt insciij: moriuntur insonscij: ignari tollunt palmas, & coronas rapiunt.* Sed unde? Influxu excellentis gratiæ. *Lingua septimo fermè anno sermonem exprimit*: ait Plinius, 11. *cap.* 37. Infantium occidendorum nota, *A bimatu & infrà.* Matth. 2. 16. Illa ætate in lingua non est sermo. Unde locutio? Non solùm à gratia, sed à gratia perfecta, qua confitentes, Salvatoris præbebant testimonium, ubi ætas linguæ profitebatur silentium: ita ut pugna cognita videretur nescientia, sine cognitione victoria, sine proposito palma, sine intentione diadema; quasi mors necessaria non pretiosa. Vicerunt ætatem, dum silentio, lacte effuso, mirum prompserunt sermonem: equidem gratiâ amplior claritas in fide; quam loquebantur, qui nesciebant loqui.

5 Admirabile nomen Domini in universa terra; uti dicit Regius Psaltes, quippe nonnumquàm mirabilis in Sanctis suis: sed unde modò mirabilis? *Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos.* Unde oris laudes; si dicuntur infantes & lactentes; quasi elingues? Elevatur Numinis magnificentia, dum mundo ostendit huiusmodi mirabilia. Est laus Domino à Martyribus, fidei testibus; quem celebrant, alij effusso cruore, & alij perfuso lacte. Alij, quia veniunt venientes in testimonium; alij quia non venientes sponte loquuntur. Alij qui sanguine subscribunt in ætate ratione integrà: alij qui sine ætate lacte præbent testi-

Eorum sanguis lacteus, gratiæ singularis & virtutis opus

Ubi sup

Ovid. 3 *Pont* 1. v. 158.

Castell.

Unde in lingua erudita infantium, labium electum?

Iuvenc.

Augustin.

Chrysol

Plin. *Illorum in linguis, non solùm diffusa gratia; sed perfecta.*

Ps. 8. 3.

Testificatur de fide, nescientes loqui.

stimonia. Alij loquentes, alij tacentes, quia elingues. In illis laus iucunda atque decora; sed non perfecta: perfectumque dicitur Numinis mirum præconium ex ore muto infantium atque lactentium; quippæquàm gratiâ mirabili, linguæ vox summè perfectâ, ab illis procedi laudem qui loquuntur sine lingua. In rem Maluenda hic. *Ex ore parvulorum & lactentium stabilem declarasti fortitudinem. Probat gloriam super cœlestem Dei in terra esse expositam.* Propter inimicum & ultorem Herodem tyrannum (Hebr. *Ad compescendum malevolum*) exponitur laus infantium. Utiquè. Quid poterat facere inimicus, quando victus ab imbellibus? Horum patuit fortitudo stabilis; dum loquebantur quin haberent voces: equidem mirabilius testimonium, ubi ex ore non loquentium. Dum apparuit gloria cœlestis in terra nostra, ius erat non solùm fieri oracula sed mirifica. Ex ore infantium & lactentium factum oraculum. Herodes cùm extinguere satagit, celebrius fecit: igitur iam in terra gloria rutilabat Salvatoris; ubi audiebantur infantes, sine voce loquentes.

Maluēd

Hebr.

Mori innocentiâ adventus Salvatoris Iudicium

6 Genebrardus hìc: *Totus Christi* (infit) *ingressus describitur ut plenus miraculis.* Aliud infr. *num.* 11. Quodnam ergo miraculum, quod testificaretur Salvatoris adventum? Locutio infantium: etenim gratia mirabilis, quòd resonarent sine vocibus voces. Inter signa in Salvatoris adventum, *Aperta erit lingua mutorum*: prædicitur abEvangelicoVate; quod etiam astruitur sententiâ Christi. *Matth.* 11. 5. Unde *Marc.* 7. 37. Amplius admirabantur, dicentes: *Benè omnia fecit*: & *surdos fecit audire & mutos loqui.* Nota obiter incredulitatemIudæorum in conspectu mirabilium: equidem cùm signaretur in terris futura gloria, quando lingua mutorum expedita; aures obturaverunt audientes, vel illo tempore quo loquebãtur infantes. *Aperta erit lingua mutorum.* At quo tempore? Quando laus ex ore infantium. Salvatoris expectabat gloriam; & per parvulorum gratiam, patebat cunctis adveniſſe Messiam: etenim cœperunt mirabiliter loqui, qui naturaliter muti. *Quia scissæ sunt in deserto aquæ*: subdit Propheta. Alapide: *Charismata.* Cœli scilicèt singularia dona: igitur gratiæ utcumque singulares; quod in stuporem audientium linguam haberent elingues. *Et torrentes in solitudine.* Quid hoc ad Salvatoris adventum, & ad loquelam infantium? In agone aliorum Martyrum est sanguis, sed non torrentes. Ex tanta multitudine occisorum propter Salvatoris gloriam sanguinem effuderunt tamquam aquam, in circuitu Ierusalem, in quo Ephrata. Descenderunt de cœlo charismata, ut in terra notescerent N. Salvatoris gloria, per infantes manifestatetenim in prodigium aperta lingua mutorum; quoniam sanguinis torrente cœperunt loqui, qui naturà muti.

Genebr

Is. 35. 6.

Illorum mirificâ linguâ, nativitas nota.

Effusus sanguis convertebatur in voces.

7 Perspicuiùs indicatur præfato testimonio Davidis, ut totus articulus plenus effulgeat miraculis. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Disquirunt Auctores, quando impletum fuit? Ferè ommes afferunt, ingrediente Iesu cum plausu & gloria in Ierusalem, dicente Domino æmulis & inimicis: *Nunquà legistis, quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem?* De modo huiusmodi laudis, cùm encomiastæ essent ad plausus elingues, dicit hìc Theophylactus: *Infantes fari nescios.* Ex quo & alijs Alapide subdit: *Divino instinctu & miraculo actos & impulsos infantes, acclamasse Hosana.* Genebrard. d. infit: *Sugentes ubera materna, ad litteram videntur intelligi.* At quid infantes loquentes, Christo cum pompa Ierusalem ingrediente, cum infantibus dirè occisis ab Herode? Dicit textus: *Laudem perfecisti.* Utroque tempore encomia ex lactentium ore: cæterùm tunc *perfecisti.* Perfecisti quod feceras; dum tua mundo patefacta nativitas: in Ierusalem plausus perfectus, qui ab infantibus cœperat quando natus: in urbeque infantibus loquentibus laus summa dicitur perfici; quoniam pridem lactentes fruerant locuti. Ulteriùs. Urgentibus Pharisæis in silentium acclamationis Salvatoris; dixit illis: *Si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Quid repugnantia vocum in lapidibus, ut Salvatori arrideant lactentium plausus? Singulare prodigium ex formatione vocum, ex ore infantium loquentium, ex miraculo linguarum: igitur infantes videbantur non infantes, sed loquentes; cùm deberent esse taciturni tamquàm lapides. *Linguis* loquuntur *novis*, quin convertantur audientes in Salvatoris nati cognitionem, videntes vocem & linguarum novitatem: quandoquidem novum ac mirum ita encomium in infantibus, quasi voces exirent ex lapidibus. E cœlo huiusmodi linguarum novitas.

Matth. 21. 16.

Theoph Alapid.

Genebr.

Illorum linguæ novæ.

Luc. 19. 40.

Marc. 16. 17.

Non sine Dijs animosus infans.

8 Quid profuit Herodi nefas: *Dat ante mortem sentire, quàm vitam* (subdit Chrysolog. d.) *tenebras ingerit intrantibus lu-*

Horatius Od. 4. v. 29.

Chrysol

lucem, magister mali, iræ artifex, inventor sceleris; impietatis auctor, pietatis prædo, inimicus innocentiæ, hostis naturæ, malus omnibus, suis peior, pessimus sibi; quem Christus non ut evaderet, sed ne videret, aufugit. Illius crudelitas. Innocentium maior claritas.

——*Multo specum*
Saturat cruore: libat & nivum insuper
Senec. *Lactis liquorem.*

Fuerunt primitiæ Martyrium.

Ut aliò dicit Seneca in *Oedip.* v. 564. Perpriè *Lac* & *Cruor*, ut notaretur candor: sed contulit illis palmam, furiosus dum per ministros iugulavit innocentiam. Sanguis martyrium declarat: lac ætatem martyrum indicat: cruoremque lacteum effundit crudelitas, quo constituit infantes Christi primitias. Ita innocentes vocat Augustin. de Maluend. in *Psalm.* 8. subdit. *Erant primitiæ regni Christi*: & ut primitiæ, nascentis per Christum gratiæ; cancessa gratia, vel infantes loqui.

Maluéda.

9 Post insignem illam victoriam, Ægyptijs in mare summersis, qua potiti Hebræi, illustri præsentiâ. Numinis (unde in plausum, quasi signando, dixerunt: *Iste Deus meus*, quippe in certamine apparuerat, uti dixit, *Tom. 6. T. 10. D. 5. n. 5.* ut paretet victoriæ prodigium, ora Dominus aperuit infantium. *Victricem manum tuam laudaverunt pariter: quoniam Sapientia aperuit os mutorum & linguas infantium fecit disertas.* Sæpe dixi ex Carthusiano, in infantibus tunc loquendi facultatem supernaturaliter visam, & loquendi usum anticipatum. Idem asserit Castro, & Alapid. hic: additque Lorin. *Huc tranferri potest sententia: Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem.* Claret miraculum: verùm quorsùm prodigium? Fuit electionis specimen, in futurum præmium & certamen. Hi primitiæ fuerunt electorum in terram promissam ingredientium; quippe patres illorum præ incredulitate, iacuerunt in solitudine: in laudemque Numinis loquuntur etiam infantes, futuræ commendatio: ne virtutis; quippe ius erat, tantam vel in infantia conferre gloriam, qui fuerunt primitiæ illorum immegrussurorum in patriam. Ad debellandas aëreas potestates, Christus de cælis apparuit humilis. Cæpit certamen, eius in terris presentiâ, ut illâ feliciter obtineretur victoria.

Exod. 15. 2.

Sapient 10. 21. Carth.

Lorin.

Quænã illis concessa gratiæ eò. Martyrum primitiæ?

——*Quamvis infantibus absens,*
Præsens Christus erat.

Sedul. Accinit Sedulius, 2. *Carm.* v. 134. Milites infantes sunt, & nequaquàm fuut infantes. Laus formatur victoriæ ex illorum vocibus: ab infantibus lactentibus triumphi perficitur plausus. Nesciunt loqui, & sciunt, recens nati Salvatoris consulere laudi? Loquuntur, quin habeant voces? Præconizant sine vocibus infantes? Singularis sanè gratia, atque gloria de victoria: etenim in Christi regno, nobilissimo triumpho, illorum erant selectissimæ primitiæ, quiin gloriam, tamquàm in terram promissam, introducendi.

10 Fallitur Seneca, dum *Epist.* 124. dicit: *Summum bonum in infantibus non esse. Non potest summum in infimo poni. Tantum abest ab infantia, quantum à primo ultimum: quantum ab initio perfectum. Ergo nec in tenero, modo coalescente corpusculo est.* Nescit, quam potens gratia. Si in prodigia ducitur ipsa natura, iam non prodigia. Ipse ibidem asserit. *Qui ita iudicat, videtur, in quanta ignorantia veritatis versetur, & quàm humi sublimia ac divina proiecerit.* Summum bonum in innocentibus infantibus est, quippe infantes vocibus confitentur summum bonum: etenim voce compressa ab infantia, gratia Numinis loquebantur mirabilia. Inest infantibus naturalis taciturnitas: verùm Dei donum *linguas infantium fecit disertas.* Non solùm linguas mutorum aperuit, sed infantium etiam disertas constituit; ut id infimo esset summum, & in initio perfectum. Aperire mutuorum ora, est liuguæ concedere voces: disertæ linguæ sunt linguæ sine voce loquentes; ut ex singulari modo loquendi, constet sublimitas gratiæ: & ubi lactentium naturalis taciturnitas, illorum linguas sapientia fecit disertas; quoniam constituit infantes, sanguine lacteo, & non vocibus loquentes. Ne mireris: voce gaudet profusus sanguis. *Genes.* 4. 10. Ita non solùm interfectorum denotatur innocentia, sed Salvatoris nati cælestia dona: quandoquidem eius ortus indubitanter prædicitur, si sanguis infantium proinfantibus loqueretur.

Senec.

Ubisup.

Unde illorum linguæ disertæ?

Gene. 4. 10.

11 Hæbræi (suo modo Salvatorem expectantes, quia eius divitias non cogitabant cœlestes) impatientes tabescebant, quia expectabant. Unde exprobrabant Prophetis (quasi in illorum esset deliberatione, quod Patet cœlestis posuit in sua potestate) *Expecta reëxpecta: modicum ibi, modicum ibi.* Scientiam hanccine desiderabant. Dixitque Vates Sacer: *Quem docebit scientiam; & quem intelligere facit auditum? Ablactos à lacte, avul-*

Isai. 28. à 9.

sos ab uberibus. Hi omninò infantes sunt. Illis vagitus, non vox. Quomodo ergo dicent, si loqui non valent? An quia illis illo in statu concessus usus rationis, ut morti consensus accederet voluntatis, & gauderent aureolà, quasi ex pugna; habentes simul palmam & coronam? Plures SS. DD. dixere, de quo Nos *Tom. seq. Tautolog. 3. Didascal.* 2. ad illud *Isai.* 16. *Parvus & modicus, nequaquàm multus.* Videbimus ibi alium modum spectabilem loquendi. Modò in propositum tractum. Si non dicit, eloquio grudens Prophetes, quo pacto effabuntur sine vocibus infantes? Unde notescet nativitas Salvatoris per elingues? Est vox sanguinis. Verba sunt sanguis propter illum effusus. Sermo lac quod suxis pectus: & quamvis pridem humus multorum Martyrum satiata sanguine pretiosè sacrato Numini; dumtaxàt signum optabilis expectatæ nativitatis Salvatoris, præfigitur in infantibus ad uberibus avulsis: quia tunc mundus visurus infallibiliter ortum; quando effusus cum lacte sanguis infantium.

An habuerint usum rationis?

Illis concessum, demonstrare Christũ natum.

12 Hòcne vox? Hòcine sermo, atque lingua? Singularis & pretiosa. Vide mysterium. Deus, subdit Propheta; *in loquela enim labij & altera linguà loquetur ad populum istum.* Adventum mundi Salvatoris variè dicent homines, oracula Deitatis: & labij loquelà & linguà alterà. Quæ itaque lingua, nisi labiorum loquela? Alià sane in signum, quando distinguitur à loquela labiorum. Proponitur sermo, & sermo, quo Redemptoris natale prædictum diverso modo. Multifariàm olim Deus locutus est patribus in Prophetis: novissimè, novis linguis. In Prophetis labiorum loquelà: novissimè, alterà linguà, quæ sanguis avulsorum ab uberibus, in testimonium quòd veniret filius. Undè cùm hæc lingua nova, & ortus Solis Iustitiæ designandus linguà alterà; Innocentium dira cæde, Christi pleclaruit natale: etenim loquebantur singulariter infantes, eloquenti voce sanguinis; quin loquelà labiorum haberent voces. Ubi Pridem audira, non audita loquela? Hinc mirum; quippe audita loquela sine loquela labiorum.

Ver. 11

Sed novâ pretiosâ lingua.

13 Multa signa fecit Iesus iuxta mare Galilæ, *Ita* (inquit Matthæus) *ut turbæ mirarentur, videntes mutos, loquentes.* Scio multa dicit in Scriptura intellectu anterioris & posterioris status Anterioris, ut *Cæci vident, claudi ambulant.* Posterioris, ut *Qui dat sapientiam sapienti-*

Matth. 15. 31.

bus: de quo sæpæ actum in *Expositionib. Litter. Tautologiar.* Ita similium testimoniorum expolitio, verum aliter dum in verbis implicatis nulla implicatio. *Videntes mutuos loquentes* admiratio præoccupat; sed in maius prodigium rationem servat. Mirum quòd qui sine sermonis usu, florerent eloquio: at mirabilius, posse expeditè loqui, sine usu linguæ; ut patuit in infantibus, quos Herodes ingulavit truculentus. *Mutos loquentes*? Utique, & summa admiratio ex conciliatione implicationis. Est loquela in ore, & etiam in sanguine. Est loquela in labijs ex lingua; & sermo in effusione cruoris, quod lingua eloquentior altera. Iuxta mirabiliorem eloquendi modum, vocat admirationem prodigium: & summum admirationis, videre mutuos loquentes; quippe singularis lingua, ubi loquuntur portenta. Quid maius, quàm videre loqui mutos? Dignum namque summæ superioris admirationis; & loquentes & infantes: infantes, ratione temporis; loquentes, sermone sanguinis. Vide dicta *Tautolog. 3.* à num. 30. ad illud Pauli: *Qui loquitur linguâ.*

Unde nova?

14 Ibid. dixi, *numer.* 29. Gloriam in Scriptura accipi interdùm pro lingua. *Psalm.* 15. 9. & 107. 2. Unde Genebrard. & Hebr. ad illud: *Cantet tibi gloria mea, & non compungar*; legunt: *Et non sileat: Non contiteſcat*: *Non tacebit.* Maluenda hic utrumque nectit: *Lingua gloriæ*: legit. Quorsùm gloria pro lingua, vel contrà? Dicit articulus Innocentium ex lingua infantium: etenim quæ maior gloria, quàm eloqui sine lingua? Lingua sanè ubi locutio. Profectò, & est mirabilis sermo; qua gratiâ signatur gloria: etenim lactentibus summè glorioſum in terris, quòd loquantur ad gloriam sermone sanguinis. Lingua est & gloria: simulque infantium cognoscitur gloria, ex huiusmodi lingua: quamdoquidem vel inter prodigia mirum; quòd loquantur infantes sine loquela labiorum. Sunt Angelorum linguæ atque hominum loquelæ. Horum in labijs verba: illorum altera lingua, quæ non fit verbis, sed signis: signaturque gloria in huiusce modi lingua; quippe infantium summa gloria, quòd qui non valent loqui, possint loqui tamquàm Angeli: quòd homines non loquantur ut homines, quando loquuntur infantes: quòd in humana naturali loquela sanguine effuso audiatur altera lingua. Ultrà, ni fallor, procedit ex illorum lingua cœlestis gloria. Gloria in altissimis ca-

Psalm. 29. 13. Maluéd

Quid glorioſum in sanguinelatentium?

Quomodò illorum sermone dicta nativitas Christi

canitur ab Angelis, nativitatem signantibus Salvatoris. Erat gloria cœlo & gloria mundo. Cœlo per occisos infantes: mundo, ex ortu occidendi Redemptoris, cuius gloria promissa aliquando in terra: & infantium pro gloria signatur altera lingua; quippequàm patuit nativitatis mysterium, per linguam sanguinis & lactentium & infantium. Quod ab Angelis præcinitur, à pupis lacteo sanguine signatur, sublimi gloriâ, peculiari lingua: igitur clamore silentio elicito, sermone Angelico, in nativitate Christi, vexillum gloriæ; quòd dum infantes loquuntur, ut homines non loquantur.

Os mutum facti caret indice:

Ovid 6. Met. fab 7. Sed dicitur sanguine. Sed sanguine lacteo, Redemptoris studio, & Herodianæ crudelitatis signo. Ætas se explicuit pro virtute temporis:

Id. ib d. *Purpureasque notas filis intexuit albis;*
Indicium sceleris.

Aliàs, ni per martyrium, esset infantium lac album. Seneca d. à v. 493.

Fluxit latex:
Garruli gramen fecuere rivi:
Senec. *Combibit dulces humus alta succos,*
Niveique lactis candidos fontes.

DIDASCALIA III.

Francisci Paulani vita, miraculum, & miracula.

1 IN celeritatis indicem finxerunt Ethnici, quod videre non valebant, nisi fictione; quasi aliquid decoris possit inesse falsis. Unde de camilla accinit Virgil. lib. 7. *Æneid.* à v. 806.

Virgil. *Assueta, cursu pedum prævertere ventos,*
Vel mare per medium fluctu suspensa tumenti,
Ferret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

Signum celeritatis, quidnam? Idem commentum de Orione, cui concessum à Neptuno super fluctus ambulare, suspensis vestigijs; quin unda tingeret pedes. Natal. Comes, 7. *Mytholog.* cap. 13. & Apollon. Rhod. 1. *Argonaut.* v. 571. infit:

Apoll. *Ille vir & Ponti super cana currebat.*
Unda, neque celeres tinxit pedes,
Liquida vectus via.

Propter huiusmodi donum, dicitur collocatus in cœlo, stellis ornatus, summè fulgidus; de quo nos in *Ephemer.* plurib. in loc. maximè *Isagog. Iun.* à n. 10. Qua de causa Manil. 5. *Astronom.* cap. 1. v. 61. de illo succinit:

——Velocia corpora fingit. Manil.

Uti impossibile arbitratur Claudianus. Unde de III. *Consul.* Honorij, vers. 198. inquirit:

——Qui summa freti per cærula possint Claud.
Ferre viam?

Vetustas plurima fingit, sed quasi vera refert. Unde ergo vera? Ex divina gratia, vincente, quæ hominibus videntur impossibilia: igitur invenitur, qui summa freti per cæruia fertur; quin audacter secans æquoris undas, auderent fluctus vel leviter tingere plantas. Specialis gratia, ambulare per æquora.

2 Quis est hic & laudabimus eum? Fecit mirabilia in vita sua. S. Franciscus à Paula. Argumentum tetigi *Tom 6. T.* 11. *D.* 5. Argumentum ex professo regerit amor; quia eius humilitamen, charitatem, ac spiritus elevationem nonnumquàm demiror. Necesse erat ad maiorem Numinis gloriam, qui erat electus iuxta cor Dei, transire Siciliam. Respuerunt nautæ, ut navis onus; vel quia nullus ex vectura quæstus. Urgebat in Dei honorem meditatum opus. Potuit transgredi, & non est transgressus. *A nautis rejectus* (infit Sanctorus & Lippeloo, in eius *Vita*) *strato super fluctibus pallio, fretum Siciliæ cum socio transvexit.* Cum duobus socijs, ait Bonifac. Bargatta in *Mirabilib. Orbis*, Tom. 1. lib. 2. cap. 4. §. 5. n. 6. ubi subdit: *Scyllæ & Charybdis barathrum illæsus transivit: & quia loca illa omninò periculosa erant, ita ut rarissimè naves evaderent naufragium; postquàm vir Dei illàc transivit, desierunt esse periculosa.* O Francisce! Quomodò factum est istud, quod est mirabile in oculis nostris? Viderunt te aquæ & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi. Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas. In mari via tua, & semitte tuæ in aquis multis; quia dumtaxàt tibi semitæ: vestigia tua non cognoscentur, quia inimitabilis trames: verùm patet miraculis, & continuà mitigatione sinus, ubi feliciter steterunt pedes eius. Socij tecum erant, & simul tecum fretum siculum tranant. Illuxerunt corruscationes tuæ orbi terræ & claritas virtutis etiam mari: etenim cum te socij sequerentur tamquàm grex; tecum eduxisti in portum populum tuum.

Francisc. Cui pallio socios & se ultra mare transvexit Sanctor

Bagatt.

Dona valent: emitur sola virtute potestas.
Unanimi fratres, quorum mare terraque Claud.
fatis. d. v. 187

Debentur. Quod super est, Patri.

Mirùm plane, videre Franciscum super æquor ambulantem; sed mirabilius, quod alijs communicaret virtutem.

3 Venit Christus ad discipulos ambulans super mare, quod quidem uti nunquàm visum, arbitrati sunt phantasticum. Animos commotos discipulorum sedavit, pace datà, Salvator: tuncque Petrus: *Domine* (dixit) *si tu es, iube me, venire ad te super aquas: & ipse ait, Veni: & descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam.* Cur ergo sibi postulat huiusmodi donum, cùm viderer in Magistro spectabile miraculum? Mira videre volebat, cum ad Iesum venire super aquas optabat; & Christus ostendere illi, dum dixit: *Veni.* Ita Augustinus de *Verbis Domin. secundum Matth.* cap. 14. Quid mirabilius exoptat videre, dum videt Magistrum super aquas ambulare? Est ne maius? Utique. *Hoc ego nom miror* (infit) *fac quod mirer: ambulet Petrus. Fac quod mirer. Iuve me, venire ad te super aquas. Scio enim, quod corpus humanum naturæ lege non sinitur in fluctibus habere fixa vestigia; sed accedat donum gratiæ, & paululùm cesset lex ista naturæ. Voluisti de meo, habere infirmitatem in carne, quam portas: habeam & ego de tuo potestatem, ut unda me portet. Iube me, venire ad te super aquas.* Ampliora videre cupiebat, dum Magister super aquas ambulabat, tollens à corpore pondus validum; vel constituens in liquidis corpus solidum: Christusque dicit, *Veni*: ut socius miraretur amplitudinem miraculi: igitur ambulandi super aquas, Magistro non solùm inerat cœlestis virtus; sed etiam eius virtute extendebatur ad socios.

Matth. 14. à 28.

Mirum super aquas ambulare, plus alijs facultatem concedere.

Augusti.

4 Grande aliquid de Christi potestate ac virtute Petrus concepit, dum ambulare super æquor mirans vidit; quod videret cogitavit. Quodnam ergo? Dicit Chrysostomus in *Matth.* Homil. 51. *Quia credebat* (inquit) *non tantummodò Christum super mare ambulare, verumetiam alijs id posse concedere; ausus est hoc petere. Hoc priore multò mirabilius est; & ideo post illud etiam conficitur: cum enim ex priore miraculo patuerit, in maria ipsum habere imperium; tunc magis admirandum profert miraculum. Nunc verò & ipse ambulat, & alium ambulare super maria facit.* Subsistentis in aqua videbatur potentia, sed ostentanda ampliora, quasi in blandimen Petri; magnitudine miraculi, potestatis extensione, Petro etiam calcante fluctus: equidem in miraculo singulari mirabilius; non solùm quod virtutem ita sublimen haberet, sed quòd illam alijs & voce sola communicare posset. Ideo dicit: *Si tu es, iube me venire ad te super aquas.* Quis valeret, super aquas ambulare nisi tu? *Tu es?* Ampliora videnda, & extendenda prodigia. In maria habes imperium: ultrà procedet miraculum. Alij tuà prorsùm virtute, pedibus proterunt mare. Si tu es, gaudes maiore virtute, ut mirabilius fit opus: etenim inter signa & portenta mirabilius, alij super aquas ambulandi, facultatem concedere; quàm super aquas & aquas mirabilem ambulare. Si tu es, potes. Potes super illas progredi, & usum alijs etiam miraculosè conferre. In te non est miraculum. In me erit. In te nec miraculum miror. Fac quod mirer. Procedat etiam super aquas Petrus. Ut Magister ambulat, discipulus quoque incedat; ut tuæ potentiæ virtus singularis emineat: igitur virtutis potentissimæ celsitas, alios ex virtute, habere virtutem ambulandi super aquas. Magnum itaque potentiæ virtutis decus; quippe communicatione virtutis, cognoscitur virtus.

Chrys.

Quinam mirabilium in Christo, sed in Petro

5 Audivit Dominus votum Petri, dixitque illi: *Veni.* Tuncque deferens naviculam; Petrus *ambulabat super aquam.* Vox Domini super aquas multas, ut eius clareat maiestas. Vox Domini in magnificentia, concessà Petro isthac singulari gratiâ. At magis mirabile, quod *vox Domini in virtute*; cum virtus esset in voce. In voce, unde? Dum postulanti Petro, dixit: *Veni.* Gradi super aquas & fit virtute, & fit voce. Semper magnifica potestas, si vox Domini super aquas: verùm major ex virtutis voce, quàm ex nuda virtute. Virtus nuda est potentia ambulandi super aquas. Vox virtutis est potestas, super aquas ambulandi, communicata à virtute, habente perfectionis culmen, dum exercer huiusmodi potestatem: & postquàm Christus ambulavit super mare, dixit discipulo *Veni*; ut cognosceretur in discipulo (fluctus conculcante æquoris) virtus quanta Magistri, ex ipsa communicatione virtutis: quandoquidem Magistri virtute; non solùm ipse, sed socius cum illo ambulabat super mare. Processit de virtute in virtutem Magister cœlestis, facultate concessà potestatis; ut socius videret, quod fieri nec cogitavit: quandoquidem corpus grave non videtur sine pondere. Super mare ambulavit: & etiam Petrus? Fulgebat Ma-

Vers. 29

Ps. 28. 4

Unde mirè cognoscitur virtus Christi, Petro super aquas ambulâsse?

Magistri virtus, qui dedit voci suæ vocem virtutis, ut virtus extenderetur concessione potestatis: etenim videtur in Petro eiusdem miraculi auctoritas; quippequàm eius Magister ambulabat super aquas.

6 Miraculo maiore comprobatur miraculum, cuius in Franciſco veneramur ſpeculum. Quia deerat cymba, dixit illa alia, apud Ovidium *Epiſt.* 5. v. 64.

Ovid. *Et mihi per fluctus impetus ire fuit.*

Summergeretur næ fluctibus. Haud Franciſcus, cuius mira maieſtas, ambulare ſuper aquas. Super palliolum ſicco pede tranſit fretum. Viſio mirabilis! Et cum ſocijs? Mirabilior. Tranſilient, dum ille vehitur. Nautæ ſpectabant, quod nec cogitare poterant. Procedunt ſocij ſine formidine? Quorsùm ſi Magiſter ambulabat ſuper mare? Amplificandum erat miraculum, ut cognoſcerent Franciſcum: equidem ſi magnum, incidere ſuper aquas; maius, quod in alios tranſiret eius poteſtas. Inſigne, ambulare ſuper mare: mirabilius, hanc gratiam alijs conferre: igitur eius eminebat rutilans virtus, ubi gratia ita ſublimis extendebatur ad ſocios. Alijs datum prerogativà cœleſti, ambulare ſuper mare. Franciſcus eſt? Virtus plus. Eſt ſuperior ex virtute maieſtas: poſſunt alij per ipſum ambulare ſuper aquas. Ipſe eſt? Tranſibit ſanè de virtute in virtutem; eius diſcipulis ſequentibus Magiſtri vocem. Tranſibunt pelagus, quaſi non haberent corpus. Iuſsit: voci vocem virtutis poteſtativè dedit, ut gratiâ diſcipulis collatâ, tanti Magiſtri noſceretur excelentia: etenim illius virtute, cum illo quibant pertranſire mare. Venti & mare obediunt ei: igitur dum perſiſteret nautarum impia protervitas; ſimul cum illo diſcipuli ambulabant ſuper aquas. Cæca namque via, ſed tuta, Franciſci accedente gratiâ, qua ſine periculo eluduntur pericula; quin iam, ut canit, qui dudùm, lib. 2. *Amor.* Eleg. 11. v. 17.

Fr. Diſci ſi inſigne miraculũ, quod diſcipuli cum illo tranarẽ ſicco pede fretum Siculum.

——*Nobis alij ventorum pericula narrent,*
Quas Scylla, infeſtet, quàſve Charybdis aquas.

Idem.

Virtus de illo exibat, & miraculis patebat: ſiquidem ut tranſeant pelagus, ut incedant proſperè navigantes ſuper fluctus; intra palliolum admittit ſecum diſcipulos, quaſi non haberent corporis pondus. Primatum profectò Franciſcus tenuit; ſuper fluctus maris dum ambulavit. Quod alij navigio, Franciſcus invenit in pallio.

7 Totum deſcribitur à Sapiente. *Alius Navigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe: :. Tua autem Pater providentia gubernat; quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſsimam; oſtendens, quoniam potens es ex omnibus ſalvare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat mare.* Sapient 14. à 1.

Aſtruunt etiam Ethnici. Euripides, *Iphigen. in Tauric.* v. 409. *Navigant per marinos fluctus.* Horatius, 1. *Satyr.* 1. v. 29. *Omne audaces mare qui corrunt, ſeſe ferre.* Senec. in *Medea*, à v. 341. & fusè Biſciol. *Horat. ſubſceſſ.* Tom. 2. lib. 16. cap. 11. En articulus Franciſci, quem expulere Nautæ. Quà iturus, ſi mari obceſſus? Per feros fluctus. Sine rate eundem, ut Patris providentiâ aſtruat ſingulare miraculum. Non obſtruitur via, cui nota maris ignota ſemita: igitur pallio, quaſi navi, iter invium pervium, aperuit; & cum Socijs Siciliam uſque ſiccis veſtigijs tranàvit. Dicit noſtra Tautologia. *Venientes venient cum exultatione.* Venit Franciſcus cum ſocijs gratia tranſitus uſque ad freti littus; ſed non eſt tranſitus: etenim duces navis (ut pervenirent) venientes accipere noluerunt; quamvis cognoverunt inſignem pietate virum: ampliorem virtutis cognituri gratiam propter indignam repulſam. Non venient, dicunt. Imò pervenient. Non venien in Siciliam. Neſciebant Patris providentiam. Extendit ſuper æquora pallium, & fecit tutum navigium: venienteſque venerunt ac pervenerunt, cum exultatione; quia appulerunt Siciliam, & ſine rate. Patuit via per fluctus, in iter Franciſco invitante ſocios, ac deducente viâ mirabili mirabiliore virtute: quippequàm potentia, dominiumque ſuper æquora floruit; ubi ad mare ſine rate, ut pertranſiret, adivit. Sine formidine tranſit: ſocijque cum illo in fluctibus magis tuti, quàm qui transfretabant in denegata nave. Ad unguem Marius Victor, lib. 2. *Geneſeos*, à v. 482. & Alcim. Avitus, *lib.* 5. à v. 501.

Sine rate tranſierunt, aptiùs quã rate.

Pſ. 125. 6.

Pallium ferebatur celſius undis.
Sic flecti neſcit, metuat vel pondere ſcindi.
Iam medium creſcens illud contexerat unda,
Nec tamen obſtructum penetrat vis improba, quamquàm
Verberet, & pallium fluctu feriente, fatiget.

Mar. Vict.

Pulſatur motibus, ſuſpendens undique molem:
Quòque vocant undæ, ſequitur iam mobile pondus.

Alcim. Avit.

8 Vidimus, quomodò Chriſtus & Petrus ambularunt ſuper fluctus. At Petrus, videns ventum validum mergi timuit;

muit; & quia timuit, mergi cœpit. Vel Profanus dixit ubi supr. 2. *Amor.* 11. v. 22.

Ovid. *Credite: credenti nulla procella nocet.*

Hinc Christus extendens manum apprehendit eum; dicitque illi: *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Tunc alij discipuli, *voluerunt accipere eum in navim.* At Christus noluit acquiescere, *Ut clarius esset miraculum*: ait Chrysost. hìc, *Homil.* 42. Alapid. in *Matth.* 14. exponit: *Id noluisse, sed unà cum Petro magno spatio super aquas ambulasse.* Sit ergo. Verùm contrarium occurrit in Matth. testimonio: *Cùm ascendissent in naviculam*: ait. Quomodò ergo in navicula, & extrà? Unde si super aquas ambulabat cum Petro, erant simul in navigio? Est collatio super fluctus ambulantium, atque in navi cum tempestate manentium; ut clarius esset miraculum, & Petrus non formidaret, quantumvis fluctus crispantes ex procella videret: equidem secutior super aquas virtute Magistri; quàm qui timentes portabantur in navi. Hi littus petebant: Christus & Petrus super aquas ambulabant: dicunturque esse in navicula, dum siccis vestigijs calcabant æquora; quia quasi in navi essent, nil impediebat, ut in portum pervenirent. Idem in conciliationem Antilogiæ, subdit: *Noluisse invitatum ascendere in naviculam, sed pòst prope terram cùm essent, ascendisse.* Cur igitur priùs ascendere in navem noluit, ac postmodùm annuit? Intendebat omnes simul appellere; quod non fieret, si ille cum discipulo in portum incederet super mare: siquidem priùs pervenissent, quàm navis vento valido tangeret terram; ambulantes coram illis mirificè super aquam. Hinc ut introivit, navis è medio mari littora tetigit. *Statim navis fuit ad terram.* Nonnus hìc. *Divinà agitatione* (inquit) *navis spontaneè appellebat ad longinquum portum, veluti mens alata.* Statim perfectum, quod incedendo super mare fuisset factum; & expressum illo præsente in navicula, quod patraturus i naqua: igitur è medio mari littus perniciter tangeret; priusquàm navis agitata velo & brachijs perveniret.

Ioann. 6 21.

Chrys. Alapid.

Matth. 14. 32.

Et sine formidine.

Alapid.

Priùs pervenerunt quàm qui erant in navi.

Ioan. d.

9 Ergo Bethsaidam feliciter, illo comite appulerunt, videntes multiplicatum prodigium. *Cùm egressi essent de navi, continuò cognoverunt eum.* Apud Matth. d. v. 33. *Qui in navicula erant, venerunt & adoraverunt eum.* Cùm ad illos venit ambulans super mare, non cognoscunt; & in terra continuò incognitum cognoverunt? Quæ facta, quia mirabilia, arbitrabantur phantastica. Videbant usque in mentis stuporem, verùm haud præbuerant fidem; cogitantes impossibile, super aquas ambulare: adorantque (cùm vidissent in terra: facientem tot mirabilia; quia cognoverunt iam in littore ut miraculum, quod in mari iudicabant cogitationis ludibrium. Secùs minimè accidit nostro Francisco, superato mirificè Siciliæ freto. Videntes pallio cum socijs ambulare super mare; dixerunt: *Phantasma est.* In littore cognoverunt, quantæ virtutis fuerit, quem è navi vecors impudentia excussit: etenim apparuit ibi dignus adoratione, tanta donatus mirabili potestate; quæ priùs estò visa, non credita, quasi species illusæ cogitationis, pondus elevari ab aquis: virique ut potè Sancti mirè demonstrata in littore probitas; quippe idem ipse qui priùs ambularat super aquas. Pende prodigium. *Qui in navicula erant venerunt, & adoraverunt eum.* Ergo Franciscus iam erat in terra; dum venerunt adoratum, qui in navicula. Profectò. Non navigabat, currebat: imò celsior fluctibus volabat; frustrato proposito nautarum, adiens sine periculo maris periculum: quandoquidem si inficiati fuerunt navis accessum, ne in Siciliam veniret; Franciscus super aquas cum socijs extenso pallio pervenit. Priùs pervenit in portum, quàm qui in navi vehebantur; facta navi ex palliolo ut miraculo confirmaretur miraculum, quin timor irrueret in socios, vel videntes ventos validos, verberantes pallium in medio elationis, fluctuum: etenim securiores erant æquore, Francisci virtute, ac Magistri potestate, ut pervenirent in portum; quàm quos portabat denegatum in transvectionem navigium.

Marc. 6. 54.

Navis non credebat prodigio, quousque viderunt in portu.

10 Occurrit curiositati, vel devotioni, cur si absque pallio transfretatio fieri miraculo potuit; sibi & socijs Franciscus pallium in aquis extendit? Effulsit in Francisco, quod veneramur in Apostolo Petro. Apparuit post resurrectionem Salvator N. ei, & discipulis alijs ad mare Tiberiadis. Miraculo facto, insigni captura piscium; cognitum seu præconceptum, prequem insigne miraculum. Tunc Petrus, *cùm audisset, quia Dominus est; tunicâ præcinxit se, & misit se in mare. Alij autem discipuli navigio venerunt.* Elucet in ferventiore Apostolo, quod vidimus in Francisco. Alios navigium vexit: Petrus in mare se misit: & cum tardior per aquas esset transitus, prior pervenit in destinatum littus; ut miraculum itineris alio constaret

Ioa. 21. à 7.

staret miraculo : siquidem priùs veniens potitus voto , quam venirent , qui venerunt in navigio. Dubium mentem subijt,
Chrysost. Quomodo venerit ? Chrysostom. hìc, *Homil. 86.* dicit : *Natando venit.* At in *Matth.* Homil. 51. infit : *Super aquas: pariter etiam post resurrectionem fecit.* Verùm quorsùm *pallium* (iuxta Caietan.) assumpsit Petrus , modò super aquas ambulaturus? Non poterat , ambulante super
Caiet. aquas fieri prodigium , quin sumeret pallium ? Quibat : sumpto pallio , portentum summè crescebat : etenim videbant illum navigare extenso super æquora pallio; sicut alij transfretabant in navigio. Signum divinæ superioris potestatis in mari, super illud ambulare , & vestigia non cognosci · palliumque sumitur , dum mare pede calcatur ; quia virtutis singularis insigne, ambulare super fluctus & sicco pede. Unde Ethnicus 10. *Metam.* fab. 11. modulatur appositè:

Pallium Franciscus fecit navigiũ.

Apoll. *Emmicat & sumã celeri pede libat arenã:*
Posse vides illum sicco freta radere passu.

11 Imperfectum iter arbitrabantur Gentiles , modò in simili portento maderent pedes. Quapropter de Orione succinuit Apollonius Rhodius, ubi supra, *n.* 1.

Ovid. *Ille super cana currebat*
Unda , neque celeres tinxit pedes: sed paulum extremis
Plantis madefactus , liquidà vectus est via.

Idem de Achille , Quint. Calaber , *lib.* 8. *v.* 155. *Pedibus pelagus transcurrit , extrema tingens.* Micat altioris potestatis insigne ; dum calcatur mare , sumptà in transcursum madibili veste; ut ex aquæ repulsa , dum circundatur ; iterato miraculo
Nec quæ ad uit. miraculum comprobetur : etenim sumpto pallio (æquore super illud oppresso) ut lucerent multiplicata miracula ; in pallio extenso , aquæ meris neque gutta. Haud aliter vestis sumitur ad natandum , vel ad iter super æquor agendum: igitur ficca manet , quasi non natasset , nec super aquas
Mosch. procederet. Dixit de Numine Moschus, *Edyl.* 2. à v. 46.

Pede per mare ambulat , natanti similis.
Marini dux itineris , per mare quasi per terram,
Immadefactus ruit.

Natanti similis , dicitur : Idest plici : perproprie, sicco pede ambulanti super mare, & siccà veste : etenim piscis vagatur per aquarum profundiora , sed non tangitur ab aqua. Hoc pallij Eliæ fuit insigne privilegium , dum eius tactu Iordanis divisæ
4. Reg. 2. 8. sunt aquæ in transitum. Aquam rectigit, non tactum ab aqua : igitur siccum resumitur , quasi ab aqua minime tangeretur. En Petri articulus , dum ab illo petitur portus. Misit se tamquàm piscis in mare: ut posset procedere, pallium sumpsit: super aquas extendit : pallio super illas ambulavit. Maduit ? Nullo modo. Nonne extensum in aquarum pelago ? Sanè. Micabat sicut extenderat : igitur ut in proprio habitu esset , siccum palliolum resumpsit, quasi aquam non tetigisset.

12 Innovantur in Francisco cœlestia signa miraculis fulgentibus super illustria miracula. Valebat mare pertransire pede: utquid igitur utitur in portento pallij extensione ? *Postquàm pervenit in portum, mirantibus cunctis , pallium eduxit & induit , nec guttà madidum.* Non solùm patratrum prodigium (ait Sanctorus ubi suprà , & Victor , in eius *Vita*) ambulando super mare ; sed allud factum in veste , cognitum in exitu , ubi potitur voto. Pallium tetigit æquora , verùm non tactuum ab aqua. Erat sicut pisces æquoris, qui perambulant semitas maris : igitur Pater Sanctus ex aqua pallium resumpsit, quasi numquàm elementum super aquas tetigisset. Sumat ergo in ter per mare pallium, quod nutu cœli virtute possit vertere in navigium ; & simul insigni gratiâ feliciter continuare prodigia : etenim quem aquis cogitabant ebrium , ex fluctibus quassatum, resumpsit habitum siccum. Pes non est tinctus: nec habitus: invenit quippe vestem intactam, quasi iter cum socijs confeciisset super terram.

Sanctor. *Addit miraculis alia.*

13 Divisæ sunt aquæ Iordanis ad Arcæ conspectum, ut populos in terram promissam transiret per siccum. Numquàm Iordanis maiori fluxu , cæterùm victus miraculo. *Sacerdotes qui portabant Arcam Fœderis Domini stabant super siccam humum in medio Iordanis.* Grave argumentum habet huiusmodi periodus , sed inde plausus. Aquæ quæ scissæ , reversæ sunt in locum pristinum , dicitur *cap.* 4. 18. *Cùm ascendissent portates Arcam Fœderis Domini , & siccam humum calcare cœpissent.* Ergo priùs in medio Iordanis siccam humum non calcabant. Quo igitur pacto dicitur siccitas etiam telluris , ubi in medio alveo Iordanis existerent Sacerdotes ? Tractus maris in palliolo calcatus à Paulano, erit dificultatis expositio. In medio Iordanis erat aqua: aqua non erat in terra, quapropter humus dicitur ficca : siccaque dicitur humus ubi erat aquà ; ut luceret insigniter splendore singulare prodigium,

Iosue. 3. 17.

Siccum ab aquis resumptum alij quasi ambulasse per humum.

cùm

cùm in contrarietate nihil inveniretur oppositum : igitur absque ulla elementi gutta permanebant super aquam, quasi per humum ambulassent siccam. In huiusce expositionis intelligentiam, notandum est (relicta opinione Rabbinorum) de qua Nos in *Ephemerid.* 10. *Mart.* n. 4. (asserentium, tunc per se elevatam fuisse Arcam, quæ elevavit Sacerdotes, ut super aquas immadidi tractum transiret Iordanis) nonnullis placuisse (adi Maluend. in *cap.* 3. 8. & 15.) Primò Sacerdotes cum Arca trajecisse super aquas totam latitudinem Iordanis fermè usque in oram ulterioris littoris; & tunc per siccam Iordanis humum pertransisse populum, Sacerdotes haccine opinione erant in Iordanis aquis : populus in medio Iordanis, quasi in siccitate littoris. siccaque dicitur terra, quando fluctus fluvij Sacerdotum presit planta; quippequàm ita super aquas ambularunt Sacerdotes, sicut populus calcavit ariditatem telluris.

14 Quid expressius in Francisci causam? Astruunt miracula virtutis potestativæ excellentiam. De præsenti miraculi origine, dicemus fusè *Didascal.* sequenti. Omnia illi elementa deserviunt ad nutum voluntatis, quo factus prodigium multis. Illo præsente in lapidicina ingens irruit è cœlo aquarum procella. Fugientibus socijs mansiti: tempestas recessit; sed ille inventus, quasi non pluisset. Bag. Tom. 1. d. *lib.* 3. *cap.* 3. §. 3. *n.* 14. Rab. Eliezer cogitat, Eliam ante Achab currentem in Iezraël, pluviâ superveniente, neque guttam tetigisse. Procedit Franciscus in spiritu & virtute Eliæ parate Domino plebem perfectam. *Pluviam voluntariam* illi *segregavit Deus*, ut pateret electus iuxtà Nominis cor. *Pluviam imbris Dominus dabit* : dicit Zacharias. Septuagint. *Dominus faciet phantasias* : equidem in voluntaria discretiva pluvia videbatur phantasticum; cæteros tangere, & præterire Franciscum. Ab illo *prohibitæ sunt stillæ pluviarum.* Ierem. 3. 2. In propatulo subdiò reverente aquâ, absconditus est *à turbine & pluvia.* Isaì. 4. 6. etenim Deus Francisci ostendens virtutem, *ponebat pluvijs* inviolabilem *legem.* Mellius Sousa hic floridè succinit:

Illæsus à pluvia.

Psalm. 67. 10. Zachar. 10. 1.

Iob. 28 26.

——Fluctusque coërcet,
Ille modum pluvijs tribuit;
Nubibus imbriferis leges cùm providus æquas
Sanciret, rapidis & vento agitante procellis.

Sousa.

Tunc vidit illum clarisque ostēdit Olympi
Civibus, & pulchrum summà virtute paravit
Mentibus humanis.

Quid ultra? Dum atra nubes super alios procellosè irruit; à Francisco imber abijt & recessit.

15 In capturam à militibus sexaginta iussu Regis quæsitus, invisibilis factus (idem qui sumptà, *lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 6.) ita ut cùm esset tibi in templo inveniri non potuit. Quare cùm in Calabria esset despectus, & à potentioribus expulsus; pervenit in proximum montem : sedit super lapidem : & cùm discederet à petra, reliquit tibi, cedente saxo, impressa pedum vestigia. Idem ibid. *lib.* 5. *cap.* 1. *Apendic.* 2. n. 64. Christi nostri Salvatoris prodigium regerit nunc, quando in templo in necem præparatis lapidibus, *abscondit se* : ideſt, evanuit ab illorum oculis, factus illis invisibilis : & qui præsens non apparuit, cum illis per medium illorum mirabiliter exivit. Vigilanter utriusque Francisci tractus exprimit imaginem, similis articulus; Christo in patriam veniente felicem, simulque infelicem urbem. Expulsus est à civibus, omninò despectus, & ut mitteretur præceps, montis usque supercilium deductus. Illorum propositum, uti ab ira, fatuum erat. Iesus cognoverat, & *transiens per medium illorum ibat.* Expulsus illorum manus evasit, in montem fugit, super lapidem sedit; & sicut ait Lyran. hìc nosque in *Ephemerid.* 10. *Iun.* n. 6. *Ad tactum axum illud subterfugit, ut instar ceræ solutum, vestigia pedum in eo apparent.* Franciscus Salvatoris imitatur opus, parique passu currunt & studium & obsequium. *Angelorum ministerio usus est* (ait Francisc. Victor. in eius *Vit.* lib. 2. cap. 1.) *octondecim trabes ad Ecclesiæ usum invectæ una nocte expolitæ sunt.* Ut quiesceret à labore, Angeli accesserunt & ministrabant ei. *Trabes* (adinstar Salomonis) *posuit in domo* : *& malleus & securis & omne ferramentum* ; *non sum audita in domo, cùm ædificaretur.* Quid audiendum cùm plura fierent ministerio Angelorum? Trabes gravissimæ trahebantur sine pondere. Bagatta, d. *lib.* 4. *cap.* 5. n. 19. Similiter lapides : *lib.* 5. *cap.* 1. §. 1. *n.* 19. & *Annal. Minimor.* ad ann. 1464. Ulteriusque ut operi essent apta in unum redigebat ligna brevia, *lib.* 16. *cap.* 1. §. 7. *n.* 1. Quid amplius? Summum profectò miraculum, si facit utraque unum: & ut canit Profanus, 1. *Metamorph.* Fabul. 1.

Invisibilis factus, vestigia pedum impressit saxo.

Ioann. 8. 59.

Luc. 4. 30.

Lyran.

Vict.

3. Reg. 6. à 6. *Utitur Angelorum ministerio.*

Sine pondere gravia: continuat divisa ligna.

Sine

Ovid. ——*Sine pondere habentia pondus.*

16 Uti Angelus in fornacem missus constituit ignem, quasi ventum roris flantem; ut quem obedientia coëgit, illæsus exiret. Victor, ubi supr. etiam ipse introivit. Abrah. Bzovius, *Annal. Ecclesiast.* ann. 1507. Tunc verè Angelus, cuius imitatus munus: igitur voluntariè descendit in fornacem, ut protegeret virtutem. Exivit sicut intravit, quia sentiret voracissimum incendium; sicut Abram eductus de *Ur Chaldæorum.* Ex professo in *Ephemer.* 14. *Iun.* num. 2. & 17. *Iul.* num. 1. Titiones extinctos semel Franciscus insufflavit, & flatu incendit. Bagatta, *lib.* 2. cap. 1. §. 3. num. 7. Spiritus Domini insufflavit in eos. Ex meditatione eius in ligna exardescit ignis; ex flamma flagrantis cordis; qua gratiæ eminebat magnitudo, dum *carbones succensi sunt ab eo.* Quid mirum? *Ignis à facie eius exarsit.* Non est qui se abscondat à calore eius. *De naribus eius procedit fumus*: Si fumus signum ignis, quantus ardebat in penetrali pectoris! Pro igne, Franciscí flatus sufficitur: eo, dum ligna parabantur, *accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.* Sicut olim in littore maris, præsentiâ Salvatoris, discipuli prætut exigebat necessitas, invitati ad prandium, sine igne *viderunt prunas positas.* Mira facere ex potestate valet. Omnia mirificè potest; eius cedentia (præut opus) arbitrio. *Commovet terram de loco suo. Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subvertit.* Potentia obedentialis est voluntas Conditoris. Franciscus non condidit, cæterùm miram potestatem habuit; ubi insensibilia eius voluntatem atque præcepta percipiunt: & quos subvertit nescierunt; quoniam insensibiles rupes per naturam, dumtaxàt sensum accipiunt ad obedientiam: non ad alterius imperium immobilibus conceditur motus; sed tantùm *ad audiendam vocem sermonum eius.* Sousa hìc:

Illæsus ab igne.

Gen. 15 7.

Carbones flatu accēdit.

Psalm. 17. 9.

Iob. 41. 21.

2. Mac. 1. 22.

Ioā. 19. 9.

Iob. 9. 5

Montes trāsfert.

Pſ. 102. 20.

——*Celsos nutanti vertice montes*
Transtulit ipse locans aliò.

Sous.

17 Referunt fusè qui supr. ex quibus Bagatta, *lib.* 5. *cap.* 1. *§.* 3 *num.* 10. qui ibid. *lib.* 4. *cap.* 1. *§.* 5. num. 34. inquit: *E cistula plena pomis cùm supra ducentos adessent, & singuli malum accepissent; cistula remansit plena.* Franciscí anima, charitate eximiâ, elucet Dilecti Sponsa. *In portis nostris omnia poma: nova & vetera.* Bene *omnia*, quippe omnia necessaria, omnibus distributa. At quæ nova & quæ vetera, si tantùm unica? Quid mirum, si inter vetera sint nova; ubi in portijs Monasterij in tot adstantes multiplicata? Ibi profectò imminutâ cistulâ, omnia poma, nova & vetera. Novum erat in Franciscí manibus germen; cùm vetera tantùm essent in distributionem. Lapidem in aëre suspendit, ut qui stat, videat ne cadat. Cæcum etiam calce illuminat; ut non solùm ex cæcitate pateret miraculum; sed etiam per instrumentum, illuminationi oppositum; sicut Christus cæcum illuminavit per lutum; & Isaìas ulcus sanavit massà ficorum. Ita qui dudùm, *lib.* 5. *cap.* 1. *§.* 3. 10. *& Tom.* 2. lib. 2. cap. 1. §. 1. num. 11. ubi addit: *Alij cæcitate laboranti misit sua conspicilla: quæ vix oculis adhibuit; cum stupendo miraculo visum recepit.* Cæco mittit occularia? Res sanè nova: at dum per Franciscí manum in visum efficacissima. Sanatur à Christo cæcus, super oculos eius impositis manibus. Aliquantulum vidit, sed non perfectè. Unde Dominus *iterum imposuit manus super oculos eius, & cæpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia.* Quorsùm manus imponit super cæci oculos? ut videat minùs? Adinstar crystalli erant Domini manus. *Per manus Christi oculis suis superpositas videbat:* ait Scholiastes Chrysostomi, loc. citando. Negat miraculum hìc Alapide; sed sine fulcro: ipse enim S. Doctor, in *Marc.* Homil. 9. inquit: *Imposuit manus super oculos eius, & cæpit videre. Si humana esset virtus, utique etsi videret, manibus super oculos impositis, videre non poterat; sed manus Domini omnibus oculis clarior est.* Lumen amiserat, qui cæcus degebat. Restaurationem petit, & medicus cœlestis super oculos eius manus imponit. Quorsum? ut recipiat visum: etenim cum manus essent crystallus, illuminans oculos; facta ex illis conspicilla, ut clarè, qui cæcus, videret omnia, & novum clareret miraculum per instrumentum undecumque importunum: igitur ei restitutus oculorum sine lumine splendor, per conspicilla quæ impositione manum ei contulerat Salvator. Patet conspicilla fuisse, ut cæcus videret clarè; quippe minimè manus imponeret super oculos, ni ad corroborrandam aciem deservirent ut crystallus.

Lapidē in aere suspendit, & calce cæco lumen restituit

Bagatt. Marc. 8 25.

Chrysost.

Per eius conspicilla videt cæcus

18 Etiam adinstar Elisei aquarum amaritudinem convertit in dulcedinem: pro levamine sitis adinstar Angeli cum Agare, & Isaiæ, elicit salubres fontes.

Alia mira.

Ut Elias mortuum suscitat: uti Daniel animalium ferociam alligat. Quid plura? in eius mirabilia inefficax lingua humana: necessaria prorsùm Angelica; ut contigit in pictura. *Cum quidam pictor* (in eiusdem Patris *Vita* dicitur, lib. 5. cap. 12.) *eius imaginem ad vivum exprimere vellet, & pro virium tenuitate eam perficere non posset; Angelus è cœlo delapsus, accepto penicillo, extremam manum adhibuit; quod quidem omnibus stupori & admirationi fuit.* Appositè in articulum verba Sapientiæ exponere possumus. *Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio; nec umbrà picturæ labor sine fructu, effigies sculpta* (Æthiop. *Expressa*) *per varios colores.* Induceret enim pictoris manus invalida in errorem; quia labore sine fructu, per varios colores vivam veramque Francisci haud expresserat imaginem: at minimè, colentes ex corde induxit; quippe sumpto peniculo, Angelus ad vivum effigiem dexterè expressit: visusque fructus facti laboris, quoniam Angelicà manu demonstrata vera effigies. O pictor!

Eius imago ab Angelo picta.

Sapient 15. 4.

——*Nimium ne crede colori.*

Totum studium manus affectricis, ut assimilet Franciscum imagini hominis. Labor sine fructu, & tantum labor. Non est species imagini, neque decor. Ad nihilum, quia inutilis, redigenda; quippe ab Angelo formanda, ut imago coloribus superioris artis, exeat ad imaginem similitudinis. Franciscus si ab homine pictus sit; possumus interrogare: *Cuius est imago hæc?* Artifex figurabit illum? *Quàm imaginem ponetis ei?* Symmetria & colores de cœlo necessaria, ut Francisci exprimatur vera forma. Ei sanè, etiam homini, *mensura hominis, quæ est Angeli.*

Virgil. 2. Eclog. v. 17.

Matth. 22. 20. Isai 40. 18.

Apoc. 21. 17.

19 Imago Francisci est imago charitatis, quia totum quod continet, scientiam habet vocis. Describi, *Tom. 4. T. 12. D. 5. num. 1. & 5. T. 10. D. 5. num. 6. Virgo scilicèt facie roseà, ardente cyclade coccineà amicta, alis instructa, in capite gestat coronam auream, carbanculis distinctam & effulgurantem: digitus ornatur annulo pyropo radiante: una manu gestat cor rubicundum, flammas vibrans, alterà arcum & sagittas ignitas.* Hi sunt charitatis colores. Coruscat Francisci cor speculum charitatis. Non refrigescit; cùm cætera frigent calet. Vis utrique una. Duplex sed unica forma. Aptè apud Picinell. lib. 15. *Mund. Symbol.* n. 210. in signum cordis, cœlesti flammà flagrantis, expri-

Imago charitatis, Francisci imago.

mit speculum coneavum, Solis ardore percussum, radios emittens à cœlo haudquaquàm degeneres; cum lemmate: *Communi non igne.* E cœlo in cor Francisci charitas (virtutum Sol) ignem misit; & erudivit, ut imitaretur imeginem: etenim cùm radiorum cognosceretur pretiositas; in corde & ore eius nihil inveniebatur nisi charitas. Ex abundantia cordis os loquitur. Hermann. Hugo in *Pijs desider. anim. Vot. 1.*

Picinel.

O Deus! aut nullo calcat mihi pectus ab igne,
Aut solo calcat ignis amore tui.

Herm. Hug.

DIDASCALIA IV.

Elevationis corporis Francisci super aquas, origo & charitas & humilitas.

1 CUM illo, in eius pallio super aquam, socij venientes venerunt atque pervenerunt in Siciliam; ut vidimus, *Didasc. anteced.* Alij descendunt mare in navibus: Franciscus & socij pedibus, facientes operationem in aquis multis, confusis rubore pugnacibus nautis; igitur viderunt opera & prodigia in pallio, atque mirabilia eius in profundo. Nautæ in navibus, & cùm timore, in tempestuoso mari, pleno & monstris & periculis, si quod aliud; quippe numquàm expertum serenitatem, quod numquàm nec ad horam vidit planitiem. Audi Senecam in *Medea*, à v. 350.

Pf. 1256. 6.

Prodigia Paulensis, calcatis fluctibus marit.

Quid? Cùm Siculi virgo Pelori,
Rabidos utero succincta canes,
Omnes pariter solvit hiatus?
Quis non totos horruit artus?

Senec.

Franciscus cùm socijs utens pallio pro navigio, & lætè per fretum potitus voto: etenim cùm, ut ibi dicitur, v. 326.

Avidus nimium navita flatus
Optat, & alto rubicunda tremunt
Suppara velo;

Idem.

Illa novà rate, & inventione (ignorantibus navarchis viam navis in medio mari) cùm suis Franciscus securè vehitur, ulteriusque littus attigisse conspicitur. Rem acu tangit, etsi aliò dixit Iuvenalis, *Satyr.* 12. à v. 63.

Ia-

——*Iacuit planum mare, tempora postquàm*
Prospera vectoris, fatumque valentius Euro,
Et pelago ::. inopi miserabilis arte cucurrit,
Iuven. *Vestibus extensis, & quod superaverat unum.*
Tandem intrat positas inclusa per æquora moles,
Tyrrhenumque Pharon; porrectaque brachia rursùm,
Quæ pelago currunt medio, longèque relinquunt
Italiam. Non sic igitur mirabere portus,
Quos natura dedit.

Sanè, quandoquidem mare cæteris procellosum; Franciſci pallio ludibrium.

Psalm. 103. à 25. 2 *Hoc mare magnum & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis: illic naves pertransibunt, Draco iste* (infit David) *quem formasti ad illudendum ei*, &c. Frequenter DD. intelligunt mare, & per terras extensum; in quo plura aquatilia animalia, & Leviathan superior corporis vastitate inter maiora. Verùm à nonnullis, quia demonstrativè signatur, *Draco iste* ipsum mare non sine fulcro intelligitur. Unde sensus testimonij: *Hoc mare magnum, quò plura pericula, & naves; sicut draco est: attamen illuditur industriâ hominum; igitur per illud naves pertranseunt.* Hinc adinstar draconis, à Marullo dicitur *Monstruosum & Truculentum.* Lucretiusque *lib.* 1. de *Rer. natur.* v. 95. inquit: *Avidum mare*, & *lib.* 2. à v. 553.

Mare adinstar draconis monstri horribile *Disiectare solet mare magnum transtra, gubernæ;*
Lucret. *Ut videantur, & indicium mortalibus edant,*
Insidi maris insidias, virosque dolumque
Ut vitare velint; neve ullo tempore credant,
Subdola cùm ridet placidi pellacia Ponti.

Sit ergo, & relicta Rabbinorum fabula, videnda in *Ephemerid.* 22. *Martij.* num. 2. Hoc ergo mare per quod transeunt naves, plenum profectò periculis ex procellis. Unde argo draco iste horribile monstrum datum in ludum? Gaudent homines iactari? Quærunt illidi? An facies hominis, sicut pisces maris? Quare igitur in lusum exponi dicitur? Quia navibus deridetur: equidem esto vorax, tempestatibus minax, ne pertranseant naves, commotis fluctibus, fulminatis procellis: elluditur & illuditur totus furor procellarum; quippequàm vel illo æstuante, illic naves pertransibunt. In ludribrium maris inventa concava navium, ne nautæ sint in maris ludibrium. Cum navibus mare ludit: illudit, dum illas summergit: cæterùm illuditur; ubi per eius pericula ratis sine periculo ferur. Maius ludibrium, ubi ineptum instrumentum: dracoque iste deridetur à Francisco; quoniam sine periculo, fluctus feri maris illuduntur solo pallio. Eius navigationi monstrosè oppositus draco iste; sed ad illudendum ei: igitur securiùs eludit pallio, fremente freto, mare per transiens Franciscus; quàm tabulæ confidentes, qui portantur in navibus.

Franciſci quum vis procellorum ludibriũ.

Maluenda. 3 Appositè Maluenda hìc legit: *Istud mare magnum, ibi calcatile.* Satis in ludibrium eius, quod per illud navibus daretur transitus: *calcatileque* expositum, ut aliquando maius pateret ludibrium; in lusum dato monstrifero sævo dracone, atque fractâ feritate: quandoquidem eludens pallio excitatas procellas, Franciscus cum socijs ferebatur super aquas. *Hoc mare magnum est Mediterraneum*; ait Turnebus 19. *Adversar.* cap. 20. & Plin. *lib.* 9. cap. 15. attestante Isidoro, lib. 13. *Origin.* cap. 15. & dicente cap. 16. *Mare magnum est, quod ab Occasu ex Oceano fuit* &c. Hoc est ludibrium Franciſci, calcatis fluctibus periculosis Pelori: equidem in cunctorum admirationem, ut posset mirabiliter transire, è palliolo fecit navem. Retorquendus Lucretius, d. lib. 3. à v. 1033. Franciscus facit mirabilia in profundo, habitu super æquor extenso.

Mare magnũ est Mediterraneum.

Isidor. *Ille quoque ipse, viam qui quondam per mare magnum*
Stravit, iterque dedit legionibus ire per altum,
Lucret. *Ac pedibus salsas docuit superire lacunas,*
Et contempsit (*aquis insultans*) *murmura Ponti.*

Ps. 155.

Quid nostra Tautologia? Socijs Franciſci à nautis denegatur in Siciliam transvectio, quasi Magistro non esset vel mare magnum ludibrio. *Venientes venient, & cum exultatione*, vectoris mirabili potestate atque virtute: exultatio ex felicissimo ductu & adventu: sed inter tot virtutes fugit cognitio: etenim cognoscentes ignorabant, per quam illarum venientes, per vastum mare veniebant. Adimunt pondus charitas & humilitas, ut possint corpora ambulare super aquas. Transeuntes itaque Siculum fretum; videndum, per quas illarum.

Socij Franciſci ſciebãt & neſciebant per quæ ibant.

4 Otho Vænius *Amor.* Emblem. 47. pingit Amorem, sine rate, neque cymba navigantem, nec pericula timentem, cum lemmate: *In via, via.* Exponit epigrammate,

Imgo amoris.

Quæ non tenet Amor perrumpere opaca viarum.
Qui infidi spernit cæca pericla maris?
Pro rate cui pharetra est, pro remo cui levis arcus.
Ut portum obtineat, quid libet audet Amor.

Oth. Væn.

Cogitatio ex Ovidio, *Epist.* 21. à v. 211. & ex Plutarcho, in *Mario* dicente. *Nulla via in via saluti.* Quapropter Musæus, de Amore dixi in *Erone & Leandro*, vers. 255.

Plutarc

Ipse remex, ipse classis, ipse solus navis.

Musæus Eccli. 1 9.

Sapientia dicitur creata *in Spiritu-Sancto*: idest, *in charitate*; ut ait Pinna, hìc. Iccircò subditur, *cap.* 24. 24. *Mater pulchræ dilectionis*, quæ sanè charitas, cæterarum virtutum radix & summa pretiositas. Difficilis utiquè captu, quamvis perspicax cognitio: qua de causà præmittitur: *Radix sapientiæ cui revelata est? Et astutias illius quis agnovit?* Quæ enim cogitavit, ut intelligi ab humana cogitatione non possit? Ibidem exponitur. *A mari enim abundavit cogitatio eius; & consilium illius ab abyssо magna.* Quid enim cogitavit in mari & abyssо, ut sit incognoscibilis per astutiam cogitatio? Ambulare super aquas, ut eius mirabilis cognosceretur maiestas. *In fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti.* Sat erat ad miraculum calcatio fluctuum: igitur admirabile, progredi super aquam, quasi gressus dirigeret super terram.

V. 6.

Cap. 24 39.

V. 8. *Francisco maria sicut terra.*

5 Ulteriùs procedit sapientis charitatis cogitatio. *In fluctibus maris ambulavi.* Quid ultrà? Aggreditur Amor maxima: nulla enim via invia dilectioni & charitate flagranti. Inter difficilia (Septuagint. *Impossibilia*: Aquila, *Virabilia*: Vatabl. *Excellentia*) describit Salomon, *Viam navis in medio mari.* Hoc mirabile, quia difficile? Plus cogitat charitas, eludens maris procellas: igitur superit æquore, quasi esset in navi. Ne in mare à fluctibus summergantur, homines navibus in salutem utuntur. Navi vehi, mirabile est: super fluctus, sanè plus: equidem excellentius; quin mergatur sine navi, ambulare super fluctus. Magnum discrimen, inter ire navigando per mare; & super mare sine navigio procedere: illic scinditur: hìc calcatur. Scindi difficile: calcare, potiùs mirabile: hinc charitatis ab abyssо magna plausus, & à mari cogitatio eius: etenim elevatur super fluctus eius sublimitas; non habens quo in stuporem elevetur super aquas. Per mare ratibus ire, etsi mirabile, iam demonstratur *in quo.* Super fluctus ambulare, est elevatio *per se.* Mirabile utrumque; sed super fluctus ire, magis mirabile: siquidem dum naturale fluctibus maris summergi, contra naturam eminebat super. Nonnulli accipiunt testimonia de Sapientia increata in ordine ad incarnationem, inveniente viam mirabilem ad salutem. Ostium erat in terras occlusum, magnà abyssо peccatorum: hisce muris non erat charitati nimiæ transitus: verùm à mari abundavit cogitatio eius; ut via fieret, ubi nec semita apparuit, conculcatis periculis maris, ingenio excelso superioris amoris; quippe in partes terræ inferiores descendit, dum in fluctibus maris sine semita ambulavit. Haud deterruit maris furor: ut portum obtineat, quidlibet audet amor. Videre, quod ille sit solus per aquas nimias: spiritu ferebatur super aquas. Ipse remex, ipse classis: navis ipse, pharetrà assumptà pro rate: quandoquidem charitate ingeniosà apparuit arrida, in hominum salutem: quoniam proculcavit fluctus propter nimiam charitatem. Alij intelligitur de Sapientia Incarnata, Christo Domino; cuius à mari in prodigium abandavit cogitatio: etenim cùm corpore è carne, & naturali pondere (sublimante charitate, ut alios in hac schola doceret) in fluctibus maris cum discipulo ambulavit.

Quantù miraculum!

Cognitio de incarnatione, quæ mysteria superat sublimitate.

6 Miraculum à charitate processisse; dicit in *Psalm.* 149. Augustin. *Currant dilectione* (inquit) *non quærant naves, sed pennas: duas alas charitatis apprehendant. Alas charitatis: peregrinamur, suspiramus, gemimus.* En theatrum N. Franciscі, dum appropinquavit ad mare. Sapientia ei desuper infusa, illapsa è cœlis; quæ quidem mater pulchræ dilectionis. Claruit, ubi charitatis ascendens cathedram, inter doctiores loquebatur sapientiam. *Cùm Doctores insignes* (dicitur in eius *Vita*, lib. 4. cap. 13.) *ad illum adissent, periculum factum, an vera essent, quæ à multis vulgata de eius sapientia, divinitus demissa; comiter suscepit, plenus divino Spiritu, quid de arcanis Scripturæ sacræ non aperuit? Difficiliores utriusque testamenti nodos tantà perspicuitate ac facilitate exsolvit; ut attoniti discederent, & tam altam doctrinam dum-taxàt*

Augusti.

Francisco scientia diffusa per infusa.

taxàt è cœlo derivatam agnoscerent. Non cognoverat litteraturam, sed charitate in Domini iam intraverat potentiam; & stupebant de doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Haccine igitur sapientia ad Calabriæ accessis oram, quia per charitatem transire cupiebant in Siciliam. Transitus denegatur, fluctibus maris eius votum impeditur. Peregrinatur, suspirat, gemit. Quid faciendum in angustia? Consilium illius ab abysso magna. Radix sapientiæ illi revelata fuit. Asturias illius quis agnovit? Ille dumtaxàt qui exercuit. Charitate cucurrit. Respuit naves, sumpsit pennat, aptavit sibi dilectionis alas. A mari enim abundavit cogitatio eius; igitur cogitavit ambulare super fluctus: extendit igitur pallium super æquora, quorum unda apparuit arida: ministranteque charitate flagrantes sublimes pennas; quin mergeretur, cum socijs ambulabat super aquas. Nulla via invia amori: non iter, itet amanti. Ut portum tentet, charitas quidlibet audet: etenim super aquas Franciscus extendens pallium; in Sicilia, quò tendit, invenit portum. Convertit charitas mare in aridam, ut eius sapientiæ demonstraret astutiam. Abnuitur navis: qui exasperant, non exaltentur in semetipsis: est sublimior classis ingenio amoris. Infidi spernit cæca pericula maris: igitur in fluctibus ambulavit, quasi transitus esset pertellurem; quia aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Floride & scitè Novarinus in *Aquis nuptial.* n.524.

In quo plus fulsit?

Novar.

Flamma cedere nescit aquæ.
Amor nec medio obrutus pelago.

Imago charitatis.

7 Symbolum ardentis charitatis, statuitur testudo pernicibus pennis: dicique quibat: *Iam testudo volat*, ex Claudian. in *Eutrop.* lib.1.v.352. De testudine refert Plinius *lib.*11.*cap.* 10. *Oblita sui, ita ut Solis vapore siccato cortice, non queat mergi.* Ex huiusmodi conditione (quam etiam attribuit Picinell.*6. Mund.Symbol.*n.162. Murænæ maris Siculi) stemma efformatur Charitatis; cum epigraphe: *Non summergitur adusta.* Unde *lib. 3.* ibid.num.469. lemma aliud: *Amor Addidit alas.* Originem habemus, ex qua in Francisco ponderis corporis levitas, ut sui oblitus ambularet super aquas; cùm videamus difficilia superata, victa impossibilia, ac in transvectione mirabilia excellentiora. Venit David *in altitudinem maris*, verùm *tempestas demersit.* Ita queritur apud Crucium hìc.

Plin.

Testudo calore Solis non mergitur

Picinel.

Ps.68.3

Crucius

Veni equidem pelagi delatus in ima profũdi;
Nam fera ventosi sorbuit ira freti.

Tempestatem patitur & in illa summergitur. Minimè operiretur æquoris tempestate, modò navigaret amore: quandoquidem tuto secaretur charitate etiam procellosum pelagus; quia removet à ponderoso corpore totum pondus. Non summergitur in tempestate Franciscus sublevatione amoris, estò venerit in altitudinem maris. Solis divini radijs adustus nimis æstuabat: summergi in aquarum multitudine nequibat. *In aqua plus ignis valebat*: ferebaturque super aquas; quippequàm in transitum sumpsit charitatis pennas. Quid mirum, si mare non opprimeret, cùm charitate volaret? Non ulla quibat iter perturpare tempestas; quoniam amor ad fretum addidit alas. Unde cùm corpus naturaliter feratur deorsùm, & flamma sursùm; flammà cordis & alis, corpus quod grave, ducebatur super aquas sine pondere. Non est in tempestate tempestas. Vadit pallium uti navis, quò ducit sola voluntas. Illa sola inflammata facit & perficit: *Quàm benè navigant, quos amor dirigit!* Ita Otho Vænius, d. *Emblem.*1.& N.Hæften. *Via regia Cruc.*lib.3.cap.10. accinit:

Charitate super aquas elevatur Franciscus.

Sap.16. 17.

Quomodò?

Oth. Væn.

Non timet Æolios ratis hæc, fera flamina, fratres.

8 *Lucerna ardens & lucens* plauditur Franciscus, in eius *Vit.* d. *cap.* 14. Hinc pingitur candela in medio aquarum camphora delibuta & incensa cum inscriptione, *Non extinguitur.* Huiusmodi flamma, flamma fidei vocatur ab Augustino: ambulante super aquas, & naufragante Petro. *Ambulabat super aquas* (infit, de *Verb.Domin. secund. Matth.* cap.14.) *sed titubavit Petrus. Titubatio ista quasi mors fidei fuit: sed ubi exclamavit, fides iterùm resurrexit. Non ambularet, nisi crederet; sed nec mergeretur, nisi dubitaret.* Lucerna erat Petrus, accensa fidei radijs; ita ut summergi haud valeret ab undis. Sursùm flamma elevabat, vel grave corpus; modò lucem avidè foveret pectus: equidem si inextincta permaneret, sine timore naufragij super aquas steteret. Lucerna ardens & lucens demonstratur Paulensis. Iure, dum fretum transcurrit ambulans super mare. Non est extincta flamma: & etiam procellà exortà? Non est extincta. *Ignis in aqua valebat, & aqua extinguentis naturæ obliviscebatur.* Non est summersus: flammà ex corde ardenti super æquor elevatur, quia lucerna non extinguitur. Non potest summergi sine pondere: ponduſque minimè super aquas

Ioann. 5.35.

Picinel. d.12. n. 58.

Augusti.

Cur plaudatur lucerna ardens, & lucens?

Sapient. 19.19.

ha-

habebat, qui corpore ferebatur super aquas; igitur semper super stetit, quia flamma lucernæ in portum usque permansit.

In mare mortuo lucerna accensa vagatur extincta summergitur.

9 Causa naufragij vel elevationis videtur perspicuò in lucernis locatis in mari mortuo. Hoccine de mari, sive lacu; diximus plura in *Ephemer.* 17. *Iul.* n. 1. & præter ibi signatos AA. videsis Aristotel. 2. de *Plantis*, cap. 2. & lib. 1. *Meteor.* cap. 3. Diodor. Sicul. 2. *cap.* 92. & 19. *cap.* 724. Pausan. *cap.* 153. Plin. 5. cap. 16. Cardinal. Vitriac. *Historia Ierosolym.* cap. 53. Maiol. *Tom.* 1. *Colloq.* 10. Tertull. *Carm.* de *Sodom.* Maluend. in *Iosuè*, 4. 16. Isidorus

Isidor.

verò, 13. *Origin.* cap. 19. deinde addit: *Lucernam accensam ferunt, supernatare: extincto lumine demergi.* Eadem Hieronym. *Epist.* 129. & Beda de *Loc. Sanctis*, cap. 12. Elucet modo quanta Paulensis charitas adorientis per aquas incognitas pedibus æquoris semitas. Non summergitur gradiens super fluctus maris. Erat in eo lucerna ardens & lucens: & graditur sine timore super æquora, quia in lucerna charitatis usque in appulsum perseveravit flamma. Ex defectu virtutis, pondus constat grave corporis. Si lux virtutis extinguitur, vel leve corpus summergitur. Lucerna ardentis charitatis collocatur in mare; dum Franciscus pallio in ulteriorem ripam cupit apellere. Charitas dirigit, eius lumine pervenit: & calcatis fluctibus? Erat sine pondere corpus. Pallio in aquarum superficie perextenso, Siciliam attigit sine naufragio. Naufragium prodit extinctione lucis: liberat flamma permanentis charitatis: dum graditur Franciscus super fluctus, ac illorum spumam; constat pectoris æstuantis numquàm defecisse flammam. Unde ut verbis Homeri, *Illiad.* 20. v. 228. utamur;

Homer

——*Per lata dorsa maris*
Ad summitatem littoris currebant.

Nascente Francisco splendores atque musica de cœlo.

10 Arbitror in miraculi prognosticum; Angelorum in eius natali canticum, & è cœlo iubar splendidissimum. *Nascente Francisco, hymnodiam personuisse Angelicam, & splendores admirabiles apparuisse*: ait Bonifac. Bagatt. in *Mirabil. Orbis Christian.* lib. 1. cap. 1. §. 2. n. 9. & cap. 2. §. 1. n. 25. Speculum splendet nativitatis Salvatoris: etenim illo è Virgine in lucem edito, dicitur: *Angelus Domini stetit iuxta* (Pastores) *illos, & claritas Dei* (promagna) *circunfulsit illos*:: *& dixit Angelus: Natus est vobis hodie Salvator, & subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus.* Fuit Franciscus missus à Deo, & in terris à cœlo plauditur, qui natus cœlo. Dum egreditur in mundum, lampades eius, lampades ignis atque flammarum; igitur non solùm erat lucerna ardens, sed etiam lucens.

Luc. 9.

Sic numquàm rapido lampades igne vacat. Lux corpus est: inquit Augustin. *Epist.* 3. & ex ipso Berchor. 5. *Reductor.* cap. 39. Non esse corpus, diximus, *Tom.* 5. Tautolog. 11. à n. 15. quia sine numero, sine mensura, sine pondere est; ut ait Ambrosius, 1. *Hexaemer.* cap. 9. Videsis ibi dictar Barthol. Grannuyse, sivi Anglicus, 8. de *Propriet. Rer.* cap. 40. asserit, substantiam corporeàm esse, sed summè simplicem, & nequaquàm accidens. Conciliantur sententiæ ex articulo præsenti N. Paulensis Francisci, super aquas ambulantis, vehementiâ splendentis amoris; in cuius signum lux nata; ut eius conditione lucis rutilatet excellentia. Omne corpus pondus habet: & ut lux, super aquas N. Franciscus procedit; quoniam adinstar lucis, ut calcaret mare, pondus corporis habebat, sed sine pondere. Hinc de Virgine gravida, serm. de eius *laudib. & partu*, infit Fulgentius: *Cùm esset gravida, salubri levitate plaudebat: Lumen enim quod intra se habebat, pondus habere non poterat.* Erat Christi corpus. Utique, sed comparatur lumini; quia adinstar lucis erat corpus sine pondere.

Ovid. 3 Pont. 3. v. 60. August.

Quomodò corpus lucis sine corpore?

Fulgen.

11 *Fiat lux*, dixit, Omnipotens; & *facta est lux.* Marius Victor: *Geneseos*: lib. 1. v. 58. apprimè, comptèque succinit:

——*Lux immissa superne.*
Emicuit cogente Deo: discretaque nigrum
Umbra peplum retrahens, summo discessit Olympo.

Mar. Vict.

Inquiritur à PP. de conditione lucis. Basilius, Theodoretus, & Gregor. Nazianzenus, ut alibi dixi; astruunt, lucen sine subiecto; fuisse creàtam. Latini verò PP. asserunt econtrà, fuisse corpus lucidum, unde lux habuit subiectum. Primum videtur mihi hyperbolicum, propter corporis lucis simplicitatem, in lucis excellentis commendationem; ut fulgeret corpus lucis sine pondere corporis: igitur ita Conditor lucem corpori ligavit; ut sine pondere corporis, quasi in subiecto non esset. Si simplex sine corpore qualitas, haud mirum, quòd illi non inesset ponderositas. Erant in re materiali, sive corporea, mirabile; quòd pondus esset in corpore sine pondere: etenim corpus præfulgebat lucis,

Cur dicitur creata in subiecto, & sine subiecto?

cis, sine conditione corporis. In subiecto lux est: at non dicitur, *Fiat lucidum corpus*, sed *Fiat lux*. Corpus non uti quantum, sed ut qualitas signatur, dum lux conditur; ut corporis lucis rutilet excellentia, inter cætera creata: equidem in lucis corpore neque signum gravitatis; quasi in illa non esset substantia corporis. Perpropriè splendor lucis signat Franciscum, dum Siculum in palliolo transit fretum. Ambulat super fluctus maris: & pondere corporis? Levitate plaudebat. Lumen illud, pondus habere non poterat. Non summergitur aquà lucerna incensa. Habet conditionem lucis vel in conditione corporis. Si corpus, cui pondus connaturale, non habuisset; transitus mirabilis fluctuum haud mirabilis esset: miraculum fit, ut constet quòd mira lux: igitur pondus eius corporis secat mirabiliter pelagus; quasi corpus, ullum non haberet pondus. Caro præ corpore ac quantitate corpora gravat: (o)rsùm inclinat. Paulensis econtrà corpus, fiducialiter graditur super fluctus. Luce vividè signatur, quicquid in illo ad stuporem videtur: siquidem in mare, stante pede, eius corpus sine pondere carnis, adinstar corporis lucis. Uti lux conditione mirificà fit, qui entitate non est lux; ut magis eluceat Franciscì excellentia, atque charitatis flamma, sursùm eius elevans corpus, ubi ab illo aratur velocissimè pelagus. Carnis moles fluctuat, verùm sine gravamine. Substantia quanta vehitur super aquas; sed sine pondere. Ubi pondus non est, fit super fluctus corporis elevatio: aliter, in liquido solidæ quantitatis summersio. Maius prodigium, ubi corpus liquidum solidum; vel ubi corpus grave, sine corporis pondere: videnturque mirabilia, ambulante Francisco super æquora; quasi non esset in pondus ulla corporis substantia. Prudentius in *Peristephan.* v. 1716. Ita Paulani pallium,

Ut terga calcans æquoris,
Siccis mearet passibus,
Plantas nec undis tingeret
Vasti viator gurgitis.
Cernunt stupentes nautæ.

12 Sæpe admirabiles patiebatur extases elevatus à terra; ait Bagatta d. *Tom.* 2. *lib.* 2. *cap.* 3. §. 6. *n.* 12. Quid si in aqua, qui elevabatur à terra? *Tempestas est* (ait Augustin. d. *cap.* 13.) *amas? Ambulas super mare.* Totum oritur ex igne cordis, & incendio charitatis. Quidni super fluctus alis flammarum, uti pernix in terra ambulat super pennas ventorum? In perpetuo super terram nonnumquàm motu semper est Monocodiata (Hispanicè, *Ave del Paraiso*) eò quòd, ut refert Aldrovandus, & Gesner. de *Avib.* alas habeat affixas cordi, cuius palpitatione fit motus, & cœlum versus. Picinell. d. lib. 4. num. 485. subscripsit: *Alta petit fixo corde.* Unde Causinus *lib.* 6. *Symbol.* 78. accinit:

Sæva nec humani patitur contagia mundi,
Par volucer Superis

Etenim cùm ex corde in motum flamma; volatus successione petit æthera. Terræ obliviscitur, & par Superis videtur; quia semper super. Unde fixo corde sursùm volat, in altis habitat, sine contagione telluris; quippe in volatum motus ex motu cordis. Perperàm Franciscus poterat timere naufragium, Siculum transgrediens fretum; habens alas cordi affixas, quas laboraverat charitas; quin moveretur pennis, nisi ex motu sursùm elevati cordis. Quapropter cùm super haberet alatum, atque cœlum versus, motum; in vasto mari, par Superis, naufragari nequibat, quippequàm vel habens corpus, super æquora volabat.

13 Dicit Bzovius originem in eius *Vita*, lib. 1. cap. 10. *Cùm ferventissimà charitate ad Deum oraret; sæpesæpius clarissimà luce, & rutilantibus ignibus circunfusus, videbatur.* Idem Bagatt. *Tom.* 1. *lib.* 1. §. 4. *num.* 54. Aptè in admirabiles elevationes, *rutilantes ignes*: equidem non valent rutilare, qui possunt ab aqua extingui: radijque (qui ex flamma cordis illustrabant lumina) nequibant extingui vel in aqua. Corpus radiorum non corpus. Hos fovebat, fons igniti splendoris, Franciscì pectus: & ille citra discrimen ambulabat super aquas; quippe ignis cordis corpus terreum levabat super aquarum spumas. Factum est prodigium, per *charitatis ingenium*: ideſt: *Charitatem ingeniosam*: ut ait Anselmus: etenim cùm corpus habeat naturaliter pondus, quo nequit calcare fluctus; Franciscì modum excogitavit charitas, quo corpus possit sine incommodo ferri super undas. Corpus replevit radijs ex igne cordis. Conditione flammarum, corpus sursùm: unde elatus Franciscus ingenio charitatis transivit mare; quoniam corpus constituit ad transitum sine pondere.

14 In propositum pingit Ioann. Orozius, lib. 1. *Emblem.* 8. cor alatum, cum epigraphe: *Ibi ubi.* Objicitur splendens articuli præsentis speculum, & etiam causa, qua

Conditio Monocodiatæ.

Picinell

Causin

Cur Franciscus nõ solùm super mare pergebat sed volabat;

Franciſci ſubſtantia corporis adinſtar corporis lucis.

Bzov.

Radijs rutilans, & elevatus à terra.

Prudent

2. Cor 8 8.

Anſelm

Corpus eius ſine pondere corporis.

Auguſt.

Orox. *Imago Charitatis.*

qua Franciscus in portum transit elevatus super æquora. Erat corpus ubi cor. *Ibi ubi.* Cor super erat, quippe volabat: Franciscus super fluctus incedebat. Super fluctus! Ubi corpus? Charitate, ubi cor, ibi. Cor super terram & super aquas se movit: Franciscusque velociter super mare transivit; quippe cor grave corporis pondus ad se traxit. Non erat cor ubi corpus: corpus erat, ubi flammivomum pectus: ibi ubi elatum cordis flammâ, tendebat in æthera: corpusque ferebatur super mare; equidem interiore charitate erat pondus sine pondere. A Siracho innuitur huius conditio corporis, respectu activitatis ac energiæ charitatis; ut esset ubi cor erat, & nequaquàm ubi stabat. *Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat.* Maluend. *Onus supra vires.* Coruscat Paulensis tractus, ubi cognoscitur naturale corporis pondus. Onus sumitur, & super onus gravatur; dum anima ponderi corporis subditur; ita ut pondus eius ferre non possit, & quasi tumentes fluctus super se formidet; ut asserit Iobus, 31. 23. Levatur verò, ubi pondus iuxta cor, eò quòd communicat honestiori se. Ut Franciscus transiret fluctus maris, corpus erat supra vires. Pulchrior erat anima ex flagrante charitate, honesto corpore: hoc transitum impediebat: & cum corpore fretum Siculum transibat; quia sustulit corpus onus grave super se, ubi communicans cordi, pondus elevavit cor: simulque fluctus transivit æquoris, quod absente charitate erat ultra vires corporis.

Quare corpus Paulani sine pondere?

Eccli. 13. 2.

15 Hinc Paulus ad altiora nos evehit; dum ut sursùm sint corda, charitatis ingenio, fideles urget. *Deponentes* (inquit) *omne pondus, curramus ad propositum nobis certamen.* Quomodò potest onus corporis deponi? Signat charitas Franciscí. Non est corpus ubi est, sed ubi cor. Opprimitur & elevatur. Opprimitur si corpus. Elevatur, si pus è corpore cor, ductum in æthera charitatis flamma: propositoque certamine, Franciscus graditur æquore; quoniam tracto corpore ab igne cordis, à flamma pectoris, corpus transivit per fluctus; etenim charitate omne deposuerat pondus. Erat Franciscus in corpore & in corpore non erat. Cum gloria prævalebat ignis; quæ conservata iuxta Petrum, *In cœlis in vobis.* Haud implicat, ubi prodigium charitatis explicat; uti patet in corpore Franciscí, cuius pondus corporis sine pondere; quia cor in cœlum alis amoris volabat, quando sicco pede, super fluctus incedebat: in cœlisque figuratur huiusmodi gloria, & etiam in terra; etenim nullum præeximia charitate pondus corporis, quasi gloriosè iam sederet in cœlis. Licet dicere, quod aliò Manil. 3. *Astronom.* cap. 1. v. 40. *Ordinibus certis sociavit corpus in unum, Aëraque & terras, flammamque, undamque natantem.* Manil.

Heb. 12. 1.

Erat in corpore sine corpore.

1. Petr. 3. 4.

DIDASCALIA V.

Humilitas constituit Franciscum super æquora excelsum, quia se reduxit ad nihilum.

1 QUEM usque in cœlum elevavit charitas, deprimet humilitas? Nullo modo. Qui se deprimit, non premitur; sed extollitur. Videtur iacere in profundo, sed collocatur in throno. Conditionem Augustinus cognovit, dum monens dixit: *Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.* Ita de *Verb. Domin. secund. Matth.* serm. 10. Hinc Salvator N. ut habitantes in terra super cœlos statuat; pusillo gregi humilitatem commendat. *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Commendat celsitudinem, vel humilitatem? Ex humilitate celsitudinem: equidem animus decore humilitatis non solum excelsus, sed excelsior cœlis factus. Discendum (iuxta mentem Augustini, ibid.) non mundum condere, non in ipso mundo mirabilia facere; sed humiles esse corde: igitur anima, humilitate prædita, faciet sanè mirabilia. Isthæc vera, & pretiosa: cæterum quorsùm? Ut intendamus corde in humilitatis exemplum? Quodnam ergo? Notitiam ab Augustino, d. accipe: *Magnus esse vis? A Minimo incipe.* Quis *Minimus* à se dictus? Qui in regno cœlorum magnus. Quis *Minimus*? Qui à Christo edoctus, super æthera elevatus. Quis colitur in Ecclesia, Minimi notâ? Franciscus à Paula: fecit enim humilitate mirabilia in vita sua. Patet prodigium & celsitas, ambulando super aquas, dum magis ac magis deprimebat humilitas: equidem virtus constituit excelsum, dum se

August. In cœlo humilitas habet solium.

Ibid.

Paulensis est in explan.

se reduxit ad nihilum. Crucius accinit:

Crucius

Eius augustum super astra cantu
Tollite nomen,
Ad plagam vasti maris occidentem.
Altior terra populis coruscus:
Cuius ardentem radijs Olympum
Gloria tranat.

2 Venit ergo ad mare cum socijs, ut diximus prioribus Didascalijs, sed in Siciliam, à nautis abnuitur transitus. Avertitur itaque humilis, factus confusus. Quid faciet? Sedebit solitarius & tacebit? Utique. *Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes.* Non solùm spes, sed votum impletum & plenum gaudium: etenim ut obtineret in transitum æquoris facultatem; humilis Franciscus se demisit usque ad pulverem. Ideo cum illo venientes venient cum exultatione, inventà ad maris transitum nave: siquidem Magistri humilitas, iussit eos ambulare super aquas: venientes ad fluctus cum gaudio & exultatione; quippe cordi voluptas, sine nave navigare: dicentes Magistro, ut modulatur Sanctius loc. præcit.

Thré. 3. 29.

Ps. 125. 6.

Transit pallio socios in littus ulterius.

Sanctius.

— *Nigris quòd nondùm mergimur undis,*
Noscimus, id totum muneris esse tui.

Videtur profectò in hoccine mirabili articulo, quod iubente Salvatore N. contigit Petro. *Sine ulla dubitatione* (inquit Augustin. de *Verbis Domin. secundum Matth.* serm. 13.) *ad verbum iubentis, ad præsentiam sustentantis, ad præstantiam regentis, sine ulla cunctatione Petrus desilivit in aquas, & ambulare cœpit.* Mare propter humilitatem Francisco concesit, quod nautarum malitia pernegavit; nec demersit tempestas aquæ, nec absorbuit profunditas freti, quos Franciscus levavit in pallio, ut annunciarent mirabilia eius in profundo. Venientes venient, nautæ tractum velint, nolint, & super aquas; quantumvis obstet illorum atque maris improbitas: igitur Francisci mirificâ humilitate, sociorum corpora vel in aquis sine pondere.

Augustin.

3 Rationem reddit contextus. Unde virtus, ut ambulat super fluctus? *Posuit in pulvere os suum*; & mare tutò percurrit, *quia levavit super se.* Plerique DD. legunt: *Quia levavit se super se.* Quid est hoc? Alapid. hìc: *Seipsum* (inquit) *supergressus, libravit se a terra in cœlum, ab infirmitate ad robur, à pusillanimitate in animi celsitudinem.* Appositè: verùm nostro articulo cumulatè Petrus Damiani, *Epist.* 130. *Levavit se super se* (ait) *undis excrescentibus, in altiora cumulatur.* In undis spectatur miraculum, ab humilitate productum. Transvectio à nautis repellitur: necessitas à charitate exponitur; sed auxilium denegatur. Obest etiam vastum fretum: quid faciendum? Extendere in mari pallium, admittere in illo socios, secare fluctus: & sine formidine? Sine terrore? Qua de causa? Longè à periculis pericula. Nequeunt summergi, quantumvis percurrant mare: rectàque vadunt Siciliam, per immensam intranabilem aquam, sine timore naufragij; quippequàm corpora habebant ad transitum sine pondere. Necessarium sine rate erat naufragium onere connaturali corporum. Cogitavit humilitas, quomodò in tanta necessitate nulla prorsùm interveniret necessitas. Pallium stravit, atque socios introduxit. Conturbati sunt omnes, qui videbant eos, & timuit omnis homo. Illis crispantibus undis nec formido. Dum per aquas procedunt, in altiora elevantur. Humilitatis effectus, corpori adimere pondus. Redactus est Franciscus usque ad pulverem; humilitasque concessit elevationem: etenim cùm socijs medio in mari liber fuit, quia levavit super se. Libravit se à terra in cœlum, ubi à circunstantibus timebatur naufragium, sed patrandum prodigium. Pende. *Se levavit super se.* Se levare est pondus corporis sursùm attollere. Se levare super se, est tollere pondus è corpore gravi. Proprietas corporis est gravitas, quam non solùm attolit, sed tollit humilitas: & ut insignis virtutis in mari pateret præclara dos, Franciscus pallium percalcans, se levavit super se; quoniam ut mare cum socijs transiret, & liber inter fluctus singulariter evaderet, obtinuit humilitatis per mirificam virtutem, quòd corporis gravis corpus non haberet proprietatem. Se levaret, si ambularet super terram. Pallio quidem incedebat super aquas: seque super se levavit pertransiens mare; quippe corpus constituit ad transitum sine pondere. Huiusmodi portentum est humilitatis flos. Ambulare super aquas, non omnibus datum est; sed illis,

Vers. 28

Alapid.

Petr. Dam.

Sociorū cōstituit corpora sine pondere.

Cur pondus sine corpore pendet ab humilitate?

——— *Quos æquus amavit*
Iupiter, aut ardens evexit ad æthera virtus.

Virgil. 6. Æneid. v. 129.

4 Intelligitur modò testimonium, quod nobis negotium faceret totà Tautologia, 10. *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est*: dicit Salomon. Quid in homine plantatur, dum plantatur homo; ut aliquando conveniat

Eccle. 3. 2.

meditanter evulsio ? Plantatur humana conditione : evellitur, supra naturam virtute. Pondus, dum efformatur, humano corpori figitur. Hoc habet corpus per se. Supra se si leve fit : tuncque virtutis miraculum ; dum à corpore evellitur, corpori quod proprium : quandoquidem eximium opus virtutis, quòd corpus constet sine conditione corporis. Vidimus à nautis Peulensem repulsum, ne posset Siculum pertransire fretum. Nequibat progredi corporis gravitate, à natura plantata; quia homini concessum minimè, ambulare super æquora. Tempus instabat, & necessitas urgebat. Evellendum virtute, quod plantatum conditione. Transvectio à nautis negata fuit : tempus venit evellendi, quod plantatum est : etenim ut sine periculo possent pertransire Siculum pelagus, totum pondus ademit à corporibus. Adstantes signant, luiturum naufragio temeritatem : nesciebant humilitatis virtutem, quæ evellit à carne, quod plantatum in ipsa corporis constitutione. Franciscus in periculo non timet : Numen *humiles spiritu salvabit* : igitur Francisco propter humilitatem concessit ; quòd ad calcanda mirabiliter æquora, sine pondere essent corporum pondera. Patuit, dum transierunt fretum : quicquid obesse quibat, totum avulsum. Didicit Franciscus ab illo, qui humilis corde, ambulare super mare. Manilius (1. *Astron.* cap. 5. v. 23.

Corpus grave fecit leve.

Pf. 33. 19.

Manil.

Nec verò è solido stat robore corporis eius,
Nec grave pondus habet, quòd onus ferat ætheris alti.

Conditio Monocodiatæ.

5 De Monocodiata (cuius meminimus, *Didasc. anteced.* num. 12.) dicitur pernix continuusque in cœlum volatus; quoniam in corpore corporis non habet pondus. Unde Picinell. lib. 4. *Mund. Symbol.* num. 488. infit: *Sine pondere sursùm.* Quod hæc volucris per alas, Franciscí constituit humilitas : pallium super aquas sibi atque socijs extendit, super fluctus stans subsistit : neque ibi timet naufragium ; quia sine pondere sursùm. *Margarita pretiosa* plauditur à Bzovio in eius *Vita*, lib. 1. cap. 2. At Plin. *lib. 9. cap. 35.* asserit, præcipuam commendationem margaritæ in pondere esse. Qua igitur lege Paulanus effertur margarita & pretiosa sine pondere ? *Unionum corpus solidum esse, manifestam est* (infit Plinius, d.) *quòd nullo lapsu franguntur.* Corpus signatur & solidum : unde erit commendabile in margarita contrarium ? Hinc mirabiliùs nitet, quippe habet corpus, quasi non haberet : igitur conchà lucidà, levi, graditur vagè per vastissimum pelagus, ceu non haberet & solidissimum corpus. Margarita fulget quilibet iustorum, propter species atque momenta virtutum: verùm Franciscus, dum calcat maria, est margarita pretiosa : etenim in illo non videtur pondus corporis præ pondere humilitatis : huius enim virtutis pondere, est corpus sine ponderis gravamine. Humilitatis videtur mirabilis operatio in naturali instrumento. De horologio rotarum ait Petra-Sancta in *Symbol. Heroic.* lib. 8. cap. 9. *Pondere levior.* Hoc opus mirabile videtur in Franciscí corpore, recto adamussim eius humilitate. Corpus ex se grave est iuxta quantitatem, sed levis quantitas iuxta humilitatis virtutem: corpusque Franciscí, ambulantis super fluctus non solùm leve sed levius ; quippequàm non habebat pondere pondus.

Picinell

Plin.

Demitur pondus à corpore præ pondere humilitatis

Petr. Sanct. *Cur Franciscus cõfertur horologio?*

6 Elucet, quomodò corpori dos eiusmodi ab humilitate communicata, ex celebri cõditione Alexandri Magni gemmæ. De illa egimus hìc *Tautolog.* 1. *D.* 4. *à n.* 2. Videsis, & non abs re ; etenim in tractum præsentem fax. Illa ergo cunctis lapillis pretiosior, gravioribus gravior ; modò collocata in pulvere, levioribus erat levior: equidem quàm non tollebant sursùm pondera ; conspersa cinere illicò exaltabatur in statera. Corpus humanum gravitate potitur, quousque virtute ex alto glorificatione induatur. Deorsùm in aqua tendit: naturaliter elevari non valet : quapropter, meritò, ne sit naufragium, inquiritur in aquarum transvectione navigium. En Paulani mirifici scena, ut fulgeret in aquas margarita pretiosa. Ut transeat in navigio fretum Siculum, ratis ductores inficias eunt. Haud valebat per mare, quippe summergeretur corporis pondere. Aliquid ut corpus grave levetur, quærendum est : verùm quid ? *Posuit in pulvere os suum, si fortè sit spes.* Cucurrit ad humilitatem, se subigens usque ad pulverem ; quo protinùs exaltatur, quod propriâ conditione naturaliter summergitur : palliumque extendit super aquas in transfretum, transitusque in Siciliam obtinet votum ; etenim eius corpus feliciter sine pondere, quoniam iacuerat in pulvere. Pulvere propriæ confusionis aspergitur, ne confundatur. Ut exaltetur, deprimitur : ut corpus elevet, iacet: & cùm humilitas removeat à corpore pondus, ut tranare possit pelagus ; nulla fuit distantia inter corporis elevationem, & cordis humi-

Gemma Alexandri Magni.

Unde Paulanus margarita pretiosa?

Quomodo se levavit supra se?

militatem : equidem ut Franciscus posuit in pulvere os suum, corpus quod grave statim *levavit se*. Alij gloriam suam in pulverem deducunt, quippe inanis : gloriam Francisci confitebitur pulvis : igitur gravi corpori etiam gloria ; quia humiliata est in pulvere anima, elevata super æthera. Est margarita pretiosa. Margarita, propter corpus. Pretiosa, propter humilitatis singulare decus : siquidem cùm pondere levior insigni virtute surgat, dum onus maximè gravat ; effecit mire Franciscus ex pondere humilitatis, quòd corpus esset sine gravamine ponderis. Hinc iter per aquas pervium, ubi nec micabat ullum. Floridè Alcimus Avit. *lib.* 5. à *v.* 597.

Alcim. Avit.

——*Ut summas pelagi pervenit ad oras,*
Cessit confestim iussi reverentia fluctus,
Expanditque viam, cui terram clauserat hostis;
Quam nova pendentis construxit machina fluctus.

Dum se Franciscus humilitate, atque despectu sui, usque in pulverem reduxit; etiam in fluctibus maris non habuit unde timeret.

7 Iussu Domini Petrus ambulavit super aquas, cognoscens inusitato prodigio, quanta iubentis potestas. Quasi terram calcavit aquarum procellosum impetè cumulum; cæterùm timuit, cum vidisset *ventum validum*. Fastus per ventum exprimitur : si ex glorioſa operatione vana gloria sensim oritur : avertere debet qui sequitur spiritum humilem, & faciem & oculos, ne videat apparentem vanitatem ; quippe dum assentit animus, duntaxàt ventus & ventus : etenim ut liber evadat à pusillanimitate spiritus & tempestate; vanitatem nec videre. Adi dicta *Tom.* 3. *T.* 7. *D.* 4. *à n.* 14. Ergo Petrus ambulans super fluctus, *Videns ventum validum ; timuit*, & mergi cæpit. Nec principium videretur periculi ; ni in periculo ventus vanitatis videretur : siquidem nullum discrimen inter vanitatis ventum videre, atque tempestatem in summersionem gigni. Qui humilitati consulit, ventum non vidit : & qui ambulat super aquam, sensit fluctibus procellam ; quippe (Dei gratiâ, superato periculo) nec experiretur periculum & naufragium; priusquàm calcaret aquas, debebat ne videret, calcare ventum. Petrus cœpit mergi : à periculo Franciscus valde longè. Uterque super aquas ambulat, sed Franciscus sine discrimine sulcat : Siciliæ ergo humillimus gaudet portu ; quia nec ventum vidit, & ferebatur à vento.

Vanitas vel visa noces.

Matth. 14. 30.

Franciscus non timet ambulare super mare?

Ille super fluctus fertur tutissimus.

Levavit, ut esset sine pondere corpus. Unde pelagus proscindit sine naufragio; quoniam non solùm spiritus ferebatur super aquas, sed & spiritu. Hinc ut ait Hieronymus loc. cit. *Matth.* v. 29. *Leve fiet corpus, quod per se grave est* : quod quidem non fieret leve, ni formaretur ex cordis humilitate.

Ovid. 4. *Fast.* v. 277.

Hieron.

8 Patet ex Iobi sententia. Deus, inquit *appendit terram super nihilum*. Hebr. & Maluend. *Terram, super nequaquàm quid*. Super nihilum nihil fundatum, quoniam nihil non est ad aliquid fundamentum. Unde ergo ad tantum telluris pondus fundamentum est, quod quia nihil non est quid? Deinde à Psalmographo dicitur: *Firmavit terram super aquas*. Nec quid, aut aliquid dicitur mare totum ; ut terra fundaretur super nihilum? Nihilum Oceani vasti dimensitas, dum terra fundaretur super aquas ? Literaliter utrumque conciliatur testimonium, quia terra conctorum centrum : & quia eius mirabilis centri fundatio, sine ullo unquàm fundamento suppositò ; ipsaque fundata procul omni fundamento, sine pondere, æqualitate undique ponderis, utpotè centrum ponderibus librata suis. Mellius Sousa hìc subdit:

Iob. 26. 7.

Psalm. 135. 6.

Pondera qui terris nullis fulcita columnis,
Firma facit constare loco : stabilisque moles
Stat gravitate pari ; quæ vergit utrinque deorsum.

Sousa.

Consule Plinium *lib.* 2. *à cap.* 64. Lucretium lib. 3. de *Rer. natur.* & Manil. 1. *Astronom.* cap. 2. & 3. Quod plenum occurrit abstrusæ difficultatis, exponet perspicuò alta humilitas Paulensis. Plinius, quò dudùm, *cap.* 65. *Apparet* (inſit) *quò quid humilius sit, propius centro terræ esse*. Franciscus (ut ait in eius *Vita* Sanctor. *Nullum se dicebat, nihil se vocabat*. Humilitas reduxit in centrum, dum eius excellentiam redegit ad nihilum. Dicebat se nihil esse, nec quid, si vedebatur à se ; cùm ex huiusmodi cogitatione, summà emineret virtute, despectus extremi gaudio ; quoniam tunc erat in centro, cùm esset in nihilo: corpusque elevabatur, estò grave, sine pondere ; quippe in centro nihil grave.

Plin.

Sanctor

Eumbumilitas non solùm levat, sed & evat.

9 Accedamus proposito. Præ humilitate Franciscus se nihilum iudicabat, verùm corpus terreum sine pondere super

aquas intumescentes ferebat. Videtur modò terra fundata super *Nihilum* & *Super aquas*; quot cogitavit Francisci singularis, rara humilitas: etenim superato æquore, præ cordis humilitate; corpus grave ferebatur super aquas sine pondere. Nihil erat aqua ad ponderis stabilitatem, propter nullam liquoris firmitatem resistentem. Gravitati statim cedit, quippe conditione naturaliter hiscit: fundaturque super aquas terræ stabilitas; ut Conditoris emineat summa potestas, communicata Francisco, calcato pelago: igitur terram corporis firmavit super æquoris fluctus, quasi non haberet pondus. Ad nihilum devenit, ut mare cum corporis gravitate transire posset. Non esset mirum, si pondus firmaretur super aliquid solidum. Nihil Franciscus fit: corpus eius uti terreum, grave est. Ad transitum necessaria corporis levitas: eiusque pondus appenditur & firmatur super aquas: quia ad nihilum pondus corporis redactum, ubi Franciscus se redegit ad nihilum. Iam quid, quod nihil, & quod nihil, aliquid. Quid, nihil præ humilitate. Nihil, quid præ æstimatione; transvecto pelago, ad onus prorsùm invalido: siquidem quod nihil habebat naturalis firmitatis; sustinuit super fluctus pondera corporis. Propter humilitatem, quod pessum in aquis it, super ad navigationem est. Corporis soliditas translata ad aquas videtur, dum pondus corporis super illas extollitur. Maius profectò miraculum, ubi firmatur quod solidum super nihilum. Ratio subest. Aliud est, super aquas ambulare; & aliud super aquas ab aquis ferri. Primum, vel supposito miraculo, labore adquiritur. Secundum sine molestia; quippe ducitur, qui fertur. Quomodò Franciscus sine labore ferretur per aquas, extruxit eius pectoris humilitas: cuius pondere, ut posset tranare mare vastum super fluctus; excusit à corpore totum corporis pondus. Fulsit ita Minimi magnitudo, & humilitatis celsitas, atque ex novitate claritas.

Nullum, nihilum se dicebat.

Effulsit magnitudo, ubi dicebatur nullius.

Ignea convexi vis, & sine pondere, cœli
Emicuit, summâq; locum sibi legit in arce.

Ovid. d. 1. fab. 1.

10 De Omnipotente Creatore à Iobo dicitur: *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit.* Ventis pondus! Si pondus grave portantibus, & vanitas tota ventus; iunguntur propriè: nihil enim molestius vanitate, cuius pondus sine pondere. Scabies est potentium, etsi in ludibrium: etenim illorum insolentia vel ludricis ambit plausus; cæterùm totum ventus, quippequam ponderata non habent pondus. Sunt pondera phantasiæ, queis sinantur evaporato cerebro tamquam aquilæ, qui tipulæ, transeuntes in desideria cordis fallo colore atque fallaci blandiminis. Totum levitas, totum vanitas; quia quod debebat replere iudicij pondus, occupat sine pondere ventus. Seipsos amantes, ventos distenti sunt utres, qui minus ponderis habent, quò turgidè elati auctoritatem demulcent; verùm in speculo prudentiæ evanida auctoritate: equidem ubi totum auctoritas, totum phantastica vanitas: & ut vaporent inflatuli in pondus, styli acumine excutiendus totus ventus. Turgidus ac iactabundus, quia alas habebat in virga, & arcana Deorum hinc inde ferebat, bambalio, nimis philautus, in domum statuarij ingressus est hominis forma Mercurius; ut ex pretio illius imaginis promptè scirèt, quid apud homines æstimationis haberet; & an auctoriratis infulæ, propriæ responderent cogitationi. Vide Lucianum in *Mercurij Dialog.* Signans ergo Iovis statuam, interrogavit, quanti haberet? Respondit statuarius: Parvi: hoc simulacrum terunt ij: Ergo Iunonis, quanti? Minoris, respondetur. Minoris? Estne urgentia necessitatis? Nullo modo. Haud pluris utraque habetur imago. Etsi laudes præ Iovis, Iunonis effigiem; ad summum, tantidem. Ille autem aretalogè & festivè ex aliorum vili pretio, interrogavit statim de Mercurio; cuius commendavit beneficia, & generi humano dona, quibus emicabat Numinis excelentia. Longè à vanitate Mercurij erat statuarij cogitatio; respondentis: Hanc & huius figurulam, si utramque indicto pretio tuleris, addam tibi libenter sine pretio. Crede mihi: flocci habeo. Inter prudentes hoc numen nec habet nomen. Gloriatur numinis auctoritate, sine dignitate numinis; quippe nonnumquàm fallax, & semper bombalo bombax, ut Deus ductus dumtaxàt paracope laborantibus. Occurrit ignominia, dum quæsita gloria vana. Mercurius ad audita expavit sed detumuit (Hispanicè: *Con el desengaño, entre sus vanidades dexò el viento; y la satisfaccion de su Deidad, porque en su vana Deidad, todo era satisfaccion*) igitur vel cum regiminis virga, figurulæ tantùm forma: lignum deauratum, sed lignum, auctoritatis dedecus, qui ventorum dumtaxàt habebat pondus.

Qui munere indigni, non numquàm insolenter inflati.

Magna sui cogitatio cogitationis irrisio.

Iob 28. 25.

Undi-

Lucret. l.v.111

Undique ponderibus defluxit ad imum.

11 Sat in obvia documenta. Flectatur calamus ad Didascaliæ proposita. *Facit ventis pondus.* Quid dicemus, dum Paulensis ambulat super fluctus? Pondus non habere corpus solidum, quippequam non habet ventum. Pende. *Facit ventis pondus, & aquas appendit.* Quid ergo ventorum levitas cum pondere, ad pondus aquæ? Quia respectu aquæ, venti corpus sine pondere. Accinit Ovidius, d. *fabul.* 2.

Quædnã venti pondus?

Ovid.

Imminet his aer; qui quantò est pondere terræ
Pondere aqua levior, tantò est oneroſtor igni.

Ad miraculum fit transitus, ubi in aqua etiam corporis soliditas super stat, quasi ventus: etenim corpus ita leve humilitate Francisci; ut super aquas sine pondere sublatum, quasi sustinerent ventum, qui per illas ut vagus, non habet pondus. Pondere humilitatis adimitur, quod utpotè grave appenditur: ventusque iungitur aquæ, dum corpus Francisci super eminet æquori; ut in illo resplendeat maius prodigium, quam in levitate & pondere elementorum: etenim super aquas maius pondus habet ventus, quàm Francisci gradientis solidum corpus. Ventos in transitum vincit, dum fluctus sine pondere præterit: ventoque secundo Siciliam usque potitur; quippe ventus ab illo non habetur. Siccinè, feliciter proficiscitur.

Franciſcus vento levior, quia ſine vento.

Lucret. d.v.473

Etsi difficile esse videtur credere, quidquam
In aquis solido reperiri corpore posse.

12 Unde ergo tanta Paulensi gratia? Immutata fuit sine mutatione natura: igitur fuit plusquàm erat, dum se nihil cogitabat. Baptista præbuit speculum in eiusmodi miraculum. Interrogatur à Pharisæis, Quis sit? & cùm altior cogitaretur quam erat; respondit illis: *Non sum.* In eo qui se fatetur nihilum, aliquod subodoratur in commendationem magnum: etenim excelsus in dignitate, qui se cognoscit non esse. *Tu quis es?* Illorum interest, scire quid & quis sit, ut constent dotes, creditores dignitatis; equidem modò ad illas eligantur sine meritis; vel cum honore erunt honoris indigni. *Tu quis es?* Patet in designatione muneris, affectus cordis: quandoquidem ab illis cæcis eligitur, qui nec ab illis cognoscitur. *Tu quis es?* Vexatus inquisitione, dicit illis: *Ego vox.* Vox solummodò? Non est homo, & homo missus à Deo? Utiquè. Unde ergo eius quidditas in voce? Quidditas, qualitas? Quæ non cogitabit cordis humilitas? Vox resultat ex aeris percussione: quod nullius ponderis confertur aeri: vocemque se dicit, dum eius excellentiam etiam invidus cognoscit: etenim verè humilis corde, qui celsus dotibus, fatetur se nihil esse. Occurrit in mirabilia Eucharistiæ insigne symbolum, ut constet quid sub speciebus contentum. Vox accidens est: & tota quidditas Baptistæ dicitur vox; in expressionem sacramenti mirabilis, sub appellatione vocis: igitur tota Christi & quidditas & substantia, mirificè continentur intra accidentia.

Humilitas commendabilis in munere.

Ioann. 1. 21.

Vnde electio digna aut indigna?

V.23.

Vnde excellentia Francisci, sine excellentia?

Eucharistiæ symbolum.

13 Audivit alter in exstasi vocem singularem; dicitque se conversum, *ut videret vocem.* Hæc vox iuxta Haye, Baptista fuit, dictus antonomasticè vox. Voxne videtur, vel auditur? Non videtur. Unde & quorsùm patet occulis obiectum auris? Ut clareat quid sit Baptista. Conveniunt in excellentiam prodigia & fama. In alijs plus auditur, quam videtur: voxque visa meritis superioribus signatur; quippequam in eius dotibus plus videtur, quam auditur. Ergo principali instituto. Pharisæi ad dignitatem maioris æstimabant, quam Præcursor erat. Novis titulis & muneribus eius merita affectus honorabat. Illi faciebant pluris: ille minoris. Iuxta exaltationem plausus, erat in illo sui ipsius profundissimus despectus: & cùm haberet ut homo substantiam rationalem, redegit humilitas totam essentiam ad vocem; quoniam qui humillimus corde, cognoscit esse non esse, vel esse nihili; cùm vox formetur ex aere. Hæc vox & videtur & auditur. Si audiretur tantùm uox, esset accidentis sensus. Indicabat visa, vocem habere corpus: ibi plus esse, quam vocem: excellentiam sine honore per doctam humilitatem. In voce esse, quid videndum & audiendum, tanquam insigne miraculum. Videndum quod continebatur in voce. Audiendum, quid de se dicebat ipse. Ibi singularis spectabilis maiestas: hìc profundissima humilitas. Ibi esse: hìc non esse. Ibi virtutum magnitudo: hìc omnimoda suppressio: unde propter excellentiam oculi diriguntur ad vocem; quippe nil maius, quàm secum abscondere magnitudinem.

Apocal. 1. 12.

Cu-Baptista dicitur visa vox?

Quid sit, præ humilitate non cognoscit

14 Quam ad unguem Franciscus imitatus est exemplum! sed adhuc restat maius ex eius humilitate miraculum. Ut vox auditur & videtur. Habet enim vox aspectus, quia vicit famam virtutibus: & dum sul-

Quare Paulensi dicitur vox?

sulcat fluctus maris, corpus habet conditionem vocis, cuius corpus non videtur, etsi trahatur; quoniam ad pondus in æquore, erat corpus sine pondere. Erat aliquid in huiusmodi voce, quod posset audiri & etiam posset videri. Audiri, quia totum esse reduxit ad nihilum. Videri, quia nihil habebat esse. In illo auditur, quod non auditur: videtur quod non videtur. Videtur magnum, quod nullum; & quia se nullum fecit, portentum magnum: simulque in aurium sensatione labitur sensus; quippequam non auditum, sine pondere pondus: unde maius pondus virtutis, præ humilitate cordis; quod sub nihili forma, audientibus & videntibus lateret tanta excellentia, & humilitatis gratia. Est aliquid ultrà? Est. In nihilo habetur plus. Plus? Sanè. In eius humilitate spectatur impossible: siquidem factus est minus nihilo, tanto virtutis studio, inimitabili ingenio.

15 Cùm non entis non sint passiones, & nihilum non sit ens; videtur omninò paradoxum, quod detur minus ad nihilum. Haud est cogitatio mentis vagæ: invenitur huiusmodi studium lectionibus Scripturæ. Cùm Francisci cogitatio semper esset in schola humilitatis; hæccine molimina, *reliquiæ cogitationis*, quæ diem festum agunt, postquam eius magnitudinem ad nihilum reduxerunt. Phrasis est in sacro eloquio: instemus studio. De Numine à Psalmographo dicitur: *Ad nihilum redegit valdè Israël.* Valdè in nihilo? Non auditum. Quid potest esse, ubi non quid? Si non ens, nihil; quomodò sine quidditate entis, inventum est minus habens? Ubi maius aut minus; quò inveniri non potest minus vel maius? Testimonium dumtaxàt valet delicare Franciscus. Humilitas meritis præclaris insignes, facit sibiipsis, magnis præ cognitione minores; quoniam sibi nihil sunt, quamvis excellentes sint: verùm estò minores existimentur, aliquid in minoribus sine dubio existimantur. Hi qui ad nihilum se redigunt præ humilitate; inter minores sunt minimi: Franciscusque non solùm ad nihilum redactus, sed ad nihilum valdè; ut floreret singularis humilitatis virtute: quandoquidem si Minimi eius inter minores splendor, in ampliorem splendorem lucet iam minimis minor. *Humilitate* ergo *humiliatur*: idest ultra humilitatem transgreditur, factus minor nihilo, pro humilitatis obsequio; quasi ad illam nihil esset reduci ad nihilum. Ultimum quod sic in humilitate, minimum fieri, minimum dici & non esse. Hoc næ plus: sed non plus quia minus est. In minimo insigne studium virtutis, quod sit minoris. Vti minimus humilitate subijcitur: & quia minimò minus est, adhuc humiliate humiliatur; quippe propter insigniorem dilectam humilitatem, inter minimos Franciscus sese constituit minorem: Hoccine virtutis molimen videbatur difficile, seu impossibile in homine? *Est, qui se nimium submittit à multa humilitate.* Non solùm in Paulano est humilitas, sed multa, imò nimia: humilitas, quia parvus; multa, quia minimus: nimia & eximia; quia in humilitate apud illum non magnum minimum esse, quousque in signum maioris humilitatis, sese faceret ultrà minorem minimis.

16 Qui in centrum humilitatis tendit, minimum æquè minimus attingit. Qui ultrà vult progredi; non descendit, sed ascendit. Centrum humilitatis nihil est, quippe non plus. Uti minimus Franciscus præ humilitate, penetravit omnes inferiores partes terræ: dum vult esse minor minimo, tactus à centro: & cùm in centro quæritur maior descensus, ut sit minus, elevationis fabricavit thronum; quippe descendendo ascendit, qui egreditur ultra centrum. *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos.* Emicat Francisci thronus. Specimen itaque relucet gloriæ, descendentis ultrò in inferiora terræ. Ita astruit Monachorum Pater, *S. Regulæ*, cap. 7. *Si summæ humilitatis* (inquit) *volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam cœlestem velociter pervenire; non aliud sine dubio descensus, quàm humilitate ascendere.* Signat Benedictus non solum in ascensum humilitatem; sed humilitatis culmen. Quomodò culmen in ipsa humilitate, cùm virtus sic dicatur, quia caret culmine? Loquitur de illo qui insigniter humilis, dum meminit in humilitate oppositæ exaltationis: etenim ubi præ eximia summissione centrum egreditur, dum descendit, exaltatur.

Laus vera & humili semper contigit viro. Vidimus iam quid Francisci fecerit & charitas & humilitas in res arduas, ex quibus illius celsitas, & communicatà gratiâ vel socijs, in quo fulgebat mirabilis. Illos iussit, ut diximus *Didasc.* 3. *n.* 16. aliquando in fornacem ardentem ingredi, & simul exire sine læsione. Etiam iussit super æquora vehi. In aridam mare convertit: ignis flam-

Psalm. 75. 11.

Psalm. 77. 59

Quomodo Franciscus nihilo minor?

Is. 32. 19

Eccli. 19 24.

Ephes. 4 à 9.

S. Bened

Et celsitudine maior?

Senec. Thest.

flammam & ardorem extinxit. Poterant dicere humilitatis & charitatis profitentes scholam : *Transivimus per ignem & aquam.* Cæterùm per magistrum educti sunt mirificè in refrigerium, ita ut stuperet orbis, tot mirabilibus visis in commendationem singularis sanctitatis. Hæc sanè è cœlo, in eum quem fecit spectaculum mundo.

Ps. 65. 12. *Eius schola è cœlo.*

Quid virtus quoque sit, quæ partes illius, & quæ
Ars verbis laqueos decipulasque paret;
Hæc & Aristoteles docet & Plato : non tamen ut sit
Aut humile, aut ardens pectus amore Dei.

Bill. *Anthol.*

Huiusmodi scientia mundo desipienti reputatur stultitia. Nescit unde sapientia venit, & quis est locus intelligentiæ : verùm qui mundum nescivit, perfectissimè cognovit. Hinc eius merita, & iuxta merita gloria. Crucius in *Psalmum*, 112. succinit:

Crucius

Principis sanctum resonent moventis
Omnia nomen.
Ad futurorum vaga sæculorum
Sæcula tollant.

DIDASCALIA VI.

Unde Gentilitas illuminata surrexit, inde Synagoga corruit.

1 DESIDERANTIBUS lucem, lux orta est eis : igitur defectu luminis, Gentiles sedebant in tenebris & umbra mortis. Sciebant vocandos, sed nesciebant tempus : quare in tanta tenebrarum obscuritate, affatim exclamabant : *Custos, quid de nocte ?* & afflicto pectore, regerunt anxiè : *Custos, quid de nocte ?* Quid ergo Custos, ut illuminaret erroribus cæcos ? *Venit manè & nox. Si quæritis, quærite: convertimini & venite.* Indicat gaudium, & simul exhibet cæcitati remedium. *Venit manè & nox.* Ubi nox quomodò manè ? Quippequam Sol iustitiæ natus est nocte. Nox illa illuminatio ad delicias ; quoniam in illa æterna refulsit claritas, quæ sparsa misero mundo, illuminavit omnes sperantes in Domino. In lucem noctem convertit. Non nox, qua Solis splendor lucet. Statius 1. *Silvar.* 6. à v. 87.

Isai. 21. à 11.

Nox nostri vitatis Salvatori, plena lucis.

Densas flammeus orbis inter umbras
Collucet polus ignibus, nihilque
Obscuræ parit lucre nocti.

Statius.

Tunc illuminata Gentilitas.

Venit ergo nox & lux, quæ in lucem Gentium; has eruens ex terra potestate tenebrarum : etenim in stella prospicientes splendorem, viderunt in isthoc lumine lumen. Mellius Sousa, *Carmin. lib 6* à v. 67.

——— *Sunt certa Magis data signa salutis*
Regibus humanæ, fueruntque volventibus annis
Quæ tulit alma dies orbi, stellamque micantem
Insolità videre Magi splendescere luce.
Agnoscunt igitur felicia tempora: summum
Concipiunt animo Regem divinitùs ortum;
Qui promissus erat.

Sousa.

2 Appositè in Gentilitatis illuminationem extra errorum caliginem, obiectus labyrinthus cum stella desuper, lemmate hoccine : *Hac duce egrediar.* Picinell. 16. *Mundi symbol.* n. 95. Monstrant Regibus astra viam : igitur essent in errorum labyrintho, ni fuissent illuminati de cœlo. Tot erant idola : de malis præcipitabantur in mala : & uti in labyrintho varias fugientes ambages, ex erroribus cæcis procedebant in errores; queis infatuati & attoniti, quia non videbant lucem, nequibant egredi. Exortum est in tenebris lumen, eis qui non viderant Solem ; Gentilitasque explorans stellæ rutilum iubar, dixit corde: *Hac duce egrediar* : etenim percipiens sideris cœlestes radios, statim posuit in via ad quærendum, gressus suos. Constat ex Evangelio. Christo nascente, *Ecce Magi.* Egressi sunt è labyrintho, luce demissa de cœlo : nec ulla intercessit morula inter cognitionem erroris, & inquisitionem splendentis veritatis. Succinit ibid. qui dudùm, v. 31.

Picinell.

Ut cognovit, Salvatorem inquisivit.

——— *Quo lumine ducti,*
Bethlemiam petiere Magi per tesqua, per arva,
Ignotasque vias, gelida cum frigora brumæ,
Et glacialis hyems aditum cursumque negaret.

Mell. Sous.

Qui prænunciavit gaudium, indixit etiam præceptum, *Venit manè & nox : si quæritis, quærite. Convertimini & venite.* Quærunt sanè, dum veniunt adorare: equidem vel videntes non vidissent sideris lucem ; ni secum afferrent cordis ab idolis conversionem. Egressi ergo de labyrintho, demonstrarunt, quorsùm tendebat dilectio. Venerunt itaque, ut inquirerent, inquirendo viderent, videndo cognoscerent,

Ubi sup

Seque ad Nunc vertit, conversit.

rent ; ac cognoscendo adorarent. *Dedit ergo aspicientibus intellectum , qui dedit signum* (inquit Leo Papa , Serm. 1. *Epiphan.* cap. 1.) *& quod fecit intelligi , fecit inquiri ; & se intuendum obtulit requisitus.* Elucent dilectionis officia , ut coruscet per obsequia : equidem amore flagrans illuminatum sidere pectus, damtaxat inquirit, visâ stellâ, *Ubi est qui natus?*

Leo Pap.

3 Dicit præsens Tautologia. *Venientes venient.* Ideſt, *Tandem , tandem.* Recesserunt homines , ex quibus Gentilitas; quæ uti idolorum adorationibus cæca, numquàm ad lucis veritatis iudicabatur ventura. Gratia Salvatoris cæcitati prævaluit : eius lumen etiam in tenebris vidit : errores priscos cognovit : & ut Solis cognoverunt in terra nativitatem ; statim Gentiles ab Oriente venerunt, in eius adorationem. *Venientes venient , & cum exultatione* : equidem lætitia cordis, è tenebris cæcitatis revocari in regnum lucis ; à quo Gentilitas non desivit , ex quo splendorem illuminata cognovit. In lucem Gentium natus Salvator , in quarum cordibus resedit splendor : quapropter ex illis formata ex nigra speciosa Sponsa , quæ fidei luce fulget sine macula ac ruga. *Quantam enim gratiarum actionem debeamus Domino pro illuminatione Gentium* (inſit Leo, d. *serm.* 2. *cap.* 1.) *probat obcæcatio Iudæorum.* Reprobantur qui oderant : eliguntur qui amaturi erant. Venit enim Christus Dominus , ut cæci viderent ; & videntes cæcutirent : etenim ex voluntaria cæcitate & obcæcatione Iudæorum , patuit atque fulsit fides illuminationis Gentium.

Ps. 125. 6.

Fuit salus Gentium ex cæcitate Iudæorum.

Leo Pap.

4 Ex præfatæ sacræ ænigmate auctoritatis , Synagogæ atque Gentilitatis efformanda apodosis. Utraque (adi Gregor. Magn. 13. in *Iob*, cap. 25.) clamabat: *Custos , quid de nocte ? Custos , quid de nocte ?* Ideo vox iteratur affectus , quippe a duobus. *Custos , quid de nocte ?* Ideſt, *Quando aderit manè , quo Sol iustitiæ Christus oriatur ?* Ita Alapide. Verùm quid respondit Custos ? *Venit manè & nox. Si quæritis , quærite. Convertimini & venite.* Perpende. Gentibus , ut dixi, venit illa optata nox , in qua per stellam refulsit divina lux. Cur igitur si manè signatur de cœlo lux , fulgor stellæ in Solis nativitate demonstratur uti nox ? Discrimen est Synagogæ obcæcationis , & lucis Gentilitatis. In nocte illa venit lux quærentibus : in illa luce nox incubuit aversantibus. Conversionem cordium exposcebat ad adventum : Gentilitatique nox dicitur lux , luxque Synagogæ nox ; quoniam conversione & non conversione cordis , visâ stellâ indice Numinis ; Gentilitas sese avertit ab errore , & Synagoga mansit in proterva cæcitate. Illa errores adamavit , quia non cognovit. Hæc cognovit , sed errores adamavit. Unde quod illi lux , illi nox , propter ignorantiam & malitiam. Ignorantiam Gentilitatis , quia non cognoverat lucem : Synagogæ malitiam, quia non conversa, cognoscendo veritatem.

Isai. d.

Alapid.

Christus nascens Synagogæ nox , & Gentilitati lux.

——— *Legis præcepta videntur*
Dura malis : odio sunt iura nocentibus æqua.

Mell. Sous. d. v. 120.

Convertimini & venite. Haud veniant ad venientem sine cordium conversione. Procul conditione haccine , venient , verùm non invenient : igitur nihili , quod cognoscatur ; si in propria veniens , vel cognitus non recipitur. Lux illis obscura nox : siquidem obcæcationi , cùm Sol fulgeret, misit tenebras & obscuravit ; quasi numquàm advenisset. Econtrà Gentibus accidit , dum fulgor stellæ illuxit. Venientes venerunt ad lucem Solis , atque quæsierunt quærentes , statim conversi ad lucem, & aversantes Gentilitatis errorem : igitur mens illarum vel coram Synagoga quæsivit & adoravit; quem totus mundus advenientem non cognovit.

Venimus huc autem , & longi fastidia cursus
Vicimus , ut puero divos reddamus honores.

Idem, v. 103.

5 Significatur, ni fallor , insigni parabolâ Salvatoris , cum Synagogæ repulsâ acceptio gratiosa Gentilitatis , *Quid vobis videtur ?* (dixit Principibus Sacerdotum) *Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum , dixit : Fili , vade hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens , ait : Nolo. Postea autem pœnitentiâ motus , abijt. Accedens autem ad alterum , dixit similiter. At ille respondens, ait : Eo , Domine ; & non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris ? Dicunt ei , Primus.* Duos filios habuit universorum Conditor , quos invenit pessimos ; & tamen habuit ut filios. Alium habuit maiorem , alium minorem , distinctâ ætate, quia non nati eodem , ad parentis fidem, tempore : scilicèt , populum Gentium & Hebraicum. Consule Gregor. Magn. Homil. 22. in *Evangel.* Vinea est fides, qua Numen cognoscitur , & ut Numen adoratur : à qua Gentilitas , fidem promissa, recessit , ac in idola corruit & adoravit,

Matth. 21. à 28

glo-

gloriam mutans incorruptibilis Dei, in similitudinem imaginis corruptibilis hominis & volucrũ,& quadrupedum & serpentium: quo facta est nos, & in ipsa præ cæcitate, per transierunt omnes bestiæ silvæ. Quia fidem negavit, Numen in cultum filium secundum elegit, nimirùm inclytam Synagogam, ut in fide Christi venturi, laboraret vineam; quæ quidem cognovit gratiam, fidem spopondit, sed minimè custodivit: unde ubi effulserat lux (legem acceperant in dispositione Angelorum) irruit nox, tenebræ & lubricum; quia evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Gloriabantur enim de lege, quasi addicti divinæ voluntati. Deus in fidem vocabat, sed recedens Synagoga obedire dicebat: & reproba facta est, quin luce sperata Numinis converteretur ad cor: lucem convertens in noctem, noluit cognoscere cæcitatem, sed defendere errorem, tamquam insignem virtutem; quasi legi obsequeretur operando contra legem. Noluit intelligere, ut benè ageret, & à gratia illuminantis meritò decidit; quippe in illa ad conversionem, inventa luce, præ exuberantia malitiæ, nec species pœnitentiæ. Secùs accidit Gentilitati, pravè recedenti à Numine, quin in quod lapsa præcognosceret barathrum; & quàm amarum, dereliquisse Dominum. Etsi erroribus vexata, gaudebat errore, præ cæcitate nesciens in erroribus esse. Nascente Christo in stella vidit se. Horruit, expavit, exuit splendore cæcitatem; monstris adoratis sese noscens deformiorem. Pœnitentia ducta redivit, à quo priùs infatuata voluptatibus recessit, cùm ire in fidem noluisset. Lucem cognovit, quæsivit, invenit, adoravit. Eius claritas in lucem convertit tenebras: eamque Conditor inventus duxit Sponsam; quippe ad illum conversa per pœnitentiam. Hinc dum Gentibus manifestatur, stella Ierosolymis absconditur: etenim lux, quæ ad Synagogam uti tenebrosa nox; in nocte Gentilitatis fuit fulgentissima lux.

Gentilitatem erro rum pœnituit.

Exod. 13.22.

6 Patuit in ducatum columna nubis & ignis: ignis enim stellæ Iudæorum perstrinxit oculos, ut cæcutirent; & nubes ex illis facta Gentilitatis illuminavit oculos, ut viderent. *Ut infidelitatem Iudæorum convincerent* (inquit Chrysost. in *Matth.* Homil.6.) *ab ipsis initiis nativitatis ostium Gentibus reserat.* Renuerunt Iudæi accipere disciplinam, esto toties invitati in pœnitentiam. Noluerunt reverti, sæpe vocati, quasi Gentes in aditum haud ullum haberent ostium; nec esset in cœlo lux generationi omni, quæ ventura est: igitur illis reprobatis ob infidelitatem cordisque duritiam, Numen exortum Gentes accepit in gratiam; quia acceptà luce professæ sunt conversionem, per idolorum & criminum pœnitudinem: etenim ille clementer aberrantem à lumine suscipit, qui cor contritum & humiliatum non despicit. Symbolum habemus in luce apparentis sideris erroris & conversionis Gentilitatis. In dispersione Gentium, illis de cœlo data lux; ut venerarentur unicum Numen, minimèque divisam inter multos Deitatem. Exolevit Numinis veri unicique memoria; sicut in Regia Herodis evanuit stella. Cor in primam fidem pristinamque cognitionem splendor cœli vocavit; sed ire noluit. Egrediuntur igitur uti Magi è tenebricosa aula, & iterùm apparuit stella, ex cuius visione *gavisi sunt gaudio magno valdè*. Unde visà stellà, abundant gaudio? Reddita in luce Numinis amissa prisca cognitio: & cùm in errore idolorum permansissent, eò quod errorem non cognoscerent; redeunte luce stellæ Deitatis cognitione, gaudent gaudio magno valdè: etenim invenient proculdubiò Deitatem, ab adoratione falsa afferentes conversionem. Veniunt pœnitentiâ allecti, quò priùs noluerunt venire. Cognoverunt in erroribus erratum: & cùm cordis dolori promptissimum sit auxilium, statim invenerunt quem querebant infantem, ubi falsæ religionis expressere pœnitudinem. Quùm restituta Deitatis cognitio, sequitur sine morula adoratio: gaudentque vehementer corde, ex apparitione latentis pridem stellæ; ut quam primùm possent respondere gratiæ: igitur Deitatem priùs reverenter adorassent, si priùs lucis indicatione veritatem cognovissent. Quærunt quærentes, conversi ex obtenta cognitione. Quæsierunt, venerunt gaudio, & potiti sunt voto. *Intrantes domum, invenerunt puerum.* Intrantes? Sanè. Haud contigit Synagogæ: etenim quod illi meritò occlusum, faustè Gentiles invenerunt ostium.

Et Synagoga erro vei adora ravit.

Vers. 10

Gentilitas al gloriam invenit ianuam.

Vers. 11

Chrys.

7 Gentilitas ergo uti Vasthi recessit & ire in Regis convivium noluit: quapropter Esther in sponsam electa, uti electa Synagoga. Unde cùm ab illis recessisset veritas, Deus dimisit omnes gentes ingredi vias suas; quæ dilexerunt vanitatem, quærentes mendacium, in labyrintho inextri-

cabili errorum; verùm aliquando educendæ novâ lucis cognitione. Unde apud Ægyptios Numen Nephte, dictum *Sol, Mors,& Victoria* (ut fusè dicimus in *Ephemerid. Isagog. Iul.* n. 6. 30. *Augusti.* & 1. *Decemb.* ex Tabul. Bembin. Plutarch. & Kircher. tamquàm pro adventu Dei) signabatur portâ, in qua stella alata. Objicitur vividè præsentis articuli ordo in arcano hieroglyphico: etenim si pro ostensione Numinis stella, etiam apposita est duplex ala; ut Gentilitatis notaretur inquisitionis velocitas, dum in signum adventus Deitatis, sideris affulsit claritas. Non priùs venerant, quippe stellam non viderant. Natus est Sol, in stella micuit lux: & statim, sumptis alis, in obsequiosam venerationem & cultum; *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Prætermissio adorationis orta prorsùm ex horrore caliginis. Ut lucem vidit, *Commotis alis tamquàm avis transvolavit.* Non *volavit*, sed *transvolavit*. Signatur terminus à quo, & ad quem, ubi in tenebris orta lux; propter defectum lucis, annotatâ omissione religionis: igitur relictis tenebris idolatriæ lumine stellæ; sumptis pennis, qui nullam spreverant falsitatem, transvolarunt perniciter in Numinis religionem. Magorum declarat vox. *Vidimus stellam eius: ubi est qui natus est Rex?* Signum stellæ, dicit quòd natus sit Sol. Ubi est? Patet indicio; unde amoris in obsequijs exprimenda demonstratio. *Vidimus stellam eius & venimus adorare eum.* Nullum erit discrimen inter lucem videre, atque Solem adorare: equidem commotis alis transvolarunt ad veri Numinis cultum; qui præ luminis defectu, in religionem nec habebant motum.

Imago Nepotes.

Vers. 1.

Sapient 5. 11.

Gentilitas, ut cognovit Numen verum, procedit in cultu.

Vers. 2.

8 In signum adventus Numinis, erat cum alis stella, sed in porta. Nequibant ingredi in regnum lucis, quousque liberarentur à tenebris & errorum cæcitate, misso de cœlo splendore. Non erat porta, priusquàm in signum Solis oriretur stella. Totus Magorum conatus erat Salvatoris cultus; qui nequibat exerceri sine cognitione loci. Flagrabat præ amore cor. *Ubi est?* Intrantesque domum, invenerunt puerum; quippe ex quo visa à Magis stella, Gentilitati aberranti aperta salutis porta. Elucet vobis iter in æthera pervium, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum. Per quam exivit Iudaismus, Gentilitati manifestus introitus. Filius regni electus est foràs, & introivit Sponsa electa Gentilitas: verùm ianua non est clausa: etiam ingredietur Synagoga: sed inveniet ostium, postquàm intraverit plenitudo Gentium. Præcessit Ioannes Petri cursum dum irent in monumentum: ac Ioannes non est ingressus, estò præcesserit, quousque Petrus introivit. Patet in trina Christi manifestatione. Prima facta pastoribus Iudæis: secunda Gentilibus Magis: tertia Hebræis etiam, Simeoni & Annæ. Rursùs dabitur introitus, cùm non sint plures introducendi ex Gentibus. Tunc omnis Israël salvus fiet: etenim ut accinit Prudentius in *Cathemer.* v. 2750.

Ille Rex est & Gentium,
Populique Rex Iudaici.

Vide Augustin. in *Epiphan.* serm. 2. & Suarium in 3. *p. D. Thom. q.* 36. *Disput.* 14. *sect.* 1.

Ex quo visa stella, salutis aperta porta.

Prudent.

9 Alia ex hieroglyphico restant. In signum advenientis Salvatoris cum in porta stella alata, erat *Sol, Mors & victoria.* Conveniunt aptè, coniurant amicè, cùm gestis Gentilitatis & Synagogæ. Hinc Simeon dixit, positum Christum natum, *in ruinam & resurrectionem multorum.* Surrexit enim Gentilitas in cognitionem veritatis, ubi in Synagoga extincta lux cognitionis. Ex haccine victoria parta, qua Gentes potitæ glorià; Sole viso, eius radijs restituta illuminatio: quando Synagogæ filijs propter infidelitatem, supercecidit ab æthere ignis, verùm non viderunt Solem. O recutite!

Luc. 2. 34.

Surrexit unde Synagoga corruit.

Redditur & cœli vultus, Solque ipse ductus,
Sed non inventis, cui reddat lumina terris.
Mente vagâ sic lassus abis; sic fœdera legis
Rupisti, & primum violasti perfide pactum.

Alcim. Avit.

Ita Alcimus Avit. lib. 4. *Genes.* à 529. Econtrà verò Gentilitas professa virtutem, fidem & religionem; obtinuit, quod Synagoga obcæcatione perdidit: igitur animo recuperandi salutem, properavit ad Solem, continentem in pennis percupitam sanitatem. Arator, in *Acta Apostol.* v. 310. infit metricè:

Quæ iacuit natura diu, firmataque nuper
Incessu proprio, nova iam vestigia signat,
Quæ fuerant aliena sibi.

Arator.

10 Verùm victoria Gentilitatis (cùm Synagogæ promissa felicitas ex nativitate Solis) unde? Studuit felicitati, traxitque obsequijs, à quo recesserat fatua defectu lucis: Christusque intendens in gratitudinem, illi contulit promissam Synagogæ dignitatem. Manus uti Iacob in benedictione commutavit, ac Synagogam ab hono-

nore repulit. Quasi nesciret, quia caligabant oculi, monuit patrem filius dilectus, eò quòd nepotibus faustè precaturus, commutasse manus: siquidem primogenitum fecit minorem, & minori illius contulisse dignitatem. *Scio fili mi, scio* (respondit Iacob) *iste erit in populos, crescet in gentes.* In illa benedictione per dextram & sinistram, præfigurabatur quid futurum inter Gentilitatem & Synagogam. Per sinistram annotatur reprobatio: per dextram, in dignitatem electio. *Matth.* 25. 33. Synagoga in divinis maior erat, minorque Gentilitas tamquàm expulsa à dignitate aberrabat; Christusque manus studiosè commutat; quippe Synagoga ab honore reprobanda, atque Gentilitas in eius dignitatem feliciter eligenda. Ne dubitaretur in facto, de huiusmodi electione prædictio, & causa brachiorum commutationis; factum dicit Iacob ex proposito. *Scio fili mi, scio.* Haud cogites Synagogæ adventurum culmen honoris: hæc dignitas sanequàm *erit in Gentes*: igitur gratiâ primæ illuminationis acceptabit quem Synagoga videns obæcata non cognoscet. Accipiet in sinum, intra penetralia cordis minor, quem legibus divinis instructa pepulerit maior. Commutanda sunt in designationem brachia, pro dignitate obtinenda, iuxta merita utriusque: Gentilitasque ex iure potita honore; quia ut Salvatorem illuminata suscepit, quam Synagoga furiosa truculenter crucifixit. Prædicuntur futura in mysterio, & dicitur Quando. Quomodò? *Commutans manus.* Dum decussim brachia posuit, signum crucis efformavit. Modò ut maior Synagoga præfertur: ita ab illa Gentilitas insolenter despicitur: pro conferendo honore, dextra & sinistra commutandæ sunt in cruce: qua dum prævalet Synagogæ crudelitas, collata Gentilitati honoris supremi dignitas. Sedulius *lib.* 5. *Carmin.* à v. 348. modulatur.

Genes. 48. 19.

Vers. 34

Per porsam introivit, qua Synagoga exijt.

Mentita est vox vana sibi. Tamen ista figuram
Res habet egregiam: Iudæis constat adventum
Quē nos devoto portamus corpore Christū.
Discedat Synagoga suo fuscata colore.
Ecclesiam pulchro Christus sibi sociavit amore.

Sedul.

11 Ex donis constat, quam acceperit gratiam, ex quo vocata in sponsam. *Magorum illuminatio* (infit Augustinus, *Epiphan.* serm. 2.) *testimonium magnum cæcitatis extitit Iudæorum. In terra eorum Magi requirebant, quem illi in sua non agnoscebant. Apud eos infantem invenerunt, quem illi apud se negarunt.* Ostendit, ut dixi, Magorum pectus animi invictam virtutem, eximiam fidem, & perfectam religionem. Virtutem, quoniam coram Rege quærunt Regema Fidem, si quidem Regem quærentes hominem, adorant Numen, Religionem denique, quippequàm credentes è cœlo Numen, mortalem cognoscunt hominem. *In uno eodemque per munerum genera* (ait Fulgentius, serm. de *Epiphan.*) *intimatur* divina maiestas, *Regia potestas, & humana mortalitas.*

August.

Coram Synagoga quę Christo Gentilitas ob sequia?

Fulgent

——Munera Reges
Non ingrata Deo, longè pretiosa tulerunt.

Mell Sous. v. 24. d.

Quam enim Synagoga ostendit religionem; vel in lege divina propriam sequens voluntatem? Quam itaque fidem, dum mira videns appellavit seductorem? Non enim quem iperabat credidit, ubi locum designans illa remansit. Quæ animi virtus, modò nonnumquàm infidele pectus? Amplexi sunt ad speciem præscripta legis, attamen claudicaverunt à semitis suis. Expulsi sunt, nec potuerunt stare, visâ in cunctis Gentium fide. Malitia illius Salvatorem irritavit, qui secundum multitudinem impietatum illorum expulit. Quia habebant legem, ambiebant & audacte honorem: merueruntque officia singularia Gentilitatis; ut deciderent ingrati à vanis cogitationibus suis.

12 Videndum, qua arte cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Indicat Damiani, *serm.* 25. in certamine Phares & Zaræ in utero g nitricis; an prioritate naturæ obtineri valeret culmen honoris. *Instante partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum; dicens: Iste egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egressus est alter.* En theatrum Gentilitatis & Synagogæ, pro maiestate Primogenituræ; ex qua tot honores dimanabant, & fortunati tamquàm primi & primates inter fratres excellebant. Gentilitas recessit; & tamquàm electa ac dilectâ, Synagoga honorem ambivit, glorianterque protulit manum, in qua dilectionis signum, nimirùm igneam legem, signatam per filum coccinum; quod quidem non servavit, nec observavit, sed rupit: expectans Gentilitatem post se, tanquàm minorem egredi; cum semper prona in obsequium, serviret Gentilitati, eius ad-

Gen. 38. à 27.

Hinc Synagogæ prælata.

orando idola, quin posſin à cultu removere flagella: imò propter furentem debacchantis dilectionem, ſubire minimè dubitavit ſervitutem & uſque captivitatem. His meritis egredi prior cupiebat, quæ dignitatem peribat; fraudata à deſiderio, dum vano geſtiebat gaudio: etenim cùm dignitas conferenda iuxta merita, & in illa non eſſent dilectionis officia; dum tantum honorem, Meſsiæ adventu, ſperaret audacior, Gentilitas ſtudioſa facùl egreditur prior, obtinens à Salvatore feliciter dignitatem; quippequàm illi præ illa ampliorem tribuit honorem: & ut invita daret dignitatis & ubique teſtimonium; Synagogam diſperſit per totum mundum. Paulinus, in *Celſi panegyr.* v. 359.

Paulin. *Et veluti rupto patuere ſacraria velo,*
Sic reſerat nobis legis operta fides.

13 Erraverunt ergo à via veritatis: lumen iuſtitiæ ortum, haud ortum cæcis, & Sol intelligentiæ inter illos natus non natus illis; quia non pervenerunt in intelligentiam natis Solis: cæterùm, vellint, nolint, adventum Salvatoris teſtificantur; quos traducunt ex adverſo iniquitates ipſorum: igitur habitæ ab illis in deriſum, pro ludibrio in improperium, videntes lividi gloriam decoram Gentilitatis, mirati ſunt prorsùm *in ſubitatione inſperatæ ſalutis. Inſperatæ.* Perpropriè. Sibi ab illa ſine meritis dignitas expectabatur; quaſi ſibi per iniurias & faſtidia deberetur: ſed eluditur & illuditur renuens ad cultum Solis iuſtitiæ, Salvatoris iter; quippe in honorem egreſſus eſt alter, prior in donis, maior in imperio, Synagogà hinc inde vaga ludibrio: ſiquidem cæcitas ex parte contigit Iſraël, ad myſterium revelandum, ut tunc intraret plenitudo Gentium. Dixit illis Salvator: *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti, facienti fructus eius.* Signum profectò, Synagogam eſſe ſine fructu. Pende verba. *Dabitur genti, facienti fructus eius. Facienti*, vel *facturæ.*? Facienti. Gentilitas incepit obſequi ab ipſa Salvatoris nativitate: Salvatorem per dona corde adoravit, & ſtellà duce cognovit. Primùm miſſus eſt ad Iſraël (inſit Hieronym. in *Matth.* 15.) *ut illis non recipientibus Evangelium; iuſta fieret ad Gentes tranſmigratio. Salutem Gentium, paſsionis & Reſurrectionis tempori reſervabat.* Hinc dignitas datur genti, fructus facienti, & facturæ: etenim Gentilitas pro Salvatore faciet, quod perfectum, antequàm ipſum videret. Faciet animitus poſt crucem & mortem Chriſti, quod fecit obſequioſa in ipſa nativitate. Crudelitate enim Synagogæ perſpectà, Gentiles revertebantur, percutientes pectora ſua. Iuvenc. d. *lib.* 3. v. 734. ſuccinit.

Iuvenc. *Fulgentis regni ſedes translata feretur.*
Ad gentem, dignos, quæ poſsit reddere fructus.

Qui fructus & quàm opimi, videndi *Tom. ſeq. Tautolog.* 4. *Didaſc.* 1. ad illud Iſai. 36. 15. *Eruens liberabit nos.*

14 Galeotti Martij exponendum inſomnium, quaſi in umbra noſtræ felicitatis theatrum; quid ut ait Auguſtin. d. *ſerm.* 2. & 4. *Magi erant primitiæ Gentium, nos populi Gentium.* Quid ergo Galeottus? *In exitu Iſraël de Ægyptiaca captivitate* (infit, de *Doct. promiſc.* cap. 38. & nos ex ipſo in *Ephemer.* 14. *Martij*, n. 8.) *ordo rerum immutatus eſt: & Sol ſuo recto tramite derelicto, ad inſueta loca pervenit. Ea enim tempeſtate Scythas, frigidiſsimo loco poſitos, tantus æſtus invaſit, Sole ſuper eorum capita vagante, radioſque perpendiculares iaciente; ut ſub torrida Z na locati iudicarentur: & Æthiopes, aliàs à Sole eiuſque calore vexatos, eo tempore, mutato curſu, frigus oppreſſerit.* Aſſentiemur pictrici phantaſiæ, ſi ſumitur allegoricè. Ordò temporis ſucceſsivè frigus & æſtus. *Geneſ.* 8. 22. Verùm aliquando divinà potentià fiunt in tenebris mirabilia; ut ſicut in Sancto, appareant in terra deſerta, & invia & inaquoſa. Ita enim factum (aſſerit Pſalmographus) per divinam gratiam; *ut viderem virtutem tuam & gloriam tuam.* Prædicit præſentem articulum Zacharias. *Veniet* (ait) *Dominus Deus: & erit in die illa. Non erit lux, ſed frigus & gelu.* De vocatione gentium & reprobatione Iudæorum, intelligit Alapide in *Sinopſi capitis.* Quo pacto dum ad terras venit Dominus Deus, qui fulgentiſsimus Sol; in die illa, qua æſtus nimius, frigus hæſit & non lux? Stella quæ apparuit Magis, non viſa in Ieruſalem. Idolis Gentilitas abſentià Solis frixit: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Lux ergo Solis orta, emittens ardentem flammam; ardore, quo naſcebatur, illuminabat & è propè Synagogam: in qua non lux, ſed frigus, dum per ſtellam à Gentilitate divinitatis noſcebatur radius; quia hæc ut cognovit, calore Solis æſtuavit, & illa præſente, cordis frigiditate non cognovit. Reliquit ergo Sol tramitem, & dedit naſcens, & abſcondit lucem; calefa-

Sapient 5. 2. *Cur Hebræi diſperſi per orbem?*

Matth. 21. 43. Hieron *Unde firma fides Gentium adoratione Magorum?*

Aliquando Solis curſus mutatus

Pſ. 62. 3

Zachar. 14. 6.

Æſtus Gentilitatis à luce.

faciens loco frigidissimo positos, fugiens simul iuxta flammam collocatos: fuitque cum Deus-homo mundo nasceretur Sol, in Synagoga frigus, in Gentilitate lux; quippequam hanc venientem supremo calore fovit, & ab illa algore pressa, ut quæretur, recessit. Ni recessisset, æstuaret. Quidni frigesceret, si Solem presentem fugit? Fatua prorsùm, Solis prætermittens beneficium: igitur ne frigesceret, potiri valuit, & potiri noluit; quasi magni aliquid faceret in salutem, frigore contremiscentibus, alijs indicare Solem. Lux inventa à Gentilismo: Synagogam constrixit frigus & gelu; in quo patescit eius insignis in desipientia vecordia, residentis feliciter coram Solis vivà flammà: etenim si à frigore gelu, in eius pectore saxeo, minimè glacies à frigore, sed à Sole; quo quidem coram, nec cognovit flammam. Infelix profectò existit, quæ coram Sole præ frigore tremit. Erat illi Solis frigida flamma.

Synagoge frigus à Sole.

Ovidio *Epist.* 21 v. 112.

Adstrictum gelido frigore pectus erat.

15 Optimè opportuneque se mihi offert, quod refert Herodotus de Traditionibus Ægyptiorum, *lib.* 2. n. 46. *Negabant.* (ait) *multis annis ullum Deum formà humana extitisse: ac ne in Regibus quidem, qui in Ægypto priùs aut posteriùs extitissent, aliquid tale, dicebant, fuisse: sed intra hoc tempus, quater Solem præter consuetudinem fuisse ortum. Bis quidem illinc exortum, ubi nunc occidit: bis autem unde nunc oritur, illic occidisse.* Ægyptios præsciviisse Deum-hominem de cœlo in terram futurum, constat ex Prophetis; *Isai.* 19. 21. & *Zachar.* 14. 18. Venit ergo Dominus, tuncque Solis ordo mutatus? Quod fictum in immutabili ordine cœli; verum in adventu de cœlo Solis iustitiæ: igitur habens occasum in Gentilitate, & ortum in fide expectantis Synagogæ; visum occultum arcanum, quando Sol mutavit cursum. Visus Deus in terra, & formà humana. Ut Sol in oriente occidit. (ibi occidendus) in occasu fulget (ibi nasciturus) pro Gentilitatis electione, atque Synagogæ cæcitate: quandoquidem nec habuit fidem, nec videre voluit Solem, quando Gentilitas anxia, duce stellà, adorandum quæsivit, simulatque Deum-hominem in terris esse cognovit. Profert mysterium David. *Ascendit super occasum: Dominus nomen illi.* De gentium illuminatione loquitur, ut exponunt Genebrard. & Malvend. Modò in argumentum. Quomodò si Dominus, uti Sol ad nos venit ascendit super occasum? Dum Sol ascendit ad nostra, mittens splendidam lucem; ascendit super Orientem. Unde ergo super Occasum? Mutavit cursum. Occasus erat Gentilitas: Oriens, Synagogæ claritas: & non per Orientem, sed per Occasum, ad nos veniens cursu ascendit; quippe Iudæis sine luce, Gentiles illuminavit. Confitentur cœli mirabilia, in Gentes extentà gratià; ut videant qui oderunt, & confundantur; videntes illuminatione singulari portentum: igitur in pignora conferendæ dignitatis, in ipso Solis occasu invenitur ortus Solis.

Hered.

Psal. 17. 5

Quomodò illuminatis Gentibus, ortus Solis in Occasu?

16 In Magis Regibus elucent huiusce gratiæ specimina; sed sunt oppositæ testimonia. Ducuntur Magi in Solem, stellæ luce. *Vidimus* (dicunt) *stellam eius in Oriente.* Etiam David, ibid. subdit: *Ascendit ad orientem.* Difficilis nodus. Quomodò igitur ad Orientem & Occasum erit ascensus? Per novam nativitatem, fecit Occasum Orientem. Expectabat ortum Solis Synagoga sibi communi cursu. Sol iste simul erat Gentibus expectatio; quoniam ad illas, cùm veniret, venturus, postquàm Synagogæ exortus: in occasu quasi in tenebris iacebant Gentes. Erat Synagoga ad ortum Solis: & dum primam oriens emisit divinam lucem, Occasum fecit orientem; quippe per Gentilitatem (dum orbi natus est Sol) data Synagogæ faustè nati Salvatoris lux. *Magi Reges magistri facti sunt Iudæorum*: inquiunt Augustin. ubi suprà, & Leo Pap. serm. 2. *Epiphan.* cap. 2. Ex illis potuerunt discere, quod placuerat ignorare: & cùm eius notitia expectanti magis grata (modò à Gentibus accepissent testimonia) per Occasum, Solis venientis constituitur ortus; quoniam Salvator fuit ortus, ut revelaretur Gentibus. Propiùs articulo accedit Maluenda. *Ascendit* (legit) *super Occasum. Super Arabias, vel in Arabijs.* Magos enim signat Reges, etenim in signum religionis ac venerationis cordium, dona ferunt vagienti Reges Arabum.

Vers. 2. Vers. 34

Vnde Gentilitas illuminata fuit Synagoge magistra

Augustin.

Malvend

17 Quantumvis in Occasu, *orietur vobis timentibus nomen meum, Sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* Vobis qui timetis Deum præ errore criminum, non Hebræis; quibus non est timor ante oculos eorum: igitur cùm Sol ut illuminaret illos mitteret radios; non cum illis nec in illis, licèt habitaret inter illos. Habitavit inter Gentes, obsequio Gentium, & in sanitatem alligavit contriones eorum; ut uti Sole iustitiæ distribuente munera, & do-

Malach 4. 2.

Tùc Christus iudex utriusque

donis collatis responderent dona (inter Orientem & Occasum mutato cursu, diverso in nativitatem motu, ut Sinagogæ caderet celsitas, & super illam emineret Gentilitas) palàm apparuit his, qui minimè interrogabant; dum Hebræi confitentur se nosse Deum, & factis negant. Magis apparuisse, eius in stella expressa imagine, infit Augustin. d. *serm.* 4. *Die quo natus est, illis stellam in Oriente viderunt; & quem natum indicaverit, agnoverunt.* Clariùs Prudentiùs in *Apotheos.* v. 683.

An in stella pueri imago? August.

Prudent

Vidimus hunc, aiunt, puerum per sidera ferri,
Et super antiquos Signorum ardescere tractus.

V. 2.

Hinc dicunt: *Vidimus stellam eius. Eius*, profectò, quia in illa eius splendida imago etenim per illam natum iterùm cognoscent, si iterùm viderint.

18 Hoc intuitu cùm stella, signum Regis orituri, apparuisset in Oriente; non interrogant de nato puero, sed duntaxat de nativitatis loco. *Ubi est, qui natus est Rex Iudæorum? Vidimus stellam eius.* Haud ambigitur nativitas Regis; sed locus nativitatis. Si Rex Iudæorum quæritur, in proprium Regem, qua de causa intendunt adorationem; videtur quòd de Rege instruenda sit inquisitio, & non de loco. Regem sciebant, verum cum loci nescientia adorare nequibant; quin illos posset Synagoga fallere, alio demonstrato Rege: igitur cum ex eius imagine hausissent insidere cognitionem; vito loco, proculdubiò agnituri per imaginem. Hinc potiti voto, stemmata in patria ornarunt nobiliori titulo. *Arma sua depingere fecerunt* (inquit Petr. de Palude, in *Epiphan.* serm.) *cum puero, matre & stella.* Hæccine nobiliora insignia; signa gratitudinis, & summæ felicitatis: etenim coram oculis habebant, ut redderent cœlo gratias, per quos & à quibus obtenta tanta felicitas. Hoccine miraculum ad Gentilitatis beneficium, in *Platon. Timæo*, refert Ethnicus Calcidius: *Est alia sanctior* (inquit) *& venerabilior historia, quæ perhibet de ortu stellæ cuiusdam, non morbos, mortesque denunciantis; sed descensum Dei venerabilis, ad humanæ conversationis, rerumque mortalium gratiam. Quam stellam cùm nocturno itinere suspexissent profectò Chaldæorum sapientes viri, & considerationе rerum cœlestium satis exercitati; quæsivisse videntur recentis Dei ortum: repertàque illa maiestate puerili, veneratos esse; & vota, Deo tanto convenientia, nuncupasse.* Alijs parco, quia fusè dixi, in *Ephemerid.* 6. *Ianuar.* à n. 6. & 25. *Decembr.* à n. 4. Iam enim illuminata Ecclesia, quæ ex Gentibus nascentis constat Sponsa, cœlestis Solis munditie, erroribus abiuratis idololatriæ. Accinit Ennodius, in *Epiphanij panegyr.* à v. 41. *Iste dies,*

Ibid. Et quo intuitu?

Petr. Palud. Quænam Magorũ stemmata?

Chalcid

Quo gaudet mundus (*cùm non sine gaudio mundi*)
Cernis adorãtes, pavidos sũmittere vultus
Iste dies cunctis vitæ, cunctisque salutis
Causa fuit, veteris dissolvens vincula noxæ.
Christus in hoc tribuit decus, qui mente gubernet,
Et Gentes pietate regat: quibus Auctor Olympi,
Policitus simili Regem pietate paravit.

Ennodo

DIDASCALIA VII.

Errori sine modo medicina; non medicina, sed plaga.

1 SÆPE sub titulo speciosæ iustitiæ, fit blandimen arroganti potestati; quantumvis delicatula maiestas turpi succumbat errori: quandoquidem larvà iuris deauratur Iudicis per se vel amicos error; & pompaticè tumidè procedit furor, eò quòd potuit facere, quod iurè fieri non potuit; hauriens phantasticam titillantem vanitatem, quippequàm impotens legis velamine valuit procedere contra legem: micatque amplior iugulanda auctoritas; quia pro iusto iudicio transit iniquitas. *Quæ usquàm* (ait Cornel. Tacitus, lib. 1. *Histor.* cap. 38.) *Provincia, quæ castra sunt, nisi cruenta & maculata, aut ut ipse prædicat, emendata & correcta? Nam quæ alij scelera, ille remedia vocat; dum falsis nominibus, severitatem pro sævitia, supplicia & contumelias disciplinam appellat.* Quid si conciliare cupit potentioris gratiam, aut fovet pectore vomicam, vel aliquando nec factam, præcogitavit offensam? Illicò vultus legis; & severitas tetri inexorabilis iudicis; ut reformet larvatà iustitia, quod deformavit pro lubito ficta causa. Hæc est iustitia?

Tacit. Vbi non causa, iudicat malitia.

Sophoc

Sicut ægrotat loquitur.

Ut

Ut ait Sophocl. in *Trachin.* v. 1262. Opus habet iudex præsentaneo medicamine: dolet capite, dolet pectore: & quia vigent putrida viscera, vel verba fœtent. Planè indigent: caput mente, pectus corde: etenim uteretur secum medicamento, si gauderet aliquomodò iudicio: patetque cerebrum vacuum, quippe phreneticum; quo regimine, nec iuris, nec iuris sui, quod datum sceleri. Volant flagitia, damnatur innocentia: & quæ supplicia ut scelera tota lex indicat, remedia scelerum vocat. Pœnæ ex lege, sanè medicamina criminum vulneri. Ubi non crimen, quorsùm pœnæ medicamen? Medicina vulnus faciet, quod crimen non fecit: apparebitque plaga, quæ appositа malignanter medicina.

2 Traditur à Principibus Sacerdotum N. Redemptor Pilato, causà constructà ab illorum iudicio, vigili malignitate; quia contra legem, legem dicebant habere. Ille verò cùm causam iuxta leges libraret, nullam invenit. Instabant proceres, velamine legis, sed veriùs conceptà ex summa acceptione rabie; eò quod conferentes splendorem; coram illo nec ullam auctoritas muneris habebat auctoritatem. Unde si technis ac impostoris contigisset cadere; sine rivale quibant ad votum iactabundè lucere. Per invidiam traditum ab illis Iudex cognovit, ideoque in causa ficta nullam invenit. Innocentia tacebat, malitia in astum clamabat. Dicam ex Terentio, in *Heautont.* Act. 4. scen. 1. v. 29.

Invidia cæcè videt, & tabescit.

Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum atque æquum sciunt?
Melius, peius; prosit, obsit; nihil vident, nisi quod lubet.

(Terent.

Prudentia sæculi, cum politica agendi ratione, non penitùs pro tunc mentem iudicis iugulavit; verùm alto vulnere iudiciũ factum percussit; maximè cognoscens neque in reò ad lubitum Actorum, invenire crimen, neque ullam in Actoribus rationem. Pende. *Iterùm clamabant*: *Crucifige*. Pilatus verò dicebat illis: *Quid enim mali fecit?* *At illi*: *Crucifige eum.* Minimè exponunt maligni causam, sed pœnam. Causa causa, & iuxta leges præsumitur, si modò crucifigatur. *Crucifige eum.* Dummodò tollatur in ligno vita; quid quod sit causa, aut non sit causa? Astruatur innocentia post mortem: ad minùs si non crimen, criminis habebit speciem. Homo ita magnus, & Præses quibat ita delirare, ut sine causa innocentem decreverit crucifigere? Homo in Trono cum dedecore tanto? Absit cogitari posse.

Marc. 15. à 13

Propositum improborum non in causam, sed in pœnam.

Crucifige. Quid enim mali fecit? Sat; quòd nil fecerit mali. *Crucifige.* Quid quò pereas, si præsentem, quantumvis innoxium perire iubeas? Propter dependentiam aulici temeritatem plaudent, aut protegent; licèt internè uti flagitium horribile damnet. *Crucifige.* Celantur sæpæ scelera atque pectoris malignitas, quandiù durat dignitatis maiestas: etenim etsi iuris absit, modò persistat indignæ auctoritatis deformis forma; impunè possunt perpetrari indigna. Hìc sumus, colorabimus dedecus. Aptè Horatius, 2. *Epist.* 1. v. 180.

—Valeat tres ludicra, si nos
Palma negata fugat.
Quod numero plures, virtute & honore minores,
Indocti, stolidique, & depugnare parati.

Horat.

3 Videamus quid iudex iniquus excogitaverit, ut medium iter inter utrosque teneret, quasi sine præiudicio, in graviore nocumento. Semper grave sine lege: sed gravius, sine ratione, nec iuræ. Ita Publ. Syrus in *Mimis*, n. 129.

Grave præiudicium est, quod iudicium non habet.

P. Syr.

Innocentiam Iesu Pilatus cognovit, sed flagellari iussit, ut accusantium truculentia quiesceret. *Nullam causam inveni in homine isto, ex his in quibus eum accusaeis. Emendatum ergo illum dimittam:*. *Corripiam ergo illum.* Iudex hic improbè prævaricatur. Qua lege sine causa flagella? Quid corrigendum, ubi non est causa? Nequit rectum esse correctum; quia quod sine errore, minimè corrigibile. Si nullum profiteris, quid flagris corriges? Sine causa, non correctio: quæ correptio sine causa? Iudicium iudicis, ut legibus addiceretur flagellis: equidem parvi ducit, quòd vapulet innocentia, modò magnatum obtineatur gratia. Iustum vel iniustum tantùm libido potentum. Mutatum iudicium, ut nullum esset, cùm uti summum demonstrare voluisset. Homo cùm in honore esset, non intellexit: illi vota accusantium primùm scandalum, posteà in ore suo complacuerunt.

Luc. 23. à 14.

Furor malignitatis sub titulo correctionis

Quod cupidè petijt, maturè plenè reliquit;
Quid placet, aut odio est, quod non mutabile credas?

Horat.

Succinit Horatius, d. v. 100. Ergo in nostrum Didascaliæ propositum. Cur ergo dum sine crimine, nec ad supplicium emendari decernit; non alijs pœnis premi, sed flagellari iussit? Ut constet sine iure & ratione, quanta iudicij absurditas in prava te-

Ioann. 19, 1.

temeritate : etenim cùm criminum pœna, criminum sint medicamina, ut curet resipiscentia; verbera sonant iudicium, quandiu sine causa ex abrupto, ac lubito temerarium. Applicantur enim parti non ægræ, quæ per legem flagitiorum medicinæ : dicunturque medicinæ flagella, quippequam sine causa, non medicina sed vulnera. Nequit sanari, quod caret lesione. Nequit quod integrum restaurari. Insania est curare valentes, ut contigit verberibus Salvatoris : equidem cùm sine causa ac iustitia, pœna ut medicina, pœna, & insanabilis plaga; fictè reum, sententia iudicis criminosum, haud dimittet correctum, sed correptum, non resipiscentem, sed plagatum. Non enim dolet de crimine, sed de verbere. Non sanatur, sed percutitur : nec ex tanto scandalo, & temerario iudicio, ullos dolor de criminibus, sed de vulneribus. De quibus ergo vulneribus? Ex quibus sanguis? Quorum comites vibices? Sanè minoris doloris. Punctus fuit honor, dum sine causa supplicium, quippequam ex verberibus designabatur peccatum. Crimina non erant : esse, flagella indicabant : unde in correctionem Iudex non habens speciem, percussit damnati honorem; quoniam videbant clarè dedecoris notam, qui nesciebant iuxta leges in causa non fuisse causam. Hoc vel cum causa esset dementia, & dignitatis audacia : igitur quùm iudex iure consulit etiam sontis correctioni; debet propensius studere famæ: quæ quidem, quantunvis sine causa, integra non habetur, dum diriùs corpore à iudice flagellatur.

Supplicia sine crimine, medicamen sine vulnere.

Tunc iudex phreneticus.

——*Mori satius, vitæ quàm ferre pudorem.*

Claud. de Bell Gildon. v. 451.

4 Totum ludibrium dignitatis & legum, causis excusis ad lubitum. Si reum in correctionem corripuit, quid correxit? Instruxit Iudex subdolè tractum, ut iniuria læso videretur beneficium. Dimittere proponit, quem verberibus discrucit, quasi illi in tanta acerbitate consuleret; demonstrans benevolentiam, & quam latè portendit misericordiam: igitur etsi nihil pœna dignum vel in criminationibus adversariorum; iustum si gratias ageret, quod illum vel flagellatum dimittere. Titulus fuit correctionis, ut dimitteret; & non dimisit, quia pœna sine intuitu correctionis. Non flagellavit, ut corrigeret; sed ut specie correctionis flagellaret : iudicijque in salutem vulnerando, sumpsit speciem; ut sine causa saciaret internam crudelitatem. Ut nullam causam ad plagas diceret, & maiores ipsis verberibus faceret. Ut patefceret iustitiæ decretum, malevolentiæ iudicium; & embolijs & embolijs auctoratis, sententia iniqua iuxta tenorem integerrimæ legis : equidem non satis eius pravitati, quòd pœnis & pœnis premeretur vita, ni foras etiam technis & technis laceraretur fama. Occurrit eius in articulo facinus, ut cognoscatur perversi cordis intuitus. Titulo correctionis, ut diximus, apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit : quo facto, dixit æmulis criminantibus : *Ecce adduco eum foràs, ut cognoscatis quia nullam invenio in eo causam.* Cur ergo coram adversarijs adducit, quem flagellatum dimittere voluit? Perperum causæ iudicium ex suffragijs accusantium, quod fiebat in præiudicium; ut non solùm deformaretur corporis decor, sed iugularetur honor: equidem iudicis excogitavit malignitas, ut innocentis infamia, vel sine causa egrederetur foras. Hos habet exitus correctionis colore, medicina sine vulnere. Ubi non invenit, facit; quippequàm pectoris vomica, quod elucet cataplasma : paulatim ingerens mortem, quia non invenit vilam criminis speciem : etenim quem sine causa iudex impius (ob improborum accusantium obsequium) iussit dirè flagellari; constrixit, in cruce mori. Plagis nequaquàm sanavit, sed interfecit. Dolos fuit extremus, applicata medicina, quò non doluit, quod sæpesæpius accidit imprudenti iudici, sub correctionis velamine: quandoquidem non solum plaga, sed mors & ignominiosa; quæ videtur medicina. Interdum confert, interdum fugat medicina salutem. Medicina non erit, quæ læso nocet.

In innocente plusquàm vultus, fama dolet.

Ioann. 19. 4.

In quem livor iruit.

Mala medicina, ubi aliquid perit. Publ. Syr.

Succinit d. Publ. Syrus, *n.* 127. Non est medicina quæ mala : sed erit peior, ubi non est languor: etenim reijcit ratio, animus, & qui non crudelis medicus; quippe nequaquam medicina, sed virus. Medici sanequam opus, effrenes humores corrigere, venena expungere, carcinoma vulnerare; verum nequaquàm medicina nocere. Ovid. 1. de Remed. v. 297.

Optimus ille fuit vindex, lædentia pectus
Vincula qui rupit, dedoluitque semel. Ovid.

Maior innocentiæ iniuria, dum hæc dicitur offectione clementia.

5 Zelus multoties dicitur, & in Rectoribus à zelo longissimè est animus; qua de causa cum alieno à charitate proposito, vacui ridentur apparatus sine fructu. Sugillat Gregor. Magn. *Pastoral.* p. 2. cap. 8. *Rectores* (inquit) *subditos, quos nihil contra se valere conspiciunt, hos nimirùm in asperitate rigidæ semper invectionis præ-*

Gregor. Magn. *Instatio improbi Superioris.*

premunt: numquàm clementer admonent: sed pastoralis mansuetudinis obliti, iure dominationis terrent. Iactanter erga subditos se erigunt: nec quid agere debeant, sed quid valeant, attendunt. Nihil de subsequenti iudicio metuunt; qui improbè de temporali potestate gloriantur. Libet illis, ut licenter & illicita faciant, & quod subditorum nemo contradicat. Hinc sæpe velamen correctionis, quin intersint iura criminis, nisi tantum corrigentis: quandoquidem sub iugulo potentis & impotentis odij, subditi qui boni, tracti; attriti socio rigore, comite austeritate, aquà brevi, pane angustiæ, quasi qui ignoti & cogniti, lacerata ac protritâ auctoritate, per infamiam & bonam famam, per ignobilem impostaram & gloriam, tamquàm seductores & veraces, quasi castigati, sed non mortificati, quasi tristes semper autem gaudentes, nemini dantes ullam offensionem; totum correctum erga correctores crimen, obstare vivere illeges iuxta totam corruptelæ libertatem. Hac de causa Dux atque Doctor Monachorum SS. Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 1. ait: *Fortissimum genus*: forte sanè, atque divinâ virtute, ubi ut inquit Doctor Gentium: *Libenter sufferti insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis devorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit.* Hæc officia fortitudinis; pati, premi, atque supprimi virtutes; ne vivant; ne floreant, nec transeant iniquitates. Tu murus æneus esto, ne repat prævaricatio: imò intenderis figi malos mores, quò illi subdolè ob factum fixerunt leges: etenim in probos invehi, Rectoribus deformatis fuit solemne; ut contra se nullam iudex inveniat fidem, dum videt vel in virtute laceram ex oppressione fine fide auctoritatem. Pavidos potestate terrent, verùm impavidos torrent. Lucan. *Pharsal.* lib. 1. à v. 666. designat potentum astum, ut sint leges in ludibrium.

Qui exercitium subditorum, & flagellum

2. Cor. 11. à 14

Astus, ne fit à iudice cognitus.

Lucan.

Imminet armorum rabies, ferrique potestas
Confundet ius omne manu: scelerique nefando
Nomen erit virtus: multosque exibit in annos
Hic furor.

6 Hinc dum trahere subditos ad se (vel frugi, si aberrant) cupiunt; in ipsa prudentia insaniunt, & regimine desipiunt, quippequam vel cùm medicina nocent, nec modum in iudicio, vel in præiudicio habent. *Videas* (infit Bernard. in *Cantic.* serm. 23.) *non posse quiescere: & super fratres non solum inutiliter, sed & insipienter & nequiter conversari.* Inutiliter sese gerunt, quia non sobriè: insipienter, quia non piè; & nequiter, quia non iustè: & ut obtineatur morum devantium correctio, vel labantium reintegratio; *Sobrie, & iustè & piè vivamus in hoc sæculo.* Siccinè beatè expectatur, & qui aberrabat, convertitur: aliter errantium durescit cor, & ad bonum nec spes. *Venientes venient cum exultatione*: dicit nostra Tautologia. Quis igitur ad correctionem non venit veniendo? Quisquis venerit, & non venerit cum gaudio: etenim cùm gaudium procedat ex correctionis modo; sine modo, ubi venientes veniunt, nequaquam veniunt, sed fugiunt. Dicit Psaltes Regius. *Amici mei & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt: & qui iuxta me erant de longè steterunt.* Agit personam desipientis, in turbulentia imprudentis correctionis: etenim summa ingeritur vecordia, quotiescumque micuerit correctionis imprudentia. *Cum magna delinquimus* subdit Bernard. (*serm.* 45. d. num. 3.) *vix ferimus reprehendi.* Quid si fit insimulatio, vel carpens (etsi non fallax) declinaverit à modò? Adducet errantes? Frugi venient transgressores?

Bernard

Tit. 2. 12.

Ps. 125. 6.

Præsidis in correctione luc. moderatio, si grata correctio. Ps. 37. à 12.

Bernard

—Vertere modum formidine fustis?

Horat. d. à v. 118.

Hic error tamen, & levis insania.

Nulla conversio, etsi convertatur corpus, ubi immobilis animus in progressus. Recedunt enim præsentes iudici, si cor longè equidem cùm absint immoderato regimine; violenter ducti, non ducti: quandoquidem ita præ desipientia amaritudines urgent; ut qui sedebant iuxta de longè steterint; quippequam non audierunt correctionem ad charitatis amussim, sed parrhesiasticæ potestatis impunem, & debacchantis furorem: quo quidem procax fronte apertâ audebat loqui, cognoscens præ reverentia illicitum responderi: quod utique si accidisset, delectaretur malitia; igitur ad correctionem iam erat causa: qua totam vomicam è pectore expelleret, cùm sine causa fictitia correctione reprehendisset.

Et pectus malevolum quærentis sine causa mortificare subditum.

7 Patet, quare *amici & proximi appropinquaverunt & steterunt.* Unde ergo steterunt, si appropinquarunt? In correctione ex abrupto sine modo, nec iudicio, elucet cerebri prævaricatio; quamvis quid esset, dignum amputandi: atque zelo legis radicitùs evellendi. Suaptè qui peccaverunt, intrinsecùs confunduntur. Pro confusione, satis peccasse. Moderatione visâ,

visà, in resipiscentiam veniunt: exulcerante correctione, resiliunt; etenim non audiunt confusionem propter crimen, sed dumtaxat crimen propter confusionem. Unde cùm deficiat in medico charitas, & ferè in excessu haud cognoscatur infirmitas; totum suspensis auribus ex pondere libramentum, corrigentis corrigibilis & dignitatis ludibrium: igitur si in illo perit auctoratus honor; in illis etiam qui restabat pudor. Methodus in relationem sequitur methodum: & animus animum. Dicit Euripid. in *Andromach.* à v. 738.

Dum fictionis auctoritas conciliatur, ludibrio habetur.

Euripid

Præsens apud præsentes,
Modestus modestiam experietur:
Iratus verò sentiet iratos.

Primum signat ob benevolentiam, mansuetudinem & gratiam, inter præsentes præsentiam: igitur hæccine pendet ab affectu, non à vultu. Modestia respondet modestiæ: impudentia sanè, si modestia non respondet. Repagula profectò venerationis rupit: quirin munere fracta invenit. Iratus etiam sentiet iratos. Non trahet. Sine correctione corripiet, proritans animos, & exulcerans vulnus in fastidium: siquidem movet stomachum; quòd invererecundus sine fronte (quia jurisdictionem habet) evomat fatuè quicquid in buccam venerit. Quod debet ratione ducere, dirigit austeritate; facto gravi ex levi vulnere, & extruens separationem, solicitans societatem: equidem perperàm tolerabunt vulnerati, quem ferre nequeunt amici. Amici appropinquarunt, sed steterunt. Revocavit conatus accedendi, faciem videre in throno sine pudore: stetitque consideratio, ne sese exponerent præcipitio; etenim sine reflexione omninò periculosum, accedere ad amicissimum ex potestate phreneticum.

Malè audit Prælatus pro cax.

8 *Appropinquaverunt & steterunt.* Steterunt quasi attoniti ex visis, insulis tumidis ex abusu potestatis: igitur prudentes reddit attonitos, videre spiritus ita audaces & elatos; ut nihil sub censura non audeant, modò Superiores in ostentationem sedeant: non enim ita blaterant ex cognitionis indice, sed ut cognoscant Superiores esse; per odibilem ignominiosam audaciam, altissimam sine mente aucupantes excellentiam. *Steterunt.* Maluend. *Præ horrore.* Illos fugit inverecundè pudor, & etiam in amicis est horror: etenim horret ratio, ita Superiorem sine cerebro; ut explicet se gratulatione furiosum, ubi inseritur in medicum. *Steterunt.* Idem: *Subducti à plaga. Aversi steterunt, eò quod morbus contagiosus.* Sanè *à plaga*, quia qui medicus indiget medicinà: & ni confoveatur cranium, erit otiosum elleborum. A plaga steterunt vel intimiores, ne serperet, formidantes; ut simul ægri iacerent peste involuti, quia proximi: & ubi tamquàm amici accedere cogitarunt, prudentissimè steterunt; ne ex correctione magnificà expectantes iuxta regulam iudicium, in Superioris leprosi mundi invenirent contagium. Contagium? Utique. Ex ipsa corporis forma, pectoris innotescit corruptela. Contagium, lethale virus: quodnam igitur maius, quàm indigna Superiori potestas, in subditorum ad subitum ignominias? Infatuatum acrimoniâ ex pipere totum sal. Cor eorum vanum est.

Maluēd

Insolentia pestifera, ex mente vana & phrenetica.

9 Longè patet exitus à corrigentis intentione, pellundata suavitate, simulque malevolentia sine freno florente. Calor totius correctionis quoad speciem, ut errantes in viam venirent, deserentes errorem. Hinc ficta religionis deformatio, legum concussio, abdicta reverentia, vulnerata observantia, mores suspecti: & quid inde? Quodcumque vel in somnis cogitabile, undecumque corrigibile, corpore cupiditatis, umbris imaginationis; quorum veritatis speculum dumtaxàt in pectore corrigentis, ut obijceretur forma, quia defecerat materia: & nisi fictum, exestuans infernali flammà cor, minimè vomeret zelum. Non cognosceretur medicus, nisi fingeretur infirmus; nec rutilaret cerebri pertusi in potestate fama, nisi aliorum ignominià. Ita in mentem veniunt? Ita fugiunt. Dicit textus *Adversum me appropinquaverunt & steterunt.* Hæbræus: *Pugnarunt.* Non venerunt, ut vulnera ex correctione sanarent, sed ut inferrent. Iratus sentit iratos. Non ad Præsidem venerunt, sed adversus. Quam cum iudicio, vel audissent, vel accepissent propriam, vel alienam correctionem; pugnantes commutarunt in certamen: & subditi? Et morigeri? Utiquæ. Non sunt medicati, sed medicinà sine vulnere percussi: dolentesque pugnant, qui non ægrotant; quippe defectu moderationis, vacuitate medicaminis (quod sine causa applicuerat externata potestas) quas non habebant invenerunt plagas. Subtilissima occurrit Glorioſi Patris Benedicti phrasis. *Non dicimus* (ait d. *cap.* 64.) *ut permittat nutriri vitia; sed prudenter & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire. Noverit se infirmarum curam suscepisse animarum; non super sanas*

Ut vulnerare valeat, crimina tamnat.

S. Bened

nas tyrannidem. Ibid. *cap.* 27. Haud apodosis videtur commoda, in designata articulo medicina. Si animæ infirmæ indigent medicamine, & non valentes; quid ad valentes pro pharmaco iugum tyrannidis? Dicat, super nullam plagam, nullam applicandam medicinam; sicut propter vulnus, debet studere medicus. Quorsum itaque tyrannis? Ut coerceantur impetus Præsidis in colore correctionis: siquidem carpens, ubi nullum crimen, zelum nequaquàm exercet, sed tyrannidem. Percutit medicamine quod valet, premit quod floret, sauciat quod viget, traducens in xenodochium valentes, ex claustro integerrimæ salutis: patetque molesta dira tyrannis (sine causa, sine vulnere applicatâ medicinâ) quòd subditus ad fatui, deliri Præsidis lubitum, se velit, nolit, debeat publicare leprosum; & malevolus credat, quia Præses diverat.

Et bonos tyranicè gravat.

10 Non sic sobriè, sed nequiter corrigitur, quippe sine causa, nequiter. Etsi sit causa, moderamen debet tenere vel ministrare prudentia. Haud imitandi Germani, de quibus Tacitus, *cap.* 13. *Nihil neque publicæ, neque privatæ rei, nisi armati agunt.* Non astruit nec mentem sanam, ne pectus, ad manum nonnumquàm gladius. Si facile educitur, tot ictibus hebetatur. Præses aptiùs utitur rationis acie, quàm acumine teli: igitur rationales semper ducendi ratione. Non ita facilis morum correctio; quòd non arte, astu, ingenio indigeat & modo. *Nec demonstranda remedia* (ait Plin. *lib.* 21. *cap.* 31.) *quorum medicina maioris mali periculum afferat.* Quid quòd apponatur præsentissimum planæ remedium, ubi incipit & desinit in delirium?

Tacit. *Quanvis sit causa, corrigenda prudentiâ.*

Plin.

Insipientia est, sic iram in promptu genere.
Quanto satius est, adire blandis verbis.

Plaut.

Etsi bonus animus in mala re, dimidium sit mali.

Ait Plautus in *Pseudol.* Act. 1. scen. 5. v. 33. Futilis bonus animus, si malum opus. Satius, non esse malum, quàm dimidium. *Habet iracundia hoc mali* (infit Seneca, 1. de *Ira*, cap. 16.) *non vult regi. Clamore & tumultu & totius corporis iactatione, quos destinavit insequitur, adiectis convicijs maledictisque. Hoc non facit ratio: sed si ita opus est, silens quietaque, non frendens, nec caput quassans, nec quicquam indecorum iudici faciens; cuius tum maximè placidus esse debet, & in statu vultus, cùm magna pronunciat.* Aliquid intùs pungit, quod pudor tegit.

Senec. *Præsidis turbulentia, interna indicatur vomica.*

Opus est sobrietate, pectoris moderatione: equidem cùm non appareat unde tanta procella, & verba gravida & dissonas præcogitatur, haud oriri ex argumento criminis, sed ex occulto vulnere & vomica læsi cordis.

11 De Iudice summo dicitur: *Iustitia & iudicium correctio sedis eius.* Elucet nimis in throno maiestatis commendatio, dum præsentia sedentis morum correctio. Hæc intenditur sæpe in iudicis munere: at sententia ad correctionem, iustitiâ debet fulciri, ut qui deliquit compungatur corde: quandoquidem nihil reprehendit, qui carpit iniuste. Crepat non increpat, dum sanitate sauciat, & amarulentiam indicat, & simul rumpitur, quia præter cogitatum, succi quicquam non haberur. Unde in conciliatione evanescit auctoritas, eò quòd dumtaxàt in vanitates, & insanias falsas. Iustitia constat ex iure: iudicium causæ ex examine: iustitiæque iudicium adhæret, ubi in sede qui iudex crimina corripit; ut quisquis foverit crimen, moveatur in compunctionem: etenim correctione puncti, compuncti frugi adducuntur pœnitentiâ; dum sententia profertur examinatâ iustitia. Nonnullis fatuè videtur, sufficere veritatem in correctionem; & modus deformat, quod iustitia veritate ad iudicium instituerat. Tota forma deficit, si modus non invenitur: iudiciumque iustitiæ ad correctionem sociatur; quippe vel cum iustitia correctio non est correctio sine iudicio. *Increpa in omni patientia & doctrina.* Scientia profectò ad increpationem cum patientia est necessaria: etenim quantumvis zelus dictet, propositum iustum esse, in iudicio ac veritate; haudquaquàm sapit, sed desipit, qui impatienter pro correctione increpaverit. Opportunè Cœl. Rhodiginus. *Nihil referre arbitramur* (inquit, *lib.* 16. *cap.* 24.) *quàm honestâ causâ quis insaniat.* Sobriè ergo agendum, ut quid agatur. Ni cum prudentia, quicquid actum, amittitur. Etsi recta faciat amens, non dicitur prudens. Quid prudens, si desipit? Quid si insaniat ex honestate, si insanit? Sunt pectora sine vulnere, quiete, blandè, modo & tempore. Ovid. 2. de *Remed.* vers. 253.

Ut obtineatur correctio, modus necessarius est iustitiæ & cum iudicio.

2. Tim. 4. 2.

Cœl. Rhodigin.

Sed meliore fide paulatim extinguitur ignis,
Quàm subitò: lentè desine, tutus eris.

Ovid.

12 Non solùm modus desideratur in iudicis sobrietate, sed etiam in iure. *Iustitia Domini rectæ* dicuntur. Quidni rectæ,

Pf. 18. 9

si iustitiæ ? Exprimitur modus iudicis, ne insipienter procedat in medicamina criminis : igitur exule correctionis formâ, potest esse iustitia, sed non recta ; quippequàm ex medicamine plaga quandoque gravis, ob defectum rectitudinis. *Qui custodierint iusta iustè, iustificabuntur.* Videtur aliquibus in correctione criminum vel non criminum iustificari, decernentes iusta exequi ; sed falluntur, quoniam quæ iusta non iustè : igitur per intentionis pravitatem, actio quæ iusta perdit iustificationem. Quæ iusta, iustè custodienda, ut recta clareat iustitia: igitur quod ex lege iurè rectum; quasi oppositæ entitatis, ex defectu rectitudinis. Latet affectus, qui uti talis non cognoscitur, & lex vocatur : Iudexque quia in lege & ex lege habet colorem, & nequaquàm rectitudinem ; dum lege procedit pravè, excandescit contra legem: plectereque conatur qui debet plecti ; igitur quæ legibus iusta, fas est iustè custodiri. *Legum præsidio* (inquit Seneca, 4. *Benef.* cap. 28.) *qui plurimum in illas peccaverunt, proteguntur.* In lege & cum lege peccatum, quia iudicis adversus legem propositum, quo iustitiæ minimè rectæ, nec iusta iustè : quandoquidem ingenium malignitatis, in legem adorari futili colore legis.

Sapient. 6. 11. *Nil recta, ni recte fiant.*

Senec.

13 Dicit Siracides. *Qui quærit legem, replebitur ab ea, &* (pro *Ideſt*, Vatabl.) *qui insidiosè agit, scandalizabitur in ea.* Cæterùm, *qui timent Dominum, invenient iudicium iustum.* Iustum iudicium exponitur, cùm lex iuxta tenorem legis observatur ; ut cognoscant iudices, leges non esse legum colores : etenim cùm iudicium constitui debeat ex legis latæ proposito, & nequaquàm ex iudicis voluntario iudicio ; illius ablegatione non erit finis legis, sed lex iudicis, qua sententia prolata iudicio caret, dum gloriosè profert; quippequàm est iudicium, sed non rectum, & iudicium non rectum non est iudicium. Quærit legem, & repletur ab ea: ideſt, damnatur pravi pectoris malitia: igitur si in iudicium per legem carpendum, haberet crimen; ut corriperet, haudquaquàm quæreret legem. Non enim inquiritur, quod habetur : quæsitàque lege, fit iudicium, sed non iustè ; quoniam minimè iustum, extra legis propositum, in iniustam correctionem, legis colorem exhibere tamquàm legem. Non procedit rectè, sed insidiosè, prævaricatione legis, & defectu rectitudinis ; quo à iudice specie iuris ruina malignè construitur, ubi cordis molimen ex velo legis cognoscitur: igitur cunctis scandalum, quod illi videbatur integerrimum iudicium. Cæspitat in iure plano, quo disponit offendicula cordis malitiosa intentio, protecto à lege prævaricatore ; quia conamen occultum legis specie : verùm intentione nudatà, cum scandalo patet iustitia iniustitia ; quod iuris, iuris opprobrium ; & iudicium, præiudicium, ac iudex lege repletur; siquidem qui legis velamine damnat, ab ipsa lege damnatur : & dum quæruntur iuxta leges fines & causæ ; quæ leges in leges ostenduntur insidiæ.

Eccli 32. à 19

Et iudicium vanum sine iudicio.

Suspiciosa sententia, si ex quæritur pro causa.

14 Pende Pauli tractum, atque iudicis iudicium, datà sententià, priusquàm audiretur causa : igitur priùs percussus, dehonoratus & despectus, quàm auditus. Accessit ad tribunal, & ut accessit, qui iudex percuti iussit. An ex lege ? unde? Dicit Seneca, 1. de *Clement.* cap. 25. *Tunc ille diruns animi morbus ad insaniam pervenit ultimam, cùm crudelitas versa est in voluptatem.* Paulus haud deliquit : & iudex percutit? Non egebat medicinâ Doctor Gentium ; sed qui munere iudicis occupabat thronum : etenim propter iustitiæ adornatam formam, morbus iudicis pervenit usque ad insaniam. Paulus apparuit : iudex statim percussit : priùs sanè percussisset, si priùs videret : tunc virus è putrido pectore, quippe habuit sub potestate : & ante causam protulit cordis sententiam ; quia cautè aversus præcaluit, ne visà causa iurisdictionem fugisset. Simulatque in thronum ascendit, quod priùs non valuit, percutere iussit. Patuit odium quod celaverat, quoniam nocere non poterat; eiaculato veneno, ubi valuit officio: igitur perversi optant & obtinent dignitatem, dumtaxàt in humilium subditorum percussionem. *Iudicas me* (ei dixit Paulus) *secundum legem ; & contra legem iubes me percuti?* Quæ lex ? Hìc Paulus opponit legem legi, quæ priùs fracta à malevolo iudice. Antequàm reus audiretur, in eum proferre sententiam ; iudicij & iuris quia contra legem deturbabat formam. Unde ergo lex, ut Pauli conceptum crimen iudicetur iuxta legem? Iuxta legem, ut iustè fiat, causa, & non aliter, constat. Iuxta legem iudici congruit efformari iudicium, ne sit potestatis, vel affectionis prolubium; quo iustitia dispalescit insania, & crimen, quæ contra crimen : damnataque innocentià, invisà causà, lex signatur contra legem, ius in ius, cum in legem non fit lex; quippequàm tunc non fuit ad vulnus, iu-

Senec.

Actor. 23. 2.

Vers. 3.

Ex malevolo sententia, est auctorata insania.

iudicium inviolabilis legis ; sed iudicium malignum furentis iudicis. Iussa quæ illi videbatur sententia, iuxta legem erat auctorata insania, fota furore, quippe causa sine lege. *Non est ista solida & sincera felicitas* (infit Stoicus, de *Provid.* cap. ult.) *dum illis licet stare, & ad arbitrium suum ostendi ; nitent & imponunt : cùm aliquid incidit quod disturbet, ac detegat ; tunc apparet, quantum altæ ac veræ fœditatis alienus splendor absconderit.* Intimam solicitant ultionem, quærentes legem. Instruunt vindictam, legibus fictis ornantes sententiam ; & offendunt ignominiam : equidem ad lubitum debacchantes in plausus, cuncti cognoscunt in tribunali deliros : & ut accinit Seneca in *Hercul. furent.* v. 399.

Senec.

Idem.

Cuncta sine legum metu.

15 Non sat quod sobriè ac iustè fiat correctio ; ni pia sit in necessario supplicio. Quicquid nimis semper nocens. Medium tutissimum. Numquàm simulandum : aliqua dissimulanda, quæ aliquando corrigenda ; ne silentium excitet in corruptelam faciles ausus, & continuatio reprehensionis (tundens aures) degeneret in despectus. *Rector discretus in silentio, utilis sit in verbo ; ne aut tacenda proferat* (subdit Gregor. Magn. 2. *Pastor.* cap. 4.) *aut proferenda reticescat : nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit ; ita indiscretum silentium hos qui erudiri poterant, in errore dereliquit.* Modus indicatus *Tautolog. præced. D.* 1. *n.* 18. Unde Legislator N. Glorioſus, quò supr. subdit : *In ipsa correctione prudenter agat ; ne dum nimis cupit eradere æruginem, frangatur vas.* Qui vehementer ubera emungit, sanguinem elicit. Instruit etiam Ethnicus, in *Heautont.* Act. 4. scen. 1. à v. 23.

Nec omnia indulta, nec omnia correpta.

Gregor. Magn.

S. Bened.

— *Male docet facilitas multa.*
Non simulare mortem verbis,
Reipsa spem vitæ dare.

Terent.

Aliter congruit ostendi vultus, aliter sedere pectus ; ita ut amore foveantur pectore, qui per invectionis acrimoniam sibi videbantur expulsi : & potiorem locum habeant in æstimatione Præsidis, dum per limam coercitionis florent meliores.

16 Mulier lege damnata sistitur Salvatori nostro iudici. Malevoli expectabant, quid in perspicua causa expediret de muliere. Non in illam actores pravitatis dirigebant conamen, sed in iudicem : etenim cùm in venia & in iustitia anceps esset articulus ; iudici haud maius excogitarunt dedecus, quàm quòd ad supplicium urgente præscriptà lege, in litis sententia deficeret à pietate. Mentita est iniquitas sibi. Damnavit & absolvit : cum iustitia & pietate iudicavit. Remansit lex, *& mulier in medio stans* : quam quidem absolvens, addictus legi, condemnavit, sed piè ; quippequàm quam morte potuit, pudore suffudit. In fœmina, suffecta pro morte illius criminis absolutio : etenim coram populo satis lethale supplicium, crimen occultum in ipsa venia ac indultu manifestum. Supplicium adhibendum in correctionem criminis. In protervos propendet tota severitas legis. Mulier crimen cognovit, pœnituit : iudex sine supplicio minimè absolvit : cæterùm cum pietate ; quia crimen diluit delinquentis pudore. Dum absolvit, ad meliora convertit ; ut viveret in pace, quæ vivebat ruinæ. Si damnaret, tolleret. Indulgentià etiam sustulit : equidem cùm correctio non in mortem transgressoris, sed in mortem criminis ; per pietatis supplicium, & illam convertit & ablegavit scandalum. Quorsùm ergo, iudices, viscera amarulenta & pectora saxea ? *Audiant hoc Prælati* (inquit Bernard. in *Cantic.* serm. 23. n. 3.) *qui sibi commissis, semper volunt esse formidini, utilitati rarò. Erudimini, qui iudicatis terram. Discite subditorum matres vos esse debere, non dominos. Studete, magis amari, quàm metui : etsi interdùm severitate opus est ; paterna sit, non tyrannica. Matres fovendo, patres vos corripiendo exhibeatis. Mansuescite, ponite feritatem : suspendite verba, producite ubera : pectora lacte pinguescant, non typho turgeant.* Quid Præses statua horrida ? Quænam inde reverentia ? Hæc sanè crudelitatis venustas, ipsa deformitas.

Pœna interdùm indulta, acrior pœna.

Ioann. 8 11.

Fruſtrà in correctione dolor, si sanat pudor.

Bernard.

Nec visu facilis, nec dictu affabilis ulli,
Visceribus miserorum, & sanguine vescitur atro.

Virgil. Æneid. v. 620.

— *Dij talem terris avertite pestem.*

DIDASCALIA VIII.

Apud improbos semper malè audit, qui ad leges premit.

1 HAUD facilè cunctis placere quibit, qui cunctos in honore præcellit : etenim nonnumquàm officium satis ad odium.

In-

Senec. *Invisa nonnumquàm imperia retinentur. Odia qui timet, regnare nescit.*

Accinit Seneca in *Oedip.* v. 703. & *Thebaid.* v. 660. Origo averſionis naſcitur ex invidia, quippe indignos fugit majeſtatis excellentia; quaſi minimè hæc oriretur ex meritis, ſed à ſorte, ſeu inſaniâ fortunæ, pro lubito debacchantis: igitur qui invitè, ſed iurè ſubdunt, eſtò ad munia inhabiles inveniantur; eò quòd obediant, ſuperiores dotibus, eminentibus ſe iudicant, & regere poſſe mundum, quin habeant cerebrum. Quælibet regiminis providentia odijs patet obnoxia, quia minimè geritur, uti ſubdito placet, ſed uti legibus congruit: & qui ſe ſequitur, non ſequitur præſcriptam communi commodo legem; ſed in vita ſine lege commodum & libertatem: tantà malignitate, veneno maledicentiæ; ut etiam carperent, ſi oppoſita fierent. *Cauſas honeſtas habent* (ait Stoicus, 3. de *Ira*, cap. 28.) *tamen non agnoſcimus id facientibus; quod niſi facerent improperaremus: imò, quod eſt incredibile, ſæpe de facto benè exiſtimamus, de faciente malè.* De facto malè dicendum, quia factum; & etiam detraheretur, ſi fieret oppoſitum: haud aliâ de cauſa (ni fallor) niſi quia ipſi non fecerint, vel maximè quia ipſi facere non poſsint; cùm ſe videant, quippe ſubditi, nil ut vellent poſſe facere. Saluſtius ad *Cæſar.* de *Ordin. Reipubl.* aliam exprimit cauſam, ut ſimul amica odium & imperium. *Nullus* (inquit) *alteri ſponte ſua concedit imperium. Nemo volens ſervit; quamvis bonus atque clemens ſit, qui plus poteſt. Peccare timet, & libertatem quærit, unde potens formidatur.* Ita Ovidius, 3. *Triſt.* Eleg. 4. v. 20.

Regimne ſemper odioſum, & quare?

Idem.

Saluſtius.

Ovid. ——— *Quem metuit, quiſque perire cupit.*

Vide plura & ſelecta apud Petrarcham lib. 2. de *Remed. utriuſq. fortun.* Dialog. 83.

2 Hinc circunſpectio debet haberi in qualibet actione Prælati; quippe à vigilibus, ſæpe malevolis, quoquo modo notanda, nudanda, extricanda, volvenda; donec rectè vel diſtortè in lucem exeat, quicquid ſubditus cogitat. *Vita Principis cenſura, eaque perpetua: ad hanc dirigimur, ad hanc convertimur.* Plinius Iunior ita in *Traian. Panegyr.* ſed cum diſcrimine. Boni ſequuntur in imitationem cauſam; pravi tantùm habent vitam ad cenſuram. Innuit amico Principi Seneca, *Epiſt.* 43. *Tu nunc in provincia, licèt contemnas ipſe te, magnus es. Quid agas, quemadmodùm cœnes, quemadmodùm dormias, quæritur, & ſcitur. Eò tibi diligentiùs vivendum eſt.* Utique. Male fertur aliena poteſtas, nec in bonum ad hæc minuta ſubditorum curioſitas. Haudquaquam eſſent ita curioſi, ni maligne: non enim quærunt ſolicitè in actis virtutis imitabilem formam; ſed acta, ut torqueantur in cenſuram. Sanè huiuſmodi odia patent inevitabilia, verùm ubi ſine cauſa, ſunt penitùs faſtidioſa: etenim grave prudenti, ſi iudicium, quòd non vivitur, ut vivitur; ſed ut à malignis otio turpi cogitatur. Hic intuitus Phocionis (ut in eo ait Plutarch. de Chryſippo ex Eraſmo, diximus *Tom.* 4. *T.* 4. D. 6. n. 6.) ut ſe retraheret à rebus publicis. *Dicebat enim ſibi incommodo fore imperium, ſive benè, ſive malè moderaretur cives. Nolebat inviſus vivere, quod neceſſarium. Si enim eſſet malus, malè auditurus apud bonos: ſin verò bonus, malè auditurus apud malos.* Quietè quaſi in otio vivere cupiebat, & cum habenis tantæ molis è regimine nequibat. Summum arbitrabatur gravamen, vivere iuxta alienam æſtimationem; cùm tegentis vita eſſet cenſura & perpetua. Honor perfert onus: ſed ita grave, quia honorem perfert; ut quæ bona non laudentur, & cuncta mala (quia præeſt) ſine delectu tribuantur. Vernaculè: *En ſiendo Prelado, ſe le ha de echar la culpa de todo.*

Plutarch. *Quare regimen formidabile?*

3 Acumen eſt Tertulliani, de *Anima*, cap. 40. *Senſus delictorum* (infit) *etiam ſine effectibus, imputari ſolent animæ. Quale eſt, ut cui nec bona documenta ſubſcribas, ei crimina adpingas? Gravior invidia eſt in Præſidem, cum officia pulſantur. Plus caditur qui iubet, quando nec qui obſequitur, excuſatur.* En operationes ſubditorum ſed rebellium, ex concupiſcentia ſenſuum, excutientium animæ iugum, & dominari volentium. Pugnax ſenſualitate caro adverſus præſidem animam, delectabilia contra legem appetit, & anima pœnas luit. Hoc continuum inter Superiorem & inferiores certamen: Unde gravior indignatio in animam Præſidem? Præſes eſt. Modò error ſit (ſequentibus ſubditis ſenſualitatis factionem) tota procella & illuvies detonabit ſuper Præſidem. Hæc eſt conditio principatus, etiam peccantibus inferioribus. Haud pleſtuntur Achivi, quicquid delirant Reges: ſolvunt cruciatibus Reges, quicquid delirant Achivi. Dant ergo pœnas per ſubditorum dementiam. Corpus, quod corrumpitur, aggravat animam. Si fortiùs utitur loris, non regimen dicitur, ſed tyran-

Tertull.

Tribuitur vitio Præſidis, quod debet Subditis.

Plin. *Cenſuræ malevolitiæ patet vita regentis.*

Senec.

raunis. Si aliquomodò laxat, fortiùs concupiscentia rebellat. Si resistit, palàm pugna; si consentit, palàm pœna. Hicne superioritatis honor? Vel gigantes premit labor. Cognoscitur per cruciamina, quàm molesta præsidentia. Quicquid evenerit, ad Præsidem quilibet audacter oculos tollit.

Ad te oculos auresque trahis: tua facta notamus:
Nec vox missa potest principis ore tegi.
Albinov ad Liv. v. 351. *Alta mane, supraque tuos exurge dolores,*
Infragilemque animum, quò potes usque, tene.

4 Facile est imperium in bonos. Quomodo ergo inter aversos & dyscolos? *Potestas regiminis ministrari non potest sine studio*: inquit Gregor. Magn. lib. 25. in *Iob*, cap. 16. Non lege, sed arte? utique: quod huic uti salutare amicissimè arridet; alteri, dum officium facit, officit. Hinc arte opus; ut ad unum singulorum concilietur animus. *Sciat* (inst Monachorum Pater Theodidactus, *Regul. Sanct.* cap. 2.) *quàm difficilem & arduam rem suscepit, regere animas, & multorum servire moribus.* Eget itaque Præses arte & ingenio, ut habitare faciat unanimes in domo: aliàs si lentè, si festinè; si placidè, si severè; si patienter, si audacter; si comiter, si acriter; si altiùs, si depressiùs; quod fieri necesse, iniunguntur ministeria; patent, estò lateant, versa corda, & in circuitu eius tempestas valida. *Pauci admodum sunt* (profert Bernard. in *Cantic.* serm. 77. n. 1.) *qui non quæ sua sunt quærant, ex omnibus charis eius. Diligunt munera.* Qui promptiùs obediunt, priùs se respiciunt, & sibi consulunt: igitur si evanescunt concepta, mutantur cogitationes erga Præsidem & corda. Avertunt se, nequaquam servantes pactum, imò in arcum pravum facillimè convertuntur; quin Prælatus intelligat, quousque pœnas innocentiæ, seu simplicitatis luat. *Decipitur* (ait Seneca, *Epist.* 8.) *Munera ista fortuna putatis? Insidiæ sunt. Quisquis nostrum tutam agere vitam volet; quantum plurimum potest, ista viscata beneficia devitet: in quibus hoc quoque miserrimi fallimur; habere nos putamus, habemur. In præcipitia cursus iste deducit. Huius eminentis vitæ exitus, cadere est. Hanc sanam & salubrem formam vitæ tenere memento.* Videsis selectissima apud Carol. Scribani, 1. *Medic. Religios.* cap. 14. & 15. Dum placere magis cupiveris, displicebis magis. Cùm se quærant, nunquàm satiantur. Quæruntur, modò gratia non fiat: quid si suspenditur? Mœrent, si non iteratur; si non sæpe, si non sapiusculè; si non semper, si non conceduntur omnia, quibus detrahent genio malo, si concessa; quoniam modò notatur facilitas, modò accusatur austeritas, quin possit ingenio & arte comprehendere Præses, quo studio sese gerat erga huiusmodi mores; ut de illis cum observantia erga legem, possit tutò reddere iudicaturo rationem. Bugnotius in loc. *Benedict.* cit.

De se, deque suis, quando discussio fiat,
Iacturamque gregis pastori adscribere Numen.

5 Nonnulli ficcine anguntur, sed in cassum. Insigne est audire malè, cùm facias benè. Cuncta spernenda, si in odium non detur causa. Male loquuntur, qui non boni. Bene nesciunt loqui, quia bonum nesciunt. Non possunt malè facere: faciunt, quod possunt: malè de bono loquuntur. Haud huiuscemodi toxico læditur Præsidis fama: proferunt putrida viscera; nec mirari debet animus, quod dracones habeant virus. Audent, quia timent. Non est ita potentia sicut audacia; quæ dum despicitur, frangitur. Haud se ostentant potentes, quia sunt; sed tantùm, ut sint. Dominari volunt, Superioris Superiorum esse cupiunt per fas & nefas; ut in illis illius sedeat auctoritas: qua quidem suæ consulant corruptelæ & voluptati; & possint ad lubitum, sicut pridem, consentiente Superiore, vivere sine lege. Horum piscatorum commoda, ex aqua turbida. Aristoph. in *Equitib.* v. 719.

Quieta si sint stagna, venantur nihil.
Qui pace, arctati legibus esuriunt.

Adi Erasm. Roterodam. *Chiliad.* 3. *Centur.* 6. *n.* 79. Unde iurè Plutarchus, de *Emolument. ex inimic.* in princip. *Vulturum more* (ait) *qui putorem corporum putridorum sectantur* (*syncerorum & sanorum non habent sensum*) *morbos morum, vitiaque & incommoda excitant. Hæc petunt osores, hæc adoriuntur & vellicant.* Nonnumquàm in bonum Præsidem aliquid, quoniam bonus, machinantur; & non alia de causa nisi quia legibus constringuntur, & derogantes famæ & studentes vindictæ. Accidit quod Cn. Domitio, in Scaurum: *Cuius opprimendi, cùm summo studio flagraret* (inquit Valer. Maxim. *lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 5. & Cicer. pro *Deiotaro*) *Principem civitatis in iudicium populi devocavit; ut si fortuna aspirasset, ruinam:*

Gabriel Bugnot

Sine causa spernenda illorum censura.

Relaxationis cupidi.

Aristof.

Vulturibus similes.

Plutarc.

Valer. Max.

sin

S. Bened

Cur difficilis moderatio?

Bernard

Senec.

Prav subditi semper queruli.

Veni malignitate.

sin minùs, certè ipsa obtrectatione, ampliſsimi viri incrementum claritatis apprehenderet. Cuncta in deteriorem partem cogitant & recogitant, cuncta, & modicùs ſtudiosè vellicant, conſtruentes ſibi artificiosè culmen honoris, ex ficto, colorato dedecore Præſidis; eò quod zelo legis ac religionis plenus, non indulget eſſe malos, & falsò videri bonos.

Vopiſc.

6 Plauſa à cunctis electio Aurelij Probi in Imperatorem, cùm ex illo imperium expectaret claritudinem: etenim vel detrectans regimen, quippe callebat ſubditorum indolem; decoratus inſignijs, detractà purpurà è templo ab ſtatua Iovis. *Prudens, ſanctus, verecundus, clemens, probus, quaſi divino nutu ab omnibus acclamatus* (ait Flav. Vopiſcus, in eo) *dixit: Non enim vobis expedit, Milites, Ego enim vobis blandiri non poſſum.* Expectationi cunctorum munerique præclariſsimè reſpondit, dignitatemque ſingularibus dotibus illuſtravit. Sed quid? Ab ipſis electoribus, ſubditis non ſubditis, trucidatus eſt. Ubi amor, & totius imperij delicium? Quare converſus in ferale deteſtabile odium? *Nec unquàm paſſus eſt peccare militem*: ſubdit idem & Ioann. Hemelar. *Tabul.* 48. Elegerunt haud virtutum amore, ſed ut illo Principe, poſſent, quia ab illis electus, vivere ſine lege: ut potirentur dominatu, & Princeps gauderet titulo: ut quicquid illis lubitum, non ſolùm indulgeret, ſed maieſtate approbaret: ut vel interveniente causà religionis vivere conniveret tamquàm milites; ſummam arripientes libertatem, & impunes invitarentur ad crimen; quaſi ſtrepitu armorum, minimè voces audirentur legum, & taceret conſcientia, ne in proprium caput domeſtica oriretur inſopibilis diſcordia: & quem, quia nomine, reque elegerunt Probum, turpiter deduxerunt in interitum; etenim non probus illis, qui probus; nec illis uti probus, neceſſarius. Haudquaquàm quærunt milites probitatem, ſed imperantis & muneris ſervitutem. Non blanditum ire, acceptà dignitate prædixit, verùm non valuit: igitur in odium miles commutavit amorem; quippe numquàm permiſsit peccare militem. Quid noſtra Tautologia? *Venientes venient.* Quid novum? Multoties venientes fugiunt. Subditi malè morati, dum ad Præſidem venium, non veniunt ſubditi: receduntque venientes, quia cupiunt eſſe Superioris Superiores. Veniunt *cum exultatione*: vident ſtudere integritati: & ſine exultatione venientes abſiſtunt, præſentes abſunt; quippequàm non placet ſubditis improbis, vivere Superiores iuxta leges.

Pravis ſubditis malus, ſi Præſes bonus.

Hemel.

7 Fractis tabulis primis legis, in Sinai fulminatæ, alias iuſsit Dominus Moyſem præcidere; quippe dedecus indignum, populum Domini vivere ſine lege. Factum eſt, & ſummo labore Præſidis, ut quæ profeſsi, obſervarent inſtituta religionis. *Cùmque deſcenderent de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij; & ignorabat, quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. Videntes autem Aaron & filij Iſraël cornutam Moyſi faciem, timuerunt propè accedere: vocatique ab eo reverſi ſunt.* Cur modò & non pridem Moyſes legibus fulſit? Primò tabulas fregit: minimeque decor Præſidis, vivere legibus fractis. Plura diximus Tomis prioribus: videſis, maximè, 1. *Tautolog.* 3. *D.* 6. *à n.* 9. Uti Prælatus Moyſes ex Dei conſortio deſcendit ad ſubditos, quod muneris onus; quippe in his ſæpe ſtudium corruptelæ, ex abſentia etiam neceſſaria Prælati: ægrèque ab illo fertur obſervantiæ legum promulgatio, ſine exemplo: quandoquidem diſſonum, animi cauſa hinc inde vagari, & à quibus primus defecerat, obſervationum relaxationes corripere. Viderunt primates cum fratre fulgentem Moyſen; & eius fugerunt faciem. Miraculum, quod viderent, vel explorare potuiſſent: etenim cum carpat præcordia livor; ſemper inviſus Superioris ſplendor. Fugerunt: etſi glorioſum & ſpectabilem habeant ob lucem, nolunt ita Superiorem ſpectabilem: etenim renuunt, quantumvis dotes commendabiles adſint; quòd coram ipſo ſplendere non poſsint. Hinc viſo conciti fugiunt, quia ſibi non viderant Superiorem, ſed monſtrum: horret animus inflatus, dum quærit ſine ſplendore vaniſsimè gloriam, Superioris eminentiam. Non ſat huius modeſtia, ne pruriant vicera, & tabeſcant mœſtitia vel fratrum pectora; dum ita geritur Moyſes cum ſubditis, quaſi viveret modeſtiſsimè inter fratres: etenim modeſtiæ ſingularis ſpecimen, præclaris dotibus proprium non agnoſcere ſplendorem. Longè à ſubditis (nequaquàm probis, ſed nequam) cogitatio tumida in huiuſmodi formam. Decebat maximoperè lætari de Superioris honore, aſtruente linguis radiorum placido cœlo, quanta illius Superioris inter illos magnitudo, ut videant, quamvis rumpantur. Vident, verùm con-

Exod. 34. à 29.

Præſidis gravamina, & ſubditorum malitia.

Pſ. 125. 6.

funduntur: & ne plus coram illo rubore suffunderetur, fatentes gloriam; illo veniente, turpem elegere fugam. Illi visâ Moysis facie, timuerunt propè accedere. Sint ergo Præsidijs splendores, sed à longè. Quid ergo timent? Radiatam faciem? Oculos fulgor amœnat, minimè turbat. Lumina radijs allicit, non perstringit: cæterùm timent, quasi illi illam maiestatem & excellentiam haberent: quandoquidem si fortè invenirentur Præsides, facie fulgore radiatâ; pro lucis radijs eiacularentur fulmina. Æquivocè apud Nostrates: *En viendose Superior con algunos lucimientos, arrojan rayos.* Temeraria fulmina mittunt, & sine splendore. Non est qui tutò cominùs possit accedere. Vel verbis urunt, qua de causa uruntur verbis. Videntes cornutam Moysi faciem, splendor turbat. Ille ignorabat. Alia Moysis commendatio ad regimem obtinendum, cuius illi timent vultum. Fulgorem in dignitate habuit, quia non quæsivit. Sese cum illis gerebat, quasi non haberet: magnus ex dignitate atque dotibus splendor: quippe non cognovit, maior: equidem ad commendationem Præsidij inclyti summum; in se splendorem nescire, quem vel æmuli cognoscunt.

Præsides undeadibiles, vel amabiliùs

8 Accedamus instituto principali. Dum Moyses fulgens ad illos descendit è montis cacumine, *tenebat duas tabulas testimonij*. Subditi ad quos cum lege veniebat, fulgentem prospeserunt; verùm vultum declinarunt. Quod trahere debebat, pepulit: quod conciliare familiaritatem, subditos pravos removit (quia pridem ex eius absentia gravati crimine, in vituli adoratine) arbitrantes, cogitatione ancipite vagabundâ, ne fortè lege descenderet, ut amoveret idola: tergaque uti fugitivi vertunt, ubi cum illo legem simul respiciunt; quippequàm improbi haud rectis oculis intuentur Superiorem, habentem in manibus & præ manibus legem. Fugerunt in quod currere debant. Quorsùm ergo? Formidabant. Formidabant & Superiorem & legem, quippe arbitrabantur ad illam adstringendos per Superiorem. Per illum? Utique: præbebat exemplum. Ex lapide constabant legis tabulæ, duræ ineflexibiles, rigidæ: timentque quasi austeritatem Superioris; qui leges, estò graves, in exemplum cunctorum, portabat humeris. Invitabat in legis studium, dum subditis refractarijs obsequiosè præbebat exemplum: illique refugiunt, faciem avertunt, pravitatem cordis indicantes, etiam ad conspectum Præsidis: igitur durâ cervice semper aversantur Superiorem; quamvis ad exemplum primus, portet legum gravitatem. Ulteriùs. Cum illo erat in monte uti subditus, & uti servus, Iosue. Nulla ad illud, ut tabulas portaret, Præsidis audita vox, nec in itinere devio, ut saltem ei serviret humero uno. Insignis Superioris prudentia! Ita splendet, dum floresci obsevantia. Suaviter itaque legem importat subditus, si priùs in exemplum perportaverit Prælatus. Sciebant ex descensu cum primis tabulis, diram eius correctionem mansuetudinis; modòque (descendente cum lege, & nimio admirabili splendore) illeges, rebelles, pravi recedunt in abdita præ formidine: etenim nequaquàm illis placet habere & videre Præsidem; qui non indulget in lege aliquam relaxationem.

Nec cum exemplo Præsidis observatis, ad mittunt leges.

Qui pravi non rectè vident Superiorē iuxta legem.

9 Hinc ut viderunt, fugerunt. Ex conscientia læsâ capta fuga: quam ut Moyses vidit: fugientes vocavit & revocavit. Priùs à lege fulminatâ defecerant, modò Præsidem declinant, quippe à lege declinaverant. Miraculum visum non tam splendore Superioris, quàm ex conversione subditorum ad lata præcepta legis: siquidem miraculum maius, dum illorum pravus genius in prava tendit; quòd Superioris exemplum declinantes priùs, ad legem sanctam revocare posset. *Reversi sunt.* En miraculum. Pravi in proposito semel concepto, tenaciter perseverant: ne cognoscantur (ubi noscuntur) ut pravi, nequaquàm sensum immutant. Vocati, persistunt in ipsa criminis malignitate: & dum flectuntur corde, splendet singulare (præ iubate Legislatoris) prodigium; quippe amplissimum miraculum, ubi ad instituta, mali, nequam subditi vocantur; quò ad Superiorem & legem reverterentur. Fugerunt. Quid rebelles facerent, ubi Præsidem sine splendore viderent? Necessarium sanè, quòd inter illos fulgeat, qui eligitus ut leges proferat; nec sic idiota, qui legum instruxerit instituta: etenim dedecus & irreverentia legum, absque ullo commendabili splendore literarum: imò propudium, leges muneris coruscatione proferre, qui non possit, quamvis velit, intelligere, & aliquando, nec legere: pudetque, legem nescientem, ex dignitate indicere indignè Legislatorem; vel quia dicit, quod alij dicunt, ut dicat; vel quia dicit quod ignorat: in quo quidem haudquaquàm ostendit muneris gloriam; sed ignominiosam insipientiam & desipientiam. Dicam cum Bernardo, d. *Leviora*

Mirum quòd ad bonū revertantur.

Qui Legislatores ad votum electi

Bernar. *loquimur : graviora gravius manet iudicium.* At hoc alias, quò videmus, quàm veneranda, imò ridenda, stultis Prælatis cogitata scientia, de cœlo delapsa.

10 Fugerunt. Modò siccine legibus micantes, pravi Præsides viderint, sanè fugient. Læsis oculis nocet amabilis lux: cordi illegi, ac transgressori nonnumquàm displicet lex: & quamvis evisceretur Prælatus; efficiet, ne sit invisus, & odio prorsùm indeclinabili: quia adhæret Rectori, quod ex corde habetur legi. *Vir sapiens, si cum stulto contenderit; sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.* Prov. 29. 9. Est stultus, est improbus: nec suavitate nec rigore flectetur animus. Nec quiescet Præses, nec ille quiescet in votis, fovens tenacitatis propositum; quousque qui regit, permittat vivere ad lubitum. Hinc perversi filij Israël, gratijs foti, & lege pressi, dixerunt Aaroni: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Exod. 32. 1. Hæc frequens cogitatio hypocritarum, quasi observatorum legum, quærentium idola; voluptatis simulacra; & dicentium simplicibus: *Deus ante omnia.* Titulo religionis videtur zelus, verùm dumtaxàt religionis titulus. *Deos, qui nos præcedant.* Ut legem afferret, in montem ascendit Moyses: dum Deos petunt, apparet prorsùm religionis species: etenim sine Moyse, cupiebant cordiùs procedere sine lege. *Fac nobis Deos.* Corrupti mores patent: vivebant enim quasi non haberent. Signum planè non cognoscere, si Numen intendunt quærere. *Fac.* Ita habebimus quod volumus: ad quælibet flagitia stantes stabunt muti; quia à nobis & nobis electi & facti: equidem si per nos habuerint thronum; nobis vel legirupis, nec dicent verbum: memores tanti officij, tacebunt, tamquàm statuæ. *Fac nobis Deos : Deorum imagines.* Leon. Mar. Leonard. Marius. Haud *Deos* qui leges vitæque ordinem disponant, vel si dederint transgressores puniant. Non nobis hi Dij, sed onus: *Fac nobis Deos*; ita ut penes nos sit moderamen actionum, & penes illos maiestas cum imagine Numinum. Quicquid nobis non fit, nobis non est. Nobis ergo Deos fac. *Deos*, à quibus non ducamur, sed quos ducemus. *Deos* qui contenti sint adoratione, & propter adorationem nec hiscant labia, nec aperiat, quamvis ficta, reverentia; ut nos habeamus dominationis imperium & illi solium. *Deos* ad lubitum : *Deos*, qui possint duci, ferri, trahi, retrahi, eligi, tolli. Hi sunt dij tui? Ubi signa Deitatis? Hij Dij nobis: imago quorum removeri atque collocari possit, & simul detrudi ubicumque, prout placuerit. Obijcitur pravorum subditorum speculum, & simul Præsidium indignorum. Possunt dicere : *A subditis adoramur.* Mentiuntur : non habent subditos. Illeges vivunt, dum pravi Præsidem plaudunt: igitur invisum haberent inclytum Superiorem, si ut vivetent religioni, compellerentur ad legem.

Quæ vota & mores subditorũ, ad Præsidis desideriũ:

11 Argumentum enim recti est displicere malis. Patet in desiderio Neronis. *Paucis decus publicum curæ. Irrumpet adulatio: blanditiæ, pessimum veri affectus venenum: sua cuique utilitas* (ait Tacitus, 1. *Histor.* cap. 16.) *libentius cum fortuna nostra, quàm nobiscum loquuntur : nam suadere Principi, quod oporteat; multi laboris, assentatio sine affectu peragitur. Nero à pessimo quoque semper desiderabitur; quem conga Cæsarum serie tumentem, sua immanitas sua luxuria cervicibus publicis depulere.* Tacit. Hunc ergo desiderabant nequissimi & scelesti, & desiderabatur, ut abuterentur in perniciem libertate; quippe illo imperante, lex erat, quicquid placebat pro lege, obtentà pace tranquillà, ac dominantis celebratà prudentià; eò quòd nihil vel flagitiosum, illicitum, dum in obsequium pravorum Nero teneret imperium. Elucet in voto præfato filiorum Israël, dicentium, potito: *Hi sunt Dij tui.* Hos laudant, hos adorant, his ergo præbent, ex corde cultum, qui ut compescant illeges, nec habent motum. *Hi*, non alij nec aliter; ut impunes possent vivere nequiter: haud quia ignorabant, illis Deorum impossibile munus; sed quia ita cupiebant habere Deos; quorum adoratæ maiestatis officium, contta leges & iura in obsequium subditorum, confirmatà libertate iniquitatis, ingenio nequitiæ, blandimine adorationis. Moyses, dum præsens, rebelles continuit: audaces compescuit. Ut viderunt absentem, illicò totam corde læti vomuerunt iniquitatem, & sub religionis titulo, prævalente veneno; quin possent argui, cùm omnes assentirent corruptelæ, & exultantes propter Præsidis absentiam; quia non erat, qui reprimeret audaciam: occasioneque nactà eligunt statuam in Rectorem; idolum, Numinis simulacrum, in Ducem: ut unusquisque sese regeret ad lubitum, habens & non habens in Prælato Prælatum: quandoquidem in effigie habebant, & quia pessimi adorabant; qui nullam quibat fulminare legem, nec in potestate ullam

Malus desidera turà malis.

Vers. 4.

Et habitur celebratur encomijs

Circumspectus despicitur.

ullam exercere potestatem. In Moysis absentia ad regimen non eligunt hominem, sed imaginem. Volunt Superiorem sine sensu: & non eligitur homo; quippe quàm gaudent Superioris specie non Superiore: regiminis exteriore apparentiâ sine regimine: etenim in corruptelas vel inter illos nulla daretus occasio, si in munere constituerent & cognosceretur homo; qui uti Prælatus subditos compelleret in custodiam legum, & delinquentes deduceret in supplicium.

12 Solemne his est, plaudere electiones pravorum, ut habeant excusationem per rectorum exemplum; vel eligere, modò electio sit in eorum potestate, uti factum est, inter latronem Barabbam & Iesum. Elegerunt virum homicidam sibi donari. Perpropriè elegerunt sibi, quia similiter illi poterant eligi: etenim nequibat damnari innocentia, ni libertate donaretur nequitia. *M. Palicani, seditiosissimi hominis* (refer Valer. Maxim: *lib. 3. cap. 8. n. 3.*) *pestiferis blanditijs præreptus populi favor, Consularibus comitijs summum dedecus admittere conabatur, amplissimum ei imperium deferre cupiens; cuius teterrimis actis, exquisitum potius supplicium, quàm ullus honos debebatur. Nec deerat consternatæ multitudini furialis Fax tribunitia; quæ temeritatem eius & ruentem comitaretur, & languentem actionibus suis inflammaret. In hoc miserendo pariter & erubescendo statu civitatis, tantùm non manibus Tribunorum pro Rostris C. Piso collocatus; cùm hinc atque illinc eum ambissent, & An Palicanum, suffragijs populi Consulem creatum, renumciaturus esset, interrogaretur. Primò respondit: Non existimare, tantis tenebris offusam esse Rempubl. ut huc indignitatis veniretur. Age, Si ventum fuerit? Respondit: Non renunciabo. Quo responso, pessimo consulatum, priusquàm adipisceretur, eripuit Multa & terribilia Piso contempsit, dum speciosum mentis suæ flecti non vult rigorem.* In odium actus, sed pro moribus pravis profligandis, stetit gloriosè pectus.

Cur scelestus optatur?

Senec. Hercul. fur. v. 351.

Sermo popularis premet?
Ars prima regni est posse invidiam pati.

Contradictio in electione improbi summæ laudi.

Ex in gloria maior in encomia causa; sicut Catoni accidit, dum è senaculo impiorum exivit damnatus, & victor Clodius. Piso floruit, ut elanguit, quin in præcogitatam electionem ferialis Fax Tribunorum auderet: etenim cognoverunt in munere hominem, qui non flectendus prætermiti legem. Fæces Reipublicæ studebant seceleri, ut haberent legibus fractis fautorem, nequaquàm munere vindicem: equidem suffragijs propudiosè deducebant in thronum; quem dignissimè duci conveniebat in supplicium. Verùm improbi prætereunt totius Reip. ignominiosa dedecora; modò à Præsidi illorum dissimulentur flagitiosa crimina. Primò Præsidem plaudunt: si non arridet, tamquàm ridiculunt plodunt.

13 Ingreditur Christus Ierosolymam, acceptus, & receptus ab improbis summo plausu, quasi homo mirabilis, qui descenderat è cœlo, ut præclarè studeret religioni, cunctorumque consuleret gratiæ, corde vocibus proferente: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Intra paucos dies videnda tantæ affectionis fastidia, & qua de causa. Facto vespere Iesus Bethaniam *abijt & abscondit se ab eis.* Abijt? Utique. Iam erant mutato corde. In puem manè cum singularibus encomijs direxerunt plausum, vesperè non invenit, qui invitaret in hospitium. Videamus causam ut regiminis etiam exponamus & molestiam & formam, Rex ergo acclamatus, processit in templum, ut perficeret munus. Vidit religionem profanatam, legem corruptam, factumque venerabile templum speluncam latronum, & eiecit ex eo sacrilegos Sanctuarij violutares, evertens mensas, & merces. Obstupuerunt tunc Principes Sacerdotum dicentes: *Quis est hic?* Ita *Matth.* loc cit. Altero die rediens è Bethania in templum, idem quod pridie, invenit, & non solùm facta in mensarum subversione iteravit (*Marc. 11.* à 12.) sed negotiatores flagellis è templo eiecit; ut fecerant primo Paschate. *Ioann. 2. 15.* Ita Hieronym. loc. cit. Matth. *Fecit sibi flagellum de funiculis, & tantam hominum multitudinem eiecit de Templo.* Primò violatorum crimen quasi dissimulavit, & materiam criminis dumtaxàt evertit: at cùm iteraretur culpa, sumpsit flagella; quoniam severitas necessaria in medicamen, si dissimulatio inefficàx in criminis correctionem. *Sibi fecit.* Quid est hoc? Non fecit sibi. Innuitur lenitas, utilitas & charitas; quæ debet esse in criminum vindice, in & ex subditorum afflictione: etenim dum transgressores flagellis castigavit, sibi fecit; quippequàm Præsidi patientia est omninò necessaria, modò pro extirpanda culpa, deveniendum in flagella. Cum ergo criminà semper habeant

Math. 21. 9. Ibid. v. 17. & Ioann. 12. 36.

Hieron *Irritatur clementia, iterata culpâ. Chatairi elucet*

Præsidis ex dolore correptionis.

beant patrocinium, tunc summi Sacerdotes insurrexerunt in eum, dicentes: *In qua potestate hæc facis, & quis dedit tibi hanc potestatem?* Illi dicunt *Hæc*, sed nescimus Quid. Loquuntur de propulsu templum profanantium, vel de patratione miraculorum? Tunc *accesserunt ad eum cæci & claudi, & sanavit eos.* Matth. d. v. 14. Utrumque in quæstione amplectuntur, ut calumnientur: etenim cùm non possent inficiari miracula, facta plebi enunciabant arte diabolicà: & ad illorum pertinebat dignitatem, arte dæmonis expellere seductorem; quoniam fas non erat, titulo mirabilium, inter illos in templo habitare dæmonium. Vernaculè, vividiùs: *Es verdad hacia milagros, pero era un demonio.*

Marc. 9 28.

Probus calumniis impetitur.

14 Elucet posterius illorum propositum. Gaudibundi uti Regem susceperant: quia ut illi fecerant, facturum in potestate iudicaverant. In templum ingrediens fecit observare leges, corripuit violatores religionis: & cùm minimè utens potestate, dissimularet flagitia, nec subditi possent dedecorare miracula, nec contra ius operari; miracula attribuunt dæmoni, ut læsà famà, supplicij iurè impacti sumeretur vindicta: igitur sperantibus, ut pridem, immunitatem, estò crimina in religionem & legem; tota moles pravorum subditorum vel in templo commotionis, eò quòd Superior iam monitos flagellavit delinquentes. Perserutemur, quousque subditorum perveniat audacia, modò Præses haud pretermittat flagitia. Dum ingreditur Superior, lætè suscipitur: benè de se meritus à singulis cogitatur. Primò placet. Observator legum videtur: displicet. Observator legum videtur: displicet. Ex Iesu hoc in articulo patet: etenim cùm eum viderent, ut munus petebat, & nequaquàm ut relaxatio subditorum præcogitaverat; inficiantur Superioris potestatem, quem dudùm læti susceperant Superiorem. Sit ergo huiusmodi tractus in documentum, si Præses inciderit in pravorum odium. Illi semper duplex Kappa: in illum illorum odia. Per legem erit invisus, & nequaquàm plausus; sicut fuerat in dignitatem ingressus: quandoquidem nondumquàm malè audit, qui subditos aberrantes in leges premit. Satiùs, quòd invidiosus sit Præses, quàm quòd status perturbetur religionis. Depingit Tacitus, 2. *Histor.* cap. 39. *Honor* (infit) *imperij penes Titianum, vis ac potestas penes Proculum: Celsus & Paulinus, cum prudentia eorum nemo uteretur, inani nomine Ducum. Tribuni Centurionesque ambigui, quòd spretis melioribus, deterrimi valebant. Miles alacer, qui tamen iussa Ducum interpretari, quàm exequi mallet. Nec perindè dijudicari potest, quid optimum factu fuerit; quàm pessimum fuisse, quod factum est.* Accinit etiam Lucanus. 1. Pharsal. à v. 67. & lib. 6. à v. 695.

Quare à pravis impugnatur.

Et quando lætè suscipitur.

In ordinem nullus ordo sine Præsidis zelo.

Corn. Tacit.

——*Stygium nefas, pœnæque nocentum,*
Et chaos innumeros avidum confundere mundos:
Invida fatorum series, summisque negatum
Stare diù, nimioque graves sub pondere lapsus:
Fert animus causas tantarum exponere rerum.

Lucan.



TAU-

TAUTOLOGIA DECIMA.

TEMPUS PLANTANDI, ET TEMPUS EVELlendi quod plantatum est. Eccle.cap.3.vers.2.

EXPOSITIO LITTERÆ.

1 PRESENS Tautologia ex his est, quæ fiunt expressione suppositi necessarij; ut illud *Ad resurrectionem, quæ est ex mortuis*: *Mendaces adversus veritatem*: *Unguento ungebat*; & sic alia de quibus actum, vel agendum. Utuntur huiusmodi idiotismis usquequaquè Ethnici exergasicè; quasi simpliciter, perspicua haud esset sententia; vel iuxta animi propositum non satis ad perceptionem prolata. Homerus, 18. *Iliad.* v.581. *Vindemiare vineam.9. Odyss.* v.110. *Vites, quæ ferunt vinum ex, vuis.* Ibid.11. v.192. *Vineæ vitiferæ.* Addit, *Cum ancillis fœminis mulieribus.* 7. v.104.13. v.67. & 19.v.602. Euripid. in *Bacch.v.909. Cui vita beata, illum beatum puto.* In *Ion.*v.1314. *Ad aram sedere non conveniebat, sed depelli inde.* In *Electr.* v. 245. *Absens hinc, non præsens nobis.* Sophocl. in *Aiac. v.803. Non hìc sedendum, sed ibo hinc ego illuc.* In *Electr.* v.1006. *Mulier quidem, non vir nata es.* Quint. Calaber. lib. 7. v. 517. *Necdùm adolescentiæ metas pertigit, & adhuc intonsus.* Pindar. *Olymp.* Od. 10. v. 109. *Opera operatus.* Theocr. *Edyl.*1. v.51. *Albi lactis.* 2. v.116. *Adessem præsens.* 6. v.46. *Neuter vicis, sed invicti fuerunt.* Nonnus, 35. *Dionys.* v. 257. *Lux fulgore illuxit.* Plaut. in *Epidic.* Act.3. scen.2. v.43. *Abeamus intrò hinc ad me, aliquantò lubentiùs quàm abste sum egressus intus.* In argum. *Mostell.* v.6. *Lucripeta fœnus fœnerator postulans.* In *Bacchid.* 4. 9. v. 52. *Si est quis emptor, coemptionalem senem vendam ego, venalem quem habeo.* In *Milit.*4.2.v.44. *Inclamato, sic te vulgo vulgem.* In *Casin.* 4. 1. v. 2. *Neque ludos tam festivos fieri, quàm ludi ludificabiles.* In *Menæchm.* 1. 4. v.2. *Quod sit satis: neque deficiat, neque supersit*: & in *Trinumm.* 2.2. v.93. *Adulta virgo, grandis.* Horat.2.*Satyr.*7.v.113. *Fugitivus & erro.* Virgil.1. *Æneid.* vers. 596. *Auro flavo.*2.v.297. *Adytis penetralibus.* 3.v.72. *Terræ urbesque recedunt.* 9. v. 345. *Vigilantem, & cuncta videntem.* v. 522. *Fumiferos infert ignes*: v. 782. *Quos alios muros? Quæ mœnia habetis?* & 11. v. 197. *Mactantur corpora morti.* Ovid. 3. *Metam.* fab. 1. *Nullum passa iugum, curvique immunis aratri.* 4.fab.8. *Mater felix & fortunata profectò.* 14. fab.5. *Possumne ingratus & immemor esse?* 1. *Fastor.* v.292. *Insula dividua, quam premit amnis aquà*: 3. v.400. *Bootes mergetur & visus effugiet.* Iuvenal.14. *Satyr.*v.197. *Crescunt, maioraque fiant.* 1. v. 14. *Rarus sermo illis, & magna libido tacendi.* Martial.3. *Epigr.* 24. *Agresti, rudique viro.* 14. *Epigr.* 210. *Non mendax, nec fingitur arte.* Cœlius ad *Cicer.* dicit: *Parthi nihil vos calefaciunt: nos hic frigore frigessimus.* Plin. *lib.*19. *cap.*1. *Surdis ictibus & qui non exaudiantur cædi*: & *lib.*37. *cap.* 1. *Gemma demonstratur illibata intactaque.* Ælian. 11. *Var.hist.* cap.4. *Non clam erat, neque latere poterat* Plutarch. in *Paralel.* num. 1. *Visum amisit, factusque est cæcus.* In *Instit.liber.* infit: *Membra recta, non distorta.* Florus *lib.*4.*cap.*8.de Sext. Pompeio, ait: *Pavens, & tamen non timens, ne periret.* Petron. *Satyr.*pag.18.*Ficedulam piperato piperatam.* Demùm Tertull. de *Iudic. Dei*, cap. 11. v.10. *Cerni in clara luce.* Hæccine collecta deprompsi, ne facer stylus attribuatur novitati, simulque ut tabescant, quibus huiusmodi verba, quasi futilia videntur superfluè inania.

Tautologiæ expressione suppositi necessarij.
Homer.
Plaut.
Virgil.
Ovid.
Cicer.
Plin.
Ælian.
Plutarch.
Flor.
Tertull.

2 De temporum congruentijs, vel de vicissitudine temporum agit Ecclesiastes in præsenti sententia. De facto loquitur, non de iure; seu de rectitudine, aut pravitate factorum: quo sensu Senec. *Epist.* 76. inquit: *Validiorem animum & excelsiorem & ampliorem facit virtus: nam cætera, quæ cupiditates nostras irritant (deprimunt & labe-*

Senec.

befaciunt, & cùm videntur attollere, inflant, ac multâ vanitate deludunt. Ergo unum id bonum est, quo melior animus efficitur. Omnes actiones totius vitæ honesti atque turpis respectu, temperantur. Ad hæc faciendi vel non faciendi, ratio dirigitur. Cunctis & ad cuncta signat Salomon, qui toties contrivit tempus; vel ut naturaliter sint, vel non sint: vel ut in successione, ad universa opera & operationes conformi varietate de-

Eccl. 3. 1. stinentur tempore; quippe *omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt universa sub cœlo*: ibid. v. 1. Cleobulus apud Ausonium in *Sapient.* n. 222. inquit:

Auson.

Ne quid nimis, optimus modus;
Fandi, tacendique, & cibi & somni modus;
Beneficiorum, gratiarum, iniuriæ
Studij, laborum.

Plutarch. de *Exilio*, inquit de mundo, quo habitamus: *Hi patriæ nostræ limites: neque est exul, vel hospes, vel peregrinus quisquam, ubi idem est ignis aqua, aër: Consules ijdem & Senatores, Sol, Luna, Lucifer: leges omnibus eædem sub uno ordine atque imperio: Solstitia Aquilonaria, Solstitia Austrina, Æquinoctium, Vergiliæ, Arcturus, articulus sementis, articulus plantandi: Rex etiam & Princeps unus Deus, qui principium, medium ac finem tenet universitatis, cuncta complet, directo tramite naturaliter ea lustrans.* Boetius 1. de *Consolat. Philosoph.* Metr. 6. à v. 16. & 4. *Metr.* 6. à v. 44.

Pfutarch.

Ordo in natura rerum dicuntur tëpora.

Signat tempora proprijs
Aptans officijs Deus:
Nec quas ipse coercuit,
Miseri patitur vices.
Sic quod præcipiti viâ
Certum deserit ordinem
Lætos non habet exitus.
Hic est cunctis communis amor;
Repetuntque boni fine teneri;
Quippe non aliter durare queant;
Nisi conversa rursùs amore
Refluant causa quæ dedit ipse.

Boetij

3 Ita igitur perfecta orbis pulchritudo in eleganti successione rerum. *Cuncta certis legibus continentur* (ait Senec. 6. *Benef.* cap. 6. *quas necesse est sequi. Lex legi non miscetur: utraque sua viâ it: aliàs iubes eodem tempore amare & odisse, queri & gratias agere; quod natura non recipit. In mundi legibus nihil est nostræ potestatis: eundum quà ducimur.* Delicat apprimè Tertullian. de *Virginib. veland.* cap. 1. *Nihil* (inquit) *sine ætate est: omnia tempus expectant. Denique Ecclesiastes: Tempus, inquit, omni rei. Aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoveri. Granum est primò, & de grano frutex oritur, & de frutice arbuscula enititur: deinde rami & frondes invalescunt, & totum arboris nomen expanditur: inde germinis tumor, & flos de germine solvitur, & de flore fructus aperitur*, &c. Numquàm quicquid sub Luna semper idem. Solus Deus. *Tu autem idem ipse es.* Psalm. 101. 28. Graphicè vel Ethnicus, 1. *Astrom.* à v. 33.

Senec.

In successione varietatis fiet pulchritudo orbis.

Tertull.

Omnia mortali mutantur lege creata.
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per sæcula gentes:
At manet incolumis mundus, suaque omnia servat;
Quæ nec longa dies auget, minuitque senectus,
Nec motus puncto currit, cursusque fatigat:
Idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
Non alium videre patres, aliumve nepotes
Aspicient. Deus est, qui non mutatur in ævo.

Manil.

Deus immutabilis cuncta movens.

Hoc discrimen Numinis, & vel in ipsa entitate respectivè non entis. Claudian. in *Provin. panegyr.* v. 12. & Virgil. 10. *Æneid.* v. 112.

Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes,
Rex Iupiter omnibus idem.

Claudian. Virgil.

Ipse immobilis movet cuncta, ut ad ordinem redigantur omnia. Boetius, d. *lib.* 3. Metr. 9. à v. 1. succipit:

O qui perpetuâ mundum ratione gubernas,
Terrarum cœlique ſator, qui tempus ab ævo
Ire iubes, ſtabiliſque manens das cuncta moveri. Boetius.

4 Quia in mundo varia, viciſſitudine ſucceſsiva; ni mutentur, utentibus ignerunt graviſsima tædia. Eſtò delectabile, ſatiat idem. Reſpuitur, quod ſummoperè optabatur. *Manhu: quid eſt hoc* (dicitur de pane cœleſti primo aſpectu; & poſt dies & dies: *Anima nauſeat ſuper cibo iſto leviſsimo.* Eſt ſummum oblectamen. Sit, attamen quouſque eadem? Idem, tametſi omne delectamentum, ſemper nimium. Tertull. in *Senator.* à v.32.accinit: Ex.16.15. Numer.11 5.

Omne quod eſt nimium, contrà cadit; unum operantur
Et calor & frigus: ſic hoc, ſic illud adurit:
Sic tenebræ viſum, ſic Sol contrarius aufert; *Requies hominis in rerum varietate.*
Et pariter lædunt gelidum fervenſque lavacrum:
Eſcà alitur corpus, corpus corrumpitur eſca:
Vimque ſuam minuit, ſi quid protenditur ultrà.
Denique ſi ſedeas, requies eſt magna laboris:
Si multum ſedeas, labor eſt. Tertull.
Prandia longa nocent, ieiunia longa fatigant.

Labor ac motus delectabiliora ex quiete; ſicut ridiculum ſemper agere, & agendi atque agendo ſatagere Iocosè Martialis in ardelionem (Hiſpanicè, *Chisgarabis*) Attalum, lib. 1. *Epigram.*80. & lib.2.7.

Semper agis cauſas & res agis Attale ſemper:
Eſt, non eſt, quod agas; Attale ſemper agis.
Si res & cauſæ deſunt, agis Attale mulas: Martial.
Attale, ne quod agas deſit, agas animam.

Eſt nonnullis animus turbulenter inquietus, tuncque plus in negotijs otioſus; quippe quæ modò tædium ingerunt, poſteà in ore ſuo complacebunt. Horat. 1. *Epiſt.* 1. v. 97. *Satagens dū ſe oſtendit ſolicitum, etiam inſanum,*

——Pugnat ſententia ſecum.
Quod petiit, ſpernit: repetit quod nuper omiſit:
Æſtuat, & vitæ diſconvenit ordine toto.
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis. Horat.
Inſanire puta.

5 Sicut tempus pro ſucceſsiva continuacione accipitur, uti vidimus; uſurpatur etiam pro opportunitate temporis. Noſtrates, *Sazon*, *à tiempo*: Latini, *Hìc & nunc* reſpectu circunſtantiarum; quippe eadem opportunitate proſunt, quæ proficua nocerent ſine opportunitate. Ovid. 1. de *Remed.* v. 131. *Tempus pro temporis opportunitate*

Temporibus medicina valet: data tempore proſunt,
Et data non apto tempore vina nocent. Ovid.
Quinetiam accendas vitia, irriteſque vetando,
Temporibus ſi non aggrediare ſuis.

Inordinatum horologium rationis diminuta prudentiâ, ſine conſilij menſura, modò ab hora temporis diſcordet hora. Tempora diſpenſat uſus, & abuſus temporis non eſt tempus.

Omnia tempus alit, tempus rapit: uſus in arcto eſt.

Ait Nemenianus *Eclog.*3.v.1. Maior rerum gratia opportunitas: etenim in agendis arbitror potentiorem, quàm legem. *Da tempori, quæ ſunt temporis, tempore*: inſit Aratus in *Phœnomen.* Pendenda, iuxta Manil. d. lib. 4. cap. 1. v. 406. Nemen. *In illa gratia temporis* Arat. Manil.

——Quæ ſint inſita cuique,
Et proprias partes ipſas ſpectare.

Atque tempus expectare: igitur non quicquid morale eſt bonos mores facit, uti diximus *Tom.*5.*T.*5.*D.*2.*n.*1. Bonum eſt malum, ni in quaque re quid faciendum ſit, fiat. Vide Eraſm. *Chiliad.*4.*Centur.*3.*n.*2. & Senec. *Epiſt.*82. & 95. Unde ad rem Plautus in *Pſeudol.* Act. 2. ſcen. 3. v. 3.

Opportunitas non potuit opportunius advenire,
Quàm allata eſt mihi opportunè epiſtola. Plaut.

Hinc textum ſacrum vertit ita Hiſpanus Interpres: *Para todas las coſas ay ſazon; y todo lo que quiſieredes debaio del cielo, tiene ſu tiempo.* Timon apud Athenæum *lib.*7.n.14.

Tempus amandi, tempus habendæ coniugis; eſt quod Timon.

Re-

Rebus ab his tandem moneat deſiſtere tempus.

Homer. Homeruſque, 11. *Odyſſ.* v. 379. *Tempus loquendi, tempus & dormiendi.* Tempus ædificandi, & tempus deſtruendi: qua de cauſa Scipio Africanus in obſidione Numantiæ milites iubebat vallum ac munitiones erigere, & quæ erecta diſsipare. Frontin. *lib.* 4. *cap.* 1. Liv. Epitom. *lib.* 57. & Valer. Maxim. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 1. Sic igitur faciendum, ut placeat factum; atque in difficilibus prudentia induſtriè reportet triumphum. In officia Myſtarum Ægypti erat munus Horoſcopi, cuius inſignia in pompam procedentis, erant Horologium & palma; ut obſervat Clemens Alexandrin. lib. 6. *Stromat.* cap. 2. Ingenioſum profectò hieroglyphicum in ſignum prudentiæ ac obtentu votorum: etenim ſi emblema victoriæ palma, & horologium indicat in tempore tempora; prudentia decerpet palmam ex difficiliori cacumine, ad exitum fauſtum ſi ſtuduerit horæ. Horatius, 1. *Epiſt.* 11. v. 20.

Actionum gloria, non quia factæ, ſed quia tempore factæ. Quid nunt horoſcopi

Horat.

Dum licet, & vultum ſervat fortuna benignum,
Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam,
Gratà ſume manu.

6 Huiuſmodi ac ſiccine hora dicitur *Occaſio*, quam fingit ac pingit ſincipite capillato, glabroque occipite ſuper rotam Achilles Bochius, *Symbol.* 71. & 87. Eandem cum Fortuna (quippe fortuna pendet ab Occaſione) facit Chartar. de *Imaginib. Deor.* fol. 317. cuius imaginem etiam videſis apud Auſon. *Epigram.* 12. & Eliam Vinet. ibi. Alciat. *Embl.* 121. qui decerpſit ex Poſsidippo in *Græc. florileg.* lib. 2. ſufficiens Pœnitentiam pro novacula, quam in Occaſionis dextra collocabatur, & etiam in manu Dei *Opportuni* (Græcè Cæros) de quo Pauſanias, cap. 162. Angel. Politian. *Miſcellan.* cap. 49. Gyrald. *Syntagm.* 1. n. 52. & Eraſm. quò dudùm 1. *Centur.* 7. n. 70. Unde Bocchius infit:

Imagines Occaſionis.

Deus opportunus.

Acch. Boc.

Iam tibi dum rebus ſe occaſio amica gerendis
Opportunè offert fronte comatà, tene.
Momento prætervolat, haud unquàm reditura:
Occiput en calva eſt. Lentus eſt? Illa abijt.

Hoc intuitu *Occaſio* dicitur iuxta Ioſephum Langium in *Florileg.* ab *Occido* & *Occido*: etenim ſine opportunitate eventus cadit, & ſpem abiens occaſio fugax occidit. Eſt enim Occaſio pars temporis & pretioſiſsima portio in ſe habens & offerens aliquid faciendi vel non faciendi idoneam opportunitatem: quàm quidem qui arripit, ſapit; & deſipit qui prætermittit, ſequens oculis avolantem fortunam, & amplectens pœnitentiam. *Hoc Veteres Occaſionis imagine innuerunt, quam nonnulli eandem Fortunæ voluerunt* (ſubdit Chartar. d.) *ſimillimæ certè inter ſe ſunt, ut ex imaginibus intelligi poteſt. Eius imago erat huiuſmodi: Mulier nuda, pedibus rotæ aut pilæ inſiſtebat, longos capillos è fronte dependentes habens, cæterùm occipitio recalvaſtra, pedibus alatam perpetuam comitem habens pœnitentiam: nam ea nobis per imprudentiam manibus elapſa, nihil nobis præter pœnitentiam relinquit. Vigilandum eſt igitur, ac manus paratæ habendæ; ut quacunque occaſio obtulerit, ſtatim arripiamus: nam ea dicto citius avolat, ac poſteriores capitis partes glabras oſtendit ijs, qui in priores capillatas non inieçerint: nam eam poſteà comphrehendere non datur, cum pedes ad fugiendum alatos habeat.* Eodem ferè modo Scythæ *ſuam Fortunam effinxerunt; nam eam ſine pedibus alatis manibus effecerunt.* Suffragatur Achill. Bocch. *Symbol.* 87. ſuccinens:

Quid Occaſio?

Chartar.

Bocch.

——Omnium
Rerum in dies profertur eventus, licet
Parvarum; & abit amiſſa procul occaſio.

Opportunitate ſunt utilia etiam quæ noxa, ut ſine tempore inimica quæ amica: quæ utilia commodo videri poſsunt, ſine occaſione vileſcunt. Quapropter cùm utilitas ex opportuna oriatur occaſione, vel ex actionum contrarietate, dicit Salomon: *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt.*

Epexegeſis.

Expoſitio 1.

7 Poſsumus exponere huiuſmodi periodum per Epexegeſim, quo ſchemate dilucidatur ſecundà prior in contextu ſententia: ideoque dicitur interpretatio, de quo fusè in *Prolog. Galeat.* §. 4. n. 12. Unde cùm dixiſſet: *Tempus naſcendi & tempus moriendi*; infit: *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt*: quaſi evelli ſit mori, & plantari, in lucem oriri: ſubindeque exergaſicè in ampliorem explanacionem apponitur: *Tempus deſtruendi & tempus ædificandi*, in quo idem ſignificatur. Per hypocalyſmum *plantare* uſurpatur pro gignere, & plantationes pro filijs, uti videbimus.

Hypocaliſmus, & exergaſia.

Geneſ-

Genes. 4. 15. *Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.* Hebr. *Posuit mihi Deus aliam plantationem pro Abel, quem evulsit Cain.* Ita apud Erasm. in *Apophthegm.* de Diogen. Cynic. *centur.* 2. legitur: *Haud erubuit palàm plantare hominem.* Quare sicut plantatio pro ortu, pro destructione ac exterminio demonstratur evulsio. Ierem. 1. 10. *Ut evellas & destruas.* Psalm. 51. 7. *Evellet te & radicem tuam de terra viventium*: sub arboris methaphora exergasicè signat, *Propterea Deus destruet te.* Ierem. 11. 19. *Mittamus lignum in panem eius & eradamus eum de terra viventium.* Hebr. *Evellamus.* Sub tropis arborum & ædificiorum ostenditur in sacris erectio ac destructio rerum. Exod. 1. 20. *Quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos*: idest, Dominus eis concessit in filijs familiæ successionem. Deuter. 25. 9. *Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui.* Psalm. 43. 3. *Manus tua gentes disperdidit & plantasti eos.* Idem 79. 9. Isai. 5. 2. *Plantavit eam electam.* Ierem. 2. 21. & Ezechiel. 17. 8. 10. 22. & 23. Pro destructione evulsio sæpe signatur in Scriptura. Iob, 19. 10. *Quasi evulsæ arbori abstulit speciem meam.* 3. Reg. 14. 15. *Evellet Israel de terra sua.* Ierem. 12. 14. *Domum Iuda evellam*: Sæpe idem apud eundem. Vigilanter apud Danielem 4. 11. de Nabucho: *Succidite arborem, & præcidite ramos eius, excutite folia eius, dispergite fructus eius: verumtamen germen radicum eius in terra sinite.* Quare cùm propter fructus, homines uti arbores in terra plantentur; & si degeneres, terram dumtaxàt occupantes, evellantur, daro tempore malorum emendationi, ut è radice amarâ faciant fructus pœnitentiæ; cœlestis agricola frustrato plantationis proposito, dicit: *Laboravi: ecce quos ædificavi, ego destruo, & quos plantavi ego evello.* Apparuit gratia, apparet etiam iustitia; quia *tempus plantandi & tempus evellendi quod plantatum est.*

Eraſm.

Acceptiones plantationis & evulſionis

Homines quaſi arbores

Ierem 45. à 3.

Expoſitio 2.

§ Sub arborum metaphora signantur homines, qui mobiles arbores. *Marc.* 8. 24. fusè egimus, *Tom.* 4. *T.* 6. *n.* 9. & *T.* 7. *D.* 4. *n.* 3. *Omnis enim arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur: iam enim securis ad radicem arborum posita est*: Matth. 3. 10. Unde *Plantare plantationem*, accipitur per *Hetero sim*, ideſt abstractum pro concreto, sive pro materia agentis actio: tuncque plantatio signat surculum, fruticem, plantam. *Omnis plantatio* (hoc est, *Arbor*) *quam non plantavit Pater meus cœlestis, eradicabitur.* Eccli. 24. 18. *Plantatio rosæ in Iericho.* Isai. 61. 3. *Plantatio Domini ad glorificandum.* Quo patet plantatio pro planta. Apollon. Rhod. *Argonautic.* 2. v. 1005. *Neque ulla alia plantatio fructus dulcis.* Quam ob rem plantare plantationem, nihil aliud indicat, quàm serere plantam, ut coalescat, & fructum afferat. *Plantasti eos & radicem miserunt*: etenim sine radice; esset plantatio, vetùm sine plantatione, quippe telluris inutile pondus, quandiù sine radice prorsùm evanescit fructus. Hac de causa dum Vates Evangelicus signat plantatam plantationem, addit *Fidelem*: nimirùm, stirpem fructiferam, fœcundam, uberem, generosam; quæ spem non fallat in usum plantantis, & mercedem studiosi laboris. Sed quid? Quæ fidelis, electa, fructifera, & amena; propter peccata, quasi esse arida. *Plantabis plantationem fidelem*, & (pro *sed*) *germen alienum seminabis. In die plantationis tuæ labrusca: & manè semen tuum florebit: ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit graviter.* Ibid. An quia mentietur opus olivæ, & arva non afferent fructum? Quia ficus non florebit, nec erit germen in vineis? Nullo modo. *Manè* (ideſt, properè ac tempestivè) *semen tuum florebit.* An quia seminarunt multum, & intulerunt parum? Neutiquàm. Plantatio fidelis fuit, labori respondens & spei: unde ergo dolor gravis, & adinstar labruscæ radix amaritudinis? Quia plantationem non sibi, sed Assyrijs plantaverunt, & germen alienis seminarunt. Qui mercedes congregavit, in saccum pertusum misit. *Regionem vestram coram vobis alieni devorant.* Isai. 1. 7. *Inimici eius locupletati sunt.* Thren. 1. 5. & v. 10. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius*: unde populus gemens; quippe percipiendis ab eo gaudebat hostis: & in id quod sibi solummodò seminarunt, in vanum laboraverunt. Summa enim amaritudo laborare otioso: quid infesto? Hmer. 1. *Odiss.* v. 159. *His curæ citharæ & cantus: alienum cibum impunè absumunt.* Virgil. 1. *Eclog.* à v. 71. & 9. à v. 2.

Heteroſis. Isai. 17. 10

Matth. 15. 13.

Actio pro materia actionis.

Ierem. 12. 2.

Et *pro* Sed

Manè *pro* Properè.

Prorsùs grave, fructus laboris in eò uno unum inimici.

Homer.

Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has segetes? En queis consevimus agros.
O Lycida! Vivi pervenimus, advena nostri
(Quod numquàm veriti sumus) ut possessor agelli
Diceret: Hæc mea sunt: veteres migrati coloni.

Virgil.

Nunc victi triſtes, quoniam ſors omnia verſat;
Hos illi (quod nec benè vertat) mittimus hœdos.

Thren. 5. 4 Lamentatur Ieremias. *Aquam noſtram* (ait) *pecuniâ bibimus: ligna noſtra pretio comparavimus.* Amarum emere aquam: dirius, quam habebant propriam. Hinc Ezechias obturavit capita fontium, ne venientes Aſſyrij in aquis quæ ad civitatem, invenirent refrigerium. 2. *Paralyp.* 32. 4. Quare cùm meſsis eſſet illorum laboris, doluit graviter, quòd auferretur in die hæreditatis. Non defecit ex arboribus congruus naturalis quotannis fructus: diciturque fruticum copia curveſcentium ſterilitas; quoniam hoſtibus arborum tota fœcunditas. *Seminaverunt triticum & ſpinas meſſuerunt.* Ierem. 12. 13. etenim propter fruges ab inimicis raptas, nihil ſibi in dolorem meſſuerunt præter ſpinas. Minatum pridem in exleges, Deuter. 28. à v. 30. *Domum ædifices, & non habites in ea. Plantes vineam, & non vindemies eam. Oves tuæ dentur inimicis tuis. Fructus terræ tuæ & omnes labores tuos comedat populus, quem ignoras*, &c. Hæc enim plantatio, ſed ſine plantatione; quippequàm ſine uſufructu quaſi non eſſet plantatio.

Ierem ubi ſup. *Non eſt plantatio ſine uſufructu.*

9 Plantatio enim ex plantatione exprimit in fructu durationem & firmitatem, 4. *Reg.* 19. 30. & Iſai. 37. 31. *Quodcumque de domo Iuda mittet radicem deorsùm, & faciet fructum ſurſùm*: ſiquidem fructeta dabunt pomorum uſum, haud in hoſtium, ſed in poſſeſſorum commodum. *Non laborabunt fruſtrà.* Ibid. 65. 23. Qua de cauſa ſub præfata metaphora de Iſraëlitis diſperſis, ſed congregandis Dominus dicit ſemel & iterùm: *Ædificabo eos & non deſtruam: & plantabo eos, & non evellam.* Tempus fuit plantandi; & tempus, quod plantatum, evellendi. Modò in tranſplantatione non evellam, imò ſponſabo mihi in ſempiternum, quippequàm ex illo tunc non exauditum nomen idololatriæ in Iſraël. Videſis Galatin. *lib.* 4. *cap.* 23. Ex illa evulſione pulchriùs & ſplendidiùs Synagoga plantata, floruit ſicut oliva in Dei domo fructifera, quia illam perfecit cuius plantavit dextera. *Convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtamnum tuum. Poſt hæc vocaberis Civitas iuſti, Urbs fidelis.* Iſai. 1. à 25. Unde dicitur Sophon. 3. à 9. *Quia tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & ſerviant ei humero uno. In die illa non confunderis ſuper cunctis adinventionibus tuis, quibus prævaricata es in me. Reliquiæ Iſraël non facient iniquitatem.*

Ierem 24. 6 42. 10. Bebæoſis. *Poſt reditum è Babylonia, inter Iudæos nõ fuit idololatria.*

Ierem. 12. 17. Iudith. 5. 23.

10 Sicut *evellam evulſione* firmitatem tranſmigrationis expreſsit (ut factum eſt, & ſuſtinuit totum regnum Iuda, populus & Principes eius, quod ex effectu etiam geminatione declaravit Duci Aſſyriorum Achior dicens: *Nuper reverſi ad Dominum Deum ſuum, ex diſperſione qua diſperſi erant, adunati ſunt*: q. d. Omninò diſperſi, qui ſub diſtinctis dominis longè à patria degebant captivi) ita in firmitatem revocationis dicit Dominus ubi dudùm: *Ædificabo & non deſtruam, plantabo & non evellam.* Permanebit Iuda & cives evulſi, & in regiones diſperſi, poſtliminiò in patria, quin detur exilium ultrà, unuſquiſque ſub vitè & ſub ficu ſua, quia non erit qui exterreat. Non ſolùm non evellam plantata, ſed etiam ædificabo deſtructa; propoſitum aſſerente, affirmatione aſſerti cum negatione contrarij. *Habitabitur Ieruſalem rursùs in locò ſuo in Ieruſalem.* Zachar. 12. 6. At acta non ago: vide quæ diximus *Tom.* 6. *T.* 2. ad illud Ieremiæ 31. 4. *Ædificabo te, & ædificaveris.* Quod per Bebæoſim modò dicitur, ita ut ſit plantatio ſine evulſione; exprimitur etiam nominis & verbi geminatione, ſcilicèt. *Plantatione plantare*: quaſi in firmitatem radicem mittere, atque in officia, uti fructus, floridiſsimè ſtare. Conſtat cogitamem ex Idiotiſmo Hebræo. Ita ergo Pſalm. 79. 10. *Plantaſti plantatione & implevit terram.* Ideſt, ſtabilem plantaſti in fructus; quapropter Vulgat. *Plantaſti radices eius*: igitur ut arbor fructificet firma, radix eſt cauſa. Similiter v. 16. *Perfice eam, quam plantavit plantatione dextera tua. Plantatione* pro firmiter: aliàs, ut dicit Iſai. 40. 24, areſcet: *equidem neque plantatus, neque ſatus, neque radicatus in terra truncus*: ſine huiuſmodi conditionibus, quod plantatum non plantatum, actionique plantantis effectus additur plantationis; quia veritas plantationis ex firmitate radicis.

Bebæoſis. *Abſtractum verbi pro adverbio.*

11 Siccine plantatio ex plantatione fidelis, quæ non evellenda; quippequàm fructu gratiſsima: uſurpatur enim geminatio pro ſuperlativo, uti vidimus alibi. *Morte morieris.* Geneſ. 2. 17. ſcilicèt, acerbiſsimè morieris: ſicut, feliciſsimè vivet; Ezech. 18. 9. *Vita vivet.* Iudith, quo dudùm, *Diſperſione diſperſi*: hoc eſt, fuſiſsimè. Ioann. 3. 3. 29. *Gaudio gaudet*, pro ſupramodùm: 2. Reg. 13. 15. *Odio oderat, amore dilexerat*: putà, ſummè. 3. Reg. 9. 6. *Averſione averſi*: videlicèt, proterviſsimè. Demique ex teſtimo-

Geminatio pro ſuperlativo.

ſtimonio præiacto, *Evellam evulſione*: q. d. ſtirpitùs. Ita apud Ezechiel. 17. 10. *Ut evelleret radicitùs.* Virgil. 1. *Georg.* v. 319.

———Segetem à radicibus imis
Sublimè expulſam eruerent.

Eodem ſenſu quo evulſio, in contrarium accipienda plantatio. Quapropter *plantatione plantare* dicit plantationem firmiſsimè atque pulcherrimè. Sic enim etiam Hellenicè, ut patet apud Ariſtophanem in *Nubes*, v. 2013. *Arborem ſtabilem firmitate.* Æſchyl. in *Prometh.* v. 1015. *In rupe firmitate firmiſsima.* Quod Eccli. 15. 3. hebræoſicè dicitur: *Firmabitur in illo & non flectetur.* At Hebraicè exprimi ſolet ſuperlativum per adiunctum voci genericæ caſum patrium ſingularem: tuncque vox communis habet non ſuam ſed adiecti ſignificationem; ut plurimis teſtimonijs aſtruxi hic *Tautol.* 1. *à n.* 17. v. g. *Vidi ſanguinum* pro amarulentis; *Vidi roboris*, pro robuſtiſsimis; *Filius gehennæ*, pro perditiſsimo; *Filius iniquitatis*, pro valdè iniquo, ac reprobo. Unde *Exod.* 4. 10. *Non ſum eloquens*, vertit Vulgatus; ubi Hebr. *Non ſum vir labiorum.* Haud ſecùs aſtuunt Verſiones præſentis pleonaſmi. *Plantavis plantationem fidelem.* Maluend. *Plantationes fidelium, ſeu fidelitatum.* Hebr. *Plantabis plantas iucunditatum.* Alij, *pulchritudinum*: alij, *amœnitatum.* Hoc eſt, uberrimas, iucundiſsimas, amœniſsimas, & pulcherrimas: haud *Spuria vitulamina* (uti dicitur, *Sapient.* 4. 3.) quæ *non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt: etſi in ramis in tempore germinaverint; infirmiter poſita à vento commovebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur: confringentur enim rami inconſummati, & fructus eorum inutiles, & ad nihilum apti*; ita ut domini, qui plantaverat, interſit evellere, quod plantatum eſt. Non ita quod plantatione plantatur; quippe magni propter commodum & amenitatem habetur. Quo ſtylo Geneſ. 2. 8. dicitur: *Plantaverat Dominus Deus paradiſum voluptatis*: ideſt, deliciosiſsimum; ſumpto abſtracto voluptatis, pro adiecto in ſupereminentiam & fructuum & plantationis.

Vox generalis; cui genitivus additur, eius ſequitur ſignificationem.

Iſai. ubi ſup.

Huiuſmodi caſus patrius pro ſuperlativo.

Expoſitio 3.

12 Alia cogito, in ampliorem plantationis plantatæ interpretationem: etenim cùm plantatio ſit actio agentis; in plantatione geminata plantatio, non de arboris intelligenda ſatu, ſed de plantationis modo, atque plantantis ſtudio. Favet acumini Ieremias, 31. 5. *Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes.* Dum munus operantis indicatur in opere; ſignatur in ſtudio muneris peritia operantis. Quare dum *plantantes* utpotè ſuppoſitum in plantationibus exprimitur, ſolicitudo & ſcientia in exercitio notatur: q. d. Induſtrij ac periti agricolæ vineas plantabunt in montibus Samariæ. Ita præ ſe fertur miniſterium in miniſtrando, quod ſimiliter in alijs argumentis invenitur in Sacra pagina. Vidimus hìc *Tautolog.* 7. & 8. ad illud *Scrutantes ſcrutinio. & Circundantes circundederunt.* Videbimus *Tom. ſeq. Tautol.* 5. ad illud: *Adoratores adorabunt*, & *T.* 8. ad illud: *Paſtores paſcent & Cuſtodes cuſtodiebant.* Exprimitur Cantic. 7. 2. *Monilia quæ fabricata ſunt manu artificis*: Ideſt, eximij aurificis & egregij. *Primarij, nutritoris & promotoris artis*: *opus manuum firmitatis, certitudinis & ſtabilitatis.* Exod. 31. 3. Eligitur in opus Sanctuarij Beſeleel; qui impletus ſpiritu Dei, ſapientiâ, intelligentiâ & ſcientiâ in omni opere, *ad excogitandum quicquid fabrifieri poteſt.* Hebr. *Ad imaginandum imaginationes.* Maluend. *Ad excogitandum res induſtriè inventas. Aromatibus pigmentorum arte.* 2. Paralip. 16. 14. Hebr. *Conditis in conditura facturæ.* Uſus apud Profanos ſæpiculè. Homer. 9. *Odiſ.* v. 108. *Plantant manibus plantam*: nimirùm, induſtriè ac arte. Theocrit. *Edyl.* 15. v. 81. *Quales pictores tam exactas picturas pinxerunt!* Multoties phraſis apud Plaut. *Trucul.* Act. 1. ſcen. 2. v. 47. *Arationes arari.* In *Captiv.* 1. 2. v. 16. *Ruri rurant homines.* Ibid. 2. 1. v. 24. *Arbitri dicta arbitrari queant.* In *Bacchid.* 1. 1. v. 64. *Obſonatum ſit opulentum obſonium.* Ita ergo pro peritia agentis ſit etiam geminatio plantationis, quaſi ars & cognitio plantantis germen, ſit in fructum ſpectabilem, durationemque fructus, uti intelligentis opus. Senec. *Epiſt.* 123. *Cryſtallina & murrhina cælata magnorum artificum manu. Manus doctas* vocat Ovid. 2. *Amor.* Eleg. 4. v. 28. ſumptum ex Orpheo in *Argonautic.* v. 319. *Omnia manu doctâ commicens.* Demùm Virgil. 12. *Æneid.* v. 210. accinit:

Olim arbos, nunc artificis manus ære decoro
Incluſit, Patribuſque dedit geſtare Latinis.

Geminatio pro modo actionis, ſeu induſtria & arte agentis Maluend.

Irem. 31. 5

Seneca

Virgil.

Pro actione plantationis ſufficitur manus artificis: qui cùm in vinea tranſplantationis Iſraël eſſe Deus, & opus manuum firmitatis & certitudinis; felicitas plantationis dimanat à ſcientia & induſtria plantantis, qui plantatione plantationem ſevit; ut ipſa actione

Expoſitio 4. ne germina in fructum ſervaret: ne dum fructum quæ plantata, pravè negabat, compelleretur evellere, quo plantatum erat. Non enim ullam haberet ſaltem in ſpecimen propaginem, niſi Dominus Sabahot reliquiſſet illis ſemen. Patet ergo quòd ubi ſignatur *Plantator* in opere plantationis, non opus innuitur ſed ſtudium plantantis.

Plantationes pro filijs. 13 Sub arboris metaphora, quaſi radicis germina, intelliguntur filij. Pſalm. 127. 3. *Filij tui ſicut novellæ olivarum.* 143. 12. *Filij ſicut novellæ plantationes.* Daniel. 11. 7. *Stabit de germine radicum eius plantatio*: & Ierem. 31. 22. *Creavit Dominus novum ſuper terram.* Septuag. *Plantationem novam.* Arbitror arbores dici plantationes phyſicè, propter virtutis fœcunditatem, quippe unaquæque ad ſimile habet à principio ſemen: *Geneſ.* 1. 12. *Semen iuxta genus ſuum: lignumque faciens fructum, & habens unumquodque ſementem ſecundum ſpeciem ſuam.* Allegoricè propter homines, arbores ambulantes, qui peccatum portant originale a vitioſitate radicis: igitur ſicut quilibet germen ex arbore generationis Adami; ita quilibet plantatio; ut ſicut ille prodijt, procedat germen ex illo, originis maculatum è radice peccato: igitur Adam, ut inquit Auguſtin. *Enchirid.* cap. 26. *Stirpem ſuam, quam peccando in ſe, tamquàm in radice vitiaverat, pœnà mortis & damnationis obſtrinxit: ut quicquid prolis ex illo & ſimul damnata, per quam peccaverat coniuge, per carnalem concupiſcentiam (in qua inobedientiæ pœna ſimilis retributa eſt) naſceretur; traheret originale peccatum.* Dixi de huiuſmodi propagationis ſymbolo, in arbore, cui nomen *Radix*, Tom. 4. *Tautolog.* 6. à n. 11. Sedulius *lib.* 2. v. 4.

Symbolum peccati originalis.

Auguſtin.

Nec ſolus meritam præſumptor ſenſerat iram,
Mortali ſub lege iacens; ſed prorsùs ab ipſo
Humanum ſimul omne genus. Heu noxia coniux!

Sedul.

14 Si generatio expreſſa per plantationem plantatam; mors utique per plantationem evulſam. Unde dum accedit mors, tempus utique evellendi quod plantatum eſt: verùm etiam tunc dicitur arboris plantatio, quia futura reſurrectio: etenim in terra elati deponuntur, donec immortalitatis calore foveantur. Hinc interdùm nonnulli ſepeliebantur in hortis, quippe in futuram immortalitatem ſecum habebant radices. *Oſſa noſtra quaſi herba germinabunt.* Iſai. 66. 14. Maluend. *Oſſa veſtra ſicut progerminatio efflorescent.* Hinc Chriſtus ſepultus in horto (*Ioann.* 19. 42.) quia ſtatim poſt triduum reſurrectio, qua gloriosè ut lilium germinans refloruit caro. De Manaſſe dicitur, 4. *Reg.* 21. 18. *Sepultus eſt in horto domus ſuæ, in horto Oza.* Idem v. 26. de filio eius Ammone. Uſus frequens, cadavera ornari floribus, ſub cuius methaphora, dicit Ieremias: *Date florem Moab.* Inter Ethnicos frequentior. Argumentum latè probat Iuſt. Lipſ. in 1. *Annal Tacit.* cap. 14. Roſin. 5. *Antiq. Rom.* à cap. 39. & Dempſter. hìc: nos etiam egimus fusè, *Tom.* 2. *T.* 7. *à n.* 5. Meminit Hieronym. *Epiſt.* 26. *Super tumulos ſpargunt violas, roſas, lilia, floreſque purpureos; & dolores pectoris his officijs conſolantur.* Clemens Alexand. 2. *Stromat.* cap. 8. *Securitatis ſignum eſt corona, quarè ea mortuos coronant.* Vid. Cicer. d. *Legib.* lib. 2. & Plin. *lib.* 21. *cap.* 3. *Floribus ornarunt tumulum* Iunij Bruti: inquit Alicarnaſ. *lib.* 5. *n.* 35. & *lib.* 11. n. 27. de Virginiæ cadavere, ſubdit: *Exiliebant enim ex ædibus mulieres & virgines deflentes hunc caſum: floreſque & coronas adverſus lectulum inijcientes.* Virgil. 6. *Æneid.* v. 883. & Iuvenal. *Satyr.* 7. v. 208.

Cadavera floribus ornata.

Ierm. 48 9

Hieronym

Clem. Alexandr.

Halicarn.

Virgil.

——— Manibus date lilia plenis:
Purpureos ſpargam flores, animamque nepotis
His ſaltem accumulem donis.
Spiranteſque crocos, & in urna perpetuum ver.

Iuvenal.

Adi Paſſerat. ad illud Propert. *lib.* 1. *Eleg.* 17. v. 23. *Tenerà poneret oſſa roſà.* Pindar. in *Nemeis*, Od. 4. v. 10. de ſepulchro patris Herculis: *Conſpergant floribus.* Etiam uſitatum inter Chriſticolas. *Si virgo obierit* (ait Paladius in *Lauſiac.* cap. 39.) *reliquæ virgines, cùm eam ad ſepulturam concinnaverint; efferunt, & eam ponunt ad ripam fluminis: traijcientes autem fratres, cum palmis & ramis olivæ in ſuis monumentis ſepeliunt.* Prudent. *Cathemer.* Hymn. 10. v. 1589. accinit.

Palad.

Prudent.

Nos tecta fovebimus oſſa
Violis & fronde frequenti.

15 Hoccine totum in portentum futuri, nactà corporum immortalitate; quippe è ſepulchris homines florebunt in perpetuas æternitates. Modò intelliges contextus ſeriem: igitur cuiuſvis poteſt pungere cogitationem; cur Salomon dicat: *Tempus de-*

Verſ. 3.

ſtruen-

struendi & tempus ædificandi; cùm priùs sit ædificare, quàm destruere, sicut prius plantare, quam evellere, prius nasci, quam mori? Si non potest destrui, nisi quod edificatum; præposita ædificij destructione, ante erectionem ædificij, erit destructio & non erit: destructio, quia supponitur: non destructio, quia suppositum sine ædificio negatur. *Regeneratio signatur*: inquit Olympiodorus hic. Et Saä in *Notation.* appositè: *Forte resurrectionem intelligit.* Status hominum signatur, queis primùm nasci, pòst mori: primum plantari, postmodum evelli: primum ædificari, moxque destrui. At cùm resurrectio destructionem supponat carnis, quippe resurrectio ex mortuis, uti diximus hic *Tautolog.* 2. à n. 11. primum connotat destrui, quam reædificari: sicut in naturalem existentiam, ante mortem in fabricam signat vitam. Primò factus est homo in animam viventem: Non prius quod spiritale, sed quod animale. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Quod seminas non vivificatur, nisi priùs moriatur. Sic resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione, dum per mortem corpus destruitur; ut post destructionem ædificium immortalitate reparetur. Hoc intuitu adinstar germinum sepeliuntur cadavera, ut in illis floreſcat corporum gloria. Dicit, nescіens quid diceret Persius, *Satyr.* 1. v. 52.

Olympiod Saä

Cur resurrectio signatur in germine?

——*Nunc non cinis ille felix?*
——*Nunc non è manibus illis*
Nunc non è tumulo, fortunataque favilla,
Nascentur violæ?

Persius.

16 Occurrit ex huiusmodi ritu curiosa quæstio. An scilicèt inter Hebræos esset spes resurgendi ut Phœnices, vel ut flores? Nimirum in funeris pompa an humarentur, vel cremarentur cadavera? Tacitus 5. *Histor.* cap. 5. de illis dicit: *Corpora condere, quam cremare è more Ægyptio.* Idem apud Priscos Romanos: *Cremare non fuit veteris instituti; terrâ condebantur* (ait Plin. 7. *cap.* 54.) *at postquàm longinquis bellis obrutos erui cognovere; tunc institutum: & tamen multæ familiæ priscos servavere ritus; sicut in Cornelia, nemo ante Syllam Dictatorem traditur crematus: idque voluisse veritum Talionem, eruto C. Marij cadavere. Sepultus intelligitur, quoquo modo conditus, humatus verò, humo contectus.* Numa uri vetuit. Idem *lib.* 14. *cap.* 12. & Plutarch. in eo. Cicer. 2. de *Legib.* Alex. ab Alex. *lib.* 2. cap. 3. & Senec. *Epist.* 13. Constat ex sacra pagina terræ mandari, & nequaquàm igne absumi, ac in cineres redigi; ex spelunca duplici primoribus Patriarchis, ac eius uxoribus: at non exprimitur an cadavera, vel solummodò ossa post ignem sepulchro illata. De Ioram Rege Iuda, & Iosaphat filio, dicitur, 2. Paralip. 21. 19. *Mortuus est infirmitate pessima, & non fecit ei populus secundum morem combustionis exequias, sicut fecerat maioribus eius.* Quasi novum indicatur, quod modus combustionis haudquaquàm in eius funere servaretur: modusque indicatur in exequijs Asa ibid. 16. 14. *Sepelierunt eum in sepulchro suo quod foderat sibi in civitat David: posseruntque eum super lectum suum, plenum aromatibus & unguentis meretricijs* (selectis ac pretiosioribus) *quæ erant pigmentariorum arte confecta; & combusserunt eum ambitione* (prodigalitate) *nimiâ.* In funeribus Regum combustionis morem fuisse, indicat Ieremias, 34 5. prædicens Sedeciæ: *Non morieris in gladio, sed in pace morieris, & secundum combustiones patrum tuorum Regum, sic comburent te.* Hieronymus Magius p. 2. *Var. lect.* seu *Miscellaneor.* cap. 11. conciliare contendit aversantes auctoritates, eiusque cogitationem sequuntur Sanctius, Alapid. Castro & Maldonat. in cit. loc. *Ierem.* astruens combustionem intelligendam esse de aromatibus iuxta cadaver, haudquaquam de cadavere cum aromatibus. Ita R. Kimhi ibid. subdit: *Comburent te: scilicèt ut comburebantur super lectis Regum aromata, & unguenta aromatibus mista: nostrique Rabbini declarant has res super ipsis fuisse exustas, scilicèt, lectos, vestimenta, aliaque utensilia.* De funere Asa addit: *Combusserunt super ipso aromata in cinere bona, eumque cinerem super eum sparserunt, & præter aromata supellectilia.* Quod quidem nulli concessum, qui ex prosapia regia non esset, uti observat R. Isaäc Abarvanell. in 15. lib. 1. *Reg.* Astrui quit ex lectione varia. *Similiter ustiones odorum comburent populares tibi. Sic adolebunt tibi.* Nonnulli apud Maluend. hic. Ex contextu in funere Asa constare videtur: etenim dicitur, *Sepelierunt eum in sepulchro suo, quod foderat sibi.* Sepulchrum fodere, est humari, non comburi. *In sepulchro meo: quod fodi mihi, sepelies me.* Idem *Tob.* 8. 11. *Psalm.* 93. 13. & *Ierem.* 18. 20. Sepeliri enim propriè est terræ mandari cadaver, quasi humo consepiri: ossa verò ab igne extracta non dicuntur sepeliri, sed collocari: ideo legebantur à rogo, ut sine fastidio etiam tractarentur manu,

An Hebræorum humarentur, vel cremarentur cadavera?

2. Paralyp. 16. 14.

Ierem. 32. 5.

R. Khim.

ut

ut indicat Homer. 23. *Iliad.* Euripid. & Sophocl. Virgil. & Tibull. quos videris, *Tom.* 2. cit Hinc exprimitur, *Sepelierum eum*, non ossa; ut dicitur de ossibus Saul ac filiorum, 1. Reg. 31. 13. Quinimò dum in textu dicitur *Super*, intelligendum est *Iuxta*; ut multis roboravi testimonijs *Tom.* 1. *T.* 1. *n.* 5. & *Tom.* 2. *T.* 11. *n.* 16. Quapropter dum aromata dicuntur usta super cadaver, intelligendum iuxta cadaver & in obsequium fato functi, & in gratiam iustis assistentium, ne gravarentur cadavere.

Super *pro* Iuxta.

17 Quia ex Sacris litteris ac Interpretibus infertur, sententia humationis cadaverum confirmatur: haud quia dixerit Tacitus vel non dixerit (ut contendit conciliare Magius) cum tot mendacia in Hebræos congesserit ibidem, iuxta audita, vel cogitata malignè, referens studia phantasiæ in oblectamen plaudentis. Quid ergà ignota criticè genio malitioso faceret; qui erga cognita Romana vafrè cuncta & reflexit & retorsit? Inter Ethnicos, sed tantum Principes (quia è plebe cadavera etiam tumulabantur, ut commune Iudæis) usitatum peregrinis pretiosisque aromatibus corpora exuri, & simul cum illis dives suppelex, servi, ancillæ & apud Barbaras nationes etiam uxores, de quo alibi egi. Homer. loc. cit. plura refer, & ibid. Eustachius & Spondanus, quo constat de Græcorum ritu. Sueton. in *Cæsar.* cap. 84. *Funere* (inquit) *indicto, rogus extructus est in Martio campo, & pro Rostris aurata ædes ad simulacrum templi Veneris Genitricis collocata: intraque lectus eburneus, auro & purpurà stratus, & ad caput tropæum, cum veste in qua fuerat occisus. Præferentibus munera, quia suffecturus dies non videbatur; præceptum est; ut omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus urbis, portaret in campum* : : . *Funus celebrabant, matronæ etiam pleræque iniecere flammæ ornamenta sua, quæ gerebant, & liberorum bullas atque prætextas: præcipueque Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt.* Plutarch. in *Silla*, ait: *Monumentum in campo Martio est. Ferunt, tantam à mulieribus aromatum vim Sillæ ingestam; ut præter ea quæ in ducentis quinquaginta feretris illata sunt, iustæ magnitudinis imago Sillæ efficta sit, atque lictoris ex thure pretioso & cinnamomo.* De Catone Uticensi in funere fratris, subdit: *Considerantibus sumptum sepulturæ, & adoramentorum, vestiumque pretiosarum unà crematarum impendia.* Plin. lib. 12. cap. 18. *Periti rerum asseverant* (inquit) *non ferre tantum annuo fœtu Arabiam, quantum Nero Princeps novissimo Poppeæ suæ die concremavit. Beatam illam fecit hominum etiam in morte luxuria, quæ Dijs intellexerat genita, adhibens urendis defunctis.* Vid. Dalecamp. hìc, Apulei. 1. *Apolog.* Herodian. lib. 4. in Iustis Severi, Herodot. *lib.* 5. *n.* 22. de Mellisa uxore Periandri dicit, post fatum apparuisse, locutamque; *Nihil sibi prodesse vestes cum quibus sepulta fuit, utpotè non crematas. Itaque statim Periander per præconem edixit, ut omnes Corinthiæ mulieres ad Iunonis templum prodirent: eò tanquàm ad diem festum quam ornatissimè potent, quùm issent mulieres istæ; depositis clàm satellitibus, eas omnes sine discrimine exuit, atque eas vestes ad foveam comportatas, Mellisam precando, cremavit.* Tacit. 3. *Annal.* cap. 2. de Germanici reliquijs infit: *Tribunorum Centurionumque humeris cineres portabantur, præcedebant incompta signa, versi fasces, atque ubi colonias transgrederentur, trabeata plebes, trabeati equites pro opibus loci, vestem, odores, aliaque funerum solemnia crem abant.* De capite Pompeij Cæsari allato, ait Valer. Maxim. lib. 5. cap. 1. n. 10. *Ut enim id Cæsar aspexit, oblitus hostis, Soteri vultum induit: caputque plurimis & pretiosissimis unguentis & odoribus cremandum curavit.* Idem Dion. lib. 43. Appian. de *Bell. civil.* lib. 2. & Plutarch: in *Cæsar.*

Cremari cũ aromatibus apud Græcos & Romanos.

Sueton.

Luxus pyrarum.

Plutarch.

Plin.

Herodot.

Tacit.

Valer. Maxim.

18 Apud Poëtas frequentior memoria. Aliqua prompsi loc. cit. Videsis Iuvenal. 4 *Satyr.* v. 108. *Amomo, quantum duo funera.* Martial. 11. Epigr. 55.

Unguenta & Casias & olentem funera myrrham,
Thuraque de medio semicremata rogo.

Martial.

Statius 2. *Silvar.* 1. à v. 156. & 5. à v. 86. lib. 3. *Silv.* 3. à v. 33.

——Quid ego exequias & prodiga flammis
Dona loquar, mœstoque ardentia funera luxu?
Quòd tibi purpureo tristis thorus aggere crevit.
Quòd Cilicum flores, quòd munera graminis Indi
Quòd Arabes, Pharijque (palàm est, vidique) liquores
Arsuram lavere comam.
Ignis odoriferos exhausit flamma Sabæos
Et Cilicum messes, Phariæque exempta volucri
Cinnama, & Assyrio manantes gramine succos

Stat.

——Tu largus Eoa
Germina tu messes, Cilicumque Arabumque superbas,
Merge rogis: ferat ignis opes hæredis, & alto
Aggere missuri nitido pia nubila cœlo.
Stipentur cineres. Nos non arsura feremus
Munera?

Selecta leges apud Passeratium in illud Propertij 4. *Eleg.* 7. v. 32. *Cum nardo flammæ non oluere meæ.* Hosce sanè ritus celebres in Oriente & Occidente, ridebant Septentrionales. Unde Tacit. de *Morib. German.* cap. 25. dicit: *Funerum nulla ambitio: id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. Struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma quorumdam igni & equus adijcitur.* Adi, si plura desiderantur, Cœl. Rhodigin. 17. *Antiq. lect.* à cap. 19. Kirchmann. de *Rom. funer.* lib. 3. cap. 5. & Claud. Guichard. *lib.* 1. à cap. 1. & 2. a cap. 2. Hieron. Magium, d. lib. 1. cap. 13. Alex. ab Alex. *lib.* 3. *cap.* 7. & Plin. *lib.* 5. *Epist.* 16. ubi: *Quod in vestes, margaritas, gemmas erat erogaturus, hoc in thura & unguenta & odores impenderetur.*

Secus apud Germanos. Tacit.

19 Patet ergo luxus & usus. Aromatum inter Hebræos constat ex Ioann. 19. 40. *Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligaverunt eum linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire.* Ex huiusmodi ritu non comburi convincitur; sed non arguitur propriè humari, ideſt mandari humo, ut ab illa absumatur corpus: dumtaxàt condirum aromatibus collocabatur in sepulchro, ut per species aromaticas præservaretur à corruptione. Quapropter arbitror inter Hebræos corpora terrà condi, unde legimus *Sepulchra vulgi*, 4. Reg. 23 6. *Congeriem mortuorum.* Iob, 21. 32. *Congeriem sepulchri Iudæorum.* 2. Mach. 9. 4. collocari verò cum aromatibus in monumentœ, dumtaxàt erat in republica primarum: sic enim intelligendum est, *Sicut mos est Iudæis sepelire*, primarios scilicèt viros. Ita igitur vel sic vel sic Hebræorum cunctorum terræ credebantur cadavera: at nihil obstat, ut propter aliquod inconveniens vitandum (ut in cadaveribus Saulis & filiorum, quæ diu tabe affecta, & lorami, quod putredine maligna) ne officerent gravitate odoris, nudarentur carnibus beneficio ignis; ut possint transferri ossa, vel fieri sine incomodo iusta. Quinimò cum lex aliqua non esset contra; licitum erat cadavera comburere, ut igne purgata in urna sepulchri possent mundiùs collocari. Vnde ni fallor, ut sonat, debet intelligi combustio Asa & Sedeciæ. Quorsùm cogitanda metaphorica locutio, dum perspicuò dicitur: *Secundum combustiones patrum tuorum comburent te?* Maluend. in *Expositi*: suffragatur. *In rogo, quem admodùm patres tuos, comburent te.* Idem in iustis Asa. *Aromatibus & unguentis combusserunt eum.* Quid clarius? Ab illo cœpisse corpora cum speciebus aromaticis imponi busto, videtur: igitur ni inter nobiliores inolevisset ritus; ultimo ex regibus non diceretur: *Secundum combustiones patrum tuorum comburent te.* Ita illotunc Regum celebrabantur exequiæ pro prisco ritu veterum è pyra legebantur ossa (& si lino ambesto involutum corpus, etiam cineres) & solemniter denuò aromatizata collocabantur in urna. Imò iuxta illud Ierem. 31. 40. ubi extensio Ieruſalem signatur *usque Goatha* (nonnulli intelligunt *Golgotha*) *& omnem vallem cadaverum & cineris, & universam regionem mortis*; videtur inter illos cadavera & humari & comburi. Sat de dubio incidente. Non ergo est necessaria conciliatio (ut contendit Magius) sacræ venerandæ auctoritatis, & testimonij nasuti cavillatoris; qui mordax utrumque loquitur, quicquid læsæ imaginationi etiam per umbram objicitur. Modò in contextum Tautologiæ.

Inter Hebræos nobiles sepeliebantur cum aromtaibus.

Rege etiam cũ illis cõburebantur.

20 *Tempus plantandi & tempus evellendi quod plantatum est.* Mariana hic.

Pace horti & vites plantantur, bella revellunt.

Marian.

Caietanus dividit sententias à Salomone prolatas, quatenus illarum argumentum versetur circa bonum naturale, delectabile, utile & civile. Hieronym. comprendit in illarum expositione totum argumentum Tautologiæ antecedentis de expulsione filiorum Israël à terra, in qua Deus illos felicissimè plantaverat. *Hebræi, omne Hoc* (ait) *quod de contrarietate temporum scriptum est, super Israël intelligunt*: :. *Tempus fuit generandi & plantandi Israël: tempus moriendi & ducendi in captivitatem. Tempus occidendi eos in Ægypto, & tempus de Ægypto liberandi. Tempus destruendi templi sub Nabuchodonosor, tempus ædificandi sub Dario. Tempus flendi & plangendi eversionem Vrbis, & tempus ridendi atque saltandi sub Zorobabel. Tempus dispergendi Israël, & tempus in unum congregandi. Tempus quasi cingulum & baltheum circundandi Deo populum Iu-*

Expositio 6.

Hieronym

dæo-

dæorum, & tempus ducendi eos in Babylonicam captivitatem & ibi computreſcere trans Euphratem. Tempus quærendi illos & ſervandi, & tempus perdendi illos & proiiciendi. Tempus ſcindendi Iſraël, & tempus iterùm conſuendi. Tempus tacendi Prophetas nunc in captivitate Romana; & tempus loquendi eos tunc, quando etiam in hoſtili terra, Dei conſolatione & alloquio non carebant. Tempus dilectionis, qua eos ſub Patribus antè dilexit; & tempus odij, quando in Chriſtum intulerunt manus. Tempus præmij, modò non agentibus eis pœnitentiam: & tempus pacis in futuro; quando intrante plenitudine Gentium, omnis Iſraël ſalvus erit. Sanè ingeniosè cuncta, ſed non noſtrum colligere univerſa.

Expoſitio 7.

Deus Synagogam plantavit, & evulſit.

Senec.

Homer.

21 *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt.* Modus plantandi conſtat ex cura ac vigili ſolicitudine, favore nimio Numinis tot prodigijs & portentis; igitur non fecit taliter omni nationi. Modus evellendi, in eorum exterminio & diſperſione, quæ voce geminata oſtenditur evulſionis, & diſperſionis diſperſæ, ut vidimus *num.* 10. ex Ieremia & Iudith. Non ſolùm in Niniven & Babylonem diſperſi, penitus à patria evulſi; ſed illis in regionibus ad ſocietatem & conſolationem, *nec unus in uno*; ut ait Senec. in *Tyeſt.* v. 31. Homerus vividè Helleniſmo, 15. *Odyſſ.* v. 406. *Illic duæ Civitates: diviſim ipſis omnia diviſa.* Ierem. 13. 14. *Diſpergam eos, virum à fratre ſuo, & patres & filios pariter dicit Dominus; neque miſerebor, ut non diſperdam eos.* Ita 1. Reg. 11. 11. deſcribitur pallantium fuga per diſperſionem. *Diſperſi ſunt ita, ut non relinquerentur in eis duo pariter.* Non ſecùs accidit Iſraëlitis, ut reſipiſcerent ab idolis: at qui diſperſit Iſraël congregavit eos, & in terra promiſſa plantavit ſuis legibus Synagogam, quouſque tempus adveniret evellendi plantationem per gratiam, ut in perpetuum ædificaret Eccleſiam: igitur ſub humeris Alcidis uti umbra futurorum, tota machina cœli, donec redderetur Atlanti, & vetus teſtamentum aboleretur per novum.

Expoſitio 8

Hieronym

Synagoga evulſa, ut plantaretur Eccleſia.

Tempus fuit gentilis populi diſpergendi, & tempus rursùs in Eccleſiam congregandi. Hieronym. quò ſupr. ut ſalvarentur omnes gentes aquà baptiſmi, dum unus tantùm ſanabatur in piſcina Bethaidæ. *Hæc curationis virtus* (dicit Cyrillus lib. 2. in *Ioann.* cap. 125.) *in uno terminabatur homine: quod ſignum erat, utilitatem legis in ſolo Iudæorum genere terminatam.* Hinc priùs evellendum quod plantatum eſt: equidem ni evaneſceret Synagoga, erigi non valebat Eccleſia. Elucet Sole clarior in utriuſque collatione intuitus adverſæ poſitionis ſententiæ, uti poſuimus & expoſuimus, *num.* 15. De Synagoga dicitur: *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt.* Cur igitur de Gentilitate non dicitur, ut formaretur in Eccleſiam, niſi è contrà; nimirùm *Tempus deſtruendi & tempus ædificandi?* Illa finienda erat, hæc ædificanda; ſed ſine macula ac rugâ, uti cœleſtis ſponſa, venuſtè formanda ex nigra: priùſque ſignatur deſtructio, quàm tantæ molis perennis ædificatio; quoniam antequàm per ſuſpiciendam fidem formaretur in Eccleſiam, univerſam per orbem deſtructura idololatriam. Relinquuntur qui oderant, eliguntur qui amaturi erant. Erigendum è Synagogæ ruinis palatium auguſtum Gentilitatis: & ut emineret in Eccleſiam ſingularis & cœleſtis pulchritudo, expellenda dumtaxàt ſuperſtitionum nigredo. Synagoga evellitur livore tabeſcens in proximum, ædificatur Eccleſia è Gentilitate, quæ dilexit multum. Illa quæ plantata, evulſa: hæc deſtructione ædificata: igitur venit tempus Synagogam occidendi vulnere ingratitudinis, & ſimul gratia ſanandi ulcera Gentilitatis.

Verſ. 2.

Verſ. 3.

Palatium Gentilitatis è Synagogæ ruinis.

22 Politicè etiam, in inſigne emolumentum Reipublicæ, teſtimonium ſacrum valet exponi. *Tempus plantandi & tempus evellendi quod plantatum eſt*: equidem iuxta hominum mores, debent civiles mutari leges. *Omnes leges aut divinæ ſunt, aut humanæ. Divinæ natura* (ideſt, iure naturali) *humanæ moribus conſtant: ideoque hæ diſcrepant, quoniam aliæ alijs gentibus placent.* Ita *Diſtinct.* 1. cap. 1. Ius naturale eſt æternum, quia lumen divinum ſuper nos ſignatum: civile iuxta tempus & tempus: etenim cum pravitas non mutetur in melius, ſed in aliud; in illud aliud non prævisum, neceſſariæ novæ leges. *Erit autem* (ibid. dicitur *Diſtinct.* 4. cap. 2.) *lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, ſecundum patriæ conſuetudinem*, loco *temporique conveniens.* Aliàs, quod ſemel dictum; qualecumque ſit, fixum & ratum; inſolentis ſuperbæque ſtultitiæ perſeverantia eſt; ut ait Senec. 4. *Benef.* cap. 38. Solus Deus qui cognoſcit futura, poteſt legibus comprehendere comprehendenda: verùm cum incertæ ſint providentiæ noſtræ, circa præſentia extenduntur providentiæ, quæ iurè pro loco & tempore utiliſsimè mutandæ, ut in exemplum fecit Dominus, qui legem veterem oblivioni ſepeliendo tradidit, dum novam, inter homines verſans, iuxta tempora conſti-

Ius Can.

Leges mutandæ iuxta mores.

Ibid.

Expoſitio 9.

ſtituit. Ita ergo legibus plantandi Synagogam tempus fuit, & tempus evellendi quod plantatum eſt.

22 Occurrit ex abuſu gratiæ ſumma morum in populo Chriſtiano corruptela, nimirùm flagitioſorum in aſyla confugia, queis crimina frequentantur, quippequàm numquàm hac evaſione puniuntur. Principes olim in obſequium Numinis, ſacras ædes non ſolùm innocentibus ſed etiam criminoſis perfugium inviolabile ſtatuere. Cod. *De his qui ad Eccleſ. confug.* Sed quia ex huiuſmodi indulgentia, crudeli miſericordiâ, ſcelerum dimanant uſquequàque patrocinia, gaudetque antiquus Draco, donum ſanctitatum videre ſpeluncam latronum; neceſſarium eſt evellere, quod pridem ſummâ reverentiâ & cultum plantatum eſt: igitur ita ſceleribus proculcantur ſacra loca, ut nulla ſit nec interiùs neque exteriùs reverentia. Hinc *Ieruſalem depoſita eſt vehementer, non habens conſolatorem, quia vidit gentes ingreſſas Sanctuarium ſuum; de quibus præceperas, ne intrarent in Eccleſiam tuam.* Thren. 1. à 9. Virtutis omnis decor exit, dum ſcelus in templo floret. Audi fabulam, ut quantam cogites irreverentiam. *Cùm ædificavit Salomon domum Sanctuarij, plantavit in ea omnia genera fructuum ex auro, producebanturque fructus in tempore ſuo: cùmque ventus ſtaret in eos, defluebant: ſicut dictum eſt in Pſalm. 72. Contremiſcet, ut Libanus, fructus eius. Et de ipſis erat procuratio Sacerdotibus. Quando autem intraverunt Gentes in templum, ſiccæ factæ ſunt arbores, ſcilicèt, aureæ; ſicut dictum eſt Nahum 1. Flos & germen Libani elanguit vel emarcuit.* Ita Rab. Aſſaia in *Talmut*, tract. *Ioma*, quod etiam refert Galatin. lib. 4. *Arcan.* cap. 9. Profectò Salomon detraxit Adamo, qui ex orbe Lunæ huiuſmodi arbores ſecum attulit, dum deſcendit in mundum: de quo in *Ephem.* 25. *Mart.* n. 3. Næniæ profectò, niſi in ſenſu allegorico: quandoquidem defluunt aurei fructus virtutis, dum in templum ingrediuntur peccatores, ut graſſentur ſecuriùs ratione loci, plorante Nemeſi, quippe in throno ſanctitatis, abominatio colitur deſolationis. Totum dæmonis propoſitum, ut venerandè protecta, creſcerent inter homines flagitia. Cuilibet ſcelerato in templo, dicere poſſumus, quod Iſaias Sobnæ: *Quid tu hìc aut quaſi quis hìc?* Euripid. in *Ion.* ut vidimus, *num.* 1.

Rab. Aſſ. *Arbores aureæ in templo Salomonis.*

Iſai. 22. 16

Iniuſtos ad aram ſedere non conveniebat, ſed depelli:
Neque enim honeſtum eſt, attrectari Deos manu iniuſtâ.

23 Inter Ethnicos fuere aſyla, ſed nequaquàm in ſomitem criminum, ſed in effugium vexationis potentiorum. *Sepulchrum Theſeo mediâ urbis regione, qua nunc gymnaſium eſt conditum: idque ſervis atque omnibus inferioris ſortis hominibus, qui vim potentiorum metuunt, aſylum conſtitutum; quòd Theſeus patronus, & ad opem ferendam promptus fuiſſet, precationeſque miſerorum humaniter accepiſſet.* Hucuſque Plutarch. in *Theſeo.* Plura alia refert Tacit. *lib.* 3. *à cap.* 61. in *Annal.* Pauſan. cap. 56. & 86. Cicer. 3. in *Verr.* Iuſtin. lib. 28. & Diodor. Sicul. ex quo Hugo Grotius de *Iur. belli & pac.* 2. cap. 21. §. 5. num. 2. Cardin. de Luca, *lib.* 14. *Miſcellan. Eccleſ.* p. 4. diſc. 2. & latè Maſius, Serariuſque in *Ioſue*, 20. At aſyla inſtituta in Græcia intuitu præfato innocentium protectionis. Unde primum Athenis inſtitutum, ut Miſericordiæ templum, propter Herculis nepotes, oppreſſos illorum inſidijs, quos vexaverat avus. Succinit Statius, 12. *Thebaid.* à v. 481.

Euripid.

Sepulchrum Theſei aſylum.

Plutarch.

Ara Miſericordiæ.

Urbe fuit media nulli conceſſa potentum
Ara Deum, mitis poſuit Clementia ſedem,
Et miſeri fecere ſacram, ſine ſupplice numquàm.
Semper habet trepidos, ſemper lucus horret egenis:
Cœtibus, ignotæ tantum felicibus aræ.
Fama eſt defenſos acies poſt huſta paterni
Numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes.
Confugium, unde procul ſtarent iræque, minæque,
Regnaque, & a iuſtis Fortuna recederet aris.

Statius.

Minimè ibi confugiebant, qui flagitioſi, igitur non erat locus etiam in loco Clementiæ. *Non enim talia delinquentibus parcere competit* (dicitur Authentic. de *Mandatis Princip.* Novell. 17. §. *Neque homicidis*) *ſed patientibus, ut non talia à præſumptoribus patiantur. Deinde templorum cautela non nocentibus, ſed læſis datur à lege: & non eris poſſibile, utcumquè tueri cautela ſacrorum locorum, & lædentem & læſum.* Idem Philo, libell. de *Specialib. legib.* & de *Profugis.* ubi: *Non proſit eis refugium, quod ſolis ſupplicibus eſt ſalutiferum.* Sophocl. in Oedip. Tyrann. à v. 17.

Non flagitioſis. Iuſtinian. Philo.

Qui facinorum conſcius, nec legis fidens,

Sophocl.

Ad aras volvitur ſupplex Deum,
Thrahere ad tribunal nulla religio mihi:
Mala ſemper æquum eſt ferre, qui fecit mala:

Evellendus ab altari, qui ſtudet crimini: igitur fas non eſt, ut inveniat in religione tutamen, qui criminibus audax vulneravit religionem. Euripid. d. v. 1316.

Euripid.

Iuſtos ad ſacras ædes ſedere oportebat, & quicumque
Iniuriâ afficeretur: non autem par beneficium impetrare
A Dijs, & iuſtum & iniuſtum.

24 Ne ſacræ immunitatis confidentiâ graſſatorum gliſcerent crimina, vel ab Ethnicis abolitum ius ſtatuerum Principum: cauſamque prompſit C. Ceſtius apud Tacit. d. cap. 36. dicens: *Principes quidem inſtar Deorum eſſe: ſed neque à Dijs niſi iuſtas ſupplicum preces audiri, neque quemquam in Capitolium, aliâve urbis templa perfugere; ut eo ſubſidio ad flagitia utatur. Abolitas leges & funditus verſas, ubi in foro, in limine curiæ, probra ſibi & minæ intendebantur; neque ipſe audeat ius experiri, ob effigiem Imperatoris oppoſitam. Haud diſſimilia alij, & quidam attrociora circumſtrepebant, precabanturque Druſum, daret ultionis exemplum.* De Auguſto refert Sueton. in eo, *cap.* 17. *Antonium iuvenem ſimulacro D. Iulij, ad quod poſt multas & irritas preces confugerat, abreptum interemit.* Inolevit huiuſmodi mos ob beneficia Reipubl. collata, habeturque in corpore Iuris, leg. 11. de *His qui ſui, vel al. iuris ſunt.* leg. 1. de *Offic. Præf. Urb.* C. de *His qui ad ſtatuam confug.* His etiam temporibus ex patrocinio reorum autumantes auctoritatem, plurimi & non Principes protegunt delinquentes, quorum audaciam, iuſtitiæque vulnus repreſsit Romæ Innoc. XI. tollens iurè ſuperbam auctoritatem Legatorum, qui titulo Regum, ſuarum domuum & platearum immunitatem & aſylorum ius iniquum uſurpabant. Vid. Michaël. Salazar, de *Iure Aſylor. tollendo*, cap. ult. Quid ad illos Numinis offenſa, modò reſplendeat in reverentiam poteſtas nimia auctorata? Quid ſi protecti auxilio uſurpato Sæcularis, non audebunt delinquentes; dum impunitatem cogitant & titulo Religionis? *Creſcebat enim Græcas per urbes* (ſubdit Tacit. loc. cit. *cap.* 60.) *licentia atque impunitas aſyla ſtatuendi: compleblantur templa peſsimis ſervitiorum: eodem ſubſidio obærati adverſus creditores, ſuſpectique capitalium criminum receptabantur: nec ullum ſatis validum imperium erat coercendis ſeditionibus populi, flagitia hominum ut cærimonias Deùm protegentis.* Sueton. de Tiberio inquit, *cap.* 37. *Abolevit & ius, moremque aſylorum, quæ uſquàm erant.* Videbimus quomodo, *num.* 28. ſicut funditùs evertit Romæ templum Iſidis, de quo Ioſeph 18. *Antiq.* cap. 4.

Statuæ Principum olim aſyla, ſed abolita.

Tacit.

Tacit.

Quare?

25 Frequenter inter gentes lucus templorum erat aſylum. Chartar. in *Apollin.* fol. 39. ex Pauſan. cap. 56. de Hebe, ſive Iuventute Dea, inquit: *In templo, quod in cupreſſorum luco erat dicatum, nullam poſitam eſſe ſtatuam: ſed maximis eam Veteres proſequebantur honoribus: nam qui ad eius templum, tamquàm aſylum confugiſſent; pœnas quibus ob ſua flagitia eſſent obnoxij, effugiebant: qui autem è carceribus evaſiſſent, compedes illuc apportabant, quas arboribus ibi conſitis ſuſpendebant.* Hoc intuitu Cadmus inſtituit in luco Thebis aſylum. Strab. *lib.* 5. n. 73. & Statius d. v. 488. ſuccinit:

In templo Iuventutis nulla imago. Chartar.

Sed miſerorum inſignia.

——— *Lachrymis altaria ſudant.*
Mœſtarumque ſuper libamina ſerta comarum
Pendent, & veſtes mutatâ ſorte relictæ:
Mite nemus circa, cultuque inſigne verendo,
Vittatæ laurus, & ſupplicis arbor olivæ:
Nulla autem effigies, &c.

Statius.

Ut Roma creſceret fieretque magna vel naſcens, Romulum pro aſylo inſtituiſſe locum, ait Auguſtin. 1. *Civ.* cap. 34. & in eo Plutarch. inquit: *Deinde quod urbe primùm fundata, templum profugis ſecuritatem præbens, Aſylum cum conſtituiſſent, Dei Aſylæi, quaſi è cuius templo abripere quemquam, nefas eſſet, dictum; omnes ad ſe receperunt ita ut neque dominis ſervos, neque nexum æris alieni cauſa creditori, neque homicidas magiſtratui dederent, oraculo Pythiæ omnibus impunitatem confirmari, dicentes.* Quid mirum, ſi ex flagitijs latrones orbis? Vide Florum, *lib.* 2. in Proœm. Locum qui nunc (infit Livius *lib.* 1. *ſect.* 27.) *ſeptus denſis ſentibus inter duos lucos eſt, Aſylum aperit: eò ex finitimis populis turba omnis ſine diſcrimine liber, an ſervus eſſet, avida novarum rerum perfugit: idque primum ad cœptam magnitudinem roboris fuit.* Referunt etiam Romani Vates. Virgil. 8. *Æneid.* v. 342. monſtrat.

Frequentiùs luci templorum aſyla. Plutarch. *Aſylæus Deus.*

Tit. Liv.

Hinc

Hinc locum ingentem, quem Romulus acer Asylum
Retulit.

Ovidius 3. *Fastor.* vers. 425.

Virgil.

Romulus ut saxo lucum circundedit alto
Cuilibet, Huc, dixit, confuge: tutus eris.

26 Halicarnaseus, *Antiq. Rom.* 2. n. 8. aliter Romuli propositum refert. *Deinde cognito* (ait) *quòd multæ per Italiam urbes, vel tyrranide premerentur, vel paucorum potentiâ, multosque ea de causa solum vertere; hos modò essent ingenui, nihil amplius in fortunas eorum inquirens, aut quo casu excidissent patria, decrevit excipere & ad se traducere, auctaurus simul Romanorum vires, & detrimento affecturus finitima oppida: id quo decentius fieret, religionem negotio prætexuit. Locum enim Capitolium inter & arcem situm, qui nunc Romanâ linguâ*, Inter-duos-lucos *dicitur, tunc verò ex re habebat vocabulum, ab utroque clivo condensis septus arboribus, fano in hoc, incertum cui Deo sacrato, Asylum aperuit supplicibus, pollicitus eò confugientibus impunitatem in honorem Numinis.* Ut vides, supplicibus assignatur asylum, non criminosis, quo intuitu Asyla cogitata. Claudian. de *Bell. Gildon.* v. 404.

Ovid.

Halicarn.

———*Flentibus aram*
Et proprium miseris Numen statuistis Athenæ.

Claudian.

Quod explicat Pausan. *cap.* 15. subdens: *Misericordiæ ara, cuius Numini, quòd magna habeat in tota hominum vita, & casuum varietate momenta; soli ex omnibus Græcis singularem quendam honorem habent Athenienses.* Haud alienum à conditione generis, maximè memoris humanæ fragilitatis: quandoquidem ut canit Ovid. 1. de *Ponto*, Eleg. 1. v. 53. & 2. *Eleg.* 2. v. 29.

Pausan.

Ara Misericordiæ.

Confugit interdùm templi violator ad aram,
Nec petere offensi Numinis horret opem.
Talia cœlestes fieri præconia, gaudent,
Ut sua quid valeant Numina, teste probent.

Ovid.

27 Etian inter illos, non omnia templa erant Asyla, sed tantùm quibus huiusmodi à Principibus concessum uti singulare privilegium: quapropter in frontispicio erat nota *ASYLUM*: ut ferè in his quæ refert Tacitus ubi supr. & Pausanias; quin fuisse Respublica, quæ aliquod non instituisset. Nonnulli negant fuisse in Israël: quod quidem impudentia, aut ignorantia. Si Sacrarium non erat asylum, quorsùm homicidam, dicit Dominus, *ab altari meo evelles eum*? Abrogarunt in odium religionis Reges Syriæ hoccine iustissimum privilegium, quod observari præcepit Demetrius Soter, ut dicitur 1. Mach. 10. 43. *Quicunque confugerint in templum, quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij Regi in omni negotio, dimittantur.* Adi Abulens. in *Iosue* 3. quæst. 16. Quid in Domini domo, quam sibi ad habitandum elegit; ubi liber in domo Flaminis Dialis evadebat accedens? *Vinctum, si ædes eius introierit, solvi necessum est, & vincula per impluvium in tegulas subduci, atque inde foras in viam demitti*: ait Aul. Geli. *lib.* 10. *cap.* 15. Quid dum absolvebat reum virginis Vestalis occursus? Innumera videsis apud Alex. Neapolit. *lib.* 3. *cap.* 20. & ibi Tiraquell. ubi: *Qui capti bello ad Imperatorum Regumque statuas confugissent, veluti ad asylum, nexu solvebantur, & immunes erant, in eos enim manus iniectio non erat. Ephesi templum Dianæ id iuris habuit, ut ad illud confugientes mancipio solverentur, quod Alexander ad estadium produxit: posteà ab Augusto sublatum, ne proposita impunitatis spes, facinoribus causam daret.* Hoc intuitu, ni fallor (quia uti dixi in locis huiusmodi Gentium asyla, & in abominanda, quod commisti inter Gentes imitati sunt avidè Israëlitæ, ut dicitur 4. Reg. 17. 10. & 16. *Fecerunt sibi statuas & lucos: Fecerunt sibi conflatiles duos vitulos, & lucos, & adoraverunt universam militiam cœli.*) dicitur *Exod.* 34. à 12. & *Deut.* 7. 5. & 12. 3. *Cave, ne unquàm cum habitatoribus terræ iungas amicitias, sed aras eorum destrues: confringe statuas, lucosque succide*: etenim ampliora molimina iniquitatis sub specie religionis.

Non omnia templa erã asyla.

Ex. 21. 14.

Sacrarium inter Hebræos asylum imò & templum.

Alex. Neap.

Ab idololatri Israelitis asyla in Deorum lucis.

Ex. 34. 13.

28 Sanctuarium suum ut asylum denegavit Deus homicidis voluntarijs, & solummodò casualis mortis auctori indulsit, civitates refugij, de quibus provisum, *Exod.* 21. 13. *Numer.* 35. à 10. *Deuter.* 19. 4. decretum, *Iosue*, 20. à 2. Cur ergo modò tot asyla (inquires) criminosis, dum olim in tanta multitudine sex dumtaxàt, & in involuntariam fatalitatem, quæ facto astruit animum innocentem? Facilè exponitur: olim Deus ultionum, modò pater misericordiarum; qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Mirè exacerbantur nonnulli (uti Andr. Masius in cit. loc. Iosue, Ioann. Ferrariens.

Civitates refugij & quibus.

in *Pract.* titul. de *Form. Inquiſit.* & Mich. Salazar de *Iure Aſylor. tollend.*) de frequentibus aſylis. Unde Cardinal. de Luca lib. 14. *Miſcellan. Eccl.* diſc. 10. num. 9. priuſque Bovadilla, lib. 2. *Politic.* cap. 14. n. 92. inquit: *Potiſsimè verò ob adeo excretum Eccleſiarum ac domorum regularium numerum, nimiamque frequentiam ac vicinitatem in civitatibus, & locis habitatis: adeò ut non detur ferè crimen, cui non congruat ratio, vel diſpoſitio textus in cap. fin. de Immunit. Eccleſ. quòd ſcilicèt proximus ac promptus aſylus allicit ad delinquendum.* Vid. ibid. p. 4. diſcurſ. 2. à num. 6. Quare propter abuſum, illis placet aſyla minorari, ut decrevit Tiberius, de quo Tacit. d. *cap. 63. Facta ſenatuſcunſulta, quis multo cum honore, modus tamen præſcribebatur: iuſsique ipſis in templis figere æra ſacrandam ad memoriam, neu ſpecie religionis in ambitionem delaberentur.* Etiam factum in regnis catholicis aſſerit Rebuffus in *Procem. Regiar. Conſtit.* gloſſ. 5. n. 4. Meminere Covarrub. lib. 2. *Var. reſolut.* cap. 20. concluſ. 2. à num. 4. uſque 17. & Gregor. Toloſ. 13. de *Repul.* cap. 23. à num. 11. *Scelera, niſi per Eccleſiam ad quam confugiunt, crederent ſe defendi; nullatenùs fuerant commiſſuri.* Gregor. IX. in cap. fin. de *Immunit. Eccleſ.* & Pius V. in bull. *Romanus Pontifex.* Cardin. de Luc. d. diſcurſ. 12. num. 14. *Ita allecti ad nova crimina perpetranda*: qui *num. 9.* inquit: *Deturpatur Eccleſia delatione armorum, quæ naturalis, & quodammodò neceſſaria eſt confungentibus ad Eccleſiam: ut tam à familia Curiæ, quàm ab inimicis ſe tueri poſsint.* Addit, Salazar, d. *cap. 2. Vidimus Eccleſias armis impiorum ſtipatas, eorum ſupellectili ſordidà dehoneſtatas, fumidas & in coquinas verſas, ludis & per conſequens execrandis in Deum blaſphemijs profanatas. Vidimus has fæces civitatum, citharas, cantus, tripudia ante divinas aras exercentes, & carminibus ac geſticulationibus tam obſcænis, ut vix in cauponijs, aut lupanaribus admitterentur. Vidimus ab hac funeſta Reipublicæ peſte ſæpe in ſacris locis divina officia turbata, corruptam Religioſorum diſciplinam: ſacerdotes ipſos, qui eorum impudentiam reprehendere conati ſunt, aliquando iniurijs affectos, fuſtibus cæſos, & aliquando ſacrilego exemplo necatos.* Quæ conventio Chriſti ad Belial? Qui autem conſenſus templo Dei cum idolis? Quid eſt quod dilectus meus in domo mea fecit ſcelera multa?

Card. de Luca.

An aſyla debeant minorari? Tacit.

Greg. IX. & Pius V.

Cardin. de Luc.

Mich. Sal.

Quid in aſylis peragant criminoſi?

29 Iam ergo à Summis Pontificibus cautum huiuſmodi malum, & hiſce vulneribus medicamen adhibitum; maximè à Gregor. XIV. Dubitare de Eccleſiæ poteſtate, immunitate, ac immunitatis uſu, heterodoxum eſt. Firmarunt, quod etiam ex iure, Reges & Imperatores: equidem cùm domum Dei deceat ſanctitudo, etiam congruit maieſtatis æſtimatio. Conſtat leg. cit. de *his qui ad Eccleſ. confugerint.* Et leg. *Pateant.* lib. 1. C. tit. 12. in Iura Canonic. tit. de *Immunitatib. Eccleſiar.* maximè cap. *Cùm Eccleſia*, cap. *Inter alia*, cap. *Miror*, cap. *Reum*, cap. *Frater*, cap. *Ad Epiſcop.* cap. *Siquis contumax.* Expreſiſsimèque Gregor. XIV. in bulla, *Cum aliàs nonnulli.* Hominem in Sanctuarijs conſtitutum, reluctantem reclamantemque, violenter poteſtates ſæculares abſtrahere; *locorum & perſonarum divino cultui dicatarum eſſe in contemptum, ipſius divinæ maieſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum.* Adi Chryſoſtom. Orat. in *Eutrop.* Auguſtin. *Epiſt.* 187. & 1. *Civ.* cap. 1. & 4. De huiuſmodi uſu nullus niſi hæreticus, aut truculentè ſanguinolentus queritur: de abuſu aſylorum nonnulli, ac de imprudenter zelotis, qui admittunt comprehenſionem etiam in criminibus à Pontifice exceptis, ut carpit Cardinal. de Luca, cuius iudicium præmiſimus, *num.* 28. Oleaſter in *Numer.* 35. ad mores, infit: *Hinc ortam puto apud Chriſtianos Eccleſiarum immunitatem, neque eſſe damnandam; modò non admitterent, niſi eos qui meritò admittendi eſſent, aut qui ex errore peccarent.*

Immunitas Eccleſiæ ſervanda.

Greg. XIV

Oleaſt.

30 Abuſus eſt, quem tolleret Sedes Apoſtolica ſi ſciret, nimirùm (ut ſcivi in Regia Principis curia, quotidie uſuvenire) expectare in introitu Eccleſiæ, vel via, in qua immediatum aſylum, inimicum; ibi confodere, ac in Eccleſiam ingredi, atque iudices ridere. Quotidie, Mercatorem (apud quem collocata depoſita virginum in dotes, & aliorum ſubſtantia, ex qua locuplex) nequaquàm obæratum, ſed ære gravem, potiùs argento & auro, divite ſupellectili, in tuto abſconditis opibus, ne deinceps gravetur rationibus, vivatque pacificè vel conſcientiâ de reſtitutione ſtimulante; in Eccleſiam ſecedere: ceſsioneque facta bonorum futilium, lachrymas creditorum ridet, cùm in ſervitutem vel perpetuam incarcerationem tradi deberet. Huc pervenire quibat humana malitia; ſed procedit ultrà ſpecie iuſtitiæ prætexta. Primò è fraude ac fide fracta fit clamor: ſcit impoſtor, priuſque cogitavit, quomodò compeſceretur. Per amicos enim, ſeorſim ſingulis creditoribus indicare arte conatur, quàm perculſus iaceat ex illorum

Nova crimina ad quæ peſſimi abutuntur Eccleſiæ immunitate.

cre-

creditarum opum amiſsione : at meliore animo valere commendat, quouſque potentiores ſatientur ex bonis ceſsis: Se tamen ſperare aliquomodò amicitiæ debitiſque etſi non cumulatè ſatisfacturum, dum ceſſent impetus urgentes præſentium perturbationum. Expectare iubet, expectatur. Venit conſtitutum tempus, ſi ſolutioni venit: dimidij bonorum ſolutionem proponit, aliàs in iudicium ceſsionis dimittit; creditorque toto ſinu iniuriam amplectitur, ne totum, pluſque in lite ac expenſis amittatur. Hic in aſylo conventio, quæ non fieret ſine aſylo: prædoque ingenioſus recepto totius ſummæ ſyngrapho tranquilla pace tutus reſidet in foro, exitu felici cæteros invitans in furta; quippe plauſu criminum iam cedere bonis haud ſignatur infamia.

31 Hic abuſus immunitatis iurè tollendus. *Hominibus nefarijs ius aſyli non deberi*, ut ait Philo, d. Appoſitè Pius V. in bull. cit. *Romanus Pontifex*, ſubdit: *Quòd ſi malefactores, alijque diverſorum capitalium criminum rei, aliquod refugium non habuerint, tot ac tam immania ſcelera & delicta non perpetrarentur, nec tam magna eſſet ſceleratorum hominum multitudo.* Pius. V. Iurè immunitas fundata, ut Eccleſiæ venerationi atque maieſtati decor ſingularis ſit; ſed per abuſum tempus evellendi, quod plantatum eſt: etenim ut ait Navarrus in *Manual.* cap. 25. num. 21. *Romæ immunitas Eccleſiarum quoad reos, non eſt uſu recepta*: forſitàn, arbitror, quia ibi Summus Pontifex, ad quem ſpectat iudicium. Fit, ni fallor, rectè à Covarr. loc. cit. & Gregor. Toloſ. ubi de Abuſu immunitatis & de remedijs. Abulenſ. loc. præf. *quæſt.* 12. infit: *Plurima crimina ſub ſpecie Eccleſiæ immunitatis peraguntur. Aliqui enim ordinum immunitate gaudentes, alij verò immunitate locorum horrenda facinora peragunt.* Unde Serarius, d. *quæſt.* 11. *Pro tempore & locorum varietate fieri poteſt* (ait) *ut tali in re abuſus quidam & licentiæ nimiæ irrepant: tuncque bonum videretur immunitatem iſtiuſmodi aliquantum minuere.* Sint ergo aſyla, ſed minora, vel ſignata: haud cuncta; ut reis quod ſupplicium ſit alijs flagitioſis in exemplum, & terræ commodum. *Ne polluatis terram habitationis veſtræ, quæ inſontium cruore maculatur; neque aliter expiari poteſt, niſi per eius ſanguinem, qui alterius ſanguinem fuderit.* Invitat in huiuſmodi iudicium Pontifex in 6. cap. *Alma mater* de ſentent. excommun. ubi: *Alma mater Eccleſia pleauntque nonnulla & rationabiliter ordinat & conſultè; quæ ſuadente ſubiectorum utilitate, conſultius ac rationabilius revocat; in meliuſve commutat* Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt. Sicut medicus ſecundum circunſtantias mutat ægris medicinas; ita ſecundum exceſſus humanæ conditionis, Legislator debet immutare leges. Quare iſtiuſmodi ægritudini ſtatus adhibenda medicina, quia vulneris plaga ex medicina orta. Dicam ad rem ex Profano, de Bell. Gildon. à v. 403.

Te Pater ultorem,
Te pietas polluta rogat.

32 Demùm in complementum Tautologiæ ſtudium delicabit, quod nobis magnum negotium faceſsit: nimirum, quare ſi in alijs ſententijs non exprimitur ſuppoſitum (putà, *tempus naſcendi, & tempus moriendi*, quod natum eſt; ad noſtram efformandam Tautologiam, dicitur: *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt?* Rabbini ſomniantes vanitates, proclivi in inſanias falſas; intelligunt plantationem de celebrioribus montibus, qui in principio gravi mole conſtiterunt, ſed evellendi in diebus Meſsiæ in Urbis ornatum: inter quos transferendi Sina, Thabor & Carmelus, ut templum tunc ſuper emineat, uti prædictum ad Iſaia, 2. 2. *Erit in noviſsimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur ſuper colles.* Idem *Mich.* 4. 1. Tunc mons Sion ſuper hoſce montes collocabitur, ut cunctis celſior ſit, dicaturque montium mons. Vid. hìc Lyranum, & Galatin. lib. 5. *Arcan.* cap. 3. Præclarum aucupium. Sic templum, quorsùm? An ut eò non aſcendant, ſed voto dicant: *Quis aſcendet in montem Domini, aut quis ſtabit in monte ſancto eius? Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ & volabo & requieſcam?* Nonnumquàm delirant. Tunc quibat habitari ſine muro Ieruſalem. Verum modò, quod fictum de habitatoribus in orbe Lunæ.

33 Maimonides Moyſes retorquet ſententiam in Arcam fœderis: de qua dicit in tempore noviſsimo è rupe evulſam, plantandam. Plantata fuit Arca in Tabernaculo, pòſt in templo, à quo evulſa; quia tempus plantandi & tempus evellendi quod plantatum eſt: tuncque in templo plantabitur, ſi è petra evellitur, iuxta Ieremiam 32. 41. *Plantabo eos in terra iſta in veritate, in toto corde meo, & in tota anima mea.* Videtur indicare arcam Federis abſconſam à Ieremia, fuiſſe in templo Zorobabelico (etſi aliquibus placeat, numquàm apparuiſſe: ſed adinſtar prioris Hebræos alteram fabricaſſe, ſicut

Claud.

Expoſit. 10.

Num. 35. 33.

Expoſit. 11.

Delirium Hebræorum de montibus transferendis, ut emineat templum.

Iſai. 2. 2.

Moyſ. Æg.

Expoſit. 12.

sicut alia sacra supellectilia, uti probat Alapid. in 2. Mach. 2. 7. §. *Nonnulli* & cogitat Comestor in *Iudith*, cap. 3.) quod quidem Canus, 2. de *Loc. Theolog.* cap. 11. Riber. in *Agg.* 1. à n. 15. & Torniell. pro viribus defendunt: clarèque videtur ex Scriptura constare: equidem, ut inventus sacer ignis, inventa est Arca sacrosancta fœderis. *Veniens ibi Ieremias* (idest, in Phasga) *invenit locum speluncæ; & Tabernaculum & Arcam, & altare Incensi intulit illuc, & ostium obstruxit: & accesserunt quidam simul, qui sequebantur, ut notarent sibi locum & non potuerunt invenire. Ut autem cognovit Ieremias, culpans illos, dixit: Quod ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem, & propitius fiat; & tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini*, &c. Pòst 70. captivitatis annos, qui dispersit Israël congregavit eos, illis propitius: necesse ergo erat quod Arca tunc apparreret, ut in templo propter quam facto venerabilis staret, instauraretur religio in novo erecto Sanctuario. Hoc videtur indicare Maimonides, quasi ut Arca denuò plantaretur, reductà captivitate, in templo; necesse fuerit evelli à saxo: quod quidem factum apparente gloriâ Domini in die dedicationis templi, ut ait Sanctius hìc *num.* 4. (recoliturque 1. *Esdr.* 6. 16.) & à n. 16. & Torniellus *Ann.* 3610. à n. 14. nervosè.

An Arca fœderis in templo secundo

2. Mach. 2. à 5.

34 Arcam quousque venit Christus sepultam fuisse, indicare videtur Ambrosius lib. 3. *Offic.* cap. 14. & cum illo alij. Unde Doctiss. Sanctius *num.* 15. subdit: *Christi tempore prodisse putant in lucem, cum ad illud usque tempus latuisset; ut Christi typus, quod in eo foret adumbratum & figuratum, quasi digito demonstraret.* Si hoc verum (ambigo) ingens, præut auguror, indicatur arcanum: igitur non solùm fuit tempus plantandi in saxo Arcam Fœderis, & tempus evellendi quod plantatum est; sed tempus simul plantationis & evulsionis, apparente in domo Sanctitatis: erat enim figura, & accedente veritate fuit evulsa, dum plantata; quippe ut corpus illuxit, umbra protinùs evanuit. Dicit Ieremias: *Cum multiplicati fueritis, & creveritis in terra diebus illis, ait Dominus: Non dicent ultrà, Arca Testamenti Domini: neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius, neque visitabitur, neque fiet ultrà.* Ideo rupto velo templi & patulo in secretiora aditu, patiente Christo; patuerunt Sancta-Sanctorum, sed in illis nihil visum. *Scisso templi velo, Sancta-Sanctorum ab indignis Pontificibus recesserunt* (infit Leo Papa, serm. 8. in *Passion. Domin.* cap. 7.) *ut figura in veritatem, prophetia in manifestationem, & lex in Evangelium verteretur: ut quod in uno Iudææ templo obumbratis significationibus tegebatur, pleno apertoque sacramento, universarum ubique nationum devotio celebraret.* Plures asserunt tunc Arcam in Templo fuisse: Ioseph. 6. de *Bell* cap. 6. nihil in Sancto-Sanctorum. Placet utrumque sine contradictione, præsentiâ Christi. Nihil inventum ibi, vel dum

Sanctius.

Expositio ultima.

Ier. 3. 16.

An tempore Christi Arca fœderis inventa, & in templum deportata?

Leo Pap.

Scinduntur pariter sancti velamina templi,
Carbasaque in geminas partes disrupta debiscunt.

Iuvenc.

Accinit Iuvencus lib. 4. *Evangel. histor.* v. 706. Seduliusque lib. 5. *Carm.* v. 273. in nostrum propositum infit:

Saucia discisso nudavit pectora velo,
Interiora sui populis arcana futuris
Iam reseranda docens; quia lex velamine Mosi
Tecta diu, Christo nobis veniente patescit.

Sedul.

35 Iosephus Ben-Gorion, lib. 1. de *Bell. Iudaic.* cap. 17. Nebo in monte asserit Arcam sepultam, ibique esse quousque Elias speluncam aperiat & subter alas Cherubim Sanctuario restituat. Idem invenitur in *Gestis Francor. expugnantium Ierusal.* cap. 24. Epiphanius de *Vita & interit. Prophetar.* in *Ierem.* inquit: *Hic est ille propheta, qui ante mutationem templi, Arculam apprehendit, quæque fuere in ea singula & curavit ea absorveri in saxum: & locutus est sacerdotibus plebis, & quicunque aderant, Maioribus: Profectus Dominus à Sina in cœlos, sed revertetur in maiestate & virtute divinà: & hoc indicium adventus ipsius erit, quando Gentes universæ ligno supplicabunt. Addit præterreà: Arcam hanc nec quisquam reserabit unquàm, neque Sacerdotum, ne Prophetarum, excepto Mose electo Dei. Tabulas, quas continet ipsa, nullus explicabit præter Aaron: cæterùm in resurrectione primùm Arca resurget, & prodibit è saxo, inque Sina monte locabitur, & omnes ad eam confluent, ut illic suscipiant Dominum, & vitent Inimicorum, qui perdere illos affectabit. Tunc saxum sigillavit digito, scribens nomen Domini, & factus est typus instar sculpturæ ferri, & nubes petram cooperuit, & eum locum nemo novit: quin ne nomen quidem usque in hunc diem &*

Crux tu die Iudicij.

Epiphan.

Spelunca in qua Fœderis Arca, ubi & unibus il lustrauit

usque

usque in consummationem sæculi datur legere. Lapis deinde ille habetur in solitudine, ubi primitus fabricata est Arca, in medio montium, in quibus iacent Moyses & Aaron sepulti. In noctibus porrò nubecula nitet, modò ignis in eodem loco, pro typo qui erat ab initio; quoniam numquàm cessabit maiestas Dei à lege eius. Hactenùs Epiphanius, eademque refert Angel. Doctor in loc. præfatum *Machab.* Dorotheus in *Synops.* aliqua murat, sed pedibus it in Epiphanij sententiam: quam quidem ex proprio Marte Epiphanium prodere, mihi creperum; etenim olent Rabbinica, & Scripturæ contraria: non quia incredibilia, cùm ibi legamus undecumque maiora.

36 Locus dicitur ignotus, imò in mundi finem incognoscibilis. Quomodò si per diem signatur nube, & noctù illuminatione flammæ fulgurantis? Arca facta ad radices Sinæ, qui in Arabia deserta: quo pacto hausta eodem in loco, quo erecta; dum dicitur à Ieremia abscondita in Nebo, monte trans Iordanem in Campestribus Moab, unde Moyses vidit terram promissionis mandato Dei? *Mach.* d. v. 4. & *Deuter.* 34. 1. Deinde Aaron sepultus est in monte Hor, qui in finibus Idumææ, *Numer.* 20. 29. Moyses in valle Moab inter montes Phasga & Phogor *Deuter.* 34. 6. Unde ergo Arca poterit abscondi in medio montium, quibus iacent Moyses & Aaron, eodem loco quo fabricata, qui fuit ad radices Sinæ; cùm Sina non sit inter Phasga & montem Hor, sed longè dissitus? Vide Adrichom. in *Pharan*, n. 92. & in *Ruben*, n. 3. Maluenda, 11. de *Anti-Christ.* cap. 12. conciliare pugnantia ingeniosè conatur, dicens è Nebo seu Phasga Arcam transferendam in Sina ministerio Angelorum. *Arcam eruendam* (inquit) *è saxo speluncæ, & quasi resurrecturam primùm, & in lucem emersuram, nimirùm operâ & efficientiâ Angelorum, qui eam è visceribus rupis educent; ac constituendam in monte Sina, qui est in Arabia, omnibus conspicuam, ac in eodem monte circum ipsam confluxuras statim multas copias Christi fidelium, ac præsertim Iudæorum, ad fidem Christi prædicatione Henoch & Eliæ conversorum.* Sit ergo, verùm totum divinare, ut cogitando cogitent, si fortè abstrusam veritatem attrectent. Mal-uend.

37 Arcam in fine mundi videndam, censent AA. gravissimi, de quo consulesis Sanct. d. à *n.* 14. Serar. ibid. *quæstiunc.* 19. Bellarmin. de *Verbo Dei*, lib. 1. cap. 15. Acastro in *Ierem.* 3. n. 20. Villalpand. in *Ezech.* Tom. 2. p. 2. lib. 5. disput. 4. cap. 70. & Alapid. Indicatur Apocal. 11. 19. ubi: *Apertum est templum Dei in cœlo, & visa est Arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura & voces, & terræ motus, & grando magna.* Sicut allegoricè *Fulgura & voces*, &c. Ita intelligit Viegas, Alapide & Alcazar Arcam Testamenti: at ex dictis constat tunc è saxo miraculosè eruendam; & quæ evulsa primò, dum in templo plantata, Christi præsentia; denuò in mundi fine plantabitur evulsione è centro saxi. At quomodò evulsione plantabitur? Cogitat & non violenter Maluenda d. *lib.* 13. *cap.* 9. *Sacram Testamenti Arcam* (inquit) *quæ ingenti miraculo, vivente adhuc Anti-Christo apparuit, ex monte Sina in montem Sion, & in Christi Ecclesiam, magnà celebritate & solemnissimà pompà reducent: ut iam non deinceps Tabulis legis, aut urnæ Mannæ, seu Virgæ Aaron custodiendis; sed Sacræ Eucharistiæ asservandæ inserviat, aut ut pro magna reliquia devotè colatur.* Laudo cogitationem, articulo mirificè congruentem. Videbunt enim Iudæi tunc conversi, quòd omnia in figura contingebant illis; cognito Christo, qui viva lex vixit, qui è mortuis floridè gloriosè surrexit, & in cibum hominis ut daret vitam mundo, vitalis vivusque panis descendit de cœlo, & ut fideles cum illo unum sacramento sint, & non sicut Patres illorum manducaverunt Manna. Apoc. 11. 19. *Arca apparebit Anti-Christi tempore.* Maluend. *Erit in templo bibliotheca Eucharistiæ.*

38 Sat de Littera. Versiones in illa expositionibus coaptatæ. *Tempus plantandi & tempus evellendi quod plantatum est.* Hebr. & Maluend. *Tempus ad plantare, & tempus ad eruncare, eradicare, extirpare plantatum.* Syr. & Arab. *Tempus plantatione plantatione, & tempus eradicatione, eradicatione.* Æthiop. *Tempus plantatione plantandi, & tempus evulsione evellendi.* Chald. *Tempus insitionibus & evulsionibus.* Campens. *Tempus adolescentium florum, & tempus amputationis.* Aliqua ergo moribus inseramus; ut in domo Dei plantati, virtutum flore non evellamur, conspicui. *Varietas lectionis.*

ADINATON EXEGETICUM.

* *Epilog. Excurs.*

1. *Tempus evellendi quod plantatum est.* Datur evulsio sine plantatione, ubi species virtutis quæritur tantùm speciei. Virtus in statu Monachorum nobile germen: si pectus nequaquàm dirigitur in virtutem; extra eius perfectionis pro-

propositum, germen evulsum, quod non plantatum: equidem quod ad speciem tantummodò floruit, priusquàm evelleretur, exaruit.

2. *Tempus evellendi, quod plantatum est.* Opposita exponuntur, ut concilientur in animo: plantatio scilicèt & evulsio; in amœnitatem virtutis, & exilium corruptionis: igitur vitium evellitur, ubi supplicium in medicinam plantatur.

3. *Tempus evellendi quod plantatum est.* Exigit hostilitas, ab inimicorum agro stirpitùs evellere gratias. In huiusmodi facinus, numquàm debet esse tempus: quandoquidem crescit splendor gratiarum, & benefactoris meritum; si quod semel plantatum, numquàm evulsum.

4. *Tempus evellendi, quod plantatum est.* Terribilis sanè peccatoribus vox, quorum impius, pravus animus, cæcè arbitratur, numquàm adventurum tempus: etenim evellet iurè iustitia, quæ in criminum pœnitudinem plantavit misericordia.

5. *Tempus evellendi, quod plantatum est.* A radice phantasiæ læsæ, ex plantatione iniuriæ, oritur fructus; nempè, studium captæ vel capiendæ ultioni. Ex offensa excandet cor. Datur in vindictam tempus, datur opportunum munus. Erit tunc? Tunc est tempus evellendi, quod plantatum est: etenim, studium vindictæ in adepta dignitate, evellendum è radice.

6. *Tempus evellendi quod plantatum est.* O homo! satius tempus, ante tempus; ut mors sit vitalis, memoriâ tantum, & non entitate mortis: igitur si vita mortem meditatione concepit; ipsa antequàm evellatur, vitijs omnibus exaruit.

DIDASCALIA PRIMA.

Conversatio sæcularis Monacho pestis.

1 NIHIL turpius, quàm quod in domo Dei inveniatur scelus: equidem cùm iustitia æqualis omnibus sit; obstringitur, ut iudicium incipiat à dom. Dei. *Nemo illic* (ait Cornel. Tacit. de *Morib. Germ.* cap. 19.) *vitia ridet: nec corrumpere & corrumpi, sæculum vocatur.* In Religiosis profectò vitium, quicquid fert sæculum: necessariumque ne rideant scelera; quòd ancipiti gladio præsecetur à Iustitia, quicquid in claustra sæculi ingesserit corruptela. Conversatio sæcularium Monachis præsens venenum: patetque miraculum, non inficiendo linguis in medio scorpionum. *Homines labore ac patientiâ gaudentes, tenacissimos patriæ nervos, externarum deliciarum contagione solvi & bebetari* (inquit Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 6. n. 1.*) *cùm aliquantò faciliorem virtutis ad luxuriam, quàm luxuriæ ad virtutem transitum viderent.* Alibi dixi ex Ovidio, 2. de *Remed.* v. 219.

Tacit.

Valer. Maxim.

Ovid.

Dum spectant læsos oculi, læduntur & ipsi:
Multaque corporibus transitione nocent.

Ps. 118. 37.

Facias, contagia vites: etenim summum mali, quod nocet in ictu oculi. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem*: animo expescit David. *Ne videant idola*: Genebrardus, & alij plures. Facilis sanè morbus, dum nocet visus. Huiusmodi votum nonnumquàm debet foveri intra Monasterium, ob præceps mortis periculum: igitur non sumerent Monachi sæculi idola, & horum adorationem, ni priùs sæculi nocentis aspexissent vanitatem.

Unde Mònachi inficiuntur.

2 Astruit Basilius. *Qui sæcularium hominum amicitiâ delectatur* (infit *Monastic. constit.* cap. 12.) *eàque re assiduè cum illis esse in colloquio cupit; ex frequente cum illis sermone pravas eorum affectiones in animum facilè insinuaverit, & mente rursùs cogitationibus mundanis completâ, à præclara illa, quam erat ingressus instantiâ operis desciscet, & à se deinceps proscriptâ vitæ spiritalis utilitate; quem ex animo fuderat, vitæ prioris vomitum resorbebit, atque ideo saucius tandem concidet, miserè confixus ab hoste.* Videtur enim funestata vocatio, iugulata devotio, sopita professio, sæculi virus, saucium lethaliter pectus; imò hostis astu, sanum quod florebat, totum vulnus. Qui ex alijs castris, commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum: servierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum. Quid ex visu idolorum, nisi præcipitium? Quid ex gladijs, nisi vulnera? Quid è serpentibus, nisi

Basil.

Sæculi illecebræ in perniciem Monachi.

Venenum aspidûm sub labijs sæcularium.

nisi venena? Quid ex utroque nisi mors? & nihilominùs sæculum ita suave cordi est; ut instar idoli non solùm sacrilegè tractet, sed & adoret. Pericula dicit Ethnicus, ut caveat Monachus. *Horum omnium sermo vitandus est* (inquit Seneca, *Epist.* 123.) *hi sunt qui vitia trahunt, & altò aliunde transferunt. Pessimum genus hominum videbatur, qui verga gestarent: sunt quidam qui vitia gestant. Horum sermo multum nocet: nam etiam si non statim officit; semina in animo relinquit, sequitumque nos etiam cum ab illis discesserimus, resurrecturum posteà malum.* Malum prorsùm, quod videvatur felicitas. Malum, quod summa iam infatuato prosperitas: serò cognito veneno, technàque dæmonis, *cùm deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis.*

Senec.

Thren. 2. 12.

3 O Monache! Quid tibi est in via Ægypti, dum inde fugisti, quia opprimebaris tyrannide? An fuga credenda? Nescitur fuga, ubi sub habitu religioso Ægypti servantur idola. In famigerata Machabæi victoria aliquid hausturn de mœstitudinis fonte, cùm è suis aliquot fuerint desiderati; quod illum pupugit vel partà victorià, eò quòd frequenter, integro exercitu, revertebatur in castra. Causam mortis cognovit, quando illorum cadavera efferri iussit. *Invenerunt* (dicitur) *sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum, de quibus lex prohibet. Omnibus ergo manifestum est, ob hanc causam eos corruisse.* Lex idola proscribit, quia tantùm Numini adorationem direxit: moriunturque salvis alijs, qui in Dei militia studuerunt idolis; quippequàm fractà lege digni morte, qui dant idolis, quod debetur Numini. *Manifestum est, ob hanc causam corruisse.* Religione addicti erant idolorum odio, ut vitam illorum ab hostibus lege custodiret religio. Hostes cum gladijs erant, sed quasi non essent; ni idola contra se sumerent. Sumpserunt, & mortui sunt. Causa manifesta est. Haud vulnerati gladijs, sed idolis; quia quodlibet sæculi idolum, nonnumquàm exit in ancipitem gladium. Visis idolis, causa necis manifesta est, cùm adorationem in Numen debet dirigere cor. Non nocent idola, nisi adamata: illique corrunt, ubi socij inter gladios exultant vitâ; quippequàm dilectione dum fovit pectus, non gladius sed idola fecerunt lethale vulnus. Si palàm ferrent, cogerentur proijci; quoniam idola adversabantur legi. Pellexit aurum, ut pretio, fulgorève simularetur delictum: at morte patuit, quid unusquisque tulit; ut discat in Religione Monachus, unde animæ socià perfectione vulnus: igitur semper affert super vulnera vulnus in mortem; idolis sæculi in claustro vivere contra legem.

2. Mach 12. 40.

In mundum affectio, vulnera Monacho.

Lethalis in Monasterio, sæculi imago.

4 Ulteriùs. *Omnes* (subditur) *benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta.* Videtur infatuatis à sæculo, nullum nocumentum inhæsse fotis sæculi idolis, dum longè sint ab adoratione pectoris. Nullum discrimen inter habere & adorare. Illis damnum occultum iuxta iudicium proprium; sed non iuxta Dei iudicium, qui morte nocumenta manifestavit occulta: igitur nulla in mortem vitæ spiritalis maior causa, quàm in claustris habere occulta sæculi idola. Exierunt ut in vitia adversus religionem, decertarent; & nihil è sæculi vanitatibus sumerent. Nihil de mundo derelicto sumendum, dum recessus fit in claustrum. Quicquid è sæculo fertur, in vulnus sumitur: hique iacent quæsità morte; ubi datur cæteris gaudium vitæ; quoniam viventes in claustro, non homines, sed cadavera, dum secum in religionem occultè ferunt idola. Si palàm ferrent; signum erat, quòd legem ignorarent. Sub vestibus collocatis simulacris; cognoscitur adversus præscripta legis, foto in sinu sæculo, sub religionis habitu, illique præ cæteris cadunt, imò moriuntur; quoniam mors animæ, signumque corruptæ vitæ, ubi deaurantur sæculi abominandæ vanitates, sub habitu venerando speciosæ religionis. Sub vestibus, *sub tunicis.* Venenum vel aurum? Sub auri specie præsentissimum venenum: etenim dum cognita causa mali, ferentes iam erant mortui. Deus manifestavit occulta, ut morte illorum legis inhibentis constituatur observantia; & dum titilat fucata sæculi vanitas, ne stendant iusti ad iniquitatem manus suas: quandoquidem si mors vagatur per claustra, illuc duxerunt occulta sæculi idola. Pende: *Sub tunicis.* Arbitrati sunt, numquàm videnda, & in morte illorum Deus revelavit occulta. Nihil occultum, quod non sciatur. Malum, dum sine remedio scitur, latente in vulnus lethale morbo, atque procul timore de periculo. Videtur sæpe in tunicis species perfectionis: aliud *sub tunicis*: nimirùm occulta simulacra vana in morte illorum inventa. Totum revelandum, quamvis penitissimũ in novissimis eorum: & inter sæculum & religiosum habitum; exitus acta probant:

Vers. 41

Magis nocet dum magis latet.

igitur per mortem patet, sæculi idolis quodnam numen adorabant.

5 Ergo principali proposito respondeamus. Quia in seculo vasa mortis, & gladius ex simulachris, cum onere gravissimæ servitutis, molestissimæ tyrannidis; plerique Ægyptum sæculum fugiunt, sed non evadunt; imò quærentes vitam, moriuntur. Unde ergo? Ex voluntario morbo. Fugiunt sæculum, secum ferentes idolum. Sub tunicis latet, quod animum saucians officit. Non fugerunt fugientes, sæculum secum portantes, mancipato occultè affectu in idola, quorum fingebatur fuga: patet per fugientium mortem, servasse sæculo fidem: equidem in fuga gauderent vitâ, ni sub habitu sancto foverent sæculi idola. Relinquunt mundum, non mundi affectum. Secum portant, mala sua uti virtutes numerant: & quo se religiosos esse credunt; eò deteriùs peccatores fiunt. *Animum debes mutare, non cœlum* (dicit Stoicus, *Epist.* 28.) *licèt vastum traieceris mare; sequentur te, quocumquè perveneris vitia. Præmit te eadem causa, quæ expulit. Quæris quare te fuga ista non adiuvet? Tecum fugit. Onus animi deponendum est. Talem tunc esse habitum tuum cogita.* Verè aurea verba. Si animum deposueris sæculi, sæculum fugies: aliter tecum vadit: vitia pro virtutibus aurata latent sub tunicis: habitum tuum cogita, ne abscondantur sub illo affectivè simulachra: equidem in mortem rues, si idola sæculi obducis sub habitu religionis. *Perijt consilium à filijs, inutilis facta est sapientia eorum. Fugite & terga vertite:* ait Ieremias. Consilium bonum, à sæculo fugere in Monasterium: utilis filiorum sapientia, si verso vultu arripitur fuga. Ita ergo sapientia cedit in utilitatem, & consilium in virtutem; diciturque recedentium sapientia inutilis, & consilium primum pravitatis, quoniam versus mundum, etiam terga vertentes, non fugerunt: quandoquidem fugientes in Monasteria, sub tunicis cordis ferebant sæculi idola. Sapientia habitat in consilio piorum, non impiorum; detestans viam pravam & os bilinguium, sæculum fugientium, ac in fuga sequentium: in consilio bono, sine utilitate amittunt sapientiam, amplexantes sub tunicis stultitiam: igitur stultitia summa fugam sæculi religiosè meditari, & sæculi imagines corde in adorationem ferre. *Stultissimus sum vivorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam, & non novi scientiam sanctorum.* Stultissimus, qui inter sapientiores maximus: Utique: primo erectione templi, verè studuit religioni, in qua sanctorum scientia: ab illoque defecit vel sapientia humana; quippe in summa sapientia summa stultitiæ, sibi in adorationem sociare cuncta simulachra Gentium, & vivere ceu perfectus, quia ingrediebatur Sanctuarium.

6 Hinc ut N. Glorioſus Patriarcha inquit: *Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in voluntatibus suis*: Ita *Regul. Sancta* cap. 7. Væ duplici cordi, & ingredienti terram duabus vijs. Suspenduntur capillis, cogitationibus omninò superfluis, ob vanam, apparentem gloriam; inter cœlum & terram. Unde nec terra suscipit, nec cœlum respicit, pendulis animis, quoniam suspensi capillis; quousque secet Proserpina crinem, & corruant graviore lapsu in dæmonum societatem. *In voluntatibus suis*: dicit Benedictus. Quotas habent voluntates? Duplices. Qui in perfectionem recedit à sæculo, unam dumtaxàt habet voluntatem, in cunctis calcato sæculo sequens virtutem: oculos claudens, ne malum videat; obturans aures, ne voces audiat: Benedictusque non dicit in corruptis voluntatem sed voluntates; ob diversos respectus in ingressum Religionis: igitur in illis apparet voluntas quærendi inter perfectos religionis perfectionem; sed est voluntas sub religionis specie, totius sæculi inveniendi idolorum vanitatem. Subscribit Bernardus Homil. 4. *Super missus est.* Voluntas est quærendi cacumen exaltationis, in schola humilitatis: esse aliquid, per habitum, ubi qui aliquid, rediguntur ad nihilum. Fieri, ubi reliqui contendunt exinaniri. Honorari, ubi studium, honores despici. Sæculum sequi, qui à sæculo derelicti, dum ab illis explicatur amor vel furor, cuius furentis amoris nec ipsum sæculum memor; ut fiant maiores in claustro, quàm fuissent in mundo. Proh dolor! Hæ duplices voluntates non tantùm sunt corruptelæ, sed corruptiones. Non post relictum, appetivere sæculum: numquàm reliquerunt: à sæculo confregerunt iugum. In ingressu facta sunt vulnera, ambitione stolidissimè fotà. Specie religionis obductæ sunt in principio cicatrices, animo introrsùm saucio, auro idolorum sub tunicis astu occulto; quasi non esse insipientia, habitus sanctus & sæculi idola. Unde cùm pus voluntatum glisceat cavitate vulnerum; à facie insipientiæ, cicatrices sunt cor-

Non sat relictus mundus, quin relinquantur affectus.

Senec.

Ierem. 49. à 7.

Haud deaurentur vitia.

Prov30 à.

S. Benedict. Psal. 13. 1.

Vanitatis insipientia, habitus sanctus & sæculi idola.

corruptæ: descursuque temporis, qui Superiores quærentes in voluntate perfectionis virtutem; inveniunt ex voluntatibus pectoris corruptionem & putredinem. Illi veniunt, ut surgant: verùm iter lubricum, ut miserè cadant: disponunt utique ingressum, ut labatur pes eorum.

7 Discrimen vocationum voluntatis & voluntatum, exprimit Regius Psaltes per effectum: *Ipsi* (ait) *obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.* Pro *Obligati*, Genebrardus & Maluenda ex Hebræo legunt: *Curvati sunt, victi sunt, inflexi, constricti sunt,* An quia ceciderunt, victi, victique fuerunt; vel quia victi, præcipites offenderunt in lapsum? Cùm voluntatibus in ingressum Monasteriorum curvantur; ceciderunt, antequam ingrederentur. Non voluntate ingressi, sed necessitate constricti. Voluntatibus curvi premebantur, ut specie religionis, in illa sæculi quærerent commodum; cum illorum ut vanum tæderet sæculum: ceciderunt que habentes ex affectu curvitatem, quoniam exuerunt in recta intentionis rectitudinem. Victi sunt, & liberè introeuntes: Utiquè, ex curvatione cordis, mentientes vocationem; quia nequaquàm in virtutem: portantes catenas desideriorum, quà nefas etiam sæculi levissimum desiderium. Unde cùm onus curvet, & affectus ingressum vestigia liget; quid mirum, etiam validi quòd cadant, dum secum curvà intentione vincula affectuum studiosè gerebant? Alienati sunt hi peccatores à vulva, erraverunt ab utero, & ad vocationem in professione locuti sunt falsa. Qui loquitur vera, professione surgit: qui loquitur falsa, in ipsa erectione cadit: illique ceciderunt, ubi cæteri eriguntur; quippe tantùm ingressi ut erigerentur. Elucet ex hemistichio. *Nos autem surreximus & erecti sumus.* Quiqui in mundo, sunt in somnio. Ideo iacent: excitantur vocatione in status perfectionem, ut surgentes erigantur in optabilem virtutem, abnegantes sæcularia desideria, quibus iacet dormiens anima, oppressa mortis caligine, atque vincta sæculi simulachrorum dulcedine. Iuxta vocationis rectitudinem vel curvitatem, videmus quotidie vel lapsum vel erectionem. Qui nil quærunt nisi Deum, iacentes excitantur & eriguntur. Qui se quærunt, surgentes in altum, cadunt: equidem cum lapsus causa sint extra sæculum sæcularia desideria; iacent, mentientes in habitu erectionis specimen, cum minimè quærerent vel surgentes erectionem. Quis ergo non erigitur, dum surgit? Qui erectus iacet. Surgunt omnes, qui vocantur in claustra, sed non omnes surgentes eriguntur à miseria. Cadunt qui in sæculo, surgunt qui in claustro, imitantes iacentes incolas mundi; qui surgentes, non erecti. Non novum, quod caderent, antequam surgerent; nec mihi mirum, quod surgentes caderent: equidem cùm nemo perfectè surgat, nisi erigatur, & erectio fallaci vocationi denegetur; surgentes iacent pravis affectibus, ex quibus frequenter lapsus: igitur sæpe experiuntur vocationis ægritudinem, qui se quærunt & nequaquam in ipsa vocatione vocationem. *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt.* Surgentes corruunt. Quia obligati, non erecti. *Nos autem surreximus, & erecti sumus;* quoniam adorti haudquaquam religionis speciem, sed propter religionem religionem.

8 Sane casus? Multiplicata est in eis ruina. Non cessavit quassatio. Natum ad speciem virtutis germen, aruit statim, quia non habebat humorem. *Tempus evellendi, quod plantatum est*: dicit nostra Tautologia: & iurè pro futili, apparenti vocatione dicitur; quia omnis plantatio, quam non plantavit Pater cælestis eradicabitur. Verùm quare si ad evulsionem plantario supponitur, modò exprimitur? Quia pravo in virtutem fine, datur evulsio sine plantatione: etenim si virtus in statu Monachorum nobile germen, & pectus nequaquam dirigitur in virtutem; extra virtutis ac perfectionis propositum, germen patet evulsum, quod non plantatum: quandoquidem ad instar fœni tectorum specie floruit; sed illud antequam evelleretur, exaruit.

Exoriens simul, atque cadens,
——Acclivis pariter declivia iungens.

Accinit Manilius, 1. *Astronom.* cap. 3. v. 39. Quid si languent? Quid si in ipsa ariditate non virent? Quid si in virtutum amœnitate non florent? Et hi radices non habent: equidem cùm sæculum pravum esset illorum propositum, nunquam in illorum corde visa fuit radix virtutum. *Ex sanctorum convictu mœror exurgit: animo non satis Deo, aut cœlestibus dedito, melancholia exoritur: universum internæ mentis robur deijcitur; quicquid spiritus, radicitùs exradicatur. Hinc languor* (ait Scribani, 3. in *Medic. religios.* cap. 18.) *& spiritualium fastidium, imò nausea; sibique, aliisque gravis, miseram vitam trahit, finitque etiam miseriorem.*

Psalm. 19. 9.

Pignus virtutis, rectitudo vocationis.

Quænam vocatio sine vocatione.

Eccle. 3. 2.

Manil.

Vnde ergo claustrum fastidium?

Scrib.

Intelligite hæc, qui obliviscimine Deum; ne quando rapiat, & non sit qui eripiat.

9 Sic igitur haud quiescit animus, sed virus cupit vomere pectus, satagens advehere quia ipse corruptus, in Monasterium, quod etiam ipsis sæcularibus fastidium: factus est tædio in paradiso voluptatis, serpens tortuosus: nimirùm, ut *Epist.* 143. n. 2. ait Bernardus: *Susurro, bilinguis, murmurans, contumax, impatiens disciplinæ, inquietus & vagus, qui panem otiosus comedere non erubescat.* Bernar. Quò ergo furenter deveniet animus, quem nulla cognovit virtus? *O fastidium* (exclamat Guarricus, serm. 1. in *Pentecost.*) *tinea cordium, rubigo mentium, languor pessimus animarum! Quæ enim lues tam pestifera, quis morbus ita lethalis, qui faciat hominem immemorem suæ salutis, ridentem ac malè securum appropinquare usque ad portas mortis.* Quid & in quibus? Nil ultra? Recedere valeret, si ad portas mortis dumtaxàt appropinquaret: sed dicunt improbi & reprobi, clamanti aliorum virtuti: *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum.* Iob. 21. 14. Isai. 28. 15. Cum morte & inferno? Omninò. Cum inferre nequirent in claustra corruptionis virulentiam; amicis inferno & morte, cogitarunt apostasiam. Germen sanè amaræ radicis, futilis & fucatæ vocationis, cum affectu vitæ turpissimæ sæcularis: igitur ubi morum non conversio, morum subversio, & nulla reversio, sed præceptorum aversio. Ubi in proposito virulenta vitiositas, exultat votorum stabilitas. Vbi in votis vitiositas, instat morum mutabilitas. Peccatum peccavit cor, propterea instabile factum est. Ovile ovium, luporum cupiebant facere mentito collore pellium. Pro iniquitate tentoria videntur Æthiopiæ, & pelles Madiam turbatæ. Ipsi obligati sunt, & ceciderunt, iacentes antequàm caderent. Ubi alij surgunt, amantes virtutem; ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsi sunt nec potuerunt stare. Canit Buchanus: Bucha.

Qui scelere gaudent, scelere labuntur ab ipso,
Perpetuo ut lapsos iuxta ruina premat.

10 Hoc opus cum voluntatibus ingredientium religionem, in quibus ut vidimus, *Corrupti & abominabiles facti sunt.* Vulnus cordis sine rectitudinis proposito, estò factà cicatrice, secuta corruptio: corruptionem verò morum abominatio: igitur nulla maior in ruinam, quàm precipitari furenter in apostasiam. *Qui de Monasterio ad sæculum descendunt, carbones nigri efficiuntur*: subdit Bernard. ad *Soror.* cap. 20. n. 59. Quid cum his pessimis etiam sæculares? *Cadent super eos carbones*; dum avidè sumunt peccatorum facies. Pf. 139. 11.

Inficit extinctus, qui vivus adusserat olim. Picinell. Accinit Picinellus, 2. *Mund. Symbol.* n. 125. Carbo vel albescit, vel nigrescit. Extincta flamma, qua ambusta religio, nihil in apostata videtur nisi nigredo: & super protegentes sæculares, cadunt carbones; quoniam quicquid etiam in sæculo tangit, ut niger carbo fuligine tingit. Cuncta fœdat, conspurcat, denigrat; quippe secum in notam maculam portat. Vernaculè: *con la mancha que lleva, todo lo tizna.* Ita habitant cum carbonibus desolatorijs, quorum nigerrimæ facies: etenim quam fovebat pectus ubique perfidum, prodit quasi ex adipe iniquitas eorum. Prodit: sanè sub tunicis latebat, quod in opprobrium, in dedecus religionis apparuit: non enim tunc parturirent iniquitatem, ni priùs concepissent de religione dolorem. O Domine! In multitudine virtutis tuæ, mentiuntur tibi inimici tui, sanctæ vocationis specie. Diversorum morum sunt, qua de causa cor illorum vanum est, & animam acceperunt in vanum, quam vel extràsecum retinebat sæculum; quin recederet animus, quantum dissitum corpus: teque expulso, animo pravo, fit illorum in sæculum reversio: quia dumtaxàt iustos habitare facis & unanimes in domo. Vulnus internum altè sederat cordi: inter valentes procedebant corrupti. Ab occulta sub tunicis vomica, venit ultima plaga, quæ fit cunctis manifesta. Unde Dei iusto iudicio ex corrupte la leprosi & abominabiles, proiecti sunt, ad cruciamen in tenebras exteriores. Cur Apostatæ dicantur carbones? Morum colluvie, ante egressionem egressi.

11 Publicani & meretrices præcedent in regno Dei. O summa Conditoris, & Assertoris clementia! *Filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.* Matth. 8. 12. O clementis inscrutabilia iudicia! Quid literaliter sint exteriores tenebræ; dicemus fusè, *Tom. seq. Tautolog.* 8. *à n.* 53. Tropologicè tenebræ exteriores, sunt effectus internæ cæcitatis: quapropter dixit Dominus: *In iudicium ergo in hunc mundum veni; ut qui non vident, videant, & qui vident cæci fiant.* Ioann. 9. 39. Publicani & meretrices plus vident apertis oculis, dum videntes attrectant oculis clausis, fugientes illuminationis formam; quia oculos suos statuerunt declinare in terram: & omninò mi-

miserabile, ipsa luce cæcutire. Ergo in propositi articulum. In Monacho pravo præ nimia iniquitate, interiores sunt & exteriores tenebræ. Interiores, dum corrupti: exteriores, ubi ex internis abominabiles facti: etenim recessu haud caderent in exteriorem abominationem; ni priùs corruptela morum internam adamassent cæcitatem. Exterior dissolutio est propositi speculum, in quo perspicuò exploratur votum: numquàm vivebant regulæ, numquam ordini, sine lege in voluntatem pravam, renuerunt accipere disciplinam, habentes lugentium habitum. Unde cum Spiritus Sanctus disciplinæ effugiat fictum; de interioribus tenebris lapsi sunt in tenebras exteriores: equidem cùm è claustris recesserunt; animi relaxationem nescientibus indicarunt. Est amantis animus, ubi amoris scopus. Ubi est non manet, sed ubi diligit. Affectu habitatur sæculum vel claustrum. Qui aversatur claustrum, cæcutit: qui deserit, cecutisse in illo, dicit. Tenebræ interiores patent ex externis tenebris. Corpora vaga transierunt in pravum affectum cordis: & egressi sunt quasi glorianter in mundum; ubi priùs, latente dolo, collocaverant affectum. Si ab hoc pendet distantia vel præsentia; fugerunt, quando protrita observantia. Ubi datum pessum sanctissimum institutum, desertum est Monasterium: internæque tenebræ per externas connotantur; quippequam longiùs egressi, antequam egrederentur.

Habitat Monachus, ubi collocatur affectus.

12 In fictionem vocationis, deducit Bernardus animi instabilitatem, & morum abominabilem sentinam & corruptionem. *Multi* (inquit) *in Monasterium veniunt, ut ibi glorianter vivant: malè incipiunt & malè consummant, semper vagi & numquàm stabiles. Cùm non habent quod volunt, detractores: fratres suos iniurijs afficientes, moribus indisciplinati, gestu & actu inordinati, habitu elati, moribus inepti, bonis præstitis semper ingrati; Christi præcepta, quæ audiunt vel sciunt, ventorum vanitati dedicarunt. Iussa Domini contemnentes, cœnacula amantes, Deum Omnipotentem calcibus nequitiæ & malitiæ percutientes; quod promiserunt coram omnibus Sanctis, non observantes.* Hactenùs Melifluus Doctor, de *Verbis Domin.* serm. 12. n. 97. Quid mirum, his moribus internis, tenebræ ex sæculo in sæculum exteriores? Cognoscit mundus ex sæculi vanitate, in Monasterio relicto diù vixisse sine lege.

Bernard

Qui futuri apostatæ

13 Dilexerunt enim magis tenebras, quam lucem. Erant enim illorum mala opera. Videamus ergo, quam mala! *Vide ergo* (dicebat Assertor N.) *ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Quomodò igitur tenebræ in ipso luminæ? A prava vel erga bona intentione. Fugere è nequan sæculo in claustrum, profectò bonum; quippequam ipsa vocatio lux est: & in tenebras convertitur ex intentione ipsa lux; quoniam in luce vocationis omninò tenebræ; si vocati refugiunt ad quod vocati. Lux est vanitatis oblivio, deliciarum proculcatio, studium virtutis; saragentia humilitatis, proprij iugulatio amoris, planctus ex punctione criminis: bonaque cætera, quæ docentur practicè Monasteriorum scholà. Ad hæc vocatio, quæ lux: sed vide, ne tenebræ pravè sint; igitur quæsitis delicijs in disciplina mortificationis, libertate in servitute, & amore in odio sæculi (ita ut quod non habetur in mundo, hypocrisi acquiratur in Monasterio, & specie venerabilis habitus voluptatibus mundi satietur pectus) cum sit in fulgore status tortuosæ intentionis pravitas, lucida bona convertuntur in tenebras: quæ quidem cum extra erumpere solicitent, ut sine lege prolubio vivere pravi possint; ex latentibus tenebris, proijciuntur miserandi in tenebras exteriores.

Luc. 11. 36.

Unde fulgor lucis illorum, obscuritas tenebrarum?

14 O terra miseriæ & tenebrarum, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat! *Isti tales recedunt à Christo, quia recesserunt à proposito sancto. Si pactum, quod cum Christo pepigerant* (ait Bernard. ubi supr. *serm.* 11. n. 86.) *observarent; venena iam vomita subsannarent: & ideo cum Christo non merentur manere; quia pactum Domini non timuerunt infirmare. Sed utinam scirent, quantæ sit amaritudinis; fontem relinquere vitæ, auctorem melliflua iucunditatis, Dominum mundi, decus paradisi, gaudium æternum! O quam misera commutatio! O quàm cæca cupiditas! Facit regulam in apostasiam, disciplinam in lasciviam, claustrum regulare in campos licentiæ, castitatem in impetiginem, Monachum in morionem, directum in pravum, planum in asperum, filium Dei in filium diaboli. Hæc non est mutatio dexteræ Excelsi. O quàm amara mutatio! O quàm dura translatio! O quàm terribile à Christo recedere, & diabolo adhærere, Redemptorem spernere, & peremptorem diligere!* Commutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.

Bernard

Quę in illis tenebrarum tenebræ, & signa corruptę vitę.

num. Stulti facti sunt in cogitationibus suis. Brevi Christus: *Si lumen, quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Propterea tradidit illos Deus in desideria cordis, in passiones ignominiæ, in reprobum sensum, ut faciant ea quæ non conveniunt, repletos omni iniquitate, malitiâ, fornicatione, avaritiâ, nequitiâ, plenos invidiâ, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inventores malorum, parentibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absque fœdere, sine misericordia. Hæc Doctor promit Gentium, *Rom.* 1. à 24. Hæ tenebræ tenebrarum è tenebrarum luce, ipso splendore languente. Hæc abscondita tenebrarum & potestas in vanitates & insanias falsas; queis maior furor, quia non cognoscitur error, de quo *Didascal. seq.* Videte in homine pravo (ut Virgil. dicit, 4. *Æneid.* vers. 65.)

Matth. 6. 23.

Virgil.

——*Quid vota furentem,*
Quid delubra iuvant

DIDASCALIA II.

Vulnerum vitiorum medicamina, Iustitia.

1 IDEM modò lapis movendus; ut in animi pravi mutabilitate nullus sit motus: etenim, ut inquit Seneca, *Epist.* 27. *Quibusdam remedia monstranda: quibusdam inculcanda sunt. Dimitte istas voluptates turbidas, magno luendas; quæ non venturæ tantùm, sed præteritæ nocent. Numquam nimis discitur, quod numquàm satis discitur.* Vidimus *Didascal.* præced: pravos devolutos, infixosque in limo profundi, lutoque fœcis, ob fucatam speciem vocationis, quasi dicatos Orco; *Ut advertat, quisquis delicias huius sæculi, & facultates rerum temporalium, quærit in nomine Christiano*: ait Auguffin. 1. de *Serm. Domin. in mont.* cap. 5. Iuxta genus suum fructum tulit semen corruptum dedecoris, nequaquam fructum honoris & honestatis; voluntate ac voluptate acepta tantùm pro lege; eò quòd lex ic voluntate illorum, desideria voluptatum. *Pro lege eis est desideriorum voluptas* (infit Magister & director Monachorum, Benedictus Pater, *Regul. S.* cap. 1.) *cùm quicquid putaverint vel elegerint; hoc dicunt sanctum: & quod noluerint, putant non licere.* Iuxta proprium commodum & prolubium, dicunt bonum malum & malum bonum, auctoritate cupidinis, suffectâ tenori legis: illegesque vagantur, & furentes irascuntur, ni concedatur illis vivere ad placitum. *Si vitium resecare studeas, & intentionis ingressus cum actionis egressibus* (ait Bernard. inter *Varios*, Tom. 5. serm. 3. in *Nativit. Domin.* n. 8.) *statim Ciceronis eloquentia renovatur, excusatur, defenditur quod opponis; & offenderis qui proponis. Interrogat de loco, de tempore, quando factum? Parentes advocat, patrocinatores quærit, gravari se indicat: indicat se recessurum, malle mori, quam pati talia; & quæ vidisti negans, & quæ non vidit, in te convitia reto quens. Sic spinam sentis, & tempus perdis, odium incurris, nec corrigis: & quem totum tenere putabas, totum amittis.* Libertatem in illicita quærit, obices odit, sæculum placet: & cùm spina criminum torqueatur conscientia; assentitur fugæ dum configitur spina. Revocat Deus ante factum, ut irritetur in pectore votum. At ille, ut aliò canit Virgil. 6. *Æneid.* à v. 78.

Bernard. *Quę ad extium illos remittit in sæculum.*

Virgil.

Bacchatur, magnum si pectore possit
Excussisse Deum: tantò magis ille fatigat.

Induratum est cor, quia vanum est: & relinquitur in votum ferale, atque præcipitium ut discat sæculi plagis, quam amarum reliquisse Dominum.

Idem.

Sed terrà graviora manent: bella, horrida bella.

2 De fulmine dicit Plin. lib. 2. cap. 54. *Vigilans ictus, conniventibus oculis; dormiens, patentibus reperitur. Vulnera fulminatorum frigidiora reliquo corpore sunt.* Iam enim stimulis mortis, furenter deductus est in campum, ossibus plenum. *Rupit amor leges, audet trascendere Vallũ.* Verùm quid inde? O Deus Optimus, Maximus! *Per ea quæ coluerunt dedisti summa tormenta*; ut per acerbissimam voluptatis amaritudinem, servitutem agnoscerent prævaricationis libertatem: igitur adinstar Satyri splendorem ignis mirantis & amplectentis, experiuntur ustione, tormentum esse sub luce. Non vocat (uti perfidum) sæculum, ut amatores mulceat, sed ut decipiat. Lactat, ut accipiat vota: & per ea quæ coluntur, adveniunt summa tormenta; ne sit in dolis acerba perseverantia: igitur dum habetur corditùs adamata possessio; constat cruciamine, quanti voluptatum adoratio. Curæ, so-

Plin.

Lucan. 4. v. 175.

Sapient. 12. 23.

Sæculi quæ cupita, tormenta.

Senec.

Augusf.

In Monachis corruptis tantùm lex, quę voluptatis.

S. Bened.

solicitudinesque conscientiam percussam verberant: continuò & corda & corpora vapulant. Mittit Deus è cœlo fulmen gratiæ, ne cæcutiant: verùm malitia, lumen videntes, ne sentiant; illicò quam coruscationes fulminis illuxerunt, oculos studiò claudunt: quandoquidem cum in profundum venerint peccatorum, contemnunt. *Improbarum voluptatum, etiam post ipsas pœnitentia est*: dicit Stoicus, quò supra: & nihilominus ex illis & falsis & perfidis nulla datur pœnitentia, quantumvis summa cruciamina; quoniam sine sensu aguntur, & percussi nec doluerunt. Non enim habent corda; sed pro cordibus saxa: unde cùm supra petram, dum molescunt, indurantur; blandimine deliciarum fatuè insensibiles fiunt.

Senec.

Ovid. 4. Trist. 1. v. 46.

Utque soporiferæ biberunt pocula Lethes;
Ille nec iratos sentit habere Deos.

3 Verum quare si vulnera, non pungentia? Sunt fulminatorum vulnera frigidissima, quibus corda non sentiunt, quantumvis de cœlo tacta. Sunt mortua caro, sæculi dolo & veneno; quamvis fulmen emittatur. Ex nullo motu videtur: igitur vigiles ad fulminis ictum, oculos scienter claudunt; dum sæculares dormientes impacto fulmine aperiunt. *Quare vitia sua nemo confitetur? Quia etiam nunc in illis est* (subdit Senec. *Epist.* 53.) *In his morbis quibus afficiuntur animi; quò quis peius se habet, minus sentit.* Astruitur causa in præfato sacro testimonio. *Per ea quæ coluerunt dedisti summa tormenta.* Ægrè feruntur ab amico vulnera. Alij voluptates quærunt: alij colunt. Qui colunt, etiam tormentis non resipiscunt: qui quærunt, videntes amaritudinem, refugiunt pictam perfidiosè dulcedinem; potissimè si de cœlo mittitur ignis, in manducantes invitè panem doloris: hique citò levi luce convertuntur, dum colentes summa tormenta non sentiunt; quoniam proiecti non solum vitiorum voluptates quærebant, sed clausis oculis fulmine afflati propensissimè adorabant.

Senec.

Vehementiora, si adorata.

4 Descendunt ergo in sæculum (quod irridet à fatuis concepta vota) pleni omni dolo & fallacia. Quæ comminiscuntur, ne cognoscantur vel excusentur; vel quæ non comminiscuntur? Dicam ex Ovidio, 3. de *Art.* v. 370.

Ovid.

Maius opus mores composuisse suos,
Divitum arrosor, potentum arrisor, religionis delusor, ut aliquid ambiat, ut micas latrante stomacho colligat; nulli parcit parasitus, salibusque meditatis gratiosus; fame urbanus, & etiam servorum servus. Siquis ex non suis, laudatur; in maximum in optimum quemque citatiore cursu fertur; posito in cœlum ore, ab illo qui sine pectore. Semper spe lactatur, & evanescit spes, in miserijs subsistens, quoniam in sortem fortuna stabilis, & ridet ad fletum, dum audit planctum. Cuncta hæc de cœlo vibrata fulmina; ut per culta sint cruciamina: factusque quasi homo non audiens, præterit; ante fulmen quasi cœlum non tonaret: igitur præ vulneribus famis, deficiente sine voluptate vita, quæ vulnera, a fulmine frigidiora. In signum libertatis, collaphizabatur in sæculo servus, ut opprobrium esset libertatis signum.

Monachi extra claustra, improperiū, & miseria.

——Famulusque iugo laxatus herili,
Ducitur, & grato remeat securior ictu.
Tristis conditio! Pulsata fronte recedit
In civem, promissi felix iniuriā voti.

Claud.

Ut in rem succinit Claudian. de 4. *Consul. Honor.* v. 613. & Nos dicemus latius *Tom. sequent. Tautolog. 4. à n. 36.* Ne libertate extollatis; quia non extolleris, sed collaphizaris. Vertitur in opprobrium, quod cæcè arbitraris plausum. Dicit appositè, etsi aliò intentus, Iuvenalis, *Satyr.* 5. à v. 153.

Libertatis sæcularis signum, opprobrium

Tu scabie frueris mali.
Hoc agit, ut doleas. Ergo omnia fiunt,
Si nescis, ut per lachrymas effundere bilem,
Cogaris, pressoque diù stridere molari.
Tu tibi liber homo, & Regis conviva videris.

Iuvenal

Captum te nidore suæ putat ille culinæ,
Nec malè coniectat.

5 Quid Stoicus Cordubensis? In quantam servitutem detrusit miserabilis libertas! In quam duram acerbitatem fallax voluptas: *Miseri tibi videntur? Nihil miserum est* (infit, de *Provid.* cap. 4.) *quod in naturam consuetudo perduxit: paulatim enim voluptati sunt; quæ necessitate cœperunt. Nulla illis domicilia, nullæ sedes sunt, nisi quas lassitudo in diem posuit: vilis & hic quærendus manu victus, horrenda iniquitas cœli, intecta corpora. Hoc quod calamitas videtur, tot gentium vita est.* Hæc fulgura discrurentia, sed clarè non visa à pectore, quod induruit; etsi missa ab illo, qui fulgura in pluviam fecit. De fulmine Plin. d. *Homo, nisi convertatur, vi percussus, non expirat.* Tandem tandem ærumnis oppressus & compulsus, sese exponit in dedecus. Quid ergo inde? Recessus excusatur? Imò defenditur. Quæ non audiuntur

Senec.

Summa miseria, è clausura fuga.

Plin.

tur à voce exprobrantis & obloquentis; à facie inimici & persequentis? Dicit Augustinus in *Psalm.* 75. *Recedo de Monasterio: neque enim soli, qui sunt in Monasterio, perventuri sunt ad regnum cœlorum; & illi qui ibi non sunt, ad Deum non pertinent.* Sic ille? Quid Augustinus? *Illi non voverunt, tu vovisti.* Idem *Epist.* 199. & Magn. Gregor. lib. 1. *Epist.* 33. Non est bonum esse in sæculo, qui sæculum fugit voto; recede paululum ab eo, ut quiescas; & videas, quas ærumnas vocabas non esse ærumnas. Fiunt de cœlo fulgura & voces & tonitrua, quibus aperiuntur dormientis lumina clausa, atque conscientiæ redardescunt è frigore vulnera, mente relinquentis sæculum; *ne fiat supramodùm peccans peccatum*: igitur excessus iniquitatis; amatæ tenebræ splendore cognitionis. In memoriam ergo, quæ sunt, quæ fuerint, quæ mox ventura trahuntur

Dum vice mutatà, quid sim, fuerimque recordor,
Et tulerit quò me casus & unde, subit;
Corque vetusta meum tanquàm nova vulnera sentit,
Hinc sinum mœstæ labitur imber aquæ.

Solamen itaque avidum recipiet pectus, dum è silice rivus. Profuerunt coruscationibus fulmina, si commota tremuit terra.

6 De fulminibus loc. cit. Plin. infit: *Perplurimum refert, unde venerint, & quò concesserint. Optimum est in exortivas redire partes. Ideo cùm à prima cœli parte venerint, & in eandem concesserint; summa felicitas portenditur.* Profectò è cœlo vibrato fulmine gratiæ, summa felicitas est, ubi prævaricatores convertuntur ad cor. Redit isthoc unde exivit; & ad illam cœli partem, à quo furenter recessit. Optimum est ad sacra violatæ apostasiâ religionis, in exortivas redire partes: equidem quod lactabat ut delicium, ex ipsa vanitate iam cognoscitur mendacium. Multiplicatæ sunt infirmitates eorsim & posteà aceleraverunt.

——Magnoque exestuat igne
Iratum te Phœbe ferens: nec verbere solo
Uteris & stimulis, flammas in viscera mergis.
Accipit & frænos.

An tranquilla omnia? Deus scit: scrutans corda & renes Deus. De fulmine subdit Plin. *Unum animal hominem non semper extinguit, cætera illico.* Vitæ prioris remanent vestigia, quoniam propter cordis resistentiam, fulminis etiam inefficax flamma. Cor si veneno inficitur, non aduritur: ait idem, *lib.* 11. *cap.* 37. Nitorum in holocaustum, claret infectum: & etiam pectora dura, de cœlo tacta; dum flamma fulminis vel igne concepto frigida. Hinc ubi Deus convertit illorum conversionem, dicitur à Prophera: *Convertimini filij revertentes.* Apposite & iurè, quippequam sæpe revertuntur, verùm sine conversione: convertuntur verò, revertendo de miseria in abundantiam, attamen nequaquàm in pœnitentiam: igitur per virtutis ac perfæctionis speciem, astutam vapido servant sub pectore vulpem.

7 *Ad Monasterium venit* (inquit Bernard. Serm. 12. de *Verbis Domin.* n. 97.) *ut peccata, quæ commisit in sæculo, punire debeat in Monasterio; sed postquam ingressus fuerit, non solum quæ commisit, dolendo non diluit; sed insuper alia forsitam graviora committit.* Fiunt ergo novissima hominis illius peiora prioribus, dum totus debebat esse præ contritione fletus. Petrus dum audit in navi, *Dominus est; misit se in mare. Alij autem discipuli navigio venerunt.* Qui in navi fertur; quia fertur, sine labore procedit: qui natando, summo labore iter conficit. Ad Iesum omnes connabantur accedere. Petrus defecerat magis dignatus à fide: & dum ad illum revertitur, haudquaquàm fertur in navi; quoniam qui revertitur maiis gravatà conscientia, debet exequi maiora, nec ire ad Dominum per iter, & exercitia communia. *Qui lapsus est* (ait Gregor. Magn. Homil. 20. in *Evangel.*) *tantò à se licita debet abscindere: quantò se meminit, & illicita perpetrasse.* Aliquid amplius in obsequium præ cæteris faciet, qui præ cæteris offendit: & ut veniens, ad Dominum citiùs pervenire posset; haud tendit in quiete navis, sed in molestia obsequiosi laboris. Alij navigio conficiunt iter: Petrus se misit in mare. Actione expressit negationis pœnitudinem; dum reverti cupiebat ad offensum Redemptorem; seseque mittit in mare, offensæ tactus dolore; quippequàm non ausus transire ad Dominum, quin priùs in mari videretur lachrymarum. Sic enim revertentes convertuntur; siquidem vera reversio in conversione cognoscitur, in lachrymis cor exprimitur; quippe ubi nulla vel apparens objicitur oculis pœnitudo, nulla prorsùm è reversione conversio:

8 *In Prælatis* (dicit in *Sentent.* n. 30. Bernard.) *ut custodiant gregem suum; sunt no-*

In illa tormentum dulce, præ acerbitatibus sæculi.

Ex eius doloribus frugi revertitur animus.

Maior debet esse in obsequijs observantia, in dolore pœnitentia, ubi crimina graviora.

Augusti. — Rom 7. 13. — Ovid. d. á v. 97. — Plin. — Lucan. 5. v. 173 — Plin. — Ierem. 3. 14. *Unde reversio, sed non conversio?* — Bernard — Ioann. 21. à 7. — Gregor. Magn. — Bernard

necessaria viva fidei & doctrinæ sinceritas : studiosa benè operandi sedulitas : & de salute subditorum diligens curiositas. Salus horum conversorum revertentium, eget cum sedulitate & sinceritate, curiositate diligenti prælatorum : etenim est, ubi semel prava affectio, qui nequiter se humiliat ; & interiora eius plena sunt dolo. *Super eum omninò intendat curiosè* (infit N. Patriarcha Glorioſus, d. *cap.* 58.)

S. Benè. *& solicitus sit, si verè Deum quærat : si solicitus ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria.* Ita, si ita. Verùm plerique *confusione non sunt confusi : erubescere nescierunt*, in malefactis gloriantur, & de

Ierem. 6. 15. illis quasi de virtutibus loquuntur ; insolentiâ auctâ ex sociorum patientissima modestia. Sine compunctione pungunt sanos : quid si aliquatenùs invenerint ægros? Adinstar muscæ quicquid mortuum tangunt, verminat : uti fuligo, lingua vel splendida maculat : quasi scorpij flatus specula virtutum obnubilat : & cùm totum negotium sit otium, adinstar aranearum,

Magna solicitudo prælatis erga apostatas religioni revertentes. insidiantur retibus, confectis ex visceribus putridis. Hi non sunt reversi, quoniam sine morum conversione, sine fronte, sine facie, sine pectore. Qui priùs considerarunt, ut associarentur, vultum nativitatis in speculo reversionis ; cùm priora ad illicem volitaverint, statim obliti sunt, quales fuerint. Pingit Bernardus. *Aut loquetur ergo, aut rumpetur : plenus est enim sermonibus* (infit de *Gradib. humilit. & superb.* cap. 13. n. 41.) *esurit & sitit*

Et quare? *auditores, quibus suas iactitet vanitates ; quibus omne quod sentit, effundat : quibus qualis & quantus sit, innotescat. Inventa autem occasione loquendi ; si de litteris sermo exoritur ; vetera proferuntur & nova : volant sententiæ, verba resonant ampullosa. Prævenit interrogantem, non quærenti respondet : ipse quærit ipse solvit ; & verba colluctatoris imperfecta præscindit : : : Si ad ludicra sermo convertitur in his quantò assuetior tantò loquatior invenitur.* Auditur, quia primus hospitibus obviam it. Quis est hic ? inquiritur? Respondetur : Hic est ille. Proh sine pudore pudor ! Haud maximi, audiens habet Monasterij venerandam perfectionem, cùm videt ex occursu relaxationis specimen.

Bernar.

9 Unde ergo tanta lues ? Ex oscitantia præsidis, à quo abeunt & diligens curiositas, & studiosa sedulitas ; maximè cùm corrupti simulque corrumpentes, se insinuent obsequijs intra Superiorum viscera, ut perversa vita, albis viscerij-

bus credatur ritè conversa ; dum ut monet Theocritus, *Edyl.* 10. v. 11. & 11. vers. 16.

Pernicioſum est canem exta gustare?
Amat non rosis, sed pernicioſis furijs.

Theoc. Primò tædet, paulatim placet, & fatuè laudat, ne iterùm qui præceps austeritate ruat. Sed quid ? Pauper incenditur, dum inquus benedicitur, huiusque crescit calamitas, quoniam etiam ex scandalis impunitas ; cùm in exemplum, & excessum coërcitionem, ferrum & ignis necessarium medicamen, & plantetur virtus, ubi plectitur scelus. *Tempus evellendi, quod plantatum est* : dicit nostra Tautologia. Oppositа objciuntur, ut amicè concilientur à prudenti Prælato : plantatio scilicèt & evulsio, in amœnitatem virtutis, & exilium corruptionis : igitur vitium à Monasteris evellitur, ubi supplicium prudenter in medicinam plantatur.

Artes apostatarum, ut effugiãt supplicium.

Eccl. 3. 2.

10 Vindimus mœstè inflicta ab iniquitate vulnera : videamus à Salvatore oppositа, appositа medicamina ; quia sine illis ex scandalo multorum ruina. *Qui scandalizaverit unum ex pusillis istis, qui in mè credunt ; expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Ita Medicus cœlestis, in pravum exemplum, bonis scandalum. Sic sententia iusti iudicis, cùm ex pravorum moribus viderit sapientes morientes. Verùm quare aquis tradendi, qui sine rubore coram alijs flagitiosi ? Ne remittatur supplicium, dum intercedit scandalum, & impunita crimina pravè sequantur exempla. Apostata à religione non solùm pusillis, sed in virtute perfectis præbuit scandalum, & ad iter offendiculum; quoniam ab illo religio reprobatur, quæ à cunctis iurè diligitur.

Matth. 18. 6.

——*Fræna furenti*
Concutit, & stimulos sub pectore vertit Apollo;
Ut primum cessit furor.

Virgil. d. v 100

Revertitur, sed allicitur ; ita ut illa coma punctio cordis, iam non illa, quoniam crimen sine pœna, ut maius sit scandalum, non habere supplicium. Iudici, non legi obsequitur, lenimine astu studiosè blanditur. Non invenitur etsi peccatum quæritur ; imò amicà protectione ex pravo affectu indulgentiæ, laudatur peccator in desiderijs animæ suæ : aquisque maris tradere expedit, qui ita vitam in scandalum exposuit ; quoniam corruptis moribus, fractà fide, flagitiosus, nullo modo fovendus, sed suffocandus. Libertas illi impru-

Apostata non fovendus, sed suffocandus.

denter conceditur, ut arrepta libertas cognoscatur, à cunctis agnitus, dum in opprobrium videtur; qui plusquàm in claustris, saliùs videtur in vinculis; quibus aversionis excitaretur fletus, & compungeretur animus. Cæterùm aliter capitur stultissimum consilium, ne reus mittat cum situla lorum: suffocarique à Domino præcipitur, ne hinc inde pro ludibine vagetur; quoniam illi & religioni expedit, quod in decorem conducit: religioni, ne iterùm patiatur opprobrium: illi, ne denuò recrudescat scandalum.

11 Dicit textus. *Expedit, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Non sat pœna suffocationis: cùm etiam additur *Im profundum maris.* Non satis in maris amaritudine suffocatio, ni sit iactatio cadaveris in profundo. *Mola asinaria*, ne possit moveri, nec fluctibus pristinis hinc inde iactari, quin valeat emergere; ut iaceat semper, quia iacere congruit. Si alibi summergeretur; ubi demersus, constaret, & simul patesceret, quò iaceret: in maris profundo, dumtaxàt signaretur suffocatio; Christusque & maris profunda signat; quippe pusillis expedit, etiam nescire, quò iaceat. *Apostata, vir inutilis, graditur ore perverso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prava corde machinatur malum; & omni tempore iurgia seminat.* Hæc è Salomone signa, ut à convictu removeatur Apostata; & qui apostasiâ se præbuerunt in scandalum: eisque Christus in suffocationem designat maris profundum, ubi dignosci non possunt; siquidem hi ne noceant, non solùm suffocandi sunt, sed nesciendum ubi sint. Vernaculè: *Aunque estèn alli; porque no dañe su trato, y conversacion, se ha de ocultar donde estàn.* Quia unde ceciderunt, constat (ubi ceciderunt, lateat. Nesciatur supplicij locus, modò patescat fulminatum in scelus. Vacitus de *Morib. Germanor.* cap. 12. *Proditores & transfugas mergunt. Diversitas supplicij* (ait) *illuc respicit, tamquàm scelera ostendi oporteat, dum puniuntur; flagitia abscondi.* Constent scandala per tormenta, ne sint scandala: summerganturque transfugæ & proditores cum flagitijs, quæ hauriuntur exemplo ab oculis: etenim pusilli ut simplices, si flagitia impunita, semel aspecta; corruent impulsi præcipites in flagitia.

Recluda tur & quærè

Prov. 6. à 12.

Sed nescitur. Ubi

Cornel. Tac.

Viut cõversatio pestis.

12 Nullum ergo vitium sine patrono, vel quia minuitur, vèl quia à iustitia subtrahitur: de quo Seneca, *Epist.* 97. *Nec ante illi culpa, quàm culpæ fortuna displicuit. Id prava consuetudine venit.* Culpa non ignoratur, sed negligitur; quippequàm reus eisdem vitijs fit aliquando gratiosus, quibus pravus, si ad patronum pervenit vitiorum fructus. Signat Guarricus. *In huiusmodi causis* (inquit, serm. 4. in *Baptist. nativit.* num. 4.) *facilè quisquis sibi invenit patrocinium alius infirmitatis alius societatis, cui morem gerit; alius honoris quem gerit.* Totum vanitas, & totum iniquitas, quasi dedecus illuis tumidæ auctoritatis esset, delinquentem à gladio non eruere iustitiæ, cui lex in iugulum tradidit. Modò illi placeat, quid quòd alijs in pravitatem displiceat? Sunt enim sine vindice leges: sed supervacuæ leges, dum absunt vindices. Ius datur sceleri in commune nefas. Nucan. 1. *Pharsal.* v. 37. & 2. v. 60.

Senec.

Guarri.

Ex patrociniũ iniustum.

——*Scelera ipsa nefasque*
Hac mercede placent: tantoque novorum
Provento scelerum.

Unde cùm pœna sit criminum medicina; medicandi doloribus, impuniti non dolent: sed peius habent.

Lucan.

13 Thetrum sipario pervio exponitur ab Evangelico Vate. *Misereamur impio, & non discet iustitiam* (*Et* pro *Quia*) Pessimum in malo, dum desperatur etiam correptione correctio: insanabilis enim cognoscitur, dum non compescitur; sed in scelere relinquitur. *Apostata veniet perditio, nec habebit ultra medicinam:* subdit Salomon. Curare quibat dolor intimum vulnus, discens iustitiam, ex his quæ passus: fautorque mali detruit in perditiot dem, quippe solicitat anxiè criminum impunitatem. Peribit qui perijt, ubi iustitia fugit. Spes concipi poterant in salutem; per correptionem, vulnerum medicamen. Unde cum fautuor iniquitatis subtrahant pœnam, impius ultrà non habebit medicinam; quoniam unde venturum in scelera cruciamen, inde crudeli pietate accipit consolationem. *Misereamur impio, quia non discet iustitiam.* Hebr. *Nequaquàm didicit iustitiam.* Quia non didicit, ab illa pravus eximitur? In maiora & graviora favoribus invitatur: quod summum malorum, ac in status propudium, proculcatà iustitià, ubi debebant scelera: quandoquidem serpens gliscit in congregatione scelus, dum impius videtur favoribus exaltatus. *Contere* (Domine) *brachium peccatoris & maligni.* Quænam relinquet peccator errore criminum; si præ-

Isai 26. 10 Et *pro* Quia

Prov. 6.15.

Et quare pravũ

Ex indulgentia ruit in graviora

Psalm. 30. div. v. 25.

noscit

noscit ad causam habere bracchium ? *Peccatoris & maligni.* Potest esse peccator sine malignitate ; verùm nulla malignitas sine crimine : & huius brachium solicitè conterendum ; ne crescat fota malignitas peccatorum : etenim spe protectionis ad crimen , malignus convertitur in ipsam malignitatem. Plaut. *Persa* ; Act. 2. scen. 2. v. 30.

Plaut. *Ex proprio ingenio mores alienos probas.* Quæ non cogitat ? Indicat , & suggerit, quæ vel ipse non faceret ; prævalente malignitate , quamvis mentiatur iniquitas sibi : etenim denigratis alijs , techuis & technis; protectione fautoris , astutia malignitatis , specie virtutis ; quod oculis patet & cognovit orbis (uti diximus) peccatum ad pœnam quæritur) sed nequaquàm invenitur. Conteratur ergo brachium , ut conteratur malignitas & flagitium : equidem si impunitate prævaler, pravus nec iustitiam discet , nec medicinam habebit. Videsis dicta , *Tom. 3. Didasc. 6. Tautolog. 1 Tom. 4. Tautolog. 1. à Didasc. 3.*

Quanta fota il livsmaligni tas.

14 Præterea. *Misereamur impio , quia non dicit iustitiam.* Hinc nullo modo meretur misericordiam : vulnusque iustitiæ infligitur, dum absolvitur; quippe turpe quod mereatur , per quod ut pravus male meretur. *Hunc morem , pessimum, introduci* (ait Marc. Seneca , *Controv.* 5. *ut aliquis propter hoc non pereat ; quia perire sæpius meruit.* Peccata super arenam multiplicabuntur , si canceditur venia, multiplicatorum causà ; nec erit qui iustè vivat, si peccatis vita floret. Ab Haia exponitur alia causa. *Misereamur impio, & non discet iustitiam : In terra sanctorum iniqua gessit.* Quid quod in terra sanctorum ; & ut legit Hebr. *In terra rectitudinum* ? Ex loco declaratus , magis iniquus ; igitur deliquit , ubi criminibus præcunditur aditus : fitque draco , ut serpens in paradiso : igitur illius aversandæ curvitates ut curventur habitantium rectitudines. Ex Sanctio hìc *num.* 21. subdit Alapid. *Terra Sanctorum. Si ergo hæc medicina ægris impiorum animis nihil affert sanitatis , actum est de ijs : v. g. in Monasterio viventes , impiè tamen agunt; quid supereſt* ? Ipsi se damnant , iustitiam non discent , dum impudenter sceleribus audent in pravum exemplum , pervertere iuxta legem rectitudines sanctorum. In hac terra non fovenda peccata , sed punienda , ut percussorum pressuris sanentur vulnera , & iustitia cum legum observantia discatur , à quo despicitur : & dum pro vulnere introducitur clementia , cum iustitia dediscitur medicina ; quoniam sine punctione doloris , nec species pœnitudinis. *Ardua res est , eos sapere , quibus adest quidvis facientibus impunitas* : ait Ioseph. 19. *Antiquit.* cap. 2. Indulgentia non est pietas , sed iniquitas : igitur minimè æquum , quod rideat vitium ; & quia commisit , & quia in terra sanctorum. Haud quadrat misericordia , ubi pœna medicina , & ubi pœnitendorum nulla datur pœnitentia ; quandoquidem quoniam in terra Sanctorum, à iustitia de cretum maius & gravius supplicium. Non ergo foveatur impius : nomen eius non memoretur ampliùs ; sed demergatur in profundo mari , ne possit egredi. Detrudatur in tenebras , & non in lucem , ut tantùm respiciat crimen , non habens emergendi facultatem ; *ne una ovis morbida* (ut Benedictus d. *cap.* 28. monet) *omnem gregem contaminet.* Sic enim discitur iustitia, patetque ex corde misericordia; dum in excitamen pœnitudinis , traditur impius in interitum carnis. Aliter dum scandalum indultum , *planctus est , & erit in planctum.* Dum prævalent prava in pravis; ut ait vel Ethnicus, 2. *Amor.* Eleg. 19. 35.

——— *Nocet indulgentia nobis.*

Ioseph. *Sine iustitia in peiora, crudelissima clementia.*

S. Bene.

Ezech. 19. 14.

Ovid.

DIDASCALIA III.

Minimè ableganda gratia, estò interveniat iniuria.

1 DUcitur utique in vanitates & insanias falsas , quisquis in ultionem fatuus fovet meditatas iniurias ; quippe cùm sæpè ex errore mentis; cogitant in vindictam proprias cogitationes : priùsque mori , dicit sine vulnere pectus;

Quam nostro illius labatur pectore vulnus.

Virgil. 1. *Eclog.* v. 64.

Mentis perturbationes (ait Pindarus, *Olymp.* Od. 8. v. 56.) *impellunt in errorem etiam sapientem* : quid stultum & stolidum sæculi desipientis insequentem vanitatem ? Plerunque huiusmodi vitium sedet in fæce pectoris , fungentium honore alicuius dignitatis : ita insulis depravatà mente ; ut quas iniurias fecerint iudicent fieri , vindicareque cupiant , ut plures faciant. Has ergo pudeat ulcisci , dum decet compati ; cùm emanent ab honoris insolentia , inflationis arrogantiâ , sine ulla men-

Pindar. *Condutio insolentis. scuto muneris*

mente; cuius resipiscentia lucet depositò munere: etenim vilissimè iacet usquequaquè proiectus, qui tutus officio procedebat superbissimè tumidus. Articulum refert, & in risum Valer. Maximus. *L. Piso accusatus* (inquit) *quòd graves & intolerabilis iniurias socijs feciſſet; aud dubiæ ruinæ metum fortuito auxilio vitavit. Namque per id ipsum tempus, quo tristes de eo sententiæ ferebantur; repentina vis nimbi incidit. Cumque prostratus humi pedes iudicum oscularetur, os suum cœno replevit. Quo conspectu, totam quæstionem à severitate ad clementiam & mansuetudinem transtulit; quia satis tam graves eum pœnas socijs dediſſe, arbitrati sunt, huc deductum necessitatis; ut abijceret se tam suppliciter, ut attollere se tam deformiter cogeretur.* Sæpè videmus huiusmodi scenam, dum malè feriati cum munere deponunt insaniam: equidem qui usque in servitutem indignam redigebant iniurioſi libertatem; coram offensis, ne damnentur, denuò exercent servitutem, & usque in vilissimam proiectionem. Quæ illorum obsequia? Indigna, signantia servilem animum; vel exhibentium obsequium, vel exercentium officium: igitur iacentium patent fœtida servitia, præut inolevit in potestate insolentia. Qui modesti, *dominantes in potestatibus suis* (dicit Siracides) *homines magni virtute, & prudentia sua prediti.* Moderantur iuxta prudentiam, nequaquàm iuxta arrogantiam; ostendentes virtutem tamquàm homines magni, haud indignitatem mediastini, in libera colla furentes, ut tyranni potestatis.

Val. M. 8. c. 1. n. 6.

Qui vilis extollitur, vilior deprimitur

Eccli. 44. 2.

Heu cœli terræque pudor!

— Servili placuit fœdare curules.

Claud. 1. in Eutrop. à v. 7.

Magnique dicuntur suis in potestatibus dominantes, dum in dominium indigni recordantur servitutis; quoniam horum decus fœdare luto homines virtute magnos, & afficere iniuris (quia sibi placent) ubi pleni dedecoris. *Quoniam facta sum vilis*, dixit deposita à dignitate Synagoga Satanæ. Ex servitute Ægyptiorum exijt inflata in dominium; fecitque in dignitate, quicquid passa in servitute; sed facta omninò vilis, ut accepit honores; igitur adversa & ei qui è captivitate eduxit, & honores in acceptionem concesit. Facta est vilis: in honore, ingratitudine; sine honore, in abiectione: igitur dignitate depositâ, pudore confusa, cœno lutoque plena, iacuit deformis, sub pedibus illorum quos affecerat iniurijs.

Thren. 1. 11.

Qui è servitute, pessimus in honore.

2 Ergo articulo. In lutum devenit, quod numquàm excogitavit. In iram iniuriæ quibant excitare offensos; sed illos avertit pravi Pisonis status: satis iudicantes in vindictam, tantæ insolentiæ circumspicere miseriam: igitur nec ipsi decrevissent dolore perciti, plenum sordibus attolli; exhibente quamvis invitè in ultionem, ex illatis iniurijs fœditatem. Bilis ex vili arrogante movetur, ut honor læsus splendori restituatur. Iacet qui intulit: involutus luto iacet, in quod proiectus, qui facinus, uti tunc impunis, ausus; facieque plena sordibus. Quò enim veniat, quò turpiùs iaceat? Ubi detrusus & à quibus impinget, quò per se venit ipse, atque iniuriosus devenit? Indulgeatur, qui in se ulciscitur: etenim vel animo infesto, vel stricto gladio, sat in pectoris lenimen, vidare in conscientia puncta pro vindicta compassionem. *Non est, quod existimes placidum, si iacet corpus*: ait Stoicus, *Epist.* 56. Quid si luto plenum; Quasi non satis ultione, feciſſe; in opprobrium cœno iacet, publico dedecore iniuriæ, ex inferentis dedecore; igitur conspurcatum demonstravit corpus, quæ in honore superbè decoxit animus. Unde dum in ultionem excitant ulcera, anteriùs ab hoste sunt vindicata; ex quorum acri vulnere, qui fecerunt, miserendi: igitur miseratione & compassione dignissimus; qui ut faciat nescit, in se recipere vulnus. Ubi aliqua à pusillis animis exploratur vel levis ingratitudo; quasi de hoste ingruit è pectore evulsi suis cogitatio. Tædet cor, utpotè iam *tempus evellendi, quod planeatum est.* Quid si ingratitudinem perfidum pectus mutat in hostilitatem? Exigit hostilitas, ab inimicorum penitùs eveilere gratias. Ad huiusmodi facinus, numquàm debent esse tempus: quandoquidem crecit splendor gratiarum, & benefactoris meritum; si quod semel in amicitiam plantatum, ad amoris mulcimen numquàm evulsum.

Iniurioſus miserandus

Senec.

Quare?

Eccl. 30. 2.

Iniuria haud suspetatur gratia.

3 Ex Macrobio refert Charrar. in *Vener. imag.* fol. 357. uti etiam alibi diximus; Solem pictum in dextera habentem gratias, sinistrà arcum & sagittas. Objicitur in imagine certamen inter pectus beneficum & hostem: etenim umbris exhibetur lux, ut pectus amore fulgeat ut Sol. Sagittæ ergo exponuntur & gratiæ: cuius sunt insignia? Utriusque: & pectoris hostis, sanguinem usque sitientes; & cordis iniuria læsi, ab obsequio non remot; ut clareat huius charitatis ex officio generositas,

Imago Solis, sagittis & gratijs.

sitas, & illius malignitate in amicitiam protervitas: igitur quotquot vel offensus in reconciliationem evibrat amore gratias; retorquet hostis offendens malignitate sagittas. Ille benefacit, ut eliceat amorem; hic iaculatur ut effundat sanguinem; commutatis officij, ubi bona pro malis, simulque retributa mala pro bonis: igitur dum hostis aversus gratias mutat in sagittas; vulneratus amore, tela convertit in gratias. Hic (ut accinit Sophocl. in *Aiac.* v.1345.) charitatis est honor.

Quomodo utræque ad ingratũ & benefi cum?

Vincit virtus inimicitiâ maior.

Sophoc

Unde qui læsus accepit sine iniurijs iniurias; ut indignas signaret, retulit gratias. Accipere ab Apolline sagittas noluit, sicut hostis gratias respuit; sed commutavit Apollo, ut inimicus caderet, & beneficus floreret: equidem quæ respuit odiosè dona, ut gratiæ & ipsi sunt iacula; quoniam vulneratus gratijs, ubi aversio non cessit iteratis beneficijs. Ex ornatu Apollinis sagittæ traditæ Parcis, & Gratiæ transierunt in Militiam Cupidinis. Amor & Mors cæci sunt. Olim sine pharetra dormientes sopivit nox. Surrexerunt in vulnera, sed velut à cæcis permutata pharetra. Canit Alciatus *Emblemat.* 144.

Alter enim alterius malè providè spicula sumpsit:

Alciat.

Mors aurata tenet, Ossea tela puer.

Quæramus seria ludo. Victa est virtus ab inimicitia, dum gratijs intendit frangere aversionis tela. Mutantur mortis & spiculà Cupidinis, dum ille utitur & ille abutitur gratijs: quandoquidem odiosæ sagittæ mortis, vulnera impegerunt charitatis; & hostis gratijs est mortuus, quia ab amore vulneratus.

Pectus hosti vulneratur gratijs.

2. Cor. 1.3. Ps. 93.1

4 Deus enim dicitur *Pater misericordiarum*: dicitur quoque à Psalmista, *Deus ultionum*. Qui ulciscitur non miseretur. Quia miseretur ulciscitur, exhibens hominibus singulariss imam formam, qua nobilissimè de accep is iniurijs nanciscì possint vindictam. Usquequaquè audacter homines illum offendunt, auctoritatem proterunt, dignitatem dedecorant, gestis amaris maiestatem conculcant. Ille tamen miseretur; quoniam videns illos ita proiectos, compatitur, in luto fœdè iacentes, ac erectionem præcantes. Miseretur collatà in iuvamen gratiâ, ut possint erigi à voluntaria miseria. Ulciscitur, dum pro offensis hostis percutitur: atque in horum varietatem officiorum Deus dicitur ultionum, Pater misericordiarum; quia maiorem nullam iustitia valet cogitare vindictam, quàm sine meritis pius hostibus conferre gratiam. In vitam hostis invehitur frequenter offensus; quippe vulnere alieno pectoris sanatur vulnus: Deusque in hominem hostem utitur clementiâ; ut eius & hostis vulnere curentur vulnera: illius, quoniam gratiam confert: hostis, quia pœnitet, graviter ulciscens quicquid audax fecit hostis: igitur quotquot misericors præstat gratias; in pœnitentis pectus ultor retorquet sagittas. Est misericordiarum pater, & criminum vindex. Ut misericors, ad vocem clamantium pronus. Ut vindex, in inimicos severus: & ubi gratijs, & pœnis opposita exponit, vindictam & simul clementiam nectit; ut dum meritò ulciscitur, honorificè ulciscatur: siquidem vindictæ est insigne nobilioris hostem confodere gratijs.

Iniuria vindicatur, ubi inimicus favetur.

5 Singularis Iustini sententia de Philippo Amyntæ, 8. *Hstor.* in fit. *Misericordia in eo & perfidia* (ait) *pari iure dilecta.* Hæc verè, illa fictè, quia tantùm specie; cùm subdolè insidiaretur cunctis sub velamine pietatis, & instrueret perfidiam, dum videbatur ostentare gratiam. Hinc subdit: *Amicitias utilitate, non fide colebat. Gratiam fingere in odio, odia inter concordantes serere, & apud utrumque gratiam quærere; solemnis illi consuetudo.* Hæc gratia falsa, & vera perfidia: igitur nulla maior, nec nocuior; quàm inter amicos exercere usque in odia simultatem, & à cunctis iam aversis appetere acceptationem, invenientibus perfidiam, & æstimantibus gratiam. Carpit Manilius, 4. *Astronom.* cap.2.v.74.

Iustin.

Quæ summa perfidia?

Idem.

Verba maligna novas mussantis semper ad aures
Fert ore maligno.

Manil.

In utilius propositum dirigendum, quod vafrum pectus astu fovebat in commodum. Misericordia itaque objicitur & perfidia, ut in nexu præstet summa Numinis gratia, colaturque & apprimè Deus ultionum, ubi ostenditur gratijs Pater misericordiarum. Perfidia dicitur, dum aliud cogitat animus, & aliud indicat opus. Numen ostendit homo, Nemesis à tergo insidiatur cum flagello: ni pœnitudo pulsaverit animum; arcum suum tetendit & paravit illum: verùm delinquentis miseretur ob dolorem, dum ulciscitur propter offensam & crimen. Insignia Apollinis ex imaginis specie, benignè ac severè dividuntur utrique. Ergo summa Deitas distribuit auspex & vindex sagittas & gratias. Gratias homini, sagittas in offensam delinquen

Deus ut iugulet non hominem, sed flagitium, educit gladium.

quenti: videturque cum perfidia misericordia; ut ex ultione amplius rutilet clementia: igitur iaculis ultionis in offensam, delinquens redit ad gratiam; quoniam per gratiarum telum, quasi perfidiâ ex insidijs interficitur peccatum. Inimicus crimine homo, sine dolore non separatur à crimine. Sunt necessariæ sagittæ potentis acutæ: etiam gratiæ necessariæ: Paterque misericordiarum & Deus ultionum, dividit inter iacentes & sagittas & gratias; ut longè faciat à nobis iniquitates nostras. Hæc ars cœlestis, & impunis, cogitata ab ingeniosa charitate cordis; quippe *ingenium* singulare *charitatis*: quandoquidem satis iniuriæ meditatur ultioni; qui potest gratijs inimicum interficere.

2. Cor. 8. 8.

6 Comprehensus C. Mutius Scævola à satellitibus Porsenæ, Etruscorum Regis, quem ut hostem interficere voluit, sed non valuit (quoniam ira in eius impulit cædem, quem non cognoverat hostem) in ultionem erroris manum spontè tradidit flammis. Tit. Liv. *lib. 2. sect. 39.* Ut hostis pœnas lueret, pœnas luit: frequenter qui ulciscitur, sibi nocet. Quanta sanè flamma vindictæ furori; ubi quippe non ultor, traditur igni? *Ipsum Porsenam oblitum periculi* (infit Valer. Maxim. *lib. 3. cap. 3. n. 1.*) *ultionem suam vertit in admirationem. Revertere Muci ad tuos, dixit: & eis refer, te cùm vitam meam petieris, à me vitâ donatum.* Cuius enim laudanda virtus? huius constantiæ, vel alterius clementiæ? Neuter hostem interfecit: Scævola, quia non potuit: Porsena, quippe non placuit; vincens animum hostilem infestum, dum valuit sed noluit in illum mittere gladium; ut vulnus ex intentione, lethali vulneris sanaretur inimici: & in utriusque pugna (vitæ hosti concessâ gratiâ) Rex prævaluit, quia pepercit: igitur quem in amicitiam nequivit flectere flamma; sine ultione per gratiam traxit clementia. Magnum, lædentem non lædere: magnum, non parcenti parcere: magnum valere ulcisci, sed nolle; verùm maius offensori benefacere: difficilius mutatur hostis animus, quàm vulneris corpus, partâ victoriâ, indultâ prorsùs iniuriâ, atque interveniente gratiâ; quoniam quem in castra recepit infestum, in propria victor, clemens dimisit amicum. *Hoc si constitutum sit* (infit Cicero lib. de *Invention. 2.*) *ut iniurias iniurijs homines ulciscantur; quantum incommodum*? Ex gratijs tranquillitas oritur, ac fides nectitur; dum hostilitas mutua ex cæde utriusque grassaretur in castris, militesque sauciarentur & vulneribus & odijs. Porsena per gratiam tumulavit offensam, & in cordibus hostium invenit gratiam: etenim quasi amicus ab inimicis expulit hostilitatem; gratijs utriusque gentis nactus reconciliationem.

Porsena hosti insidianti pepercit.

Valer. Max.

Inimicitia flecti tur gratiâ.

Cicer.

Et constituitur amicitia

7 Ethnici hoc faciunt: quorsùm ergo Christicolæ implacabile odium? Patuit huiusmodi humanitas in Cicerone, qui inimicum percussit iaculis gratiæ; equidem cùm sub ictu haberet, cuius ictu infelix iacuit; Gabinium summo studio defendit atque conamine, per quem in consulatu exul exivit ab urbe. Ita Dion, *lib. 39.* Idem in splendorem cum Vatinio accidit illi, nonnumquàm infesto Ciceronis dignitati. Quintil. *lib. 6. cap. 5.* Noluit vinci à malo, sed beneficentiam pugnans suffecit pro triumpho: equidem exhibitâ, non sperata, nec expectatâ gratiâ; ad se benevolus traxit tot inimicorum corda. *Speciosiùs aliquantò* (ait Valer. Maxim. *lib. 4. cap. 2. n. 4.*) *iniurijs beneficijs vincuntur, quàm mutui odij pertinaciâ pensantur.* Speciosiùs utique: igitur grata vulnera, quæ accipiuntur à gratia, & mutantur in bonum aversa corda.

Lenimine gratiarum, cõversio cordium.

Valer. Maxim.

8 *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*: dixit Servator noster, tot iniurijs ab hominibus offensus. Qui ut hostis tot sæculis pravè aversus, ita in offensione tractus? Ab illis crucifigitur, & percussus, non retrahitur? Nullo modo: retraheretur simul beneficij pulchritudo. Illit iterabant offensam: ille pro iniurijs referebat gratiam: construebant exaltationem, dum extruebant honoris deformitatem: & ipsis offensis haud ostenditur offensus; quoniam patet exaltatus. Quibat hostes uti audaces extinguere, impudentiam suffocare; ut citò potestate perirent, & ultrà in opprobria non auderent. Vel vulneratus noluit, imò iniurias gratijs singulariter rependit: suosque habuit, quos inimicos dilectione fovit; quoniam obsequijs nobilissimum pectus, vulnerantes non habuit ut inimicos. Si ignominiam ut potens ulciscereturr, perseveraret odium; quin cognoscerent iniuriarum quàm indignum: pro dedecore beneficijs collatis (quod fieri merebantur sagittis) motus pulsabantur cordis: ad seque diligentissimè traxit, quos favoribus percussit; quoniam trahuntur ex vulneribus inimicorum corda, dum non vulnera tribuuntur, sed pro vulneribus gratia. Trahuntur homines voluntate & voluptate, ut

Ioann. 12. 32.

Trahuntur hostium corda, si pro vulneribus gratia.

ut vel hostes infensi cedant amori. Illudebant, quasi nihil posset, qui plenus improperijs, affixus erat etiam dedecori crucis. Viderunt signa & obstupuerunt corda. Dederunt in manum, de qua non poterant surgere, qua poterat regiè tot iniurias vindicare. Nihil non noxium expectare quibant, ab eo quem ut hostes etiam in cruce vexaverant. Oppositum fuit iudicium, cùm invenerunt obsequium: illosque Christus traxit suaviter in pectus, à queis fuerat crucifixus; quippequàm illicium cordis, atque magnes voluntatis, promptas invenire gratias, qui pro tot probris illatis tunc merebantur sagittas.

Bernar. 9 Ulteriùs. *Beneficium onus dulce, sed cui sentit*: ait Bernard. super Psalm. *Qui habitat*, serm. 15. n. 1. Homines uti hostes crucifixum infamantes, ignorarunt; & præ ira insensati non senserunt. Tunc beneficium erat grave, quoniam sine sensu, qui servabantur favore. Cum sensu redditum dulce, pro malis ratione gratiæ. Cognoverunt ut hostem odisse, quem debebant summè amare: illorumque corda rapuit, ubi ab his læsus non læsis; quoniam per gratiarum liberam exhibitionem, traxit illos, etiam hostes in criminum pœnitudinem. Deinde: Ille & illi ante in cruce exaltationem, inimici erant adinvicem, sed cum discrimine in inimicitijs, iuxta desideria cordis. Illi proculcantes eius legem, verùm hic illorum exosus crimen. Ni gratia intercederet, inimicitia nonnumquàm perseveraret; illis mittentibus sagittas iniquitatis, & illo fungente potestate vindicis. Dum magnoperè læsus, quo illi cruciamina merebantur; obsequia per amorem inferuntur. Cognoverunt in officijs onus dulce: & illicò etiam inimici tracti, factà reconciliatione; siquidem per læsi ab illis collatam benevolentiam, gratijs pro iniurijs pervenerunt ad gratiam. Denique. In animis hostilitate amaris, semper respondent vulnera vulneribus; queis mutuò recedit per indignationem animus. Regeritur offensa, ut pateant odia. Vulnus repellit, gratia pro vulnere trahit, quia elucet amor cordis, ubi supplicium pro iniurijs. In cruce multiplicabantur probra: pro illis à læso spargebantur obsequia: percussum illicò cor, eò quòd tunc beneficiũ ultrà spem. Visa gratià, revertebantur percucientes pectora sua: & ex quibus rapuit corda sine violentia; quippequàm ab iniuria ad illum conversus animus, dum visus magis læsus magis munificus. Sic enim hostes traxit.

Per illã, peccatores trahuntur in pœnitentiam.

Flectitur pectus, si mulcetur inimicus

Qui vincit semper, victis ut parcere possit. Ut alio dicit Ovidius, 1. de *Pont.* Eleg. 3. v. 57. Tunc enim beneficentior; ubi iniuriarum magis urgebat in hostes dolor. Ovid.

10 Prædixerat per Prophetam: *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis; & ero eis quasi exaltans iugum.* Multa occurrunt. Quinam funiculi Adam; ut aberrantes traxerit in cruce maximè, ad se? Criminum pœnitentia, qua statim delentur crimina: ait hic Hieronym. Funes fiunt in dolores; & funes peccatorum ceciderunt in præclaris; quoniam medicus cœlestis non mittit dolorem in dolorem, sed in ægroti atque furentis salutem, ut furorem cognoscat, & voluntariæ infirmitatis pœniteat. Hinc dolores ex funiculis iurè dicuntur vincula charitatis, personato amore in ipsa severitate: igitur funibus verberat, dum manum aggravat, ad delinquentium cruciamen, sed dumtaxàt in criminum correctionem. Punit ut emendet, non ut puniat: atque funiculos tamquàm charitatis nominat; igitur in supplicijs amoris flagellantis intuitus, haud ægrotantis interitus, sed per dolorem ex vulneribus salus. Alapide hìc, subdit: *Sicut ex amore Adamum naturà simul ac gratia & amicitià donavi; ita & vos posteros eius donabo.* Difficilis periodus, etsi accedat pœnitudo. Pœnitentia supponit malum, quod luget. Deus Adamum gratià & naturà creavit. Necdùm contraxerat crimen, quod eius macularet conditionem. Si dolor ex peccatis pœnitentia est, quomodò tracti peccatores in funiculis innocentis Adam in quo tunc nec levis criminis maculæ? Appositè: hæc est potestas atque virtus pœnitentiæ. Reddit sanè immaculatos, quos excipit planè immundos. Clarificat, quos peccatum deturpaverat. Illustrat quos crimen deformando dedecorat. In pristinum statum restituit; quos dolor culpæ ad se traxit.

Ovid. Osee. 11. 4. *Deus mittit dolorem, in ægrotantis salutem.* Alapid. *Effectus pœnitentiæ.*

Præteritus vitæ donabitur error.

Succinit Iuvencus, 2. *Histor. Evang.* v. 80. conferunturque pœnitentes parenti Adamo in statu Iustitiæ originalis; quoniam vera pœnitentia ita delet radicitùs culpam, quasi dolentes, peccatis nullatenus amisissent innocentiam. Quasi nix alba sunt, quæ sanguine flevit cor: quod fuit nigredo, iam candor: coloris prisci nec color: pœnitentia ita mutavit speciem, ut negaret præteritam conditionem: filiosque refert plorantes ad innocentem Adamum; quippequàm erroris præteriti neque signum. Aptè Bernardus de *Conversion*,

Iuvenc. *Dum exterminat maculã, restituit innocentiam.*

sion. ad Cleric. cap.7. num.12. *Beatum hominem miseria facit ? Nec mirum, si ad*
Bernard *huius dignationis magnitudinem expavescit.* Fecit enim de tenebris splendescere lucem ; & claret novum, nasci ex umbris splendorem. Vide dicta, *Tautolog.* 2. *Didasc.*2.

11 Ergo proposito nostro. Tracti sunt homines in Adami *funiculis*, *in vinculis charitatis*. Ut tractus est ille, etiam nepotes trahendi. Verùm quomodò tractus ? Ab amore & charitate. Ex pulvere terræ eduxit, gratijs & donis ornavit, orbis præsidem constituit ; verùm ille auctorem & benefactorem calcatà lege despexit. Hostis est factus, qui invenit gratiam amicus (propriè *Invenit*, quoniam minimè quæsivit) sed processit ingratus : offendit & intimè, quem debebat adorare. Stat Deus offensus : verùm offensor immotus. Ad iniuriosum venit, & hunc tamquàm hostem fugit, haud ullam expectans à læso gratiam ; sed supplicium in furoris iracundiam. Longè à læso, vel Numine, cogitatio : *Eduxit illum à delicto suo*: tuncque traxit, dum offensionem liberaliter indulsit ; quippe vinculà cordis ex vinculis charitatis, videntis ab illo conferri gratias, cuius immeritò ab homine despiciebatur maiestas. Si rigore causam excuteret, hostem in amicum non attraheret. Gratijs inimicum fovit, & aversum à se studiosè convertit ; quin persisteret aversus, & pertinacem meritò absorberet chaos. Unde hostem, vel durum cùm flectat, quisquis despectum tamquàm officium remunerat ; lædentem non solùm amore mulsit, sed traxit : igitur fugientem flexit obsequium, & hostem fecit amicum. Hæc sunt charitatis vincula, gratia scilicèt pro offensa : ut hostium vinciantur corda, ne sint hostilia : quandoquidem nexu reconciliationis, interventu charitatis, læsor cedens, læsus favens, per restitutam gratiam, redit uterque in pristinam amicitiam. Iam onus gratiarum sentienti dulce, & iugum suave. Hinc additum : *Et*
Ibid. *ero eis quasi exaltans iugum.* Sublevat, vel aggravat ? Excutit, vel opprimit ? Dum vincula à charitate ingeniosa ; vinciunt, dum franguntur vincula, cordibus in iugum ductis, per vincula charitatis. Servus est peccati & vindictæ, quisquis deficit à lege : despicit enim præcipientis maiestatem, non observando tenorem. Amore vindicis pro vindicta, occurrit gratia : & dum pro supplicio obsequium, maius imponitur iugum ; quoniam, quia fracta servitutis vincula, præ libertate, in vinculis manent corda. Sic prævaricantes ut convertantur ad cor, gratijs pro iniurijs trahuntur in funiculis Adam. Quid amor factis, ubi verba ligant homines ?

12 Ita vindicis iniuriarum gratia, sed adhuc elevatur eius magnificentia. Illis, qui in eius incumbebant opprobria, crucis excogitata indedecus ignominia : meditanter dixit : *Cùm exaltaveritis Filium hominis ; tunc cognoscetis, quia ego sum.* Ioann. 8.28. Quid inimici cognituri, in eius per ludibrium exaltatione ? Erat summus & summe ab illis offensus : quomodò (quis esset) cognoscendus, exaltatus ? Quia solus ille iniurijs poterat respondere favore, quod nesciebant inimici. Non arbitrabantur gratiam, illis indulgere iniuriam ; iudicantes ultionem prætermitti, quia nequibat vindicare. Dum ex cruce accepit exaltationem, eius cognoverunt potestatem ; & quis esset, cognoverunt ; dum gratias pro sagittis missas ab illo notarunt ; extollentes excellentiam, dum non experti vindictam ; igitur summum, ad ultionem iniuriæ in manu gladium habere, atque suspendere gladium. Sic stare, haud opus despectæ imbecillitatis, sed vehementioris amoris, generositate pectoris. Non fuit auctoritatis impotentia, sed cordis æstuantis flamma : igitur pepercit, indulsit, haud quia facere ultionem etiam despectus non valuit ; sed quia ut corda vinciret, penitus noluit. Cognoverunt ergo in exaltatione, quis esset in cruce. Ex maiestatis præstantia, fulsit offensi excellentia, culmen gratiarum, & amantis officium : etenim exaltatum cognoverunt potentem ; in vindictam qui noluit exercere potestatem. *Bonus ille est, qui malos fert, nec malis infert mala* : dicit Novar. Novar. *Umbr. Virgin.* Excurs. 78. n. 735. Ultrà extollitur Christi charitas, ut eius eluceat in inimicos benignitas, dum eos non solùm non lædit, sed & favet, potens iniuriam repellere, & iaculis vindicare : potens inferre vulnus, dum accipit : potens hostem occidere, ut velit : verùm cùm floreat gratia, modò potestas præ amore ostendatur impotentia ; quis sit, cognoscitur clarè (parcens illi) vel ab hoste, qui dum accepit vulnera, si vellet potuit inferre.

13 Perficit ista, qui inventus est sine macula. Fecit enim mirabilia in vita sua. *Quis est hic & laudabimus eum* ? Hostibus Eccli. respondet Christus : *Cùm exaltaveritis* 31.9. *filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.*

In Deo æstimabilior gratia, quò maior in homine resistentia.

Sapient. 10.2.

Indultà offensa, corda inimicorum tractia.

Per amorem quænam libertatis vincula?

Semelle in amore posse, verum nolle vicisci.

Amor Christi in hostes quantus?

sum. Ille solus & excelsus, etsi opprobrijs saturatus. Ita inimicus cognovit, dum crucifixit. At unde? *Potuit facere mala,* Vers. 10. *& non fecit.* Hæccine potestas: præfulget amoris in hostes claritas. Qui pro malo non valet inferre malum; iniuriæ aut fortunæ cedit: qui valet, & non refert; ut inimicos vincat, potestatem suam invencibilem vincit. Primus non laudabilis: victus sui victor, sublimis: Christusque ita cognitus, quando in cruce ab hostibus exaltatus; quia mala malis non fecit, neque vulnera dolens vulnerantibus retribuit, quantumvis potuit. Valuit ulcisci, sed præpeditus amore, & vinculis charitatis; ut illos traheret, indignè tractus ab illis. igitur vel hostium corda trahuntur in gratiam; cognoscentium, in vindictam à potente ne noceat, alligari potentiam. Ampliora (quis esset ille cognoscentes) cognoverunt; ubi inimici usque ad mortem vulnerarunt. Plus ex amore in maiestatem vindicis? Plus amoris, quàm expressit in vinculis potestatis. Plus est? Plus: quod potuit fecit, dum hostes amans, nequaquàm fecit, quod potuit: igitur pro ludibrijs ac opprobrijs potens inferre vindictam; ut devinctos haberet, contulit gratiam. Hanc excellentiam, appetentes gloriam (de *Iosepho Patriarch.* cap. 1. inquit Ambrosius) *omnes didicimus, & servare non possumus.* Hoc est Ambros. observare, non conamur. Repugnat naturæ, quod lenocinium rationi, conferens excellentiam, hominem elevantem ultra naturam: quandoquidem si magnum, hostem non lædere, maius diligere; maximum profectò generosè benefacere.

Mirabilis, & excelsus.

14 Laudes Octaviani Augusti refert Plinius, & pondere lassus, inquit: *In summa Deus ille* (loquitur ethnicè, quod fiebat ab hominibus solemnissimè apotheosi) Plin. *cœlumque nescio, adeptus magis, an meritus.* Discrimen quod cogitat, dubium inter Catholicos irritat: etenim cœlum homo quod non meretur; gratiâ Dei & meritis adipiscitur. Ut homo Augustus evectus in supremam dictaturæ ac imperij dignitatem: unde ergo Numen?

Mortale cœlo non potest iungi genus.

Senec. Quantumvis ardens evexit ad æthera virtus; ut ait Seneca in *Herçul. furent.* v. 446. & hìc eruditissimè è varijs AA. Delr. Si impossibile ratione conditionis, quid ut transiret in naturam Numinis? *Augusti facinus insigne.* *Deus ille: hærede hostis sui filio, excessit;* subdit Plinius. Pater Tiberij in probrum & exitium Augusti, partes secutus erat Antonij. In potestate positus; iniuriæ oblitus, quasi non fuisset offensus. Potens ulcisci legavit potestatem, ne ultione lædere hostem: imò cùm iniuriæ vindictam cierent, atque gratiam removerent; fecit cum filio inimici, quam nequibat sperare. etenim ultra hominem, quasi mutatus in Numen, totum imperium libentissimè contulit, quasi qui hostis, ut amicus demeruisset. Pro vindicta, facta gratia: & ita eximia; ut quantumvis vagaretur cogitatio, nulla maior in imperio: verùm in se maximum refundens honorem, hominibus hominem celebrantibus ut Numen: equidem ab illo pro iniurijs hosti insignis gratia donatur; quasi meritus malè officium demereretur. Aptè & iarè Ovidius d.

Tu veniam hosti superato sæpe dedisti;
Non concessurus quàm tibi victor erat. Ovid.

15 Occurrit gratæ menti plausus demeritus Agni. *Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem & divinitatem:* dicitur. Sermo fit Christi innocentis; qui tamquàm agnus ab inimicis occisus in ara crucis. Verùm difficile captu, quomodò qui Deus habebat; divinitatem, quia occisus, accipere quibat? Sensus litteralis proprius, *Dignus cognosci uti Deus.* In nostrum propositum singularis in plausu nitet decor, quem in eius commendationem construxit amor. In cruce antequam occideretur, hostium sustinuit opprobrium, insultantium subivit usque ad indigna ludibrium: fecerunt enim in eam quæcumque voluerunt; attamen ille sine motu in ultionem: dignusque dicitur accipere ex cruce divinitatem; quoniam ira mira indulgenter mansuetudine patravit, ut esse Numen, profectò mereretur, si non esset. Hinc meritis datur *virtus*: illest, potestatis thronus; quippe damnaxàt dignus potestatis, qui in potestate non recordatur ultionis. Latè dicemus hìc *Didasc.* 5. à num. 9. Dignus sanè potestate, qui in illa nec dolet vulnere, nec pungitur morte: imò in iniuriarum molimen & artificium construit non solùm obsequium; sed in vulnerum vindictas, pectus habet totum apertum ad gratias.

Apocal 5. 12.

Quisquis in dignitate, non recordetur iniuriæ.

16 Fiat ergo, quoniam occisus, de potestate in divinitatem transitus. Unde igitur dignus, ut declararetur Deus? Dicitur causa, qua dignitatem meretur. *Fecisti nos regnum & regnavimus.* Magnum opus! Rex erat & in gloria, cui omnis potestas data & in cœlo & in terra. Cui tanta auctoritas & maiestas, cui tanta atque

Vers. 10. *Christus hosti conversa in amicã, contulit regnum.*

atque talis magnitudo ; offensus fuit ab Adamo, cuius filius totum humanum genus, patre offensà converso in hostem, protervè factionem communis hostis sequentem : Christique ut Numinis fulget celebrata gloria, concessà homini inexpictabili gratia ; quoniam dum ovans à terra in cœlum discessit, hæredem filium hostis totius imperij reliquit. O magnus! Pro iniurijs confers gratias, & (ut accinit Crucius)

Cruc. *E cœlo foves, donisque secundas.*

DIDASCALIA IV.

Blandà nil sævius irà.

1 DICIT Cornel. Nepos, de *Bell. Troian.* lib. 1. Acuitur gladius iustitiæ in oleo misericordiæ. Radij clementiæ convertuntur in fulmina, & ipsi sunt iacula ; quoniam peccatores oculos clauserunt ad splendorem, & corda prava sentiunt è nubibus ignem.

Senec. *Nunc ira, amorque causam*
Iunxere : quid sequetur?

Inquit Seneca in *Medea*, v. 866. *Adiutoria parva seu numero, seu magnitudine*

Signoret. *sua, magnæ passioni difficilè possunt paria pronunciari, aut eius destructioni sufficere* : ait Ioann. Signoret. in *Symbol.* ad *Aphorism. Hippocrat.* & Cicer. 1. *Offic.* in eodem sensu, idemque propositum. *Medici* (inquit) *leviter ægrotantes leviter curant,*

Cicer. *gravioribus autem malis, periculosas curationes & ancipites adhibere coguntur.* Quodnam enim remedium, ubi nullum? *Nemo* (ait Seneca de *Clement.* cap. 14.) *ad supplicia exigenda pervenit,*

Senec. *nisi qui remedia consumpsit. Super quo*

Isai. 1. 5 *percutiam vos ultrà, addentes prævaricationem?* Rebellibus perfrictæ frontis, durissimæque cervicis, filijs Iudà, dicebat Dominus, illorum satagens curare vulnus. Tantæ medicinæ tædet medicum, & non piget ægrotum? Adhuc viret plaga? Nil mirum? cuncta tentata, verùm vomicæ haud fuerunt medicina. Putrida membra secanda, quippe pestis suffusa medullis. Nec valuit ferrum nec ignis. Ergo quid? Super quo percutiam vos? Quid debui facere & non feci? Est aliquid ultrà? Adhibebo sanè tamquàm medicamina ; sed laborabo frustrà : etenim indocilia corda nec convertuntur plagis nec beneficijs. Quid ultrà faciam? Super quo percutiam vos? Nemo ad supplicia pervenit, nisi qui remedia consumpsit.

Vbi summa mala acerba debet esse medicina.

Crudelem medicum intemperans æger facit. P. Syr. 230.

Patet intemperantia languentium : necessarium venire in diriissimum supplicium: & ut effulgeat in pœnam, vel conversionem novi medicaminis efficacia ; non retorquendæ calamitates, sed fulmina.

2 Dicit nostra Tautologia. *Tempus plantandi ; & tempus evellendi, quod plantatum est.* Terribilis sanè peccatoribus vox, quorum pravus cæcus animus, arbitratur stolidè numquàm adventurum tempus : etenim evellet iurè iustitia, quæ in criminum pœnitudinem plantavit misericordia : Faciet enim cum Iuda, idem quod fecit cum decem tribubus Israël: monuit profectò clementia ; sed blandà nil sævius irà. Tot cladibus immissis, acriores erant vires inolitæ infirmitatis, quin removeri possent à vitulorum turpissimà adoratione, quam furiosè tot diebus foverant pectore. Quasi cogitabundus Dominus in corde confert, an parcat, an puniat. Si corripit, omninò deficient verbere ; quia non est, quò sedeant plagæ. Si indulget, glisset audacia ; quasi concessà facultate in crimina. Quomodò obtinebit in retractarijs indultum, non sentientibus in doloribus tormentum? Clamat iustitia : vociferatur clementia. Ira & amor iungent causam? Percussa misericordia vocat iustitiam. Huic ergo causa detur, ut illos persequatur, donec deficiant. Si plangunt, plangant. Quod moritur moriatur : occidatur quod occiditur. Incorregibilis animus hos habet exitus. Cæterùm cum homo conversioni subiaceat, ut se cognoscat ; tempore forsitàn pœnitebit criminis, atque adveniet remissionis. Unde pro nunc causa iustitiæ subrogetur clementiæ : quæ quidem estò vulnerata videatur simul per antiquatum crimen, sibi consulet in aversorum hostium reconciliationem. O Bone Deus, magnificus in sanctitate! Quis ergo similis tibi? Nihil est secundum opera tua: merita hominum excedis & vota. Expectavit: sed quid inde? Expectavit. Vinea erat acerba: quid ex illa nisi vinum amarum, & fel draconum? Expectavit ut faceret vuas, & fecit labruscas. Quid ergo faciet? Clementia nocuit.

Ecclesiast. 3. 2.

Causam iustitiæ amor Dei dedit clementia.

Pessimam causam nostram
Hodierna pietas fecit.

Senec. Thyest. v. 514.

3 Expectavit ; sed in illum, obsequium uti sagittam impunis ingratitudo contorsit. *Conversum est* (ait) *in me*

cor

Osee. 9 à 8.

cor meum : pariter conturbata est pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ? Non convertar , ut disperdam Ephraim; quoniam Deus ego & non homo. Iam ergo decretum irrevocabile , clementiæ fulmine etenim quæ bile commotâ præ ira cogitavit iustitia in acerbitatem , clementia ab illis calcata commutavit in furorem. *Conversum est in me cor meum* : inquit. Quò erat ? Inter homines , queis cor tradiderat. In corde & amor & gratia est : & traditum dilectis recessit cor ; quoniam propter ludibria præ clementia facta gratiæ , amorem divinum compulit , ab hominibus recedere. *Conversum est cor meum*, & *In me*: dicit. Iacta est alea. Quæ priùs saucia , ab hominibus iugulata iustitia : & cum per se ad gratiam ut faveret , videret hominem , & nequaquàm hominis ingratitudinem ; illi indulgere voluit, quantumvis se respexisset: etenim cor intendit sæpesæpiùs despicientem , dum illum gratia vocabat in gratissimum amorem. Emphaticum est : *Conturbata est pœnitudo mea.* De quo pœnituit, vel quando , dum ita dolet ? Cùm crevissent scelera , ad tribunal Numinis acceperunt iustitia & misericordia ; ut hominum impudentem arrogantiam corriperet , vel saltem haud indulgeret ; quippequàm ex indulgentia , nil videbatur in mundo nisi malitia : impunes iniquitates , & quotidiè maiores,quoniam impunes : iustificatâ iustitiæ causâ , ex ipsa querula oritur misericordia (quæ sæpenumerò acceperat confusionem in dedecus, dum in pœnitudinem illâ pulsante vocabatur animus:

Euripid

Quæ nunc benignitas cum fontibus nominatur,
Vitam omnem connivet in improbitatem.
Nullus enim iniuriam faciens , pœnam luit.

Ita Euripid. in *Scirone.*) Deus commotus est in iram : pòst in clementiam ; gratijs sperans homines converti , si rationales, quia ex supplicij suspensione dignabantur , estò indigni beneficijs ; quibus ducti, ut placarent Numinis iram , tandem , tandem convertendi in pœnitentiam. Ita pœnitudo Dei , qua pravius hominum cor: & cùm crescerent flagitia , eius penitudo dicitur conturbata ; quippequàm indulgentiâ iniquitati: , facti sunt corde lapideo , scelere insolentiores. Tumidi fiunt & superbi pietate magnoperè confidentiâ indulgentiæ. Exequendum & irrevocabiliter per clementiam , quicquid decretum per terribilem iustitiam , nullaque

Revocat quia indulgētiâ crimina ampliata.

Deū pœnitet indulgentiæ, dum prę illa benignē in pœnitentiā cul pa

erit in supplicio revocatio, ne iterùm conturbetur in pectore pœnitudo. Prauæm illorum cor. Nulla iam spes clementiæ, ubi nulla pœnitudinis spes. Veneno fecerunt pharmaca ; ubi pietatis tædet amorem , atque amoris pœniret etiam pietatem. Decrevit supplicium , & revocavit decretum. Malè cessit , quod de hominis conversione cogitavit : pœnitudoque suspensionis supplicij huiusmodi spe (cùm eius , præ iniquitate , anxie conturbasset cor) supplicia irrevocabilia efficaciter firmavit ne iterùm pœnitudinis in offensam pœniteret : quandoquidem dum decreta iustitiæ uti clemens revocavit flagitijs multiplicatis; revocationis pœnituit.

4 Amor odit inertes : quapropter ut in iustitutum excitaret , & aberrantes in viam recto tramite duceret ; pictus est olim, sine sagitta arcu dumtaxàt verberans testudinem. Epigraphe : *Ab irato testudo fugatur amore.* Vide Othon. Vænium, *Emblem.* 46. Ita homines devios clementia ducebat amor; sed ex benignitate amorem percussit dolor ; ita ut pœniteret indulgentiæ , cui dignatus respondebat pravitate. Unde arcum suum tetendit , atque sagitis paravit ; ut cùm fontes , uti pridem recurreret ad amorem , invenirent iracundè saggittantem. Ad victoriam futuram de Civitate Hai , quam suam cogitavit illius civitatis Rex ; elevatio clypei fuit Israëlitici Ducis , ut prosternerentur hostes. *Dixit Dominus ad Iosue : Leva clypeum , qui in manu tua est , contra urbem Hai.* Apud Siracidem , 46. 3. *Rhomphæas.* Hebr. *Hastam , lanceam.* Adi Serar. hìc , *quæst. 6.* Literaliter facùl exponitur , quia quandiù duravit pugna , habuit clypeum elevatum in lancea. Ergo nostro articulo. Omnia in figura contingebant Hebræis. Iosue itaque fuit imago N. Salvatoris in ligno Crucis. Consule Maluend. hìc. In illo igitur habent homines arma ; queis de cunctis inimicis reportetur victoria. Verùm quo intuitu modò dicitur gladius , & modò clypeus ? Clypeus defendit , gladius icit , lancea perfodit , telum sauciat , iaculum vulnerat; quòd omninò expulit clypei protectio, quapropter ne percutiamur , confugimus sub scuto. Unde mutatio ? Ex pravitate iteratâ peccatorum : etenim commutarunt in gladium , quod erat , ne sauciarentur, validissimum scutum.

Torusius titię rigor,iracundi amor

Iosue. 8 18.

Pœnitet ei clementiā. mutant in iram

5 Ita in pugna contigit peccatoris, qui renuit protectionem divinæ benignitatis. Illos ducebat arcu sine sagittis ne

vulneraret, sed amore duceret; ut vidit Ioannes: *Qui sedebat habebat arcum*: quem etiam habebat ante throni conspectum: *Iris erat in circuitu sedis*. Amorem ita divinum fovebat vel iractum pectus, ut metuentes, datâ significatione fugerent à facie arcus: verùm rebelles flocci fecerunt clementiam, urgentes amorem, ut arcui imbelli imponeret irritatus sagittam; sibi videntes quia semel & iterùm clementiam invenerunt in pravitate, non numquàm inventum ire. Videbant clypeum paternarum viscerum abundantiâ pietatum; quin removeri vellent ab inolitâ iniquitate. Credita est causa iustitiæ. Apposuit arqui sagittam: strage cucurrerunt in clementiam: verùm quam pridem respexeran uti scutum, ut illos transfoderet habebat in maxu telum. Frustrata est spes, quia sæpe moniti, noluerunt reverti: deciderunt à cogitationibus suis, circundati malis: igitur clementiam, quæ invitaverat ad gratias, invenerunt in illos torquentem & retorquentem sagittas. Sumpserunt gravati preces, ubi iam completæ illorum iniquitates: quo in statu minimè vindex iustitia, sed ipsa misericordia: etenim lanceas in illos indignabunda misit, quæ totâ vita sub scuto protexit. In arcu quo collocaverat dulces sagittas pietatis, in eo paravit uti offensus vasa mortis. Sagitas ardentibus effecit: clementiam vindicem misit: equidem cùm peccator, uti in clypeum illam respexit, pro auxiliatricè frequenti misericordia, invenit gladios, pila, tela, iacula: simulque extremam calamitatem, ubi firmiorem fixerat expectationem: quippe fulminantem haud exploravit iustitiam, sed ipsam misericordiam. Experitur dominum, quem cæcè spreverat prium.

Horret adhuc animus,
Dum stupet, & tanto cunctatur credere flagro.

6 Dixi sæpe ex Pier. Valer. *lib.* 34. *cap.* 15. apud Ægyptios sepulchrum significari per cor. Modò emblemati nova fax. Summum in significationibus patet discrimen, morte vitam iugulante, & vivificante corde; combinatione contrariorum impropriâ, quantum mors distat à vita. Non impropria, quippe hominum scelera faciunt convenire contraria. In corde amor Dei signatur erga aberrantes homines; quos gratijs cupiebat trahere vel aberrantes. Sepulchrum, eius iustitia, cui illorum tradidit noxa conficiendo sagittis ut interrirent, quia gratijs noluerunt audire amorem: corque centrum gratiarum, est insigne sepulchri; quoniam amorem vident tamquam mortuum à corde. Quod vita fuerat, mors est: cordi indocili respondit divinum cor. Iustitia tendit in mortem rebellium: clementia benigno corde in medicamina vulnerum; sed noluerunt sanari, quippe noluerunt converti, iudicantes in amore uti sæpe habere clypeum; quamvis iustitia irata stringeret gladium, perseveranteque cordium iniquitate, iustitia fit cor clementiæ; quippequam mortuâ clementia, à qua totus fons gratiarum ex tunc in iustitia hebebit inviolabile sepulchrum. Revelatur enim ira Dei de cælo super omnem impietatem; haud quia fecerunt, sed quia continuarunt crimen; sperantes amorem vanâ fiducia, quia illudusque in indultum ostia pervia: verùm cùm ab illis porte clauderetur impetè persistente pravitate; inquirentes à pietate modò auxiliatricem gratiam, in cordis sepulchro invenient defunctam misericordiam. Cor enim divinum (quia deliciæ eius, esse cum filijs hominum) gaudet favere, & studia dilectionis demonstraret. Quia in illos vehitur & non invehitur, illius grutia impudenter despicitur: convertiturque in sepulchrum, cor divinum cum favoribus despectum; quia cùm gratiam cor pravum dedignatione noluerit, ipsemet amor sagittis vitâ privabit. E terra in cœlum ascendit iustitia, iuxta illud Prophani, 1. *Metam.* fab. 4.

Ultima cœlestium terras Astrea reliquit.

Timuit, ne in terris vulneraretur? Placida, sola vulnera. In cœlo sine capite est collocata cum Libra; ut refert Cœl. Gregorius lib. 1. *Hieroglyph.* cap. ultim. Si absque capite nitet in cœlestibus, signum planè quod iugulata ab hominibus. Verùm vivit, & in cœlum ascendit, secum ferens libramen, ut sumeret inde ultionem: etenim quicquid homo deliquit, iustitia de cœlo prospexit. Seneca in *Medea*, vers. 433.

O dura cum sævit & cum parcit!
O Sancta, si cœlum incolis, iustitia!

7 Verùm cur in cœlo habitat iustitia, quando in terris necessaria? In hominum inevitabile supplicium. Clementia habebat in cœlo thronum. E cœlo expectamus quantumvis indigni, gratias: inde nobis amor, benignissimaque pietas: & ubi thronus clementiæ, solium iurè collocatur iustitiæ; quippequam inde descendent vehementiora tormenta, unde

Apoc. 6 2 & 4. 3.

A peccatoribus sepelitur clemētia

Unde favor, inde furor.

Telū iustitiæ in manu clemētie

Claud. *Gil. d. bell.* v. 8

Ovid. *Iustitia iugulata*

Senec.

Unde hominibus acriora tormenta, unde descendebat gratia.

unde mittebat amor amplissima beneficia. pluet tanequàm cœlum malis, dum sufficitur iustitia pro gratia amoris: nullumque habetur effugium, dum habetur in pietatem cœlum clausum: quandoquidem quod patebat ad munera, peccatis hominum tantum aperitur ad tela. *Pluit Dominus ignem de cœlo*, ut esset sceleratis acerbissimo exterminio. Ignis in cœlo, & è cœlo? In igne Dominus dijudicavit, & flammis iniquitas pœnas luit. Ignis symbolum rigoris: cœlum est sedes pietatis. Quia ibi clementiæ thronus, ad cœlum pressi clamamus: & ignis in supplicium descendit de cœlo, dum illud criminibus perpetim provocat homo; etenim ira excrevit despectu Numinis crimens; ut hostem fecerit vel in cœlo ipsam pietatem. Severitas illa fabricata est ab amore; ut ulciscceretur quæ sustulerat indigne: vocabat in gratiam gratijs, & fontes despiciebat benevolentiam amoris. Tæduit, castigare instituit. Clamarunt, sed nihil valuit: cœlestique cuncti absumuntur flammâ ac igne vorante; quippe iustitia cum fulmine erat in throno clementiæ. Serò enim movetur ira: verùm ubi abusu gratiæ insolentia; haud habet ultione quietem, donec de minimo ad maximum redigat omnes in cinerem. Nesciebant in cœlo justitiam esse, quoniam ibi adibant ad thronum gratiæ, cuius confidentia gliscebat audacia in ampliora flagitia. Unde cùm amor iratus sit implacabilis: illo iure commoto de cœlo cecidit ignis: etenim ut scirent in cœlo defunctam esse clementiam, ibi in conspectu gentium suam revelavit iustitiam.

Gen. 19 24.

Iustitia in throno clementiæ.

Senec.

Polluto nequit animo mederi:
Morte sananda sceleris insania.

Idem.

Ut accinit Seneca in *Hercul. furent.* v. 1260. Dicunt (ut ibid. proponitur) coram cœlo:

Succurre Genitor, sive te pietas movet,
Seu triste fatum, sive violatæ decus virtutis.

Turpatum virtutis decus: non datur clementiæ locus. Prævaluit iniquitas: ab illis defecit pietas: & ut satiare posset conceptam indignationem, ab ipso iustitiæ throno resumpsit fulmen.

Fulmen cur emblema clementiæ?

8 Fulmen in clementiæ symbolum, in thoro collocatum, somno sopitum, excusit Nerva, ut ait Pier. Valerian. *lib.* 43. *cap.* 31. Indicat signa iustitiæ, sed ob clementiam etiam vel fulmen requiescere. Unde & quorsùm habet clementia iustitiæ insignia? Ab hominibus indignis cœli clementiâ: equidem cùm intimè vulneretur, dum homo & gratia & gratijs abutitur; in eius intensiorem pœnis inflictis dolorem, è lectulo in quo dormiebat flammeum excitavit fulmen. Iustitiæ propria est iniquitatum ultio, pro quibus clementiæ intererat miseratio: modòque fulmen iustitiæ occupat & in cœlo dextram clementiæ? & iurè, hominibus abutentibus gratia, quam libenter concedebat divina misericordia: ab hacque vindicta sumitur, quando iustitia in peccatores irascitur; quippe vehementem valdè accipient pravi dolorem, ex eo quòd despexerint misericordiæ dulcedinem. Ne adijcias peccatum super peccatum; vel de propitiato pectus debet esse tremulum. Ne dicas: Miseratio Domini magna est: multitudinis peccatorum meorum miserebitur. *Misericordia & ira ab illo citò proximant.* Patiens sanè est: verùm minimè, ut tuom indurescat cor, & iteres offensam; quoniam apud offensum spontè invenisti gratiam: simulque exponuntur eius misericordia & implacabilie ira; quippequàm intensior ira, ab ipsa inverecundè spreta misericordia. Pende: *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaveris*: dicit Domino Habacuc. Perperam pravus intelligit testimonium, cùm habeat faniorem sensum: eruntne supplicia Domini ita suavia, ut vel in ipsis fungatur misericordia? Vel usu misericordiæ, erunt profectò acerbissimæ pœnæ. Quantum in discussione à iustitiâ integerrima tormentum, dum summus dolor demonstratione pietatum? Plus irascitur, eò quòd amore concessas gratias, perfrictâ fronte conflaverunt in sagittas. Cognoscitur lubricam nostram fragilitatem, atque in prava ferventem inclinationem. Indulsit, pepercit, aliquando corripuit, ut illex dolore saperet, tribuens sæpe fragilitati conditionis, conatus inordinatos perspicuæ malignitatis. Cùm respiceret naturam, vocabat in auxilium misericordiam; augentibus hominibus criminum gravitatem, quoniam felices habebant clementiam auxiliatricem. Minimè valuit indulgentia criminum, ut recederent dignati à regyratione peccatorum. Recessit misericordia, invectâ in supplicium irâ, in quâ misericordiæ recordatur, ubi in fulminum evibrationem compellitur; quoniam inflabit in vectementiorem pœnam, recordari quam habuerat cum illis misericordiam. Spe clementiæ, cor pravum studuit iniquitati. Fiduciâ miserationis fiebat iteratio criminis, quasi aufugisset cum fulminibus iustitia, miseri-

Unde clementia irata?

Eccli. 5 7.

Hab. 3. 2.

Quia facit gratias, recredescit pietas

cor-

cordiæ præsentiâ : unde cùm gratijs abuterentur adversus benefactorem, hostem fecerunt pietatem : Deusque noluit in pœnas fulmen suspendere, tantæ misericordiæ in ipsos recordatione : imò impulit clementem sua conditione in suppicium, ipsa memoria recordatione gratiarum.

Fulmina vibrata à clementia.

9 Perpropriè clementia fulmen. Cælum non quoties tonat, fulminat. Dum fulminat, cladem infert : dum tonat, terret : sic peccatores monet : sed confidentia vanâ, dum illis videtur tonare ; sine ullo sensu percutiuntur fulmine : quandoquidem antequàm sensu percepta, stragis fulminis facta. Non aliter accidit in amore, illum dum tædet indulgentiæ : etenim ingratitudine percitus mittit fulmina, quin ullus cogitet vibrari posse à clementia. *Fulguratio est fulmen non interras usque perlatum : fulmen esse fulgurationem, usque in terram perductam. Fulmen enim cadit eadem necessitate, qua excutitur. Potest ergo nubes, salvâ, quam continet, aquâ, ignm parte aliquâ sui reddere, ut sæpe alia pars ligni ardet, alia sudat : sed ubi valentior ignis, quàm humor est ; vincit.* Ita Senec. 2. *Natural. qq.* à cap. 21. Per ignem notatur amor ; fulgurat offensus, ut pavescat ingratus : fulminat, dum despicitur, nec amori respondetur, ictis in mortem, qui fulgurantis non conceperunt formidinem : unde icti amiserunt vitam, sine recursu in optaram pœnitentiam : quoniam illos apprehendit flamma terrifici fulminis, iudicantes uti pridem, coruscationem amoris. *Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt.* Sed quid transitu fulgoris ? *Grando & carbones ignis.* Contraria sunt, verùm utrumque fabricavit pravum cor. Mittebat amor coruscationes, ut igne gratiarum mollescerent corda ; cæterùm fulgoribus in grandinem sunt conversa. Inde glacies, unde oriri debebat incendium cordis. Inde intensius frigus, unde pectoris æstus : & dum præ se fertur tenacitas grandinis signantur carbones ignis ; quia consumpsit ardor ignis, quos invenit resistentes : etenim quæ corda, illuminatrice gratiâ conversa in grandinem, tamquàm ignis carbones fulmen reduxit ad cinerem. Aqua quibat lachrymarum fulminis sopire incendium : verùm doloris nec leve vestigium, quo fulmen à clementia retineretur. Fulmen cadit ea necessitate qua excutitur : pereuntque vibrato à clementia fulmine ; quia invenit corda frigidiora grandine. Fulgura multiplicavit, sed non conturbavit eos, quoniam in cordibus prævalebat frigus. Intonuit de cælo, ut timerent flammam : inspirationibus crebris dedit vocem suam ; attamen semper prævalebat grando cordium, quin unquàm apparerent frontes aquarum, per quorum humorem, arceretur fulmen. Unde cum in conversionem cordium, irrita flamma gratiarum ; obdurationi grandinis, responderunt ad unguem carbones ignis : etenim amor ipse ex igne perpendens frigus ; misit sagittas & dissipavit eos, trudens in barathri flammam, quia renuerunt accipere disciplinam, & adversus frigus cordium suscipere pœnitentiam.

Senec.

Cur non terretur peccator vel ubi fulminis terror?

Psalm. 17. 13.

Horrendum magno quassit sub pondere fulmen.

Virg. in Æn.

10 Perspicuiùs articulo. De fulmine subdit Seneca d. *cap.* 22. & 24. *Est enim illi aquè sursùm iter atque deorsùm. Potest ergo fieri, ut nubes ignem percussa reddant. Si ignem permittit ire quò velit, cælum repetet. Ubi est aliquid, quod eum ferat, ab impetu suo avertit.* Fulmen exhalatione terræ fit. Ni terra in cœlum materiam fulminis exhalaret, cœlum uti serenum, non excureret. Sensim ascendunt, & vapores leves in nubes formantur ; quæ quidem in terræ gratiam, quippe desinent in pluviam. Ignis exhalationum, superiùs invenions contrarium ; recedit in centrum, ubi gradatim efformatur fulmen (propter oppositam ignis & frigoris qualitatem) erumpens vel sursum vel deorsùm, quò faciliorem invenerit exitum. Clementia in exhalatione signatur, quæ in nubem vertitur, favens gratiâ multiplici hominibus, & corda illorum irrigans de superioribus. Invenit contraria in eius favorem, cordium nimirùm frigiditatem, quàm superare conatur criminum indulgentiâ ; ne concitetur adversus ingratos ira. Qua suavitate in conversionem ducuntur, magis in flagitijs indurantur. Videns ergo pectus favore frigidum, recedit ignis in centrum, quo fit fulmen, quærens exitum, qui sæpe sursùm, ne hominibus ullam inferret noxam, quos illâ coruscatione vocabat in pœnitentiam. Nec ideo commota corda, estò nubes clementiæ fulmine gravida : pereuntque miseri, fulmine misericordiæ ; quippequàm quæ facta pluvia gratiarum, apparet in ultionem pharetra fulminum : etenim concutiuntur uti fulmina, protritâ gratiâ ampliores amaritudines, ab ipsa nube pietatis ; eò quòd Numen in gravitatem supplicij, recordatur iracundus habitæ misericordiæ.

Seneca.

Cor illius gratijs induruit.

Pereunt fonte miseri fulmine misericordiæ.

De-

11 Denique, & aliter, in eundem sensum, ac resipiscentiæ iniquitatum propositum. Meditanter moribus imitantur peccatores, quod stolidè operabantur Thraces. *Dum tonat fulguratque* (refert Herodot. *lib.* 4. *n.* 26.) *in cœlum sagittas excutiunt, Deo minitantes, quod nullum alium præter suum esse arbitrantur.* En symbolum proterviæ hominum, dum minax propter scelera crepat cœlum: igitur suum Deum cupiditatem habentes (quasi valerent in cœlum) stant pugnaces; irridentes iustitiam, & eo tempore quo potissimè debebant implorare clementiam. Sine formidine; sine timore multiplicant sagittas peccatorum, ubi propter illa, ut doleant, tonat & fulgurat cœlum, quasi cœlum retorquere non valeret, quæ tela peccator miserit: de quo *Tom.* seq. ad illud *Tautolog.* 2. *Reddens retribuet.* Ergo articulo præsenti. Tametsi scelerati mereantur fulmine de cœlo percuti; misericordia, ne impœnitentes pereant, abscondit fulmina in nube. Tonat, fulgurat, ut resipiscant; antequàm nubem ignes dissecantes exeant. Nubes percussæ versus terram reddunt ignem: & iniqui in fulmine inveniunt mortem; quippequàm exitum fulminibus dedit ab ipsis in cœlum missa sagitta, quæ ne perirent, in nube abscondit misericordia. Si ignem nubis, quò velit permittitur ire, cœlum repetet. A cursu connaturali avertitur, si aliquo rapitur: & ut fontes extinguat, venit deorsùm; quia sagittis emissis in nube præbuerunt exitum. *Si fugientes gehennæ pœnas, ad vitam perpetuam volumus pervenire* (insit in *Regul. Sanct.* prolog. N. Gloriosiss. Benedictus, Pater) *dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus, currendum; & agendum est modò, quod in perpetuum nobis expediat.* Modò, dum in hoc corpore & tempore sumus, quia forsàn non erit tempus. Currendum, ne antequàm accedamus pœnitentiæ, fulmen trisulcum egrediatur è nube; & dum fugimus pœnas, peccatis in cœlum remittamus sagittas: igitur in hora mortis factum placebit; quod nì fieret, anxiè vellet esse factum, ne in manu clementiæ, fulmen videret iustitiæ; quippe prætermissa gratiâ, & abdicta criminum indulgentiâ; gravissimum prorsùm, irati amoris sustinere fulmina. Quisnam ergo proteget, si amor expulerit?

Herodot.

Ipsi sibi supplicia sumunt.

S. Bened.

12 Averrit ergo peccator faciem suam, ne videat in finem; ut revocet, dum vacat, stultam cogitationem: etenim si recordaretur finis, resiliret à peccatis. *Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui*: dicit Ieremias de anima peccatrice, sub metaphora destructæ Ierusalem. Animæ profectò pessimum, in fine vitæ recordari sordium. Diximus, *Tom.* 6. *T.* 8. *D.* 6. *à n.* 9. Pendenda sequentia. *Depositæ est vehementer, non habens consolatorem.* Non vidit in quæ ventura, ideoque peccatis cumulabat peccata. Posuit mendacium spem: & cùm videret mendacium, pavit cor; quoniam inter voluptates lactata, à se invenitur decepta: siquidem voluptatis ac deliciarum flosculos, palpat in cruciamen tribulos. Vertere conatur oculos ad bona, nec videt ulla. Considerat planè (ait Bernardus de *Human. condit. cognition.* cap. 2. n. 6.) *quàm districtus veniat æternus iudex, & ante severitatem tantæ iustitiæ, quas rationes vitæ ponat. Si enim cuncta opera, quæ intelligere potuit, devitavit; ventura coram iudice, quæ in semetipso non intelligit, pertimescit. Crescit pavor. Recogitat* (subdit de *Inter. domo*, cap. 3. n. 9.) *quanta bona Deus fecit nobis non rogantibus, neque desiderantibus, imò recusantibus: quàm multa peccata dimisit nobis, & à quantis periculis liberavit. Quanta dignatio pietatis fuit; quòd ingratos, & in multis contrarios, à tam multis peccatis custodivit gratia Dei, in quæ potuimus cadere, sicut in alia multa cecidimus.* Hæccine incutiunt formidinem, verùm non desperationem. Quænam ergo provocant in depositionem animi? In cœlum missæ sagittæ, abdixisse clementiam, spreviisse gratiam, calcasse continuas inspirationes, odisse præscripta legis, respuisse vel memoriam pœnitudinis, in peccatis perstitisse, faciem ignorasse pœnitentiæ, ampliori studuisse gravitati criminis, fiduciâ miserationis, irritando ipsum amorem, ut in ultionem abiectum sumeret fulmen, quippe in cruciamina, *furor est patientia læsa*: dicit Publ. Syrus, v. 225. & Hæchtan. in *Microc.* Emblem. 8. ex quo etiam Boissard. *Emblem.* 30.

Thren. 1. 9. *Periculosa, pœnitentia sera.*

Bernard

Quæ invindictâ irritant clementiam?

P. Syr.

Carceribus ruptis, tandem patientia læsa
Fit furor & iustum nescit habere modũ.

Hæchtan. *Læsus amor, furor.*

In Amoris divini tribunali, etsi amor iratus, cum ipsa iustitia est modus. Vehementer illo inspecto trepidat pectus, deponitur animus. Unde? non est ibi Amor? etiam Furor. Inde sine pœnitudine dolor. Nullum respicit hinc inde vertens oculos auxilium, quippe cœlum fecit ferreum: caditque vehementer animo, non habens con-

consolatorem; quippe adversatricem habet ipsam despectam pietatem.

13 Ergo afflictio quanta, non habere, quò possit vertere lumina! Quantum tormentum; quin ullus sit, qui extendere possit manum? Deponitur vehementer in tribulatione cor. Regnat metus sine spe: etenim nullum potest expectari iuvamen, dum videt anima amorem, torquentem in illam fulmen. *Diem iudicij timere: gehennam expavescere*: monet N. Patriarcha, d. cap. 4. Cur enim nectit utrumque? Ne despiciantur dona divinæ clementiæ quæ confert continuò gratiam, dissimulando excessus in pœnitentiam, ignibus iustitiæ absconditis sub densa nube pietatis: iungitque Benedictus pavorem gehennæ, atque timorem divini iudicij; quia in iudicio mala causa, promptaque gehenna, si modò adversatur causæ, quæ uti pietas debebat causæ favere: equidem cùm summus amor despicitur; anima vehementer afflictione deponitur, videns vibravi acriora pondere fulmina, ab ipsa toties immeritò despecta misericordia. Torqueatur Statius, 1. *Achill.* à v. 674. Anima

——— *Silet ægra premitque nefas: acerbas*
Hausura pœnas. Adhuc in corde manebat
Ille diu deceptus amor.

14 Impius Ioacim, quia sæpe monitus serviebat idolis, traditus fuit à Domino tyrannidi servitutis. Deus è vinculis eduxit, è captivitate liberavit, ut resipisceret; sed renuit. Religionem simulavit; igitur exteriùs apparebat religiosus, cùm esset summè prophanus: quandoquidem nihil abominabilius cœlo, quàm animus idololatra sub habitu religioso. Introrsùm turpis, speciosus pelle decorâ: & ut accinit Horatius, 1. *Epist.* 16. v. 54.

Spe fallendi, miscebit sacra prophanis.

In frusta concisus cecidit, & ubi cadaver eius nudum apparuit; simul patuit cultus cordis, & cuius in gloriam Numinis. *Reliqua abominationum eius, & quæ inventa sunt in eo.* Hieronym. in *Hebr. tradit.* hìc infit: *Inter cætera mala, quæ gessit; etiam hoc fecit in corpore suo, quod Dominus prohibuit dicens: Neque stigmata facietis in corporibus vestris: quæ postquàm mortuus est, in corpore eius inventa sunt.* Idem Lyran. Comestor, in 4. *Reg.* cap. 39. Moys. Maimonides in *Halachòth Beth habbechirà*, cap. 7. & Nos in *Ephemer.* 12. *Novembr.* à n. 8. Prætermitto, etsi opportunum nostro proposito, Nabuchum, qui illi ob fractam fidem pepercit, eductum è catenis in regnum restituit; trucidari mandasse: etenim cordolium pectori, decrevisse diram mortem, in quo invenerat inexpectatam pietatem. Perfidus Ioacim, qui propter scelera tot pertulerat mala, si mulaverat cultum, sed in corpore habebat inustas imagines idolorum; quæ postquàm mortuus est, in illo cum abominatione inventæ sunt. En divinum iudicium, & examen peccatorum, quo illuminantur à Deo abscondita tenebrarum. Absconditur, quænam sint impiorum machinationes, quænam artes etiam sub prætextu religionis. Ideo ipsi secum portant formidinem, depositi vehementer, quin habeant consolatorem: & in morte inveniuntur signa & insignia; ut cunctis clareat damnationis sententia: etenim patet in morte, quodnam Numen toto corde adorabatur in pectore. Quò enim in morte verteret lumina? Ad idola?

Numen ubi est? Ubi Dij?

Patet Numen, sed non ab illo cultum, imò despectum; quod toties per bona & mala, in quibus ostendit gratiam, vocarat in pœnitentiam, nolentem ab idolis separari; quorum imagines impressas habebat corpore. Unde in morte, percussus fulmine, detrusus in tartara, ab amore etiam percusso, qui invitaverat clementiâ. Blandâ nihil sævius ira. *Immitior, quia toleraverat*; ut ait Tacitus, 1. *Annal.* cap. 20. & Ovid. 6. *Metam.* fab. 7. In malos,

Scelus est pietas.

S. Bened. — *Prompta gehenna, despectâ gratiâ.* — Statius. — Hypocrisis abominabilis. — Horat. — 2. Paral 36. 8. — Hieron — Peccator à quo fautus, morti addictus. — In morte patet, quod Numen coluit. — Ovid. d. — Cornel. Tacit. — Ovid.

DIDASCALIA V.

Iniuria facilius fertur, quàm infertur.

1 PARADOXUM irato videbitur, & etiam sine iudicio dictator, vel cor habere asininum, quasi natus in opprobrium; ostentans tamquàm insignem virtutem, animi degeneris vilissimam abiectionem: maximè cum irato nihil reputetur nefas, si eius aliquomodo dedecoratur exauctoramine auctoritas. Unde Publ. Syrus in *Mimis*, v. 223. ait:

Iratus etiam facinus consilium putat.

Post cuius ex abrupto functionem, quàm ex iniuria maiorem patitur amaritudinem: igitur iniuriam tulit, & etiam ultionis acerbitatem pertulit, ex qua maiores solicitudines, quæ quidem advenientes evanescerent, sine complacentia ultionis. Ex ira iniuria procedit, quam inimicus in-

Publ. Syr. — Incommoda vindictæ.

infert. Ex iniuria vindicta, qua ultor avidissime gaudet: totumque offensæ molimen, ut destruat inimicum & ultorem: etenim ille cadit, quia iniuriam fecit; & hic multis se exponit, quippe unam ulcisci placuit. Misera profectò complacentia, in qua maior dolor assumitur, quàm deponitur. Satius est vulnus honoris sanari, quàm dedecus dedecore ulcisci: equidem plerique honoris quærentes auctoritatem, amiserunt stolidissimè honorem; & stultâ futilique vindictâ, facta maiora doloris medicamine vulnera. Dicitur vulneris amplitudo, stylo Hebraico, de quo nobis ex professo, *Tom. seq. Tautolog. 2. à n. 17.* ubi: *Vindicaverunt vindictam.* Haud dicitur *Offensam*, cui respondet ultio: sed *Vindictam*, quæ quidem supponit factam: signaturque meditanter *vindicare vindictam*; ne quis offensus meditetur offensam: quandoquidem quærens auctoritati decus, recipit maius in auctoritate vulnus. Non ulciscitur, sed sauciatur. Est, quo magis doleat, quippe vulnera exulcerat. Crescit dedecus, dum patet ulcus. Unde offensam vindicans habet maiorem offensam, ubi ultoris ultores vindicaverunt vindictam: si quidem cùm ex ultione sentiant sentiri dolorem, ægræ ferri amaritudinem; addunt dedecora honori super illatum dedecus, & vulnera super vulnus. Pudent sanè, eò quòd iniuriam fecerunt: ubi ultor videtur, pudorem excutiunt: etenim ex ultione offensam vocant iustitiam, quam cognoverunt offensam. Iuvenal. *Satyr. 16 à v. 19.*

2. Mac. 9. 42.

Qui ultione dolorem deponit, maiorē assumit

Iuvenal

Ultio, etsi iustæ defertur causa querelæ,
Efficiunt consensu magno curabilis ut sit
Vindicta gravior, quàm iniuria.

Iustin.

In his certaminibus, ut Iustinus, 4. *Histor.* ait: *Melius, vinci, quàm vicisse*: igitur dum amissa ultione quærunt, posse sæpe stolidè amittunt. Indicat Seneca, 2. de *Ira*, cap. 32. *Multi* (inquit) *leves iniurias altius sibi demisere, dum vindicant. Sæpe autem satius fuit, dissimulare quàm ulcisci.*

Senec.

2 Docuit Plato offensus, quomodò homo valdè ex dedecore decorus. De illo ergo Valer. Maximus, *lib. 4. cap. 1. n. 2.* *Miror* (inquit) *quod in Xenocrate discipulo suo, tam constanter moderatus fuit. Audierat eum de se multa impie locutum: sine ulla cunctatione criminationem reppulit. Instabat certo vultu index, causam quærens, cur sibi fides non haberetur. Adiecit: non esse credibile, ut quem tantoperè amaret, ab eo invicem non diligeretur. Postremò cùm ad iusiurandum inimicitias serentis malignitas confugisset, ne de periurio eius disputaret; affirmavit, numquàm Xenocratem illa dicturum, nisi ea dici, expedire sibi, iudicasset.* Ethnici hoc faciunt: & in pectore Christicolæ in æternum vel apprehensum manet altâ mente repostum? *Si ob factam contumeliam simus implacabiles* (infit) Hieronym. in 18. *Matth.*) *& propter amarum verbum, perpetes habeamus discordias; nonne nobis videmur, recte redigendi in carcerem?* Intolerabile dicunt iniuriæ pondus, quippe patientiâ insolescit inimicus. Non ergo vitijs componenda vitia, maximè cum sequantur maiora incommoda: plus nocitura ira, quàm iniuria: faciliùsque feret iniuriam, qui tulit iram. *Puerum ætas excusat, fœminam sexus, extraneum libertas, domesticum familiaritas. Nunc primùm offendit? Cogitemus, quamdiu placuerit. Sæpè & aliàs offendit? Feram, quod diù tulimus. Amicus est? Fecit quod noluit. Inimicus est? Fecit quod debuit. Prudentiori cedamus, stultiori remittamus.* Ita Seneca, 3. de *Ira*, *cap.* 24. Sine periculo vindicta non fit, traitque secum, de quo sæpius doleat cor. Haud vulneri remedium defuit, cuius medicina maius periculum affert. Non infectum ultione, quod semel factum, sed regeritur; & glisscit inimici complacentia, quoniam vellicant in dolorem impacta vulnera. Remedium est, nullum quærere remedium, & confugere in oblivionis pharmacum. Ita enim vincit, qui se vincit, qui supra iniuriam magnitudine se extollit. *Illud non venit in dubium* (subdit Stoicus *cap. 25.*) *quin se exemerit turbæ, & altius steterit, quisquis despexit lacessentes. Proprium est magnitudinis veræ, non se sentire percussum.* Altiora sunt. Profectò maius, sentire & non demonstrare sensus. Adhuc altius, ignorantiam affectare, ne fit studium ultioni. Demùm optimum & maximum, pro iniuria conferre gratiam, ne compellatur procedere in dedecoris vindictam.

Hieron

Quare iniuriæ praetermittēda sine ulsione?

Senec.

Idem.

Quæ cōmendabilia, iniuriā accepta?

3 Haud latet peritos latinitatis, *Tangi* accipi pro *percuti*. Unde frequenter, *Tangi de cœlo*, *Conscientiâ tangi*: Lucret. 1. de *Rer. natur.* v. 62. *Nec tangitur irâ.* Virgil. 9. *Æneid.* v. 138.

Tangi pro Percutis.

——*Nec solos tangit Atridas*
Iste dolor.

Virgil.

Modò in Christo Domino contemplemur exemplum. Cùm iret sanaturus filiam Archisynagogæ Principis Iari, turbâ innumerâ

merà commite; mulier quæ diuturnam patiebatur infirmitatem, multitudini immissa, capillis arripuit sanitatis occasionem. Quæ fuerit, & quomodo grata beneficio respondit; diximus in *Ephemer.* 8. Martij à n. 20. Totum articulum metricè referunt Iuvenc. 2. *Evangel. hist.* à v. 386. & Sedulius, 3. *Carmin.* à v. 115.

Iuvenc. —*Confestim graditur Salvator Iesus.*
Progressi mulier sequitur vestigia servans,
Viribus absumptis, & toto corpore fessa.
Hæc ubi per populum summis pendentia peplis
Sedul. *Fila manu trepidà tractavit, protinus ille*
Et causas morbi, & credentia pectora cernens,
Concessit celerem tali cum voce salutem.

Marc. 5 31. & Luc. 8. 45. *Senserat ista Deus, cuius de fronte cucurrit,*
Quod virtus secreta dedit, furtumq; fidele
Laudat, & egregia tribuit sua vota rapinæ.

Ut Salvator sensit tactum, ex quo optanti totum bonum, subitò dixit: *Quis me tetigit?* Ideſt, Quis me percussit? Quis pulsavit? Si tactus pulsatio est, vel levis vel gravis percussio: & percussio iniuriam præ dedecore profert; quare dicit: *Quis me tetigit?* Sciebat sane quæ tetigerat: quo ergo intuitu interrogat, quod sciebat? Ut discar homo, quomodo se gerat præclarè in acceptione iniuriæ. Animi abiecti est, scire à quo offensa illata, ut retorqueatur maiori dolore offensa. Stemma magnitudinis cordis, despicere lacessentes: Christusque, Quis percusserat, interrogat; ut violatorem honoris audaciæ pudeat: etenim magnæ confusionis indicium, scire palàm, se esse notum sed despectum. Non exultat notus, qui vexat, quoniam occultus: non faceret, si noscendus: & interrogatur quis percussor; ut ex violatione gaudium sit pectoris acer dolor: etenim nemo magis iniuria ex iniuria afficitur, quàm quisquis à se pœnitentiæ iniuriæ traditur. Perficit latens, quod notus respicit dolens. Renuit cognosci, ne inhonoratus & fugiat lædi, & solicitet ulcisci: cognoscitur, sed violatus ignominiam non ulciscitur: nulla pœna cogitatur, & vehementissima infertur: quandoquidem delinquenti (si quid pudoris in fronte) nullum maius supplicium; quàm se cognoscere iniuriâ, esse notum & ignotum. Vernaculè: *Conocido, y perdonado.* Iam enim Christus sciebat iniuriam, sed videtur ignorasse personam; de qua interrogat, ut cordis magnanimitatem extollat: siquidem non solùm pietas, sed animi generositas, auctorati honoris culmen; despicere cognoscendo offensam & offensorem.

Iniuriæ vindicta despicientia.

4 *Super inimicos meos despexit oculus meus*: dixit tot probris affectus crebrò David. Despicit & oppressus ab illis, inimicorum aversantium vexationes? Ultionem cogitat, & lædentes alte vexat. Illi cogitant dedecus in cordolium: ille verò illorum & molestiarum despectum: quandoquidem nemo melius ulciscitur inimicorum insanias, quàm qui despicit irridens à malignitate iniorias. Chald. & Genebr. *Cum voluptate vidi ultionem inimicorum.* Crucius hìc etiam: Psalm. 53. 9.

Crucius *Et vidi nimis aspera*
Ulror ferre meis hostibus.

Si dolentem videm vulneratum & despectum, placet cordolium: si despicitur ex dedecore despectus, est sine dolore vulnus, & dissecantur dum inferunt: quippe nullum intentioni pravæ magis penetrabile telum; quàm quæ hostes iaculantur in dolorem, despectu quasi blandimen convertere in voluptatem. *Quibusdam irasci fastidiamus* (subdit Stoicus, d. *cap.* 32.) *Nihil magis suaserim, quàm videre, quàm humilia & abiecta sint exigua, misera, puerilia.* Quæ videntur hostibus, & iratis magna, despectu cordis apparent inania & frivola: igitur quæ machinantur hostes in animi amaritudinem, ut iacula sine cuspide nullam habent vexationem. *Doctus à Deo* (infit Maluend. loc. cit.) *quomodò cum hostibus agendum sit.* Patet in despectu modus, quo in inferentes retorqueatur ictus, & sine ultione vindicta patretur maior; quia sine dolore missus retrocedit dolor: etenim non dolet pectus, si non accipitur vulnus. Pende: Non dicit Psaltes quòd despexerit inimicos atque malevolos animus, sed quòd despexerit oculus. Elucet, quomodò in illatis probris, contumelijs, iniurijs despiciendi sunt hostes; imò vulnerandi, ut magnopere frustrato vulnere doleant, atque dolentes viscere putri tabescant: signaturque despectus oculorum, dum ab inimicis iniuriæ quatitur iaculum; quoniam cordis magnanimi insigne, præ despectu inimicorum, iniuriam neque videre.

Senec. *Dumetul nerandi conatus retorque tur ictus*

Maluéd

5 Persecutemur testimonij superioris arcana. *Quis me tetigit?* Tunc *dixit Petrus & qui cum illo erant: Præceptor turbæ te comprimunt & affligunt; & dicis: Quis me tetegit?* Mulier intentione pulsavit; turba comprimens sine ulla intentione afflixit: & de intentione in afflictionem queritur, ubi afflictio cæterorum prætermit-

Luc. 8. à 45. *Lesio si ne intentione facta nō est iniuria.*

mittitur ; quippequàm omninò sine sensu, sine dolore silentio prætermittendum, quoties iniuriæ etsi magnæ procul intentione fiunt. *Quis me tetigit* ? Cur interrogat, quod non ignorat ? Ut doceat illustrem modum ad patientiam iniuriarum: igitur iniuriam & offensorem cognoscit, & inquirit de utroque quasi nescire. Si sciret actor forsitàn illum iniuriæ fugisset pudor, gaudentem de offensa illata, & quod intulisset vulnera : nobilior ultio, in cognitione, iniuriarum ignoratio : Christusque sciens iniuriam illiusque crimen, ut nobiliùs ulciscatur, inquirit curiosè actorem, quippequàm præ pudore magnum vulnus in ultione, offensæ illatæ ignorantiam affectare. De tactu fœminæ queritur, & aliorum non inquiritur. Pro qualitate iniuriantium ostendit prudentiæ modum. Hoc inquirit, & illud præterit. In aliquibus congruit affectata ignorantia, quasi non sentiat : in alijs scientia cognitione vigilantissimà, ut parcat : etenim cùm malevoli afflictionibus intendant in vexamen, ut vulneribus inferant amaritudinem ; petitus (qui optatur læsus) sine ultione de utrisque sumit ultionem : quandoquidem illis ostendit, iaculo non se sentire percussum ; his verò palàm despexisse iaculum. Ni interrogasset de premente ; persisteret iniuria illata, sed non indulta, quà inferentis morderetur conscientia : Christusque interrogat de inferente, ut timeat de offensi ultione: siquidem haud inquirit ut plectat, sed ut parcat, & in pace vadat qui violatione offendit, quasi nunquàm offendisset. *Interrogabit, ut mulierem à timore solveret* ; inquit Teophylactus. Unde timor ? Unde favor. Sanata tactu Salvatoris est ; & cùm salutem ex pulsu accepisset, pavit cor ; siquidem puduit accepisse gratiam, quoniam intulit iniuriam. Timuit propter irreverentiam, quasi furtivè audacem, à Salvatore concessim revocari salutem: Christusque inquirit, Quis illum tetigit; ut fœminam à concepto metu solveret: igitur illi confirmavit gratiam, cogitanti attactu vestium magnam congessisse offensam.

Magnùm vulnus lædenti, læsum ignorantiam affectare.

Theope

Vel gratiâ pro illa referri.

Luc. v. 45. Mat d. 30.

6 Ulteriùs. *Quis me tetigit*? Legitur apud Lucam. Apud Marc. *Quis tetigit vestimenta mea* ? Quid hìc factum propter faventem, mirabilem divinam virturem; in multis ridemus, propter vitream delicatulam fastidiosam conditionem, qui à se ipsis apprehensione vulnerantur ; & phantasticè lædantur cunctaque facta & nòn facta, ut violationem auctoritatis apprehendunt. Unde Seneca, d. cap. 29. & 30. subdit : *Frivolis turbamur & inanibus. Idem inquietis & stolidis ingenijs evenit: rerum suspicione feriuntur, consternantur ad vana. Hinc pernicioſissimæ iræ nascuntur, & sanctissima quæque invasuræ.* Hæc summa dementia, nata ex abominabili ph lautia ; qua concipiunt sibi cuncta deberi, etiam per indigna coli : idemque gnathones arbitrantur sui tactum, quod tactum vestimentorum ; quippequàm uti vulnus pervenit in intima cordis, attingere summis digitis etiam filamina vestis. Iuvenal. *Satyr.* 6. v. 490. scopticè cavillator succinit:

Senec. *Laborantes propriè amore, à cùtis & in cunctis ; cogitant lædi.*

——— ———*Punit*
Continò flexi crimen, facinusque capilli.
Quænam est hìc culpa?

Iuvenal

7 Rebatur ergo mulier, esse crimen, immundam tangere purissimum Salvatorem : ideo tremuit & timuit, dum ille querulus dixit : *Quis me tetigit* ? Ita uterque Evangelista, d. v. 33. 47. Haud personam inquirit iracundus, sed benevolus. Ab illa quasi dedecore ex tactu immundo percussus. Sensit, alius in iracundiam procederet : ille estò læsus, in virtutem erupit : etenim summa virtus & nobilissimum pectus, accipere tactu iniuriam, & pro offensa lædenti conferre gratiam. Deinde. Illa tremens ad illum accessit, quasi offendisset. Contrarius sensus videtur ; dum egressà virtute, de sanata interrogatur. Interrogavit, quod Medicus cœlestis scivit, ut fœminæ fidei virtutis ostenderet ; qua de causa divinà virtute, pristinæ restituta est sanitati. Inter homines, ab alijs ignominiam patientes, solemne est, inficiari gloriam, denigrare famam, deturpare decorem, dedecorare virtutem. Longè aliter se gessit Christus cum ea, quæ suo iudicio non minùs inferebat dedecus ; ut discant homines reconciliare inimicos : equidem in gratiam efficacius remedium, evulgare virtutes inimicorum. Denique insinuatur in articulo sublimis modus, quo emolleſcat hostium durissimum pectus, & acquiratur dulciter animæ salus. Quasi inflicto viscerib⁹ vulnere, fœmina manabat sanguine.

Pharma cum iniuriæ, à vere lædentis.

Carpebat fluxus, macerans sine fine, cruoris.

Deponere urgentis mali cupiebat dolorem; & licèt Dominum, tangendo, offendit, est consecuta salutem. Hæc est cœlestis nobilis medicina, qua revalescun-

Et ejus virtutes dicere.

Iuvenc. d.

puncta inimicorum corda, recipientium salutem, per offensi obsequiosum medicamen: igitur sanatur promptè altum vulnus offensoris, quandiu offensa læsi studio rependitur beneficijs. Ultima salus per gratiam in sanitatem, nullam ex offensis sperare salutem. O quantus amor in pectore Christi!

Ac benefacere.

8 Pendamus itaque conditionem amoris. Inter herbas sensitivas (credat, cui placuerit, quippe nobis non arridet, quicquid dicat Plinius, lib. 13. cap. 25. de *Charitoplepharone*; Maiolus, *Colloq.* 20. Tom. 1. de *Herva-viva*; Surius, *Ann. Dom.* 1504. de *Agno-casto*) Florem refert Amoris eruditus & ingeniosus Iosephus à Tamayo, lib. 3. in *Hexaemer.* à num. 120. cuius iudicium (& verum est) eius miraculosum ostentum fieri per cacodæmonis pactum. *Memini* (inquit) *cùm malè hospes apud Mauros in Africa versarer; sæpius vidisse florem, quem amoris vocant, vehementissimo veluti sensu ad sui convitia commoveri. Imitatur lilij figuram, colore rubens, sensimque flore matureſcente, purpuraſcens: totus circum eiusdem coloris punctis minutissimis variat; quem sic compressum, necdum in folia explicitum, convitijs eiusmodi incessunt*: Aperitor, Rumpere, Ego melior te sum. *Mirissimum. Illicò quasi concepta ira, flos ille discerpitur, & patet in folia.* Elucet per fictam cogitationem, quod astruit inexcogitabilem veritatem amoris N. Assertoris, qui verè flos divini amoris cœlestis, quoties ab hominibus accepit probra, & pectus aperiut in beneficia: substinuit simultates, & contulit violatoribus honores: toleravit vexationem multis crebris contumelijs, quibus cor respondit donis; ut modò pulsantis fœminæ eius consuluit saluti: flos amoris est: dicit offensis patulum cor: quandoquidem ut flos singularis amoris suscipit injurias, & ipsis iniurijs plus expanditur in gratias. Sapientia incarnata, quæ Salvator N. in cordis magnificentia, de se dicit: *Ego mater pulchræ dilectionis* (Tigur. *Speciosæ charitatis*) *In me gratia omnis viæ & veritatis.* Est profectò dilectio, atque dilectio pulchra. Dilectio est erga amicos dilectioni respondentes, dilectio pulchra erga malevolos dilectionem aversantes. Semper pulchra, cui charitatis decor; sed aliquando pulchrior, dum inimicis favet, & pro contumelijs beneficentiæ singulariter studet: atque in huiusmodi admirabili studio, Christi dicitur pulchra & pulcherrima dilectio; quippequàm apparet beneficus amor, ubi respondebat dolor: quandoquidem confert gratias, dum accipit speciosus ab hostibus contumelias. Radix insignis apparet in donis. Despectu accipere dona, ad dilectionem amoris non est via verùm ad dilectionem pulchram resplendet semita. Favorem invenit amicus & inimicus: omnibus flos amoris aperit pectus: & convitijs & obsequijs ex radice charitatis: flos amoris de radice eius alcendit: ad utrosque speciositate venustissimus fulget: omnisque viæ invenitur gratia; quoniam etiam ad gratiam excitatur per dedecora: equidem plus floreſcit gratia dilectionis honoris; quando malè merentibus, largè favet inimicis. *Gratia omnis viæ & veritatis.* Appositè: in amore Christi verum, quod de amoris flore fictum: equidem cùm præcellat eminenter peccatorum malitiam, & beneficijs sepeliat indignam malevolentiam; candidus, purpureus, punctis, uti vulneribus, ab inimicis notatus; vel accipiens probra, dedecora, contumelias, ut flos verissimi amoris etiam lædentibus aperitur in gratias. Guilielm. Hessius, de *Charitat.* Emblem. 7. accinit:

Quomodò respondet ingratis, & inimicis?

Non his frangitur Amor, sed ligatur:
Iungunt vulnera chara dissidentes.
Debuerat etiam adversis non cedere verbis,
Non etiam ipsis cedere verberibus;
Vulneribus gaudere suis, & morte vel ipsa:
Floreſcis. Leges has tibi scripsit Amor
Optat Amor, gaudetque pati. Quid peccatores.
Si vos ipsa etiam vulnera conciliant.

Guilelm. Het.

9 Contra huiusmodi cœlestem methodum, homines iracundi, impatientes sibi præparant damnum; cùm satius esset illis tollere, vel tolerare, quàm injuriam inferre. *Sapiens colaphis percussus, quid faciet? Quod Cato* (subdit Stoicus de *Constantia Sapient.* cap. 14.) *cùm illi os percussum esset; non scanduit, non vindicavit iniuriam, nec remisit quidem, sed factam negavit. Maiore animo non agnovit, quam ignovisset.* Hæc in dissimulatione iniuriæ molitur pectoris magnanimitas; quæ invindictam simulatione cogitat implacabilis crudelitas: exploratque intus tabescens vindictæ opportunitatem, ut sine læsione possit nequiter inferre usque in præcordia læsionem. Hoc vitio inter innumera mala, abundavit in solio Caius Caligula; qui privus usque in servitutem obsequiosè simulatione profectus,

Senec.

Dissimulare iniuriam accepisse, sinum prudentis, sicut truculentiæ, simulare

Christus cur flos dicatur amoris?

Qui & cuiusnã qualitatis flos Amoris?

Eccl. 24. 24. & 25

Eius amor quare pulcher?

ctus, verùm in throno, depositi, sine fronte insolentissimus. *Obliterato suorum casu, ac si nihil unquam accidisset* (ait in eo Sueton. *cap.* 10.) *Quæ verò ipse pateretur incredibili dissimulatione transmittens: naturam sævam atque probrosam nec tunc quidem inhibere poterat. Flagris, ferulis, colaphis a Claudio vapulat*, nec hiscit. Refert Senec. in *Ludo Claud.* Quid non faceret, qui natus in generis humani exitium & opprobrium? *Caius omnia contumelias putabat* (addit de *Constant. Sapient.* cap. 18.) *& sicut ferendarum impatiens, faciendarum cupidissimus.* Longè igitur debet esse à potentia, secuto dignitatis audacia. Ultio ex potestate indicat, quod labium præ pudore supprimebat. Ostendit, prætermissam iniuriam, quia vindicare non valuit, haud quia prætermitti voluit: etenim maiestate tutus, audax studuit ultioni, quam quidem sine munere nec auderet cogitare. Semper ultio mala est, sed aliquando permittuntur mala: enimvero cum ascensus ad imperium, privatarum iniuriarum neque signum. Adest nostra Tautologia. *Tempus plantandi & tempus evellendi quod plantatum est.* Ex iniuriæ plantatione, tamquàm a radice, oritur fructus, nempè studium captæ ultioni. Excandet ut repositorio cor. Datur munus: Tempus utique evellendi quod irà plantatum est: equidem studium vindictæ in publica dignitate, evellendum è radice. Multiplici probro affici potuit electus: iniuriarum memoriam deleat thronus. Evulsionis venit tempus, quo dedecoris illati in decore nec vestigium; quoniam vel leve vestigium in ipsa assumptione dignitatis deponendum: etenim concidit pudore frons, quando plectitur illusor, eò quod infelix sub potestate sit. Si constituetis super inimicos; ne occidas eos. Causam ostendit Ovid. *Epist.* 7. à v. 73.

Ius tibi & arbitrium horum fortuna salutis
Tradidit: inque tua est vitaque morsque manu.
Perdere posse, sat est; si quem iuvat ipsa potestas:
Sed tibi servatis, gloria maior erit.

10 Miremur pudorem in varijs persecutionibus affecto, ut à pectore nobili exulet ignobilis ultio. Ductus livore Saul insecutus est Davidem, quia sub potestate habuit, non solùm usque licuit, sed usque potuit. Illi opprobrium erat obsequium, atque contumelia officium. Infelix status, quò iram meretur virtutibus. Verùm nulla in pravis pravitas, quam defendit impunitate maiestas: igitur deauratur in commendationem crimen, per prolubium dominantis, legum phreneticam legem. Accidit ut secederet Saul, quò ob eius furorem absconditus fuit David: qui tunc sub potestate, imò sub ictu, sorte devoluta habebat, cuius potestatem sub cuniculis iactatus persecutionibus fugerat; qua impulerat.

Tot volvere casus
Insignem pietate virum, tot adire labores.

Subditum vidit, & iniurioso phantasticè criminatori, ac sycophantæ pepercit. Magni profecto animi persecutorem sine læsione cum potestate dimittere: habere sub ictu & parcere: maximè accedenti cum intentione lædendi. Nihilominùs tamen in signum virtutis, & ansam reconciliationis (ut ampliùs fulgeret virtus, dum ladentem quæreret in reconcillationem offensus) solicitavit pignus. *Surrexit ergo David, & præcidit oram chlamydis Saul silenter. Post hæc percussit cor suum David, eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul.* Quid vitiositatis in actione, ut David illius tantà afficeretur pœnitudine? An cogitatio de nece, quam incursu revocavit? Placet Abulensi hìc *quæst.* 4. ex textu ibid. v. 11. Verùm dum dicit: *Cogitavi, ut occiderem te*: non est intelligendus assensus, sed cogitationis impulsus, astruens Davidis virtutem, qui in occasione vindictæ ipsam etiam repulit cogitationem. Magis utique tæderet propositi necis, ubi pœnituit præcisionis chlamydis: *Eò quòd abscidisset oram chlamydis Saul.* Quodnam ergo dedecus invenit, ut pectus pœnitudine percuteret? Magnus næ ex operatione dolor. Quæ causa doloris? Nobilis animi pudor. Malevolum, malum, malitiosum persecutorem invenerat & malignum; in se invectum, quippe viderat subditum. Cùm verteretur casu vel provide sors, habuit potentem sub se, de quo recordatus quòd tyrannicè vexaverat ad lubitum & placitum disponere quibat: & abscisso segmento chlamydis, induitur facies confusione pudoris; ut doceat quomodò sese geret in munere, qui inimicum infestum habuerit sub potestate: equidem vel occasione vindictæ, pudor ut dedecus dignitatis, inimicorum tangere vel pilum vestis. Vividè vernaculè: *Aunque se venga la ocasion rodada, ni llegarles al pelo de la ropa.*

Sueton. — Senec. — *Crudelitas Caligulæ.* — Idem. — Eccl. 3. 2. — *In dignitate ultionis motus, dignitatis decus.* — Ovidio. — *Assumpti in tormū, nihil putare indignum.* — Virgil. Æn. v. 13. — 1 Reg. 24. à 5. — Vers. 11 — *Summè licet Iesus qui accipit dignitatē fugat vel in minimis ultionem.*

Princeps malignitate cordis, cuncta signat læsæ crimina maiestatis.

11 Noluit ansam præbere maligno, ut in eum maior concitaretur cordis infensi indignatio: quippe qui subditi virtutibus accendebatur colore vitij plus bile commotà in illum irritaretur. Quærabat Saul crimen, vel saltem speciem: & de præcisione chlamydis secum David ipse animo dolet, pectusque pœnitudine percutit; quoniam ex actione tyrannicam diuturniorem molestiam, auctoritatis muneris signaret uti iustitiam: etenim attigisse filamina vestis, argueret in offensionem crimen læsæ maiestatis. Altiùs erecta virtus Davidis, dum impetè quasi ex abrupto persecuit alam depositæ in terra chlamydis. Decurtatio vestium inter Hebræos designatur uti opprobrium. 2. *Reg.* 10. à 4. Totus animus læsi, ubi cor extra virtutem, intendit dehonorare Superiorem, notare verba interprete cavillatrice malitià, ut vel in honestioribus pullulent probra; careatque æstimatione, quæ illi debetur saltem dignitate; quasi esset honor iniustè læsi, vivere persequentem sine honore; & quasi despectus, testimonium staret innocentiæ: chlamydeque rescisså, cor Davidis intimè pupugit pœnitentia: ut absque ulla vindictæ specie, Præsidis estò inimici consulatur honori: igitur ut proprium pudore cogitavit opprobrium, Superiorem coram subditis apparere aliquomodo ridiculum.

Malum studium, aliud amare Superinimicū.

12 David ergo inimico parcit, dum in vindictam amicorum conventus nimis urget. Erat conventus malignantium, quorum prudenter Præses debet cavere propositum: quandoquidem ut amicis faveat, perficit sæpesæpius de quo pœniteat. Socij Davidis ob Saulis diram tyrannidem, cum illo tolerabant persecutionem: reprimitque David suggestionem sociorum; utpotè in dedecus, inimicorum consilium. *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam.* Videtur ex amore obsequium, & est pestiferum odium: quandoquidem Superiori optatur cum potestate auctoritas; ut illorum in munere & non illius ulciscatur iniurias. Renuit David, periculum cognoscens, atque ab incommodis cavens. Nemo iniuriam animo perpetrat, qui non timeat. Hi consultores sine periculo accedunt: impunes periculo Superioris vindicantur: etenim si ex vindicta malum surgat; patitur Præses, qui fecerat, sed non amicus qui suaserat.

Vers. 7. *Cavea. Præsidà quibus habet à latere.*

13 Semper ab illis in ultionem pulchra species, ubi opus totum plenum fœditatis. Cùm iaceret Saulus infensus sub Davidis potestate (equidem cum periculo noluerunt ulcisci) ei dixerunt: *Hæc est dies de qua locutus est Dominus ad te: Ego tradam tibi inimicum tuum; ut facias ei, sicut placuerit in oculis tuis.* Quid pulchrius in apparentia? Profectò optabilis amicitia; sed præpostera: cuius prætextum amandavit, qui propter Deum inimico pepercit: etenim facilior aditus in ignominiam propudiosam ultionis, colore exactionis inviolabilis legis: & impunè iniurias vindicat cor, velamine legis Dei; cùm Superiori congruat, sese exhibere vindicem, non amicorum, non sui, sed iniuriarum in legem. Aliter regiminis error, & potestatis furor; cùm sit læsi cordis indignatio, cogitantis crimine, obsequium præstare Deo: renuitque David vel hostis ulcisci iniurias, ne deturparetur per amicos in potestate potestas: igitur cùm vindicta dulcis sit, & pro illa tabens sic eviscereturcor; præceps offensus, auctoramine tendit in inimicorum offensionem, quippe arbitratur factam iuxta divinam legem & voluntatem. Vide dicta *Tautolog.* 7. *Didasc.* 1. *à num.* 8. Exitum huius furoris describit Seneca. *Huic irasceris, deinde illi: parentibus, deinde liberis: notis, deinde ignotis: ubique enim causa superstant* (ait 3. de *Ira*, cap. 28.) *Hinc te illò furor rapit, & illinc aliò; & novis deinde irritamentis continuabitur rabies. Age infelix, & quando amabis? Quanto satius, amicos parare, inimicos mitigare, Rempubl. administrare, transferre in res domesticas operam; quàm circumspicere quid alicui possit facere mali; quod aut dignitati eius, aut corpori vulnus infligas? Furor, cum id tibi contingere sine certamine, sine periculo non possit; etiam si cum inferiore concurses: vinctum licèt accipias, & ad arbitrium tuum omni patientiæ expositum.* Quanta malignitatis iniquitas! Munere abutitur, quasi numquàm defectura potestas. Tædet multoties non tam iniuriæ, quàm factoris ignominiæ; qui adversus legem exercet arroganter potestatem, ut se posse putent, & experiatur quid possit. Unde Antigone apud Sophocl. in ea, à v. 936. querula dicit:

Vers. 9.

Sub prætextu legis diritas ultionis.

Senec.

Potestas attonat iracundos in furorem.

Videte Thebarum Principes,
Qualia à qualibus viris patior,
Pietatem colens.

Sophoc.

14 Sit ergo pro Didascaliæ coronide, quod ex Livio lib. 25. legitur apud Valer. Maxim. *lib.* 5. de Quinctio Crispino, cuius mansuetudinem potentissimi affectus, ira, atque

Lædentè satius est monere, quàm vincere.

atque gloria quatere non potuerunt. *Badium Campanum* (ait *cap.* 1. num. 3.) *& hospitio benignissimè domi suæ exceperat, & adversâ valetudine correptum attentissimâ curâ recreaverat: à quo post illam nefariam Campanorum defectionem* (post Annibalis victorias) *in acie ad pugnam provocatus, cum & viribus corporis & animi virtute aliquanto esset superior; monere ingratum, quàm vincere maluit* (ingratus, quia non convincitur, non vincitur: accipit in benefactorem arma, quia fateri renuit, vel cognoscens beneficia) *Nam quid agis, inquit, demens? Quò te prava cupiditas transversum rapit? Unus tibi placet, in quo sceleste exerceas arma, cuius penatibus & honoris vicissitudinem & salutem tuam debes? Si in concursu exercituum fortuitò umbonis mei impulsu prostratum agnovissem, applicatum iam cervicibus, mucronem revocassem. Proinde aliam, qua occidas, dextram quære; quoniam mea te servare didicit. Dedit utrique cœleste Numen debitum exitum: siquidem in eo prælio Badius obtruncatus est: Quinctius insigni pugnâ clarus evasit.* En tota historia Davidis, postquàm Saul recessit è latebris. Commodius iudicavit iniuriam ferre, quàm inferre: equidem vincit patientia ad quæ non valent nec arma. Animus indulgentiâ quietem quærat, quam minimè obtinebit, nisi parcat. *Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem redire. Iniuriam non facere, sed & factam patienter sufferre:* monet suos SS. Benedictus, *Regul. Sanct.* cap. 4. Ibi Gabriel Bugnotius accinit:

Valer. Max.

Optimè posse ulcisci, & & nolle.

S. Bene.

Bugnot

Non læsam invadat vehemens commotio mentem,
Vindictæ celeres quærere docta modos.
Ante diem clausum fratri delicta remitte;
Sicque tibi speres reconciliare Deum.

Ephes. 4. 26.

15 Priùs Paulus: *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Quieti facta nox: studendum ergo quieti; quæ non fit, nisi iniuriarum oblivione: equidem ni sit studiosa oblivio, datur studio vindictæ, quod in serenitatem deberur somnio. Quiete dormiendum, sed non quietè, si corsalium: igitur dum urget stimulus læsionis ulcera pectoris, totum tempus requieturi in vindictæ insanas machinationes. *Habet noctes laboriosas, & menses vacuos;* quandiu typo vindictæ tumuerit pectus: etenim dum vindicta crepera, & præsens offensionis memoria; frustratur cogitatio in meditatam ultionem, sed dolorem conceptum habet præsentem. Pharmacum ergo vulneri, ante Solis occasum lædentem amicum facere. In noctem tranquillam, Sol non occidat super iracundiam vestram. Satius est, probra, & simultates, contemptum & contumelias remittere; quàm pungentibus curis solicitare quoquo modo inferre. Voluntarius planè labor, electus dolor; quippe priusquàm ultio sumatur, si sumitur, à se vindex crebris doloribus & cruciamine plectitur. Si Sol est intelligentiæ, idex facultas vigilantis rationis, & senaculum sanæ venerabile mentis; pectus vindictam excutiat, ne Sol mentis & rationis occidat: equidem dum furiosè intenditur vindicatio (cùm fiat sæpe ex abrupto, sine iudicio) in quem vehitur ultor, nec sentit quidem læsionem; sed ille præ furore, mentis demonstrat phrenesim, damnum proprium haud prospiciens, & suo se telo confodiens. Ad rem Hesius ubi suprà, à v. 3.

Iob 7. 3 Utilitas indulgentiæ iniuriarum.

Cauta parum si verba tuus tibi dixit amicus,
Flent oculi, vultus deficit, ora tremunt.
Sed magè debueras (*quod amor suadebat amanti*)
Quicquid erat, vultu dissimulante, pati.
Concordes vos hora etiam suprema videbit.
Nec nisi cum socio coget amore mori.

Patientia etiã necessaria; ne rumpatur amicitia.

Hesius.

DIDASCALIA VI.

Egregia res est, mortem condiscere.

1 HÆC Seneca, *Epist.* 26. ubi etiam: *Incertum est, quo te loco mors expectet: itaque tu illam omni loco expecta. Qui mori didicit, servire dedidicit. Gratias mihi ago, quòd non sentio in animo ætatis iniuriam, cùm sentiam in corpore: tantùm vitia & vitiorum ministeria senuerunt: viget animus & gaudet, non multum sibi esse cum corpore: magnam oneris partem sui deposuit. Exultat, & hunc, ait esse florem suum.* In quem ergo fructum? Dicit: *Ut si quando res exiget, nihil nos detineat nec impediat, quominus parati simus, quod quandoque faciendum est, statim facere.* Ita debet esse Christianorum animus, ut sine conscientiæ morsu exultet ad mortem pectus: si conditionem humanam comitantur vitia; condiscere mori, sine dubio res egregia: equidem per illius contemplationem & examen, moriuntur vitia, ante la-

Senec.

Ante mortem quomodo moriantur vitia?

Idem. laborantis mortem. *Nemo venientem mortem hilaris excipit, nisi qui se ad illam diu composuit* : subdit idem, *Epist.* 30. Imperatus, mœstusque iacet, nec mori didicit : qui tunc incipit vivere, dum incipit mori : igitur haud deserit voluntariè vitia (quantumvis videatur criminum pœnitentia) in angore & afflictione mortis; sed deseritur à vitijs. Unde cùm ab illo momento pendeat animæ momentum vel incommodum ; venturæ mortis nobilissimum studium : etenim cadente vitâ, magna & egregia victoria, quod ubi vitia inveniuntur, non appareant ulla vitia.

Haud virtus à vitijs relinquit, sed relinquere vitia.

S.Bene. 2 *Mortem quotidie ante oculos suspectam habere* : monet suos Monachorum Pater & Dux SS.Benedictus, *Regul.Sanct.* cap. 4. Perfectos in instituto Monastico cupit, & de mortis contemplatione monet : quandoquidem nulla via aptior in perfectionem virtutis, quàm crebra cogitatio futuræ mortis. Illius insidias exponit in animæ dormientis vigiliam, quippe oportet præmeditari insidiosam : igitur tunc celeriùs advenit, cùm fugam fingit: ictusque in vulnus cedit; eo quòd anima illo in articulo extrahitur, seu exspuitur, sed non deponitur. Hermann. Hugo in *Anim.suspir.* lib. 1. *Gemit.* 7.

Stimulus in culmina virtutis, meditatio mortis.

Sic ego te fictos rebar mihi ducere vultus,
Utque magis sequerer, fingere velle fugam.

Herma. Hug.

At geritur video, dicto res seria bello,
Falsa : nec ut rebar, larva, sed ira fuit.

Vnde mors insidiatrix?

Acrior enim ictus, quippe animus minimè doli & insidiarum suspiciosus : maioremque vulnere accipit vexationem ; quoniam non cognovit insidiosam ad ictum, insidiantem. Non solùm suspecta, sed ante oculos collocanda, quia suspecta : etenim cùm suggestione criminum formetur dolus, ut in pœnitentiam spe futuri temporis, dormiat animus ; subitò quam à tergo (si ventura) cognoscit, improvisa malignè coram oculis apparet. Hinc SS. Patriarcha subdit : *Actus vitæ suæ omni hora custodire.* Sanè vigilanter custodiet, qui mortem ante oculos suspectam habuerit. Gabriel Bugnotius ibid. succinit:

S.Bene.

Scilicèt incertæ est natura obnoxia morti:
Ergo cuncta tuæ vitæ momenta repende.

Bugnot

Cur oportet ante oculos illam habere?

Timebit utique vel cogitare peccatum; qui suspicatur mortem exploratricem in ictum : cunctaque adimplebit legis, qui futuram habuerit, ne insidietur, coram oculis : excitat quippe quàm in status perfectionem, quæ futura inevitabilis, præmeditari præsentem : nemo namque in iudicium iturus, ita sine iudicio, qui audeat instante morte, consentire peccato.

Eccl. 3. 2. 3 *Tempus evellendi quod plantatum est* : dicit noster Pleonasmus. Satius, tempus ante tempus; ut mors sit vitalis memoriâ & non entitate mortis : igitur dum animus ipsa in vita mortem concipit, priusquàm evellatur vitijs omnibus exaret. Tempus præsens est tempus evellendi, ut mors præcognita non sit mors in vitæ fine; quippe remota sunt mala, priusquàm deficeret vita : etenim in morte horror mortis separatur, si vita priusquàm invitè sic evellatur, evellitur. Eisdem ferè verbis Stoicus, d. subdit : *Si cui contigit ut illum se actus leniter emitteret, non repentè avulsum vitæ sed minutatim subductum ; ne ille gratias agere Dijs omnibus debet, quod satiatus ad requiem homini necessariam, lasso gratam, perductus est?* Non mori ur qui iam mortuus : fit dumtaxàt ad æternam vitam transitus, in quo summa felicitas; quippequàm per mortem finem accepit mortalitas : quod quidem sine dolore, ultra sensum; etenim totum ad requiem, sensim & minutim factum. Sophocl. in *Trachin.* à v. 1277. accinit:

Senec.

Mors sufferatur, si concipitur.

In morte requies malorum:
Hæc finis huius hominis ultima.
Gratum & invitum opus.

Sophoc

Ingeniosè prorsùm. *Opus invitum & gratum.* Invitum, quia mortem præcogitare horret animus. Gratum, quippe labor ante laborem perpessus: igitur finem non habet, qui prævenit : & qui moritur quotidiè, non potest mori. Dolor morte gravior in meditatione mortis : gaudet animus in consummatione finis : & ad mortis adventum, mors dicitur opus gratum & invitum ; quoniam licèt per violentiam mors sit extremum malorum, opus utique gratum, quippe malorum extremum: quandoquidem in mortis cruciamine, & separatione vitæ, quasi nihil cruciaminis; respectu molestiæ ex meditatione mortis. Unde summè gratum, quantumvis opus invitum; quippe in mortis dolore venit solatium. Non dicitur *mors hominis ultima finis*, sed *huius hominis*. Hic homo moriebatur, quotidie vivens. Vivebat quotidiè moriens. Quotidiè sine morte patiebatur mortem, sed non experiebatur acerbitatis dulcedinem, ipso in fine acerbitatis ; quippequàm fugiebat finis: & invitum mortis acerbæ tormentum, obsequium appellat gratum : etenim fine mortis remoto, præsentique dolore venturo,

Vnde mors grata, & acerba.

turo, in mortis meditatione moriebatur sine fine. *Non mortem timemus, sed cogitationem mortis* (subdit Stoicus loc. cit.) *tu tamen mortem ut numquàm timeas, semper cogita.* Cogitatio mortis summum tormentum, atque semper cogitandum? Utique ut excusetur quod videtur summum: equidem si in utroque plena afflictio, præ vitæ separatione maior mortis meditatio.

Senec.

4 Cùm tempus passionis Salvatoris advenisset; cum tribus selectis discipulis Patrem oraturus, in specum discessit: & antequàm ingrederetur in certamen, dixit illis: *Tristis est anima mea usque ad mortem*: priùsque *cœpit pavere & tædere.* De quo pavet? Si de imminente morte; ipse in hominis lytrum quærit. Oblatus est, quia ipse voluit. Cuiusnam tædet etiam amantem cordolij; ut non præ morte videatur oppressus acerbitate tristitiæ? Morte acerbiore quàm mors, qui usque ad mortem tristis est. Contemplabatur mortem: præsentem habebat eius futuram amaritudinem: & qui ad mortem non pavet, repræsentationis tædet; quoniam morte gravior articuli afflictio; ante articulum mortis, futuræ consideratio. Causa liquet ex contextu. Mortis contemplatio est profectò spiritalis, mors verò, dumtaxàt corporis: & inter mortis examen & ipsam mortem, ad obiectionem Assertor N. expavet, qui mortem ipsam non timet; ut exprimat cordis mœror, quantus absente morte, ex contemplatione dolor: siquidem vulnera sine vulneribus dolor præsens exulceravit in pœnam, dum pervenit præsens dolor acerbitate usque in animam. Ex vulnere dolor oritur. Non est vulnus, & summus dolor exprimitur? Iurè de acerbitate mœret, quippe dolor habetur & non apparet: equidem cùm animam tangat, ut intimiùs atque vehementiùs percutiat; mortis vulnus amplissimum sine morte, quippe dolor sine vulnere. Ex effectu patet. Obiecta illa in contemplatione fuere, quæ superventura in dirissima passione: quorum cogitatione crescente in pœnam, & vulnerante animam; *factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Dolor itaque extremus, si ex dolore procedit sudor sanguineus. Commota næ anima & totà commota, ubi occurrit summa pœna, excitata à mortis consideratione, tot vulneribus adactis, absque ullo vulnere; quoniam anima saucia & integerrimo corpore. Quid inter mortem & mortis cogitationem esset discriminis, explicatur ex dolore cum varietate certaminis; vulneribus in corpore, in animo sine vulnere. Unde cùm cruciamen magius, ubi sanguis & non vulnus; ut prementis angustiæ demonstraret dolorem, cogitatione mortis sudavit sanguinem. Agon declaratur ex pœna: *factus in agonia.* In agone sine mœrore, atque modò sudat sanguine? Est & summum discrimen inter mortis repræsentationem & cruciamen: in mortis articulo est agon lethali vulnere: sine articulo, mors acerbior sine morte. In illo corpus sanguine manat, in hoccine, tantùm sudat; quia mors cum vitalia ce: est agon sine mortis agone; sed vulnus animæ sine corporis vulnere: atque Christus; ità oppressus sudat sanguine; quippequam ipsà morte maius tormentum patientis, ex cogitatione mortis.

Matth. 26.38. Marc. 14.33.

Morte gravior afflictio, ventura consideratio.

Luc. 22. 44.

Ibid.

5 Occurrit obiter quantus Christi erga homines amor, dum urgebat maior dolor. Sudor sanguineus prodijt ex amoris resistentia; quo probatur victoria & insignis pugna. Unde Paulus, etsi Hebræis concedat certamen, abnuit summam certaminis; dicens: *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis.* A Christo signatur cum resistentia pugna. *Spiritus promptus est, caro autem infirma.* Caro & hominum ingratitudo contendebant adversus amorem, qui ut vinceret, in hominis gratiam demonstrabat spiritus promptitudinem. Ingratitudo premebat, amor adversus instabat. In adiutorium antiqua pravitas traxit omnium criminum torrentem; verùm aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Utrinde validissimæ acies, sed phalanges charitatis in pectore validiores; tametsi caro cadere timebat in prælio. Perstitit dilectio cordis, etsi defecerit caro. Fortissima sane pugna. Hinc amoris agonia: sed vicit, quoniam non solùm restitit usque ad sanguinem in fervore conflictionis, sed usque in sudorem sanguinis. Summi impendij erat vel in sublimi amore, ingratitudinem & cuncta crimina vincere; quoniam quæ erigebat charitas, demoliebatur iniquitas, & peribat salus hominum, modò prævaleret manipulus iniquitatum. Ut hæ caderent, summa Christi laboris: summus labor patet ex sudore sanguinis. Unde ut restituat gratiam, sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram; quoniam in certamine totum amoris propositum, conferre homini salutem, quamvis necessarium esset in pugna, pro victoria sudare sanguinem. Ergo in articulum Didascaliæ.

Hebr. 12.4.

Amor Christi erga homines eminenter sublimis.

Laborat usque ad sanguinem, ut vincat ingratitudinme.

6 Si propter mortem in angorem factus, maior videtur agon, dum magis atque magis propiat interitus. Nullo modo: surgitque validè constans, qui dudùm præ molestia sanguine sudans; quippequàm sunt vires ad mortis faciem, & deficiunt ad mortis con-

templationem. Fallitur Euripides in *Alceſt.* dum dicitur ab illo, v.671.

Si enim propè veniat mors,
Nemo vult mori.

Euripid

Si contemplatus eſſet; dum propè, magis placuiſſet: equidem præſentis mortis inſtantijs, liberaretur à pœnis in cogitatione mortis. Hinc amara mors à Siracide non dicitur amara; ſed tantùm mortis memoria. *O mors, quàm amara eſt memoria tua!* Propter quod unũquodque tale & illud magis. Verùm nequaquàm in contemplatione mortis. Specie ſolent vinci, quæ cedunt patientiæ: diciturque mortis amara memoria quaſi mors præſens non eſſet amara; quippe tanta ex contemplatione mentis amaritudo, ut tormentum advenientis poterit dici dulcedo: equidem ſi mors ſummum dicitur cruciamen; cruciamen menti ex cogitatione articuli ſupra ſummum. Hac de cauſa N. Salvatoris animæ & uſque in mortem triſtitia:

Eccli. 41.1.

Cur mors non amara, cum mortis memoria?

Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem.

Ubi ſup

Tunc angore gravi mœſtus ſic voce profatur:
Triſtia nunc volvens animus mihi pectora turbat.

Iuvenc.

Morte tenus.

Ut accinit Iuvencus, 4. *Hiſtor. Evangel.* v. 487. Morte tenus. Illuduſque cruciatus. In morte nullus? Summus utique, ſed cum maioris levamine. Mors erit opus conditioni humanæ invitum, verùm menti patientis animæ gratum; igitur mortis advenientis ærumnis, evaneſcent tormenta cogitationis. Rationem exponit Sirachus. *Cogitatus præſcientiæ avertit ſenſum.* Vulnus, maiorque ictus dolorem minoris delet: præſcientia mortis ex cogitatione facit: venit dolore, ſed evaneſcit dolor; quippe iam habetur maior: opuſque dolenti quod videtur invitum apparet gratum; ſiquidem ad dolorem in morte non habet ſenſum. Hinc ſolicitatur mors, ut tantus dolor non ſit: etenim advenientis mortis totum ſummovet dolorem, quæ cogitata præſcientiâ ſopijt ſenſibilitatem.

Eccli. 31.2.

7 Ex articulo præſenti propoſitum totum patet. Aſſertor N. Ieſus, ut vidimus mortem proſpiciens ſudavit ſanguine. Venit hora, & poteſtas tenebrarum, ut quæ ad mortem perducerent, ſubiret dolores vulnerum, cum dedecore & opprobrijs ab inimicis præſidibus cogitatis; dixitque dormientibus diſcipulis: *Venit hora: Surgite, eamus.* Iuvencus, d.v.512.

Marc. 14.á 41

Iam dormire licet;
Nam venit ecce meum qui dedat in omnia corpus,
Quæ maculata meis imponet factio membris.

Iuvenc.

Vos autem ſtricto, quid me comprehendere ferro,
Fuſtibus & gladijs concurritis? En ego vobis
Occurro.

Vigilantiùs Evangeliſta: *Ieſus itaque ſciens omnia, quæ ventura erant ſuper ſe: proceſsit.* Amor uti vehemens impulit, ut homo citiùs redemptionem haberet, & comprobaretur flamma per vulnera: ſimulque pro dilectis (nequaquàm diligentibus) ſubiret mortem, effunderet totum ſanguinem. Sublimior præ amore, ſignetur Achille; qui ſciens ſe in bello moriturum, aſcendit nihilominùs in bellum, & ſimul in triumphum: equidem amor triumphavit, dum corpus vulneribus adactis in bello corruit. Homer. 13. *Iliad.* v. 663. & Spondan. hìc:

Ioann. 18.4.

Chriſtus occurrit morti, pro inimicorum ſalute

Qui benè ſciens fatum perniciosum, navem aſcendit.

Homer.

Iam enim inventus eſt, qui intrepidus morti occurreret. Amor depoſcit; ut diximus in expreſsionem, eiuſdem amoris, ex Seneca, *Tom.5.T.4.D.1.n.8.* Videſis.

8 Ergo amore ductus *ſciens Ieſus, quæ ventura erant ſuper ſe, proceſsit.* Dudùm non pavit? *Quidni non timeat, qui mortem ſperat?* ait præf. Stoicus, *Epiſt.* 102. An quia non meruit, qui in hominum vitam & libertatem optavit? Dicit vel Ethnicus, 2. *Silv.* 1. à v.217.

Senec.

Et optat.

Quicquid habet ortus finem timet. Nos anxia plebes
Nos miſeri, quibus unde dies ſuprema, quis ævi
Exitus, incertum: quibus inſtat fulmen ab aſtris,
Quæ nubes fatale ſonent. At ille
Non timuit, meruitve mori.

Stat.

Non timet mortem, qui mori non timet: nec mori timet, qui mortem haud meruit.

Digna & indigna, proſpera adverſa omnia
(Adverſa quem non vellicant?) cùm ſciat incurrere;
Beata cui eſt vita, valet.

Morell.

Ut ſuccinit Morellus, hìc. Perit enim vitalis halitus, verùm non amoris virtus: equidem ſtrenuè demonſtrat fidem, inquirere non metuere, vinci, ſed vincere mortem. Iuvat ire per ignes, & dare pectus enſibus paratis.

Eius amorem mors non vicit, ſed probavit.

Sed timere neminem verus poteſt.
Non trepidat duras res animoſus amor.
Exemploque docet tales nos quærere amores:
Tranſilit & fati littora magnus amor.

Senec.

Ot. Væn

Hæc decerpta ex varijs AA. Vide Senec. in *Medea*, v. 416. Virgil. 6. *Æneid.* v. 444. Propert. 1. *Eleg.* 29. v.12. Oth. Væn. *Embl.* 51. & 123. ac Camer, 1. *Emblem.* 31. Propoſito igitur.

Qui

9 Qui mortem mœstitudinis specimine horruit, modò inferendis occurrit? Profectò: *Sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit.* Si didicit ex his quæ passus est; necdùm passus. Unde scivit quæ ventura & omnia: Ex morte iam meditata, cuius cruciamen eum vexavit usque in sanguinis sudorem. Ex passa dira molestia, didicit in passione quæ ventura, & etiam omnia, siquidem omnia, quæ exantlanda usque in mortem acerbissimam crucis, prídem didicerat ex contemplatione mortis. Hinc morti occurrit, ut intentionem cruciaminum morte levet; quippe opus blandimine crudelitatis gratum, quod vitæ uti adversum molestissimum: igitur cùm hic semel, ibi sæpe cogeretur mori; dulce prorsùm, & mortem & morte pati. Mori utique amarum: respectivè non acerbum. Unde sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit, & se cupientibus obtulit; quippequàm si vulnera, ignominia, oprobria modò cum morte vexaban: , mori acrioribus tormentis cogitatione didicerat. Nobis ergo exemplum reliquit ad sensus, ut mortem ipsi in morte non sentiamus: etenim ut mors felix sit, atque vitam regat lex, in mœrore mortis plenissimè exultet cor, ac habeat homo exitum omnimodò faustum, quem optat momento articuli ad votum; non solum in morte, sed in vita ad sensibilia prava studiosè adimit sensum.

Unde clarent mortis examina, quæ superventura in morte?

Cur Christus vitæ interitū accepit uti solatium.

10 Mortis, ut vidimus, n. 6. Siracides proponit amaram; subditque: *O Mors! bonum est iudicium tuum homini indigenti.* Maluend. *Pulchrum, iucundum & dulce iudicium tuum.* Si in morte, ut ita est præponit amaritudinem, cur modò eius exponit dulcedinem? Unde pulchritudo, si pulchritudinem destruit? Unde iucunditas, si mœstitudinem affert? non sunt contraria, quæ videntur opposita in testimonio. Aliud de morte, aliud de mortis iudicio; quippe summæ iucunditatis & dulcedinis iudicium mortis. Fit igitur hoc iudicium mortis cogitatione, pro voto benè moriendi, ut sit in gratia & avertatur culpa: ut vitia tradantur letho, antequàm moriatur homo; qui instantia eius consideratione validè exponitur vitijs. Undè cùm his opprimatur, qui futuræ mortis obliviscitur, & purus ad amussim legis vivat, quem mortis memoria vellicat, signatur nihil amarum mortis iudicio, quippe in morte tunc apparet quanta iudicij dulcedo. *Bonum est iudicium homini indigenti.* Quisnam hic dicitur indigus? Qui habet defectus, sub peccato venundatus. *Vitijs deditus*: ait Palatius, & Iansenius. *Delirus* Saä. Qui laborat in vita huiusmodi affectu, indiget mortis iudicio; ne pereat in morte qui sine sensu moritur transcursu vitæ. Ibi tamquàm in speculo explorat, delirum perventurum ad mortem: amplecti si non desistit, quam illud usque sequebatur voluptatem. Ibi contemplatur pravus, animæ inimicorum instructos dolos, in æternam prorsùs supplantationem, ni redierit à veterno in sanam mentem; & pericula æternæ damnationis, ni resipiscentiæ vulneribus maturè caverit à periculis: hisque & alijs indigenti mortis amaræ iudicium, dulce, pulcherrimum, gratum; quo iam peccatori confert gratiam, atque deliro prudentiam.

Ecclí. 41. 3. Maluen

Cur considerātio mortis amarissimæ dulcis?

Palat. Iansen. & Saa.

Eius commoda.

11 Delicat Paulus. *Carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.* Felix næ vita, ubi caro crucifigitur, & viva moritur. In illis qui moriuntur in vita, vivit cum vitijs carnis concupiscentia; ut sensum, quem non habuerunt in vitalitatis tramite, habeant infelices in morte. Haud tunc inutilem pœnitudinem haberent, si utilem ante articulum habuissent; respiciendo in iudicij mortis speculum, ut acquirerent iudicium: equidem cùm hoc vitia inolita sepeliat, & mentem etiam furentibus conferat (ut avide percupitam iniquitatum dulcedinem, in morte cognoscant acerbam amaritudinem) in acerbitate amarissimæ mortis dulces haberent delicias; quippe iam crucifixissent vitiorum rabiem & carnis concupiscentias. Sanè eget, quisquis in hoc mundo vivit: alij ut peccatores phrenetici: alij ne sint peccatores. Hi ne cadant, illi ut pœnitentiæ accedant. Indigentibus bonum mortis iudicium, ne redigantur usque ad mortem indigentium; qua peccatores traduuntur æternæ pœnæ, quia nullus est, qui recogitet corde. Qui se componunt ad iudicium mortis, sicut egentes, sed multos locupletantes: igitur dum mortis acerbitatem in speculo explorarunt; concupiscentias vitiorum cum carne crucifixerunt.

Galat. 5. 24.

Vitia sepelit, & furenti mentem confert.

12 Mors hæret in mortis iudicio, ne noceat, nec veniat mors. Difficile prorsùm est. In morte evanescunt vitia, & ante sepulchrum sepelitur etiam in vitia concupiscentia; igitur deficiunt in homine sensus, unde corporis motus. Idem in iudicio mortis, quo fit crucifixio carnis, ne homo moriatur in morte; quia accessit cruci: etenim si cadaver sine sensu, si cadaver sine motu; in carnis crucifixione iucundum (cum hoc iudicio) ad peccatum, nequaquàm habere sensum. *Carnem suam crucifixerunt.* Quàm propriè! Quod in morte videtur, crucifixione carnis, iudicio mortis perficitur: igitur

Quare in mortem intentus, dicitur crucifixus?

cùm deficiat præ formidine à corpore sensibilitas; sicut mortui, sunt in vita, ad carnis concupiscentias. Opus elucet illustre; ubi continentia confertur crucifixioni. Qui crucifigitur nec manum nec pedem movet, imò nec movere valet. Ubi maior doloris acerbitas; erumpit altæ dulcedinis suavitas. Quod invitum ac violentum, patet optabile & gratum. Iam dulcedo, quæ mortis amaritudo crucifixione carnis, in ipso iudicio mortis: etenim felix undecumque cruciatus, ex quo ad concupiscentiæ vitia in vivente neque motus. Mortuus est? Utique, sed cum discrimine. Carne confixâ clavis, Psal. 30. 13. *tanquàm mortuus à corde.* Non est mortuus, sed est *Factus*; & sine mortis periculo, quia factus mortuus, cruci affixa concupiscentia, sine qua nec ulla vitia: diciturque bonum, dulce, pulcrum iudicium mortis, quo caro & concupiscentia sunt in afflictione crucis; quippe nequaquàm ex vexatione afflictio, ubi ad vitia sensus inest sine sensu, atque motus sine motu. Dicit Philoctetes Ulyssi apud *Sophocl.* in eo, v. 517. & Morell. loc. cit. *Silv.* Stat. v. 221.

Olim ferenda fata mortis noveram;
Sophoc. *Licet non promulgasses: ut anticipem diem,*
Fatis statutum; id deputo in lucrum mihi.

13 At quale lucrum? Num vivere in corpore ultra corporis passiones, & in carne sine passionibus carnis? Celsius utique: moriendo nimirùm non posse mori. Non enim habet in mortem exitus, qui in vitalitate mortuus: igitur in illo videtur ante diem (emortuis concupiscentijs effrenis carnis, exulibus vitijs quicquid facit in vivos potestas mortis. *Qui mente concipit* (ait Stoicus *Epist.* 102.) *nullos horret exercitus,* Senec. *nullis ad timorem minis agitur, non terretur tubâ.* Quæ tuba in terrorem? Dicit plutarchus in *Caio Gracch.* ad causæ alicuius iudicium renuentis examen. *Hunc à maioribus* (inquit) *morem accepimus, ut qui capitalis rei postulatus, in iudicio non compareret;* Plutarc. *manè ad fores eius tibicem accessisset, eumque tuba evocasset.* Unde Ovid. *Epist.* 12. v. 144. ait:

Ovid. *Quo propior vox est, hoc mihi peius erat.*

Tuba olim capitis reus vocatur in iudicium. Tuba iudicij est, ad cuius sonum, aut clangorem per corporis infirmitatem, quilibet hominum pavet: & eum qui priùs cogitaverat mortem; tuba non terret; quoniam dum occurrit terrificæ tubæ & clangoris argumentum, iudicio mortis, mortis haud formidatur iudicium.

Eccli. 41. 5. 14 Monet quò suprà Iesus Sirach. *Noli metuere iudicium mortis*: Idest, mortis sententiam, ut placet sacris Expositoribus. Vocat in iudicium tuba, & iudicium non timendum, quò discutienda sunt acta? Haud formidandum formidabile, quia sine morsu conscientiæ. *Si nos metipsos iudicaremus non utique iudicaremur.* 1. Cor. 11. 31. *Nunc* Etiam *iudicium est mundi*: & mortis non timendum iudicium; quia iudicandum in morte, mortis meditatione iudicatum. Non solùm iudicium, sed & mors non formidanda. *Noli timere*, quippe nequaquam timenda: unde S. Franciscus dicebat: *Benè venias soror mors*: apud VVading. *Annal. Minor.* ann. Christ. 1226. *num.* 22. Ita Christi fatuelus, inter sapientiores sapientissimus. Lætus iudicem sustinet: & cùm tempus propinquæ mortis advenerit; de gloria retributionis hilarescit. Unde timoris argumenta, si clangit beatitudinem tuba? Unde ergo de morte metus, si mortis iudicio animus iam mortem passus? Sensùsne inferet dolorem? crucifixione carnis, nec specimen. Iam passus mortis iudicio, quæ passurus in articulo mortis: quapropter ubi formidabile totum, nil omninò formidandum; quia cogitatus præscientiæ semovit à sensu sensum. Haud sentit mortem, vel diram, qui præparatus ad horam. Non timet tubam, quia mors in morte, pridem considerata, non est. *Mors ultrà non erit: neque luctus, neque clamor: neque dolor erit ultrà.* Apocal. 21. 4. Unde forma in luctum, ubi iam iudicium factum? Ex sensu, doloris cruciatus: unde dolor, si abest sensus? Unde clamor ex tuba, si occurrit gloria? Si luctus, dolor, atque clamor ex morte vicina est; nihil horum, quia non mors: siquidem quicquid in mortis articulo formidabilis cruciaminis, sopivit omninò prævia contemplatio mortis. Statius lib. 5. *Sil.* 1. à v. 55.

——Teneantur dura sororum
Licia, & exacti supereſt pars ultima fili.
——Heu, Durus fati tenor! Est ne quod illi
Non liceat, quantæ poterant mortalibus annis
Accessisse moræ.

Statius.

Non moritur morte, qui vivebat carnis crucifixione cadaver. Tuba iudicij non sonat, cuius nihil ad iudicium. Tulit è vivis amor, quod in alijs facit dolor. Hinc amor ad tubam mortis, qua clangit fama surdescit.

Amore in Deum, hanc formidandæ mors.

Verus amor surdis auribus esse solet.
Prorsus ab illius pectore suspicio
Exulat omnis.

Oth. Væn.

Inquit Otho Vænius, *Amor.* Emblem. 34. Causam aliò signavit Persius, *Satyr.* 5. v. 96. in nostrum articulum retorquendam. Timor mortis urget, sed

Stat contra ratio, & secretam gannit in aurè,
Ne liceat facere id quod vitavit, agendo.

Perf.

Actum

Actum vitavit, dum egit. Tenor fati iam non durus. Non potest mori, qui mortuus.

Genes. 2. 14. 15 De flumine quarto oriente è Paradisi fonte, dicit Moyses: *Ipse est Euphrates.* Quorsùm *Ipse*, si etiam ipsi fluvij socij & ab eadem origine? Si inter alios insignis, unde Lucanus vocat *Magnum*, haud excludit Tigridem.

Lucan. *Quaq; caput rapido tollit cum Trigide magnus*
Euphrates, quos non diversis fontibus edit.
Ita *Pharsal.* 3. v. 256. Unde ergo Euphrates, quasi *ipse* non esset Tigris, dicitur *ipse*? Quia Euphrates non immutatur: qua de causa à Mario Victore *Genes.* lib. 1. v. 299. appellatur *Iustus.*

Iustior Euphrates omnibus æquè.

Mar. Vict. *Tigris & Euphrates, antequàm moriantur, sepeliuntur.* In nostram ergo Didascaliam redigamus utriusque naturam. Utrumque ante mortem sub terris sepeliri, & ante mortem mori; diximus, *Tom.* 3. *T.* 3. *D.* 4. *à n.* 4. Hinc præmittit Marius, d. v. 288.

——Rapido percurrens gurgite Trigis,
It comes Euphrati, iuncta quos mole ruentes
Idem. *Tellus victa cavo sorbet patefacta barathro.*
Quid quòd absorpta utraque flumina sub terris; quòd mutentur vel non mutentur ante terminum mortis, in nostram Didascaliam? Volupè dicam, ut pateat, quam bonum iudicium mortis, indigentibus iudicio. Homines in mare mortis tamquàm aqua dilabimur. Currimus tamquàm ad mare flumen, indigentes mortis cogitatione, ut lux post mortem sit vitæ; alij sicut Tigris, & alij sicut Euphrates. Alij in pœnitentiam, alij in perseverantiam. Peccatores, in conversionem morum. Iusti in permanentia virtutum; hique dicuntur Euphrates, & illi Tigris (qui sub terris ipso in cursu sepeliuntur, antequam propter finem sepeliantur) quia mortis consideratio iustos compellit stare adeptis virtutibus, pravos urget mutari in iniquitatibus; factos flumen lachrymarum in virtutum ortum novum. Succinit qui dudùm, à v. 293.

Cogitatio mortis iustos firmat, & pravos à vitijs revocat.

——Tigris nigro tamquàm indignatus averno,
Prosilit æthereas motu maiore sub auras;
Idem. *Et rursus spelæa subit, mersusque cavernis,*
Intùs agit fremitus, & fortior obice factus,
Exit.

16 Quid animus iusti? Manet in virtutum puritate. Licèt instet caro cum concupiscentijs; *Ipse est Euphrates.* Non mutatur, quia vitia crucifiguntur. Quantumvis vellicent hostes, *Iustior Euphrates.* Configuntur timore carnes, atque timet à iudicijs, in quæ ne timeat incursionem luctaminis, iuvatur iudicio mortis. Unde inter illecebras immutatus, manet ut inter fluctus scopulus. Pes stetit in directo; & non timet, quid faciat illi caro. Non timet, quem nihil terret. Unde libertas, dum vitæ captivitas! Tigris finem curriculo noscit, Sinus Persicus summergit.

Lucan. *——Flumen pelagi non abnegat undis.*
Ut notat Lucan. d. v. 263. Non secùs Euphrates. Imo secùs. Non in mare moritur, Currit (ut infit Marius, d. v. 303.)

Mar. Vict. *Donec siccus aquis, nomen quoque prodigus ipsum*
Consumat terris, pelagi quod debuit undis.
Ita iustus, mortis consideratione non moritur. *Ipse est Euphrates.* Ecce quomodò moritur iustus. Consumat terris, quam vitam debebat deponere in manus mortis. Iustior instar Euphratis, haud videt amaritudinem finis; quippe iam mortuus consideratione mortis; & non habet alium exitum, præterquàm versus Empyrium. Innuit Seneca ad *Marciam*, cap. 20. *Hæc* (inquit) *servitutem invitò domino remittit: hæc captivorum catenas levat: hæc è carcere educit, quos exire imperium impotens vetuerat: hæc exulibus, in patriam semper animum oculosque tendentibus, ostendit.* Sic ergo morte ante mortem aceptâ, animo & oculis intenditur gloria: siquidem cor exitum haud habet ullum, ni versus cœlum.

Cur & unde iustus non moritur morte.

Senec.

17 Porsena Rex Hetruriæ sepulchri causâ (uti pridem Reges Ægypti, de quibus fusè Herodotus, Strabo, & Diodor. Siculus) construxit Italicum labyrinthum, in quo ad fallaciam inextricabiles itineram ambages, ut occursu & recursu in idem & non idem multiplicarentur errores. Agemus in *Ephem.* 7. *Novemb.* & 20. *Decemb.* De fabrica ergo huius sepulchri in labyrintho præfato, inquit Plin. *lib.* 36. *cap.* 13. *Adèo vesanà dementiâ quæsisse gloriam, impendio nulli profuturo.* Fallitur sanè iudicio præpostero. Superfluum utique iudicabitur opus, sed non typus. Si tantùm in defuncti gloriam, rectè Plinius fabricam vocat vesanam dementiam; sicut inter nos plerique absque ulla mortis cogitatione in die cinerum, portant in capite aut fronte, pulvere mortis futuræ apparentiam, sed non memoriam; de quo nos, *Tom. sequenti*, ad illud Isai. 22. 16. *Excidisti tibi sepulchrum.* Verùm si labyrinthus pro mortis cogitatione, fatendum opus insigne. In labyrintho signatur præsens mortalis vita, erroribus pro itineribus vallata, quin per hostium animæ artes, exitum habeat nisi de errore in errores, & inexplicabiles, indissolubiles; quia investigabiles viæ eius, sine effugio, etenim labor intùs, uti ludit in voce Picinellus, *Mund. Symbol.* lib. 16. n. 97.

Plin.

Non memoria sed apparentia cineris, ludibrium memoriæ mortis.

Ve-

Picinell

——*Verùm si laberis intùs;*
Non labyrinthus erit, sed labor intùs erit,

Dum in labyrintho sepulchrum, symbolum optimum, ne homines errent inter errores vitæ, secum habentes cogitationem mortis: equidem cùm hæc arceat volitantes delicias, ac crucifigat carnis hostiles concupiscentias; est profectò felicissimum, aliud non habere effugium (quia labyrinthus vita) nisi in cœlum. Docuit Dædalus, in labyrintho à Minoe Cretensi inclusus, ut canit Ovidius, 8. *Metamorph.* fab. 3.

Cur mortis cogitatio comparatur labyrint.

——————*Longumque perosus*
Exilium, tactusque loci natalis amore,
Clausus erat pelago. Terras licèt, inquit, & undas
Obstruit; at cœlum certè patet: ibimus illàc.

Ovid.

Idem regerit 2. de *Arte*: vide Natal.Comit. 6. *Mytholog.* cap. 5. & 7. *cap.* 16.

28 Hoc est, *Ingredi cum abundantia sepulchrum*; ut ait Iobus. Felicitas est, non efferri, sed ingredi, ut notetur mortua vita, antequàm consummata, quo vitia consumpta, quasi caro ad concupiscentias mortua. Unde Sophocles in *Aiac.* v. 1120. succinit:

Iob. 5. 26.

Grave verbum dixisti, si vivis mortuus.

Sophoc.

De quo egimus, *Tom.2. T.3. D.9. n.* 15. & alibi. *Ingredieris in abundantia sepulchrum.* Maluend. *In gelatione, in sospitate*, seu libertate. Totum in fructus meditate mortis, & signum felicitatis. *In gelatione*, quippe ad peccatum, quasi cadaver frigidum. *In sospitate*, quia tunc inter affectus mortuos liber, dum videtur amittere libertatem: igitur ubi non est effugium, versus aulam patet cœlum. Hàc itur ad astra, cùm abundantia fructuum sepellitur vita: & simul æterna feliciter invenitur, quæ mortalis habebatur. Accinit Mellius Sousa hìc:

Felicitas huius miseriæ.

Tunc & divitiæ ac felix opulentia rerum
Affluet, & locuples ingrediere sepulchrum.
Hæc eadem docuit nos experientia. At illa
Cùm semel audieris, memor alto in corde repone.

Mell. Sous.

Psalm. 87. 7.

Hi sunt, *qui* viventes, contemplatione mortis, *habitant in sepulchris.* In carne enim ambulantes, non secundum carnem, neque carnis fuerunt milites, confirmati usque in finem sine crimine, in die adventus Domini; & cum abundantia virtutum, viriditate foliorum, uti lignum cœlesti rore rigatum, in tempore siccitatis non solicitum, nec aliquando desinens facere fructum. Qui verò in vita sepulchrum fusque deque faciunt, obliviscuntur Deum: relinquunt alienis divitias suas, & sepulchra eorum domus illorum in æternum, in labyrinthum, ubi non est effugium. *Immortales* (ait Cyprian. de *Ascension. Domin.*) *miseri vivent: incendia & inconsumptibilis flamma corpus adlambent: omni tormento atrocior desperatio, condemnatos affliget: non miserebitur ultrà Deus: nullum ibi refrigerium, nullum remedium.* Uti in perplexo & reflexo ambagibus labyrintho non est exitus, nec lux ulla in libertatem micat; quippe non est qui redimat, neque qui salvum faciat. Tunc constabit apud tormenta patientem, quanti momenti didicisse, non dedidicisse mortem. Totum exprimit & ad unguem Magn. Gregor. *Unusquisque* (ait, lib. 25. in *Iob*, c. 6.) *cùm causam huius examinis contra se aggredi cœperit; ipse est actor, qui exhibet: ipse reus, qui exhibetur: audit se, & qualem fuisse se meminit: & ipse qui est per semetipsum insequitur illum, qui fuit: atque ab ipso homine per semetipsum adversus se fit quædam rixa in animo, parturiens pacem cum Deo. Cum indiscussa mens relinquitur, in quodam senio torporis sopitur; quia sui negligens, dum nescit, senescit. Cùm verò semetipsam quærit, & subtiliter pœnitendo se discutit; ab ipsa hac vetustate sua, lota lachrimis & mœrore incensa, renovatur: & quæ iam penè inveterata frixerat, per submissa interni amoris incendia, noviter calet. Unde Paulus, usu mortalis vitæ veterascentes discipulos admonet, dicens: Renovamini spiritu mentis vestræ. Spiritu* dicit, & signat *mentem*; ut intendamus in mortis cogitationem; quia beatus ille servus, quem cùm venerit Dominus, invenerit vigilantem. Vigilate. Vigilemus, ut intremus in gaudium; quod Iesu-Christi, Salvatoris N. gratiâ, speramus in gloria. Amen.

Et ob libidinis infelicitas.

Tormenta gehennæ. Cypr.

Gregor. Magn.

FINIS TOMI SEPTIMI.



TESTI-

TESTIMONIA
EXCERPTA E REGULA
S. P. N. BENEDICTI.

PROLOG. *Ad te ergo nunc meus sermo dirigitur, quisquis abrenuncians propriis voluntatibus, Domino Christo, vero regi militaturus,* &c. T. 9. D. 1. n. 4. *Apertis oculis nostris ad Deificum lumen, attentis auribus audiamus, divina quotidie clamans quid nos admoneat, vox,* &c. T. 3. D. 4. n. 18. *Hæc complens Dominus expectat nos quotidie his suis sanctis monitis factis nos respondere debere.* T. 5. D. 4. n. 1. *Ideò nobis propter emendationem malorum, huius dies vitæ ad inducias relaxantur, dicente Apostolo: An nescis, quia patientia Dei ad pœnitentiam te adducit?* T. 2. D. 2. n. 11. T. 5. E. n. 13. & D. 4. n. 1. *Dum adhuc vacat, & in hoc corpore sumus, & hæc omnia per hanc lucis usuram vacat implere; currendum, & agendum est modò, quod in perpetuum nobis expediat.* T. 10. D. 4. n. 11.

Cap. 1. *In plumbi naturâ molliti, adhuc operibus servantes sæculo fidem mentiri Deo per tensuram noscuntur.* T. 1. D. 1. n. 4. & 5. T. 3. D. 1. n. 12. *Pro lege eis est desideriorum voluptas: cùm quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum; & quod noluerint, putant non licere.* T. 1. D. 3. n. 1. T. 10. D. 1. n. 2. *Ad Cœnobitarum fortissimum genus.* T. 4. D. 7. n. 5.

Cap. 2. *Tantùm liber erit, si inquieto, vel inobedienti gregi pastoris fuerit omnis diligentia attributa, & morbidis earum actibus universa fuerit cura exhibita, pastor earum in iudicio Domini absolutus, dicat cum Propheta Domino: Iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi: ipsi autem contemnentes spreverunt me.* T. 1. D. 4. n. 13. *Tunc demum inobedientibus curæ suæ ovibus pœna sit eis prævalens ipsa mors.* Ibid. & T. 7. D. 6. n. 15. *Ergo cùm aliquis suscipit nomen Abbatis, duplici debet doctrinâ suis præesse discipulis: idest, omnia bona, & sancta factis amplius quàm verbis ostendere.* T. 3. D. 3. n. 6. *Non ab eo persona in Monasterio discernatur. Non unus plus ametur, quàm alius; nisi quem in bonis actibus aut obedientia invenerit meliorem.* T. 2. D. 5. n. 11. *Sub uno Domino æqualem servitutis militiam baiulamus.* T. 3. D. 8. n. 10. *Ergo æqualis sit ab eo omnibus charitas: una præbeatur in omnibus secundum merita disciplina.* T. 2. D. 6. n. 10. *Miscens temporibus tempora, terroribus blandimenta, dirum Magistri pium Patris ostendat affectũ.* T. 6. D. 5. num. 2. T. 8. D. 1. n. 19. *Indisciplinatos, & inquietos debet duriùs arguere; obedientes autem, & mites, & patientes, ut in melius proficiant, obsecrare: negligentes autem & contemnentes, ut increpet, & corripiat, admonemus.* T. 6. D. 5. n. 2. *Neque dissimulet peccata delinquentium; sed mox ut cœperint oriri, radicitus ea, ut prævalet, amputet.* T. 6. D. 4. n. 9. *Sciat, quàm difficilem, & arduam rem suscepit; regere animas, & multorum servire moribus.* T. 9. D. 8. n. 4. *Alium quidem blandimentis, alium verò increpationibus, alium suasionibus, & secundum uniuscuiusque qualitatem, vel intelligentiam, ita se omnibus conformet, & aptet; ut non solùm detrimenta gregis sibi commissi non patiatur, verumetiam in augmentatione boni gregis gaudeat.* T. 8. D. 1. n. 19. *Ante omnia, ne dissimulans, aut parvipendens salutem animarum, sibi commissarum.* T. 6. D. 4. n. 11. *Sciat quia suscepit animas regendas, & præparet se ad rationem reddendam: & quantum sub cura sua fratrum se habere scierit numerum; agnoscat pro certo, quia in die iudicij ipsarum omnium animarum redditurus est Domino rationem sine dubio, addita & suæ animæ: ita semper timens futuram discussionem pastoris de creditis ovibus; cùm de alienis ratiocinijs cavet, redditur de suis solicitus.* T. 6. D. 2. n. 9. *Cùm de admonitionibus suis emendationem alijs subministrat, ipse efficitur à vitijs emendatus.* Ibid. n. 13. & T. 3. D. 3. n. 6.

Cap. 4. *Abnegare semetipsum sibi, & sequatur Christum.* T. 1. D. 5. à n. 14. *Corpus castigare: delicias non amplecti: ieiunium amare.* T. 3. D. 1. n. 17. *A sæculi actibus se facere alienum.* T. 5. D. 7. n. 11. T. 6. D. 7. n. 16. *Dolum in corde non tenere: pacem falsam non dare.* T. 2. D. 4. n. 14. *Iniuriam non facere, sed & factam patienter sufferre.* T. 10. D. 5. n. 14. *Non esse somnolentum: non pigrum.* T. 3. D. 1. n. 17. *Non murmurosum: non detractorem.* T. 7. D. 6. n. 1. *Diem iudicij timere: gehennam expavescere.* T. 10. D. 4. n. 13. *Vitam æternam omni concupiscentia spiritali desiderare.* T. 3. D. 4. n. 18. *Mortem quotidie ante oculos suspectam habere.* T. 10. D. 6. n. 2. *Actus vitæ suæ omni hora custodire.* Ibid. *Lectiones sanctas libenter audire.* T. 3. D. 4. n. 1. *Orationi frequenter incumbere.* Ibid. *Mala sua præterita cum lachrymis, vel gemitu quotidie in oratione Deo confiteri.* T. 2. D. 3. n. 10. *Desideria carnis non perficere.* T. 3. D. 1. n. 17. *Zelum, & invidiam non habere.* T. 7. D. 1. n. 11. *Cum discordantibus ante Solis occasum in pacem redire.* T. 10. D. 5. n. 14.

Cap. 5. *Non solùm ore, verùm in corde si murmuraverit,* &c. T. 7. E. n. 26.

Cap. 7. *Si summæ humilitatis volumus culmen attingere, & ad exaltationem illam cœlestem, ad quam per præsentis vitæ humilitatem ascenditur, volumus velociter pervenire; actibus nostris ascendentibus, scala illa erigenda*

est,

est, quæ in somno Iacob apparuit, per quam ei descendentes, & ascendentes Angeli monstrabantur. Non aliud sine dubio descensus ille, & ascensus à nobis intelligitur, nisi exaltatione descendere, & humilitate ascendere. T.9.D.5.n.16. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in voluntatibus suis.* T.10.D.1.n.6.& 10. *Cavendum ergo ideo malum desiderium, quia mors secus introitum delectationis posita est.* T.4. D.6.n.3. T.8. D.4.n.22. *Post concupiscentias tuas non eas.* T.4. D.6.n.3. *Ne nos declinantes in malum, & inutiles factos aliqua hora aspiciat Deus, & parcendo nobis in hoc tempore (quia pius est, & expectat nos converti in melius) dicat nobis in futuro: Hæc feci ti, & tacui.* T. 1. D. 3. n. 18. *Nihil agat Monachus nisi quod communis Monasterij regula, & maiorum cohortantur exempla.* T.7.D.6.n.9.

Cap. 18. *Nimis iners devotionis suæ servitium ostendunt.* T.3.D.2.n.18.

Cap.19. *Psallite sapienter: sic stemus ad psallendum, ut mens nostra concordet voci nostræ.* T.3. D.2.n.3.& 18. *Cum humilitate, & reverentia: cum omni humilitate, & puritatis devotione supplicandum: non in multiloquio, sed in puritate cordis, & compunctione lachrymarum nos exaudiri sciamus: ideo brevis debet esse, & pura oratio.* T. 3. D.2. n.2.6.& 15.

Cap.22. *Cultellos ad latus non habeant, dùm dormiunt.* T.2.E.n.40.

Cap. 27. *Noverit enim se infirmarum curam suscepisse animarum; non super sanas tyrannidem.* T.9.D.7.n.9.

Cap.28. *Ne una ovis morbida omnem gregem contaminet.* T. 10. D. 2. num. 14.

Cap.52. *Oret non in clamosa voce, sed in lachrymis, & intentione cordis.* T.3.E.n.18.

Cap.58. *Super eum (Novitium) omninò curiosè intendat, & solicitus sit, si verè Deum quærit, si solicitus est ad opus Dei, ad obedientiam, ad opprobria.* T.10. D.2.n.8.

Cap.64. *Vitæ merito, & sapientiæ doctrina eligatur qui ordinandus est, etiamsi ultimus fuerit in ordine Congregationis; quod si etiam omnis Congregatio vitijs suis consentientem personam pari consilio elegerit, & vitia ipsa aliquatenùs in notitiam Episcopi, ad cuius diocœsim pertinet ille locus, vel Abbatibus, aut vicinis Christianis claruerint; prohibeant pravorum prævalere sententiam.* T.6.D.5. n. 12. *Ordinatus autem Abbas cogitet semper quale onus suscepit.* T.6. D.2. n. 12. *Oderit vitia, diligat fratres. In ipsa autem correctioni prudenter agat, & ne quid nimis.* T.8. D.1. n.17.& 18. *Ne dùm nimis cupit eradere ærugimen frangatur vas.* T.9. D.7.n.15. *Non dicimus, ut permittat nutriri vitia; sed prudenter, & cum charitate ea amputet, prout viderit cuique expedire.* Ibid. n. 9. *Non sit turbulentus, & anxius: non sit nimios, & obstinatus: non zelotypus, & nimis suspiciosus; quia numquàm requiesceret.* T. 6. D. 2. n.12.

Cap.65. *Scandala nutriunt, & dissensiones.* T.6. D.3. n. 10. *Hinc suscitantur invidiæ, rixæ, detractiones, dissensiones, & exordinationes.* Ibid.

Cap.72. *Sicut est zelus amaritudinis malus, qui separat à Deo, & ducit ad infernum, &c.,* T.7.D.1. n.11.



INDEX

LOCORUM SACRÆ SCRIPTURÆ, ET QUÆSTIONUM LITTERALIUM, quæ excitantur hoc Tomo Septimo.

T. *indicat Tautolog.* E. *Litteræ Expositionem.* D. *Didascaliam.* N. *Numer. marginal.*

Genesis.

Cap. 1. v. 3. *FIAT lux : & facta est lux.* In subiecto, vel sine subiecto? T. 3. D. 5. n. 3. & 6. T. 9. D. 4. num. 11. Quomodò corpus lucis sine corpore? n. 10. Quomodó cúm corpore, & sine corpore? T. 3. D. 5. num. 9. Cur in primo die lucis creatio? T. 1. D. 7. n. 5. Ex quo facta lux? T. 3. D. 5. n. 5. Cur Hebr. *Erit lux*, si iam facta? T. 6. à n. 5.

V. 4. *Vidit Deus lucem quòd esset bona.* Cur bona plauditur, & in quo bona? T. 3. D. 5. à n. 3.

Ibid. *Divisit lucem à tenebris.* Cur ipsa lux non removit? T. 6. D. 3 n. 7. Cur Sol divisit, & lux prima expellere non valuit? n. 8.

V. 5. *Factumque est vespere, & mane dies unus.* Quid ni primus? T. 5. D. 5. n. 16.

V. 12. *Lignum faciens fructum secundùm speciem suam.* Quinam fructus aliter ac species? ibid.

V. 14. *Fiant luminaria in firmamento cœli.*

V. 15. *Vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram.* Ut quid terram, & non cœlum? T. 6. D. 5. n. 3 Cur dicitur, *In firmamento*, & *Fiant*? n. 4.

V. 16. *Luminare minus, ut præesset nocti.* An in novilunio Luna creata? T. 1. D. 7. n. 11. & 13.

V. 17. *Vt lucerent super terram.*

V. 18. *Et præessent diei, ac nocti.* Quare Luminaria cum duplici huiusmodi munere? T. 6. D. 5. n. 3. & 5.

Cap. 2. v. 1. *Igitur perfecti sunt cœli, & terra, & omnis ornatus eorum.* Quid orbis ornatus, & omnis? T. 8. E. n. 25.

V. 7. *Formavit igitur Dominus Deus hominem::: & factus est homo.* Ut quid, si iam formatus? T. 1. D. 4. n. 2.

V. 8. *Plantaverat Dominus Deus paradisum voluptatis à principio.* Quomodó á principio, si tertia die formatus? T. 1. D. 7. n. 2.

V. 14. *Ipse est Euphrates.* Cur dicitur ipse? T. 10. D. 6. à n. 15.

V. 21. *Immisit soporem in Adam: cùmque obdormisset*, &c. Qualis hiccine sopor? T. 2. E. n. 23. & 26. Quare suppositio sopore; dicitur, *Cùm obdormisset*? n. 27.

V. 25. *Erat uterque nudus.* Quomodò post peccatum cognoverunt, & non pridem? T. 9. D. 1. á n. 14.

Cap. 3. v. 8. *Cùm audissent vocem Domini Dei deambulantis.* Quare dicitur, Dei exaudita vox, si nihil protunc locutus? T. 8. D. 1. n. 12. Ut quid Dominus ambulabat, & non sedebat? ibid.

Ibid. *Abscondit se Adam, & uxor eius.* Quidùm se absconderunt præ pudore, si iam indutis T. 9. D. 1. n. 15.

V. 9. *Vbi es?* Cur Angelum desertorem non inquirit, & quærit hominem? T. 7. D. 3. n. 11.

V. 21. *Fecit Dominus Adæ, & uxori eius tunicas pelliceas, & induit eos.* Ut quid vestivit, si habebant iam in vestem perizomata? T. 9. D. 1. n. 15.

V. 24. *Eiecit Adam.* Cur illi conceditur sæculum, quasi dos fœminæ? T. 5. D. 7. n. 12.

Ibid. *Collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium.* Quare flammeum, si sufficit gladij ferrum? T. 3. D. 6. num. 18.

Cap. 4. v. 8. *Adversus fratrem suum Abel, & interfecit eum.* Unde dolor innocentis acrior, à fratre, vel à morte? T. 5. D. 5. num. 10.

V. 10. *Vox sanguinis fratris tui clamat.* Quænam á sanguine vox? T. 9. D. 2. à n. 10.

V. 26. *Iste cœpit invocare nomen Domini.* Quodnam nomen? T. 4. D. 7. n. 20. Cur omissum, & sub Seth, & sub Adam? ibid.

Cap. 6. v. 2. *Videntes filij Dei.* Qui filij Dei dicantur? T. 1. E. n. 29.

Cap. 8. v. 21. *Nequaquàm ultra maledicam terræ propter homines: sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur ultra percutiam.* Qua lege modò parcit ob eandem causam, qua pridem mundum punivit? T. 7. D. 3. num. 12.

Cap. 13. v. 8. *Ne quæso fit iurgium inter me, & te.* Cur senex Abram cedit iuveni; dùm signatur dextra, & sinistra? T. 6. E. n. 4.

Cap. 15. v. 7. *Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum.* An ex Urbe, vel ex igne? T. 9. D. 3. n. 16.

Cap. 19. v. 24. *Dominus pluit super Sodomam, & Gomorrham sulphur, & ignem à Domino de cœlo, & subvertit civitates has.* Cur ergo in supplicium dicitur, *Igitur Dominus*? T. 8. D. 2. n. 14. Quare igne de cœlo, & non ex barathro? ibid. & T. 10. D. 4. n. 7.

V. 26. *Versa est in statuam salis.* Cur plectitur? T. 4. D. 6. n. 14. Cur vertitur in sal? num. 16.

Cap. 20. v. 2. *Soror mea est.* Unde Sara soror Abrahæ? T. 1. E. n. 46.

V. 12. *Filia patris mei, & non filia matris meæ.* Quo sensu, & veritate? ibid. n. 46.

Cap. 28. v. 11. *Tulit de lapidibus, qui iacebant.* Quare v. 18. tantúm dicitur unus lapis? T. 3. D. 6. n. 4.

V. 17. *Non est hìc aliud, nisi domus Dei, & porta cœli.* Unde huiusmodi cogitationis ratiocinium? ibid.

Cap. 29. v. 11. *Elevata voce flevit.* Quænam fletus vox, & quare flet in articulo gaudij? T. 4. D. 7. á n. 6.

Cap. 30. v. 33. *Respondebit michi cras iustitia mea.*

quid est cras responderi à iustitia? T.5. D. 8.n. 8.

V.37. *Tollens Iacob virgas populeas virides*, &c. Ut quid virgas elegit in colorum mutationem? T.7. D.5.n.15.

Cap. 32. v.24. *Ecce vir luctabatur cum eo.* Quisnam? T.2.E.n.34.T.4.D.7.n.4.

V.26.*Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.* Quid quod ascenderit Aurora, ut dimitteretur á pugna? T.2. E.n.34.

V. 29. *Dic mihi, quo appellaris nomine.* Cur nomen tacet? T.4. D.7.n.4.

Cap.35. v.2. *Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt.* Quomodò in corde habebant idola? T.1.D.3.n.2.

V.4.*Dederunt ei omnes Deos, & inaures, quæ erant in auribus eorum.* Quare imagines idolorum in inauribus adorantium? ibid.

Cap. 37. v. 8. *Hæc causa somniorum, atque sermonum invidiæ, & odij fomitem ministravit.* Quippini invident ei de imperio nacto, sed de imperij somnio? T. 5. D. 7. num.4.

Cap.38.v.27. *Protulit manum.*Cur retraxit quàm pridem protulit? T.1. D.7.n.9.

V. 28. *Iste egredietur prior.* Quare egressus est alter? T.9.D.6.n.12.

V.30. *Postea egressus est frater eius.* Quare posterior qui egressurus prior?T.1.D.7.n.9.Cur prior qui natura posterior?n.10.

Cap.41. v. 40. *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Qua de causa Pharao peregrinum benemeritum in imperium extollit,& nullus ex civibus hiscit? T.2.D.6.n.6.

Cap.43.v.33. *Sederunt primogenitus iuxta primogenita sua, & minimus iuxta ætatem suam,& mirabantur nimis.*Unde origo admirationis? T.5.D.5.n.12.

Cap.47.v.29. *Non sepelias me in Ægypto.* Quá de causá? ibid.n.21.

Cap.48. v.14. *Commutans manus.* Quorsum pro dignitate minori conferenda, commutat brachia: & quare minor constitutus est maior? T.9.D.6.n.10.

V.22. *Quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* An Iacob usus armis, & quibus? T.3.D.8.n.14.

Cap.49. v.10. *Donec veniat qui mittendus.* Quo intuitu Hebr. *Donec veniat secunda, vel secundina?* T.1.E.à n.15.

Exodi.

Cap. 3. v. 2. *Apparuit Dominus in flamma ignis.* Quidni in igne, sed in flamma? T.7.D.4. num.8.

V. 3. *Vadam, & videbo visionem hanc magnam.* Uude magna visio? ibid.

V.6. *Abscondit Moyses faciem suam.* Si videre pergit,utquid faciem abscondit?ibid.

V.12. *Hoc habebis signum quòd misserim te.* An & quomodó signatum dicatur signum? T. 8. D.3.n.14.

Cap.4. v. 13. *Mitte quem missurus es.* Quare ut obtineatur libertas, desideratus Messias? T.4.D.7.n.14.

V. 17. *Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.* Cur virga,& hac virga signa facturus?ibid.n.18.

Cap. 6.v.3. *Nomen meum Adonai non indicavi eis.* Qua de causa nec dilectis amicis index sacrosancti nominis datus? ibid. n.14. Quomodó non indicatum, si invocatum ab Enos? n.20.

Cap. 12. v.25. *Cùm introieritis, observabitis ceremonias istas.* An Hebræi semel, vel semper agnum stantes comedissent? T. 6. E. num.23.

Cap. 13. v. 13. *Primogenitum asini mutabis ove: quòd si non redemeris, interficies.* Quare iumentum commutandum, vel interficiendum? T.3.D.1.n.2. & 13.

V. 21. *Dominus præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux esset itineris utroque tempore.* Quare columna Israelis, nubis, & ignis? T.1. D.1.n.13. T.9. D.6. n.1. Quo intuitu columna expellens reptilia virulenta, non fugavit ignita? T. 1. D. 1.n.15.

Cap.14. v.15. *Quid clamas ad me?* Utquid, si audita nec vox? T.3.D.2.à n.5.

Cap.16.v.6. *Vespere scietis, quod Dominus eduxerit vos de terra Ægypti.* Quomodò, aut quid cognituri quod nequibant ignorare? T. 8. D.3.n.15.

V.15. *Quid est hoc?* Quare si signant *Hoc*, dicunt *Quid*? T.7.D.4.n.14 & 16.

Cap.21. v.6. *Ampplicabitur ad ostium, & postes, preforabitque aurem eius subula.* Utquid ad voluntariet atem servitutis, servi perforatur auris?T.1.D.3.à n.5.

V. 14 *Ab altari meo evelles eum.* An sacrarium asylum inter Hebræos? T.10.E.n.27.

Cap. 22. v. 24. *Percutiam vos gladio.* Quorsúm gladio,si percussio? T.4.D.5.n.11.

Cap.24. v.10. *Quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum, cùm serenum est.* Cur color sapphiri ut cœlum serenum? T. 4. D. 1. num.14.

Cap.29.v.6. *Pones tiaram in capite eius, & laminam sanctam super tiaram.* Quo intuitu non dicitur corona, sed tiara? T. 3. D. 7. n.3.

Cap. 31. v. 4. *Ad excogitandum quicquid fabre fieri potest ex auro.* Quid si opus fabrile, scientia ad excogitandum opus? T. 7. E. n.30.

Cap.32.v.1. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.*Ut quid optant Deum ad nutum? T. 7. D .6. num. 2. Cur ut præcedat? cur *Fac*? cur *Nobis*? T. 9. D.8.num. 10. Quare si homines, ab illis in regimen non eligitur homo? n.11.

Ibid. *Moysi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti; ignoramus quid acciderit.* Qua mente non inquirunt de lege, sed de legis ductore? T.7.D.6.n.2.

V.4.*Hi sunt Dij tui Israel.* Cur *hi*, & nequaquám Deus verus?T.9.D.8.n.11.

V.4.*Placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversus populum suum.* Cur in ira dirè detonuit, cuius fervor in peccatores defervuit? T.2.D.3.n.8.

V.31. *Obsecro, peccavit populus iste peccatum ma-*

maximum. Utquid in veniæ impetrationem, exaggerat crimen ? ib. n. 7.

Cap. 33. v. 13. *Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam; ut sciam te.* Quare desideranti gloriæ videre splendorem, Dominus ostendit crucem? T. 1. D. 6 num. 13. Cur Dei desiderat faciem, si habet gratiæ beatitudinem? T. 5. D. 3. n. 14. Cur dicitur *Ergo & Vt sciam te* ? ibid.

V. 19. *Ostendam omne bonum tibi.* Unde bonum omne, sine ostensione faciei ? T. 4. D. 4. n. 5. T. 4 D. 8. n. 13.

V. 20. *Non poteris videre faciem meam.* Quomodò si ostendit gloriam ? T. 4. D. 4. num. 6.

Ibid. *Non enim videbit me homo, & vivet.* Quo ingenio homo vivens valet videre? ibid.

V. 21. *Stabis supra petram.* Quorsùm supra petram, ut possit videre gloriam, si collocatur in foramine petræ ? n. 4.

V. 23. *Videbit posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.* Quid in gloria, posteriora Numinis ? T. 4. D. 4. num 8. Quare qui non faciem, posteriora videre poterit ? num. 7. Quomodò gloria in hac vita videre Numinis posteriora ? T. 4. D. 8. num. 13.

Cap. 34. v. 13. *Aras eorum destrues, confringe statuas*, &c. Qua de causa ? T. 10. E. num. 27.

V. 29. *Cùm descenderet Moyses de monte, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies.* Unde descendentis facies coruscа ? T. 9. D. 8. num. 9. An fulgore ex lege allata, vel ex se ? à n. 7. An maior splendor, quia ignorabat splendorem ? ibid.

V. 30. *Videntes cornutam Moysi faciem, timuerunt.* Quare timent, & timentes terga vertunt ? ibid. à n. 8.

V. 31. *Vocati ab eo, reversi sunt.* An & quare maius miraculum, radiante facie, quod videntes sint reversi ? n. 9.

Cap. 38. v. 8. *Labrum æneum de speculis mulierum.* Quippini de speculis, sed de speculis mulierum fecit lavacrum ? T. 6. D. 4. n. 7.

Levitici.

Cap. 2. v. 11. *Ne quidquam mellis adolebitur in sacrificio Domini.* Quare etiam apis victima arceatur ab aris ? T. 3. D. 4. n. 3.

Cap. 4. v. 23. *Hircum de capris immaculatum.* Utquid *de capris*, si dixerat *hircum* ? T. 1. E. num. 47.

Cap. 11. v. 26. *Omne animal, quod nec ruminat, immundum erit.* Quare ? T. 3. D. 4. num. 8.

Cap. 23. v. 40. *Sumetis vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & Salices de torrente, & lætabimini coram Domino.* Quid signent fructus pulcherrimæ arboris? T. 1. D. 6. num. 14. Palmarum spatulæ? T. 4. D. 1. à n. 1. Rami ligni densarum frondium? T. 5. D. 6. n. 1. Et Salices de torrente ? T. 9. D. 2. à num. 1.

Numerorum.

Cap. 4. v. 15. *Tunc intrabunt filij Caath ut portent involuta, & non tangent vasa Sanctuarij. Ista sunt onera in tabernaculo fœderis.* Quare dicuntur onera, portare vasa Sanctuarij involuta? T. 7. D. 8. 5.

Cap. 5. v. 15. *Oblatio investigans adulterium.* An etiam ut deleret adulterij piaculum ? T. 2. D. 3. n. 13.

V. 17. *Pauxillum terræ de pavimento Tabernaculi mittet in aquam.* Cur aquæ potioni additur pulvis ? n. 11.

V. 18. *Discooperiet caput eius.* Quo intuitu? ibid.

V. 23. *Scribet Sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, & dabit ei bibere.* Quis delebit Sacerdos, vel fœmina? n. 11. Quæ sint amarissimæ aquæ ? ib. Quare crimen scriptum, aqua dilutum ministratur in potum ? n. 13.

Cap. 11. v. 34. *Vocatus est ille locus Sepulchra concupiscentiæ.* Quo conamine concupiscentia, & sepulchra ? & quare concupiscentiæ sepulchrum, & non concupiscentium ? T. 4. D. 6. n. 3.

Cap. 17. v. 8. *Invenit germinasse virgam Aaron, & turgentibus gemmis eruperant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.* An ores in posterum permanserint cum fructibus? T. 5. D. 1. n. 4.

V. 10. *Servetur in signum.* Cuiusnam? ibid.

Cap. 21. v. 5. *Anima nostra iam nauseat super cibo isto levissimo.* Unde ita leve, quod plauserant ut mirabile ? T. 10. E. n. 4.

Cap. 24. v. 17. *Orietur stella ex Iacob, & percutiet duces Moab.* Quinam hi ? T. 4. D. 3. n. 6. Cur corruent hostes Moabitæ, stellâ Iacob oriente ? à n. 4.

V. 21. *Si in petra posueris nidum tuum.* Cur sepulchrum in petra dicitur nidus? T. 5. D. 5. num. 23.

Cap. 26. v. 59. *Iocabed filiam Levi.* Quomodó si neptis ? T. 1. E. n. 26.

Deuteronomij.

Cap. 1. v. 1. *Hæc verba, quæ locutus est Moyses ad omnem Israël trans Jordanem in solitudine campestri.* Cur hic promulgavit leges? T. 7. D. 5. n. 18.

Cap. 4. v. 5. & 6. *Sic facietis, observabitis, & implebitis opere.* Quid tò *Sic*, & an observatio esset facti plenitudo ? T. 3. D. 3. num. 12.

V. 12. *Vocem verborum eius audistis.* Quid vox verborum? Et quare dicitur in verbis auditam vocem ? n. 1.

Cap. 8. v. 3. *Dedi tibi cibum manna, quod ignorabas tu, & patres tui: ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivit homo; sed in omni verbo, quod egreditur de ore Domini.* Quare si manna panis, non dicitur panis? T. 7. D. 4. num. 13.

Cap.21.v.17. *Dabit ei cuncta duplicia.* Quare de cunctis duplicia primogenito data? T. 5. D.5.n.19.

V.19. *Ducent ad Seniores civitatis, & ad portam iudicij.* Quare à patre, & matre apprehendendus Protervus: & cur producendus ad Iudices, si ab illis non iudicandus? T. 8. D.1.n.14.

V. 20. *Dicent: Filius noster iste protervus.* Quare in iudicio exprimunt filium eorum esse? n. 14. Et cur *Filius noster*, si sufficit *Iste*? num.15.

V.21. *Lapidibus eum obruet populus civitatis, & morietur.* Quare in huiusmodi causam non adhibentur testes? ibid.n.14.

Cap.25.v.13. *Non habebis in sacculo diversa pondera, maius, & minus.* Quo iure etiam in iustitia distributiva? T.2.D.5.n.3.

V.15. *Pondus habebis iustum, & verum.* Utquid *verum*, si dixerat *iustum*? ibid.

Cap.30. v. 19. *Elige vitam, ut vivas.* Ad quid nisi ad vivendum: & quomodó eligibile, quod necessarium? T.1.D.5.n.7.

Cap:33. v.2. *Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharam.* Quomodò ut legem daret; de Pharam, & Seir dicitur venisse in Sina? T. 6. E. num.33.

V. 7. *Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum.* Cur petit audiri vocem, quúm init Iudas cum militibus certamen? T.3.D.8.n.17. & quare dicit *Lucum suum*, si introducendum in eum? ibid.

Iosue.

Cap. 1. v. 11. *Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium transibitis Jordanem.* Quare ut in Jordanem perveniant, cibaria in triduum apparant? T.8. D.5.à n.10.

Cap. 3. v. 2. *Quando videritis arcam fœderis, & Sacerdotes, vos quoque sequimini præcedentes.* Utquid in transitum Jordanis præcedit arca fœderis? T.8.D.5.n.9.

V.4. *Vt procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini; quia priùs non ambulastis per eam.* Cur visio arcæ necessaria, ut transeant sine noxa? n.11.

V.5. *Faciet Dominus inter vos mirabilia.* Quænam? ibid.

V. 10. *Domine Deus vivens in medio vestri est & disperdet in conspectu vestro Chananæum.* Ex quibus signis Iosue auguratur victorias? ibid.

V.13. *Aquæ inferiores decurrent; quæ autem desuper veniunt in una mole consistent.* Quare coram arca, aquæ superiores non audent accedere; & inferiores decurrunt fugere? num.14.

V. 17. *Sacerdotes stabant super siccam humum in medio Jordanis.* Quomodó in fluminis medio, & sicco fundo? T.9. D.3. n.13.

Cap. 4. v.18. *Cùm ascendissent & siccam humum calcare cœpissent.* Quomodó exeuntes é fluvio siccam humum calcare cœperunt, si in medio Jordanis erans super siccam humum? ibid.

Cap. 7. v. 9. *Quid facies magno nomini tuo?* Quodnam Dei magnum nomen? T.3.D. 6. num.3.

Cap.8. v.18. *Leva clypeum, qui in manu tua est contra urbem Hai.* Utquid dicitur lancea, gladius, si erat clypeus? T. 3. D.8. à n. 8. T.10.D.4.à n.4.

Cap. 10. v. 12. *Sol contra Gabaon ne movearis.* An iniurium, vel miraculum? T.5.D.6. num.6.

V. 13. *Steteruntque Sol, & Luna.* An Sol steterit. T. 8. E. á num.38. An cesserit motus orbium cœlestium, & evanuerit illo in tempore tempus? n. 34. Quid dicatur statio Solis? n. 41. Et quo sensu Sol steterit? num.43.

Ibid. *Stetit Sol in medio cœli.* Unde si illo tunc occasui proximus? n.40.

Ibid. *Non festinavit occumbere spatio unius diei.* Quomodò si triduò perduravit Solis lux? n. 44. Unde dicitur una dies, si inter duas nox etiam dies fuit? Ibid. An etiam Sol retrocesserit? n. 43.

V. 14. *Non fuit anteà, nec posteà tam longa dies.* Quomodò illa ex 24. & 36. horarum spatio? n.44.

Cap. 20. v. 2. *Separate urbes fugitivorum.* Quare sex tantúm, & modò omnia templa, & aræ asyla? T.10.E.n.28.

Iudicum.

Cap. 5. v. 8. *Nova bella elegit Dominus, & portas hostium subvertit.* In quo novitas belli, ut in portis subverterentur inimici? T.3.D.8.n. 18.T.4.D.3.á n.11.

Ibid. *Clypeus, & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israel.* Quomodò pugna, si nulla ibidem arma? T.4.D.3.n.13.

Cap.6.v.17. *Si inveni gratiam coram te, da mihi signum, quod tu sis, qui loqueris ad me.* Quid quòd ipse sit, qui loquitur, cùm ipse loquatur? T.2.D.4.á n.3.

V.18. *Ne recedas hinc.* Quare in signum futuræ victoriæ, petit illinc Angelum non recedere? ibid.

Cap. 7. v. 14. *Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis.* Cur panis subcinericius in victoriam designatur uti glaudius? T. 3. D.8.n.13. Cur simul gladius, & panis? T. 5. D. 5. num.25.

1. *Regum.*

Cap.1.v.5. *Annæ dedit partem unam tristis.* Utquid dicitur *Tristis* in collatione muneris? T. 4. D.3.n.11. Quare si pars duplex é multis selecta, dicitur una? ibid.

Cap. 2, v. 12. *Filij Heli, filij Belial.* Unde, si filij Heli? T.1. D.3. à num.12.T.2.D.2. num.2.

Cap. 5. v. 5. *Dagon solus truncus remanserat in loco suo.* Quo pacto proprius locus pavimentum, si pridem signatur solium? T. 8.D.5.n.8.

Cap.7. v. 10. *Intonuit Dominus fragore magno in*

die illa. Quid fragor magnus, & quare in illa die? T.3.D.5.n.18.

Cap. 16. v.1. *Vsquequò tu luges Saul?* Cur plorat deploratum, & impœnitentem? T.2.D.8. num.12.

Cap. 19. v. 23. *Factus est etiam super eum Spiritus Domini.* Quid illud *Etiam*? T.5. D. 4. num. 9.

V. 24. *Num & Saul inter Prophetas?* Quid tò *Num*, & unde novitas? à n.8.

Cap.21. v. 14. *Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me?* Unde regis fastidium, quód desipiens adduceretur in palatium? T.2.D.6.n.1.

V. 15. *An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum?* Quare signat *Istum* in tædium? ibid.

Cap. 24. v. 5. *Hæc est dies, de qua locutus est Dominus*, &c. Quare affecti proponunt crimen, quasi Numinis voluntatem? T. 10. D.5. n.13.

V.6. *Percussit cor suum Dabid, eoquòd abscidisset oram chlamydis Saul.* Utquid pœnituit scissuræ chlamydis? n. 10. An quia offendit, vel ne offenderet? n.11.

V. 7. *Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem.* Cur renuit facere in nocumentum regis, quod monetur ab amicis? n.12.

2. *Regum.*

Cap. 1. v.18. *Præcepit, ut docerent filios Iuda arcum.* Quare apud LXX. *Carmen* vel lamentum? T.3.D.8.n.14.

Cap. 11. v. 14. *Misit Epistolam per manum Vriæ.* Hæ litteræ quorum symbolum? T. 3. D.5. num.14.

Cap. 15. v. 4. *Quis me constituat iudicem super terram?* Utquid desiderat esse iudicem, natus in principem? T.2.D.7.n.3.

V.13. *Vniversus Israel sequitur Absalom.* Quare deficit á fide rectissimi regis, & sequitur tyrannidem Absalomi? T.6.D.3.n.8.

V. 32. *Occurit ei Chusai scissâ veste, & terra pleno capite.* Quo intuitu in aulico mœstitudinis habitus, dum eligitur rex novus? T.2.D.4.n.6.

Cap.16.v.2. *Quid sibi volunt hæc?* Quippini dicit: *Quid vis*, sed *Quid sibi volunt hæc?* T.2. D.5.n.12.

V.3. *Hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei.* Quare tunc natus in servitutem, hero imponit falsum crimen? ibid.

V.17. *Hæc est gratia tua ad amicum tuum?* Quomodò amico obsequium fugere amicum? T.2.D.4.n.8.

V. 18. *Illius ero, quem elegit Dominus.* Quare electio à diabolo, Dei enunciatur electio? ibid.

Cap. 19. v. 9. *Populus certabat in cunctis Tribubus.*

V.10. *Vsquequò non reducitis regem?* Quare nec memoria ulla Chusai, cuius industria in thronum restitutus est David? ibid.n.9.

V.30. *Etiam cuncta accipiat.* Utquid, quæ rex confert, strenuè renuit? T.2.D.5.n.9.

3. *Regum.*

Cap. 1.v.26. *Me servum tuum non vocavit.* Cur queritur, vocatum non fuisse: quando debebat gaudere? & quare viros insignes Adonias non vocavit in convivium? T.6. D.3.n.6.

Cap.3. v.5. *Apparuit Dominus Salomoni per somnium, dicens: Postula quod vis.* Quid est visio per somnium? T.2. E. à n. 25. Quomodò usus rationis in somno? ibid. n.23. & 26.

V. 15. *Evigilavit Salomon, & intellexit quòd esset somnium.* Quid somnium, quod intellexit; & an naturale, vel supernaturale? ibid.n.27.

Cap.4.v.4. *Sadoc autem, & Abiathar sacerdotes.* Unde si à Salomone depositus Abiathar? T. 6.D.5.n.6.

Cap. 6. v. 7. *Malleus, & securis non sunt audita in domo, cùm ædificaretur.* Quare si dolanda, & perpolienda rudia? T.9. D.3.n. 15.

Cap.7. v. 16. *Capitella super capita columnarum.* Quo intuitu nihil dicitur de basibus ad illarum fulcrum? T.4.D.2.n.16.

V. 17. *Quasi in modum retis, & catenarum.* Cur si columnæ dictæ Fortitudinis; describuntur flores & catenæ, simulque sine pedibus columnæ? ibid.

V.19. *Capitella, quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilij.* Quare signantur columnæ cum capitellis, & nequaquàm bases? ibid.

Cap. 13. v. 4. *Exaruit manus, quam extenderat.* Utquid in peccatoris supplicium, Dominus patrat miraculum? T. 8. D.2. num.13.

V. 6. *Reversa est manus regis ad eum.* Quare miraculum factum demonstrat infectum? num.14.

Cap.19.v.12. *Sibilus auræ tenuis.* Cur Hebr. *Vox silentij?* T.1.D.2.n.6.

4. *Regum.*

Cap. 2. v. 8. *Tulit Elias pallium suum, percussit aqua, quæ divisæ*, &c. Quodnam alium tunc prodigium præter divisionem aquarum? T.9.D.3.n.11.

V.11. *Ascendit Elias per turbinem in cœlum.* Quo loco, & quare ibi? T.7. D.5.n.18.

Cap.19.v. 32. *Nec circundabit eam munitio.* Quomodó, si tunc obsessa Ierusalem? T.4. D. 3.n.4.

Cap.20.v.9. *Vis, ut ascendat umbra decem lineis, an ut revertatur totidem gradibus?* An & quomodò duplex miraculum in huiusmodi portento? T.1. D.7.á n.6.

V. 11. *Reduxit umbram decem gaudibus.* Quomodò si reversus est Sol? T. 8. E. à n. 54. & 63. An naturalis umbræ reversio in horologio? n.51. An maius miraculum Solis reversio, quám statio? n.46. Cur in motu contrario Solis, Ezechiæ datur signum sa-

nitatis ? n. 47. Quomodò reversa umbra ex Sole, Sole non retrocedente? n. 67.

Ibid. *Iam descenderat in horologio Achaz.* An etiam in cæteris Urbis horologijs ? à n. 66. Quandiú in illo horologio duravit umbræ reversio ? n. 69.

Cap. 24. v. 12. *Anno octavo regni sui.* Unde à Ieremia, *Anno septimo* ? T. 9. E. n. 20.

1. *Paralipomen.*

Cap. 2. v. 55. *Canentes, atque resonantes, & in tabernaculis commorantes.* Quomodó in Templo canentes, & ut milites manentes in tabernaculis ? T. 3. D. 7. n. 11.

Cap. 11. v. 6. *Ascendit primus Ioab, & factus est princeps.* An quia primus ? T. 5. D. 5. num. 10.

Cap. 21. v. 1. *Consurrexit Satan contra Israel.* Quidni *Surrexit*, sed *Consurrexit* ? T. 9. D. 1. n. 9.

2. *Paralipomen.*

Cap. 13. v. 9. *In tauro de bobus.* Quid huiusmodi Hebraismus? T. 1. E. 1 n. 47.

Cap. 16. v. 14. *Et combusserunt super eum*, &c. An apud Hebræos sepelirentur tantúm ossa, vel cadavera regum ? T. 10. E. á num. 16.

Cap. 20. v. 21. *Statuit cantores Domini, ac voce consona dicebant*, &c. Quare in pugnam non milites eligit, sed cantores ? T. 3. D. 8. num. 16.

Cap. 21. v. 6. *Filia Achab erat uxor eius.* Unde Athalia filia Achab, si erat Amri ? T. 1. E. num. 26.

Cap. 32. v. 31. *Ut interrogarent de portento, quod acciderat super terram.* De quo portento, & an factum dumtaxàt in horologio Achaz, vel in tota terra ? T. 8. E. à n. 55. & à n. 60. Quid tó *Super terram* ? ibid. An tunc dies solito maior? num. 66. & 70. Cur ad umbræ recessum designatur horologium ? ibid. Cuius portenti signum hoccine portentum? T. 1. D. 7. n. 7.

Cap. 36. v. 8. *Reliqua Ioachim, & abominationum eius, & quæ inventa sunt in eo.* Quæ in eo inventa ? T. 10. D. 4. n. 14.

1. *Esdr.*

Cap. 2. v. 64. *Omnis multitudo quadraginta duo millia trecenti sexaginta.* Unde calculatio, si dumtaxát triginta duo millia ? T. 9. E. num. 15.

V. 70. *In urbibus suis, universusque Israel, in civitatibus suis.* Quomodó universus Israel, quùm præter pautos, erat sub captivitate? n. 16. & 19.

Cap. 3. v. 13. *Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus.* Quid quod alijs excitaret fletum, & alijs gaudium ? ibid. n. 30.

2. *Esdr.*

Cap. 4. v. 21. *Media pars teneat lanceas ab ascensu Auroræ.* Quidúm ab Auroræ ascensu ? T. 4. D. 3. n. 5.

3. *Esdr.*

Cap. 4. v. 63. *Ut ascenderent, & ædificarent Ierusalem.* Quare dicitur sub Dario, quod sub Cyro factum ? T. 9. E. n. 29.

4. *Esdr.*

Cap. 13. v. 43. *Per introitus angustos fluminis Euphratem introierunt.* Qua, & quomodò Hebræis in Indiam & Americam introitus ? T. 9. E. à n. 9.

Tobiæ.

Cap. 13. v. 13. *Luce splendida fulgebis.* Utquid signatur splendor lucis, si proprietas est splendor ? T. 1. D. 7. á n. 4.

V. 15. *Nomen enim magnum invocabunt in te.* Quodnam Dei nomen magnum ? T. 3. D. 6. n. 3.

Judith.

Cap. 5. v. 23. *Ex dispersione, qua dispersi.* Quorsùm *Dispersione* ? T. 10. E. n. 10. & 21.

Cap. 6. v. 18. *Cùm Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis.* Quomodò dabit libertatem, dum nequaquàm contraxerant servitutem ? T. 1. D. 7. n. 17. Cur dicit *Hanc* ? n. 18. & quænam sit libertas hæc, & qualis ? ibid. & T. 8. D. 3. à num. 12.

Cap. 7. v. 6. *Circuit per gyrum.* Quid gyro circuire ? T. 8. E. à n. 6.

Cap. 14. v. 16. *Vna mulier Hebræa fecit confusionem in domo regis Nabucodonosor : ecce enim iacet in terra, & caput eius non est in illo.* Ubi denuò gaudium è simili triumpho? T. 4. D. 3. n. 8.

Esther.

Cap. 1. v. 6. *Tentoria aerei coloris.* Quomodo in aere color si non videtur ? T. 8. D. 5. n. 13. Cur cœnacula dicuntur tentoria? n. 15.

Cap. 3. v. 5. *Cùm probasset, quòd Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret; iratus est valdè.* Cúr tantùm ex Mardochæo concupitur adoratio ? T. 2. D. 7. n. 10.

Cap. 4. v. 16. *Tradens me morti, & periculo.* Quid periculum post mortem? T. 9. D. 4. n. 10.

Cap. 6. v. 3. *Nihil omninò mercedis accepit.* Unde nulla munera si dignatus regis aula? T. 2. D. 5. n. 10.

Cap.

Cap. 8. v. 3. *Ne bis contenta procidit ad pedes regis.* Quare modò non timuit, dum primo ingressu præ timore corruit? n. 5.

V. 4. *Ille ex more sceptrum aureum protendit, quo signum clementiæ.* Quare modó legis nulla fit mentio, ficut in ingressu primo? ibid.

Cap. 11. v. 11. *Lux & Sol ortus est.* Quo intuitu indicantur lux & Sol, si sine luce non est? T. 1. D. 7. n. 14.

Cap. 15. v. 10. *Regina corruit, & lassum super ancillulam reclinavit caput.* Quare præ timore corruit, quæ mortem despexit? T. 9. D. 1. n. 11.

V. 11. *Festinus, ac metuens exilivit de solio.* Unde metus, dum descendit obsequiosus? T. 2. D. 7. n. 19. Quare modò iratus, & non in secundo ingressu? T. 6. D. 4. n. 5.

V. 16. *Vidi te, Domine, quasi Angelum Dei.* An lenocinium, vel opprobrium? ibid. n. 2. Cur non signatur uti rex glorioſus, sed rex ut Angelus? n. 4. Quare vocat Angelum, quem vidit in throno phreneticum? T. 2. D. 7. n. 19.

V. 17. *Valdè enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena est gratiarum.* Quare vi letur mirabilis, qui terribilis furorem demonstrans oculis? T. 2. D. 7. n. 19. & T. 6. D. 4. n. 4. Quomodó ex gratijs ingratus? ibid. Unde gratus, si plenus furoris? T. 2. D. 7. n. 19.

Job.

Cap. 1. v. 21. *Sit nomen Domini benedictum.* Quodnam nomen? T. 4. D. 7. n. 18.

Cap. 5. v. 26. *Ingredieris in abundantia sepulchrum.* Quid sit, sepulchrum ingredi, & cum abundantia? T. 5. D. 5. n. 24. D. 6. n. 18. T. 10. D. 6. n. 18.

Ibid. *Sicut infertur acervus tritici.* Quomodò tritici acervus cadaver in sepulchro? T. 5. D. 6. n. 18.

Cap. 6. v. 11. *Quæ est enim fortitudo mea, ut sustineam,* &c. Unde carnis passibilis in passione impassibilitas? T. 8. D. 6. n. 15.

V. 12. *Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.* Unde si caro, lapidea vel ænea fortitudo? T. 4. D. 1. à n. 4. T. 8. D. 6. n. 15.

Cap. 7. v. 3. *Ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas.* Quid laboriosæ noctes, & vacui menses? T. 10. D. 5. n. 15.

V. 15. *Elegit suspendium anima mea,* &c. Quodnam animæ suspendium? T. 5. D. 3. n. 13.

Cap. 9. v. 5. *Transtulit montes, & nescierunt hi quos subvertit.* Quid quod scirent, vel nescirent rupes auctorem translationis? T. 9. D. 3. n. 16.

V. 7. *Qui præcipit Soli, & non oritur.* Quomodò præceptum, si ratione caret? T. 8. E. n. 88.

Cap. 13. v. 21. *Formido tua non me terreat* Quippini dicit *Faciem*, sed *Formidinem*? T. 8. D. 1. n. 9.

V. 24. *Cur faciem tuam abscondit, & arbitraris me inimicum tuum?* Quo intuitu aliquandó Dei facies avertitur ab amicis? T. 8. D. 1. num. 10.

Cap. 14. v. 1. *Homo natus de muliere.* Quid? latè. T. 1. E. à n. 2. Cur dicitur *natus*, & non *genitus*? n. 8. Quisnam homo non mulieris? T. 1. D. 1. n. 3. Quisnam non ex muliere? D. 2. n. 5. D. 3. n. 6. Si ex muliere natus, urquid tacerur, ex viro genitus? D. 4. n. 1. Quinam homo de muliere, & non mulieris? D. 5. n. 1. D. 6. n. 2. D. 7. n. 1. Unde mulieris filius, de muliere non natus? D. 8. n. 3.

Cap. 16. v. 14. *Circumdedit me lanceis suis, convulneravit lumbos meos.* An vulnera ex lanceis, vel ex vulneribus? T. 8. D. 6. n. 8.

V. 15. *Conscidit me vulnere super vulnus.* Quid tò *Super* in vulneribus? ibid. An loco medicaminis repetitio vulneris? T. 4. D. 5. à num. 9.

Cap. 17. v. 2. *Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus.* Cur erumpit in peccati fletum, si non peccatum? T. 2. D. 8. n. 10.

Cap. 19. v. 25. *Scio quòd Redemptor meus vivit, & in novissimo die de terra surrecturus sum.* Quare si Redemptor surrecturus, minimè dicit *De terra*? T. 2. D. 1. num. 5. Unde é sepulchro sperat vivere, Redemptore vivente? n. 10.

V. 26. *Rursùm circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum meum.* Quare non dicit *pelle, & carne*, sed *pelle & carne mea*? T. 2. E n. 19.

V. 27. *Quem visurus sum ego ipse, & non alius.* Quare addit *Non alius*, si dixerat *ego ipse*? à n. 18. Quomodo in resurrectione alius, alter & ipse? D. 1. n. 6. D. 3. n. 3. Et quomodò ipse, & alius? D. 4. n. 1. D. 5. n. 6. D. 6. n. 2.

Cap. 22. v. 6. *Nudos expoliasti vestibus.* Quomodò? T. 7. E. n. 25.

Cap. 24. v. 8. *Quos imbres montium rigant; & non habentes velamen, amplexantur lapides.* Unde amplexus lapidum ex irrigatione montium? T. 4. D. 1. n. 7.

Cap. 26. v. 7. *Appendit terram super nihilum.* Quomodó si super aquas? T. 9. D. 5. á n. 8.

Cap. 28. v. 5. & 6. *Terra igni subversa est: locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.* Unde lapis mutatus in sapphirum, & terra in aurum? T. 4. D. 1. n. 7. Cur in sapphirum, & non in alium lapidem pretiosum? á num. 8.

V. 18. *Trahitur sapientia ab occultis.* Quænam occulta, unde trahatur sapientia? T. 8. D. 5. n. 6.

V. 19. *Nod adæquabitur ei topazius.* Qua de causa? n. 7.

V. 25. *Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.* Quodnam pondus sine pondere? & quare conferuntur pondera ventorum, & aquarum? T. 9. D. 5. n. 10.

V. 26. *Quando ponebat pluvijs legem.* Quænam lex posita pluvijs? T. 9. D. 3. n. 14.

Cap. 30. v. 21. *Mutatus es mihi in crudelem.* Quomodó mundus, qui blandus, factus est amanti dirus? T. 5. D. 7. n. 16.

V. 22. *Elevasti me, & quasi super ventum ponent elisisti me valdè.* Unde elati allisio, dùm est in throno? n. 17. Quare prosperitas mundi con-

confertur aeri ? n. 14. Quare assumptum fortuna collocat super ventum ? n. 17.

Cap. 35. v. 10. *Vbi est Deus, qui fecit me, qui dedit carmina in nocte* ? Qui dùm Hebr. *Deus, qui fecerunt* ? T. 3. D. 6. n. 10. Quænam noctis carmina ? T. 8. E. n. 25.

Cap. 37. v. 2. *Audite auditionem in terrore vocis.* Discrimen quale in terrore vocis, & voce terroris? T. 3. D. 4. n. 10.

V. 4. *Tonabit voce magnitudinis suæ.* Quænam vox magnitudinis ex magnitudine vocis ? ibid. & D. 5. n. 23.

Ibid. *Non investigabitur, cùm audita fuerit vox eius.* Quare non investigabitur, si vox auditur ? n. 24.

V. 5. *Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia.* In quo miracula vocis Dei, dùm tonitrui auditur vox? T. 3. D. 4. n. 10. Quænam ex voce inaudita portenta, & mirabilia ? T. 3. D. 5. n. 25.

V. 9. *Ab interioribus egredietur tempestas.* Quid in procellam interiora dicantur ? n. 24.

Cap. 38. v. 37. *Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli* ? Quisnam cœlorum concentus, & ordo ? T. 3. D. 5. à n. 17.

Cap. 40. v. 4. *Si habes brachium sicut Deus, & voce simili tonas.* Quæ vox, & vox tonitrui in Dei brachio ? T. 3. D. 4. à n. 9.

Cap. 41. v. 11. *De naribus eius procedit fumus.* Quid quòd fumus in respiratione ad excellentiam miraculi? T. 9. D. 3. n. 16.

Cap. 42. v. 6. *Ago pœnitentiam in favilla, & cinere.* Qua ratione primò peccatum negat, de illo post dubitat, & denique affirmat? T. 1. D. 4. n. 14.

Psalmorum.

Psalm. 1. v. 5. *Non resurgent impij in iudicio.* Unde si omnes resurgemus ? T. 2. E. n. 10.

Psalm. 3. v. 5. *Voce mea ad Dominum clamavi.* Cur *Voce* si clamorem dicit ? T. 3. E. n. 16. D. 5. num. 19. T. 6. n. 12. D. 8. n. 17. Quare dicit *Voce mea* ? T. 3. D. 3. n. 1. Quare exponitur clamor in hominis voce, & exauditio clamoris in Numine ? D. 4. n. 1. D. 7. num. 16.

V. 6. *Ego dormivi, & soporatus sum.* Quare soporem dicit, dùm sine illo nemo dormit? T. 2. E. n. 27. & à n. 38. Quid est dormire, & non soporari ? D. 1. n. 1.

Psalm. 4. v. 3. *Filij hominum*, &c. Cur homines dicuntur filij hominum ? T. 1. E. à n. 18. Quare non dicuntur homines, cùm homines sint ? T. 1. D. 3. n. 15.

V. 10. *Singulariter in spe.* Quæ enim in spe esse singulare ? T. 5. D. 3. n. 4.

Psalm. 5. v. 3. *Intende voci orationis meæ.* Quidni *Orationi meæ vocis*? T. 3. E. n. 26.

Psalm. 6. v. 6. *Non est in morte qui memor sit tui.* Cur in morte, Dei non sit memoria ; dùm interest magna? T. 2. D. 2. n. 4.

Psalm. 8. v. 2. *Quàm admirabile est nomen tuum in universa terra ! Quoniam elevata est magnificentia tua super cœlos.* Unde nomen Dei admirabile ? T. 4. D. 7. n. 21. Quare Christi gratia super cœlos magnifica? T. 6. D. 1. num. 8.

V. 3. *Ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem.* Quomodó ex infantibus laudes, si sunt elingues ? T. 9. D. 3. à n. 5. Quidni dicitur *Fecisti*, sed *Perfecisti* ? n. 7.

Psalm. 9. v. 12. *Annunciate inter gentes studia eius.* Quæ amoris divini studia ? T. 1. D. 6. num. 4.

Divis. v. 12. *Exaltetur manus tua.* In quo munere exaltetur munifici manus ? T. 8. D. 3. num. 8.

V. 15. *Contere brachium peccatoris, & maligni.* Unde ex favore malignator, qui criminibus transgressor ? T. 10. D. 2. n. 13.

V. 17. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Quare dum audit afflictum ; eius dicitur audire desiderium ? T. 5. E. n. 7. Quomodò audiuntur desideria sine voce, & sine lingua ? T. 8. D. 3. n. 8. Et quid ad gratiam desiderium, atque præparatio cordium? T. 3. D. 5. n. 21. Unde cordis præparatio non audibilis auditur ? T. 8. D. 3. n. 9. Cur priùs dicitur de Numine *Exaudivit*, quàm *Audivit* ? n. 9.

Psalm. 11. v. 2. *Diminutæ sunt veritates à filijs hominum.* Quomodò veritates diminutæ, & quanti incommodi? T. 7. D. 1. à n. 15.

V. 9. *In circuitu impij ambulant.* Qua vitij vertigine in circuitu ambulant peccatores ? T. 6. D. 7. n. 3.

Psalm. 12. v. 4. *Illumina oculos meos, ne umquàm obdormiam in morte.* Quorsùm si in morte, mortuorum clauduntur lumina ? T. 1. D. 4. num. 12.

V. 5. *Ne quando dicat inimicus meus : Prævalui.* Unde ex clausis oculis inimici victoria? T. 1. D. 4. n. 12. Quippini dicit *Valuit*, sed *Prævaluit* ? à n. 13.

Ps. 13. v. 1. *Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis.* Quænam corruptionis studia? T. 10. D. 1. n. 6. Quomodó abominabiles facti, post quàm corrupti ? n. 10.

Psalm. 15. v. 4. *Multiplicatæ sunt infirmitates eorum : postea acceleraverunt.* Cur in infirmitates velociùs procedunt, dùm infirmantur? T. 4. D. 6. n. 15.

V. 6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* Cur simul præclara, & vincula ? T. 1. D. 2. n. 5.

Psalm. 16. v. 1. *Auribus percipe orationem meam non in labijs dolosis.* Quomodó aliter in conspectu Deitatis? T. 3. D. 2. n. 10.

V. 7. *Mirifica misericordias tuas.* Quænam in misericordia mirifica gratia ? T. 1. D. 1. num. 16.

V. 11. *Proijcientes me nunc circumdederunt me.* Quomodò si proijciunt, amplexantur? T. 2. D. 4. n. 9.

V. 16. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Unde si nullus gloria Domini satiatur ? T. 5. E. n. 43.

Psalm. 17. v. 5. *Circumdederunt me dolores mortis.* Quomodó mortis cruciatus, si non mortuus? T. 8. D. 6. n. 12.

V. 6. *Dolores inferni circumdederunt me.* Unde inferni, necdùm in inferno? T. 5. D. 3. 6.

V. 9. *Ignis à facie eius exarsit : carbones succensi sunt*

sunt ab eo. Quomodò à facie ignis, incensi carbones? T.9.D.3.n.16.

V.13. *Grando, & carbones ignis.* Unde simul ignis & grando? T.10.D.4.n.9.

V.19. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus protector meus.* Unde si præventus angor, Deus cognoscitur protector; & quomodò si eius protectio, erit afflictio? T.8.D.3.n.10.

Psalm.18. v.2. *Cœli enarrant gloriam Dei.* Quibus vocibus, & arte? T.8.E.n.25.& 30.

V.3. *Dies diei eructat verbum.* Quodnam, & quibus? T.5.D.2.n.12.

Ibid. *Nox nocti indicat scientiam.* Quæ scientia nocti indicatur à nocte? T.4.D.5.n.6.

V.9. *Iustitiæ Domini rectæ.* Quorsùm *Rectæ*, si Domini sunt iustitiæ? T.9.D.7.n.12.

V.13. *Ab occultis meis munda me.* Unde vel agenti peccata, dicuntur occulta? T.1.D.4.n.8.

Psalm.19.v.9. *Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.* An ceciderint, quia obligati; vel é contra? T.10. D.1. n. 7. Quare ceciderunt ubi cæteri eriguntur; & qui vel surgentes, non erecti? ibid.

Psalm.20.v.4. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Quænam Christo dulcedo prævenia in benedictione? T.4 E.n.15.

V.7. *Lætificavis eum in gaudio cùm vultu tuo.* Quare additur gaudium lætitiæ? T.4. E.à n. 17. D. 3.n.2.D.4.n.1. Cur exponitur in gaudio causa, & effectus? D. 1. num. 1. D.2. num. 1. Quando gaudium lætificante dolore? D.5. n. 1.Quomodò gaudium sine gaudio? ibid.& D. 7.à n.2.

V.12. *Declinaverunt in te mala.* Quare in pectus Dei declinarunt quæ in David? T. 8. D. 2. num.4.

Ibid. *Cogitaverunt consilia, quæ non potuerunt stabilire.* Unde in consilia cogitata non potentium fuit potentia? n.5.

V.14. *Exaltare Domine in virtute tua.* Cur non plaudit exaltationem, sed exaltationis virtutem? T.6.D.1.n.9.

Psalm. 21. v.2. *Longè à salute mea verba delictorum meorum.* Quæ verba delicta, salutis obstacula? T.3.D.3.n.2.

Psalm.22.v.5. *Calix meus inebrians, quàm præclarus!* Quare in mensa sacra, vini claritas, quia ex illo rationis ebrietas? T.7.D.4.n.3.

Psalm. 24. v.11. *Propter nomen tuum, Domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim.* Utquid si pro venia supplex orat, crimen amplificat? T.2.D.3.n.7.

Psalm.25. v. 7. *Ut audiam vocem laudis, & enarrem universa mirabilia tua.* Cur non miracula vocis, sed ex voce? T.3.D.6.n.24.

Psalm. 28. v.3. & 4. *Vox Domini super aquas: Vox Domini in virtute.* Ut ambuletur super aquas, miraculum an ex virtute vocis, vel ex voce virtutis? T.9.D.3.n.5.

Psalm. 29. v.4. *Eduxisti ab inferno animam meam.* Quomodò illuc adducta, ut esset erepta? T.1. D.3.n.16.

V.13. *Cantet tibi gloria mea.* Cur lingua dicitur gloria? T.9.D.2.n.14.

Psalm.30.v.8. *Respexisti humilitatem meam.* Quid in eius humilitate resplenduit, ut Deus in illam respiceret? T.2.D 8.n.17.

V.9. *Nec conclusisti me in manibus inimici.* Quomodò inclusus, non conclusus? T. 8. D. 4. num.2.

V.13. *Tamquàm mortuus à corde.* Quæ mors à corde, in viventes? T.10.D.6.n.12.

V.18. *Erubescant impij, & deducantur in infernum.* An deducendi, vel reducendi, & quare? T. 1.D.2.n.6.

V.19. *Loquuntur adversus iustum iniquitatem in superbia, & in abusione.* Quid est in verbis abusio, & quomodó in abusione superbia? T.7. D.1. à n.14.

V.23. *Dixi in excessu mentis meæ: proiectus sum à facie oculorum tuorum.* Unde cogitatio ex excessu mentis, quòd repulsus ab oculis Divinitatis? T.2.D.8.n.17.

Psalm.31.v.1. *Ipsi David intellectus.* Quid in Psalmis sit *Intellectus David*? T.3.E.à n.33.

V.3. *Quoniam tacui, inveteraverunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Unde nec vox in clamore? T.3.D.2.n.5.& 8.

Psalm.33.v.19. *Humiles spiritu salvabit.* Quomodò salvantur in humilitate, qui in medio pelagi? T.9.D.5 n.4.

Psalm.34.v.13. *Cùm mihi molesti essent, induebar cilicio.* Utquid indutus cilicium, si per alios fit peccatum? T.2.D.8.n.10.

V.15. *Congregata sunt super me flagella, & ignoravi.* Quare ex ignorantia flagella acriora? T.9.D. 1.n.12.

Psalm.36. v. 20. *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati; deficientes*, &c. Quippini ante celsitudinem, sed post assumptionem? T. 5.D.7.n.16.

V.35.& 36. *Vidi impium superexaltatum*, &c. & *transivi; & ecce non erat.* Utquid exaltatus, si pessimus? T.6.D.8.n.11.Quomodó non erat, si viderat; & locus dignitatis perit, dùm ille habet? n.12.

Psalm.37.v.3. *Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.* Quorsùm *Mihi*, si sagittæ tuæ? T.8.D.6.n.5.

V.12. *Amici mei, & proximi mei adversum me appropinquaverunt, & steterunt.* Qua arte steterunt, si appropinquarunt? n. 7.

V. 13. *Qui iuxta me erant de longè steterunt.* Unde iuxta, & longè? à n.6.

Psalm.38.v.3. *Silui à bonis, & dolor meus renovatus est.* Quo intuitu vulnera, quæ amoveri cupit, ut mala; vocat bona; & unde renovatur dolor, si removetur? T.8.D.2.n.10.

V.7. *In imagine pertransit homo.* Unde homo solùm hominis imago? T.1.D.3.n.14.

V.10. *Quoniam tu fecisti.* Quomodó factum quod sit vulnus, & non ictus? T.8.D.6.n.6.

V.11. *Amove à me plagas tuas.* Qua arte erunt utriusque? T. 8. D.2. n. 9. Quomodò à se amovendæ sunt plagæ, quin sint in corpore? T.8.D.6.n.6.

V.13. *Auribus percipe lachrymas meas.* Utquid si lachrymæ non audiuntur, sed videntur? T.3.D. 5.num.19.

Psalm 39.v.2. *Expectans expectavi Dominum.* Quid hiccine pleonasmus? T.5.E à n.10. Unde expectatio sine expectatione? D 1.n.2.D.2.n.2. D.5.n.9. An expectare expectando gaudium

Index locor. Sacr. Scriptur.

animæ, an cordolium? D.3.n.13. D.6.n.2. Cur dùm expectatur gratia, est necessaria patientia? D.3.n.2. D.4.n.2. Quomodò expectatur, quod habetur? D.7.n.1.

Ibid. *Et intendit mihi.* Quare si Dominus omnibus intendit in Incarnatione, dicitur tantùm intendisse sibi? T.5. E.à n.10. & D.2. num.2.

Ibid. *Exaudivit preces meas.* Cur memor exauditionis, & non auditionis? T.3. D.2.n.13.

V.4. *Immisit in os meum canticum novum?* Quid in cantico orationis singularis novitatis, ut exaurentur preces? ibid.

Ibid. *Videbunt multi, & timebunt.* Si exponitur oratio, unde formido? n.14.

V.7. *Aures autem perfeciſti mihi.* Cur à Paulo dicitur totum corpus? T.5. E.n.37. T.8. D.3.n.6. Qualis aurium perfectio? n.4. & 7.

Pſalm.41.v.4. *Lachrymæ meæ panes die, ac nocte.* Quid in lachrymis nox, & dies? T.2. D.2. n.14.

Pſalm.43.v.16. *Confuſio faciei meæ operuit me.*

V.17. *A voce exprobrantis & obloquentis.* Unde pudor ſit, ſi criminis non veritas, ſed tantummodò vox? T.7.D.1.n.12.

Pſalm.44.v.2. *Eructavit cor meum verbum bonum.* Quare ex corde, in bonitatem verbi? T.3. D.2.n.2.

Ibid. *Lingua mea,* &c. Quare lingua iungitur cordi pro gratitudine? T.1.D.8.n.2.

V.10. *Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato circumdata varietate.* Quid ſit deaurata veſtis? ibid. & T.3.D.7.num.11. T.4. D.8. num.3.

V.14. *Omnis gloria eius filiæ regis ab intùs circumdata varietate.* Unde gloria varia, ſi ab intùs gloria? T.4. D.4.n.10.

Pſalm.46.v.9. *Sedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Quid ſignat geminatio ſeſsionis & ſedis? T.6. E.à n.30. & 38. Quomodó qui ſedem habet, non ſedet? D.2.n.10. D.5.n.2. D.7. num.3. D.8.n.11. Quis ſedet, & ſedem non habet? D.3.n.7. D.4.n.1. Cur non dicitur *Sedet in ſede*, ſed *Super*? D.6.n.5. Quare dùm ſedet; ſedet ſuper ſedem & ſedem ſuam? D.1.n.10. D.8.n.11.

V.10. *Dij fortes terræ vehementer elevati ſunt.* Utquid non ſolùm elevati, ſed vehementer? T.6.D.1.à n.10.

Pſalm.48.v.2. *Audite hæc omnes gentes.* Quæ auditura? T.2.D.6.n.8.

V.3. *Simul in unum dives, & pauper.* Quomodó ſimul? ibid.

V.10. *Non videbit interitum.* Quid, cùm habitet ſepulchrum? T.1.D.1.n.9.

V.15. *Sicut oves in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos: auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.* Quare tempus ſimul præteritum, & futurum? T.1. D.2.n.7. T.2. D.6.n.8. Quomodò dicitur in inferno, ſi gloria adverſariorum ab illis videtur, vel in hoc mundo? T.1.D.2.à n.7.

Pſalm.49.v.19. *Os tuum abundavit malitiâ, & lingua tua concinnabat dolos.* Quænam linguæ malitioſæ abundantia? T.6.D.5.à n.13. Unde doli in linguæ, & quomodò? n.18.

Pſalm.50.v.10. *Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam.* Quodnam diſcrimen inter gaudium & exultationem gaudentium? T.4.E.à n.14 Quando ſimul? D.4.n.7.

V.14. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui.* Quæ lætitia ſalutaris, & cur dicitur, quòd reddat? T. 1.D.5.n.12.

Pſalm.51.v.4. *Iniuſtitiam cogitavit lingua tua.* Quænam linguæ cogitatio? T.7. E.n.27.

Pſalm.53.v.9. *Super inimicos meos deſpexit oculus meus.* Utquid de quo dolet animus, deſpicit oculus; & an ex iniuriarum deſpectu, formetur ultio? T.10.D.5.n.4.

Pſalm.54.v.4. *A voce inimici, à tribulatione peccatoris.* Unde tribulatio cordi, ſi tantùm vox inimici? & quare inimicus tribulatur à voce? T. 7.D.1.n.13.

Pſalm.55.v.8. *Pro nihilo ſalvos facies illos.* Quid, homines pro nihilo ſalvos facere? T.5. E.n. 16.T.7.D.3.n.13.

Pſalm.57.v.6. *Non exaudiet vocem incantantium.* Quid ſit, incantare ſerpentes? T.2. E.à num.36.

V.11. *Manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.* Quid ſit in ſanguine lotio manuum? T.5.E. n.27. & 35.

Pſalm.58.v.5. *Sine iniquitate cucurri, & direxi.* Unde ſine directione, quamvis ſine iniquitate? T.6.D.2.n.8.

Pſalm.61.v.12. *Semel locutus eſt Deus: duo hæc audivi.* Quid ſemel dictum, & in uno duo, & non unum intellectum? T.5.D.2.à n.8.

Pſalm.62.v.2. *Sitivit in te anima mea: quàm multipliciter tibi caro mea.* Unde multipliciter in conditione carnis animæ in Deum excitetur ſumma ſitis? T.3.D.6.à n.11.

Pſalm.63.v.3. *Protexiſti me à conventu malignantium.* Quid, quomodó, & qualis ſit malignantium conventus? T.3.D.4.n.11. T.7 E. à n.7.

V.7. *Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.* Quid ſit, ſcrutinio ſcrutari? T.7. E.à n.22. In quo differunt ſcrutinium ſcrutari, & ſcrutari ſcrutinio? n.25. Cur ſic ſcrutantes deficiunt? D.1.n.11. D.2.n.1. D.3.n.1.D.4.n.1.D.5.n.16. D.6. n.3.

Pſalm.64.v.14. *Arietes ovium.* Quid hoc ſtylo ſignetur? T.1.E. n.47.

Pſalm.65.v.12. *Tranſivimus per ignem & aquam.* Quo iure ſine læſione? T.9. D.5.n.16.

V.17. *Ad ipſum ore meo clamavi.* Utquid *Ore*? T. 5. E.n.19.

Pſalm.67.v.5. *Aſcendit ſuper occaſum.* Qua arte ſuper occaſum aſcenſio? T.9.D.6.n.15.

V.7. *Qui habitant in ſepulchris.* Unde ſi vivitur, in ſepulchris habitatur? T.10.D.6.n.18.

V.10. *Pluviam voluntariam ſegregabis.* Quænam voluntaria pluvia? T.9. D.3.n.14.

V.12. *Dominus dabit verbum evangelizantibus virtute multa.* Cur ad illorum verbum virtus neceſſaria, ac virtus multa? T.3.D.3.n.7.

V.19. *Aſcendiſti in altum: accepiſti dona in hominibus.* Cur priùs deſcribitur aſcenſus in gloria, quàm deſcenſus in terram? & unde ſi contulit, dona accepit? T.4. D.2.à n.8.

V.34. *Aſcendit ſuper cœlum cœli ad orientem.* Quo ordine, ſi priùs dixerat, *Super occaſum*? T.9. D.6.n.16.

Ibid. *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis.* Quænam vox virtutis, & virtus vocis? T.3.D.4.n.2.

V.36. *Mirabilis Deus in sanctis suis.* Quare in sanctis mirabilis virtus vocis? n.16. In quo per vocem vocis, Dominus mirabilis? T.3.D.6.n.22.

Psalm. 68. v. 2. *Intraverunt aquæ usque ad animam meam.* Quando animam usque penetrant aquæ? T.8.D.4.n.9.

V.3. *Infixus sum in limo profundi, & non est substantia: tempestas demersit me.* Unde origo naufragij? n.7. Cur post naufragium maiora pericula, quia in limo non est substantia? n. 9.

V.15. *Eripe me de luto, ut non infigar.* Quidni precatur eripi de luto peccati, sed de periculo luti? Ibid.

V. 22. *In siti mea potaverunt me aceto.* Quomodò si vino, felle misto? T.3.D.1.n.23.

V.34. *Vinctos suos non despexit.* Cur dicit *suos*, & *vinctos*: si à se é vinculis liberati? T.5.D.3.n.16. T.6.D.1.n.15.

Psalm.70.v.7. *Tamquàm prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis.* Quare ubi ut prodigium videtur, Deus non solùm adiutor, sed ut fortis inclamatur? T.1.D.2.n.1.

V.19. *Potentiam tuam, & iustitiam tuam Deus, usque in altissima, quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi?* Quare usque in altissima magnalia, iustitia cùm potentia? & quare signetur Deus inimitabilis in huiusmodi prodigijs? T.8.T.1. num.1.

V. 23. *Exultabunt labia mea, cùm cantavero tibi.* Quo intuitu in labiorum exultationem dirigi debet cantus erga Numinis maiestatem? T.3. D.2.n.10.

Psalm.72. v.7. *Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.* Quare illorum iniquitas confertur adipi? T.7.D.6.à n.7. Et quid sit ex iniquitate in cordis affectiones transire? n.13.

V.10. *Ideo convertetur populus meus hic.* Quare conversatio sancta ex improborum corruptela? T. 1.D.1.n.11.

V.22. *Ad nihilum redactus sum, & nescivi.* Quæ maior miseria, miseria, vel illius ignorantia? T.9. D.1.n.10.

V.26. *Defecit cor meum, Deus cordis mei.* Unde si cor Dei, deficit cor? T.3.D.6.n.21.

Psalm.73.v.5. *Posuerunt signa sua, signa,* &c. Unde cordis malignitas, si in signis relucet sanctitas? T.7.D.1.n.11. Quid sit, pro signis signa mutare? T.2.D.6.n.11.

Ibid. *Non cognoverunt sicut in exitu super summum.* Qualis exitus ex signis mutatis; & quid *Summum* dicatur in signis? n.12.

Psalm.74.v.9. *Calix in manu Domini vini meri plenus misto: & inclinavit ex hoc in hoc.* Quis & qualis calix iste, & de quo in quem mistum Dominus inclinavit? T.5.D.5.n.17. Cur iste calix in manu Domini? n.20.

Psalm. 75. v. 6. *Dormierunt somnum suum.* Quid tò *Suum*? T.2.E.n.42.

V.11. *Reliquiæ cogitationis.* Quænam cogitationis reliquiæ? T.7.E.n.22.T.9.D.5.n.15.

Psalm.76.n.11. *Hæc mutatio dexteræ Excelsi.* An mutatio dexteræ, vel mutatio in Excelsi dextra? T. 8.D.2.n.2.

Psalm.77.v.27. *Volatilia pennata.* Utquid *pennata*; si volatilia? T.5. D.7.n.16.

V.39. *Ad nihilum redegit valdè Israel.* Unde in nihilo quit esse minus? T.9.D.5.n.15.

V.68. *Elegit tribum Iuda.* Quare in regnum hæc tribus electa? T.5.D.5.n.10.

Psalm. 79. v.v. *Pro ijs, qui commutabuntur testimonium.* Quare Hebr. *Victoria super rosas*? T.3.D. 7.n.13. Qui commutandi, & in victoriam? n. 14. Quodnam pro victoria, commutationi testimonium, & quare? n. 16.

V.3. *Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.* Quæ, & qualis potentia ventura in salutem, ut homo per illam excuciat captivitatem? T. 3. D.7.à n.13.

Psalm. 80. v. 16. *Inimici Domini mentiti sunt ei.* An quia mentiti, hostes; vel inimici facti, quia mendaces? T.1.D.1.à n.6.

Ibid. *Et erit tempus eorum in sæcula.* Unde corruptela morum semel admissa, nulla illorum resipiscentia? n.10.

Psalm. 81. v. 6. *Ego dixi: Dij estis, & filij Excelsi omnes.* Quomodò homines honore divinitatis? T.1.D.5.n.4.

Psalm.83.v.3. *Cor meum & caro mea exultaverunt in Deum vivum.* Quorsùm Hebr. *Cor & lingua mea*; & unde exultante corde, exultatio notatur in carne? T.3.D.6.à n.11.

Psalm.85.v.1. *Inops, & pauper sum ego.* Quare in regni divitiarum abundantia, summa notatur inopia? T.1.D.5.n.13.

V. 13. *Misericordia tua magna est super me.* Unde erga illum misericordia magna? T. 4. D. 5. á num. 3.

V.16. *Salvum fac filium ancillæ tuæ.* Cur tantùm meminit matris? T.5.D.2.n.6.

Psalm.86. v.5. *Homo, & homo natus est in ea.* Cur Christus non dicitur *Homo & homo*? T. 1. E.n. 22. Quid sit *homo & homo* in homine? T.1.D. 1.n.1. T.1.D.5.à n.2. Quare *In ea*, & non *Ex ea*? Ibid.

Psalm. 88. v. 19. *Quia Domini est assumptio nostra.* Unde nostra, si Domini assumptio? T.6.D.1. num.9.

V.38. *Sicut Luna perfecta in æternum, & testis in cœlo fidelis.* Quæ Luna, & quomodò in splendore perfecta; & quis in cœlo testis huius perfectionis? T.1.D.7.n.13.

Psalm. 90. v. 5. *Non timebis à timore nocturno.* Quid sit nocturnus timor? T.2.E.n.32.

Psalm.93.v.1. *Deus ultionum.* Unde si pater misericordiarum? T.10.D.3.n.4.

V.16. *Quis consurget mihi adversus malignantes,* &c. Quare Hebr. *Pro me*? T.3. D.6.n.20.

V. 17. *Nisi quia Dominus adiuvit me, paulominùs habitasset in inferno anima mea.* Unde in inferno habitasset, ni Dominus adiuvisset? T. 4. D.5.n.3.

V.19. *Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes,* &c. Quare ex vulneribus gratia, ac doloribus lætitia? n. 4.

Psalm. 96. v.2. *Iustitia, & iudicium correctio sedis eius.* Cur ad correctionem, cum iustitia iudicium necessarium? T.9.D.7.n.11.

Psalm. 98. v. 3. *Confiteantur nomini tuo magno,* &c. An, & quid in Domino magnum nomen? T.3. D.6.n.3.

V.4. *Honor regis iudicium diligit.* Cuius regis honor, & à quo de honore iudicium? T. 5. D. 2. n. 14. Quare post Trinitatis nomen magnum,

de honore Christi regis diligendum iudicium? T.3.D.6.n.7.

Psalm. 100. v. 8. *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ.* Quo modo, & arte? T.3. D. 6. n.19.

Psalm.101. n.20. *Prospexit de excelso sancto suo, ut audiret gemitus compeditorum.* Ut gemitus compeditorum exaudiat, quomodó de cœlo prospiciat? T.3.D.5.á n.20.

Psalm.102.v.20. *Ad audiendam vocem sermonum eius.* Quidni ad sermonem? T.9.D.3.n.16.

Psalm. 103. v. 5. *Fundasti terram super stabilitatem suam.* Quænam terræ stabilitas, si omninò pendet? T.2.D.5.n.4.

V. 26. *Draco iste, quem formasti ad illudendum ei.* Cur mare, horribile monstrum, datur homini in ludibrium? & quare dicitur *Iste*? T. 9. D.4.n.2.

Psalm.104.v.22. *Vt erudiret principes eius, sicut semetipsum.* Unde eruditos erudivit? T.3. D.3.n.8. Et quid, ut *semetipsum*? n.9.

Psalm. 105. v. 5. *Ad lætandum in lætitia gentis tuæ.* Quid lætitia, in qua lætandum? T.4.E.n.26.

V.14. *Concupierunt concupiscentiam.* Quid sit, concupiscentiam concupiscere? T.5. E.á n.20. T.6. D.7.n.7.

Psalm.107.v.3. *Exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo.* Cur musica & ante lucem? T. 3. D.5.n.13.

Psalm. 108. v. 22. *Cor meum conturbatum est intra me.* Quorsùm *Intra*, si nequit extra? T.3. D. 6.num.21.

Psalm. 109.v.1. *Sede à dextris meis.* Quid sid ad dexteram Dei sedere? T.6.E.à n.36. Quomodó à dextris, si infrà dicitur, *Dominus à dextris tuis*? à n.40.

Psalm.112.v.9. *Matrem filiorum lætantem.* Quorsùm *Filiorum*? T.1.E.num.34. Quæ non filiorum mater? D.8.á num.4. Si ex filijs gaudium, unde singularis lætitia maternitatis filiorum? n.12.

Psalm.13.v.4. *Agni ovium.* Quid? T.1. E.n.47.

V.16. *Cœlum cœli Domino.* Cur in Virgine Matre cœlum cœli? T.8.E.n.17.

Psalm. 115. v. 16. *Ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Quare ancillæ filius, si Dei servus? T. 1. D.8.n.12.

Psalm. 117. v.10. *Omnes gentes circuierunt me.* Quomodò omnes? T.8.E.n.2.

V. 11. *Circumdantes circumdederunt.* Quidni uti suprà, *Gentes*? Ibid. Quid sit circumdare circuitu? à num. 7. Unde circumdatio, sine circuitu? D.1. num.10.D.3.num.1. D.5.num.5. Unde ex circuitu circuitus? D.2.num. 2.D.4. num.2.

Ibid. *In nomine Domini, quia ultus sum in eos.* Unde qui inclusus, & pressus, liber, & ultus? T. 1. D.8.n.3.

V.12. *Circumdederunt me sicut apes.* In quo sicut apes hostes? T.8.E.n.2.

Psalm. 118. v. 37. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem.* Quare timenda, vel visa? T. 10. D. 1.n.1.

V.81. *In verbum tuum superspersavi.* Quæ superspes, & quomodò? T.5. E.à n.5.& 14.

V. 134. *Redime me à calumnijs hominum.* Ni hominum, quorum ergo? T.2.D.2.n.14.

Psalm. 121. v. 5. *Illic sederunt sedes in iudicio.* Cur ad iudicium additur actio sedentis? T.6. E.n 24.27. & 29.

Psalm. 125. v.1. *In convertendo Dominus captivitatem Sion; facti sumus sicut consolati.* Quare Sion, & non Samariæ? T.9.E.n.2. Cur Hebr. *Sicut somniantes*? n.36.T.8.D.4.à n.10. Quare non consolati, sed sicut? n.12.

V.2. *Tunc repletum est gaudio os nostrum*, &c. *Magnificavit Dominus facere eum eis.* Quando? n.12. Quæ mirabilia illo tunc viderunt gentes? n.18.& 36.

V.3. *Magnificavit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.* Quomodó lætantes, si flentes? n. 30. Quare tunc plauditur Dominus magnus, & magnificus? T.6.D.1.n.7.

V. 4. *Converte Domine captivitatem nostram.* Quomodó conversa captivitas, dúm data libertas? num.15.

V.6. *Venientes venient*, &c. Quid sit venire veniendó? T.9.E.à n. 32.D.1. num.4. D.2. num.2. D.4. num.1. D.5.num.2. D.6.n.3.D.8.n.6. Ex quo, & qualis exultatio? T.9.E.num.36.D.2.num. 3. D.3.num.7.D.4.n.3.D.5.n.2.D.6.n.3.D.7. n.6.

Psalm 131.v.16. *Exultatione exultabunt.* Quæ exultatio in exultationem? T.4.E.à n.26.

Psalm.135. v. 4 *Facit mirabilia magna solus.* Cur solus ostendit mirabilia, cúm facit opera? T. 2.D.5.n.13.

V.6. *Qui firmavit terram super aquas.* Unde si super nihilum? T.9.D.5.à n.8.

Psalm. 136. *Hymnum cantate nobis de canticis Sion.* Quo proposito huiusmodi musicæ postulatio? T.9.E.n.31.

Psalm.139.v. 11. *Cadent super eos carbones.* Qui dicantur carbones,& cadentes? T.10. D.1.n.10.

Psalm.141.v.6. *Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.* Unde spes, si portio? T.3.E.n.38.T.4. D.4.n.5.T.5.E.n.5.& 38.

Psalm.143.v.2. *Subdit populum meum sub me* Si dixerat *Subdit & populum meum*; quorsùm *Sub me*? T.6.D.6.à n.10.

Psalm. 144. v. 9. *Miserationes eius super omnia opera eius.* Qua de causa eius clementia super eius opera mirabiliora? T.8.D.1.n.1.

Psalm.148.v.4. *Cœli cœlorum.* Cur ita figurantur cœli? T.8.E.n.15.

Psalm. 149. v. 2. *Lætetur Israel in eo, qui fecit eum* Quorsùm Hebr. *In eo, qui fecerunt eum*? T. 3 D.6.n.10.

Proverb.

Cap.3.v.28. *Ne dicas amico tuo: Vade revertere.* Quare amicitiæ dedecus reverti, dum vocatur amicus? T.5.D.8.n.7.

Cap. 4. v. 3. *Ego filius fui patris mei.* Utquid *Patris & mei*, si dicitur *filius*? T.1.E.à n. 24. Quomodò filius & non à patre? n.27. Cur si nequit esse alterius, sui patris dicitur filius? T.1.D.3. num.9.

Cap.6.v.13. *Digito loquitur.* Unde si sermo dumtaxat linguæ T.3.E.n.30.

V.15. *Nec habebit ultra medicinam.* Cur Apostatæ etiam revertentes, immedicabiles? T.10. D.2. num.13.

Cap.8,v.15.& 16. *Per me reges regnant*, &c. *Per me*

me principes imperant. Quæ sapientia necessaria, ut per illam regnent reges, atque principentur principes? T.6.D.6.à n.10.

V.17. *Qui manè vigilant ad me, invenient me.* Quidni vesperè? T.2.D.2.n.8.

V.27. *Gyro vallabat abyssos* Quorsùm *gyro*, si *vallabat*; & quid gyrus? T.8. E. à n. 15. Quid sit gyro vallare? n.6.

Cap.17.v.8. *Gemma pretiosa expectatio præstolantis.* Cur dicitur gemma pretiosa, gemmæ pretiosæ expectatio? T.5. E.n.6.

Cap.20.v.12. *Aurem audientem.* Quæ audiens, & non audiens? T.3. D.5.n.20.

V.17. *Suavis est homini panis mendacij.* Quisnam, & ex quo huiusmodi panis? T.8.D.5.n.12.

Cap.21.v.26. *Tota die concupiscit, & desiderat.* Quid sit concupiscere desiderium? T.5.E.à n.20.

Cap. 22. v. 28. *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* Qui termini antiqui non transgrediendi, & quare ultra huiusmodi terminos non detur transitus? T.7. D.6. à num.9.

Cap. 23. v. 22. *Audi patrem tuum, qui genuit te.* Quorsùm *Genuit*, si dicitur *Pater*? T.1.E.n. 8. & 25. Cuius filius, nisi genitoris? T.1.D. 3.n.9.

V.29. *Cui væ? Cuius patri væ? Cui rixæ? Cui foveæ?* Cui patri, & cur tot infelicitates? T.6. D. 5. num.13.

Cap.26.v.1. *Indecens est stulto gloria.* Cur decus dedecus? T.6.D.8.n.1.

V.8. *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij, ita qui tribuit insipienti honorem.* In quo proprietas similitudinis? n. 10.

Cap. 29. v. 9. *Vir sapiens si cum stulto contenderit; sive irascatur, sive rideat, non invenient requiem.* Cur displicet, & festivus, & severus? T.9.D. 8.n.10.

Cap.30.v.2. *Stultissimus sum virorum.* Unde qui sapientissimus? T.10.D.1.n.5.

V.3. *Non didici sapientiam: non novi scientiam sanctorum.* Quomodò qui pollebat singulari, & inaudita? T.3.D.5.n.3. & D.6.n.3. Quænam sanctorum scientia illi non nota? Ibid.

V.4. *Quod nomen est eius, & quod nomen filij eius, si nosti?* Quare inquirir nomina occulta, & quorum nomina? T.3. D.6.n.3.

V.15. & 16. *Numquàm dicit: Sufficit.* Numquàm satiantur ignis, & infernus? T.6.D.7.n.4.

V.32. *Est qui stultus apparuit, postquàm elevatus in sublime.* Quomodò non est in sublimi, qui elevatus & econtrà? T.6.D.8.n.4. Quare dicitur? *Apparuit*, & post elevationem? n.5.

Ecclesiastes.

Cap.1.v.5. & 6. *Oritur Sol, & occidit, & ad locum suum revertitur: ibique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonem: Lustrans universa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos revertitur.* Quid gyrus, & quare si gyrat Sol, dicitur Circulus in circuitu? T.8. E.à n. 9.& 13.

V.12. *Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalem.* Cur dicitur fuisse, qui tunc sedebat & in gloria regni? T.5.D.7.n.1.

V.17. *Dedi cor meum, ut scirem prudentiam, atque doctrinam, erroresque, & stultitiam.* Unde si studium in stultitia, erit scientia? T.1.D.6.n. 4. Quare, & quomodò sub specie erroris, & stultitiæ, summitas doctrinæ atque prudentiæ? T.7.D.3.n.3.

V.18. *In multa sapientia multa indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.* Quare ex sapientia indignatio, & ex scientia laboris afflictio? T.1.D.2.n.1.

Cap.3. v.1. *Omnia tempus habent, & suis spacijs transeunt universa sub cœlo.* Quid spatia temporis, ut cuncta in tempore fiant? T. 10. E. num.25.

V.2. *Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est.* Quid sit plantari & evelli? T.10. E.à n.7. Cur si dicit Tempus nascendi & moriendi, non addit *Quod natum est*, sicut in evulsione, *Quòd plantatum*? n.32.D. .n.8. D.2.n. 9.D.3.n.2. D.4.n.2.D.5.n.9.D.6.n.3.

V.3. *Tempus destruendi, & tempus ædificandi.* Quidni priùs *Ædificandi*, quàm *destruendi*? T. 10. E. n.15.& 21.

Cap10.v.2. *Cor sapientis in dextera eius, & cor stulti in sinistra illius.* Cor quare loca mutat in hominis pectore? T.6.D.5.à n.16.

V. 3. *In via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.* Unde stultitia ab illo æstimatur sapientia, & econtra? n.17.

V.4. *Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te; locum tuam ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.* Quinam isthic spiritus? T. 6. D.5.n.15. Cuius conditionis, & quorsùm? n. 14. Cur in illum resistentia sanat peccata, & maxima vulnera? n.15.

V.5. *Est malum, quod vidi sub Sole, quasi per errorem egrediens à principe*, &c. Quæ mala & errore res stulti indigni elati ad celsitudinem throni? T.6.D.5.n.11.

Canticorum.

Cap. 1. v. 11. *Murenulas aureas faciemus tibi.* Unde Si solus sponsus loquitur; dicit: *faciemus*; & quare in protectionem sponsæ vermiculatæ murenæ? T.5.D.5.n.6.

Cap.2.v.7. *Ne suscitetis, neque evigilare faciatis dilectam, quoadusque ipsa velit.* Unde ad dormientis lubitum, permittit somnum? T. 2. D. 8. n.13.

V.10. *Surge, propera amica mea.* Utquid cui permisit dormire, dicit: *Surge*? n.14.

V.14. *Sonet vox tua in auribus meis.* Quodnam discrimen inter vocis & vocum sonum, ad auditum aurium? T.3. E.n.28. Quo intuitu dumtaxat *In auribus meis*? T.3.D.5.n.19.

V.16. *Dilectus meus mihi, & ego illi.* Utquid hìc relatio mutua? T. 8. D. 3. n. 17. Qua de causa sponsa dicit *Mihi*, si dilectus ab alijs? T. 2. D. 8.n.1.

Cap.4. v.3. *Sicut vitta coccinea labia tua.* Quippini plures vitæ, sed unicè vita; si bina labia? T. 3.D.2.n.5.

Ibid. *Eloquium tuum dulce.* Unde dulce eloquium, si ab illa nec ullum verbum? n.7.

V.7. *Tota pulchra es, amica mea, & macula non est in te.* Quomodò si pridem nigra? T. 2. D.3. num.9.

V.8. *Veni de Libano, sponsa mea: veni de Libano, veni: Coronaberis de capite Amanâ*, &c. Cur ter vocatur, ut coronetur? T.3.D.7. n.4. Utquid de his montibus ventura? n. 5.

V.9. *Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum; & in uno crine colli tui.* Unde ex levissimis instrumentis sponso vulnera, quando sine macula sponsa? T.1.D.4.n.8.

Cap.5.v.1. *Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.* Quare iunguntur fructus, & sponsi adventus? T.5. D.4. n.16. Utquid tempus adventus non signat, sed quód veniat? n. 15. Qua lege poma dicit dilecti, si sunt sponsæ? n.16.

Ibid. *Comedite, amici, & bibite, & inebriamini, charissimi.* Utquid si mensa exponitur amicis; potus usque ad deliquium rationis? T.7.D.4. num.3.

V. 2. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Quomodò cor vigilat, sopito sensu? T.2.E.à n.26. Quare cor suum dicit, si ex insomno? T.2.D.8.n.14.

V.6. *Ille declinaverat, atque transierat.* Quandó sponsus declinare animam solet, & non transit? T. 7.D.3. num. 16. Utquid sponsam vocat, & ostium pulsat; si declinat ut transeat? Ibid.

V.8. *Nuncietis ei, quia amore langueo.* Quare Græc. dicitur amoris languor, amoris vulnus? T. 3. D.6.n.26. T.8.D.6.n.9.

V.9. *Qualis est dilectus tuus ex dilecto?* Cur de dilecto interroganti, respondetur de dilecto dilecti? T.5.D.6.n.10.

V.10. *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Quare de dilecto dilecti interrogata, ab illa signatur dumtaxàt dilecti nota? Ibid. Unde rubedo sanguinis in splendore candoris? n.11. Utquid bini coloris? T.2.D.8.n.6.

Cap.6.v 4. *Averte oculos tuos à me, quia ipsi me abolare fecerunt.* Qua de causa avolavit, si videri indulsit? à n. 7. Unde fugere iubet, quam nimis diligit? T.8.D.3.n.3.

V.8. *Una est columba mea, perfecta mea.* Unde una, si sexaginta sunt reginæ? T.5.D.5.n.16. Unde sola, & unice perfecta? T.1.D.7. num.13. T. 2.D.8. num.1. T.4.D.8. nnm.4. Unde una sola, si Auroræ, Lunæ, atque Soli confertur? T. 1.D.7.n.3.

V.9. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi Aurora consurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol?* Quippini *Surgens*, sed *Consurgens*? n. 4. Quare *Pulchra ut Luna* non plauditur; sed dumtaxàt, dúm progreditur? num.11. Quorsúm ut Luna, pulchram chorus extollit; ubi Lunam sub pedibus habet? T.4. D.3.n.13. Quare non dicitur ut Sol speciosa, sed *electa*? T.1. D.7.à n. 14. Cur de illa disquiritur, si non ignoratur? T.4.D.3. n.12.D.8.n.4.

V.11. *Nescivi: anima mea turbavit me propter quadrigas Aminadab.* Cur dicitur nescisse si erat in tribulatione? T.4. D.3.n.7. Quæ quadrigæ Aminadab? n.8.

V.12. *Revertere, revertere, Sulamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.* Cur cuncti desiderant, & toties aspectus sponsæ? á n.9. Quare nescit suam pulchritudinem, dùm omnes appetunt eius videre splendorem? T.4.D.4.n.9.

Cap.7.v.1. *Quid videbis in Sulamite, nisi choros castrorum.* Unde musicæ chorus in castris? T.3. D. 8.n.15.

V.2. *Umbilicus tuus crater tornatilis.* Quare tornatilis? T.8.D.5. n.7.

Ibid. *Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis.* Quomodó in Virginali ventre sponsa acervum filiorum continet; in quo unicum dumtaxàt genuit? T.1.D.8.n.4.

V.12. *Videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiant.* Quomodó parturiunt, si fructus flores expellunt? T.5.D.1. n.5.

V.13. *Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma nova & vetera*, &c. Cur si flores videre cupit, mandragoras offendit? T.3.D.7. à n.6. Cur omnia poma, & quomodò servavit nova, si tantùm vetera? T.9.D.3.n.17.

Cap.8.v.6. *Pone me, ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors, dilectio.* Utquid in brachio expressum, quod iam in corde signaculum? T. 8. D. 6. n. 10. Quare dilectio similis morti? T.3. D.6. n. 26. T.4.D.8.n.6. An fortior, & quando? n. 7. & T.8.D.6.n.12.

Sapientiæ.

Cap.1. v. 5. *A cogitationibus, quæ sunt sine intellectu.* Quænam sine intellectu, intellectus cogitatio? T.3.D.7.n.8.

V.7. *Hoc, quod continet omnia, scientiam habet vocis.* Quid tò *Hoc*; & quare in illo vox scientifica? T.8.E.n.25.

Cap.4.v.1. *O quàm pulchra est casta generatio cum claritate!* Quæ generatio pulchra, lucida, & casta? T.5. D.1.n.5.

Cap. 5.v.2. *Mirabuntur in subitatione insperatæ salutis.* Cui, vel cuius insperata dicitur salus? T.9. D.6.n.13.

V. 4. *Non insensati vitam illorum æstimabamus insaniam.* Quare mentis impotes, sensatos arbitrantur insanientis? T.8. D.5.n.3.

V.11. *Avis, quæ transvolat in aere.* Quippini *volat*, sed *transvolat*? T. 9. D.6.n.7.

V.13. *Nos nati continuò desivimus esse.* Quomodò vitæ exordium, exterminium vitæ? T.6.D.5. num.17.

Cap.6.v.6. *Iudicium durissimum his, qui præsunt.* Unde durissimum? T.6.D.2.n.13.

V.11. *Qui custodierint iusta, iustè iustificabuntur.* Quare non ex re iustificatio, deficiente cordis intentione? T.9.D.7.n.12.

Cap.7.v.12. *Præcedebat me ista sapientia, & ignorabam.* Unde in sapientia ignorantia, & quænam *Ista sapientia*? T.3.D.3.n.3.

V.22. *Spiritus intelligentiæ unicus & multiplex.* Quomodò, & quorsùm? T.3.D.6. n.8.

Cap.11.v.21. *Omnia in mensura & numero & pondere.* Quænam hæc in rebus? T.8. E.à n.20.

Cap.12.v.23. *Per ea quæ coluerunt, dedisti summa tormenta.* Quare quæ à corde adorata, tormenta summa? T.10.D.2.á n.2.

Cap.14.v.3. & 4. *Dedisti & in mari viam, & inter fluctus semitam firmissimam: etiamsi sine arte aliquis adeat mare.* Quando, & quomodò hoccine miraculum factum? T.9.D.3.n.7.

Cap.15. v.4. *Non enim in errorem umbra picturæ, labor sine fructu*, &c. Unde ex pictura ad effigiem efformandam error & error? T. 9. D. 3. num.18.

Cap. 16. v. 4. *Oportebat illis sine excusatione supervenire interitum; exercentibus tyrannidem: his autem tantùm ostendere, quemadmodùm inimici eorum exterminabantur.* Unde impiorum exterminium ostendit pœnitentibus thesaurum miserationum? T. 3. D. 4. n. 18.

V. 17. *In aqua plùs ignis valebat.* Quinam igni? T. 9. D. 4. n. 7.

V. 21. *Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat.* Quare si panis Manna, dicitur substantia Dei? T. 7. D. 4. n. 12. & 15. Quidni *Ostendebas*, sed *Ostendebat*? & quare non *dulcedinem, quam habebas*, sed *quam habes*? & quare *in filios*? n. 12.

Ibid. *Deserviens uniuscuiusque voluntati; ad quod quisque volebat: convertebatur.* Quomodò varij sapores in Manna? n. 13. An in illo essent accidentia saporum? n. 14.

V. 26. *Ut scirent filij tui quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus conservat*, &c. Quomodó verbum Domini nutrit hominem, & quare dicitur *conservat*, & minimè *pascit*? ibid.

Cap. 17. v. 4. *Personæ tristes apparentes.* Quinam hi, qui sic apparebant? T. 1. D. 3. n. 15.

Cap. 19. v. 19. *Ignis in aqua valebat*, &c. Cur horum elementorum operatio suspensa? T. 9. D. 4. n. 8.

Ecclesiastici.

Cap. 1. v. 6. *Astutias illius quis agnovit?* In quo sit astutia sapientiæ? T. 9. D. 4. n. 4.

V. 9. *Ipse creavit illam in Spiritu sancto.* Unde si à Patre Verbi Dei sapientiæ origo, dicitur *In Spiritu sancto*? T. 5. D. 2. n. 12. Quomodó humanitatis Christi creatio, si ex Virgine, & non ex nihilo? ibid.

Cap. 2. v. 3. *Sustine sustentationes Dei.* Cur tribulationum cruciamina signantur deliciarum nutrimenta? T. 4. D. 5. n. 13.

Cap. 3. v. 22. *Altiora te ne quæras, sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita.* Quare adversus curiositatem præceptorum Dei objcit cogitationem? T. 6. D. 3. n. 9.

Cap. 4. v. 13. *Qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem eius.* Utquid ad reconciliationem pro Dei gratia, matura requiritur pœnitentia? T. 2. D. 2. n. 9.

Cap. 5. v. 6. *Ne dicas, miseratio Domini magna est.* Quare huiusmodi fiducia, exulat Domini misericordia? T. 2. D. 2. n. 7.

V. 7. *Misericordia & ira ab illo citò proximant.* Quomodó simul in illo ira, & clementia? T. 10. D. 4. n. 8.

Cap. 13. v. 2. *Pondus super se tollet, qui honestiori se communicat.* Quomodó pondus corporis quis á se tollet, si animæ communicaverit? T. 9. D. 4. n. 14.

Cap. 14. v. 6. *Qui sibi invidet, nihil est illo nequius.* Quis, & quomodò sibi invidere valet? T. 7. D. 1. n. 6.

Cap. 15. v. 2. *Mater honorificata.* Quæ & quo concipiens fœmina dicatur honorificata mater? T. 5. D. 1. n. 5.

V. 3. *Cibavit illum pane vitæ, & intellectus.* Cur panis Eucharisticus erit intellectus panis? T. 8. D. 5. n. 7. Quare intellectus, & non intellectionis? T. 7. D. 4. n. 4.

Cap. 18. v. 30. *Post concupiscentias tuas non eas.* Utquid periculum signat in concupiscentijs, & nequaquam in cupitis? T. 4. D. 6. à n. 3.

Cap. 19. v. 24. *Est qui se nimium submittit à multa humilitate.* Unde humilitas multa, & ex nimia eximia? T. 9. D. 5. n. 15.

Cap. 21. v. 15. *Non est sensus, ubi est amaritudo.* Quomodò è sensu doloris, non est sensus? T. 2. D. 2. n. 3.

V. 30. *Dùm maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.* Quare se maledicit, à se maledicto diabolo? T. 1. D. 3. n. 8.

Cap. 24. v. 8. *Gyrum cœli circuivi sola.* Cur sola, & in circulum circuivit? T. 8. E. à n. 15. Quid sit gyro circuire? n. 6. Quidnam intelligatur per circuitum gyri cœli? á n. 17.

Ibid. *In fluctibus maris ambulavi, & in omni terra steti.* Quorsúm ambulationi super aquam, iungitur stetisse super terram? T. 9. D. 4 à n. 4.

V. 18. *Quasi plantatio rosæ in Iericho.* Cur Virgo ut rosa, & in Iericho plantata? T. 4. D. 3. à n. 15.

V. 21. *Quasi balsamum non mistum, odor meus.* Quid in balsamo nulla mistura? T. 2. D. 2. n. 11. Unde ex non mistura præstantia? T. 1. D. 7. num. 15.

V. 23. *Flores mei fructus.* Quomodó & unde? T. 5. D. 1. n. 4.

V. 24. *Ego mater pulchræ dilectionis.* Quæ pulchra dilectio? T. 10. D. 5. n. 8.

V. 25. *In me gratia omnis viæ, & veritatis.* Unde verè ad gratiam amoris, via contrarietatis? ibid.

V. 26. *A generationibus meis implemini.* Quomodò in Virgine generatio, & generationes ex unico filio? T. 5. D. 2. n. 7.

V. 34. *In throno honoris sedentem.* Quis sit? T. 6. E. n. 38. Quare thronus honoris, & nequaquam honor throni? D. 8. n. 14.

V. 39. *A mari abundavit cogitatio eius, & consilium illius ab abysso magna.* Cur in consilio sapientiæ summa cogitatio à mari? T. 9. D. 4 à n. 4.

V. 45. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & illuminabo omnes sperantes in Domino.* Unde magna gratia sit, tollere á sperantibus spem? T. 5. D. 3. n. 15.

Cap. 26. v. 19. *Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata.* Quæ tunc in pulchra, gratia super gratiam? T. 1. D. 7. à n. 16.

Cap. 27. v. 12. *Homo sanctus in sapientia manet sicut Sol: nam stultus sicut Luna mutatur.* Cur Soli iustus confertur? T. 3. D. 1. n. 26. In quo, quomodò: & quis stultus mutatur ut Luna? ibid. & D. 2. à n. 16.

Cap. 28. v. 20. *Casus tuus insanabilis in mortem.* Cur additur certitudo mortis, ubi casus insanabilis? T. 6. D. 4. n. 8.

Cap. 31. v. 2. *Cogitatus præscientiæ avertit sensum.* Cuius præscientia in doloris examen, sensum aufer ad dolorem? T. 10. D. 6. n 6. & 14.

V. 9. *Fecit enim mirabilia in vita sua.* Cur non facere & mala facere posse; plauditur nimis mirabile? T. 10. D. 3. n. 13.

Cap. 32. v. 19. *Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabitur in ea.* Quomodò, & quorsúm lex quæritur, & si quærenti invenitur supplicium; ad illam insidiæ, & ex illa scandalum? T. 9. D. 7. n. 13.

V. 20.

V.20. *Qui timent Dominum, invenient iudicium iustum.* Quorsúm *iustum*, cùm sine iustitia non sit iudicium? ibid.

Cap.36. v. 4. *In conspectu eorum magnificatus es nobis.* Quare *in nobis*, & non in illis, in quorum conspectu facta magnifica gratia? T.7. D.4. num.15.

V.6. *Innova signa & immuta mirabilia.* Quæ signa, & mirabilia in Verbi incarnatione mutanda? T.5.D.2.n.5. Quænam in Eucharistia? T.7. D.4.n.15.

V.10. *Fistina tempus & memento finis, ut enarrent mirabilia tua.* Quod, & quomodó mirabile opus, ubi ad finem eius festinat tempus? T.5. D.3.n.12.

V.11. *In ira flammæ devoretur, qui salvatur.* Quomodò in salute devoratus ab igne? ibid.

Cap 39.v.17. *Quasi rosa plantata fructificate.* Unde rosæ in fructum, si flores tantúm? T.3.D.7. á n.17.

Cap.41.v.1. *O mors quàm amara est memoria tua!* Utquid memoria & non mors designatur amara? T.10.D.6.n.6.

V.3. *O mors, bonum est iudicium tuum homini indigenti.* Unde mortis amaritudo bona: si dixerat, *quàm amara?* à n.10.

V.5. *Noli metuere iudicium mortis.* Quare quod formidabile; non ius, timeri? n.14.

Cap.42.v.14. *Melior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens.* Quonam beneficio mulier iniquitas viri? T.1.E.n.40.

V.26. *Quis satiabitur videns gloriam?* Quidni si gloriâ satiatur anima? T.5.E.à n.43.

Cap.43.v.7.& 8. *Luminare, quod minuitur in consummatione, crescens mirabiliter.* Quare ex diminutione, mirabilis recuperatio lucis? T.3. D.1.n.26.

Cap.44. v. 3. *Dominantes in potestatibus suis.* Quid sit dominari in potestatibus, & cur hi plaudãtur ut viri magni? T.6.D.8.n.2. Quare si dominantes in potestatibus, additur *suis*? n. 3. Quinam sint in potestatibus suis, potestatibus servientes? T.10.D.3.n.1.

Cap.46.v.5. *Impeditus est Sol, & una dies facta est quasi duo.* Quomodó si in occasum Sol processit, Solis cursum impedivit? T.8. E.n.43. Cur statio Solis dicitur impeditio? n.40. Quomodó illa dies quasi duorum notà? n.44.

V.20. *Intonuit de cœlo Dominus & in sonitu magno auditam fecit vocem suam.* Quinam sonitus magnus in Domini voce? T.3.D.5.n.18.

Cap.49.v.17. *Ioseph, qui natus est homo.* Cur homo à nativitate, vel quare non homo? T. 1. E. n. 19. Unde homo? D.3.n.9.

Cap.50. v.6. *Quasi Luna plena in diebus suis lucet.* Utquid in splendoris comparatione, tó *quasi*? T.1.D.7.n.13.

V.20. *Psallentes in vocibus suis.* Quorsúm *vocibus* & *suis*, si psallentes? T.3.E.n.29.

Cap.51.v.9. *In inferno deorsùm.* Quó ergo cursus, quando signatur infernus? T.1.D.2.n.9.D.3. num.16.

V.14. *Invocavi Dominum patrem Domini mei.*

V.15. *Laudabo nomen tuum assiduè.* Quare si duo, nomen & non nomina dicit? T.3.D.6.n.3.

Isaiæ.

Cap.1.v.5. *Super quo percutiam vos ultrà?* Hæccine interrogatio an á Dei iustitia, vel clementia? T.10.D.4.n.1.

V.13. *Ne asseratis ultrà sacrificium frustrà.* Unde frustrá sacrificium, si in Dei obsequium? T.3. D.2.n.3.

V.16. *Lavamini, mundi estote.* Cur ad mundiriam delicti, non sat *Lavamini*? T.2.D.2.á n.12.

V.22. *Vinum tuum mistum est aqua.* Utquid Deus aversatur ita vinum? T.3.D.1.n.22.

V.24. *Heu, consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis.* Cur queritur, cuius impossibilis dolor? T.8.D.2.n.12. Unde si vindicta in illius expressam mœstitudinem, dicit habere consolationem? ibid.

Cap.2.v.2. *Mons domus Domini in vertice montium.* Quomodò? T.10.E.n.32.

Cap.5.v.2. *Sepivit eam, & lapides elegit ex illa.* Cur *ex illa* & non ad illam ædificandam; & an illa electio sit reprobatio? T.1.D.1.á n.8. Quare si in ædificationem lapides advexit, tractos removit? n.9. Utquid saxa remota, ut fieret rité vineæ maceria? n.12.

Cap.6.v. 1. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & elevatum.* Unde cognovit esse Dominum, si occultum habebat vultum? T.2. D.8.n.4.

V.2. *Seraphim stabant super illud: sex alæ uni, & sex alæ alteri: duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius.* Quo intuitu stabant, & volabant? T.3.D.6.n.2. Quorsùm & quomodò? á n.13. Quare ex sex alis, quatuor sine motu? T.4. D.8 n. 2. & 8. Cur faciem Dei velant, ut aspiciant? n.12.

V.4. *Commota sunt superliminaria cardinum à voce clamantis*, &c. Quid divinum Trisagion ad superliminarium motum? T. 3. D. 6. n. 15. Cur domus repleta fumo ex hoccine suavissimo cantico? n.16.

V.5. *Væ mihi, quia tacui.* Unde damnum ex silentio, Trisagio audito? ibid.

V.6. *Volavit ad me unus de Seraphim.* Quorsùm si volat, in volatum pedes ligat? T.4. D.8.n.8.

V.8. *Quem mittam, & quis ibit nobis?* Quo intuitu, singulare simul, & plurale? T. 3. D.6. n. 17. Cur Deus quærit socium in triumphum? D.8. num.3.

V.9. *Audite audientes.* Quare petit quod supponit? T.2.D.5.n.2.

Cap.9.v.6. *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis.* Cur qui magnus Dei filius, dúm nobis datur, parvulus dicitur? T.1. D.6.n.7.

Cap. 11. v. 8. *Delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis*, &c. Cur nascenti Christo ludere cùm serpentibus delectatio? T.7. D.2.à num.11.

V.9. *Non nocebunt, & non occident in universo monte*, &c. Quare sine noxa serpentes? ibid.

V.10. *Erit sepulchrum eius gloriosum.* Qua de causa sepulchri gloria? T.5.D.5.n.23.

V. 11. *In die illa adijciet Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi.* Quando huiusmodi secunda libertas? T.9.E n.14.

V.12. *Congregabit profugos Israel, & dispersos Iuda colli-*

colliget. Cur de Iuda *dispersos*, & de Israel *profugos*, & non econtra ? n. 13.

Cap. 13. v. 21. *Pilosi saltabunt ibi*. Qui dicantur pilosi? T. 1. D. 3. n. 9.

V. 22. *Respondebunt Sirenes in delubris voluptatis*. Cur in delubris voluptatis homines dicantur Sirenes ? Ibid.

Cap. 14. v. 12. *Quomodò cecidisti, Lucifer* ? Quidùm miratur lapsum, & præcipitij modum ? T. 3. D. 1. à n. 15.

V. 13. *Dicebas in corde tuo : In cœlum conscendam*, &c. An ruinam invenit, quia in corde dixit ? T. 1. D. 4. n. 5. Quomodò descendit, dùm ascendere proposuit ? T. 3. D. 1. n. 17. Quomodò ascendere cogitat ; ubi iam erat ? T. 5. D. 7. à n. 5. An cœlum à corde fictum ? à n. 8.

V. 15. *Ad infernum detraberis*. Unde cognovit, & quo casu usque ad infernum ; dum habitabat Empyreum ? á n. 16.

Cap. 17. v. 10. *Plantabis plantationem*, &c. Quid huiusmodi phrasis ? T. 10. E. á n. 8. Quare dicitur fidelis plantatio, & quomodò si fidelis, ac dulcis ; plena amaritudinis in ipsa fidelitate ? Ibid. Utquid homines non dicuntur plantæ, sed plantationes ? n. 13.

Cap. 19. v. 14. *Dominus miscuit in medio eius spiritum vertiginis : & errare fecerunt Ægyptum in omni opere suo, sicut errat ebrius, & vomens*. Qualis, & ex quo vertigio ? T. 6. D. 3. num. 11. Quare vertigo ex curiositatis morbo ; & cur dicitur error, perturbatio, & perversitas ? à n. 13. Cur non solùm opus in errore, & vertigine : sed opus omne ? n. 14. Unde maligni ex cerebri vertigine vomentes dicantur, & ebrij? num. 15.

V. 15. *Non erit opus, quòd faciat caput & caudam*. Quid signetur hoccine proverbio, sive adagio ? T. 6. D. 3. n. 11.

Cap. 21. v. 11. *Custos, quid de nocte ? Custos, quid de nocte* ? De qua nocte iuquiritur, & exclamatio regeritur ? T. 9. D. 6. n. 1.

V. 12. *Venit manè, & nox. Si quæritis, quærite : revertimini, & venite*. Unde lux, & nox ; & etiam in nocte lux ? Ibid. An ex conversione nox lux : & an adventus noctis & lucis ex modo inquisitionis ? n. 4.

Cap. 26. v. 9. *Cùm feceris iudicia tua in terra : iustitiam discent habitatores orbis*. Unde dùm iudicium supplicíorum exercetur, iustitia discitur ? T. 3. D. 4. n. 15.

V. 10. *Misereamur impio, & non discet iustitiam : in terra sanctorum iniqua gessit*. Quare impij pervicacia ex indulgentia ? T. 10. D. 2. n. 13. An quia erravit in terra sanctorum, discet nullo in tempore iustum ? n. 14.

V. 18. *Concepimus, & quasi parturivimus : & peperimus spiritum*. Quinam hic spiritus : & qui non pariant, quamvis concipiant ? T. 3. D. 1. n. 13.

Cap. 28. v. 9. *Quem docebit scientiam ? & quem intelligere faciet auditum ? Ablactatos à lacte, avulsos ab uberibus*. Quænam scientia ab infantibus edicta ? T. 9. D. 2. n. 11. Quare in huiusmodi scientiæ studium, designat auditum, & intellectum ? T. 7. D. 4. n. 6.

V. 11. *In loquela labij & linguâ alterâ loquetur*. Utquid altera lingua dicitur loquela, quæ non à labijs ? T. 3. E. n. 31. T. 9. D. 2. n. 13.

Cap. 29. v. 11. *Erit vobis visio omnium sicut verba libri signati*. Quomodó videbantur, si verba sub sigillis, quasi in libro continentur ? T. 7. D. 4. n. 4.

Cap. 30. v. 6. *Vipera & regulus volans*. Quibus alis huiusmodi volant serpentes ? T. 2. D. 5. n. 6.

V. 10. *Dicunt videntibus, nolite videre*, &c. *Loquimini nobis placentia : videte nobis errores*. Quo delirio quærunt á Prophetis dici errores, nequaquam præcepta legis ? T. 6. D. 5. n. 18.

Cap. 32. v. 4. *Cor stultorum intelliget scientiam*. Unde intelligentiæ apti, si præmittuntur stulti ? T. 7. D. 4. n. 4.

V. 19. *Humilitate humiliabitur civitas*. Quid sit humiliari humilitate ? T. 9. D. 5. n. 15.

V. 20. *Beati qui seminatis super omnes aquas*. Super quas aquas, ut oriatur felicitas ? T. 2. D. 3. n. 13.

Cap. 35. v. 6. *Aperta erit lingua mutorum, quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine*. Quid inundatio torrentium, ad ratiocinia mutorum ? T. 9. D. 2. n. 6.

Cap. 37. v. 3. *Venerunt filij usque ad partum, & virtus non est pariendi*. Unde in partum non habent virtutem, quid ad conceptionem accepere facultatem ? T. 3. D. 1. n. 13.

Cap. 38. v. 3. *Flevit Ezechias fletu magno*. An fletus propter morbum, vel morbus propter fletum ? T. 4. D. 5. n. 8.

V. 8. *Ecce ego reverti faciam umbram linearum per quas descenderat in horologio Achaz in Sole, retrorsùm decem lineis*. Unde Sol reversus, si reversa tantúm umbra ? T. 8. E. à n. 46. & 63. Cur dicitur tantùm in horologio Achaz, & an in illo dumtaxát portentum factum ? n. 62. Quare dicatur maius miraculum Solis retrogressio, quàm statio ? n. 46.

Ibid. *Et reversus est Sol*. Quomodó si non reversus ? à n. 46. Cur signum sanitatis non datum Ezechiæ in Sole, sed in Sole regrediente ? n. 47. An Ezechiæ concessa optio ergà noctem ? n. 49. An Sole retroacto, aliorum Luminarium fuisset regressio ? n. 56. An verè reversus, sed tantùm umbra ? n. 54. & 58. An Sol aliquando retrogradus ? n. 57.

V. 17. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima*. Unde in amaritudine animæ, amarissima amaritudo ? T. 5. D. 3. n. 11. T. 8. D. 6. n. 13.

V. 19. *Vivens vivens ipse confitebitur tibi*. Qui mortuus, & vivus simul ? T. 3. D. 6. n. 25.

V. 21. *Iussit Isaias, ut tollerent massam deficis*. Utquid adhibuit quod noceat, in medicinam ulceris ? T. 9. D. 3. n. 17.

Cap. 41. v. 5. *Appropinquaverunt, & accesserunt*. Unde Divid, *Steterunt* ? T. 9. E. n. 34.

Cap. 42. v. 1. *Ecce servus meus, electus meus : complacuit sibi in illo anima mea, dedi spiritum meum super eum*. Quo cognoscitur à Deo electus, ut in certamine obtineatur triumphus ? T. 3. D. 8. n. 3.

V. 10. *Cantate Domino canticum novum*. In quo novitas cantici ? T. 3. D. 2. à n. 5.

V. 13. *Vociferabitur, & clamabit*. Quorsùm exprimitur clamor ex vociferatione ? T. 3. E. n. 14.

Cap. 45. v. 13. *Ipse ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet*. Quomodó Cyrus, si fecit Darius Hystaspis ? T. 9. E. à n. 24.

Cap. 49. v. 12. *Ecce isti de longè venient : & ecce illi ab Aquilone, & mari, & isti de terra Australi*. Quorsùm nationum congeries ? T. 2. D. 6. n. 8.

Index locor. Sacr. Scriptur.

V. 17. *Venerunt ſtructores tui deſtruentes te.* Quando ædificatio ſtructuræ deſtructio? T. 1. D. 1. num. 8.

V. 18. *Omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi.* Unde ſi filios non habuit? T. 1. D. 8. á n. 8. Cur dicitur, *venerunt* & *tibi* venerunt? à n 9.

V. 20. *Adhuc dicent filij ſterilitatis tuæ.* Unde ſi ſterilis, filij? n. 10.

Cap. 50. v. 4. *Dedit mihi linguam eruditam.* Quare lingua erudita dicitur Angelica? T. 3. E. num. 11.

V. 11. *Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis.* Quænam huiuſmodi flammæ? T. 4. D. 6. á n. 6. Quorsùm ex accinctis flammis, accenditur ignis? n. 3. Cur accincti flammis his, dicuntur ligati & vincti? n. 7. Qua arte flammis accingantur? n. 10.

Ibid. *Ambulate in lumine ignis veſtri.* Cur Idolorum fulgorem vocat ignem? à n. 8. Quare dicitur *Ignis veſter*, ſi non habetur pro igne? n. 9.

Ibid. *De manu mea factum eſt ex vobis: in doloribus dormietis.* Unde á Domino, quòd dormirent in cruciatu? à n. 13. Si grave vulnus, quomodò capitur ſomnus? à n. 11.

Cap. 51. v. 11. *Lætitia ſempiterna ſuper capita eorum.* Quæ capitis lætitia? T. 4. E. n. 24.

V. 16. *Vt plantes cœlos.* Unde poſſunt formari ab homine cœli? T. 4. D. 4. n. 3.

V. 17. *Elevare elevare, quæ bebiſti de manu Domini calicem iræ.* Unde elevari iubetur, ubi amaritudine opprimitur? n. 3. & T. 4. D. 5. n. 12. Cur ſi potio amara, ad elevationem dulciſsima? Ibid.

V. 19. *Quis contriſtabitur ſuper te?* Quis non contriſtabitur, ſi undique affligitur? Ibid.

Cap. 53. v. 2. *Non eſt ſpecies ei, neque decor.* Quomodó in nativitate Salvatoris, ei nec decor, neque ſpecies? T. 7. D. 2. n. 4.

Ibid. *Et vidimus eum.* Si non erat aſpectus, quomodò viſus? Ibid.

V. 8. *De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt.* An felitas, vel calamitas? T. 9. D. 1. n. 11.

Ibid. *Generationem eius quis enarrabit?* Unde Chriſtus in carne filius altiſsimi cognoſcendus? T. 7. D. 2. num. 11. Unde inenarrabilis eius generatio, vel in humana natura? T. 5. D. 2. num. 4.

Cap. 54. v. 11. *Fundabo te in ſapphiris: per ordinem ſternam lapides tuos.* Quiſnam ordo in lapidibus ſapphirinis in fundamentum Eccleſiæ? T. 4. D. 1. n. 14.

Cap. 55. v. 5. *Propter Dominum Deum tuum, & ſanctum Iſrael.* Quis eſt hic, & quare Eccleſia per illum glorificata? T. 5. D. 5. n. 8.

Ibid. *Quia glorificabit te.* Quare ſi promiſsio, non in futuro exponitur, ſed in præterito? Ibid.

V. 12. *In Lætitia egrediemini*, &c. Unde tunc gaudium? n. 9.

V. 13. *Pro urtica creſcet myrtus.* Quis per huiuſmodi myrtum ſignetur? T. 5. D. 6. n. 1.

Cap. 61. v. 7. *Propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt.* Quid *hoc*, propter quod honor duplex? T. 5. D. 5. n. 21.

Cap. 63. v. 15. *Vbi multitudo viſcerum tuorum, & miſerationum?* Quo in ſtudio cognoſcitur miſeratio, & in illa miſericordiæ multitudo? T. 3. D. 4. n. 2. Unde multitudo, ſi per zelum exprimitur indignatio? n. 15.

Cap. 64. v. 3. *Cùm feceris mirabilia, non ſuſtinebimus.* Quibus mirabilia exoſa, ut illis non ſit patientia? T. 7. D. 1. n. 4.

Cap. 65. v. 24. *Antequàm clament, ego exaudiam.* Quomodó auris ſenſus, ſi ſine voce non uſus? T. 8. D. 3. á n. 11.

Cap. 66. v. 7. *Antequàm parturiret, peperit.* Qua veritate aſſeritur, quod negatur? T. 5. D. 1. num. 4.

V. 19. *Ponam in eis ſignum, & mittam ex eis qui ſalvati fuerint ad gentes in mare, ad inſulas longè, ad eos, qui non audierunt de me.* Quodnam ſignum, & quando perfectum? T. 5. D. 5. n. 4.

Ieremiæ.

Cap. 1. v. 6. *Ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.* Quanta ei gratia, cantare; qui neſcit loqui? T. 3. D. 5. n. 10.

Cap. 2. v. 5. *Ambulaverunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt.* Unde Idolorum adoratione facti ſunt vani? T. 1. D. 3. num. 2. T. 2. D. 7. num. 15.

V. 37. *Manus tuæ erunt ſuper caput tuum.* Quid proverbium *Capiti manus impoſitæ?* T. 3. E. num. 17.

Cap. 3. v. 5. *Feciſti malè, & potuiſti.* An uſus huiuſmodi poteſtatis, pœna ſit criminis? T. 4. D. 4. num. 10.

V. 14. *Convertimini filij revertentes.* Unde ſine converſione reverſio? T. 10. D. 2. á n. 6.

V. 16. *Non dicent ultrà: Arca teſtamenti Domini.* Quare non ultra & quando? T. 10. E. n. 34.

V. 18. *Ibit domus Iuda ad domum Iſrael, & venient ſimul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi Patribus veſtris.* Quomodó ſi tantúm duæ tribus reverſæ? T. 9. E. à n. 12.

V. 22. *Sanabo averſiones veſtras.* Unde ſi vel moniti, non ſunt reverſi? T. 5. D. 4. n. 10.

Cap. 4. v. 23. *Aſpexi cœlos, & non erat lux in eis.* Unde ſi in illis cum alijs Aſtris Luminare maius Sol? T. 6. D. 5. n. 4.

Cap. 5. v. 3. *Percuſſiſti eos, & non doluerunt.* Quare vulnerati, nec dolent? T. 4. D. 6. n. 15. T. 8. D. 4. n. 4.

Cap. 8. v. 17. *Mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio.* Cur non poſſunt incantari baſiliſci? T. 2. E. à n. 36.

Cap. 11. v. 16. *Ad vocem loquelæ, grandis exarſit ignis in ea.* Quid loquela grandis, ex qua ignis? T. 3. D. 4. n. 17.

V. 19. *Mittamus lignum in panem eius.* Quare Medico venena diſponunt? T. 7. D. 6. n. 14.

Cap. 12. v. 13. *Seminaverunt triticum, & ſpinas meſſuerunt.* Quare ita degener, quod legitimum? T. 10. E. n. 8.

V. 17. *Evellam gentem illam evulſione.* Quid notatur huiuſmodi ſtylo? n. 10.

Cap. 13. v. 18. *Dic regi, & dominatrici: Humiliamini, & ſedete; quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.* Cur ſignat requiem, dùm ab illis removet dignitatem? & quare dicitur *Gloriæ veſtræ*, & non abſolutè, *Gloriæ*? T. 6. D. 2. n. 11.

Cap. 14. v. 17. *Contritione magna contrita eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer.* Qua de

de causa plaga dicitur magna & pessima? T. 6. D. 5. n. 22.

V. 18. *Propheta quoque & Sacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.* Si plebs crimini obnoxia, luitur quare crimen à Sacerdote & Propheta? & cur dicitur, ante captivitatem *Abierunt*, pro *Abibunt*? Ibid.

Cap. 18. v. 11. *Ecce fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem.* Utquid in peccatores vexamen, vocat fictionem? T. 8. D. 1. à n. 4. Quippini dicit *Cogito cogitatione*, sed *Cogitationem*? T. 7. E. à num. 30. & D. 6. à n. 24. Cur *Contra vos*, & non *Super vos*, ut alibi? T. 7. E. à num. 33.

Cap. 21. v. 12. *Iudicate manè iudicium, ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur & non sit, qui extinguat, propter malitiam studiorum vestrorum.* Quænam sit studiorum malitia? T. 7. D. 5. n. 8. Quæ malitiæ studia? à n. 9.

Cap. 22. v. 26. *Matrem tuam, quæ genuit te.* Quorsùm *Genuit*, si dicitur *Mater*? T. 1. E. n. 33.

Cap. 23. v. 2. *Vos dispersistis gregem meum*, &c. *Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum.* Quæ malitia studiorum, in queis studia malitiæ? T. 7. D. 5. n. 9. D. 6. n. 12.

Cap. 24. v. 6. *Plantabo eos, & non evellam.* Quo intuitu affirmatio & negatio negationis? T. 10. E. à n. 9.

Cap. 25. v. 11. *Servient regi Babylonis septuagintæ annis.* Unde si servitus illi, filio, & nepoti, qui regnarunt uno supra quinquaginta? T. 9. E. n. 26. Quomodò septuaginta, si tempore Cyri plurimi redierunt cum Zorobabele in patriam? n. 28.

Cap. 27. v. 7. *Servient ei, & filio eius, & filio filij eius.* Unde si filius Nabuchi non habuit filium? T. 1. E. n. 27.

Cap. 29. v. 10. *Cum cœperint impleri septuaginta anni*, &c. *reducam vos ad locum istum.* Quando cœperunt septuaginta captivitatis anni, & quando finierunt? T. 9. E. à n. 20.

V. 11. *Ego scio cogitationes, quas ego cogito super vos.* Quid *Super vos*, & non *De vobis*? T. 7. E. à num. 30. Quo sensu de Deo dicitur cogitatio? n. 32.

Cap. 30. v. 11. *Castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi obnoxius.* Quomodò in iudicio, ut se cogitet non valentem, patiens languorem? T. 6. D. 4. n. 11.

V. 12. *Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.* Unde insanabilis & pessima? à n. 9.

V. 13. *Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum; curationum utilitas non est tibi.* Cur ad salutem iudicium non de morbo, sed de medici iudicio? n. 10. Quare nulla morbi medicina, dùm apponuntur medicamina? à n. 9.

Cap. 31. v. 3. *In charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miserans.* Quo amore peccatricem dilexit, & fugientem attraxit? T. 7. D. 3. n. 10.

V. 5. *Plantabunt plantantes.* Quid huiusmodi phrasis? T. 10. E. à n. 12.

V. 10. *Audite verbum Domini gentes, & annunciate in Insulis, quæ procul sunt.* Quinam hi, qui audierunt, & audita in Insulis nunciarunt? T. 5. D. 5. n. 4.

V. 16. *Quiescat vox tua à ploratu, quia est merces operi tuo.* Quænam merces ex huiusmodi lachrymis? T. 2. D. 8. n. 10.

V. 22. *Creavit Dominus novum super terram. Fœmina circumdabit virum.* Quæ novitas? T. 1. D. 6. à n. 1. T. 5. D. 1. n. 3. & 6.

V. 35. *Qui dat ordinem Lunæ.* Quisnam Lunæ & qualis ordo? T. 1. D. 7. n. 13.

Cap. 34. v. 5. *Secundum combustiones patrum tuorum regum priorum, sic comburent te.* An inter Hebræos regum igne, vel humo absumerentur cadavera? T. 10. E. à n. 6.

Cap. 44. v. 12. *Consumentur omnes in terra Ægypti.* Quomodò si viri plures tribus Iuda redierunt in patriam? T. 9. E. n. 28.

Cap. 49. v. 8. *Fugite & terga vertite.* Quare si versa terga, mala fuga? T. 10. D. 1. n. 5.

Cap. 50. v. 4. *Venient filij Israel ipsi & filij Iuda simul.* Quomodò si filij Israel numquàm reversi? T. 9. E. à n. 12.

Ibid. *Ambulantes & flentes properabunt.* Unde si repleti exultatione venerunt? n. 30.

Threnorum.

Cap. 1. v. 2. *Plorans ploravit in nocte.* Quæ in nocte lachryma, dùm agitur pœnitentia? T. 2. D. 2. num. 14.

V. 11. *Facta sum vilis.* Unde ignominia? T. 10. D. 3. n. 1.

Cap. 2. v. 13. *Magna est velut mare contritio tua: quis medebitur tui?* Cur si criminum medicina, pœnitentia; post contritionem quæritur medicina? T. 3. D. 4. n. 13. Quidni *Medebitur tibi*, sed *Tui*? n. 14.

V. 14. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent.* Quare veteratores dicuntur Prophetæ, & cur *Tui*? T. 6. D. 5. à n. 18. Cur visa notantur falsa & stulta; quare dicitur *Tibi*? à num. 19. Quare occultabant, quæ aperire in sanitatem debebant? n. 20. Unde patulis criminibus, nullus ad pœnitentiam est provocatus? num. 21.

Ibid. *Viderunt tibi assumptiones falsas, & eiectiones.* Quænam huiusmodi deiectiones & assumptiones inaniter cogitatæ? T. 7. D. 6. à n. 4.

V. 21. *Percussisti, nec misertus es.* An & quomodò opus misericordiæ constet ex vulnere? T. 4. D. 5. n. 11.

Cap. 3. v. 28. *Sedebit solitarius, & tacebit, quia levabit super se.* Unde huiusmodi humilitas, & quid sit se super se levare? T. 9. D. 5. à n. 2.

V. 29. *Ponet in pulvere os suum.* Quid elevationi, quòd os posuerit in pulvere? n. 6.

V. 44. *Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.* Quæ orationi nubes opposita, ne transeat? T. 8. D. 3. n. 8.

Cap. 4. v. 1. *Dispersi sunt lapides Sanctuarij in capite omnium platearum.* Ad quid lapides Sanctuarij in plateis oppidi? T. 1. D. 1. n. 10.

V. 3. *Lamiæ nudaverunt mammam.* Cur in dolos nudatur pectus? T. 7. D. 1. n. 9.

V. 4. *Parvuli petierunt, & non erat qui frangeret eis.* Utquid non desideratur panis, sed ordo distributionis? T. 2. D. 5. n. 13.

Cap. 5. v. 4. *Aquam nostram pecuniâ bibimus.* Unde dicitur *Nostra*, si habetur pecunia? T. 10. E. num. 8.

V. 8. *Servi dominati sunt nostri.* Cur vel in captivi-

tate dolet tantúm de huiuſmodi ſervitute? T.2. D.7.num.10.

Baruch.

Cap. 3. v. 38. *In terris viſus, & cum hominibus converſatus eſt.* Quare filius Dei, dum homo, illis inviſus? T.7.D.2.n.12.

Cap. 6. v. 2. *Eritis ibi uſque ad generationes ſeptem.* Quomodó ſi ad tres tantúm generationes? T.7. E.num.6.

Ezechielis.

Cap. 1. v. 10. *Similitudo vultus eorum facies hominis,* &c. Quare diverſis exponuntur vultibus? T.8. D.1.n.18.

V.12. *Unumquodque eorum coram facie ſua ambulabat.* Quid ſit ambulare coram facie? T.1.D.4.n.6.

V.17. *Euntes ibant, & non revertebantur, cùm ambularent.* Quomodó Verſ.14. *Ibant & revertebantur?* T.9.E.n.13.

V.18. *Totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor.* Utquid oculi rotarum translati in corpus rotas ducentium? T.6.D.2.à n.12.

Cap.2.v.1. *Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.* Quæ vidit, ut ibi obijceretur ſimilitudo gloriæ? T.4. D.8.n.11.T.8.D.1.n.18.

Ibid. *Audivi vocem loquentis.* Quorsúm *Loquentis*, ſi locutio ſono vocis? T.3.E.n.13.

V.6. *Cum ſcorpionibus habitas.* Unde homines ſcorpiones? T.1.D.2.n.1.

Cap.3.v.3. *Comedi illud, & factum eſt in ore meo, ſicut mel dulce.* Quare ſicut Ioanni non amaricat in ventre? T.3.D.4.n.6.

Cap.11.v.15. *Fratres tui fratres tui.* Quid indicetur huiuſmodi palilogia? T.1.E.n.42.

Cap.13.v.18. *Væ quæ conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus: & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas.* Qui pulvilli in peccatores conſuti, & quare dicitur *Væ?* T.6.D.5.à n.8. Quæ ſint ad crimina cervicalia? n.9.

Cap.16.v.45. *Filia matris tuæ es tu, & ſoror ſororum tuarum.* Quorsùm ſi ab illa genita, dicitur filia matris, & ſoror ſororum; cùm aliter fieri non poſſit? T.1.E.n.35.42.& 44.

Cap.17.v.6. *Cùm germinaſſet, crevit in vineam latioremhumili ſtatura,* &c. *fructificavit in palmites, & emiſit propagines.* Cur ita frondoſa ſignatur humilis ſtatura? T.2.D.7.n.12.

V.9. *Radices eius evellet, & areſcet.* Quare ſic frondeſcens, aruit? Ibid.

V.24. *Frondere feci lignum aridum.* Unde lignis ex ariditate frondes? T.2.D.3.n.3.

Cap.21.v.21. *Stetit rex Babylonis in vivio, in capite duarum viarum, divinationem quærens, commiſcens ſagittas,* &c. Quæ divinatio per commiſtionem ſagittarum? T.10.E.n.45.

V.28. *Mucro mucro, evagina te ad occidendum: lima te, ut interficias & fulgeas.* Unde furgor mucronis, ſi maculatur tinctura ſanguinis? T.3.D.8. num.6.

Cap. 22. v. 29. *Populi terræ calumniabantur calumniam.* Quid calumniam calumniari? T.1.D.2. n.14.

Cap 23.v. 41. *Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te.* An inter Hebræos ritus ad menſam ſedere, vel accumbere? T.6.E. à n.21.

Cap.28.v.13. *In die, qua conditus es, præparata ſunt.* Quippini deinceps, dúm in principio gloriâ & maieſtate ſplendens? T.3.D.1.à n.15.

Cap.38.v.10. *Cogitabis cogitationem peſſimam.* Quid cogitare cogitationem? T.7.E.n.31.T.9.D.1. n.1.

Cap.43.v.22. *In die ſecunda offeres hircum caprarum, immaculatum.* Quænam hìc dicatur ſecunda dies, & ſecunda victima? T.5.D.5.n.15.

Danielis.

Cap.1.v.1. *Anno tertio venit Nabuchodonoſor in Ieruſalem.* Cur apud Ieremiam, *Anno quarto*? T.9. E.n.20.

Cap.2.v.34. *Abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus.* An quia ſine manibus mirabilis ictus? T.4. D. 2.num.12. Cur qui deiecit ſtatuam, dicitur lapis? n.14.

V.35. *Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum.* Unde tanta tantorum ruina? T.4.D.2.n.13.

Cap.3.v.46. *Non ceſſabant, qui miſerant eos, miniſtri regis, ſuccendere fornacem.* Quomodò ſi qui miſerant, extincti illo ex igne fuerant? T.1. D.2.n.10.

V.86. *Benedicite ſpiritus, & animæ iuſtorum.* Quare ſimul in Dei encomia, ſpiritus deſignatur & anima? T.4.D.8.n.3.

Cap.5.v.27. *Appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens.* Cur in pondere minus, cùm totum pondus? T.2.D.3.n.14.

Cap.7. v. 4. *Prima quaſi Leæna, & alas habebat.* Quid ſignificatur huiuſmodi beſtiâ alatâ? T. 3. D.1.à n.7.

V.9.& 10. *Aſcipiebam donec throni poſiti ſunt,* &c. *Iudicium ſedit.* Quare iudicium pro iudice? T. 6.E.n.25. Utquid in huiuſmodi tribunali thronus, & throni? T.6. D.1.n.13.

Cap.9.v.23. *Vir deſideriorum es.* Quid ſit deſideriorum vir? T.5.E n.4.& 7.

Cap.11.v.17. *Filiam fœminarum dedit ei.* Quid ſit fœminarum filia? T.1.E.à n.36.

V.36. *Facies iuxta voluntatem ſuam rex, & elevabitur & magnificabitur adverſus omnem Deum, & loquetur magnifica.* Unde tanta inſolentia? T. 2. D.7.n.15.

Cap.12.v.2. *Multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt.* Quidni dicit Omnes, ſi omnes reſurgent? T.2.E n.14.

Cap.13.v.56. *Semen Chanaan, non Iuda.* Unde ſi oriundi? T.1.E.n.28.

Oſee.

Cap.1.v.11. *Congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter: & ponent ſibi caput unum, & aſcendent de terra, quia magnus dies Jezrael.* An redierint decem cum duabus tribubus? T.9. E. à n.12. Quid tibi *Jezrael*; & quorsúm ad reditum? n.14.

Cap. 9. v. 10. *Facti ſunt abominabiles ſicut ea, quæ dile-*

dilexerunt. Unde abominabiles per ritus adorationis? T.1.D.3.n.2.

Cap.10.v.5. *Luxit super eum populus eius, & æditui eius super eum exultaverunt.* Cur exultant æditui Idoli, populo plorante? T.9.E.n.3.

V.6. *Ipse in Assur delatus est munus regi ultori.* Cui regum vitulus in Bethel datus est munus? Ibid.

Cap11.v.4. *In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis; & ero eis quasi exaltans iugum*, &c. Quinam funiculi Adam, & vincula charitatis? & quomodò iugum exaltatur, dùm tollitur? T.10.D.3.à n.11.

V.8.& 9. *Conversum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ: non convertar, ut disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo.* Quò collocaverat cor, dùm dicit *Conversum est in me*? Quænam illius pœnitentia, & de quo conturbata? Quare tunc dicit, quòd non sit homo, sed Deus? T.10.D.4.n.3.

Ibid. *In medio tui sanctus.* Quo intuitu cor raptum, ut esset in medio eius: & quare avolaverat? T.4.D.4.n.11.

V.10. *Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet.* Cur ad Deum conversio leonis quasi rugitu? T.8.D.1.n.8.

Cap.12.v.4. *Flevit, & rogavit eum.* Quis, quid rogavit, & cur flevit? T.4.D.7.n.5.

V.7. *Chanaan in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit.* Cur Ephraim vocat Chanaan, & quomodó in eius iudicio statera dolosa? T.7.D.5.á n.16. Quare quia statera dolosa, est dilecta calumnia? n.17.

Cap.13.v.14. *Ero mors tua, ò mors.* Unde mortem dicit, qui victus à morte? T.4.D.2.n.18.

Joelis.

Cap.2.v.28. *Somnia somniabunt, & iuvenes vestri visiones videbunt* Quid somnia somniare, & visiones videre? T.2.E.à n.26.

Cap.3.v.9. *Sanctificate bellum.* Unde bellum sanctificatum? T.3.D.8.n.9.

V.16. *Dominus de Sion rugiet.* Unde si ex rugitu terror, Numinis exprimitur amor? T.8.D.1.n.8.

Amos.

Cap.6.v.3. *Appropinquatis solio iniquitatis.* Quale iniquitatis solium? T.6.E.n.21.

Jonæ.

Cap.1.v.12. *Tollite me, & mittite in mare.* Quare ut naufragium fugiat, naufragium optat? & quare non perit, unde fugit ne periret? T.4.D.7.n.17.

Cap.2.v.1. *Præparavit Dominus piscem grandem, ut deglutiret Jonam.* Quidni læsit? Ibid.

Micheæ.

Cap.1.v.6. *Fundamenta eius revelabo.* Utquid ad ruinam Idolorum, illorum revelatur fundamentum? T.2.D.5.n.4.

Habacuc.

Cap.1.v.13. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum: & respicere ad iniquitatem non poteris.* Qua arte videns peccatores, illorum non videt iniquitates? T.7.D.2.n.10. Quid cogitavit, ut homines invisos videre posset? n.13.

V.14. *Facies homines quasi pisces maris.* In quo similes? T.6.D.6.n.7.

Cap.2.v.3. *Veniens veniet.* Quid sit, venire veniendo? T.9.E.n.33.

V.6. *Sument & loquelam ænigmatum.* Quæ ænigmata & armorum loquela? T.8.D.6.n.7.

Ibid. *Væ ei, qui multiplicat non sua.* Quomodò qui non sua amat, vulnus multiplicat? Ibid.

Cap.3.v.2. *Cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.* An in adiutorium, vel in supplicium? T.10.D.4.n.8.

V.6. *Aspexit, & dissolvit gentes.* Unde solutio vinculorum in ictu oculi? T.5.D.3.n.16.

V.9. *Suscitans suscitabis arcum tuum.* Quid sit arcum suscitare suscitando? T.2.E.n.22. Quisnam arcus in suscitationem suscitatus? D.8.n.14.

Sophoniæ.

Cap.3.v.9. *Reddam populis labium electum.* Quænam electa lingua reddenda? T.3.E.n.11.

V.17. *Gaudebit super te lætitiâ.* Quid lætitiá in huiusmodi gaudio? T.4.E.n.26.

Zachariæ.

Cap.1.v.12. *Iam septuagesimus annus est.* Quomodò sub Dario, qui impletus sub Cyro? T.9.E.n.22.

Cap.4.v.1. *Quasi virum, qui suscitatur à somno suo.* Quorsùm *Somno*? T.2.E.n.22.& 37.

Cap.5.v.1. *Ecce volumen volans.* Quomodò si falx? T.5.D.6.n.25.

Cap.9.v.9. *Ecce rex tuus veniet tibi iustus, & Salvator, ipse pauper.* Quare per *Ecce* demonstratur, si veniet? T.9.E.n.33. Quomodò regiâ celsitudine, in paupertate; & cur qui veniet pauper, dicitur *Ipse*? T.7.D.2.n.9.

Cap.10.v.1. *Pluviam imbris dabit Dominus.* Unde elucet à Domino data pluvia? T.9.D.?.n.14.

Cap.13.v.6. *Quid sunt plagæ istæ*, &c. Cur dicit ex plagis *Quid*, & non *Quæ*, vel *Quare*? T.8.D.2.n.7.

Ibid. *His plagatus sum.* Quomodó si à vulneribus non vulnus, plagis plagatus? n.8.

Cap.14.v.6. *In die illa non erit lux; sed frigus, & gelu.* Cur frigus contraponitur luci; & quare exponitur ut novum ex frigore gelu? T.9.D.6.n.14.

1. *Machab.*

Cap.1.v.11. *Exijt ex eis radix peccatrix Antiochus illustris.* Cur quî plaudebatur illustris, signatur radix & peccatrix? T.2.D.7.n.14.

Cap.2.v.42. *Congregata est ad eos Synagoga Asideorum*

rum fortis viribus ex Israel, omnis voluntarius in lege. Qui in lege dicatur voluntarius? T.3. D. 8. n.12. Quinam Asidæi? à n.10.

Cap. 3. v.3. *Succinxit se arma bellica sua in prælijs.* Quorsùm *præelis*, si dumtaxát arma ad prælia? n.12. Cur dicit *Arma bellica sua*? n.15.

V.48. *Expanderunt libros legis, de quibus scrutabantur gentes similitudinem simulacrorum suorum.* Quare ad pugnam, & victoriam ituri, legis expandebant libros? T.3. D.6.n.25. Unde in libris sacris vestigium ad idolorum effigies? T. 9.E.n.14.

Cap.4. v. 6. *Tegumenta & gladios non habebant.* Utquid egrediebantur in certamina, quin haberent arma offensiva, & defensiva? T.3.D.8. num.15.

V.15. *Omnes ceciderunt in gladio.* Quo gladio, si victores non habebant? Ibid.

V.43. *Tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.* Quippini alio? T.3. D.1.n.3.

V.57. *Ornaverunt faciem templi coronis aureis, & scutulis; & dedicaverunt portas.* Quæ illæ coronæ; & cur dicantur scuta? T.3. D.7. n. 11. Unde ex coronis portæ dicatæ? n. 12. Quare ornatus non solùm ex coronis, sed & aureis? num. 16.

V.58. *Facta est lætitia in populo magna valdè, & aversum est opprobrium gentium.* Unde tot gaudia, & quomodò gentium opprobrium repulsum? á n.9.

Cap.6. v.9. *Desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Quomodò desideria in desideria multa, & nocua, & inutilia usque in interitum, & Orcum? T.4.D.6.n.3.

Cap.9.v.42. *Vindicaverunt vindictam.* Quidni dicitur, *Iniuriam*? T.10.D.5.n.1.

Cap.12.v.9. *Habentes solatio sanctos libros, qui sunt in manibus nostris.* Unde in urgentia tribulationum ex sacra Scriptura solatium; & quibus non est? T.3.D.4.à n.7.

2. *Machab.*

Cap.3.v.22. *Accensus est ignis magnus, ita ut omnes mirarentur.* Quomodó ligna sine igne fuerunt accensa? T.9.D.3.n.16.

Cap.2. v. 8. *Dominus ostendet hæc.* Quandò; & an factum, vel faciendum? T.10.E.n.32.

Cap.7.v.18. *Is mori incipiens sic ait: Noli frustrà errare: nos enim propter nosmetipsos hoc patimur, peccantes in Deum nostrum.* Quomodò dùm moriens divinam profitetur fidem, sese dicit peccatorem? T.2.D.8.n.19.

Ibid. *Digna admiratione facta sunt in nobis.* Quænam facta, & admiratione digna? Ibid.

Cap.11.v.8. *Apparuit præcedens eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans.* Quomodò si totus in armis, visa vestis? T.3.D.8.n.6.

V.11. *Leonum more, impetu irruentes in hostes,* &c. Unde tanta audacia, dùm pridem timida corda? T.5. D.5.n.2.

Cap.12. v. 22. *Cùm cohors prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei.* Unde præsentia Dei in conflictu, si nullum signum visum de cœlo? T.3.D.8. n.7.

V.40. *Invenerunt sub tunicis interfectorum, de donarijs Idolorum,* &c. *Ob hanc causam eos corruisse.* Quare aurum sub tunicis, illorum causa fuit necis? T.10.D.1 à n.3.

V.41. *Omnes benedixerunt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta.* An quia habebant, vel quia sub tunicis? n.4.

Cap.14.v.6. *Asidæi, quibus præest Iudas Machabæus.* Quinam Asidæorum ordo militaris sub Iuda præside? T.3.D.8.à n.10.

Cap. 15. v. 7. *Machabæus confidebat cùm omni spe.* Quid omnis spes, suppositá fiducià? T. 5. E.à n. 18.

V.16. *Accipe sanctum gladium aureum.* Quidni ferreum? T.3.D.8.n.18.

NOVUM TESTAMENTUM.

Matthæi.

Cap. 1. v.6. *Iesse genuit David regem. David autem rex,* &c. Quare inter tot reges signatur tantùm David? T.5.D.5.n.16. Cur denuó? n. 17.

V.8. *Joram genuit Oziam.* Quomodó si eius abnepos? T.1.E.n.26.

V.18. *Christi autem generatio sic erat.* Quomodò? T. 5.D.1.n.5. Quid est *Sic*? D.2.n.6.

V.21. *Pariet autem filium.* Quidni dicitur Ioseph, sicut Zachariæ; *Pariet tibi filium*? T.1.E.n.8.

Cap.2.v.1. *Ecce Magi ab Oriente venerunt.* Quid tó *Ecce*? T.9.D.6.n.7.

V.2. *Vbi est, qui natus est rex Iudæorum.* Quare non inquirunt de rege nato, sed de nati loco? à n. 7.& 18.

Ibid. *Vidimus stellam eius in Oriente.* An esset stella? T.8. E. n.89. Quare dicitur stella eius? T. 7. D.4. num.9. T.9. D. 6.n. 17. Unde ex stellæ splendore, ab illis cognita nativitas Christi? n.7. Quomodó dicitur *In Oriente*, si ascendit super Occasum? n.16.

V.3. *Turbatus est.* Quare Principes Sacerdotum & Scribæ non turbati? T.3.D.3.n.13.

V. 5. *Dixerunt: In Bethlehem.* Cur non quæsierunt natum, signantes locum? Ibid.

V.10. *Gavisi sunt gaudio magno valdè.* Unde vehemens lætitia, denuò visa stella? T.9. D.6.n.6.

V.11. *Intrantes domum, invenerunt puerum.* Quomodò invenerunt ostium? Ibid. Et etiam Christum? T.3.D.3.n.13.

V.18. *Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt.* Unde si non sunt, *suos* lachrymatur? T.2. D.8.n.10.

Cap. 3. v. 16. & 17. *Aperti sunt, cœli, & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam: & ecce vox de cœlis dicens: Hic est filius meus dilectus.* Quare sicut columba descendit Spiritus Sanctus, dùm auditur à Patre Christus filius dilectus? T.5.D.2.n.12.

Cap. 4. v. 5. *Assumpsit eum diabolus super pinnaculum templi.* Quid dictum templi pinnaculum; & quare illuc à diabolo constituitur assumptio? T. 5.D.2. á n. 13.

V.6. *Mitte te deorsùm.* Quare in præcipitium, quem elevat, instigat? n.15.

V.8. *Ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum.* Quare si de gloria mundi agitur, tantúm ostenditur? n.2.

V.19. *Faciam vos fieri piscatores hominum.* Quid in præacta piscatione, ut homines possent capi? T.6 D.6.n.8.

Cap.5.v.12. *Vos estis Sal terræ.* Utquid simul lux? T. 3.D.3.n.10. Unde, & quomodó Sal? T. 3. D. 6.n.25.

V.13. *Si Sal evanuerit, in quo salietur.* Quis, & quomodó sal infatuatur? T.3.D.3.n.13.

V.19. *Qui fecerit, & docuerit.* Quare doctrinæ magnitudo, opere & verbo? n.10.

V.45. *Vt sitis filij Patris vestri.* Unde homines filij Dei? T.1. E. n.25. Quomodò si unus tantùm filius Patris? T.1.D.8. n.5. Quo intuitu si dicitur, *Pater vester*, excitat *Vt sitis filij?* n.7.

Cap.6.v.13. *Libera nos à malo.* A quo malo? T.1.D. 3.n.7.

V. 16. *Nolite fieri sicut hypocritæ.* Cur voluntatem connotat, dùm hypocrisim eliminat? T. 1. D. 4.n.3.

V.23. *Si lumen, quod in te est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt?* Quæ tenebræ tenebrarum? T.10.D.1.n.14.

Cap. 8. v. 12. *Filij regni ejicientur in tenebras exteriores.* Quænam interiores & exteriores tenebræ? n.11.

Cap.10.v.8. *Mortuos suscitate.* Quorsùm si non suscitantur, nisi qui mortui? T.2.E.n.10.

Cap.11.v.3. *Tu es qui venturus es?* Quomodó *Tu*, si *Venturus?* T.1.D.7.n.19.

V.14. *Ipse est Elias, qui venturus est.* Unde si Ioannes Baptista? T.1.E.n.43.

V.25. *Domine cœli & terræ.* Quidni inferni? T. 6. D.6.n.9.

Cap. 13. v. 14. *Videntes videbitis, & non videbitis.* Quomodò? T.2.D.5.n.2.

V.55. *Nonne mater eius dicitur Maria, & sorores eius nonnè omnes apud nos sunt, & fratres*, &c. Quinam fratres & sorores dicantur Christi? T. 1. E.à n. 45.

Cap.14.v.28. *Si tu es, iube me venire ad te super aquas.* Utquit ambulante Salvatore, cupit etiam Petrus super aquas ambulare? T.9. D.3.n.3. Cur dicit, *Si tu es?* n.4.

V.29. *Ipse ait: Veni.* Miraculum an ex voce virtutis, vel virtute vocis? n.5.

V.30. *Cum vidisset ventum validum, timuit: & cùm cœpisset mergi.* Quem ventum vidit in summersionem? T.9. D.5.n.7.

V.32. *Cùm ascendissent in naviculam.* Quare modò Christus cum Petro ascendit, & priùs invitatus noluit? T.9.D.3.n.8.

Cap. 15. v. 13. *Omnis plantatio, quàm non plantavit Pater meus cœlestis.* Quid sit plantationem plantare? T.10.E. à n.12.

V.23. *Dimitte eam, quia clamat post nos.* Quidùm gratiam non concedit, estó clamet? T.5.D.8. n.9.

V. 25. *Illa venit, & adoravit eum.* Quare nec sic? Ibid.

V.28. *Fiat tibi sicut vis.* Quidni *quod vis*, sed *sicut?* n. 10. Quare Christus concesit, quod pridem abnuit? Ibid.

V.31. *Ita ut turbæ mirarentur videntes mutos loquentes.* Quo pacto qui sine usu linguæ, poterant loqui? T.9.D.2.n.13.

Cap. 16. v. 13. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* Unde Christus dicitur hominis filius? T.1.E.à n.21. Quid de filio hominis interrogat, si se filium hominis nominat? T.5. D.2. num.13.

V.16. *Respondens Simon Petrus, dixit: Tu es Christus filius Dei vivi.* Cur Petrus tantum respondit? n. 14. Quorsùm filiatio Patris, si interrogatur tantùm de filio hominis? num.13. Utquid si sat, *Tu es filius Dei vivi*; præmittit Petrus: *Tu es Christus?* Ibid.

V. 24. *Abneget semetipsum.* Quomodò homo seipsum potest abnegare, si manet ipse? T.1. D.5. à n.14.

Cap. 17. v.1. *Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum & Ioannem, & duxit illos in montem excelsum seorsum.* Cur dicitur assumpsisse, dùm in gloriæ suæ visionem elegit? T.4.D.4.n.12. Quare transfiguratio non in medio monte; sed in cacumine? Ibid.

V.8. *Neminem viderunt nisi solum Iesum.* Utquid Iesus cùm illis dicitur solus, & illi non soli? T. 4.D.4.n.13.

V.15. *Lunaticus est, & malè patitur: nam sæpe cadit in ignem, & crebro in aquam.* Si dæmonis artæ, cur non dicitur habere dæmonium; sed Lunaticum esse, & in quo? T.2.D.2.à n.17. Quare pater non solùm signat pati, sed pati male? n.18. Unde constat dæmonium esse per extrema ignis, & aquæ? n.14.

V.18. *Exijt ab eo dæmonium.* Unde si à Luca vocatur spiritus? Ibid.

Cap.18.v.2. *Advocans Iesus parvulum, statuit eum in medio.* Quare ubi de superioritate iurgium, ostendit Salvator parvulum? T.6.E.n.40.

V.6. *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Quare suffocandus? T.10. D.2.à n.10. Cur in mari, & non in flumine? n. 11. & quare in profundo maris? n.14.

V. 10. *Angeli eorum in cœlis semper vident faciem Patris.* Unde si desiderant videre? T.5.E.à n. 43.

V.26. *Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.* Quorsùm ad solutionem universi debiti, necessaria patientia Domini? T. 5. D.4. n. 13. Cur dicit *In me?* n.14.

V.28. *Suffocabat illum dicens: Redde, quod debes.* Quare debitum non reddidit, dùm creditor suffocabat? T.6.D.6.n.8.

Cap.19.v.28. *In regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ.* Quare merces in universali resurrectione? T.6. E.n.28. Cur dicit, *Cùm sederit in sede?* n.29. Quare dicit *Maiestatis suæ*, si in dextera Patris? n. 39. Quidni *In maiestate sedis*; sed *In sede maiestatis?* T.6. D.6. n.11. Quo intuitu non designatur maiestas ex sede, sed ex sedente? Ibid.

Ibid. *Sedebitis & vos iudicantes.* Quare sedent, si non sedent Angeli? T.6. E. n. 30. Unde iudicantes sedebunt, si Pater filio dedit omne iudicium? n.26.

Cap.20. v.20. *Accessit ad eum mater filiorum Zebedæi.* Quomodò accedente matre, filios dicitur accessisse? T.6. D. 7. n. 11. Cur quod desiderat non dicit *Quid*, sed *Aliquid?* n. 16. Cur mater accessit? à n.12.

V.21. *Dic, ut sedeant hi duo filij mei unus ad dexteram tuam, & unus ad sinistram in regno tuo.* Quare in dextra, & sinistra solium, & non unius post alium? n.14. Cur dicit mater *Unus*,

& unus, & nequaquàm *Unus & alter*? T.5. D. 5.n.19.

V.22. *Nescitis quid petatis.* Quare? T.6. D.7. à n.12. Cur nesciunt, dùm in thronis sedere capiunt? num.15.

Ibid. *Potestis bibere calicem?* Quare dùm prima sedes uterque petit, de calice Christus inquirit? T.5. D.5.n.11.

V. 23. *Calicem quidem meum bibetis.* Quippini *Calicem vestrum*? n. 15. Quomodó si Ioannes non bibit? n.17. Unde bibit, quin biberet calicem? T.5.D.6.n.3. & á n.12.

V.24. *Indignati sunt de duobus fratribus.* Quare ducunt nihili, quód indignarentur cæteri? T. 6. D.7.n.14. Cur si fratres, hinc & hinc cupiunt sedere? Ibid.

Cap.21.v.7. *Eum de super sedere fecerunt.* An invitus sedit? T.6.D.8.n.6.

V.9. *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Unde brevi ligno suspensus, & quibus & ita plausus? T.9.D.8.n.13.

V.16. *Numquàm legisti, quia ex ore infantium & lactentium perfeciti laudem?* Utquid *Perfeciti*, & non *feciti*: & in quo laus? T.9. D.2.n.7.

V.43. *Dabitur genti facienti fructus eius.* Quippini *Fructuræ*? T.9.D.6.n.13.

Cap.22.v.12. *Amice, quomodò huc intrasti non habens vestem nuptialem*? Quænam nuptialis vestis in convivijs? T. 6. E.n. 19. Quidùm inimicum amicum vocat? & quare si sacrilegus, & audax ingressus, non arguitur, ut audax & præsumptuosus? T.8.D.1.n.17.

Ibid. *At ille obmutuit.* An damnatus, quippe tacuit? num.16.

Cap. 23. v.35. *A sanguine Abel iusti.* Cur solus Abel iustus dicitur? T.5.D.5. n.10.

V.39. *Non me videbitis amodò donec dicatis: Benedictus*, &c. Cur tunc dicitur visus, ubi in ministerio cognitus? T.3.D.8.n.4.

Cap.24.v.6. *Audituri estis prælia, & opiniones prælio-rum. Videte, ne turbemini: nondùm est finis.* Utquid iunguntur opiniones, & prælia? T. 7. D.5.à num.14. D.6. num. 5. Quare in maiori periculo, debet exulare turbatio? T. 7. D. 5. n.15. Unde finitis prælijs, opinionum necdùm finis? n.16.

V.29. *Stellæ cadent de cœlo.* Quænam & quomodò? D.8.E.à n.87.

Cap.26. v.14. *Tunc abijt unus de duodecim ad Principes Sacerdotum*, &c. Quid sit, & quare tò *Tunc*? T.3.D.1.à n.19.

V.20. *Discumbebat cum duodecim.* An Christus mensæ aliquandò discubuit? T.6.E.n.23.

V.26.& 27. *Accepit Iesus panem, & ait: Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem*, &c. Quare species ad Sacramentum elegit panem, & vinum? T.7. D. 4. n. 2. Unde dùm panem distribuit, suum esse corpus asseruit? n. 16.

V.37. *Assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari, & mœstus esse.* An de se, vel de illis mœrebat assumptis? T.2. D.4.n.13.

V.38. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Cur non de morte, sed illam usque? T.2. D.4. n.13.T. 10.D.6.à n.4.

V.39. *Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste: verumtamen non sicut ego volo, sed sicut tu.* Quare signanter *Iste*, & non absolutè calix? T.5.D.5.num.15. T.7. D.3. n.15. Quomodó possibile, & impossibile? Ibid. & n.5. Quare renuit, quod petitione cupit? Ibid.

V.60. *Novissimè venerunt duo falsi testes.* Unde, & quare testes falsi? T.7.D.5.n.12. Cur alijs falsis repulsis, accipitur testimonium; quamvis testimonium falsum? Ibid.

Cap.27.v.4. *Quid ad nos? Tu videris.* Unde illorum nihil interest, dùm captus Salvator & comprehensus iussu illorum? T.1.D.2.à n. 11.

V. 32. *Vt tolleret crucem eius.* Quo intuitu Christi crux Simoni tradita, & quomodò portaverit, & quare portaverit? T.3. D.1.n.4. T.6.D.2.à num.4.

V.34. *Dederunt ei vinum bibere cum felle mistum: & cùm gustasset, noluit bibere.* Quare non hausit? T.3.D.1.n.23. Quomodò si erat acetum, dicitur vinum, felle dilutum? Ibid.

V. 45. *Tenebræ factæ sunt super universam terram.* Quomodò & unde? T.8. E.n. 37. An à Luna interposita? n.92. An supernaturaliter? n.97.

Cap.28 v.7. *Ecce prædixi vobis.* Si Christum resurrexisse nunciavit, quid prædixit? T.2.D.1.n.1.

Marci.

Cap.5. v. 17. *Rogare cœperunt, ut discederet de finibus eorum.* Utquid si dæmonia expellebat, rogant ut abeat? T.6.D.3.n.2.

V.30. *Quis tetigit vestimenta mea?* Quare si dumtaxàt vestis tacta, queritur de tactu corporis? T. 10. D 5.n.6.

V.31. *Quis me tetigit?* Utrum ex gratia callata, tactum sese cognovit? n.5. Cur interrogat quod non ignorat? á n.3.

V.35. *Veniunt nuncij ab Archisynagogo.* Quomodò si erat cùm Christo? T.2.D.2.n.5.

Cap. 6. v. 6. *Circuibat castella in circuitu.* Quorsùm *in circuitu*, si circuibat? T.8.E.à n.4.

V.54. *Cùm egressi essent de navi, continuò cognoverunt eum.* Qua de causa tunc cognoscunt, & ambulantem super aquas non cognoverunt? T. 9.D.3.n.9.

Cap.7.v.29. *Vade.* Quidni eras veneris? T. 5.D. 8. num.20.

Cap.8. v.1. *Cùm turba multa esset, nec haberent quod manducarent.* Cur turba multa, quùm deficiebat esca? T.5.D.8.n.3.

V.2. *Misereor super turbam; quia ecce iam triduò sustinent me.* Quidni sustinuit sustineri post triduum? T.5.D. 8.n.4. Quare dum audientium expectationem exponit, illorum patientiam expressit? T.5.D.3.n.2. Cur si opprimuntur fame, dicit Christus, se sustineri? T.5.D.8.n.6.T. 8.D.3.n.10.

V.8. *Manducaverũt, & saturati sunt.* Cur Christus tunc aluit audientes, & quod maius miraculum, multiplicatione panis? T.5.D.8 n.6.

V.25. *Imposuit manus super oculos eius: & cœpit videre, & restitutus est, ita ut clarè videret omnia.* Quare ut perfectè videret cæcus, super oculos eius imposuit manus? T.9. D.3.n.17.

Cap. 9. v. 14. *Omnes populus videns Iesum stupefactus est, & expaverunt.* Cur expavent, dùm Iesum vident? T.8. D.4.n.22.

V. 16. *Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum.* Quomodò si clamabat? T. 3. D.2.n.18.

V. 21. *Si quid potes, adiuva nos, misertus nostri.* Utrum potentiam neget, vel eximiam affirmet? T.8.D.4.à n.13. Utquid si pater non habet dæmonium, sibi petit auxilium? Ibid.

V.23. *Credo Domine, adiuva incredulitatem meam.* Quid credidit, & quid non credidit? n.14.

Cap.10.v.30. *Accipiet centies tantùm nunc in tempore hoc, cùm persecutionibus.* Unde gloriæ specimen tendit in persecutionem? T.5. D.3.n.4. & T. 7.D.1.n.4.

V.35. *Magister, volumus, ut quodcumque petierimus, facias nobis.* An obex ad munus sit *Volumus*, & quid tò *Quodcumque*? T.6.D.7.à n.11. Quare? n.12.& 16.

V.37. *Da nobis, ut unus ad dextram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua.* Cur solicitant in maiestate hunccine modum sedendi? n.14.

V.38. *Nescitis quid petatis. Potestis, &c. baptismo, quo ego baptizor, baptizari.* Cur Christi passio eius dicatur baptismus? T.5. E. á n.33. & 37. Quid sit baptizari baptismo? n.34. Quare dùm discipuli ambiunt; quid petant, nesciunt? T. 6.D.7.n.15.

V.39. *Calicem, quem ego bibo, bibetis; & baptismo,* &c. Cur passio sub metaphora calicis, & baptismatis? T.5.D.6. num.13. Quomodó Christus dicit *Bibo & Baptizor*, si necdùm patiebatur? n. 14.T.5.E.n.26.

V.41. *Decem cœperunt indignari.* Quare nihil dicitur de pudore ambientium, ex indignatione sociorum? T.6.D.7.n.14.

Cap.11.v.7. *Duxerunt pullum ad Iesum: & imponunt illi vestimenta sua.* Unde vel cùm vestibus hominum, vocant asinum? T.6.D.8.n.7.

Ibid. *Et sedit super eum.* Cur super asinum notatur Christi sedes? n. 6.

V.12. *Alià die.* Unde *Alià*, si apud Matthæum dicitur In die palmarum? T.9.D.8. n.13.

V.28. *In qua potestate hæc facis?* Cur dicunt *Hæc*, & quæ tacent? Ibid. Utquid inquirunt de potestate, illo admisso tamquàm rege? n.14.

Cap.14.v.33. *Cœpit pavere, & tædere.* Cur ad mortem nec pavit, nec doloris tæduit; & utroque afficitur proxima morte? T.10.D.6.à n.4.

V.34. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Quidni de morte, sed usque? T.2. D.4.num.13. T.5. D.6.n.6.

V.37. *Simon dormis?* Cur ad Petrum dumtaxàt increpatio directa? T.2. D.4.n.10.

V.42. *Surgite, eamus.* Quare modó morti occurrit, si pridem tæduit? T.10 D.6.n.7.

V.62. *Videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.* Quæ virtutis Dei sedes? T.6.E.n.38.

Cap.15.v.10. *Sciebat, quòd per invidiam tradidissent eum.* Quid quòd ex invidia, ut nulla in causa esset causa? T.1.D.2.n.12.

V.14. *Illi magis clamabant: Crucifige eum.* Quare sine causâ, intenditur pœna? T.9.D.7.n.2.

Cap.16.v.2. *Valdè manè veniunt ad monumentum, orto iam Sole.* Si orto Sole, quomodò valdè manè? T.8.E.n.39. & 101.

V.6. *Surrexit, non est hic: ecce locus, ubi posuerunt eum.* Quid ad fidem resurrectionis, vacuum videre sepulchrum? T.2. E.n.5.

V.17. *Linguis loquentur novis.* Quænam novitas in linguis? T.9.D.2.à n.7.

Lucæ.

Cap.1.v.27. *Nomen Virginis Maria.* Quorsùm exprimitur Virginis nomen? T.4.D.3.n.3.& 14.

V.28. *Ave gratia plena.* Quidni cœlestibus donis ornata? T.1.D.5.n.10. Quid est gratiâ plena, & plenà gratiâ? T.5.D.1.n.

V.30. *Ne timeas Maria, invenisti gratiam apud Deum.* Quæ ab illa timenda, si plena gratiâ? T.1.D.5. n.11. Quæ excellentia indicatur in timoris expulsione? Ibid. Quare si tot dona in Deipara, dumtaxàt signatur, quod ab illa inventa gratia? num.10.

V.31. *Vocabis nomen eius Iesum.* Cur illa sola, & minimè Ioseph? T.5.D.2.n.6.

V.32. *Hic erit magnus.* Cur *Erit*, si signatur *Hic*? T.1. D.7.n.10. Quomodó maior, si in natura humana minor? T. 7. D.2. n.5. Unde vel in illa magnus? T.5.D.2.n.10.

V.34. *Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco?* An ideò factum? Ibid.

V.35. *Ideòque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei.* Quomodò quia ex illa sola natus, Christus Altissimi vocabitur filius? T. 5. D.2. n.9.

V.44. *Ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo.* Cur magnificum, quòd ad vocem solam patraretur miraculum? T.3.D.6.n.23.

V.46. *Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus.* Quare de anima dicitur magnificentia, ac de spiritu lætitia? T.5. D.2.n.8.

V.51. *Dispersit superbos mente cordis sui.* Quippini corde mentis? T.1.D.4.n.5.

Cap.2.v.7. *Peperit filium suum primogenitum, & pannis eum involvit, & reclinavit eum in præsepio.* An ex huiusmodi causa, maiestas regia? T.7.D. 2.à n.6. Unde Christus dictus primogenitus, si à matre pridem nullus conceptus est filius? T. 1.D.8.n.4.

V.10. *Evangelizo vobis gaudium magnum.* Unde gaudium magnum homini, ex sola infantis nativitate? T.4.D.7.n.3.

V.13. *Facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum.* Quare huius militiæ non audiuntur arma; sed harmonia? T.3.D.8. num.16.

V.15. *Videamus hoc verbum, quod factum est, quod Dominus ostendit nobis.* Quare dicunt *Verbum hoc*, & verbum factum, & videndum, & á Domino monstratum? T.7.D.2.à n.6.

V.16. *Invenerunt infantem positum in præsepio.* An quia sic invenerunt infantem, eruperunt pectora in exultationem? T.1. D.6.n.7.

V.17. *Videntes autem cognoverunt de verbo.* Unde cognoverunt divinum Verbum, videntes infantem in præsepio reclinatum? T.7.D.2.n.16.

V.21. *Postquàm consummati sunt dies octo, ut circumcideretur puer; vocatum est nomen eius Iesus.* Quo intuitu ut præteritum exponitur tempus, si tempore opportuno infantulus circumcisus? T.4. D.7.n.8. Quare Iesus vocatur, dùm circumciditur? num.13. & 15. Utquid post effusum sanguinem, imponitur nomen? á n.1. Cur de vulnere non dolet, & ante vulnus de dolore mœret? à n.3.& 8.

Index locor. Sacr. Scriptur.

V.35. *Ecce homo erat in Ierusalem, & homo iste iustus.* Cur homo dicitur, dùm iustus plauditur? T.1. D.3.n.15.

V.29. *Nunc dimittis servum tuum.* Quare postquàm Christum aspexit, mori cupit? T.1.D.6.n.7.

V.34. *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem.* Unde in ruinam, & gloriam? T.9.D.6.n.9.

V.35. *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.* Utquid *Tuam ipsius*, dicitur, ubi de doloribus Virginis agitur? T.8.D.6.á n.8.

V.48. *Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes, quærebamus te.* Quidni *Quare fecisti*: sed *Quid fecisti nobis*? T.4. D.8. n.14. Quo intuitu dùm audit dolentes, in solamen studio prætermittit dolores? Ibid.

V.49. *Quid est, quòd me quærebatis?* Quare si de amisso filio cordolium, uti supervacuum taxat quærentium officium? n.9.

Cap.3.v.16. *Cuius non sum dignus, solvere corrigiam calceamentorum eius.* In quodnam ministerium, exhibiturus Baptista huiusmodi famulatum? T. 6.E.n.19.& 22.

V.23. *Vt putabatur filius Ioseph.* Quorsùm *Putabatur*? T.5.D.2.n.7.

Cap.4.v.5. *Ostendit illi omnia regna orbis terræ in momento temporis.* Quare sic, & quomodò? T.5.D. 7.à n.2.

V.6. *Cui volo, do illa.* Utquid signat ad placitum, quorum non habet dominium? T.2. D.5.n.12.

V.9. *Mitte te hinc deorsùm.* Utquid *Deorsùm*, si dixerat *Hinc*? T.6.D.7.á n.1. Quid est *Hinc*? T. 5. D.7.n.14.

V.13. *Diabolus recessit ab illo usque ad tempus.* Quando? T.1.D.3.n.7.

V.30. *Transiens per medium illorum ibat.* Quomodó qui præsentes, non videbant? T.9.D.3.n.15.

V.38. *Socrus Simonis tenebatur magnis febribus.* Utquid *Tenebatur*, & non *Tenebat*? T.4. D.5.n.5.

V.39. *Imperavit febri, & dimisit illam.* Cur tantùm utitur voce? Ibid.

Cap.5.v.4. *Laxate retia in capturam.* Quare in capturam piscium laxatio retium? & cur non dixit *Relaxate*; sed *Laxate*? T.6.D.6.n.7. Quippini hamos, sed retia? n.8.

Cap.6.v.11. *Ipsi autem repleti sunt insipientiâ.* Quare dicitur *Insipientiâ*, si erat invidia? T.7. D.1.à n.5. Unde cogitant malum, videntes prodigium? n.7. Quid insipientes cogitabant? n.8.

Cap.7.v.12. *Defunctus efferebatur filius unicus matris suæ.* Utquid *matris suæ*, si filius refertur necessariò matri? T.1.D.8.n.11.

V.36. *Ingressus domum Pharisæi, discubuit.* An discubuit, vel ad mensam sedit? T.6.E.n.22.

V.38. *Stans retrò secùs pedes.* Quomodó quibat, si Christus discumbebat? n.19.& 22.

Cap.8.v.45. *Quis est, qui me tetigit?* Quid hìc, quasi sui tactum, & apud Marcum signat dumtaxàt vestimentorum? T.10.D.5.n.6.

V.46. *Turbæ te comprimunt, & affligunt; & dicis: Quis me tetigit?* Utquid tot tangentes prætermittit, & dumtaxàt de tactu fœminæ quærit? num.5.

Cap.9.v.31. *Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem.* Cur priùs honor transfigurationis, quàm memoria excessus crucis? T. 4.D.4.n.12.

V.39. *Ecce spiritus apprehendit eum, & subitò clamat.* Quare hìc spiritus vocatur dæmonium? T. 3. D.2.n.14. Quomodò clamabat, si mutus erat? num.18.

Cap.11.v.9. *Quærite, & invenietis; pulsate, & aperietur vobis.* Quomodò quæritur, invenitur, pulsatur, & aperitur? T.3.D.2.n.7.

V.14. *Erat Iesus ejiciens dæmonium, & illud erat mutum.* Quid tó *Erat*? T.5. D.4. num.4. Cur ille & non discipuli? à n.7. Quare si in homine linguæ impedimentum, mutum dicitur dæmonium? T.1 D.3.n.6. De quo admiratæ sunt turbæ? Ibid.

V.26. *Fiunt novissima illius peiora prioribus.* Quando, & quomodò? T.5.D.4.n.5.

V.35. *Vide, ne lumen, quod in te est, tenebræ sint.* Unde tenebræ in ipso lumine? T. 10. D. 1. num.13.

Cap.12.v.50. *Baptismo habeo baptizari: quomodò coarctor usque dùm perficiatur.* Cur dolet non pati? T.5. E. n.26. Quare in passione vulnera dicta baptisma? n.37. Unde non passione passio cordis, & crux ex defectu crucis? T.5. D. 6.num.14.

Cap.13.v.5. *Si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis.* Cur ut recurrant in conversionem cordis, exponit super quos cecidit turris? T. 3.D.4.n.18.

Cap.14.v.21. *Cæcos & claudos introduc huc?* Quidni surdos? T.7.D.4.n.1.

Cap.15.v.8. *Quæ mulier si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam & evertit domum, & quærit diligenter, donec inveniat?* Cur dicitur perdidisse, quod habebat domi; & quare lucernam accendit, & domum mundificat, ut amissum inveniat? T.2.D.5.n.8.

V.18. *Pater, peccavi in cœlum & coram te.* Quomodó Patre coram, si filius profectus in regionem longinquam? T.6.D.2.n.14.

Cap.16.v.22. *Sepultus est in inferno.* Cur locus exprimitur? T.5.D.3.n.5.

V.23. *Cùm esset in tormentis.* Quidni, In tormento? Ibid.

V.24. *Ut refrigeret linguam meam.* Quorsùm ibi proponitur spes refrigerationis? Ibid.

Cap.17.v.10. *Dicite, servi inutiles sumus.* Qua de causa modò impletum totum opus? T.2. D.8. n.15.

V.32. *Memores estote uxoris Lot.* Quare clades huius fœminæ tradenda memoriæ? T.4.D.6.n.14. & 16.

Cap.19.v.40. *Si tacuerint, lapides clamabunt.* Quid vox lapidum cùm voce lactentium? T.9. D.2. num.8.

V.43. *Circumdabunt te inimici tui vallo.* Quid sit vallo circumdari? T.8.E.n.7.

Cap.21.v.9. *Cùm audieritis prælia, & seditionis.* Cur seditiones dicuntur, quæ apud Matthæum Opiniones signantur? T.7.D.5.à n.14.

Cap.22.v.15. *Desiderio desideravi hoc pascha.* Quodnam discrimen inter desiderare desiderium, & desiderio desiderare? T.5.E.n.23. Quid sit hoc? á n.24.& T.5.D.1.n 8.

V.24. *Facta est contentio inter eos, Quis eorum videretur esse maior.* Quippini, Quis esset; sed Quis videretur? T.6.D.7.n.18. An ut cognosceretur proditoris perfidia, contentio cogitata de præstantia? Ibid.

V.29.& 30. *Ego dispono vobis regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam, & sedeatis super thro-*

thronos, &c. Quorsùm simul cœleste convivium, & ordo sedium? T.5.D.5.n.12. Cur regnum cœleste sub metaphora potus & cibi? T. 6.E.n.14.& 29. Quare in maiestate throni sedebunt homines, & non Angeli? n.30.

V. 43. & 44. *Factus in agonia prolixiùs orabat: & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Unde angor maior ex mortis examine, quàm ex morte? T.10.D.6.n.4. Cur ex consideratione interitus sudor sanguineus? Ibid. An sudorem abstersérit, & quare? T. 4. D.7.n.9.

Cap.23.v.16. *Emendatum ergo illum dimittam.* Cur flagellari iussit, si nullam causam cognovit? T. 9.D.7.n.3. Quare non dimisit, etsi iniustè flagellaverit? n.4.

V.36. *Illudebant ei, & milites accedentes aceptum offerentes ei.* Quare acetum offerentes, vocantur milites? T.3.D.1.n.23.

V.43. *Hodie mecum eris in paradyso.* Quidni in cœlo? T.6.D.1.num.2. Cur huic respondit, & non alteri pro libertate clamanti? T. 2. D.2. num 6.

V. 44. & 45. *Tenebræ factæ sunt, & obscuratus est Sol.* An obscuratus ex tenebris terræ, vel terra ex obscuritate Solis? T.8. E. n.79. Cur obscuratus, unde & quomodo? num.78. & à n. 99. Quo sensu? num.101. An tenebræ in aére, vel in Sole? n.100. Unde Sole lucente, tenebræ factæ? n.101.

Cap.24.v.11. *Visa sunt sicut deliramentum verba ista.* Quare despiciunt factum, uti delirium? T. 2. D.1.n.5.

V.12. *Petrus abijt secum mirans, quod factum fuerat.* Cur ex visis in sepulchro, cogitat factum? n.4. Quid miratur? n.5.

V.15. *Ipse Iesus ibat cum illis.* Quorsùm *Ipse*? T. 2. D.1.n.6. D.7.n.16.

V. 17. *Qui sunt hi sermones, quos confertis adinvicem ambulantes, & estis tristes?* Unde mœrentes, gloriam resurrectionis sperantes? T.5.D.3.n.10.

V.21. *Super hæc omnia tertia dies est hodie.* Quænam *Hæc*, ut illorum cruciamina super hæc omnia? T.5.D.3.n.10.

V.31. *Aperti sunt oculi eorum, & cognoverunt eum.* Quidni pridem? T.7.D.4. n.10.

V.34. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Quomodò? T.2.D.1.n.4. Quorsùm? *Verè* in Christi resurrectione? Ibid. & E n.11.& 16.

V.35. *Quomodò cognoverunt eum in fractione panis.* Cur non in pane, sed in fractione? T.2. D.5. num.13.T.7.T.4.n.11.

V.39. *Videte, quia ego ipse sum.* Utquid in resurrectione addit *Ipse*? T.2.D.1.n.6.D.7.n.16.

V.41. *Non credentibus, & mirantibus præ gaudio.* Si non credunt, de quo gaudium? n.5.

Ioannis.

Cap.1.v.14. *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam eius.* Unde si in carne gloria Deitatis occulitur, tunc ostenditur? T.7. D.2.n.15.

V.18. *Deum nemo vidit umquàm.* Unde si visa gloria Unigeniti á Patre? n.14.

V.19. & 22. *Tu quis es?* Cur inquirunt, si cognoscunt? T.9.D.5.á n. 12. Quare non quid? sed quis? T.9.D.1. n.5. Quare quis sit ipse, ab ipso interrogatur? n.6.

V.23. *Ego vox clamantis.* Cur non solùm vox, sed clamantis? T.9. D.1.n.5. Quare tantúm vox, si homo, & homo missus á Deo? T.9. D.5. à n.12.

Cap. 2. v. 9. *Gustavit Architiclinus aquam vinum factam.* Quid per aquam signatum, conversam in vinum? T.3.D.1.n.22.

Cap.3.v.13. *Nemo ascendit in cœlum, nesi qui descendit de cœlo, Filius hominis, qui est in cœlo.* Cur dicitur filius hominis? Quomodó in cœlo, si de cœlo descendit? Quomodó descendit, si erat in cœlo? T.1.E.n.22.

V.29. *Gaudio gaudet.* Quid gaudio gaudere? T.4.E. n.19.& 26.

Cap.4.v.6. *Iesus fatigatus ex itinere.* Unde, & quare fatigatus? T.5.D.4.n.11.D.6.n.6.

V.25. *Scio, quia Messias venit: cùm ergo venerit, &c.* Quomodò inficiatur, quod astruit? T.9. E. n. 34. Quomodó præsens, si venturus? T.1.D.7. n.19.

Cap.5.v.2. *Probatica piscina, Hebraicè Bethsaida.* Idest *domus misericordiæ.* Quomodò in domo miserationum, tanta multitudo languentium? T.4. D.5.n.2.T.8.D.4.n.16. Cur dicitur *domus venantium*? T.4.D.5.n.4.

V.6. *Cùm cognovisset, quia iam multum tempus haberet, dixit ei, Vis sanus fieri?* Quidni dicit, Volo? T. 8. D. 4. n. 19. Quare pridem Christus illum non levavit? n.17. Quare modó? n.20.

V.7. *Hominem non habeo.* Qua de causa non habebat? num.18.

V.14. *Postea invenit eum Iesus in templo.* Quidni ille quæsivit, sed medicus? T.5.D.4.n.11.

V.15. *Abijt ille homo, & nunciavit Iudæis, quia Iesus esset, qui fecit eum sanum.* Unde cognovit, ut ita nunciaret? T.2. D.3. num. 5. T. 8. D.4. num.20.

V.22. *Nec enim Pater iudicat quemquam; sed omne iudicium dedit filio.* Quippini Pater, si iure iudex? T.6.E num.26. Unde solus filius iudex in maiestate tribunalis, si iudicabunt discipuli? Ibid.

V.35. *Erat lucerna ardens, & lucens.* Cur & in quo utrumque? T.9.D.4.à n.8.

V.49. *Scrutamini scripturas.* Quidni *Legite*? T.7.E. à num.19.

Cap.6. v. 2. *Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* Quæ signa super infirmos? T. 4. D. 4.n.3.

V. 5. *Cùm sublevasset ergo oculos Iesus, & vidisset, quia multitudo magna venit ad eum.* Quo intuitu si multitudo in terra erat, oculos in cœlum dirigit? n.2.

V.21. *Voluerunt ergo accipere eum in navim.* Quomodò ingredi noluit, si in illam ascendit? T.9.D. 7.n.8.

V.27. *Hunc Pater signavit Deus.* Quare Pater filium, ut filium signavit? T.1.D.8.n.6.

V.59. *Non sicut manducaverunt patres vestri Manna.* Quare non Sicut? T.7.D.4.n.16.

V.71. *Ex vobis unus diabolus est.* Unde si homo? T.1. D.3.n.7. Quidúm *Est*, & non Erit? Ibid. T. 2.D.7.à n.6.& 9.

Cap. 7. v. 21. *Unum opus feci, & omnes miramini.* Cur quòd conciliat admirationem, insimulant uti

uti crimen? & quare valens paralyticus dicitur unicum Salvatoris opus? T.8.D.4 n.21.

V.27. *Hunc scimus unde sit.* Quid ad eius venerationem, quòd sciretur, vel non, unde esset? T.2. D.6.n 4.

Cap.8.v.4. *Hæc mulier modò deprehensa est in adulterio.* Si *hæc*, quare nomen tacetur? T. 2. D.3. num.12.

V.5. *In lege Moyses mandavit huiusmodi lapidare.* Utquid dicunt: *Huiusmodi*; & an iuxta legem, quæ damnabat, Christus absolverit? Ibid.

V.11. *Nec ego te condemnabo.* An damnaverit, & quomodò? T.9.D.7.n.16.

V. 12. & 13. *Ego sum lux mundi. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris*, &c. *Dixerunt ergo ei Pharisæi: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est verum.* Quare non alij, sed Pharisæi? T.7. D.1. n.21. Quomodò per tenebras non graditur, qui illum sequitur, & econtrá? n.10.

V.28. *Cùm exaltaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.* Unde cognoscendus quàm magnus, in ligno fixus? T.10.D.3.á n.12.

V.44. *Vox ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.* Quidni Facitis, sed facere vultis? T.1.D.3. n.11. Unde filij dæmonum, si filij hominum? á n.10.

V.48. *Dæmonium habes.* Unde rebantur habere dæmonium? T.3. D.1. n.21. Quare dicitur possessus à dæmone, quem de peccato non valebant accusare? T.6. D.2.n.8.

V.59. *Abscondit se, & exivit de templo.* Quomodó exivit, si se abscondit? T.9.D.3.n.15.

Cap.9.v.8. *Alij dicebant, quia hic est*, &c. Cur ille dicitur; quòd non ille? T. 8. D. 4. n.13. Quare ambigitur de cæco, verúm non de paralytico? T.2.D.3.n.5.

V.9. *Ille dicebat: Quia ego sum.* Utquid à cæco astruitur, quod populus opinatur? n.6.

V.29. *Hunc autem nescimus, unde sit.* Quomodò inficiantur, quod alibi affirmant? T.2. D.6. n.5.

V.30. *In hoc enim mirabile est, quia vos nescitis unde sit.* Quare nescire unde sit, mirabilius est? num.10.

Cap.10.v.1. *In ovile ovium.* Ovibus quid nisi ovile? T.1.E.n.49.

V. 10. *Ego veni, ut vitam habeant, & abundantiùs habeant.* Quid in vita, vitæ abundantia? T. 1. D.5. à num.8.T.6.D.1.à num.1. Quomodó ut vitam habeant, si vitam habent? T. 1. D. 5. à num.9.

V.16. *Alias oves habeo*, &c. Quænam eiusmodi oves? T.5.D.5.n.4.

Cap.11.v.4. *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* Quæ gloria Numini, ex suscitatione Lazari? T.3.D.4. n.12. Quomodò infirmitas non ad mortem, si infirmus moritur? T. 2.D.1.n.8.

V.13. *Putaverunt de dormitione somni.* Quodnam discrimen inter dormitionem somni, atque somnum dormitionis? T.2.E.n.27. D.1.n.1.

V.23. *Resurget frater tuus.* Unde fratrem surrecturum fidit, quia Iesus in mundum venit? T.2. D.1. à n.8.

V.28. *Vocavit sororem suam silentio, dicens.* Unde *Silentio*, si intercesit locutio? T.3.E.n.18.

V.43. *Voce magna clamavit, Lazare veni foras.* Quare voce magnà, & cur exprimitur clamor in voce? T 3.D.4. n.12. Quare proprio nomine vocat, qui fuerat? Ibid.

V.47. *Hic homo multa signa facit.* Cur eius copiam miraculorum ægrè ferunt? T. 1. D. 2. n.1. Et propter illa damnarunt? T.7.D.5.n.11.

V.54. *Abijt in regionem iuxta desertum.* Utquid refugit, ac in solitudinem fugit? T.1.D.2.n.1.

Cap.12. v. 24. *Si mortuum fuerit, multum fructum affert.* Quinam fructus, & multus ex Christi morte? T.4.D.2.n.19.

V. 31. *Nunc iudicium est mundi.* Quomodò nunc, quod futurum est? T.10.D.6.n.14.

V.32. *Si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.* Quidni ante exaltationem? T.10.D. 3.à num.8. Quare traxit, quos crimen avertit? num.9.

V. 36. *Abijt, & abscondit se ab eis.* Utquid inde ab eis abijt vesperé, quem uti regem salutarunt manè? T.9.D.8 n.13.

Cap.13.v.1. *Sciens Iesus*, &c. *cùm dilexisset suos, qui erant in hoc mundo, in finem dilexit eos.* Utquid eius demonstratur scientia, ubi amplioris amoris relucet flamma? T.7. D. 3. á n. 2. Quid sit amore amare, & quid diligere in finem? T. 7. E.n.26. Quid diligere ex dilectione? T.7.D.3. à n.1. In quo contentio, & maior, in certamen amantis? T.4.D.2.n.10.

V.4. *Ponit vestimenta sua.* Quo intuitu deposuit, ubi vehementiam amoris expressit? T.7.D.2.n.14.

V.23. *Erat recumbens in sinu Iesu.* Quomodò? T. 6. E.à n.20.

Cap.14.v.28. *Si dilegeretis me, gauderetis utique, quia vado.* Unde gaudium, si ex absentia cordolium? T.2.D.4.n.11.

Cap.15.v.16. *Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, ut abeatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat.* Quare qui mundum despexerunt, remittit in mundum? T.5. D. 7. á n.9. Quinam fructus, si mundus ab illis despectus? à n.11.

Cap.16.v.24. *Vt gaudium vestrum sit plenum.* In quo plenitudo gaudij? T.4.E.n.18.

V.33. *Ego vici mundum.* Quomodò trophæum victoriæ, ante certamina pugnæ? T.4.D.2.n.17.

Cap.17.v.4. *Opus consummavi, quod dedisti mihi, ut faciam.* Quomodó si opus non perfectum, iam consummatum? T.5.D.6.n.14.

V.12. *Nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis.* Quare *Perijt* pro Perivit? T.2.D.7.n.9.

Cap.18.v.4 *Iesus sciens omnia, quæ ventura erant super se, processit.* Cur in passionem processit, dúm mortem ex illa præscivit? T.4.D.2.n.18. T.10.D.6.à n.7. Si ex his, quæ passus didicit, quomodò didicerat necdum passus? n.8.

V.5. *Stabat Iudas, qui tradebat eum cum ipsis.* Cur si præsens utrisque, versus Magistrum non dicitur præsens? T.2.D.4.n.5.

V.8. *Si ergo me quæritis, sinite hos abire.* Quare suorum libertas desideratur, ubi pro illis in servitutem sufficitur? T.4.D.2.n.10.

V.38. *Ego nullam invenio in eo causam.* Si multis accusationibus ornata, unde nulla? T. 1. D. 2. num.12.

Cap.19.v.1. *Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit.* Quare sub titulo correctionis tantùm studuit flagellis? T.9.D.7.n.3.

V.4. *Adduco vobis eum foràs, ut cognoscatis, quia nullam invenio in eo causam.* Utquid ut sine causa damnaret, foràs flagellatum eduxit? n.4.

V.7. *Nos legem habemus, & secundum legem nostram debet mori.* Quidùm *legem nostram*, & non absolutè legem? T.7.D.5.à n.11.

V.17. *Baiulans sibi crucem, exivit.* Quo proposito dicitur *Sibi*, & quare describitur crux in exitu? T.6.D.2.à n.3.

V.25. *Stabant iuxta crucem Iesu, mater eius.* Quomodò iuxta crucem, & in cruce? T.8.D.6.á num.2. Quid sit sic stare, & quomodò stabat? à num.14.

Ibid. *Et soror matris eius*, &c. Unde soror Virginis? T.1.E.n.45.

V.26.& 27. *Cùm vidisset Iesus Matrem, & discipulum stantem*, &c. Quare priùs Matri designat filium, quàm filio Matrem? T.1.D.8.n.12.

V.30. *Cùm accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum este.* Quare? T.3.D.1.n.23.

Ibid. *Inclinato capite tradidit spiritum.* Quorsùm caput inclinavit in pectus? T.2. D.6. n.14. T.7. D.3.n.8.

V.40. *Sicut mos est Iudæis sepelire.* An mos Iudæorum, sepelire, vel comburere cadavera? T.10. E.à n.16.

V.42. *Ibi posuerunt Iesum.* Quare in horto monumentum? T.10.E.n.14.

Cap.20.v.15. *Mulier, quid ploras?* Cur vetat flere? T.2.D.1.n.2.

V.20. *Ostendit eis manus, & latus.* Utquid dubitantibus de resurrectione gloriosa, demonstrat vulnera? T.4.D.8.n.10.

V.25. *Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum*, &c. *non credam.* Utquid videre optat vulneratum, ut credat glorioſum? Ibid.

Cap.21.v.7. *Dominus est. Petrus cum audisset, tunicâ præcinxit se, & misit se in mare.* Unde Ioannes cognovit Dominum esse? T.5.D.6.à n.3. Cur Petrus tunicam induit, si per mare in littus processit? T.9.D.3.à n.10. Quare noluit ad Iesum pervenire navigio, sed natando? T.10.D.2.n.7.

V.9. *Viderunt prunas positas, & piscem superimpositum, & panem.* Unde ignis? T.9.D.3.num.16. Quorsùm simul ignis, pisces, & panis? T.7. D.4.n.18.

V.12. *Nemo audebat interrogare, Tu quis es? Scientes, quia Dominus est.* Quomodò sciebant, si scire quis esset, cogitabant? T.5.D.5.n.4.

V.20. *Vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus, sequentem.* Si sequi martyrium est, quomodò Ioannes martyrium non subijt? T.5.D.6.n.5.

V.22. *Sic eum volo manere, donec veniam.* An martyrium Ioannis in huiusmodi quiete? Ibid. Quid sit donec venerit Christus, & quò? n.16.

Ibid. *Quid ad te?* Cur mortis Ioannis nihil ad Petrum? n.5.

V.23. *Non dixit Iesus, Non moritur.* Unde mors Ioannis sine afflictione vulneris? Ibid.

V.24. *Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scimus, quia verum est testimonium eius.* Quomodó testimonium verum, si ipse de se perhibet testimonium? n.3. Utquid si solus, dicit, *Scimus*? Ibid.

Actorum.

Cap.1.v.1. *Cœpit Iesus facere, & docere.* Cur priùs facere? T.3.D.3 n.10.

Cap.7.v.56. *Ecce video cœlos apertos & filium hominis stantem à dextris Dei.* Cur cœlos patulos conspicit, dùm saxa suscipit? T.4. D.1 n.2. Quare non dicit filium æterni Patris, sed filium hominis? n.12. Unde qui ad dextram Patris sedebat, in Stephani pugna stabat? n.2.

Cap.9.v.3. *Subitò circumfulsit eum lux de cœlo.* A quo è cœlo tanta lux? T.4.D.7.n.19.

V.5. *Ego sum Iesus.* Utquid copia lucis, ante prolationem nominis? Ibid.

V.12. *Vidit virum Ananiam introeuntem, & imponentem sibi manus, ut visum recipiat.* Quomodo si ut visum reciperet, ante visum aspexit? T. 2. D.8.n.2.

Cap.10.v.26. *Surge, & ego ipse homo sum.* Cur Petrus homo á se dicitur, ubi plusquám homo iudicatur? T.6.D.4.n.7.

Cap.12.v.6. *Erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus.* Unde somni suavitas, inter catenas? T.8.D.4.n.3.

V.7. *Lumen refulsit in tabernaculo, percussoque latere Petri, excitavit eum dicens, Surge velociter, & ceciderunt catenæ de manibus eius.* Quare ad somni excitamen, intulit lateris percussionem? T.4. D.5. num.4. T.8.D.4. num.4. Cur Petrus non evigilavit a i lucis fulgorem? T.4. D.5. n.4. Cur milites non surrexerunt, Petro surgente? num.5. Quare vincula in exitum fracta, cùm educi quibat etiam cum vinculis? Ibid.

V.9. *Nesciebat quòd verum est, quod fiebat per Angelum; existimabat autem se visum videre.* Quomodó quod videt, nescit? T.8.D.4.à n.6.

V.16. *Viderunt eum, & obstupuerunt.* Unde stupor? num.8.

Cap.14.v.10. *Dij similes hominibus descenderunt ad nos.* Quare dicunt, *descenderunt*? T.1. D.6. n.6. Quidni, Dijs similes homines? n.5.T.4.D.1.n.1.

V.14. *Nos mortales sumus, similes vobis homines.* Quare ab hominibus videntes adorationem, exponunt conditionis æqualitatem? T.6. D.4. num.7.

Cap.16.v.16. *Puellam quamdam habentem spiritum pythonem.* Cur præ alijs, hoccine dæmonium expulit Paulus? T.7.D.6.n.6.

Cap.17.v.23. *Inveni & aram, in qua scriptum erat: Ignoto Deo.* Quis Deus ignotus; & ara, quare illi sacra? T.1.D.6.á num.8. Utquid ut cognosceretur Deus ignotus, annunciatur crucifixus? n.12.

V.29. *Sculpturæ artis & cogitationis hominis*, &c. Quid & quænam dicatur cogitatio in arte sculpturæ? T.7.E.n.30.

Cap.23.v.2. *Præcepit percutere os eius.* Quare statim ac Paulus sistitur tribunali, iudex precepit percuti? T.9.D.7.n.14.

V.13. *Iudicas me secundum legem, & contra legem iubes percuti.* Secundum quam legem iudicare poterat, qui contra legem iudicabat? Ibid.

Cap.24.v.25. *Quod nunc attinet, vade: tempore opportuno accersam te.* Quid sit *Quod nunc attinet*? T.5. D.8. n.12. Si Paulus revocandus opportuno tempore, quo intuitu illi dicitur: *Nunc vade*? Ibid.

V.26. *Propter quod frequenter loquebatur cum eo.* Propter quid iudex ita Paulo familiaris? n.12.

V.27. *Biennio expleto, reliquit Paulum vinctum.* Utquid

quid reliqui t in carcere, quem ſolicitabat ſolvere? n. 13.

Cap. 25. v. 3. *Poſtulantes gratiam adverſum eum.* Quidni in cauſa ſecundum iuſtitiam, ſolicitant iuſtitiam; ſed iudicis gratiam? T. 5. D. 8. n. 13.

V. 13. *Poſtulantes adverſus Paulum damnationem.* Quare non ſatagunt criminis, ſed damnationis, quam petebant uti gratiam? Ibid.

Ex Epiſt. ad Roman.

Cap. 1. v. 4. *Ex reſurrectione mortuorum.* Quorsùm *mortuorum*, reſurrectione ſuppoſitâ? T. 2. E. num. 11.

Cap. 5. v. 17. *Abundantiam gratiæ in vita.* Quid in vita gratiæ abundantiâ? T. 1. D. 5. n. 8.

Cap. 6. v. 9. *Reſurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultrà non dominabitur.* Ad quid *ex mortuis*, ſi præmittitur *reſurgens*? T. 2. E. num. 11. Quare Chriſto non ultrà, & mors cæteris dominatur? T. 2. D. 1. n. 6.

Cap. 7. v. 13. *Supramodùm peccans peccatum.* Quinam peccati modus, unde peccantis exceſſus? T. 10. D. 2. n. 5.

Cap. 8. v. 3. *In ſimilitudinem carnis peccati.* Quippini in expreſsionem Divini amoris, dicitur humanæ carnis; ſed in ſimilitudinem carnis peccatricis? T. 1. D. 6. n. 10.

Ibid. *De peccato damnavit peccatum in carne.* Quomodó? n. 11.

V. 19. *Expectatio creaturæ revelationem filiorum Dei expectat.* Quare non dicitur, quòd expectet creatura, ſed expectatio? T. 5. E. n. 6.

V. 23. *Adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis noſtri.* Cur corporis redemptio deſignatur adoptio? n. 42.

V. 25. *Si autem quod non videmus, ſperamus; per patientiam expectemus.* Quare in ſpe gloriæ nota patientiæ? T. 5. D. 3. n. 1.

V. 29. *Primogenitus ex multis fratribus.* Quomodò qui unigenitus? T. 1. D. 8. n. 4.

Cap. 12. v. 11. *Solicitudine non pigri.* Quomodò cum pigritia ſolicitudo? T. 9. E. à n. 37. Qui de pigritia ſoliciti? T. 1. D. 1. n. 6.

V. 12. *Spe gaudentes.* Unde gaudium in ſpe, quæ excludit gaudium? T. 5. D. 1. n. 2.

Cap. 14. v. 11. *Omnis lingua confitebitur Deo.* Quomodó, & quando? T. 4. D. 7. n. 21.

Cap. 15. v. 13. *Deus ſpei repleat vos omni gaudio*, &c. Quid eſt omne gaudium? T. 4. E. n. 18. Quorsùm ad omne gaudium erit abundantia ſpei? T. 5. D. 1. n. 2.

Ex Epiſt. 1. ad Corinth.

Cap. 2. v. 9. *Nec auris audivit.* Quomodò ille audivit quæ non percipiuntur aure? T. 3. D. 5. num. 14.

Cap. 3. v. 2. *Lac vobis potum dedi, non eſcam.* Quare? T. 5. D. 3. n. 1.

V. 19. *Sapientia huius mundi ſtultitia eſt apud Deum.* Quomodò ſtulta, ſi ſapientia? T. 7. E. n. 21.

Cap. 11. v. 31. *Si noſmetipſos dijudicaremus, non utique iudicaremur.* Quomodò iudicio noſtro excuſatur iudicium? T. 10. D. 6. n. 14.

Cap. 13. v. 1. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum.* Quænam Angelorum lingua? T. 3. E. n. 11. Cur *linguis*, & non lingua? n. 12.

Cap. 14. v. 15. *Orabo & ſpiritu, orabo & mente.* Cur ad orationem & canticum, addit mentem & ſpiritum? T. 3. D. 2. n. 18.

Cap. 15. n. 10. *Gratia eius in me vacua non fuit.* Quando gratia vacua, & gratia plena? T. 3. D. 1. n. 11.

V. 29. *Qui baptizantur pro mortuis.* Cur vivorum ſuffragia, defunctorum deſignentur baptiſmata? T. 5. E. n. 31.

V. 31. *Quotidie morior.* Quomodò ſi ſemel mori, ſtatutum? T. 5. D. 6. n. 8.

V. 45. *Factus eſt primus homo Adam in animam viventem: noviſſimus Adam in ſpiritum vivificantem.* Cur Adam dicitur homo & homo; & homo dumtaxát Chriſtus? T. 1. E. n. 22.

V. 51. & 52. *Omnes reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Mortui reſurgent, & nos immutabimur.* An omnes iudicandi, morituri? T. 2. E. n. 12. Quomodó Paulus immutabitur, & non immutabitur? à n. 13.

Ex 2. ad Corinth.

Cap. 1. v. 3. *Pater miſericordiarum.* Quomodò ſi Deus ultionum? T. 10. D. 3. à n. 4.

Cap. 3. v. 18. *Tranſformamur à claritate in claritatem.* Quænam claritas in mundo, ut ex illa ad claritatem transformemur in cœlo? T. 4. D. 4. n. 5.

Cap. 4. v. 6. *Dixit de tenebris lumen ſplendeſcere.* Unde de tenebris, ſi tenebræ nihil ſunt? T. 3. D. 5. n. 5.

V. 20. *Semper mortificationem Ieſu in corpore noſtro circumferentes, ut vita Ieſu manifeſtetur.* Quo pacto in mortificatione, Ieſu proponitur vita: & unde mors Chriſto, quæ tantùm mortificatio? T. 5. D. 6. n. 15.

V. 17. *Æternum gloriæ pondus.* Utquid gloria pondus dicitur? T. 5. D. 3. n. 7.

Cap. 6. v. 1. *Ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Unde vacua gratiâ? T. 3. D. 1. à n. 9.

Cap. 8. v. 8. *Veſtræ charitatis ingenium.* In quo & erga quodnam ſtudium? T. 8. D. 1. n. 4. D. 6. n. 7. T. 9. D. 4. à n. 13.

Cap. 9. v. 8. *Abundetis in omne opus bonum.* Cur in opera bona, & omnia & cum abundantia? T. 3. D. 1. n. 10.

Cap. 11. v. 23. *In mortibus frequenter.* Unde pluraliter, ſi ſemel? T. 5. D. 6. n. 9.

Cap. 12. v. 12. *Signa Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigiis, & virtutibus.* Quare ad virtutes & prodigia neceſſaria patientia? T. 7. D. 1. n. 3. & cur omnis? n. 7.

Ex Epiſt. ad Galat.

Cap. 1. v. 16. *Ut revelaret filium ſuum in me.* Quidni per illum, ſed in illo: & quomodò? T. 2. D. 8. à n. 8.

Cap. 2. v. 19. *Chriſto confixus ſum cruci.* Quodnam diſcrimen inter eſſe affixum cruci Chriſti, & Chriſto in cruce? T. 3. D. 6. n. 27.

V. 20. *Vivo autem, iam non ego: vivit verò in me*

Christus. Quomodó non ipse, ratione gratiæ, quæ aptatur naturæ? T.1.D.5.n.15.T.2.D.3. n.3. Quidni dicit, quod ipse in Christo vivat, sed econtra? T.2.D.8.n.8.

Cap.4.v.4. *Factum ex muliere.* An in voce communi, Virginis privilegium singulare, & quodnam? T.1.D.6.n.3.

V.20. *Vellem esse apud vos modò, & mutare vocem meam.* Quid sit vocem mutare? T.3.E.n.31.

Cap.5.v.24. *Carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.* Quomodò crucifigitur caro, & eius concupiscentia; ut non sint vitia? T. 10. D.6.n.11. Cur morti intentus, dicitur crucifixus? n.12.

Cap.6.v.17. *Stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Quippini in corde, ut cæteri; sed in corpore? T.8.D.6.n.10.

Ex Epist. ad Ephes.

Cap. 1.v. 7. *Secundum divitias gratiæ eius.* Quæ in Christo gratiæ divitiæ? T.6. D.1. n.3.

V.8. *Quæ superabundavit in nobis.* Quænam gratiæ abundantia, & super abundantia? Ibid.

V.9. *Vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ.* Quodnam per gratiam, eius voluntatis sacramentum? Ibid. Quid, quando, & quomodò revelavit? T.5.D.2.n.3.

V.12. *Ut simus in laudem gloriæ eius nos.* Cur in laudem gloriæ, ex dono gratiæ? T.1.D.5.n.6.

Cap.2.v.4. *Propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos.* Unde in amoris divini flamma, non solúm charitas invenitur, sed summa, & nimia? T.7.D.3.n.9.

V.7. *Vt ostenderet in sæculis supervenientibus abundandantes divitias gratiæ suæ.* Quænam abundantia in divitijs gratiæ? T.8.D.3.n.10.

Cap. 3. v. 19. *Impleamini in omnem plenitudinem.* Quid sit, in plenitudinem impleri? T. 3. D.1. num.10.

Cap.4.v.8. *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Cur priús signatur ascensus in cœlum, quam descensus in hunc mundum? T.4.D.2.à n.8. Utquid dicitur dona dedisse, si accepit dona? Ibid.

V.9. *Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primùm in inferiores partes terræ.* Quæ inferiores partes terræ, ut descensus serviret exaltationi? T.4.D.2.n.11.

V.10. *Qui descendit ipse est & qui ascendit super omnes cœlos.* Quid ad supremum thronum in cœlis, quòd descendisset in abyssum telluris? T. 9. D.5.n.16.

V.26. *Sol non occidat super iracundiam vestram.* Quid iracundia ad occasum Solis usque? T.10. D.5. num.15.

Cap.5.v.26. *In verbo vitæ.* Cur si alibi, in verbo veritatis? T.1.D.5.n.7.

Ex Epist. ad Philip.

Cap.1.v.10. *Vt sitis synceri, & sine offensa.* An cum offensione synceritas? T.2.D.7.n.15.

V.20. *Secundum expectationem, & spem.* Quodnam discrimen utriusque? T.5.E.n.8.& à 16.

Cap.2.v. 6. *Cùm in forma Dei esset.* Cur non apparuit in forma, quam habebat? T. 7. D. 2. num.15.

V.7. *Semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus.* Quare forma hominis, forma dicitur servitutis? T.1. D.6. à n.9. Cur si suscepit humanitatem, dumtaxàt dicitur, in hominum similitudinem? n.10. Unde apparuit nudus, dúm in illo hominum habitus? T.7.D.2.à n.15.

Cap.3. v. 8. *Propter eminentem scientiam.* Quænam charitatis scientia, & eminens scientia? T. 7. D.3.n.4.

V.11. *Ad resurrectionem, quæ est ex mortuis.* Unde nisi ex mortuis resurrectio? T.2.E.à n.11. & 15.

V.20. *Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum-Christum.* Quorsùm si iam venit? T. 5. E. num.41.

Ex Epist. ad Coloss.

Cap.1.v.5. *Spem, quæ reposita est vobis in cœlis.* Quæ in cœlis spes, ac de quo? T.5.E.n.38.

V.27. *Notas facere divitias gloriæ.* Quæ gloriæ divitiæ? T.5.E.n.38.

Cap.2.v.2. *Instructi in charitate, & in omnes divitias plenitudinis intellectus.* Quæ plenitudo divitiarum intellectus, ut in charitate instruatur animus? T.7.D.3.n.4.

Ex 1. ad Thessal.

Cap.2.v.6. *Nec quærentes ab hominibus gloriam, nec à vobis, nec ab alijs.* Quæ gloria quæritur inter homines, ratione dignitati? T.6.D.6.n.4.

V.7. *Cùm possemus vobis oneri esse.* Unde dignitatis decus, in subditorum onus? Ibid.

Cap.4. v. 15. *Non præveniemus eos, qui dormierunt.* Qui sint, qui dormierunt, quos Paulus in resurrectione prævenire non valet? T. 2. E. num.14.

Ex Epist.1.ad Timoth.

Cap.1.v.15. *Quorum primus ego sum.* Quidni dicit, *Fui*, sed *Sum*? T.2.D.8.n.16.

Cap.2.v.1. *Obsecrationes, orationes, gratiarum actiones, postulationes pro omnibus.* Inter has voces quodnam discrimen? T.3.E.n.22.

Cap. 6. v. 10. *Radix omnium malorum cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Quomodò cupiditas malorum radix? T.6. D. 7. n. 1. Unde cupiditas concupiscitur? à n.6. Cur cum huiusmodi vitio à fide recessio? n.9. Unde in appetentia cupiditatis, voluntarij, pluresque dolores? n.2.& 7.

Ex 2. ad Timoth.

Cap.3.v.1. *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa.* Quæ periculosa tempora? T. 9. D. 1. num.2.

V.2. *Erunt homines semetipsos amantes.* Unde ex philautia, tempora periculosa? n.3.

V.8.

V.8. *Homines corrupti mente.* Cur amor proprius ex mentis corruptione, cùm sit ex voluntate? ibid.

Cap.4.v.2. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Cur ad increpationem cum doctrina, est necessaria patientia? T. 9. D.7. n. 11. Quodnam discrimen inter argumentum, obsecrationem, & increpationem? T.6.D.5.n.2.

V.5. *Tu verò vigila, in omnibus labora.* An sit idem? T.6.D.2.n.10.

Ibid. *Ministerium tuum imple.* Quidni ministerio incumbere, sed implere? T.6.D.5.à n.2.

Ex Epist. ad Tit.

Cap.1. v. 9. *Secundum doctrinam fidelem sermonem.* Quare *sermonem*, & in doctrina in ipso sermone *fidem*? T.3.D.3.n.4.

Ibid. *Vt potens si exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere.* Quid sit in sermonibus doctrina sana, ut ad exhortationem, ut increpationem sit potentia? n.5.

Cap.2.v.12. *Sobriè, & iustè, & piè vivamus in hoc sæculo.* Quid sint ad vitam huiusmoni conditiones? T.9.D.7.n.6.

V.13. *Expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei*, &c. Quare si spes extra animæ beatitudinem, dicitur spes beata? T. 5. E. à num. 4. & à n.38. D.1.á n.10. Quid intelligitur per spem beatam? n.11. Quid Christi in mundum adventus, ab beatitudinem spei? T.5. E.n.41. & D.1.num.11. Quare in adventu gloriæ, Deus dicitur magnus? n.13.

Ex Epist. ad Hebr.

Cap.1.v.2. *Novissimè diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem universorum.* Cur pauper in carnis nativitate, universorum hæres? T. 7. D.2.n.2.

V.3. *Sedet ad dextram maiestatis in excelsis.* Quid maiestatis dextra? T. 6. E.à n. 37. Quomodò si maiestas ex dextera Patris, Christus dicit Maiestatis suæ? n.39.

V.7. *Ministros suos flammam ignis.* Unde Dei ministri convertuntur in flammam? T. 3. D. 6. num.14.

Cap.2.v.16. *Nusquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ.* Cur dicitur non Angelos, sed homines apprehendisse? T.7. D.3.n.11.

Cap.4.v.15. *Qui non possit compati.* Utquid dicitur compati, si Christus passus? T.8.D.2.n.10.

Cap. 6. v. 6. *Rursùm crucifigentes sibimetipsis filium Dei, & ostentui habentes.* Quomodò Christum crucifigunt, & habent in ostentum? T.3.D.1. num.23.

Cap.7.v.3. *Sine patre, sine matre, sine genealogia: assimilatus autem filio Dei.* In quo, & quomodo sine patre, & matre, &c. si homo? T.5. D.2. num.3.

V.27. *Non habet necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel se offerendo.* Unde si nulla crimina habuit, dicitur quòd pro suis delictis sese obtulerit? T. 2. D.8. num. 11. Cur siccine dicitur innocens, & impollutus? Ibid.

Cap. 8. v. 1. *Consedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis.* Quænam in cœlis dextra sedis magnitudinis? T.6.E.n.38. An in sinistra? n.40.

Cap.10.v.5. *Corpus autem aptasti mihi.* Unde si David tantùm signat aures? T.5. E.n.37. T.8.D. 3.à n.4.

V.12. *In sempiternum sedet in dextera Dei: de cætero expectans.* Quid expectat Christus ad dexteram Patris sedens? T.5.E.n.40.

V.36. *Patientia vobis necessaria est, ut reportetis promissionem.* Cur ad promissionem gloriæ, signatur opus patientiæ? T.5.D.3.n.6.

V.37. *Qui venturus est, veniet.* Quis venturus, & quare si venturus, dicitur *Veniet*? T. 9. E. à n.33.

Cap.12.v.1. *Deponentes omne pondus, & circumdans nos peccatum, curramus ad propositum nobis certamen.* Quando in corpore, & quomodó corporis deponitur pondus? T.9.D.4.n.15.

V.4. *Nondum enim usque ad sanguinem restitistis.* Quid sit resistere sanguinem usque? T.10.D.6. num.5.

V.15. *Radix amaritudinis sursùm germinans.* Unde sursùm, si radix tendit deorsùm? T.6.D.7.n.1.

V.19. *Vocem verborum.* Utquid exprimitur vox? T.3. E.n.27.

V.29. *Deus noster ignis consumens est.* An excellit, dùm ignis & non consumit? T.7.D.4.n.8.

Ex Epist. Jacob.

Cap.1.v.1. *Duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione, salutem.* Ubi, aut quó tribus dispersæ, & cur dicit Duodecim, & non Decem? T.9.E.n.19.

V.18. *Descendens à Patre luminum. Voluntariè genuit nos verbo veritatis.* Quomodò genuit, cùm iam essemus? T.1.D.5.n.7. Cur non dicit *Condidit*, sed *Genuit*? n.4. Unde dùm gignit, dicitur Pater luminum? n. 5. Quid sit tò *Voluntariè*, & *In verbo veritatis*? n.7.

Cap.5.v.17. *Oratione oravit.* An oratio sine oratione? T.3.D.2.á n. 4. Quidni dicit Orationem oravit, sed Oratione? T.3.E.á n. 21.

Ex 1. Petri.

Cap.1.v.3. *Regeneravit nos in spem vivam.* Quæ viva spes? T.5.D.2. n.11. Quare *Regeneravit*: dùm Jacobus, *Genuit*? T.1.D.5.n.5.

V.4. *Conservatam in cœlis in vobis.* Quomòdó utrobique? T.9.D.4.n.15.

V.11. *Scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi: prænuncians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias.* Quid sit scrutari? T.7. E. à n. 19. & 24. Quæ gloriæ priores & posteriores; & quomodó inveniantur in pœnis? T.1.D.6.n.13.

V.12. *In quem desiderant Angeli prospicere.* Quomodó desiderant, quem semper spectant? T. 5. E.á num.43.D.1.à n.11. Quidni dicitur Angelos gloriam desiderare, sed Deum prospicere? num.12.

Cap.2.v.21. *In hoc enim vocati, quia Christus passus est, vobis relinquens exemplum, ut sequamini*, &c. Unde quia Christus passus est crucem, vocati sunt in passionem? T.4.D.2.n.1.

Cap.4.v.13. *Gaudete ut & in revelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes.* Unde gaudium finis gaudij, & principium exultationis? T.4.E.n.18.

Ex 1. Ioannis.

Cap.5.v.6. *Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus-Christus.* Quomodò per aquam & sanguinem venit? T.5.E.n.32.

Ex 2. Ioann.

V.9. *Qui recedit & non permanet.* An recedendo possit esse permanentia, & econtra? T.6.D.7.n.10.

Ex Epist. Iudæ.

V.12. *Arbores autumnales infructuosæ bis emortuæ eradicatæ.* Quinam (rationales arboree) cùm huiusmodi pessimis conditionibus? T.3.D.1. num.11.

Apocalyps.

Cap.1.v.12. *Conversus sum, ut viderem vocem.* Quippini ut audiret? T.3.D.1.n.6. T.9.D.5.num.13.

Cap.3.v.17. *Quia dicis, Quòd dives sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus.* Unde tot calamitatibus pressus? T.9.D.1. n.6. Cur pauper eget, quia se divitem dicit; & unde locupletatus, & egenus? n.7. Quomodò cum lumine cæcus? n.9. Unde cum vestibus nudus? à n.13. Unde nescientia tot in necessitatibus? n.8.

Cap.4.v.1. *Ecce ostium apertum in cœlo.* Quare, & à quo? T.4.D.1.n.11.

Ibid. *Vox prima, quam audivi, tamquàm tubæ loquentis mecum.* Quorsùm tò *Mecum*? T.3.D. 4.à n.16. Cur apertum cœlum ante vocem primam? T.3.D.2. n.12. & D.4. n.16. Quænam fuit vox secunda, audita voce prima? ibid.

Ibid. *Ascende hùc, & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc.* Utquid post cœlum patulum invitatur ad ascensum? T.4. D.1.n.11. Quare ascensio iubetur, dùm vox auditur? T.3. D.2. n.12. Quid *post hæc* oportet fieri? ibid.

V.2. *Ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens, & qui sedebat.* Quid sedes sedentis, & quorsùm huiusmodi geminationes? T.6.E. n.30. Quid tò *Sedens*? à n.31. D.8.n.13. Quid est in sede sedere? T.2.D.7.n.16. Cur dùm alij sedent, ille sedet supra sedem? T.6. D.6.n.6.

V.3. *Iris erat in circuitu sedis.* Cur Iridis arcus ubi iudicis thronus? T.10.D.4.n.5. Quorsùm Iridis signum? T.3.D.6.n.8.

V.6. *Animalia plena oculis ante & retro.* Quorsùm? T.1.D.4.n.7.T.6.D.2.à n.12.

V.8. *Intùs plena sunt oculis.* Quomodò visi, si intùs collocati? T.1.D.4.n.7. Cur introrsùm luminum collocatio, dùm habebant antè, & retrò? T.6.D.2.n.12. Quomodò antè, & retrò, & intùs? n.13.

Ibid. *Requiem non habebant die, ac nocte.* Quare? à n.12. Cur ad vocem mysterij Trinitatis requiem non habebant; & quid sit *nocte, & die*? T.3.D.6.à n.10.

V.11. *Propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.* Quomodó si erant? T.3.D.5.à n.7.

Cap.5.v.1. *Vidi in dextera sedentis librum scriptum intùs & foris.* Quomodò si falx in dextra sedentis? T.3.D.6.n.25.

V.5. *Vicit Leo de tribu Iuda.* Unde Leonis triumphus, si victor plauditur agnus? T.6.D.6. n.5.T.8.D.1.n.7. Cur si agnus, & leo, non videtur specie leonis, sed agni? T.6.D.6. à num.5.

V.12. *Dignus est agnus accipere virtutem & divinitatem,* &c. Quomodó si habebat, divinitatem, accipere quibat? T.10.D.3.n.15. Quid in throno virtus, ut digné effulgeret thronus? ibid. & T.6.D.6.n.6. Unde uti Deus plauditur, dùm tamquàm agnus declaratur occisus? T.10.D.3.n.15. In quo, & quomodó sedentis gloria, honor, virtus, beatitudo, & sapientia? T.6.D.6.n.6. Quare cuncta hæc dicantur *canticum novum*? T.3.D.5.n.8.

Cap.6.v.2. *Qui sedebat, habebat arcum, & data est ei corona.* Cur arcus sine sagitta? T.6.D. 6.n.12. T.10.D.4.num.5. Cur sine pugna, ei conceditur corona? ibid. & T.4.D.2. num.17.

Ibid. *Et exivit vincens, ut vinceret.* Quò exijt? ibid. Unde ante conflictum, erexit trophæum? T.6. D.6.n.12.

Cap.7.v.3. *Quoadusque signemus servos Dei,* &c. Quid signaculum, & quomodò? T.4.D.7. num.17.

Cap.10.v.1. *Pedes eius tamquàm columnæ.* Quomodò si non habebat pedes? T.4.D.2.n.14.

V.10. *Accepi librum de manu Angeli, & devoravi illum, & erat in ore meo, tamquàm mel dulce, & amaricatus est venter meus.* Unde dulcedo fiat cordis amaritudo, & econtra? T.5.D.6.n.9. Cur amaricat in stomacho, si in ore dulcedo? T.3.D.4.à n.5. Quorsùm *tamquàm mel dulce*, & non *dulce tamquàm mel*? n.6.

Cap.11.v.16. *Sedent in sedibus suis.* Quid hoc? T.2. D.7.n.16.T.6.E.n.30. Quidni super sedes, sed in sedibus? T.6.E.à n.5.

V.19. *Arca testamenti visa.* Quorsùm in novissimis diebus aparebit? T.10.E.n.37.

Cap.12.v.1. *Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum.* Quo obsequio sub eius pedibus splendidum Lunæ corpus? T.1.D.7. n.13.T.3.D.7.n.8. T.4.D.3.num.13. Cur modó ex stellis, si corona facta ex rosis? T.3. D.7.n.15.

Cap.14.v.14. *Vidi sedentem, & in manu eius falcem acutam.* Quomodó falx rutilabat, si liber erat? T.3.D.6.n.25.

Cap.15.v.2. *Habentes citharas Dei.* Quæ Dei citharæ? T.6.D.2.n.2.

Cap.20.v.4. *Vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis.* Quid intelligendum per iudicium? T.6.E.à n.27. Quid est in sede sedere? ibid. à num.30. & T.2.D.7. num.16.

Index locor. Sacr. Scriptur.

Cap. 21. v. 2. *Vidi civitatem sanctam Ierusalem novam descendentem de cœlo à Deo paratam, sicut sponsam ornatam viro suo.* Quomodò cœlum in terra, & quænam sponsa? T. 4. D. 8. num. 3.

V. 4. *Mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra.* Quomodó in dolore mortis, nec mors, nec dolor? T. 10. D. 2. num. 4.

V. 16. *Et civitas in quadro posita est*, &c. Quomodó quadrum, si cœlum rotundum? T. 8. E. n. 16.

V. 17. *Mensura hominis, quæ est Angeli.* Quomodò mensura in homine, ultra mensuram Angeli? T. 4. D. 8. n. 3.

SILVA EVANGELICA PRO CONCIONIBUS.

Ad periphrasim Evangeliorum scrutator Scripturæ Indicem legat. E. *post* T. *Litteræ expositionem indigitat.* T. *significat Tautologiam.* D. *Didascaliam.* N. *Numerum marginalem. Ubi marginalis non additur, designat argumentum per totam Didascaliam.*

Dominica I. Adventus.

I. ERUNT *signa in Sole & Luna.* Signa in formidinem, ut modò qui Vindex introducat amorem, ne é pectore expellat hominis crimen. Pietatis demonstratio, in specie amaritudo: thesaurus amoris, sub velo severitatis; & dulcedo clementiæ, sub velamine iustitiæ. T. 8. D. 1. à num. 1.

II. *Erunt signa futuri iudicij.* Utquid signa fulminantis iudicis præmittuntur? Ut in mundo si signa rigoris videat, minús inveniat quod corrigat. Sic vocat peccatores in pœnitentiam, pœnitentes in gratiam, iustificatos in gloriam. T. 3. D. 4. T. 10. D. 3. n. 6.

III. *Erunt signa.* Præmittuntur iudicij universalis, ut particularis confideretur ab impijs; & arescant præ timore & expectatione. Conditio hominis lamentabilis: haud quia fragilis & corruptibilis cum necessitate mortis; sed quia in mortem nescitur. Quando, & etiam mortis conditio: ex quo mors morte gravior nescientia temporis; & in morte maior dolor conditio mortis. T. 1. D. 4. T. 10. D. 6.

IV. *Erunt signa.* Huiusmodi severitatis specimen frenat peccatoris animum, arcet vitium, imponit pudorem, introducit pavorem, restituit mentem & impellit in criminum pœnitudinem? T. 3. D. 4. n. 9. T. 4. D. 5. à n. 5. T. 8. D. 2. T. 10. D. 4.

V. *Arescentibus hominibus præ timore & expectatione.* Ex malitia hominũ iustitia in thronò clementiæ. T. 8. D. 1. Ex Numinis pietate clementia in throno iustitiæ. T. 1. D. 4. n. 8. T. 10. D. 4.

VI. *Videbum Filium hominis.* Annunciatur futurus adventus ut modó cognoscatur in afflictionibus Salvatoris animus. Ab illo persecutio excitatur: at castigans miseretur; terret, sed protegit; percutit, sed diligit. T. 7. E. n. 33. T. 8. D. 1. à n. 12.

VII. *Videbunt Filium hominis.* In Filio hominis præsignatur pietas: sed veniente iudice, fulminantis auctoritas. Modo utrumque exponitur, quia castigat ut erudiat, punit ut corrigat, corripit ut faveat. T. 4. D. 5. n. 11. T. 8. D. 2.

VIII. *Videbunt Filium hominis*, in maiestate iudicis; quia ab illo iudicata iudicanda, & manifestanda occulta. T. 2. D. 5. T. 9. D. 7. n. 16.

IX. *Videbunt Filium hominis*, & etiam eius apparebit signum: quia præ pietate homines dum castigat ut frugi convertat; sentit vulnera impacta; & patitur mala in illos pro criminibus ommissa. T. 8. D. 2. à n. 3. *Cui comparetur miseratio divina? Quò processit pietas? Quò excrevit benignitas? Quò attigit amor? Quò pervenit compassio?* Ibid. ex Augustin. num. 7.

X. *Cum potestate magna & maiestate.* Quidni homines arescant? & præ peccatis conscientiæ morsu; & expectatione, qualis exitus in exitu; ubi claret pravitas causæ, dùm damnatur ab amore. T. 1. D. 4. T. 5. D. 8. T. 8. D. 1. n. 14.

XI. *Cum potestate*, &c. Obijcitur potestas & potestatis auctoritas; ut impij experiantur iudicem, quem sprevere patrem: revocat enim pietatis decreta; quia indulgentia maiora commissa crimina, & ira nimis irritata clementia. T. 10. D. 4.

XII. *Cum potestate magna*, &c. Non solúm ostenditur maiestas honoris, sed eximia magnitudo potestatis, quippe in eius tribunali cùm sederit Vindex, oblita memoranda, cognoscenda non cognita, & quæ non visa videnda. T. 1. D. 4. Vid. *Deus*, II. & III.

Domin. II. Advent.

I. *Ioannes in vinculis.* Quia veritatem protulit, crimina agræ tulit, & dedecus regni in Rege haud præterijt. Herodes amabilis exhibetur, dum totus tenor regiminis proculcatur. Gratus subditis, sed stolidus, apud quem nullus indicatur iniquus: qui ad omnia connivet, qui omnia omnibus indulget, qui nec hiscit ad mala quæ conspicit. T. 6. D. 4. à n. 4.

II. *Ioannes in vinculis*, quia ministerium implevit: & modò taceret, non impleret ministerium: imò subditi silente præside, á veritate auditum avertent, magistros in corruptelam inquirent, ad vana corda convertent, leges proterent, instituta despicient, ad lubitum viventes & voluptatem, quasi non haberent præsidem. T. 6. D. 5. à num. 2.

III. *Ioannes in vinculis.* Proficua tribulatio iusti, ut opus divinæ altissimæ providentiæ. *Deo quidem ad gloriam, Angelis ad lætitiam, subditis ad perfectionis vitam, tribulatis ad coronam.* Ex Bernar. de *Dignitat. Sacerdot.* n. 15. *Tom.* V. T. 4. D. 4. D. 5. n. 2. T. 7. E. n. 22. T. 8. E. n. 1.

Ioan-

IV. *Ioannes in vinculis*; ut afflictionum labore homo exeat è criminum carcere, infirmitatibus sanentur infirmitates, malis mala, culpa pœnâ? T. 4.D.5.

V. *Ioannes in vinculis. Tria sunt quæ patientiam subruunt: anxietas nimia doloris, causa iusta innocentis & indignitas inferentis.* Ex Bernard. *sentent.* 32.n.1. Dolor patet *In vinculis*, innocens *Ioannes*, illator *Herodes.* T.4.D.4. D.5.n.2.

VI. *Ioannes in vinculis.* Per tribulationes animam Deus liberat à servitute, à vulnere, á morte. A servitute diaboli, à vulnere voluptatis, à morte criminis. Ibid.

VII. *Ioannes in vinculis.* Exhibetur figura peccatoris. Ad mala totus avidus, totus promptus, totus facilis, totus sapiens, totus solicitus: ad bona totus durus, totus piget, totus tepidus, totus stultus, totus incredulus & rebellis. T.3. D.4. n.8. T.6. D.5. n.19.

VIII. *Ioannes in vinculis*; sicut pravi in catenis peccatorum, quia non exeunt & consuetudine neque vinculis gravantur. T.8.D.4.T.10.D.4.

IX. *In vinculis*, sed sine causa, plùs passus á iudice, quám sub lite. T.5. D.8.T.8.D.1. à n.10. T.9.D. 1.n.13.D.5.n.10. Vide *Præses.* VI.

X. *Ioannes in vinculis.* Carceris vel litis? Magis gravant lites, quàm compedes: exitus curæ, quám catenæ. Vincula levia præ gravamine litigantium, respectu ministrorum. Ibid.& T.7. D.1. n.5. D.5.

XI. *Cæci vident, & beatus qui non fuerit scandalizatus.* Mirabilia fiunt scandala? Simul objiciuntur Ioannis vincula, & Christi miracula. Signatur in prodigijs, quæ boni plaudunt, apud pravos quo deveniunt: nocent enim præclaræ dotes, læduntque singulares virtutes. T.1.D.2.à n.3.T.7. D.1.à n.5. T. 8.D.4.á n.21.Vid. *Invidia.*

Domin. III. Advent.

I. *Tu quis es?* Homo. Quid in haccine conditione suggerendum menti? *Nosce teipsum.* T.1.D.4.à n. 4. Cogitandum unde venimus, quò vadimus, quid sumus, unde sumus, quid fecimus, quid facimus, quid facere & fieri potuimus, quid nobiscum Deus fecit, quid præ ingenita pietate non fecit, & facere potuit. T.3.D.4.n.8.

II. *Tu quis es?* Monachus? Sequere vocationem, æmulare virtutem, prosequitor status perfectionem, sæculo renuncia; & teipsum quomodò te geras, cogita. Vid. *Monachus* à I.

III. *Tu quis es?* Prælatus? Fugias arrogantiam, vanitatem, fastum, superbiam, insolentiam, pervicaciam. T.6.D.6. à n.4. Perperàm si rector ex celsitudine, qua debet esse humilior & modestior; patet elatis elatior. Ibid.

IV. *Tu quis es?* Subditus? Sis quod sonat: minimè ut prava libertate superior fias. Cum socijs sis comes, cum inferioribus humilis, cum Prælatis exemplar honoris: deficit à subiectione quisquis non pepercerit linguæ, cunctos fœdans, cuncta inquinans, in cunctis maculans, quoniam totum studium in alios iacere sordes, quin ulla fama sit integra, nec honor comite gloria, illæsa maiestas, immunis auctoritas, illibata dignitas, incolumis thronus, nec venerabilis virtus. T.7.D.6.n.7.

V. *Tu quis es?* Princeps? Memento oneris, non maiestatis; sed licèt maiestatis, cum gratia & benevolentia amaris. T.6.D.2.D.6.n. Vid. *Princeps & Regimen.*

VI. *Tu quis es?* Iudex? Sis iustitiæ integritatis forma. T.8. D.1.n.17. Imò ipsa iustitia in causarum iudicio, pectore recto, quia non solúm necessarium rectum facere; sed etiam rectè. Ibid. n.12. T.6.E.n. 25.T.9.D.7.n.12.

VII. *Tu quis es?* Iurisconsultus? Ministerium tuum imple, ne tibi dicatur, Contra veritatem fecisti, iniquitati affuisti, iudicem fefellisti, iustam causam oppressisti, & denique de falsitate vicisti. T. 7. D.5.n.6.

VIII. *Tu quis es?* Advocatus? Ne sis Rabula: cui tenor legum tantúm aurum, quæstus iurgium, ius lucra, veritas emolumenta; ut technis proterant veritatem, emungant divitem, damnent innocentem, colorent falsitatem, fucent virtutem, nequitiam defendant, ac denique per nefas census acquirant. Ibid.& T.5.D.8.n.11.

IX. *Tu quis es?* Medicus? Memor sis officij, non in lenimen ægrotantium; quippe tui muneris, obviare vitijs, occurrere malis, curare vulnera, compescere toxica. T.6. D.5.à num.8. T.7. D.6. à n.7.

X. *Tu quis es?* Medicus Spiritalis? Ne demulceas pœnitentes, dissimulando virulentiam vitiorum; quia tui muneris, relegare scelera, tollere scandala, inferre plagas, repellere Dei offensas: ut flagitiorum deformitate, atque fulmine, nequam terreantur; quia blandimine foventur. T.6. D.5. à num. 9. D. 8. á num. 1. Vid. *Dominic.* 3. *Quadrag.* à n.VII.

XI. *Tu quis es?* *Quis*, non *Unde*; ut honor sit in credita dignitate. Ad illius honorem *Unde* suspiciosum est; quia amor patriæ non amor, sed furor, rationis dolor, dulcis phrenesis, stoliditas plausibilis. T.2.D.6.

XII. *Tu quis es?* Ex invidia, qui missi in collationem dignitatis, *erant ex Pharisæis.* Ex livore totus plausus, sed dolosus ad Baptistam concursus. Perfidè invitant ad dignitatem, ut ex consensa conflare valerent crimen, quorum amicitia furela, malignitatis industria, obsequium venabula, sagittæ, tela; quippe perfidus dæmonium, hominis larva. T. 2.D.4.T.4. D.6.num.10. T.7.E.num.8.T.10.D.3. n.5.

XIII. *Ego vox.* Magnum encomium, dum redactus ad nihilum, ut impleret ministerium, oblitus sui; igitur magnus in munere, qui tantúm est non sui; sed officij crediti. T.9.D.1.à num.5.D.5. à n.13.

Dominic. IV. Advent.

I. *Sub Principibus Sacerdotum.* Quidni tò *Sub*, de alijs Principibus, sed de Ecclesiasticis? Erant pessimi & dæmones infulati, in quibus tyrannidis libertas, criminum impunitas, abusa potestas & potestate malignitas. T.2.D.4.n.7.D.7.n.15.T.6. D.4.T.7. E.n.7.D.4.n.1.Vid. *Præses* VI.

II. *Sub Principibus Sacerdotum.* Summum discriminis; ubi Ecclesiastici Principes peiores, quàm sæculares; quorum regimine nigrescit maiestas, pallescit auctoritas, & mœret credita dignitas. Ibid. Igitur cum vitijs thronus sine honore, culmen sine celsitudine, munus sine auctoritate. T.6.D.5. á num. 4. Torquet fastus auctoritatem honoris in ostentationem vanitatis, subditos despicit eò dumtaxat

quia subditos habet. T.6. D.6.à num. 4. T. 9. D. 2. num. 8.

III. *Sub Principibus. Sub*, scitè & appositè: indicat gravamen illatum per Superiorem. Ibid. Igitur tunc non regiminis munus, sed gravissimum onus. Ibid. à n.2. D.2. á n.3.

IV. *Sub Principibus* scelestis: non erant homines, quippe oppleti conditione & naturà iniquitatis. T.1. D.3. Dum nequam insolio sedet, iacet; dum ascendit, corruit; cuius gloria ignominia, & decoris dignitatis dedecora. T.5. D.7. n.13. T.6. D.8. T. 9. D.5. n.10.

V. *Prædicans baptismum pœnitentiæ*: qua dolor criminis, & offensa Numinis animas lapsas & etiam relapsas erigit, frenum rationi dominatrici adversus cupiditates restituit, supplicium suspendit, & pœnam pœnis remittit. T.2. D.2. n.11. T.5. D.4. n.12. T. 8. D.2. n.4. D.3. á n.5.

VI. *Baptismum Pœnitentiæ.* Ad cunctos extenditur vox; loquitur peccatoribus ut convertantur in pœnitentiam: pœnitentibus ad gratiam: iustificatis, ut aspirent in gloriam. T.3. D.4. à n.2. T. 10. D. 3. num. 6.

VII. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Quorsùm *Dignos*? Ut ex dolore liberentur à vulnere, & fulgeant lachrymæ candidæ. Est lachryma candida, si fit pœnitentia tempestivè: nigra, si in morbo vel morte. T.2. D.2. n.10.

VIII. *Facite fructus*, &c. Facite statim, non cras & cras proroganda pœnitentia, quia periclitatur anima, & iure dubia; an sit in infirmitate vera, vel falsa timore mortis, vel aversione criminis, vel amore Numinis. T.1. D.4. n.12. T.2. D.2. n.3. T.5. D.4. n.6. T.8. D.4. n.16.

In Septuagesima.

I. *Exijt primò manè*, &c. Omni tempore, & vigili solicitudine, & per se: qui non exercet officium; non habet; nec præest cum præsit: nec regit modò non à lege regatur, atque dirigat directus; quippe illo tunc illi thronus, sed non directionis usus. Dignitas, honor, atque auctoritas quæ fulget, sine exercitio potestatis cadit: tùm insatiabili ambitione: tùm subditorum blandimine, urgentiâ socordiæ, disipientiâ indulgentiæ, atque fatuitate gratiæ. T. 6. D.5. à n.5.

II. *Exijt primo manè*, & hora ultimâ, operarios, ne desides fierent, quærere Otiantur, sæpèque delinquunt, ubi Superiorem non considerant præsentem: qui semper subditos vel absens debet respicere, & quó & quomodó dirigunt gressus, videre. T. 6. D.2. n.14. T.10. D.1. n.7.

III. *Exijt.* Forma datur quomodò quærendi operarij, ut electione sint digni. Non vocandi qui veniunt ad officia, sed qui fugiunt: á zelante electore digni & habiles invenientur, si quæruntur. T.5. D.2. á n.8. T.6. D.8. T.9. D.1. à n.7.

IV. *Quid hìc statis tota die otiosi*? De otiositate tantummodò queritur, quia in illa tota iniquitas invenitur, qua specie hominis malitiæ dæmonis: quippe otiosus nonnumquàm curiosus & malignus. T. 1. D.3. T.7 D.5. à n.14. & D.1.

V. *Quid hìc statis otiosi*? Otiosus, qui nihil agit: otiosus Monachus, si quotidiè ultrá, in virtutem non procedit. T.3. D.1. Flamma virtutis sopita ex vocatione falsa, sotâ negligentiá in spiritali vita, summo periculo; quippe plús quám imperfectio, maiusque, dum periculum ut tale non cogitatur, & iter devium aggreditur. T.1. D.4. n.13. T.3. D.1.

VI. *Quid hìc statis*, &c. Otiosi nonnulli dúm officiosi. Est summum otium, ubi in officio operantes nihil faciunt. Nesciunt orare sicut oportet, quia vagà mente absque ulla attentione & devotione sunt in officij sacri munere. Non oratio, si cor si let, sine quo oratio minimé impetrativa; sed vana, inanis, & dolosa. T.3. D.2.

VII. *Quid hìc statis*, &c. Sicut in orationis præfatæ officio nullum officium; ita in studio lectionis nullum studium, siquidem sine fructu quod legitur non legitur, si legitur ut legatur: quo nulla utilitas, sed vana curiositas. T. 3. D. 4. á num 4. Vid. *Lectio.*

VIII. *Hi novissimi una hora*, &c. Quia priús vocati fuerunt, plura petunt; verúm plús non laborarunt. Datur merces iuxta meritum, & quia plùs meritis non concessum, incessanter queruntur; quasi habuisse munus honoris esset meritum ad honorem alterius muneris, cúm ob munera non quærenda munera, quæ non sunt merita. In mercedem merita necessaria, non ad specimen meritorum signa: quorum titulo impulsi insatiabili ambitione à seipsis exponuntur indigni. T. 6. D. 5. D. 8. Vid. *Electio, Dignitas*, & *Indignus.* Vani, nihili, & ad nihilum; quippe totum præsumptione, quousque puncti evacuentur vanitate. T.9. D.5. num.10. Vid. *Vanitas.*

In Sexagesima.

I. *Exijt qui seminat & dùm seminat*, &c. In munere intimatur exercitium, quod pendet ab actione seminantium. Audiuntur sæpe in seminatione verbi Dei, nuda verba, operibus vacua, quæ verba & verba, ac seminantium audacia cum opica nescientia, ac infelicitate contractà: infelix seminator est qui nescit & docet; qui non docet & docere valet; & qui non facit quæ docet. In primo est sal sine sapore; in secundo lucerna sub modio voluntariâ obscuritate; in tertio mens sine mente, lumen sine luce, sal sine sale & intellectus sine intellectione. T. 3. D.3.

II. *Dùm seminat*: multoties non seminat, qui exit seminare: quippe non est sementis nec seminantis, bona loqui & prava sequi: alios illuminare, & seminatorem cæcutire: Scripturas proferre, & Scripturas nescire: alios movere, atque motorem stare. Ibid. à n.12.

III. *Dum seminat*, &c. Ad seminandum in fructum, providendum ut bona coram hominibus etiam sint accepta habitu, actione, & sermone. Habitu, ne sit notabilis. Actione, ne sit reprehensibilis. Sermone, ne sit contemptibilis. Ibid. n.14.

IV. *Dùm seminat*, &c. Malè seminat, si priús sentes seminans non aberruncat: ut obsit vitijs, occurrat malis, illuminet mentes, tollat criminum scandala, conscientiæ flagitia, suaviter corda alliciendo, & severè minas in iniquos fulminando: tùm mulcimine æternæ felicitatis, tùm æternæ fulmine damnationis. Ibid. & T.6. D.5. á n.8.

V. *Dum seminat*, &c. Malè seminat, qui tantùm seminat verba, inflatus quasi sapientiâ, arrogantia *Dicis quia dives sum & nescis.* Dicis excellere sanctitate, virtute, scientia, & facultatum doctrina. Dicis & nescis, quia tantùm dicis. Ibid. à n. 1. & T. 9. D.1. á n.7.

VI. *Aliud*

VI. *Aliud cecidit secus viam*, &c. Conculcatur devotionis flamma, ubi in religiosis sæculi propé via. Non sunt, ubi sunt, sed ubi cor; quippe mundus minimé abdicatus, si non affectus: actus memoriá oblivioſus fractà fide, protritá virtute, ac luce vocationis sine splendore. T.1.D.1.à n.4. T.3.D.1. à n.16. T.10.D.1.

VII. *Natum aruit*, &c. Si cor petra, in perfectionis virtutem semen non habet humorem: igitur ex pigritia vocationis nullus fœtus, nullus fructus, nullum opus. Ibid.

VIII. *Natum aruit.* Malum quòd perijsset semen bonum: at pessimum si inane quod centesimum producebat generosissimè fructum. Pigrè agendo nihil agitur: non agitur quod negligitur, laboris tædio; atque virtutis fastidio. T.3.D.1.à n.8.

IX. *Aliud cecidit inter spinas*, &c. Spinæ sunt solicitudo sæculi, affectio vanitatis, fucus virtutis, atque tastus sine fulcro perfectionis. T.1. D. 1. T. 3. D.1. num.18. D.2. n.17. T.7. D.6. n.9. T.10.D.1. D. 2.

In Festo 40. *Horarum*, &

In Quinquagesima.

I. *Illudetur, flagellabitur, conspuetur*, & in hoc tempore dúm peccatis affligitur, mundus à cæcitate illuminatur. Larvati procedunt diebus in his dæmones homines; quin præ velamine cognoscatur dolus mundi peccati & inferni. Insanus habetur, qui non insanit: insipiens qui non desipit, & furiosus qui non furit. T.8.D.5.

II. *Illudetur*, &c. Quia his diebus gula regnat, luxuria ovat; insania triumphat. Munnus clamat: *Ego deficio*: diabolus clamat: *Ego decipio*: caro clamat: *Ego inficio*: Christus clamat *Ego reficio. Fremit mundus, premit corpus, insidiatur diabolus*: verúm præsente Christo, nec dæmon fallit, nec mundus floret, nec caro pungit. T.7. D. 4. à n. 3. T. 8. D.5.

III. *Illudetur*, &c. sed *resurget.* Exponiur his diebus per ludibria indulta, Christi ignominia simulque gloria: gloria insanias fugientibus: ignominia ignominiam sectantibus; dum ille cælesti gratiá relegare intendit monstra. De ore draconis prodibant tres spiritus immundi in morem ranarum. *Apocal.* 16.13. Mundus scilicet, caro & dæmon in ranarum formam; propter fœditatem, procacitatem, atque contumacem impudentiam. Seducit caro per cogitationes voluptuosas, mundus per vanas, diabolus per malignas. Ibid. & T.8.D.1.n.3.

IV. *Illudetur*, &c. sed *resurget.* Salvator susscipit, quos vis inimicorum impellit. Impulsor diabolus, impulsor mundús, impulsor corpus. Diabolus malitia, mundus vanitate, corpus corruptione. T.8.D. 5.n.9.

V. *Iussit*, cæcum *adduci ad se.* Christus vocat, sed homo cæcus surdescit: illuminat, sed lumina claudit; quia plauditur insania, extollitur falsa lætitia, magni habetur apparentia voluptatis, usus phrenesis, licentia temporis, libertas furoris. Ibid.n.7.

VI. *Iussit cæcum adduci ad se*; ne ad se adductus esset cæcus: in quo Salvatoris gratia: sed videntes cæcitatem premebat amplior miseria: quia *ipsi nihil horum intellexerunt, & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur*: igitur quorum his diebus illuminati ad Sacramentum (ubi Christus præsens) fugiunt, inimici sagittantur. Elucet quantum cultoricus proficiat (quin deficiat) reficiat, efficiat, & quantum sagittantibus officiat. Ibid.n.5. & 11.

VII. *Domine, ut videam.* Quid videndum? Salvatorem cæcitatis archiatrum; & vitiorum expulsorem, & puellarum quæ evertunt hominis sensum scilicet teneritudinis, carnis, quæ Dalila. Amœnitatis mundi gloriæ, quæ Iezabel. Incogitationis futuræ vitæ, quæ filia Herodiadis, amputans virtutis caput. (Ex Bernard. *sentent.* 40. n. 3.) Ibid. á n. 1. T.7.D.4.

VIII. *Domine ut videam*, dicit cæcus, qui ad Christum adductus. Miraculum exoptat. Necesse plané, quód medicum quærat, cæcitatem cognoscat, & in salutem ac illuminationem, aliquid faciat. T.5.D. 4.à n.7.

Feria 4. Cinerum.

I. *Nolite fieri sicut hypocritæ*, sed cogitate quid estis. O homo! conceptio cuius culpa, nasci pœna, labor vita, atque mors ex peccato necessaria. Cogita unde venis, & erubesce. Quó stas, & ingemisce. Quò vadis, & expavesce. Quò iturus, & contremisce. T.1.D.4.á n.1.

II. *Memento* (ne sis hypocrita) *quia pulvis es, & in pulverem*; ut homo verè non sis, sed appareas verus & simul fictus, vanitati similis, in esse miserabilis, vitá calamitosá, quæ mendax, fugax, & fallax. T. 1.E.à n.3. D.3.n.15. D.4.á n.1.

III. *Memento quia pulvis es.* Si pulvis, unde dicitur homo? Ut hominis per pulverem demonstretur conditio, modò in se sit; quippe aliud concipit cor, si pulvere exaltatur super se. T. 9. D. 5. à num.3.

IV. *Memento*, &c. Pulvis homo, ne sit, pulvis, sed in pulvere homo, dominante ratione. Homo est in pulvere, si rationalis utitur essentiali qualitate. Non homo, sed pulvis homo, qui deficit à ratione. T.1.D.3.n.15.

V. *Memento homo*, quia vel dum homo, fragilitate conditionis planissimè pulvis triplici morbo in principio, medio, & fine: nativitate, vitá, morte. Nativitas profectò immunda, vita perversa, mors periculosa. Ibid.& D.4.à n.1.

VI. *Memento*, &c. Unde sis, ubi, & quandiú. Unde, ex mortali parente. Ubi in continuo certamine. Quandiù, sub nescientiæ angore. Ibid.à n.4.

VII. *Memento*, &c. Unde cogitare debemus, quid in pulvere sit homo, quomodó sit & ad quid sit constitutus. Ibid.

VIII. *Memento, quia pulvis*, ideſt Memento mortis, cuius cogitatio conservat iustitiam, peccatori confert gratiam: deliro reddit prudentiam. T. 10.D.6.

IX. *Memento; quia pulvis.* Indigent homines iudicio mortis. Alij, ut peccatores phrenetici: alij, ne sint peccatores. Hi, ne cadant; illi, ut in pœnitudinem & gratiæ splendorem surgant. Ibid.

X. *Memento homo, quia pulvis*, quid erit tibi in articulo mortis. Horror in exitu, dolor in transitu, sudor, pudorque in iudicio. (Ex Bernard. serm.28. de *Divers.* à n.5.) Ibid.

XI. *Memento homo, quia pulvis.* Memento ex pulvere, quid erit? qui non erit? quid potest fieri? quid fieri non potest? Ibid. & T.1. D.4.

XII. *Me-*

XII. *Memento, quia pulvis* in pulvere. Pulverem te contemplare antequàm revertaris in pulverem; ut non in pulverem convertaris, modò mortem ante mortem didiceris: ut valeat, sed non prævaleat. T. 10. D. 6. Mors non timetur iudicio mortis; ex cuius cogitatione acerbitas ipsa dulcis. Ibid. á num. 10.

Feria 6. post Cineres.

I. *Diligite inimicos vestros.* Magnum, hostem non lædere; maius, diligere: maximum, studiosè benefacere. T. 10. D. 3. Magnum nocenti haud nocere; ampliùs, non parcenti parcere; sed maximum, valere ulcisci, sed nolle. Ibid. á n. 6. & D. 5.

II. *Diligite inimicos.* Ars prudentiæ vulnus iniuriæ sentire, sed non demonstrare sensus: altior, ignorantiam affectare: ne sit studium vellicanti ultioni: superior, pro iniuria referre gratiam, ne compellatur pectus procedere in dedecoris vindictam. Ibid. á n. 2.

III. *Dico vobis: Diligite inimicos vestros.* Fecit quod docuit. Vide clementiam Domini Salvatoris: nec indignatione commotus, nec scelere offensus, nec iniuriâ violatus; quin etiam immemor iniuriæ, memor clementiæ infidæ plebis corda demulcet. Ibid. & D. 3.

IV. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Gratiâ, etiam ingrata molliscunt corda, & reconciliatur amicitia. T. 10. D. 3. à n. 6.

V. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Non ulciscamini licet in honoris elevatione: ultio tunc est honoris ignominia, maximum dedecus vel iniuriæ memoria. T. 10. D. 3. n. 15. D. 5. á n. 9.

VI. *Benefacite*, si vultis nobilissimè ulcisci. Inimicus vulneratur gratijs, percutitur beneficijs, tabescit donis. Ibid.

VII. *Benefacite* & inimicos diligite. Plectere Dei iniurias; sub specie odij; est charitatis insigne. Sic benefacite: sic inimicos diligite: non econtrá, sub titulo zeli, studij Dei, & velamine iustitiæ, suas in throno offensas, vel iniurias vindicare. T. 7. D. 1. num. 10.

VIII. *Vt sitis filij Patris vestri.* Non suspendatur gratia vel interveniente iniuriâ; ne ultoris innotescat desipientia, ex vulneribus vulnera, putriaque præcordia; acrioraque sustineantur cruciamina: maior enim dolor ex vindicta, quàm ex offensa. T. 7. E. n. 34. T. 10. D. 3.

Dominic. I. Quadrag.

I. *Ductus est Iesus, ut tentaretur à diabolo.* Tribus Christi tentationibus, hostium animæ videntur insidiæ: carnis putà, dæmonis, & mundi. Carnis in gula, mundi in ostentatione vana, dæmonis in adoratione deridicula. Tentatio per gulam: *Dic ut lapides.* Per gloriam, *Ostendit omnia.* Per ruinam, *Mitte te deorsum.* T. 8. D. 1. à n. 3. Vincuntur per ieiunium, per despectum, & ludibrium. T. 4. D. 5. à n. 3. T. 5. D. 7. Per abstinentiam, lectionem, & orationem Ibid. & T. 3. D. 2. & D. 4.

II. *Vt tentaretur.* Tria vitia sugillantur, quæ ab hominibus foventur. Hypocrisis, ambitio, ac in delicijs voluptatis dulcedo Hypocrisis, ubi cuncta vitia; cum quibus philautis videtur posse facere miracula. T. 1. D. 4. num. 3. T. 7. D. 6. n. 14. T. 10. D. 4. num. 14. Ambitio, quia modò videantur in fastigio, flocci pendunt, quòd assumantur à diabolo. T. 2 D. 7. á n. 9. T. 6. D. 7. à num. 1. Denique voluptatis cum gravamine ludibrium; quippe in illis totum studium adorare dæmonium. T. 5. D. 7. n. 13. T. 6. D. 7. à n. 2.

III. *Ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum.* Verè nihil verum, sed ostentatio, gloria fallax, fugas, mendax: à sensatis despicitur, á stolidis amatur. Amor est error & oblectamina dolor, falsum gaudium: mundusque despectus movet risum in irrisum; claritatique mentis obvius dolus occultus, callida vafrities, scena versatilis, totus labor, totus furor: gloria ostentationis cordis ærumna, oculis colores & pictura & apparentia; in universo illecebra, fallacia, felix miseria: voluptas vana, gaudia cordolia, & denique embolia cuncta. T. 5. D. 7. n. 8.

IV. *Ostendit*, &c. Ostendit diabolus, quoniam etiam in ostentatione fugit: igitur cognosci in vanitatibus cavet. Species invitat, pulchritudine delectat, venustate fascinat, artificijs astu decipit, strophis arte seducit: unde es cupidine risibilis amor, quin mentis á fatuis cognoscatur error. Ibid. n. 9.

V. *Ostendit*, &c. gloriam dicit, quod gloriæ contradicit. *Vincula huius sæculi asperitatem habent veram, iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem; durum laborem, timidam quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem.* Ex August. Ibid. n. 14.

VI. *Ostendit, Gloria huius mundi fallax est suavitas, & infructuosus labor, & perpetuus timor, & periculosa sublimitas: initium sine prudentia, finis cum pœnitentia.* (Ex eodem in *Psalm.* 149.) Ibid.

VII. *Hæc omnia tibi dabo, si cadens*, &c. Ambitiosus ut prævaleat in vanitate sua, cadit; & in vanum ab illo accipitur anima: igitur supponitur erga dæmonem ipsà adoratione auctoritas; priusquàm habeatur fallax adorata dignitas. T. 6. D. 7.

VIII. *Si cadens.* Casus præmittitur, antequàm ascensus; ut constet in dignitate collata à diabolo dolor, labor, terror, & furor & amaritudo: etenim siccine assumpti præteritorum obliviscuntur, præsentia negligunt, de futuris timent. Ibid. & T. 2. D. 7. n. 18.

IX. *Si cadens.* Ante ruinam ruina. Quanta peccatoris miseria! T. 5. D. 4. n. 7. In gaudij apparentia vera cruciamina; quippe ambitio radix malorum, fomes criminum, tota flagitia & scelera, cordis perpetuus labor, error pectoris & error. T. 2. D. 7. á n. 9. T. 6. D. 7. à n. 1. T. 9. D. 5. n. 10.

Feria 4. Domin. I. Quadrag.

I. *Magister, volumus.* Voluntas, sed mala; quia propria voluntas. Perpenderis quis in te fis, ne amore proprio educaris extra te: illius veneno miser; miserabilis & pauper & cæcus & nudus; magis lamentabilis, quippequàm nescis. T. 9. D. 1. Pauper, quoniam virtutem non habes: cæcus, quia paupertatem non vides: nudus, quia cæcitatem non cognoscis. Ibid. á n. 6.

II. *Volumus.* Ius est, in cunctis conformari voluntati divinæ: hypochritæ verò intendunt Deum eorum voluntati conformari: quo fastosè & iactabundè ita fallitur illorum philautum cor; ut proprium dicatur commodum, esse quod sibi, iuxta voluntatem Dei. T. 1. D. 1. à n. 6. D. 4. n. 3. T. 7. D. 6. n. 14. T. 10. D. 4. n. 14.

III. *Ma-*

III. *Magister volumus.* Pestis philautiæ mater vitiorum, fovetur in corde in virtutum exterminium. T.9.D.1.

IV. *Volumus.* Sunt semetipsos amantes, ubi plauduntur iniquitates quasi virtutes; ac astu & lenimine pectoris, stant immobiles cogitationes vanæ, sed errabundæ, intumescentes in cunctis tam meritis quàm demeritis. ibid. & T.3.D.1.à n.15.

V. *Magister, volumus signum à te;* non propter te. Non dabitur signum, quia totum singularitas, pravoque in amore voluntas. Totum sibi, dum debet esse totum Numini; eò quod singularis sit puritatis, singularis gratiæ, singularis perfectionis; non modo nihil sperare nisi ab eo, sed nihil quærere nisi eum. T.5.E.n.14.

VI. *Magister volumus.* Et signum non datur, quod voluntas propria demeretur. Acquirit dumtaxat qui tantum quiescit in voluntate divina & promissis & præceptis & mirabilibus signis. De fide præceptorum (ut ait Bern.) oritur spes veniæ: de fide signorum, spes gratiæ: de fide promissorum spes gloriæ. ibid.n.5. Ita in optata signa spes viget perfecta, viva, beata. T.5.D.1.à n.10.

VII. *Generatio mala & adultera.* Sic uruntur, dum pravi à Salvatore, virtutis velamine, signa petunt. Hypocrisis nota, coloribus sanctitatis pulchrè depicta: quibus homines phantastici, multivoli, volatiles, desipientes & simul intolerabiles: qui cum sint eximiè pravi; dicunt per illos á Deo miracula fieri. T.9.D.1.D.5.n.10. T.10. D.4.n.14.

VIII. *Generatio mala & adultera,* quia sibi gloriosa, quin videatur sibi vana: unde degener à fide pessimusque philautus, mentis impos, insanus, furiosus atque phreneticus. T.9. D.1.à n.5.

IX. *Generatio mala,* quia sequebantur crimina quærentes signa cælestia, ducti amore proprio; ut ex apparentia conflaretur sanctitatis æstimatio, quod delirium in plausu, maiusque tormentum: cum philautus ex amore conciliet odium, & velo virtutis floreat teterrimus dæmon. ib. & T.1.D.4.n.3.T.3. D.1.n.18.T.7.D.6.à n.9. T.10.D.1.à n.13.

X. *Ninivitæ surgent in iudicium.* Patet quàm pessima generatio: etenim peiores quàm sæculares. T.10.D.1.à n.8. Deaurati dæmones. T.1. D.4.n. 5.T.3.D.1.n.17.T.10.D.1.n.6. Perfectis offendiculum, sæcularibus scandalum, status perfectioris improperium, sociorum ignominia ac virtutum corruptela. T.1. D.1.D.4.n.13.T.3. D.1. n.8. & 24.D.2.n.17.T.10.E.1.& D.2.à n.4.

XI. *Signum non dabitur.* Amore proprio nullum virtutis stat signum: qui illo voluptuosè ductus, perperam iudicat quid pulchrum, quid sanctum, iustum, & bonum. T.9.D.1.

XII. *Signum non dabitur*; quia petunt signum, non ut faciant quod ille vult; sed ut ille faciat quod illi volunt; ut appareat, illos velle quod velit ille. Huiusmodi indulgentia sunt vulnera recti regiminis, & animæ pericula infatuati præsidis; dùm vivere subditos connivet ad lubitum vuluntatis. Malè decuntur oves sine pastore, subditi sine præside, filij sine patre, ac sine medico ægroti: eò quòd ordo tunc sine ordine, regimen sine regimine, potestas dumtaxàt nomine, atque dignitas sine ulla auctorata potestate. T.6. D.5.à n.7.

Feria 6. Domin. I. Quadrag.

I. *Est Probatica piscina, quæ cognominatur Hebraicè Bethsaida*: idest *Domus misericordiæ*: in cuius porticibus *iacebat multitudo magna languentium, &c.* In hominibus infirmitatum languores procedunt á fonte divinæ misericordis pietatis, & à clementia amantissimi cordis. T.4.D.5.à n.2. T.3.D.4.à n. 9.T.8. D.4 n.10.

II. *Multitudo magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum.* Sine infirmitate valetudo corporis forsitán in obsequium adesset iniquitatis. Ni languor, ingrederetur in crimina furor. Ni cæcitas, vellicaret animam oculorum lubricitas. Ni in gressum obstacula, errarent in processibus vestigia. Stellati præ ariditate nec habent motum: & ubi iacet multitudo aridorum, claudorum, cæcorum, atque languentium, habitaculum iurè dicitur misericordiæ; quoniam magna cœli pietas ad vitanda crimina esse sub infirmitate. ibid.

III. *Multitudo languentium,* &c. Deus castigat ut erudiat; punit ut erigat; corripit ut amicitiam conciliet: ut insano præstet mentem, erranti directionem, stulto phronesim. Mittit laborem in pœnitentiam & gratiam: mittit corporis cruciamen ut exleges phrenetici criminis videant furorem: ægritudinem ut animo præcipiti imponat modum: & vecordi misericors restituat mentem. T.8.D.2.

IV. *Iacebat multitudo,* &c. Insignis pietas! Deitatis, singularis salus, gratuita dilectio, repentina dignatio, stupenda dulcedo, invicta mansuetudo; per labores disponere hominibus viam in introitum ad gloriam, & paradisum æternæ felicitatis. ibid.à n.2.

V. *Hunc cùm vidisset Iesus iacentem,* &c. O pietas! Promptitudo commendat gratiarum exaltationem: sed aliquid eminet etiam ultra promptitudinem. Hoc est Iesu amoris insigne, consulentis singulari favori. Afflicti gemunt, levari à dolore volunt: desideria concipiunt, quorum in lingua nec voces: in gratiæque exaltationem, ita cordis disponitur auris: ut modus gratiam excedat, cum exaudiat gementes, antequàm audiat. T.8.D.3.n.8.

VI. *Vis sanus fieri?* Iacet. Saluti non consulit impius, etsi ad illam invitatus: quia placet morbus, & iacet desperatione insensatus. T.1.D.3.á n. 4.D.6. D.5.n.19. T.8. D.4.à n.4.

VII. *Vis sanus fieri?* Nil dicit, & extra chorum psallit. Difficile velle, consuetudine peccati: quæ facit insensibiles incapaces medicaminis. Inclusus & conclusus, qui crimini mancipatus. Inclusus effugere valet: conclusus nequit. Peccare profectò malum; peius, crimina iterare: pessimum, in criminibus iacere. ibid.à n.3.

VIII. *Vis sanus fieri?* Iacet corporis ægritudine, quæ ab ægritudine animæ. ibid.n.20. Ab anima & in anima tacitè exponit morbum: quin cognoscat medicum, cui criminum exponit vulnera, ut deleantur pœnitentia Periculum dum peccatum cælatur: maius, si impunè indulgetur: extremum, dum plauditur. T.1.D.3.n.3. T.5.D.4.n.7. D.7.n.13. T.6.D.5.à n.8.

IX. *Vis sanus fieri?* Ambigitur: nec cum dolore hæret peccatoris cordi dolor: nec dimittitur furor, si placet error. T.8.D.4.à n.4.

X. *Tolle grabatum.* Gratia Iesu prompta, ut in gratiæ gratitudine splendescat abundantia. T.1.D. 5.n.6.T.5.D.4.n.2.T.8.D.3.n.16.

XI. *Tolle grabatum tuum.* Operetur aliquid, ut Deus in salutem iuvet: quippe stolidum, sine operibus velle salutem assequi. T.5.D.4.à n.7.

Tolle

XII. *Tolle grabatum tuum.* Prorsùs mirabile: ideo Iesus dixit, *Unum opus feci & omnes miramini.* Exuere criminum consuetudinem pravum cor; opus singulare Dei: tota eius potentia necessaria pro huiusmodi indulgentia. Ubi morbus lethalis, salus iudicatur quasi impossibilis. ibid. & T. 8. D. 4. à n. 5.

XIII. *Tolle grabatum tuum.* Illicò, quippe iam tempus. Pœnituit facti lamentabili pectore: & dùm causa evacuata constat: statim in sententiam expedienda. T. 5. D. 8. à n. 1.

XIV. *Ne deterius tibi aliquid contingat.* Quid deterius? Vana salvationis spes. Fallacia profectò, virulentum languorem atleticam appellare sanitatem: dolus sanè, admittere crimen, & pœnitentiam usque prærogare mortem: omninò utique stolidũ, illicitè viveré, & cupere in pace mori: tota vita in societate dæmonis; & cogitare posse expelli in hora mortis. T. 5. D. 4. 1 n. 6. Deridiculum, per miraculum æternam salutem adeptum iri concipere; sed planè delirium, miraculum expectare. ibid. & T. 8. D. 4. num. 16.

Domin. II. Quadrag.

I. *Assumpsit Iesus.* Sine illius adiutorio haud quit fieri in montem excelsum perfectionis assumptio. Illuc ut possent discipuli ascendere; visitavit Iesus animum; excitavit auxilium, & effectum subrogavit ad gloriæ effectum. T. 1. D. 5. à n. 9.

II. *Assumpsit Iesus*, &c. Violenter ascendunt: vim patitur regnum cœlorum, & violenti rapiunt illud; sed se negant ut sequantur, & Magistrum æmulentur. T. 1. D. 5. n. 15.

III. *Assumpsit Iesus Petrum*, &c. Hos elegit ad gloriam; quia illi, illius ut invenirent, vehementiùs adspirabant ad gratiam: qua Salvatoris amicitia. Principis benevolentia, Charismatum abundantia, ex dæmonibus trophæa; quippe cum eius gratia cuncta omninò bona, imò cuncta bona gratia. ibid. à n. 1.

IV. *Assumpsit* & resplenduit, cùm oraret. Patuit ut illum audirent, splendor orationis, copia gloriæ, & abundantia lucis: igitur si fervoris in oratione remissio; non orationis perfectio, neque cordis oblatio, nec cogitatio sancta, nec affectio pura, nec intentio recta. T. 3. D. 2. à n. 1.

V. *Resplenduit facies eius ut Sol.* Virtutem orationis fervor elicuit in faciem: ut discipuli etiam orantem audirent, & minimè desides dùm orarent, orarent. Potentiæ rationales in elevatione animæ (si frigido corde) deviant aversæ ab obiectis: etenim in his, quæ anima indiligenter agit, nec memoria Deitatis meminit; nec voluntas summam bonitatem diligit: nec intellectus divinæ præsentiæ maiestatem agnoscit. ibid. n. 4.

VI. *Assumpsit*, &c. Assumpsit in gloriam, habentes in terra cœlum, propter avidum in eius imitationem studium. Petierunt, & illis concessum votum: quæsierunt, & invenerunt: ostium pulsarunt & labore ascendentes per avia & devia ab illis inventa gloria. Quæritur Deus legendo, invenitur meditando, ostenditur orando; ad eum ostium pervium contemplando. Meditatio elucet secundum interiorem intellectum, oratio secundum desiderium: contemplatio super omnem sensum. T. 3. D. 2. n. 7.

VII. *Assumpsit*, &c. & cum labore ut ascenderent, & gloriam aspicerent, & illum simul in cathedra audirent, & glorioſum & pœnis oppletum. Comites gloria & pœna in Christi schola, ut mirarentur ex contrarijs mirabilia. T. 4. D. 4.

VIII. *Assumpsit*, &c. Sed secum assumpsit, ne à labore excusarentur; cùm viderent in ardua, etsi glorioſa: Magistri exempla. Nonnulli subditi non moventur ad leges nec exemplo superioris, & nequeunt regi visis virtutibus præsidis. T. 7. D. 6. à n. 2. T. 9. D. 8. n. 8.

IX. *Ipsum audite.* Quid audiendum? ut gloriam videant, quòd semper in perfectionem ascendant: vel é monte perfectionis cadunt, qui sensim in perfectione langueſcunt. T. 3. D. 1. à n. 5. Cum hinc indè se versant, marcent, & oscitant. ibid. á n. 18. T. 1. D. 4. à n. 12. T. 10. D. 1. à n. 7.

X. *Ipsum audite.* Ut perveniatis per illum in criminum contritionem, gratiæ reconciliationem, atque gloriæ beatitudinem. T. 3. D. 4.

XI. *Ipsum audite.* Quid audiendum á sapientia divina? Magna prorsùm ex gloriæ cathedra, cũ plenus gloria ex se sit. Audiendum quid factus est propter nos. Dictat virtutes altissimæ humilitatis, ditissimæ paupertatis, ecstaticæ charitatis, sapientissimæ stultitiæ. T. 1. D. 5. n. 4.

XII. *Ipsum audite*, & in ipso gaudete; ut gloria post ascensionem in montem, faustè fruamini: cum illa igitur non gloria gloria huius sæculi. Non de creatura gloria est sed de creatore: cui comparata omnis aliunde iucunditas mœror est: suavitas dolor: dulce amarum: decorum fœdum. T. 4. E. n. 10.

XIII. *Ipsum audite*, ut pacificè vivatis. Minimè audiunt, qui labore in laborem litigia quærunt: igitur quamlibet sustinent intolerabilem pœnã, ut tenaciter sequantur vel iniustam causam. Furiosi non ægré ferunt inter iudices rabulas & scribas (qui Reip. pestis) versari, eorum officia & embolia numis solvere, velie decipi, de iuiurijs gratulari inurbaué frigiditates audire, dolos videre, vulneribus gratum vultum ostentare, & vel in exitu felici discussæ causæ victorem ovantem vinci. T. 7. D. 5.

XIV. *Neminem viderunt, nisi solum Iesum.* Sat in solatium cunctorum laborum est: non soli stabant, si secum Iesum videbant. T. 4. D. 4. n. 13.

Feria 4. Domin. II. Quadrag.

I. *Accessit mater filiorum*, &c. Ritus exponitur sæcularium in avitas dignitates Monachorum: accedunt adorantes & petentes: non conferendæ per eorum interceſsiones, ut dignè dignis conferantur dignitates. T. 6. D. 7. à n. 11. D. 8. á n. 1.

II. *Nescitis quid petatis.* Ferè mentis impotes mulcimine honoris. Estis fulmina: cum ambitione sedere, nec erit flamma: etenim ob dignitatis commoda & filamina phantasiæ rutila, indigna prætermitruntur, crimina dissimulantur. T. 6. D. 4. T. 5. à n. 10. D. 7. á n. 2. T. 9. D. 8. Vid. *Ambitio, Dignitas, Electio, Indignus.*

III. *Nescitis quid petatis.* Si in dignitate sedere ambitiosé petitis: non sedet qui sedet cum ambitione: in sede semper surgit, plus cupit, post habita, plura; post plura, maiora; post hæc, sublimia; & post ista, sublimiora. T. 6. D. 7.

IV. *Nescitis quid petatis* meritis ambitionis, quæ sensus infatuat, ambientes inflat, tumentes titillans ut adorantes adorantur, & sedeant ut erigantur. T. 2. D. 7. á n. 13. T. 6. D. 6. à n. 3. T. 8. D. 8. à n. 6. T. 9. D. 7. à n. 5.

Ne-

V. *Nescitis quid petatis.* Elevatio in viris Apostolicis ex ambitu, penitús præcipitium, fomes temeritatum, atque stimulus criminum. Maximum vitæ perfectioris statui dedecus, honorum ambitus. Non solúm religio proteritur, virtus calcatur, usurpantur præmia, foventur vitia; sed in ambitu dignitatum, ubi supplantat maiestas; arride ad votum, vel horribilior iniquitas. T.6.D.7.

VI. *Nescitis quid petatis?* Non est requies sed labor, quod splendor, onus quod honos: non felicitas sed calamitas, & servitus quod auctoritas. T.6. D.2.à n.1.

VII. *Nescitis quid petatis?* quasi Principis gratia indignorum essent merita. T.9.D.1.num.14. Sine meritis petitione dignitatum per ambitum non sunt digni: & qui indigni dignitatum dedecus, honoris approbrium, ac subditorum ludibrium. T.6. D.8.

VIII. *Non est meum dare vobis.* Petitionem ex ambitu expulit citò; ut illi citò scirent frustrari voto; quo nimis vel negando, ambientibus favit: etenim liberavit à solicitudine, ab ambitus anxietate, á spe, ab expectatione: tormentum enim expectanti grave, diú pendere. Plerisque hoc vitium, ambitione prava differendi promissa; ne minor sit rogantium turba. Causas protendunt, iudices adhibiti impediunt prætermissi, obliviscuntur locupletati, ementes lites, vendentes intercessiones. T.5.D.4 á n.1.

IX. *Non est meum* &c. Modestè repulit; audaciam arguit & ambitus vel in amicis repressit. T.1.D.1.n. 8.D.2.n.14.T.6.D.4.à n.7.T.7.D.1.à n.10.T.9.D. 7.á n.12.D.8.n.13.

X. *Non est meum* &c. Correctionis munus, quamvis sit causa indiget prudentiá, modo, iustitiá, iudicio. T.9.D.7.à n.6.D.8.á n.13.

XI. *Non est meum* &c. Altè quidem, dum promit, ne rubore suffundantur, excusationem in denegatione munerum. Taxantur in Superioribus doli intrinsecæ amaritudines sedentes cordi, specioso velamine zeli. T.7.D.6.n.13.

Feria 6. Dominic. II. Quadrag.

I. *Homo erat Paterfamilias.* Homo dicitur & pater: severus & blandus: blandus ut pater, severus ut homo. Est dignitatis decus maiestas & amor: ex utroque auctoritas maiestatis & honor honoris. Præstat amor securitatem; metus indicat celsitudinem; circunspectio maiestatem; benevolentia amplitudinem; pompa æstimationem; representatio auctoramen; cultus reverentiam; & conciliat severitas obsservantiam. T.6.D.2.n.13. D.6 n.9.T.9.D. 7.n.16.

II. *Plantavit vineam* ut redderent agricolæ fructus. Optimum regimen ubi regitur amore, non potestate: haud infulatum terrore, sed externa & interna mansuetudine. Plus potestas valet amoris quam respectus potestatis: plus favor gratiæ quàm formidinis species: monimentum enim mœnia ac propugnacula vineæ & rectori in coërcitionem agricolarum amor civium. T.6.D.6.

III. *Locavit eam agricolis.* Vineam Ecclesiæ agricolis: *Sacerdotibus scilicèt* (ut ait Bernard. de illorum Dignitat. n.16.) *non ex nomine, sed ex virtute: conversatione, non solùm officio: merito, non vocabulo: sanctitate, non ministerio.* T.6.D.2.á n.10. D.5.T.10.D. 1. n. 7.

IV. *Locavit eam agricolis* idest Prælatis, Rectoribus: quorum conditiones videsis. T. 10. D. 2. n. 8.

V. *Peregrè profectus est.* In eius oculis minimè auderent peccare: quinimò si frons, ausus valeret compescere. T.6.D.2.num.14.T.10.D.1.n.7.

VI. *Peregrè profectus est.* Non ita malè, ni processisset peregrè; quippe rector vel absentes debet respicere, & habere subditos coram oculis: ita ut illi absentiam etiam absentis non sentiant. T.6. D.2. à n.12. D.3.à n.1.

VII. *Peregrè profectus.* Pessimum, si præsens absens, cuncta connivens. Subditorum enim audacia ex præsidum socordia, & ex nimia criminum indulgentia. Ibid. & T.6. D.4.D.5.à num.11. T.8.D. 2.num.13.

VIII. *Alium occiderunt, alium verò lapidaverunt.* Quid non facerent subditi pessimi & restuci? Degunt ignominia præsidum, eorum flagellum atque sociorum: studia malignantium, morum corruptela, astus, dolus, strophæ tricæ tragula embolia & irrisio continua erga bonos & bona. T.7. D.6. num.13.

IX. *Alium* &c. Rustici ac viles immutantur insolentes in honore, & quia indigni, & quia servi, elevati ex pulvere & miserà conditione. T.1.D.7. T.6.D.6.à num.2.D.8.à num.1. T.9. D.5.á n.10. T.10.D.3.n.1.

X. *Verebuntur filium meum.* Qui viles servi ne. quaquàm verebuntur; estò fauti nimis atque dignati. Aversantur enim rectitudinem præsidis, quæruntque omnimodæ corruptelam libertatis. T.6. D.3. Accusant, mordent, vellicant quem debent plaudere, imposturis odij, colorato titulo zeli. Ibid. num.15.

XI. *Verebuntur filium meum*, quem misi in præsidem: misit in mortem per huiusmodi regimen: qui pravos studet reducere in legem; damnatur ad lapides, ad vulnera, ad crucem, ad mortem. T.4. D.6.à n.14.

XII. *Hic est hæres: venite occidamus eum.* Duritie vocabulo summa in malos severitas appellatur; & causa in expulsionem freni & coercitionis quæritur. Qui præ munere cohibet à malignitate, arcet à crimine, urget in obsservantiam latarum legum; signant pravi, atque vocant tyrrannum, durissimum & stolidum. Apud illos iniquitas quæ disciplinæ severitas. T.6.D.3.

XIII. *Venite occidamus eum.* Desponderunt animum, & proiecerunt post situlam lorum; cupientes excusare crimen ac defendere ampliore iniquitate iniquitatem. Calcitrones, effrontes & audaces, quia regnat Erinnys; avidè percupiunt prælatum mutum, surdum, & cæcum. T.7.D.6.à n.12.

XIV. *Venite occidamus eum.* Peccandi est amor, non innocentiæ; destinatus ad scelus, ad piaculum promptus, paratus ad crimen, causas innocentiæ non requirit, ius abrogat, confundit fas nefasque. Cui nequitia sodalis, odiosa est æquitas, & semper amica iniquitas. Ibid. ex Chrysolog. n.13.

XV. *Hic est hæres: venite occidamus eum.* Cogitatio & cupidi & lividi. Nonnumquàm dotibus spectabilis interimitur à meritis. Si micat splendor, insidiatur livor; ut pro fulgore introducatur dolor. T.1. D.2.T.7.D.1.á n.5. T.8.D.4. à n.21. Vid. *Invidia, & Merita.*

XVI. *Malos malè perdet.* Unde si florent ? Tametsi à probis non patiantur pravi ; á pravis patiuntur , à se , á dæmone , á piaculis , à flagitijs , ab inolita culpa , á vellicante conscientia. T.1. D.3.n.6. D.4.n.9.T.2.E.n.39.T.6.D.4.à num.16. T.7. D.1. à num.1.

Dominic. III. Quadrag.

I. *Erat Iesus eijciens dæmonium.* Homo erat sub dæmone ; & non dicitur homo ; dum sub eius potestate. Erat hominis imago , diaboli filius ; & unum cum diabolo. T.1.D.3.

II. *Eijciens dæmonium.* Homo erat , sed sub diabolo non homo ; quippe non rationi , sed mancipatus peccato. Ibid. á n.15.

III. *Erat eijciens dæmonium.* Non dicitur , quód instabat in medelam cæcitatis & aliorum simptomatum. Quorsúm dicendum ? totum esset inutile: non ullum languoribus animæ medicamentum ; si priús occasionis non eijcitur dæmonium , propter crimina ingressum. Relinquenda occasio peccati in medicamen ; ut medicus possit sanare languorem, atque conferre salutem. T.4. D.5.num.3. T.8. D.4. num.5.

IV. *Erat eijciens dæmonium* , quod vexabat hominem : qui quidem traditus in vita satanæ , ut spiritus salvus fieret : malis corporis revalescit anima , curantur vulneribus vulnera , & culpa expellitur pœnà. T.2.D.2.num.11. T.4. D.5.à num. 5. T. 5. D. 4. num. 12. T. 8. D. 2. num. 4. D. 3. num.5.

V. *Erat eijciens dæmonium.* Quatuor fulgurant miracula : surdus audit, cæcus videt, mutus loquitur, & possessus á dæmone liberatur. Siccine habetur, qui dæmoni mancipatur ; cùm insensatus ostenditur: igitur non sentit cæcitatem , nec vocis privationem, nec læsam aurem , neque dæmonem prementem. T. 5.D.4.à n.4.

VI. *Eijciens dæmonium* , qui hominem occupavit ; lamentabilem prorsúm , ine usu sensum. Iacebat sub dæmonis potestate oppressus crimine. Cæcus non videbat ex vulneribus periculum : surdus, in salutem nec audiebat verbum : mutus , ut iuvaretur, loqui non poterat. Iacebat , nihil ab illo actum ; ut rediret in seipsum , de actis doleret & pœnitentiam ad salutem ageret. Ibid.n.7.

VII. *Erat eijciens dæmonium.* Exponitur siccine Christus , ut exercitia æmuletur in expulsionem dæmonum integer & severus confessarius : igitur aliquando dæmonem ab anima non eijcit , sed nequiter fovet. In pœnitentes debet esse munere medicus (secús familiariter aulicus) cuius pharmacis sanetur ægrotus ; ne blandimine procedatur in deterius. Moritur anima , quæ morti ex crimine ac vulnere subdita ; quia vulnus non signatur uti vulnus , imò quod grave dicitur leve : unde immedicabile dæmone premente : & intimiùs anima vulneratur ; quippe à medico permittitur. T.6.D.4.n.4.D. 5.n.2.

VIII. *Eijciens dæmonium.* Confessarius utatur divinis præceptis & legibus ut possit expelli diabolus. Nonnulli , uti Curiales , grati cupiunt subditis esse, & captis animis, animabus captivis, indulgentià dominari ; in quarum capturam , nihil præsentius, quàm voluptati loqui , in libertatem mulcere, genio blandiri , semper placere , numquàm corrigere , nemini displicere , averla dissimulare , munus ni in commoda , non obire ; quippe non erit optata utilitas , modó severi iudicis emicuerit austeritas. Ibid. num.8.

IX. *Erat eijciens dæmonium* ; ut sanabile fieret vulnus intrinsecum : aliàs sine medicina insanabilis & pessima plaga. Miserum , quód plaga sine auxilio medicaminis : miserabilius , si insanabilis livoris : sed extremum in perniciem , quód deduceret infirmum usque in cruciamina mortis. T.6. D.4. num.8.

X. *Locutus est mutus.* Optimé confessus, si non negavit. *Confessio* (ait August. de *Pœnitent.* cap.20.) *est salus animarum , dissipatrix vitiorum , expugnatrix dæmonum : quid plura ? obstruit os inferni , & paradysi portas aperit.* T.6. D. 4. á num.8. D.5. à n. 8. Vide *Confessio.*

XI. *Locutus est mutus.* Locutus est, si confessus. Perperàm confitetur , qui in crimine quærit excusationem criminum, habens in Confessario scutum fulgidum ad infamen protectionem peccatorum ; modó non sit iudex vel medicus, sed parasitus , deaurans scelera propter commoda. Ibid.

XII. *Fiunt novissima peiora prioribus.* Unde peiora ? Ex confidentia relabentis vanà : igitur nequam cogitat , quia semel exivit ; semper posse à dæmone liberari , atque salvari in morte , qui tota vita mancipatus dæmoni. T.3.E. á n.1. T.5. D.4.à n.6.T.6. D.3.á n.2.T.8.D.4.à n.16.

Feria 4. Domin. III. Quadrag.

I. *Quare discipuli tui tiansgrediuntur traditionem Seniorum ?* Totum studium hypocritarum repumicatorum iactabundé ad exteriora ; non in virtutibus, ut mundetur anima. Sunt enim albis , politis , ac lotis manibus , verùm illotis operibus. *Plures numero* (infit Bernard. de *Dignitat. Sacerdot.* num. 16.) *non merito ; simulatione , non fide ; specie , non virtutes; commixtione corporali , non vinculo spiritali ; carni adiunctione , non cordis unitate : cruentà conscientià ad divina accedunt sacrificia.* T.1. D.4.num.3. T.8. D.6. num.7. T. 10. D. 4. n. 14. Vid. *Phibaucia* & *Hypocrisis.*

II. *Quare discipuli tui?* &c. Singularis impudentia & effrons pravorum audacia: illis videtur summa perfectio totiùs religionis relaxatio. T.6. D.2.à n.1. D.3.à n.1.D.5.n.11.T.7.D.6.à n.2.T.9.D.8.n.4.& à 14.T.10.D.5.n.11.

III. *Quare discipuli tui ?* &c. Qui ita pravi , student virtuti? Sané , sed virtutis apparentiæ. Superstitiosi exterioritate virtutis fictà: commendatione traditionis , phantastici , fanatici deliri , volatiles , desipientiores sine mente , dúm sibi videntur sapere; quorum sapientia ignorantia, scientia summa stultitia. T.9.D.1.

IV. *Quare discipuli tui* , &c. Erat exteriùs idolum zeli , interiús reptilia & abominatio peccati : in cunctis ventiloqui & omninò pompatici. T. 1. D. 2. n.14. T.6.D.2.n.12. T.7.D.1.n.11.

V. *Quare & vos?* &c. Deficiunt á lege & iustitia, avaritiá religione larvatá ; quippe lex illis voluptas, voluntas , & cupiditas. T.1.D.1.n.8. D.2.n. 14.D. 4.n.3.T.7.D.6.n.10.T.10.D.2.n.1.

VI. *Propter traditiones vestras.* Liquet indolis malignitas : eó quòd à Moyse propter duritiam cordis indulta aliqua , ab illis ambitur libertas tota : si nonnulla , plura reliqua : modò istháec , alia: si alia, cuncta. T.6.D.3.á n.3.& 14.

VII. *Pro-*

VII. *Propter traditiones vestras.* Improbi licita arbitrantur quæ permittuntur: & plauditur prætermittentis Rectoris lenitas, si ab illo connivetur iniquitas. T.6.D.4.n.8.

VIII. *Propter traditiones vestras*; quæ quidem á phantasia, audacter gloriosà quamvis læsà, quippe deaurantur crimina; ne notentur atque corripiantur specie religionis deaurata. T.2. D.7.num. 20. T.7. D. 5. num. 1. D. 6. num. 9. T. 10. D. 4. num. 14.

IX. *Traditiones vestras.* Hæ sunt quæ dicuntur colores legum, seu leges fucatæ, quæ praxi ardelionum sunt in usu tribunalium; quo litigantes discunt dulciter & gravissimè pendere, vel adeptá palmà vinci; quippe astu ministri sciunt litigantes detinere, causas producere, atque marsupia vacuare. *Hi sunt qui emunt lites, vendunt intercessiones, deputant arbitros, dictata convellunt, attrahunt litigatores, protrahunt audiendos, tranfigentesque pertrahunt per inextricabiles plicas.* T.5. D.8.n.11.

X. *Populus hic labijs me honorat.* Inficiatur entitatem honoris; quia solùm labijs, quæ debet esse cordis: in dilectionem Dei totá anima, totá mente, toto corde. T.3. D.2.à n.4.

XI. *Populus hic labijs*, &c. Ne sit dumtaxàt labiorum & futilitate linguæ: efformetur oratio reverentiá, puritate, & devotione. Ibid. n.3.

XII. *Labijs me honorat*: sed sine honore nec ulla laus in laude; ni ornetur oratio naturali decore, ut in labiorum sacrificio sit iucunda decoraque laudatio; cogitatione, affectione, & intentione. Cogitatio debet esse sancta, affectio pura, intentio recta. Cogitatio in memoria est, affectio in voluntate, intentio in mente. Ibid.n.2.

XIII. *Labijs me honorat*: & nullus honor, dùm promitur labijs divinæ maiestatis decor; ubi vaga cogitatio, frigida vel tepida affectio, & sine devotione locutio. Ibid.n.1.

XIV. *Labijs me honorat.* Ex voce labiorum minimè laudis perfectio, neque laudatio; sed voces & voces absque succo utilitatis: tunc enim laudatio obliqua, & in labijs dolosa; quippe in Deum plaudendum minimè intenta. Ibid.

Feria 6. Dominic. III. Quadrag.

I. *Oportebat eum transire per Samariam.* Eum, vel fœminam? in fœminæ peccatricis intendit commodum, quasi dumtaxàt oporteret eum Sine illius gratia nequibat illa deserere peccata contracta; præcurritque Iesus gratiá in peccatorum miserationem pronà; ut singulari pietate redeant sanæ menti & frugi. T.4.D.2.à n.8. T.5.D.4.a n.8. T.8. D.3.n.4. D.4.á n.13. T.10.D 3.á n.11.

II. *Fatigatus sedebat sic.* Patitur quod ab homine delinquitur. Quæ non rapuit exolvit. Inæstimabilis patientia, ut pœnitentiæ anima appropinquet errabunda. Quanta in eius vulnerum medicamen studia! Ibid.

III *Fatigatus sedebat sic.* Inexhausta prorsum clementia. Errores dissimulavit, superfedit, indulsit, & fœminam expectavit, ut veniret; statimque requiescit dùm illa ad illum propter pœnitentiam accessisset. Opus amoris insigne, quòd indulsisset, expectassetque ut illa veniret; sed maius omninò, dùm venientem suscepit. T.5.D.4. num.11. Non solùm fatigatus suscepit, ut venit; sed eius adventum prævenit, plus fatigatus propter illam, quæ deviaverat: quæ quidem venit, sed propter illum non venerat. Ibid. a n.1.

IV. *Venit mulier*, quæ sanè convertenda: stimulis conscientiæ audito medico se movit, & in pœnitentiam commovit; quo miraculum cordis immutati patuit. igitur luxuriosus vel in dolore nil sentit. T. 4.D.6.a n.10.

V. *Venit mulier.* Miraculum quòd veniret, à venere seducta & læsa, quin circumventionem cognosceret: etenim dolus eius maior, dum non cognoscitur dolus: flores veneris sagittæ, splendor vulnus lethale: radius ignis, venustas iacula mortis: ludus laqueus, amor furor. Ibid.á n.1.

VI. *Venit mulier.* Venit serva, redijt libera: venit inops, redit opulenta: venit nigredine fœda, sed redijt candore pulchra: venit ægra, & redijt sana: venit peccatrix, & redijt cœlestis: venit sine mica directivæ mentis; atque redijt, in ordinem vitæ, ad quem nata, rationalis. T. 1. D. 5. D.7. n. 17. T.3.D.4.num.13. T.5.D.1. num.12. T.8. D.4. n.21.

VII. *Venit mulier.* Præclarissima divinitatis gratia, quòd veniret, quæ quinque viros habuit cùm nullum haberet. Expectavit in pœnitentiam venire, divinà clementia, quæ fœmina toties relapsa. Cogitatur conversio, quasi quid impossibile, ludus phantasiæ. T.5. D.4. à n.9. T.8. D.4.à n.3.& 22. Opus planè singulare Dei. n. 21. Iteratione criminum & piaculorum, in pœnitudinem luxuriosi nec habent motum nec sensum. Ibid. à n. 1.

VIII. *Domine, da mihi hanc aquam.* Macté. Christus excitavit dormientem, direxit errantem, & potavit sitientem: imò aquæ philtro suscitata à gratia auxiliante in vitam & animæ vitalitatis abundantiam. T.1.D.5.à n.7.

IX. *Benè dixisti, quia non habeo virum.* Ansam quasi casu dedit, ut á crimine educeret; dum illam Salvator carpit. Cognovit enim Veneris delicias dolores esse; cuius rosæ iacula: ioci, vulnera; illicia, venena; gaudia, dementia; ac tempora vana. T.4.D.6.á n.1.

X. *Benè dixisti*, &c. Infestiores hostibus sunt ipsæ felicitates, quibus in præcipitia corruunt futiles mentes, & corruisse non cognoscunt. Fascinat voluntas, impellit cæcitas: inferturque dolor, ut homo videat, cœlum audiat, iaceus surgat: etenim si semper ægrotus malis gauderet, prorsùm periret. T. 4.D.5.à n.8.

XI. *Domine ut video, Prophetа es tu.* Quod difficile, quod impossibile, quod miraculum videtur; amore Christi in conversionem animarum patratur. Tantò plus plauditur medicus, quantó desperatur ægrotus. T.5.D.4.T.8. D.2.á n.7.

XII. *Reliquit hydriam.* Hydria relicta, ut operaretur gratia; quippe occasio peccati ad illam necessariò relinquenda: summaque gratia Christi, removere à peccatrice occasionem lubricam iterati peccati. T.4. D. 5. á n. 3. T. 6. D. 2. T. 8. D. 4. n.5.

XIII. *Reliquit hydriam.* Maius miraculum. Non surgit à periculis, nec respit semel naufragus; quia placet vaferrimus dolus: nec consulit libertati, qui addictus risu Veneris servituti. T.4.D.6.á n.7. T.9. D.8.n.9.

XIV. *Reliquit hydriam.* Desideria luxuriæ multa, vana, nocua, & inutilia. Multa, quia insatiabilis: nocua, quia acerba vel in delicijs: vana, eò quòd concupiscatur concupiscentia: demùm inutilis,

quia non sanatur remedijs. Totum labor, dolor, furor, & error. T.4.D.6.n.8.

Dominic. IV. Quadrag.

I. *Abijt Iesus trans mare*, &c. Cuius fluctibus similis mundus. *Trans mare*, quia relinquendus. *Sequebatur eum*, quippe Christus imitandus: *Videntes signa*, quippequam ad nutum obediendus. T.4.D.4. à n.3.

II. *Sequebatur multitudo*, &c. Constanti corde: negligentes ille non diligit sed expuit & respuit. T. 3.D.1.à n.16.

III. *Trans mare.* Multi volunt sequi sed in mari & periculis procellæ; haud trans mare, cuius spiritus & fluctuat & summergitur & suffocatur. Hic spiritus est lunaticus, fervescit, flammescit, languescit, arescit. T.1.D.1.T.3.D.1.D.2.n.17.

IV. *Videntes signa super his qui infirmabantur.* Est virtutis perfectio: sibi consulunt & instituto. Alij abdicant signa, & quamvis videant miracula: nec exempla sequuntur, nec virtutibus moventur. T. 3. D.4.T.6.D.8.T.7.D.6.à n.2. T.9. D.8. n.8. T.10. D.1.

V. *Signa, quæ faciebat*, &c. Operabatur consulens illorum sanitati, postquàm infirmi: languidosque esse permisit diuturna infirmitate; ne perirent immunes infirmitatum labore, quibus quidem læso corpore prosperitas, quippe tunc animæ non inseritur infirmitas. T.4.D.5.

VI. *Facite homines discumbere.* Venerunt ut sequerentur Christum, non in commodum, ut comederent; sed ut servirent: minimè ut delicijs studerent; sed ut enixè in virtutes aspirarent. T.1.D.1.n. 6.T.3.D.1.

VII. *Est puer unus hic, qui habet quinque panes*, &c. Tunc Salvator iussit discumbere homines; ut esset in distributione series: non enim ordo, quod unus habeat cæco suffragio affectionis; quo refici possunt plures. Affectio cordis est statera dolosa, iudicia delira, cæca, obcæcata; quorum ratiocinium & phreneticum & phantasticum. T.2.D.5.

VIII. *Facite homines discumbere, & distribuit discumbentibus.* Ordo rectus in distributione honorum, ac prudenti electione dignitatum: inveniuntur ad illas homines, si quæruntur: & florent dignitates, si quæruntur homines. T.5.D.2.à n.8.T.6.D.8.T.9. D.1.à n.7.

IX. *Distribuit discumbentibus*, mirabili ordine, sine discretione provinciarum & nationum. Ubi regnat huiusmodi detestabilis amor, floresçit furor; cuius suffragia delira & ad merita phantastica. T. 2. D.5. D.6 n.14.

X. *Vt facerent eum Regem.* Christum ex corde sequebantur, qui Christum Regem volebant: uti probi, bonique optimum ducem, superiorem optabant. Si pravi eligerent, utique unum ex illis, pravum á pravis. Propter libertatis illecebram, Christum despicerent, & eligerent Barabbam: simulque extolleretur encomijs propter indulgentiam omnimodæ libertatis; quo in articulo capitones cerebrum habent evanidum, & cum vertigine pravum iudicium; semper queruli & relaxationis cupidi. T. 2. D.4.n.7.T.6.D.3.n.11.D.4.n.2.T.7. D.6.à n.4.T. 9.D.8.à n.11.

XI. *Fugit.* Prudenter, ne munere exponeretur malevolentiæ, & pravæ curiositati; ex studio infamandi Superiorem, dedecorandi regentem. T.6. D.3. num.9. T.9. D.8. n.14.T.10. D.5. n.11.

XII. *Fugit*, &c. Alienum regimen summum gravamen; estò rectissimum iuxta leges regimen: acrioris Principis integri mortificationis; quia regimen iuxta leges. T.6.D.2.T.9 D.8.à n.14.

XIII. *Fugit iterùm.* Quando primum? Fugerat mente antequàm fugeret corpore. Dignum se munere ostendit, quia munus fugit; & quia dignitas illum diligenter quæsivit. T.6.D.7.à n.14.T.9.D.5. n.12.

Feria 4. Domin. IV. Quadrag.

I. *Præteriens Iesus vidit hominem cæcum.* Solus inter tot videntes vidit, qui illuminare peccatores venit, atque errantes dirigere in viam æternæ salutis ex incendio vehementi flagrantis cordis. Ut à cæcis obtineatur illuminationis gratia, summa in Christo diligentia. T.4.D.1.n.8.T.5. E.n.25.D.4.à n.1. T.8. D.3.n.4. D.4. num.14. T.10. D.3. n.12.D.6. n.5.

II. *Vidit*, &c. Solus vidit, quia ille solus poterat remedium conferre infelici, eò quòd cæcus à nativitate, & erroris diuturna consuetudine; uti in peccatore prævalente scelere, rationis cæcitate, obcæcato corde, absque ulla in salutem diligentia: quod quidem solius Dei misericordia. T.4.D.6.à n.1. T. 5.D.4.n.7.T.9.D.8.n.9.

III. *Vidit hominem cæcum*; ut averteret cæcitatem, vidit misericors hominem; cuius constantia fragilitas, ex qua cæcitas: Christusque statim illuminavit, ut gressus rectè dirigeret: ut videret cæcitatem, qui nec cæspitando nec cadendo umquàm cognoscebat errorem. T.2.D.3.n.5.

IV. *Vidit*, & illuminavit; quippe illuminare tantùm poterat ille. T.8. D.4.n.20. Quia tot cæcitatis erroribus, tot criminibus, tot diebus, imò annis; in cæcitatis illuminationem in plenam lucem simile miraculum á sæculo non auditum. Ibid. & T.5. D.4.à n.4.

V. *Vidit* & ille solus. Cæcus obijcitur peccatoris typus. Malum cæcitatis habebat, vires validissimas inolitæ consuetudinis patiebatur, crudelem infirmitatem, vel fastidiosum languorem privatus lumine, quin oculos posset aperire nisi in mortem: & ubi perpetuus, continuus in peccatore huiusmodi error, dumtaxàt poterat esse illuminator Salvator. T.8.D.4.n.21.

VI. *Vidit* & illuminavit: verùm vulgus quod videbat minimè credidit. Erat cæcus à nativitate uti peccator, ab illinc privatus lumine. Ab infantia dæmoni succubuit, suggestionibus assuevit, continuò iacuit, diuturna cæcitas presit, populusque miraculo non præstat fidem; quippe nec ipse à cæcitate liber crediderat possibilem sanitatem. Ibid. num.13.

VII. *Aperuit oculos.* Miraculum est in libertate peccatoris; ab errore dæmonis dirà tyrannide; mirante populo quomodò facta cæci & obcæcati illuminatio. Post tot errores, post tot lapsus, post tot vulnera, post tot venena, post diurnam peccati consuetudinem, excutere cæcitatem, verumque adipisci lumen, ut gratiæ splendorem nanciscerentur cor; dumtaxàt quibat fieri miraculo, & à Iesu. T.5. D.4.à n.6.

VIII. *Aperuit oculos.* Christus aperuit, ne cæcus periret quod non credunt quamvis aspiciunt; quip-

quippe arbitrantur phantasticum. Nec cæcus præsumpsit vel illuminationem speravit : quod peccatori usuvenit ex cæcitate criminis & continuatione iniquitatis, summa difficultate & extremo labore, maximè ad illuminationem in vitalitatis fine. Ibid. & T.8.D.4.n.17.Vid.*Peccator.Peccatum.*II.

Feria 6. Dominic. IV. Quadrag.

I. *Erat languet Lazarus.* Ex languore secuta plaga, ex illa mors, quia iudicata levis, uti simptoma languoris negligentiâ medicaminis. Piaculis languent homines, & in mortem devenit ægritudo; quia uti levis prætermittitur à medico, sitque lethalis; quoniam vanâ fide & desidia in medicamen, ægrum deducit ad mortem. T.6. D.4. à n.4. D.5. à n.2.

II. *Languens Lazarus.* Non dicitur quænam infirmitas, sed tantúm exprimitur languor; ex cuius contractione ægræ naturæ facilis revalescentia; sed perperàm consultum saluti : etenim apparuit grave quod videbatur leve, futilis momenti, & prorsum inane : peccata enim venialia omninò cavenda, & etiam pro salute removenda, quæ sanè levissima.T. 1.D.4.n.7.T.3.D.1.n.14.

III. *Erat languens.* Nonnè infirmitas? Peior, quia languor : igitur in salutem præ pharmaci negligentia, semper languor tendit & incumbit in peiora.T.3.D.1.Vid. *Monachus.* II.

IV. *Erat languens.* Languit languens infirmatur, moritur. En peccator. Languet suggestione, infirmatur delectatione, moritur consensu. Languet ignorantia, infirmatur fragilitate, moritur malitiâ. T.1.D.3.

V. *Erat languens.* Languet, infirmatur, moritur, sepelitur. Non secús crimine ægrotus. Languet, quúm in levibus delinquit : infirmatur, si levia negligit : moritur, si lethalia cadens committit: sepelitur, si protinus non resurgit. Languet cogitatione, infirmatur verbo, moritur opere, sepelitur ex criminis consuetudine. T.5.D.4.à n.6. T.7.D.4. n.17.

VI. *Ecce quem amas infirmatur.* In pignus amicitiæ à Numine iustis mittuntur labores. T.4.D.5.á n. 9.T.10.D.2.

VII. *Eamus in Iudæam.* Ibi lapidare illum voluerunt, & iterùm vadit illuc. Fulget flamma charitatis, ut convertat peccatores, regnique cœlestis gratiâ constituat participes. T.4.D.1.n.8.T.5.E.n. 25.D.5.n.4.T.8. D.3.n.4. D.4.n.14. T.10. D.3.n. 12. D.6. n.5.

VIII. *Lazarus mortuus est.* Mortuus, quia ex languore videbatur facilis exitus. Non restitueretur vitæ & pristinæ saluti; ni Christus accederet: cuius amor tunc eximié coruscavit, novâ medicinâ effulsit; cùm clementia non solùm deplorabilem, sed deploratum restituit vitæ, sanitati, & vigori, quod cunctis videbatur impossibile. T.3.E.à n.1, T.5.D. 4.à n.1.T.6.D.4.n.8.

IX. *Lazarus mortuus est.* Est languore ac infirmitate mortuus; ut constet quid ex iniquitate pravus : nec dolebat, nec sentiebat, nec medicamen ullum solicitabat : unde multiplici vulnere necesse mori. T.5.D.4.à n.5.

X. *Mortuus est.* Grave, peccato languere; gravius, continuatione infirmari : extremum, consummativè mori; & denique sepeliri : quapropter non potest egredi, nec relinquere iniquitatis sepulchrum; ad gratiam:quippe insensatus non valet movere gressum.Ibid.& T.2.D 4.n.10.T.8.D.4.n.3.

XI. *Voce magnâ clamavit : Lazare, veni foràs.* In peccatores & pœnitentes ut restituantur saluti & pretiosæ gratiæ; patet magnitudo divinæ vocis, & simul vox magnitudinis. T.3.D.4.

XII. *Lazare, veni foràs*; & exivit, ut audiant qui peccato mortui. Vox fuit pulsantis in contritionem cordis & motum obliviscentis pectoris. Vox fuit ictus, quo tremulum pectus corditús pavit interiús:ut discat peccator per quæ Lazarus passus,quid, ni responderet, passurus. Est vox virtutis & virtus vocis : equidem ut vocis, qua vocat frugi peccatores cognoscatur virtus; unica voce audiri debet ab omnibus. Ibid.n.2.

XIII. *Statim prodijt.* Singulare miraculum,quód exiisset in vocantis gratiam, qui in sepulchro peccati mortuus transegerat vitam, inter dolores quiescens, inter ligaturas dormiens, nec periculum damnationis sentiens. T.8.D.4.n.3.

XIV. *Statim prodijt.* Novum prodigium, quod exiret, ut peccator è sepulchro quo ultrò catenatus iacet inter vincula quiescit & nec tot doloribus ad lucem oculos aperit. Ibid. n.5.

XV. *Statim prodijt.* Mirabile, quod exiret : maius, quód statim, & videretur expers languoris, infirmitatis, mortis, & sepulturæ. Ibid.à n. 3.

Dominic.V. Quadragesi.

I. *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Lividi Pharisæi & Principes Sacerdotum inflati, & tumidi: quippe summa livoris malignitas, furiositas & crudelitas. T.7.D.1.

II. *Si veritatem dico vobis*, &c. Plures vel videntes corruptelam subditorum, tacent; veritatem sepelientes in eorum damnum, atque virtutum ludibrium : habent gloriam, sed non apud Deum.Christus prædicans non quærit gloriam suam : pravi prædicatores in Dei gloria nullo modo solicitant gloriam Dei. Nonnulli ne polluantur, vivere sine lege permittunt; subditi audientes quoniam linguis suis dolosé agunt : perperàm timent, purior frequenter sordescet labe, modò illos à prava conetur removere consuetudine. T.7.D.6. n.7.

III. *Quare non creditis mihi?* Carpit, vellicat, taxat sed modestè. Si quid amaritudinis in voce, plena est dulcedine; & indignatio nequaquàm oblita misericordiæ. T.3.D.4.n.9.

IV. *Quare non creditis?* Quoniam veritas auditur : audirent promptè delatores, susurrones, mendacia, & colore veritatis fictitia embolia. T.1. D.2. n.8.T.7.D.1.

V. *Quare non creditis?* Correctio fit & ab illo, ut corrigat non ut corripiat; cum utilitate,lenitate, & charitate. T.8.D.1.T.9.D 9.n.11.

VI. *Quare non creditis?* Arguit, obsecrat increpat: hæc directionis virga non prætermittens scelera. Dociles obsecrat, negligentes increpat, arguit effrontes; ut erubescant, & de audacia & de peccatis.T.6.D.5.á n.2.

VII. *Quare non creditis?* Prudentiæ ars in correctione,omnia scire,non omnia exequi: parvis peccatis veniam, magnis severitatem in emendationis formam : nec pœna semper sed sæpius pœnitentiâ contentus esse. T.8.D.1.n.19.T.9.D.7.

VIII. *Quare non creditis mihi?* Modus indicatur in correctione; quippe non correctio sine modo,

sine

sine tempore, sine ordine. His exclasit conditionibus, sermo fit inutiliter, insipienter, & nequiter. Inutiliter sine modo, quia non sobriè. Insipienter sine tempore, quia non piè. Nequiter sine ordine, quia non iustè. Sobriè, piè, & iustè debet esse correctio: aliter errantium riget præ protervia durum cor, & aliquandó correctionis nec spes. T.9. D.7.á n.6.

IX. *Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Audiebant sed quasi non audirent, ad veritatem surdi, quia tantùm audiebant aure. Modò audirent corde, redirent frugi, accurrerent pœnitentiæ, appropinquarent gratiæ. T.3. D.4.à n.1.

X. *Nonne benè dicimus nos?* &c. Veritas odium peperit, & in autorem resilijt: sicut aspides insurgunt in honorem, in probitatem, in innocenciam, ac in cœlestis imò divini prædicatoris famam. Cùm non esset pravis ad argumentum excusatio, responderunt opprobrio. T.7.D.6.n.11.

XI. *Nonnè benè dicimus nos?* &c. Conditio obcæcatorum cumulo criminum; alios notare uti peccatores: cùm ipsi sint oppleti, atque pleni iniquitatis. Intraverat in eos Satanas. Ex auditis cognoscebant conscientiæ molestiam; verùm non crimina, causam: furoris gravamen sed in furorem; ut prudentiores sibi viderentur, dum sine mente procaces in odium arripiebantur: ita ut deliri conarentur uti dæmonem infamare, ac per malignitatem interficere; qui eos satagebat doctrinis cœlestibus à dæmone liberare. T.2.D.3.á n.5.T.5.D.4.à n.6.

XII. *Nonnè benè dicimus nos?* Ductorem procacitate apertà fronte infamant infames summo dedecore; quia instabat, eos avertere á crimine: ægrè ferunt mores pestiferos exui, & severitatem avertere disciplinæ. T.6. D.3. T.9. D.8.n.14. T.10.D.5. n.5.

XIII. *Nonnè benè dicimus nos?* Flagitia ab actoribus ignorantur: & quia illos latent, tamquàm virtutes plauduntur. Gloriantur de phreneſi, errore, cæcitate, & ægritudine. Si peccata cognoscerent; dolore & pœnitudine liberarentur à dæmone: sed nolebant liberari, quia gaudebant servitute: quorum felicitas, eius non sentire catenas. Quisquis gloriatur, est in quiete sine vulnerum dolore: nonnumquàm servus dæmonis; quippe nec vulnus sentit; nec flagitij dolet; nec crimen arcet, nec præcipitia & discrimina cognoscit, nec amissam libertatem, neque diram servitutem. T.3. D.1.à n.21. D.4. n.8. T.9. D.1.

XIV. *Ego dæmonium non habeo.* In illis summa parrhesia, sicut in Christo modestia summa; cùm minimè retorqueat in responsione, eos esse veré possessos à dæmone: nihilominùs respondet, ne silentio crederetur infamia & impostura; verùm pudet, quoniam innocenti ineſt naturalis rationalis verecundia; dùm videtur, iniustè licét, à pravis iusta fama. T.2.D.8.n.16.T.7.D.1.n.12.

XV. *Ego dæmonium non habeo.* Vos habetis uti diaboli possessio; quippe estis á patre diabolo. Impij vivunt crimine; mali, maligni & malitiosi. Unde bipedes dæmones in odium virtutis, vitiorum amorem; eò quód inter illos & dæmones nullum discrimen. T.1.D.3.

Feria 4. Dominic. V. Quadrag.

I. *Facta sunt Encænia*, &c. Dedicatio celebrabatur Templi. Hoc Templum homo, in cuius cordis dedicatione fides rutilat catholica, de qua spes magna; scilicét spes veniæ, gratiæ, & gloriæ. T.3. E.n.5.

II. *Facta sunt Encænia.* Templi, in significationem cordis hominis sacris addicti, ut in eo Christus habeat ingressum; cùm invenerit vitijs vacuum, virtutibus plenum, carni, mundo atque diabolo clausum. T.1.D.5.à n.9. T.2. D.8.n.5.T.9.E. n.35.

III. *Facta sunt Encænia*, &c. Quod materialiter in parietibus, spiritaliter debet dedicari in cordibus: maximé cúm Christus in orationem & cultum visitet animum, excitet in reverentiam tantæ maiestatis affectum; & ad utrumque subroget liberaliter auxilium: equidem ut in cordis templum ingrediatur, & seriò illi dedicetur, florere debet singularis gratia; per illam, amoris familiaritas, atque perfectionis puritas. T.2. D.8. n.5. T.5. E.n.5. T.9.E.n.35.

IV. *Facta sunt Encænia.* Dedicatur uti Santuarium cor in templum Dei, oratione & lectione: hac, ut loquatur Deus nobiscum; illa, ut loquamur Deo: ibi Numini in sacrificium dicatis rationalibus potentijs. T.3. D.2.à n.4. D.4.á n.1.

V. *Quousque animam nostram tollis?* Summè maligni, dúm fictè accedunt fucatá verborum affectione. Cogitatione, verbo & opere commiscuntur specimina charitatis; an aliquid possint auspicari ad accusationem criminis: verúm cùm nihil invenirent in eius damnum; ex perfidia sibi portarunt improbitatis opprobrium. Defecerunt scrutantes scrutinio, cùm urgeret malignantium cogitatio: totum studium ut appareret iniquitas, dum ab eis etiam cognita probitas; adversus iustum meditata iniquitate in superbia & abusione. T. 7. E. num.23. D.6.n.7.

VI. *Circumdederunt ergo eum*, &c. Non perfidè, sed fideliter animæ catholicæ circumdant, scientes Christum esse. Et quia Christus est circumdant, ut ab illo impetrent gratiam, & peccatorum veniam; quibus dominentur affectibus, cupidinis motibus, removeantur á sæculi vanitatibus, sint sui victrices & minimé in illas prævaleant dæmones hostes. T.1. D.5.1 n.9.

VII *Dicentes: Quousquè animam nostram tollis?* Non solúm perfidia, sed perfidia summa, ex amicitia larvata; ingenio dæmonis, & malignitate hominis; qui pectus aperit ut colore ductus, pectus aperiat amicus, & usuram habeat dolus. T. 2. D. 4. à n.2. T.10.D.3.n.5.

VIII. *Si tu es Christus, dic nobis palàm.* Scrutantur notitiam in innocentis infamiam: ex maligna curiositate, atque pectoris livore, quælibet notitia audaciam movet, malitiam nutrit, atque malignis ob blandimina favet. T.6.D.3. T.7.D.1.

IX. *Dic nobis palàm.* Specie amoris curiositas erat perversitas, putrida, & putida viscera, fucato scelere, sed virulento corde. T.6. D.3.n.11.

Feria 6. Dominic. V. Quadrag.

I. *Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium.* Ut pateret pessimum, sat ab ipsis congregatum. In perniciem innocentis malignitas, curiositas & crudelitas livoris; queis vulnus mentis & invidia mater stoliditatis, suspendens usum rationis. Unde rationales desipiunt, correpti furore, stimulati phrenitide: præcœptis, atque conceptis fanatici, sæpe sæpiùs arreptitij. T.7.D.1.

II. *Colle-*

II. *Collegerunt concilium.* Verùm quorsùm? Est concilium malignantium: illis criminis causa, quòd Iesus operatur multa signa. Papæ! In eius facta nævus non poterat cadere; sed poterat fingi: eóque facile, quòd in causam fucatæ litis, iidem iudices, actores & denique testes. T.6. D.2.n.8. D.3. n.15. T.7. D.5.n.12.

III. *Multa signa facit.* Christus, quia patratur miracula & multa; illorum læsum pectus vomit venena. Percussi cordis signa, sanguinis vomitus, venarum languor, remissus color, genarum pallor, frigidus sudor, teter odor; unde matura mors sequitur: ex Celso. T.6. D.4.n.10.

IV. *Hic homo multa signa facit.* Consilia mala, dùm vel ab ipsis causa signatur invidia; quæriturque innocentis pernicies sub titulo religionis & pacis: quo molimine Numen offenditur, proximus læditur, animus affligitur. T.7. D.1.num.10. T.9. D.7. à num.3.

V. *Collegerunt Pontifices*, &c. Mores illorum à Christo videbantur argui: & cùm essent præ munere Superipres; abusi omninò potestate muneris: ita infatuati studio superbiæ; ut dixerint (ut dicerent) in ignominiam quicquid veniebat in buccam: & impudentiâ, dignitatis audaciâ, malignitatis adiatrepsiâ, criminis signarent speciem; quippe volebant, vel vellent videre crimen. Ibid. à n. 4.

VI. *Quid facimus?* Salvatoris miracula sibi iudicabantur dedecora. Ne ita viderentur, quæ prodigia videbantur; quanta illorum artificia, occupationes, consilia, concilia, æstus & astus! Ibid. num.12.

VII. *Quid facimus?* Queruntur de sanitate quasi perirent; specie zeli insidiantes, hostes, infesti, obcæcati & truculenti. Ibid. & T. 1. D. 2. à num.7.

VIII. *Multa signa facit.* Quænam, & à quibus cogitantur concilia, ubi quasi crimina sunt prodigia damnata? T.8. D.4.n.21. T.9. D.7. á n.4.

IX. *Quid facimus?* Facilè, quod debet fieri. Signis & prodigijs ad illum nempè converti; & nequaquam pravis cogitationibus, circumventionibus ac moliminibus, eius honori detrahere. T.5. D.7.n.4. T.7. D.5.

X. *Quid facimus?* Quidni *Faciemus?* Nullo modó. Citó fiat & exerceatur furor: ne suspendatur, modò cognoscatur error. Non est causa, quia non apparent demerita. Ergo moriatur, fingantur acta litis, scrutandi mores; & in accusationem erit ficcine species. Eorum rabies tabescentium omni horà quid ab illo fieri considerat, considerata accusat: surgunt causæ, & innumeræ quotidie, quibus innocentem arguunt & culpabilem ostendunt; vel dùm mirificum inculpabilem cognoscunt. T.1. D.2. à n.3. T.2. D.5.n.8. T.7. D.1.n.10.

XI. *Quid facimus?* Quid potiùs faciendum? Tabescunt, quia causæ contraria causa, videntibus pro crimine mirabilia: at feratur ante tribunal fastidiosi iudicis, vocatis priùs in concilium rabulis: quibus tenor legum voluntatis prolubium. T.7. D. 5. á n.6.

XII. *Vnus autem ex ipsis, Caiphas.* Quid dixit? *Expedit ut moriatur.* Nil ab illo mali accepit, sed suum honorem honore Christi (potestati subditi) obscurari iudicavit: & cùm esset inflatus, malè parta dignitate, indignus munere, plenus fastu, livoris œstro; morti hominem illustrem damnat, quippe crimen, eius fulgorem & miracula cogitat. Cerebrum sanè terebratum, ac illi odiosum carere honore (indigno in honore) propter subditi prodigiat igitur plaudi subditi splendidi merita, censebatur eius dignitatis ignominia. T.7. D.1. á n.13.

XIII. *Vnus ex ipsis Caiphas.* Quis nisi Caiphas, cum subditis malignis, consiliarijs, hæccine decerneret; & decreta exequi instaret? Furiosus utique sine ullo mentis nitore: cum cognitione planè desipiens perfidum cor: cum mente, sed extra se. Ibid. n.7. T.9. D.7. à n.7.

XIV. *Expedit ut moriatur.* Pugna rationis & livoris. Livoris, *Moriatur.* Rationis, *Signa facit*, & *multa.* Livori mori expedit, quia signa facit. T.1. D.2.

XV. *Expedit ut moriatur.* Perperum iudicium pravi cordis desiderium; privato affectu, boni publici titulo: mensura sine mensura pondus & pondus sine pondere & mensura. T.2. D.5.n.7. T.4. D.5.

Pro Virginis Transfixione.

I. *Stabat iuxta crucem mater.* Plusquám martyr stabat, eò quod plus doluit, plus dilexit, plus cognovit. T.8. D.6. à n.2. & 11.

II. *Iuxta crucem mater.* Filium interfecit dolor crucis: verùm matrem sine morte crux doloris; etenim in eius vulneribus, Filij morientis legebantur dolores. Ibid. n.1. Mortem Filij suam fecit, passionem mente & corde toleravit: tormentis & cruciatibus duris, quia in parte mortem passa, quæ ex se impassibilis. n.2.

III. *Iuxta crucem.* Non solùm compatiens, sed patiens stabat: quia Filij mortem subibat. Ex morte haud sumpsit iuvamen, sed dumtaxàt mortis pœnam & dolorem. Cruciaminis enim summum, usque ad mortem posse pati; & doloribus mortis non posse miri. Ibid.

IV. *Iuxta crucem mater.* Passa etiam in corpore, quod Christus passus in Cruce. Mors ex crudeli cruce, amara; sine cruce mors crucis summè amarissima. Ibid.

V. *Iuxta crucem.* Filij, & in Filij cruce. Iuxta crucem carne, in cruce corde. Iuxta crucem, compassione doloris: in cruce, passione cruciaminis. Iuxta crucem, transfixa: in cruce, fixa. Valuit sine cruce crucem pati; passa in corpore, quicquid Christus patiebatur in cruce. Ibid. á n.3. & 10.

VI. *Iuxta crucem*, sed stabat vulneribus impactis menti, cordi, carni, sed fixa cruci: loquentibus sanguinis lachrymis, præ vehementia amaritudinis. Ibid. n.14.

VII. *Iuxta crucem*, Filij doloribus, ac mortis cruciamine: ipsa morte Filij mœrebat; dolebat, sed stabat. Ibid.

VIII. *Stabat mater.* Iuxta Bonavent. *fuit Virgo impassibilis per patientiam*: non implicat; sed constantiam in passione amarissima declarat. Patet & elucet patientia & impassibilitas; cùm stet cordis constantiâ in tot plagas: stetit & validè fixa cruci, quasi esset sine dolore. Ibid. n.15.

Dominica Palmarum.

I. *Ecce Rex tuus* &c. In Passionem ingreditur, & ita in ingressu plauditur. Quod eius honori obsequium, fuit amoris lenocinium, blandimen excessivæ dilectioni, occasio obvia pro hominibus pati. T. 4. D.2. n.8. D.8. n.10. T.5. D.4. n.14. D.6. n.15. T. 8. D.2. n.10. T.10. D.6. n.8.

II. *Ecce*

II. *Ecce Rex tuus venit.* Venit per gratiam & singularem gratiam. Per gratiam, quia illos aversos traxit, ægrotis salutem impertivit: damnatos & præcipites é periculis eruit. Per gratiam singularem; quia medicinam in ingressu eius receperunt cùm non haberent; maximè dùm vulneribus, languoribus lethalibus miserrimi, atque deplorati iacent. T. 5. D.4.T.10.D.3.n.12.D.6.á n.5. Vid. *Christus.* II. & VIII.

III. *Rex tuus.* Qui Princeps, ingressus glorioſus: at quia statim apparuit religioſus, in illum totum declinavit dedecus. T.9. D.8.à n.12.

Feria V. in Cœna Domini.

I. *Sciens Iesus, quia venit hora* &c. Quænam scientia? Ratio in re, in tempore, & modo. In re, *ut quid fit*: in tempore, *ut quando*: in modo, *ut quousque.* Ex Tertull. T.7.D.3.á n.1.

II. *Sciens Iesus*, &c. Operatur quasi nesciret, præ nimio amore. Amor ignorat iudicium ratione caret, modum nescit. Ex Sophron. Ibid.n.2.

III. *Sciens Iesus.* Quomodò scivit, dùm propter amorem nescit? Est amoris studium propter amoris excessum. Quæ cognita à ratione sublimi; præ charitatis fide non cognita á voluntate. Ratio amorem signat discretione: at in amore Christi maior discretio, quòd in hominum dilectionem non esset ratio. Iudicium quæritur in amoris studium: sed charitatis obsequium, erga dilectos intellectionis relegare iudicium. Ibid.

IV. *Cùm dilexisset, in finem dilexit.* Quid est *In finem*? Finis est scopus in propositum rationis, ad splendorem amantis: finisque dilectionis in Christi corde; præter finem amoris nullum habere. Ibid. num.4.

V. *In finem dilexit.* Elucet modus sciendi in amore, & fine & studio & ordine. Ex Bernard. Ibid.

VI. *Cùm dilexisset sciens dilexit.* Studia prorsùm Iesu; sed discrimen inter mentis & voluntatis studia. Intellectus vult scire: voluntas tantúm scit velle. Intellectus ad officium amoris causam inquirit: voluntas sepelit. Finis rationis in re quiescere intellecta: finis voluntatis procedere ultrà; sine spe redamationis, nullum habere finem nisi amare dilectos propter amorem. Ibid.á n.3.

VII. *In finem dilexit.* Eminet opus, gratia, & charitas. Opus sine exemplo, gratia sine merito, charitas sine modo. Ibid. à n.5.

VIII. *In finem dilexit.* Alij, *Dilexit in contentionem.* Gaudebat homo, quippe arridebat catena dæmonis & vinculum servitutis. Venit hora, ut Christus exhiberet quanta pectoris flamma. Ut exiret è servitute homo ac tyrannide, contendit: verúm cúm ille nollet; pro illo, vinculis atque morti sese tradidit. T.4.D.2.à n.9.

IX. *Cùm dilexisset, sciens dilexit.* Quod mentis videtur devius error, est vehemens amor. Quæ non amanti videtur ignorantia; splendescit summa scientia, ex studio flagrantis voluntatis in gloriam, honorem, & splendorem amoris. T.7.D.3.n.3.

X. *Sciens Iesus, quia venit hora eius* &c. Absentiá cum tempore (maximè interveniente ingratitudine) inferit resipiscentiam in amante. Videntur præsenti articulo. Absentia, *Vt transeat.* Tempus, *Horæ eius.* Ingratitudo, *Sciebat quisnam esset, qui traderet eum.* Hæc obstacula amoris, in Christi corde, fomes vehementioris ignis. Ibid.à n.9.

XI. *Dilexit suos.* Imó non suos. Probos minimè sed pravos, sed pessimos, sopita cognitione ex amoris magnitudine, & ut suos diligeret & pravos uti pravos non cognosceret. T.7.D.3.á num.9. Ubi magna ingratitudo, eius maior dilectio. T. 3. E. num.3. T.5. E. num.25. T.7. D.3. á num. 9. T.8. D.3. num. 4. D.4. num.14. T.10. D.3. á num. 11. D.6.n.5.

XII. *Sciebat, quisnam esset* &c. Inimicum læsus fovet, perfido favet, vulnerantem non percutit, gratijs imò respondet; occiditur, sed non irascitur. T. 10.D.3.n.12.

Pro lachrymis Magdalenæ.

I. *Vt cognovit.* Lapis de cœlo cecidit, sed ad pedes Christi corruit; & ab ipso solicité & clementer elevatur, & iterùm in cœlo, ne iterúm corrueret, figitur. T.5.D.4.n.11.

II. *Vides hanc mulierem?* Quænam isthæc mulier? Quomodó vocatur? Prætermittitur. Pœnitentia, si cor verè pungitur ac de crimine dolet; & res & nomina delet. T.2.D.5. à n.11.

III. *Vides hanc mulierem?* Pœnitentiá non est hæc. Esse desijt, se negavit. T.1.D.5.n.14. T.2.D. 3.n.3. T.8.D.4.n.13.

IV. *Vides hanc mulierem?* Hæc est & illa, quam concipis? Hanc, non illam contempleris. Lachrymatur. Lachrymæ astruunt, peccatricem ipsam esse & non esse ipsam: ipsam conditione naturæ; non ipsam gratiæ communicatæ conditione. Omninò immutatum eius cor, & exivit plenè à se. Ibid.& T.5.D.5. à n.14.

V. *Vides hanc mulierem?* Iàm est alia: redijt in formam veram amissà formà. Cordis fletu nimis Numini grata; quoniam eius amore & amori lachryma pura. T.1.D.3.num.18. D.5.num. 14. D.8. num.5.

VI. *Vides hanc mulierem?* Mirum nequaquám sit, quod à te haud cognoscatur hæc. Introivit vulneris dolor, oblitus criminis furor, affuit pœnitentiæ fervor, redijt nigredini candor. T.2. D.2.n.n.13. D. 3.n.8. Vid. *Pœnitentia*, & *Lachrymæ.* Alia in *Festo.*

Pro lachrymis Petri.

I. *Flevit amarè*, & refloruit amore: mirificé pulchrior quem elaboravit dolor, pinxitque pœnitentiæ decor. T.2.D.3.

II. *Flevit amarè*, fletuque, quod aridum lignum surrexit flore, ut fructus opimos ferret ex peccati ariditate, siccà radice, sine succo gratiæ. Ibid.

III. *Flevit amarè.* In fletu desiderium ex amore, dolor ex pœnitudine, atque fervor eximius de religione. Ibid. & T.7.D.3.n.7. Vid. *Pœnitentia* & *Lachrymæ.*

IV. *Flevit amarè.* Præmissà Petri in pœnitudinem lachrymà, pollutum crimine mundat, mundum purificat, purificatum decorat, confert gratiam, atque reddit innocentiam. T.2.D.3.á n.11.T.3.D.4.n.12. T.8.D.3.n.5. T.10.D.3.n.10.

V. *Flevit amarè*; quoniam etiam factà reconciliatione, nutritur lachrymis sine oblivione, semel concepti doloris. Ibid.& T.2. D.2.á n.13.

Pro lachrymis Latronis.

I. *Domine memento mei.* O divina clementia! Nunc-

Numquàm ad illum pœnitentia tarda. Qui per totam vitam immundus flagitijs, ad fontes ut mundaretur cucurrit perpatientis Salvatoris, anxietate contritionis, humilitate confeſsionis, devotione compunctionis. T. 2. D. 3. n. 13. T. 8. D. 3. n. 5.

II. *Nos quidem iuſtè, nam digna factis recipimus.* Magiſter mali, iræ artifex, inventor ſceleris, auctor impietatis, inimicus innocentiæ, hoſtis naturæ, malus omnibus, ſuis peior, peſsimus ſibi (Ex Chryſolog.) iuſtus evaſit, atque dolore cordis infecta de factis fecit. T. 1. D. 8. n. 5. T. 2. D. 3. á n. 5. T. 3. D. 4. à n. 12. T. 5. D. 4. á num. 13. T. 8. D. 2. n. 12. D. 4. n. 13. T. 10. D. 3. á n. 9.

III. *Nos quidem digna*, &c. Qui confitetur culpam fauſtè nanciſcitur gratiam. Quid mirum? Dolor à latrone interpellatur gemitibus, interrumpitur ſuſpirijs, gratia ſequeſtratur orationibus. T. 2. D. 3. n. 4.

IV. *Hodie mecum eris*, &c. Bonum indefectibile poſsidet, & propter amorem adoptionis, & propter certitudinem promiſsionis, & propter poteſtatem remunerantis. T. 5. E. n. 5.

V. *Hodie mecum*, &c. Unde non ſolùm datur regnum cœleſte, ſed hodie? Paſsione pendentis in cruce cuncta debita latro reddijt & ſolvit; ac in ſolamen Chriſti, ſibi pœnitudine conſuluit. T. 3. D. 4. n. 13. T. 5. D. 4. n. 13. T. 8. D. 2. n. 12.

In Reſurrectione Domini.

I. *Surrexit Dominus verè.* Quid *Verè*? Infirmitas in virtutem, mortalitas in immortalitatem, & contumelia tranſivit in gloriam. T. 4. D. 4. à n. 1.

II. *Surrexit verè*, ut florerent homines ex eius reſurrectione: floruerunt enim in novitate vitæ & conditione naturæ. T. 2. D. 1.

III. *Surrexit verè.* Iacuit, ſed ſurrexit. Iam abſorpta mortalitas, iam in virtutem carnis infirmitas, in pulchritudinem vulnerum fœditas, in exaltationem paſsionis humilitas, caſus in triumphum, crux in victoriæ trophæum; quod ovans inferret cœlis, primus reſurgens à mortuis. Ibid. n. 2.

IV. *Surrexit Dominus verè*; cum quo natura humana ſurgit floridè glorioſa: vivificatur & glorificatur; quippe ille ſurrexit devictà morte atque dæmone, ut totus triumphus reluceret in homine. Ibid. n. 7.

V. *Surrexit Dominus* &c. Ex doloribus mortis contraxit infirmitatem, verùm infirmitas non ad mortem. Eſſet ad mortem; modò cadaver redigeretur ad pulverem: ſi mors arriperet à corpore vitam, ut converteret in terram: ſi mortuus ut homo, permaneret in ſepulchro: infirmitaſque lethalis non fuit in dominium mortis, ſed ad reſurgentis gloriam; quoniam in ſepulchro cadaver tranſtulit de morte ad vitam. Ibid. à n. 8.

In Aſcenſione Domini.

I. *Aſſumptus eſt in cœlum.* Quò proceſsit gloria capitis ſequitur hominis; unde magnificus triumphus & ſingularis gratia; quoniam vel in miraculis ſingularia prodigia. Magna gratia captivorum libertas, ſed amplior triumphi ſpecioſitas; ſi quidem cœlum aſcendens, non ſolùm contulit libertatem, ſed in gloriam beatitudinem. T. 6. D. 1. n. 7.

II. *Aſſumptus eſt in cœlum.* Gloria Chriſti magna cum magnificentia: pro carcere conceſsit omnimodam libertatem, pro infirmitate virtutem, pro confuſione gratiam, pro vulneribus victoriam, lauream pro catenis, coronam pro vinculis, pro exilio patriam, ac in ſplendorem gloriam Ibid. n. 8.

III. *Aſſumptus eſt*, &c. Exaltatur in virtute elevationis ut cognoſcamus eius ſimul virtutes. Virtutum ex gloria, in exaltatione virtutis & virtute exaltationis. In cœlum ſcandit & ſuper omnia in cœleſtibus eminet. Si tantùm in aſcenſione diceretur exaltatio, eſſet exaltatio ſibi: virtus exaltationis & ſibi & homini; quippe hominibus datur exaltatio in cœlis, ex virtute mirifica eiuſdem exaltationis. Ibid. n. 9.

IV. *Aſſumptus eſt in cœlum*: quo gaudet throno, & nos in thronis cum illo. Solus non habet maieſtatis ſedem; ſed etiam ibi & ubi etiam ſedem habet Numen quò adſumat hominem. Ibid n. 13.

V. *Aſſumptus eſt in cœlum.* Plùs hominibus contulit, quam diabolus abſtulit; & inimicum traxit triumpho catenatum, educens & adducens uſque in opprobrium. Ibid. à n. 1.

In Pentecoſte.

I. *Sic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret.* Huiuſmodi periodo ſignatur Pater & Filius: ubinàm Spiritus Sanctus? Pater ſe dedit in hæreditatem, Filius in redemptionem, Spiritus Sanctus in adoptionem. *O Deum prodigium ſui, pro deſiderio hominis* (ait Guerricus *ſerm.* 1. num. 1. in Pentecoſt.) *etenim parum videbatur Patri, tradidiſſe Filium, ut redimeret ſervum; ni daret Spiritum Sanctum, quo ſervum adoptaret in filium.* Sic dilexit, ut eſſet in amore gratia completa, abundans gratia, ac divitiæ gratiæ in charitatis eximiæ magnitudine; ut dato Spiritu (in corde illuminato naturâ humanâ illuſtratâ) inſigniter fulgerent multiplicata dona. T. 1. D. 5. T. 6. D. 1. á num. 2. & 11.

II. *Sic dilexit*, &c. Ut per gratiam & amorem homines vivificaret, & in filios gigneret. Sine Spiritu Sancto in vita non vera vita, nec vitæ abundantia cum illo, vel in vita gloria, cuncta gaudia; quippe fons & origo omnium bonorum & bonum ſummum. T. 1. D. 5. à n. 5.

III. *Sic dilexit* &c. Quid eſt *Sic*? Honor pretioſus; ut eluceat ex donis quantus amor Spiritus. Maximum donum & bonum inter cœleſtia bona iudicatur gratia, amicitia, Numinis benevolentia, divitiarum copia, ex inimicis trophæa, & ſui victoria. Ibid. à n. 9.

IV. *Sic dilexit* & non dicitur quid *Sic*, quia facile & ſimul difficile, dicere quid ſit amor. T. 7. D. 3. In diſtributione donorum totus in gratias. Ibid. num. 13. T. 10. D. 6. num. 5. Et in gratijs ac donis ſumma velocitas. T. 5. D. 3. D. 4. num. 10. T. 9. E. n. 35.

V. *Sic Deus dilexit ut Filium ſuum* &c. Cur Filij incarnatio dum deſcendit ad nos Spiritus Sanctus de cœlo? Ut homines ad ſe trahat. *Spiritus Sanctus nos in cœleſtia rapiens* (ex Gregor. Homil. 30. in Evangel.) *in incarnatione Deus in ſe permanens ſuſcepit hominem. In adventu verò Spiritus, homines venientem ſuſceperunt Deum. In illa ſolemnitate Deus naturaliter factus eſt homo: in iſta homines facti ſunt per adoptionem dij.* Iccircó ad homines igne ſignificavit adventum, quia flamma ſursùm. T. 1. D. 5. Vid. *Amor.*

VI. *Sic dilexit mundum*, dùm venit Spiritus Sanctus: poſt Filij adventum, dedit voci ſuæ (quod promiſſerat) vocem virtutis; & ſplenduit in adventu Spiritus virtus vocis. T. 3. D. 4.

In Feſto SS. Trinitatis.

I. *In nomine Patris*, &c. Nomen, non nomina. Nomen Trinitatis unus eſt Deus: & licèt Trinitas, unicè nomen (quod explicet in unica Deitate Perſonarum Trinitatem) quia Trinitas eſt numerus ſine numero. T. 3. D. 6. n. 9.

II. *In nomine Patris*, &c. Omnes numerationes ſunt unitas, ſed tres primariæ expreſsiones in Trinitate divina: *Corona* ſcilicèt *Sapientia* & *Intelligentia*. Ibid.

III. *In nomine Patris*, &c. In nomine trium, quia in tribus ſumma unitas, ſumma veritas, ſumma bonitas. Ibid. n. 5.

IV. *In nomine Patris*, &c. Sacramentum unitatem in Trinitatem diſponit. Tres non ſtatu ſed gradu: nec ſubſtantiâ ſed formâ: nec poteſtate ſed ſpecie: unius ſubſtantiæ, unius ſtatus, unius poteſtatis; quia unus Deus. Ex Tertullian. delicatur ſenſus huiuſce paradoxæ. Ibid. à n. 6. Vid. SS. *Trinitas*.

In Feſto Corporis Chriſti.

I. *Caro mea verè eſt cibus.* Huiuſmodi cibum prævenit in dulcedine ſua pauperi Deus. Excogitavit & præbuit in delicias ſpeciem panis, veritatem carnis, & gratiæ ſpiritalis virtutem. T. 7. D. 4. n. 7.

II. *Caro mea verè eſt cibus.* In ſpecie panis nova ſubſtantia, gratia nova, ſed totum ſub ſpecie aliena. Ibid. & n. 10.

III. *Hic eſt panis*, qui in cibum hominis deſcendit de cœlo, tenebras illuminans, frigiditatem inflammans, ſterilitatem fœcundans. Ibid. á n. 5.

IV. *De cœlo deſcendit*; ut Chriſtus hominibus exceſſum amoris demonſtraret. Miracula magna, ſumma prodigia, memoria mirabilium: quoniam hoc Sacramentum miraculum maximum. Ibid. n. 7.

V. *De cœlo deſcendit*: in iuſtificationem manducandium, ſi cor dignum: illo etenim ſacramur, abluimur, paſcimur. Ibid.

VI. *Panis de cœlo*; ſub cuius ſpecie vera Chriſti caro: quæ quidem ibi cùm Chriſti ſubſtantia ſit; ſubſiſtunt tecta, viſa accidentia per ſe. Eſt in Eccleſia cœleſtis panis ut Sol, qui ſimul copia radiorum illuminat & eliminat. Illuminat ut ratio naturalis enticatem cognoſcat; & eliminat rationis ſubtilitates, ut modum neſciat. Illuminat per fidem cæcitatem: eliminat cæcitatis acumen: etenim cùm uti Sol ſublimiorem contineat ſplendorem; rationis naturalis extinguit lumine lumen. Ibid. á n. 4.

VII. *Non ſicut manducaverunt patres veſtri*, &c. In Manna non omnia bona, etſi de cœlo panis figura tantum huius panis cœleſtis. Perpropriè uti ſpeculum exponitur ad quod quiſque. Ibi præut cogitatur bonum eligitur, & habetur. Eſt ad libitum deliciarum menſa; in qua panis de cœlo omnibus omnia. Ibid. n. 7.

VIII. *Non ſicut manducaverunt*, &c. Hic gaudia ſimul & deſideria; quippe præſentia Chriſti quamvis non viſa. Ibid. num. 10. & T. 5. D. 1. n. 8.

IX. *Non ſicut manducaverunt.* Omnibus in Sucramento ſingularis & plena menſa; in qua Manna miracula, & ſimilia & diſsimilia. Ibid. á n. 15.

X. Effectus Euchariſtiæ videſis in Feſto 40. *Horarum*.

Feſta Ianuarij.

In Circunciſione Domini.

I. *Ut circunciderctur puer.* Non dolet puer Jeſus, quia circunciſus; ſed ante circunciſionem, quia Salvator ſine vulnere, ſine ſanguine, ſine nomine. T. 4. D. 7. n. 3.

II. *Vt circuncideretur.* Non morte; nec vulnere; ſed tempore angitur: etenim parvo vulnere pro homine mori differtur. Non eſt dolor reſpectu finis, ſed reſpectu temporis, neque mœret, cruce mori, ſed tempus pati. T. 5. D. 6. á n. 1. Triſtatur ex vehementia amoris, quoniam dolor acer, ſanguinem in effuſionem habere, nec poſſe effundere. Ibid. n. 8.

III. *Vt circuncideretur.* De vulnere non dolet; & nimis dolet de vulnere: etenim in vulnere oſtendit tempus mortis ſpecimen; ſed in ipſa oſtentatione fugit, ne optatum mortis nanciſceretur dolorem. Ib. n. 9.

IV. *Vt circuncideretur.* Bibit in circunciſione, quem calicem poſt bibiturus in cruce; quia non bibit modò, præ amoris incendio. Ib. á n. 14.

V. *Vt circuncideretur.* Paſſus ex tempore. T. 4. D. 7. num. 2. Paſſus ex vulnere. n. 8. Paſſus ex amore; quippe levi circunciſionis ictu manſit ſic & in venis totus ſanguis plenis eſt. Ibid. Vid. *Chriſtus*. V.

VI. De Nomine *Jeſu*, infrá.

In Epifania Domini.

I. *Ecce Magi*, &c. Elucent dilectionis officia, quæ clareſcunt per obſequia. Venerunt ut Salvatorem inquirerent, inquirendo viderent, videndo cognoſcerent, & cognoſcendo adorarent. T. 9. D. 6.

II. *Ecce Magi* &c. Priùs quæ cæca Gentilitas, lucem in ſtella vidit, Salvatorem cognovit, quæſivit, invenit, atque procidens coluit. Ibid. n. 5.

III. *Venimus adorare. Vbi eſt qui natus eſt Rex?* E veterno adorationis Idolorum vigilavit, errorem cognovit, atque turpiſsimæ ſuperſtitionis pœnitur. Ibid. à n. 6.

IV. *Vbi eſt qui natus?* Oſtendit ortum ſcripturis Synagoga; ſed præ radijs lucis cæca. Gentilitas autem invictam virtutem, eximiam fidem, & perfectam religionem. Virtutem, in aula coram Rege quærens Regem: fidem, inquirens hominem, quem cognoſcebat Numen: religionem, credens illud de cœlo Numen. In terras ut hominem adveniſſe mortalem. Ibid. á n. 1.

V. *Procidentes adoraverunt eum.* In uno eodemque à Magis colitur divina maieſtas, regia poteſtas, humana moralitas. Ibid. Vid. *Chriſtus*, & *Gentilitas*.

Pro SS. Iuliano & Basilissa.

I. His non timor erit, sed in virtutem fervor, abundante è cœlo gratiâ, cùm audierint in certamen fidei prælia. Pugnarunt sed non timuerunt. In illis *pares virtutes, dissimiles pugnæ, gloriosæ victoriæ.* T.4.D.2.D.4. Ex Chrysost. Tom. 3. serm. 2.

II. *Nollite timere*, &c. Nec nos dicere de illorum virtutum similitudine; ubi nihil diversum, nec discrimine notum. Illos & *electio pares & labor similes, & finis fecit æquales.* Ibid.

Pro SS. Nomine Iesu.

I. *Vocatum est nomen eius Iesus.* Circunciditur, & nomen imponitur; ut à redemptis invocetur. Sanguine & eius nomine homo iugum expulit dæmonis, libertatis compos; quia impetrata etiam tot in languoribus salus. T.4. D.7. n. 15. Liberat nomen à tempestate, à morbis, & à bestijs, ab igne, à morte. n.18.

II. *Vocatum est* &c. Per vulnus iàm videtur Salvator, quod demonstravit dolor. Per effusionem sanguinis ostendit amor magnitudinem nominis. Iàm non gemit, iám non luget, iàm non dolet; quippe in dolore de dolore gaudet. Ibid. n.5.

III. *Vocatum est*, &c. Magnum nomen eius. In magna urget, in ardua movet, in celsiora impellit. Hoc nomen dulce. Micat amor excessivus, heroicus animus, nobile pectus. Ex demonstrationibus summa elucet amoris, obsequium amantis & flamma pectoris. Ibid. à n.2.

IV. *Vocatum est nomen eius Iesus*: nomen enim magnum humana natura reverenter invocat; per quod salutem invenit, & adhuc expectat: igitur non solùm animas convertit, in pœnitentiam adducit, sed etiam auxilium prævenit, liberans à criminis ictu, & præservans à peccato; ne habeat corruens de quo doleat, nec mœrens de quo pœniteat. Ibid. n.20. Efficax enim in animarum conversionem, in criminum pœnitudinem, & lapsus præservationem. Ibid. á n.19.

Pro S. Mauro.

I. *Reliquimus omnia: quid ergo erit nobis?* Omnia: & summa mirabilia, ambulare super aquas sine formidine, sine pondere, pede sicco & sicca veste. T.9.D.3. à n. 1. D.4. à n.8. D.5. à n.7. Vid. *Obedientia.* & *Franciscus à Paula.*

Pro S. Sebastiano.

I. *Stetit in loco campestri.* Ad arenam vadit, ibique firmiter in certamine stetit, duplex martyrium passus: sed in utroque valens, cadendo perstitit, dum denuò tyrannus ingruit; eumque gloriosè seperavit fide & spei fiducia, sine sensu ad speciem formidinis, atque sine metu mortis. T.4.D.2.n.3.

II. *Stetit in loco* &c. Stat & stabit in pugnam; ut ex vulneribus crebris ictibus & morte, adipiscatur victoriam. Sat ubi alij cadunt: attollitur, ubi alij doloribus opprimuntur; & etiam virtute mirificâ floret vel dum cadit. Ibid. & D.4.n.7.

Pro S. Agnete.

I. *Sponso & Sponsæ.* Visa sponsa celebri pugnâ, ut castrorum acies ordinata in certamine, puerili ætate, sexu futili, virili robore calcavit truculentum tyrannum; quousque pervenit in triumphum. T.4. D.2. n.5.

II. *Sponso & Sponsæ.* Agnes sponsa intravit cum eo ad nuptias: accipiens martyrij præmium, mercedem laborum, & patriæ cœlestis gaudium. Ibid. à n.3.

III. *Sponsæ.* Quæ eximiè ab Sponso vel in pugna donata gloria. Propter eius virtutem obscuritas carceris locus beatitudinis, ex claritate paradisus voluptatis, pœna gloria; cuius in passione diadema. T.4. D. 4. à n.4.

IV. *Sponso & Sponsæ.* Cum quo in certamine gaudia & summa, sine corporis lætitia; quippe dira patiebatur cruciamina, verùm dulcis voluptas in doloris acerbitate, suavitas in amaritudine, iucunditas in labore, catenatis ærumnis in mulcimem voluptatis. Ibid. à n.7.

Pro Conversione S. Pauli.

I. *Quid ergo erit nobis?* Non esse ut feliciùs sit. Quid ergo? Alij reliquerunt omnia, Paulus in conversione ipse se, ut non esset ipse, nec sibi esset. T. 1. D.5. á num.14. T.2.D.3. à num.4. Se reliquit, quia iàm non Saulus, in cuius pectore habitabat Christus. Se abnegare est sui non esse, cùm sit ipse. Ipse & non ipse. Huiusmodi metamorphosis est, se amare & simul odisse; sequi & persequi, mori & vivere. T.1.D.5. à n.14.

II. *Quid ergo erit nobis?* Quid; qui ad nihilum, nisi ad malum erat? Vas electionis in prodigium, spectaculum factus & Angelis & hominibus. T.2. D.3. à n.3. D.8.n.8.

III. *Secuti sumus te*; quia illuminasti gratiæ mirabili radio, ut fieret singularis miraculosa conversio: igitur restitutus est saluti in ipsamet intentione peccandi. Ibid. & T.5.D.4.n.8. T.10.D.3. à n.1.

Pro S. Petro Nolasco.

I. *Maiorem hac charitatem*, &c. Nulla maior, quàm se tradere ultrò in vincula (maximè periclitante animâ) ut alij exuerent servitutem, & felicem impetrarent libertatem. Illi gloria, pro servis & subdi & vendi & pati; atque pro libertate illorum se tradere servituti. T.4.D.2.à n.6. T.5.E.n.25. T.8. D.3.n.4.

II. *Maiorem hac nemo habet.* Quid quod alijs magni iudicat, sibi nihil videtur factum præ amore, quicquid à Petro præ amore factum? T.4.D.2.á n.8.

Festa Februarij.

In Purificatione Virginis.

I. *Dies purgationis*, &c. Quæ Virgo occulta, ut virga Aaron floruit in Sanctuario, mater honorificata. Mater floruit, & florens concepit & parturivit. T. 5. D.1. à n.3.

II. *Tulerunt illum in Ierusalem, ut sisterent* &c. Semper in Republica illustre fuit lex & Rex. T.7.D.6. n. 3. Patet modò felicitas. Regem mater purissima Virgo in templum tulit, legem implevit; ut splendori dignitatis cederet splendor legis. T.7.D.5.n.18. T.9.D.8. n.8.

Silva Evangelica.

Pro Sancta Scholastica.

I. *Clamor factus est.* Unde de cœlo, & ad mundum; ut clareat Scholasticam propitium habere cœlum & repugnante fratre validissima virtute ? *Benedictus* (ex Gregor. Magn.) *contra quod voluit, virtute ex fœmine pectore miraculum invenit.* T. 3. D. 5. n. 25.

II. *Clamor factus est.* De cœlo ? In cœlum potiùs à Scholasticæ voto ; voce Domini respondente virtuti vocis, sine voce clamantis. Ibid. à n. 16.

III. *Clamor factus est.* Ad procellam idioma vocem & clamorem Scholasticæ intellexit Dominus; non illicò Benedictus : fletus fuit musica, cœli materia ex lachrymis imbri ; quo procella excitata à Benedicto non cognita, neque modus, nec materia. Ibid. a n. 18.

IV. *Clamor factus* : at Benedictus iudicavit clamorem factum é cœlo, minimè à fletu Scholasticæ atque planctu. Quid in miraculo, à quo & ex quo. Tria prodigia, & singularia, quia Benedictum latentia ; cœterum passa. Ibid. n. 25.

V. *Exite ob viam ei.* Interl. *Occurrite in aera.* Exactè. Ut in aëra obviam Sponso occurrat ; in cœlum specie columbæ volat. Ibid. à n. 26. De eius musica in utero genitricis, vide *S. Benedictus.*

Pro S Mathia.

I. *Ita Pater, quoniam sic fuit placitum ante te;* quòd Mathias sedem Apostolicam meritis occuparet, priusquàm haberet : quód á perfido Iuda occupata vacaret ; ut Mathias floreret Apostolus, priusquám electus. T. 6. D. 6. à num. 4. D. 8. & T. 9. D. 1. à num. 8. & 13.

II. *Ita pater*, &c. Depulso Iuda substituitur Mathias, ut suscitaretur dignitatis auctoritas : etenim sicut ille honoris dedecorosé pudor ; hic dignitatis florentissimus honor. T. 6. D. 8. n. 3. Vid. *Dignitas, Electio, Merita.*

Festa Martij.

Pro S. Angelo Custode.

I. *Angeli eorum* &c. Nostrum profectó. Patet erga alumnus studiosissimo vigili officio. Vinctum visitat, dormientem excitat, catenas frangit, è carcere educit, in libertatem solvit, regimine ducit, illuminans viam ut perveniat in Patriam. T. 8. D. 4. á n. 3. Afflictis occurrit, iacentes erigit, ac in salutem protegit. T. 8. D. 3. n. 3.

Pro S. Raymundo Abbat.

I. *Ne cœperitis dicere : Patrem habemus Abraham.* Ne dicatis Agareni. Catholici possunt invocare nomen, quippe habent Patrem. Hostes fugavit, fideles redemit. Unde militia novà, cruce rubra ordinem rexit arte, religione, virtute. T. 3. D. 8.

II. *Patrem habemus Abraham.* Hic olim numeravit expeditos vernaculos suos, quos erudivit in armis & observantia religionis ; vincens hostes sub signo crucis & Jesu nomine. (Alapid. in *Genes.* 14. 14.) Raymundus non iam sub umbra lucis, sed sub nomine splendoris ex virtute Salvatoris & crucis. Ibid. à n. 4. Eius crux crux Agarenis, ordo gladius & militia cœlestis. à n. 6.

III. *Patrem habemus Abraham.* Verè Raymundus pater. Prudentia, nequid deesset suis, providebat : fortitudo arcebat pericula, beneficentia angebat, omnibus numeris subiectos commilitones ornabat. Ibid. à n. 1.

IV. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Quid ad milites ? Hoc ad Monachos; verùm Raymundus sanctificavit bellum ; ut in ordine novo essent Monachi galeati, & milites Monachi. Ibid. á n. 9.

V. *Quis ostendit vobis fugere à ventura ira ?* Raymundi arma ; qui erigit crucem in novum bellum, in eaque fidelis habet vexillum scutumque, & tota religio clypeum. Ib. à n. 8.

Pro S. P. N. Benedicto.

I. *Reliquimus omnia.* Quid in utero adhuc matris relinquere potuit ? Reliquit se, ut esset alius : quod non esset, ni supra ætatem, supra naturam se levasset super se, spectaculum factus & cœlo & mundo & Angelis & hominibus, musicà novà, Numini acceptà, singulari nová gratià. T. 3. D. 5. á n. 11.

II. *Secuti sumus te.* Secutus antequám per ætatem Christus posset esse eius rationi notus ; sed cognovit ut sequeretur, dùm ante lucem insigniter & signanter illuminatur. Hymnus omnibus Sanctis eius, verùm in hymnis Benedicti maius opus. Immisit in os eius canticum novum, carmen in novum prodigium. Novum itaque ex Dei cognitione & cantico ; quod luci egrederetur sanctificatus in utero. Ut transiret de claritate in claritatem illuxit spiritus ad illuminationem : etenim visà ante nativitatem pretiosiore ; quæ visa lux prior illuxit in eius nativitate: patuitque animæ candor; quem contulit in utero gratiæ splendor. Ibid.

III. *Reliquimus & secuti sumus te.* Pluraliter loquitur. Virtus est relinquere, perfectio sequi: & signat prodigium cantici in Dei laudem, inter ipsum & sororem : quo quidem effulsit in perfectione & profectione gratiæ sanctificatio ; & utriusque in Ecclesiæ Solem & Lunam electio : etenim illo in statu cunctis audientibus spectabile portentum ; ut præsignabat novum, insigne, atque maximum miraculum. Ibid. á n. 5.

IV. *Secuti sumus te.* Vox utriusque in musica nova: sed maior novitas & singularis gratia ; quòd utriusque vox esset audita & non audita. Ibid. à n. 14.

V. *Ecce nos reliquimus.* Quomodò se ? Quia in natura hominis ostendit Benedictus non esse filius mulieris. Quis eius corruptioni renunciat, allectus ratione & lege, præveniente insignis robore gratiæ ; ipse est homo & non est ipse : etenim cùm sui sit, quando sui in affectibus non est ; ovanter lucratur perfectionis culmen, quando corruptæ naturæ non sequitur corruptionem. T. 1. D. 5. à n. 12.

VI. *Ecce nos.* Ubi ? Benedictus mortuus in vita. Iàm non est ; sed quid egregium intrans in vita sepulchrum ; peccato antequàm nasceretur omninó moritur, adipiscitur virtutis culmina, non mortis in morte commoda. T. 10. D. 6.

Pro Virginis Annunciatione & Incarnatione Verbi Dei.

I. *Missus est Angelus*, &c. Mittitur ad Mariam ut possit Deus restaurare naturam humanam. Videns ergo mundum labefactari timore; continuó agi: ut cum amore revocet, invitet gratiâ, charitate teneat & constringat affectu. Ex Chrysolog *serm.* 147. T. 1. E. n. 22. D. 6. n. 5. T. 5. D. 4. n. 15. T. 7. D. 2. n. 4.

II. *Spi-*

II. *Spiritus Sanctus superveniet in te.* De Spiritu Sancto concepit Maria. Filij Verbi Dei videnda veritas & bonitas: divinitas & humanitas: Verbum verum Verbum bonum. Verum ab intellectu Patris; bonum à Spiritu Sancto in utero Genitricis. T.5. D.2. á n.12.

III. *Ideo & quod nascetur ex te*, &c. Filius etiam Dei qui ex illa natus, & in illa genitus; quod non solum prodigium sed singulariter novum, à sæculo non auditum; ut insignior rutilaret gratia in Mariæ virginitate fœcunda. Ibid. à n.1.

IV. *Vocabitur Filius Dei.* Sacramentum Deus ostendit, ubi insigni novitate Filium hominem exposuit: igitur mirum, quòd ex Patre & matre appareret in orbe; verùm sine Patre & matre. Ib. à n.4.

V. *Vocabitur Filius Dei.* De cœlesti sede descendens, & à Paterna gloria non recedens, novo ordine, nova nativitate generatus. Ibid.

VI. *Vocabitur Filius Dei.* Patet & nativitas nova, & novus in generatione ordo; ut fulgeret illustris in utraque natura generatio; quippequàm si in æterna genuit cœlestis Pater sine genitrice, in humana genitrix Filium concepit, sed sine Patre. Ibid.

VII. *Vocabitur Filius Dei.* Signat generationem æternam & temporalem; ex qua quia homo, mare gratiarum in hominem: charismatum plenitudo Deus Homo, inexcogitabili miraculo; dum in utraque generatione Filius, quamvis in utraque dissimillimus modus. Ibid. n.7.

VIII. *Vocabitur Filius Dei*, qui Filius hominis. Filius hominis non fuit nomen proprium Christi; sed signum dignationis charitatis egregiæ, eò quòd dignatus est fieri hominis filius, qui ab æterno filius Dei & Unigenitus. T.1. E.n.21.

IX. *Fiat mihi*, &c. In sublevamen miseriæ, in nitorem naturæ, in splendorem gratiæ, in felicitatem gloriæ. T.5. E.n.11. D.4. n.16. T.8. D.4. n.22.

X. *Fiat mihi*, ut per me fit, & hominum respiret gravatum cor. Illa uti mater Incarnati suffocavit antiquum serpentem, expulit venena culpæ, ac homini reddidit pulchritudinem gratiæ, & delicias Paradisi. T.7. D.2. à n.12.

XI. *Pro Incarnatione. Fiat mihi secundum verbum tuum.* Ita factum & incarnatum est Verbum: in carneque videtur longitudo brevis, latitudo angusta, altitudo subdita, atque profunditas plana. T.7. D.2. n.4.

XII. *Fiat mihi.* Factum est: à descensu tantæ maiestatis, pendebat ascensus hominis: à mortalitate immortalitas, à labore felicitas, á pœna gloria, á morte vita. T.4. D.1. n.11.

XIII. *Fiat mihi.* Mihi & in me & ex me. Ut effulgeret & virtus humilitatis & dignitas Genitricis. T.5. D.2. á n.2.

XIV. *Fiat mihi*: in prodigium Verbum Caro factum est. Magnum incarnatum Verbum: maximum, venire hominem mortalem; sed summum, venire in mortem. T.1. D.6. n.9.

XV. *Fiat mihi.* Verbum incarnandum spes hominum, sed ultra spem operatus est salutem, & exhibuit dignationem: igitur non solùm suscepit in carne hominem sed addictam morti carnem. Ibid. & T.1. E.n.22. T.5. E.n.3.

XVI. *Fiat mihi* &c. Factum est. Homo perpetuó iaceret, ni ut homo Filius Dei ad illum veniret: quò è terra cœlestis, & de mundo sublimis, elevatus in cœlum; quoniam apertum ostium, quod erat clausum. T.1. D.5. n.3. T.5. D.4. n.15.

XVII. *Fiat mihi*, ut homo curvus erigatur, rectusque procedat. Ita surrexit, floruit, cùm Verbum caro veniret: facta est in rectitudinem reformatio; quippe descendit de cœlo, in misero mundo habitu inventus ut homo. T.1. D.6. n.5. Vid. *Incarnatio.*

Festa Aprilis.

Pro S. Francisco de Paula.

I. *Nolite timere.* Super mare cum socijs ambulat. Eritne locus formidini? *Nolite timere.* Videbuntur difficilia superata, victa impossibilia, atque in his mirabilia excellentiora, mira portenta; quia Franciſci vita miraculum & miracula. T.9. D.3.

II. *Nolite* Socij *timere*: mare cedit eunti, operanteque mirabilia trinà rationali potentiá: intellectu per cogitationem, voluntate per charitatem, memoria per oblivionem. T.9. D.4. Mirabilis per humilitatem. Ibid. & D.3. Per charitatem. D.4. Per elevationem. D.5.

III. *Nolite timere.* Sine formidine mare transeunt dumtaxàt verbo incolumitatem iubentis, præsentia sustentantis, atque præstantiá pallij iacti super æquora regentis. T.9. D.5. à n.2.

IV. *Nolite timere.* Nititur Franciſcus superiore auctoritate. Signum divinæ, ambulare super mare, vestigia non cognosci. A Franciſco pallium sumitur, dùm ab illo mare pede calcatur; quia virtutis singularis insigne ambulare super fluctus & sicco pede. T.9. D.3. n.10. & D.5. á n.3.

V. *Pusillus grex*, ideſt Humilis, Minimus. Difficilis humilitas; sed in illo victa difficultas, ubi in illam tota cordis studiositas. Est qui se *nimiùm summittit à multa humilitate* (Eccli. 19.24.) est in Franciſco humilitas & multa & nimia. *Humilitas*, quia pusillus & parvus. *Multa*, quia Minimus. *Nimia* & eximia, quia in humilitate, eó quòd illi non magnum visum Minimum esse; quousque in signum maioris humilitatis, sese studio fecisset minorem minimis. T.9. D.5. à n.15. Vid. *Franciſcus de Paula.*

Pro S. Turibio Archiepisc.

I. *Quinque talenta.* Illorum magnitudo visa in Turibio; quippe munerum decus, nonnumquàm in illis magnus. Accidit quod Petro, dicente Domino nuncium felix participari, discipulis eius & Petro. Petro signanter inter discipulos? Quia vertex Apostolatus, splendor Collegij & petra fidei debebat ab illis agnosci. Haud aliter Turibij gloria pretiosaque visa talenta; igitur splendor in Collegio, columna fidei, in Quæstoris officio; vertex Apostolatus in Archiepiscopatu & orbe novo. Tria tempora signantur in Evangelio. Traditio munerum: *Tradidit bona sua.* Exercitium: *Operatus est in eis.* Præmium & merces: *Ecce superlucratus.* Hæc munerum magnitudo, quorum merces multa in cœlo. T.6. D.2. D.5. T.9. D.5. n.12. Vide. *Dignitas, Honor.*

Pro Sancta Catharina Senensi.

I. *Intravit cum eo ad nuptias*, antequám illi æterna in cœlis concederetur felicitas: igitur si visio Deitatis Beatis est cibus in cœlo; in terris Catharina cibatur pane Eucharistico: quo quidem patet quám Sponso dilecta, ac in alimento quanta contineantur miracula. T.7. D.4, n.13. Vid. *Gertrudis & Theresia.*

Silva Evangelica.

Festa Maij.

Pro Sancta Monica.

I. *Efferebatur* Augustinus *filius unicus matris suæ.* Illa pro illo flebat: eique dicitur: *Noli flere* quippe resurget ab animi morte. Unde propter charitatem Christus in eius corde fixit crucem est passionem. T.3. D.6.n.26.

Pro S. Ioanne ante Portam Latin.

I. *Potestis bibere calicem? Possumus.* Unde bibit quem nec gustavit? Sine morte passus mortem; quia non statim potuit extinguere sitim: non premitur á dolore, sed eius suspensione cruciatur; quia quod cupit, non perficitur. T.5.D.6.à n.14.

II. *Possumus*: & potuit, quippe bibit, dum bibere voluit; cæterúm non potuit bibere. Grave utique morte, velle amorem ostendere, & mortem fugere. Gravissimum, non semel sed sæpe mori; atque finem esse fine fine. Amarissimum, mori & vivere, velle pati, & pati non posse, cúm posset pati. Ib. á n.9. Alia vid. in *Festo.*

Pro S. Michaele.

I. *Quis putas maior est in regno cœlorum?* Excellentia singularis exponitur Michaelis. Refulget in Ecclesiæ protectionem Patronus, Dux, & Magister. T.5.D.5. à n.8.

Pro S. Petro Regalato.

I. *Sint lumbi vestri* &c. Lucerna cordis ardentis patuit in lumbis præcinctis: ex exercitio sublimis mortificationis, effulsit singularibus prodigijs: equidem vivus in morte floruit, qui ut mortuus vixit. T.10.D.6. Erat in terra, verùm sublevatus, quoniam illi vel in corpore nullum pondus. Tranavit sicco pede Durium & apparuit quantum in vita miraculum. T.9.D.3.& D.5. Vid. *Franciscus à Paula.*

Festa Junij.

Pro Nativitate Præcursoris.

I. *Quis putas puer iste erit?* Erit vox: quæ quidem non solúm auditur, sed videtur; quia plus in illo videtur, quàm auditur: plus habet quám cogitatur. T.9.D.5. à n.12.

Pro S. Pelagio.

I. *Nisi granum frumenti*, &c. In fructum præcox Pelagius in terram cecidit, antequám præ ætate cadere posset; cùm pro avunculo in catenas sufficitur, & servitute voluntaria pro servo traditur. T.4.D.2. á n.7.

II. *Multum fructum affert.* Eius virtus valuit, & prævaluit in tyrannum; quipe singularis virtus, & ante tempus: in flore ætatis pugna, victoria atque palma. T.4.D.2.n.5.

III. *Multum fructum affert*; quia ante tempus, tempus putationis advenit; magnusque ubi in flore eminet fructus: maximè dúm tyrranum vicit sine manibus & pedibus. Ibid. à n.12. Floribus ætatis è sanguine ortis, confecit sertum in triumphum, ornante cœlo; & post tot vulnera in integritatem corpore restituto: quo vel post mortem tyranno prævaluit; quoniam cadaveri flamma nec in capillo nocuit. á n.17.

Pro SS. Apostolor. Principibus.

I. In utriusque plausum ac encomium, videtis in Ianuar. Pro *SS. Julian & Basilis.*

II. *Tu es Petrus*, &c. Et inter electos & selectos Princeps, propter cognitionem de Salvatoris divinitate singularem; & propter amoris dilectionem excelentem. T.5.D.2.à n.13.T.7.D.3.n.7.

Pro Commemorat. S. Pauli.

I. *Ecce ego mitto vos.* Vos, non alios; quia ut alij convertant in oves lupos, non est ita ut in Paulo superior virtus: qui quidem missus è cœlo, collato titulo, ad conversionem Gentium, & fidei triumphum. Jesu est pulcherrimus thronus, cuius portabat stigmata, & ostendebat per vulnera, insignis charitatis præstantiá. T.5.D.8.n.8.T.8.D.6.n.10. A flamma pectoris prodijt excessus amoris, ac vehementia charitatis. T.5.D.4.n.3. Vid. *Paulus.*

II. *In medio luporum.* Iám ovis, qui fuerat lupus, ad Stephani virtutem, preceseque conversus, & sagittis summæ eius charitatis petitus: ita in illum fuit Stephanus propensus; ut eius animam exeuntem susciperet & Christo ductam in cœlum offerret. T.4.D.1.á n.6.T.5. D.4.á n.7.

Festa Julij.

In Visitatione Virginis.

I. *Exurgens Maria abijt cum festinatione.* Pietate commota movetur, ostentans pietatis viscera: igitur in Ioannem, oppressum cum videret alumnum; non solùm insignis gratia sed gratia prompta. T.1. D.8.n.12. T.4. D.3.n.16.

II. *Vt audivit*, &c. Ex Maria dona & cœlestia charismata. T.5. D. 3. Accurrit ut mater suavis & dulcis. T. 1. D. 8. Mater, quæ Ioannem tunc concepit, dùm illi Salvator gratiam protinùs per Virginem contulit. n. 8. Dùm libertatem concesit, à criminis servitute liberavit. T.8. D.3. n.1. Atque favores ante preces contulit. n.12. Gratijs pluit. n.6. Apparuit, dùm venit gratiæ decor, & fugit labor, cumulata sunt dona ex eius in bonum optatissima præsentia. T.4. D.3.n. 7. Vid. *Maria* X.

Pro Sancta Magdalena.

I. *Vt cognovit*, &c. Eius in Christum obsequia singularia, rara, & pretiosa. T.3. D.1.n.20.

II. *Vides hanc mulierem?* Cur loquitur Christus ficcine? Magdalena cœpit flere: lachrymæ quæ verè pœnitentiæ sunt æstimabili fraude: etenim simulatque in dolente conspicit fletum, peccatorem signat alterum. T.2.D.3.n.4.

III. *Dilexit multùm.* Unde cognoscitur amor? Loquitur in oculis cordis fluor. Lachrymæ amoris idioma, quarum voces Deus intelligit & prontè audit & exaudit. T.3.E.à n.20. D.5. n.19. Vide in Hebdomada pœnosa, *Pro lachrymis Magdalenæ.*

Pro S. Jacobo Maiore.

I. *Vnus ad dexteram tuam*, &c. Primus in throno, qui in excessu amoris primus. Primus Jacobus: eò quòd effudit sanguinem; primam & primariam obtinuit sedem. T.5, D.5, á n.10.

II. *Po-*

II. *Poteſtis bibere calicem?* Effudit primus cruorem, & primùs calicem bibit, ac in primo throno ſedet, Patronus Hiſpaniæ; illum fides elegit, quippe quam ſemel ſuſcepit, ſemper retinuit, obſervans magiſterium, & ſuſcipiens patrocinium. Ibid.n.8.

III. *Poſſumus.* Quia valuit, thronum obtinuit: habetque in primario throno ſedem, in illo etiam mirificam poteſtatem: igitur eius corpus in ſepulchro non iacet, ſed quieſcit: ex illo in Hiſpaniæ protectionem ſurgit, & illam ab infidelibus Hyperaſpiſtes defendit. Ibid. à n.23.

IV. *Non eſt meum*; ſed meritis dandum: Iacobuſque occupavit meritis thronum; quia calicem paſsionis unicus & ſolus hauſit. Ibid.á n.15. Vid. *Iacobus.*

Pro S. Ignatio de Loyola.

I. *Deſignavit Dominus & alios.* Signatus & inſignitus eminet Ignatius inter viros Apoſtolicos. Quanta devoravit eius pectoris flamma in obſequium amoris! Funes ceciderunt illi in præclaris. Gaudet de quo dolet, at in laboribus geſtit: igitur illi de perſecutione iucunditas, de amaritudine ſuavitas, de acerbitate voluptas. T. 4.D.4.D.8.

II. *Deſignavit Dominus.* Ignatium in orbis portentum: etenim mirum, uſque in cœlum ab illo viſionibus elevari: & ſe peccatorum dicere. Perfectionem virtutum anxiè ſequi; & illarum perfectionem non cognoſcere. Operibus perficere ſummum; & cogitare nil factum. T. 2.D.8.à n.16. T.9.D.5.à n.12.

III. *Deſignavit* Ignatium *Dominus*, ut in orbe virtutum ſplenderet ſpeculum: equidem floruit in illo inſignis patientia, conſtantia, humilitas, charitas; atque propter Dei obſequium, zelus ſingularis animarum. T. 2.D.8.á n.8.T.9.D.5.à n.3.

Feſta Auguſti.

Pro S. Dominico.

I. *Vos eſtis.* Alij etſi ſplendidi, reſpectu eminentioris virtutis; etſi ſint, non ſunt. Dominicus plauditur mirificus; novus homo, cœleſtis in terreno. T.1. D.5. à num.1. Inſignis reformator, quia mundum vivificavit, quia hæreticos in veritatem atque fidei ſplendorem perduxit, in gratiam reſtituit, & etiam vitæ per gratiam. à n.7.

II. *Vos eſtis ſal terræ. Vos eſtis lux mundi.* Ut ſal, Dominicus hæreticos compeſcuit: ut Lux mundi, illuminavit; ut utroque munere & zelo Dominici charitatis, qui dæmones converterentur in homines. Tantum homo quo viget ratio. Homo qui rationalis utitur proprietate: non homo homo, qui deficit á ratione. Homo, qui divinis addictus legibus: non homo, qui ſubditur voluptatibus. Homo, qui Dei cuſtodit præcepta: non homo, præoccupatus à nequitia; ſed ficut equus & mulas quibus non eſt intellectus. T.1.E.n.31.D.3.n.15. T.8.D.4.n.4.Vid. *Peccator.*

III. *Qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur.* Magnus iuré Dominicus; quippe martyrium patitur, quia non patitur martyrium. Martyr fulſit mente, corde, & carne. T.8.D.6.n.2. & 11. mente, perpetua intentione: corde, flagranti charitate: carne, continuà vitæ mortificatione; Numen diligens totâ animâ, toto corde, totâ virtute. T.5.D.6. Floruit martyr dulci, atque tyranno amore: occurrebat perſecutio, ut vita in meliorem transferret; ſed præteribat, quaſi non veniſſet. Amor vitam arripuit, cœterùm reddidit. Amori vitam dicabat, verùm amor reſtituebat. Erat dulcedine dirus tyrranus, ex quo Dominicus tela totâ perpeſſus. Ibid. n.8. Hinc ſe flagellis trucidat, catenis fauciat, dùm à martyrio cœlum excipit, martyrem in terra retinet, & ſuſcipit: & ille quia intenſiùs amat, incendium cordis per vulnera probat. Ibid.n.5.

In Tranſfiguratione Domini.

I. *Reſplenduit facies eius*, &c. In gloria ſpes beata. Chriſtuſque oſtendit in Tranſfiguratione gloriam plenam & omnimodam gloriam; dùm corpus ita oſtendit ex interna gloria animæ, & ſimul apparent glo-riæ divitiæ. Gloria ſanè plena: gloria in centro animæ; divitiæ in glorioſo corpore. T.5.E.n.38. T.6.D.1. num.3.

II. *Tranſfiguratus eſt ante eos.* Glorificatur in carne ut gloria futura videretur in homine; & conciperet ad corporis gloriam aliquando ſpem beatam: etenim in eius ſplendore corporis præfulgebat gloria humani univerſi generis. T.5.E.n.41.

Pro S. Laurentio.

I. *Multum fructum affert.* Per exceſſum hæc locutus eſt Chriſtus, & in ænigmatè; oſtentâ Laurentij virtute, cui tormentorum pœna gaudia, quæ gravia levia, quæ amara dulcia; ita ut maior acerbitas eſſet voluptas. T.4.E.n.2.D.1.á n.1.D.2.á n.1. T.4.D.4.à n.7. T.8. E.n.1.

II. *Cadens in terram*, &c. Non cadit Laurentius, dum cadendo vicit, & cruciatus, morte victi ſunt in victore. Decus virtutis, ligari, uri, vulnerari, occidi. T. 4.D.2.n.2.T.8.E.á n.1.

III. *Ubi ego ſum, illic & miniſter meus erit.* Laurentius, ut Miniſter martyrio Summi Sacerdotis aſſuit; ſed quod hic paſſus eſt morte, Laurentius paſſus à tempore; etenim illi dolores mortis, & exceſſus cruciaminis, ſanguinem in certamen habere, nec poſſe fundere. T.5.D.6.n.8.

IV. *Illic & miniſter meus.* Præſens miniſter Laurentius cucurrit. Tunc non cecidit: quia non cecidit, tunc cadit; ut ante mortem de morte triumphet. Mors eſt illi, in martyrium ut Miniſter ad Sacerdotem procedere; & ſtare ibi ſine vulnere ſine ſanguine. T. 4. D. 7. n.3.

V. *Illic & miniſter meus erit.* Martyr illo tunc acriùs erat Laurentius, qui martyr futurus; quoniam mors, ſic manere: pati velle & eſſe ſine paſsione: equidem vulnus pro morte flagrantis pectoris; quòd labatur in tempore tempus mortis. T.5.D.6.n.7.

VI. *Illic & miniſter.* An in cœlo? Utique. Quomodó in gloria, ſi paritur in mundo pira tormenta? Facile: virtute Laurentij, valido pectore, ſine formidine, ubi ſenſus contra ſenſum: conſtantia, virtutis infrangibilis formâ; ut mortis amaram acerbitatem, reſpiceret ut dulcedinem. T.4.D.2.à n.3.

In Aſſumptione V. Matris.

I. *Optimam partem elegit*, &c. Quamnam, dùm elegit mortem? Quia mors electa ſine qua non conſtaret amor Virginis plenè: etenim per mortem patuit, amore mori. T.4.D.8.à n.5.

II. *Optimam partem elegit*, quia illi data, quaſi illa elegiſſe: & in cœleſti gloria gloria dicitur electa; equidem accepit plenitudinem gloriæ, iuxta pleniſsimam magnitudinem gratiæ; qua quidem ſingulari excellentia,

iuré

iurè plauditur Numinis forma. T.8. D.3. num. 7. Tota pulcherrima. à n. 14. Vera Pandora. T.4. D.3. num. 1. Summè beata. T.3. D.7. n.2. Cœlum cœli. T.8. E. num. 17. Amor mundi. T.4. D.3. num. 7. Prodigium gratiæ. T.1. D.7. n.12. Deitatis deliciæ. T.4. D.3. n.1.

III. *Optimam partem.* Pars dicitur, dum totum præ amore, Virgini assumptæ conceditur? Summum est & in summum Virgo extollitur, dùm à tota Trinitate coronatur. T.3. D.7. n.2.

IV. *Optimam partem.* Assumitur ut nos iuvet; quia eius amor vel illic semper nos respicit. Dicit opus. Sedet in throno scutum hominum, tota sui in eorum patrocinium, totus animus, totus sensus, totus visus & auditus totus. *Tota sui*, cùm quacumque in parte tota sit hominis animæ; in cuius gratias *totus animus*, in auxilium *totus sensus*, in levamen *totus visus*; & ita amantissimum eius amabile pectus; ut vel in voces doloris tota videatur *auditus*. T.8. D.3. à n.7.

Pro S. Bernardo Abbate.

I. *Vos estis lux mundi.* In mundi lucem designatus est Bernardus; ubi tot tenebris cæcus mundus: igitur natus in Religionis observantiam, Principum dissidentium concordiam, Ecclesiæ pacem, Pontificatus honorem; atque hostis acerrimus in cervicosam hæreticam pravitatem. T. 1. D. 3. num. 15. T.3. D.3. T.6. D. 2. num. 13. D.6. n.19. T. 8. D.1. à num. 18. T. 9. D. 7. num. 15.

II. *Vox estis Sal: vos estis lux.* Bernardus usus prudenter utroque munere. Sal quo ad se, perpetuâ carnis mortificatione. Lux quoad alios insigniore charitate, lectione vitæ, vivâ morte, addictus cruci, orbis portentum, tamquàm exemplar virtutum. Ibid.

III. *Vos estis Sal: vos estis lux.* Indicatur quid fuerit Bernardus, & quomodo se gessetit & Prælatus & subditus. Prælatus, sui nullo modo, sed officij & nihil amplius. T.9. D.1. á n. 5. D. 5. n.13. Subditus, quasi nihil videret & audiret; cùm illum non spectaret. T. 6. D.3. à n.8.

Pro S. Augustino.

I. *Vos estis sal terræ.* Cor Augustini sal est cum insigni conditione. Sal in igne accipit motum & semper sursùm. Augustini ustum amore erat cor: & mortuum movetur exultans; quod vel post mortem informabat charitas. T.3. D.6. à n.25.

II. *Vos estis lux.* Non solùm in vita sed extrà, quidni luceret, dum eius cor alatum é pectore ab Angelo evulsum, crystallo inclusum, & stigmatibus Salvatoris impressum? Ibid.n.1.& 16.

III. *Vos estis lux.* Quippini, dum Augustinus charitate flammatus? Eius habet charitas & mortem & ignem & alas. Ibid. num.1. Mortem & alas? Sanè, ex charitatis igne. Mortuum cor ad expressionem Trinitatis non solum commovetur sed movetur. Ibid. & n. 10. Profectò excelsivæ flammæ insigne, movere immovile. á n.15.

IV. *Non potest civitas abscondi.* Sicut cor Augustini adinstar lucis, vel in tumulo non erat sub modio. Civitas supra montem Ecclesiæ collocata, adversus quam inermis & imbellis totius inferni hiscit porta: etenim corde Augustini, vel eius libro de Trinitate, pravi hæretici cadunt vel pereunt; de quibus peperit gloriosè victoriam & in vita & ultra vitam. Ibid. n. 16. & 20.

V. *Civitas supra montem posita.* Ibi vel mortuus erat vigil Augustinus, ut Cherub habens gladium ad introitum; ne audeat ingredi dogma pravum & hæreticum. Ibid.n.18. Ut Seraphim, habet ignem. n.1. & à n. 10. Cor eius ardet, inimicos arcet & catholicos defendit. à n.18.

Festa Septembris.

In Nativitate Virginis.

I. *De qua natus est Iesus*: ut per Filij speculum eius nativitatis cognoscatur prodigium; qua elucet Dei amplior maiestas, cœlo claritas, & hominibus utilitas. T. 8. D.3.

II. *De qua natus est Iesus.* Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cœlos innovavit, mundum purificavit, Paradysum aperuit; & hominum animas ab inferis liberavit. Ibid.

III. *De qua natus est Iesus*; ut etiam illa nasceretur nobis. De eius præsentia certabant sæcula; ut ex Aurora videretur Sol, & illa Virgo, de qua natus est Iesus. T.4. D.3.

IV. *Dequa natus* &c. Nata ut mundum redimeret, illuminaret, & ad vitam reduceret. Ibid.n.3. & T.8. D. 3.n.8.

V. *De qua natus* &c. Ex illa nascitur qui dolores delet & gratiam tribuit: igitur per illam illustrata natura (eius naturâ & conditione illustratâ) quandoquidem oritur decora, ornata perfecta, Dei delicium, pulchritudinis portentum, atque virtutum singulare theatrum. T.4. D.3. n.2. Vid. *Maria*, III.

Pro eius SS. Nomine.

I. *Nomen Virginis Maria.* Ostendit Virgo Mater vel in nomine dilectionis magnitudinem, Matris dulcedinem, & Reginæ potestatem. T.8. D.3.

II. *Nomen Virginis Maria.* Eius in cœlo est præsentia, in mundo memoria: ibi res, hic nomen; sed cum potentia & præstantiâ. Ibid.á n.8.

III. *Nomen Virginis Maria.* Illi fecit Dominus magna. Quanta, qualia, & quædam in Victoria Viennensi de Turcis eius Nomine parta? quamvis in terra non solum Virginis affuit memoria, sed & præsentia. Ibid. n.9. & 14.

IV *Nomen Virginis Maria.* An est Rosa, ut plantata in Iericho? Appositè Rosa dicitur arbor Mariæ; & adinstar Rosæ armata delectat, floret & vulnerat, allicit & percutit, trahit simul & pungit. Ibid.n.15.

V. *Nomen Virginis* &c. Sumptum profectò de thesauris divinitatis. Nomen cœleste, nomen dulce, cum novo modo præliandi. Quid quòd terreat Turcarum exercitum; cùm Tartarus tremat ad levem Nominis sonum. Ib. á n.11. Vid. *Maria* IV.

Pro Exaltatione Sanctæ Crucis.

I. *Oportet exaltari*, pro nostra gloria, ut videamus virtutes & trophæa. T.3. D.8. à n.8. Exaltata fidelibus clypeus, infidelibus gladius; vacuis eorum pharetris & sine ferro sagittis. Ibid.

Pro S. Matthæo.

I. *Sequere me.* Placuerat doctrina pridem Salvatoris Matthæo; sed sedebat tergiversans in Telonio. Tunc Christus accessit, & ad se vocavit; qui gementis audivit desiderium, & præibit acceleratione votum. T.8. D. 3. à n.8.

II. *Se-*

II. *Sequere me, & secutus.* Unde hoc? Mira gratia & vocantis insignis misericordia; dùm ipse qui sequitur se cognoscit & nescit. Ignorat Matthæus quod videt; quippe vel figmentum videtur aut somnium, quod homo qui in occasione diuturni peccati diutiùs sedebat, & tenaciter constiterat, sequi posset & volaret. T. 8. D. 4. à n. 5.

Pro S. Hieronymo.

I. *Vos estis*: qui non sicut vos, non sunt. Quid Hieronymus ut sit Sal, Lux, Sol. Sal adversus hæreticos, Lux in Scripturarum obscuritatem, Sol fulgidus per illarum expositionem. T. 3. D. 5. à n. 3. D. 6. à n. 16. T. 7. E. n. 21.

II. *Vos estis sal* &c. Tria in Doctore necessaria, quæ Hieronymus habuit: & excellentia. Intelligentiæ vigor in animo: sapientiæ splendor in verbo: iustitiæ fulgor in proximo. Ibid. & T. 3. D. 3.

Festa Octobris.

Pro Rosario SS. Virginis.

I. *Beatus venter.* Plausus iurè meritòque directus in Virginem, repandis labijs in eius salutationem. Nostra interest. Matrem videmus, matrem concipimus, matrem in patrocinium invocamus. T. 8. D. 3. n. 18.

II. *Beatus venter.* Propter hoc: *Ave Maria, gratiâ plena, Dominus tecum.* Laudabile canticum, quia in fructum flores, florent quasi lilium, dant odorem in gloriam, quippe frondescunt in gratiam. T. 3. D. 7. n. 17.

III. *Beatus venter.* Felicitas exprimitur mirabilis cum Mysterijs in his Rosis. Recoluntur affectivè reverenter & devotè Mysteria & tristia, & læta, & gloriosa. Caronata ac redimita salutatur violis doloris, rosis gaudij, lilijs gloriæ. Ibid. á n. 3.

IV. *Beatus venter.* Cuius? Nomen exprimimus: *Ave Maria.* De honore plaudimus: *Gratiâ plena.* Protectionem quærimus: *Benedicta tu*: quo rutilat Virginis salutatio, gratiæ salutationis largitio, atque potentis protectio. Ibid. à n. 1. Ubi alia ex Fulgentio.

V. *Beatus venter* vallatus lilijs cum opimis fructibus, salutantium animabus. Habent enim per Virginem morum candorem, cogitationum atque cordium puritatem, gratiam per encomium, contra insidiantes scutum, & post per coronæ flosculos, portam apertam ad cœlos. Ibid. n. 17. Vid. *Nomen.* IV.

VI. *Beatus venter* cum floribus erumpentibus in fructus, Matre cum gratiæ plenitudine, conferente triumphum in pugna dæmonum; aversionem criminum conversionem peccatorum; cœlumque pervium. Ibid. à n. 14.

VII. *Beatus venter.* Qui Christianorum scutum, & vibrat Rosas uti lanceas in Turcas Virginis Matris potestas; cùm sint Catholicis arma & scuta: Selim oppressit, virosque contrivit. T. 4. D. 3. á n. 12.

VIII. *Beatus venter*: ex quo per Rosarium fulmen in hostes animæ; quippe Virgo dæmones fugat, sagittis sauciat, vulneribus occupat, ut homines rupto criminis vinculo: egrediantur de peccatorum inferno. T. 3. D. 7. n. 14.

IX. *Beatur venter.* His vocibus flores in Rosarijs sunt; verùm non flos ubi sine fructu est. Rosarij & Virginis commendatur pulchritudo, sed sine vita pura, non commendatur laudatio; quipe ubi non filius, haud Rosarij fructus optimus: igitur degener perdit odorem virtutum, candorem morum, divinam gratiam, atque scutum in tutelam. Ib. n. 18. Adi *Maria*, IX.

Pro S. Francisco.

I. *Revelasti ea parvulis.* Quinam hi parvuli? Franciscus *Minor* & maior: Franciscus maximus & *Minimus.* His quæ abscondita à vanitate mundi, respectu cordis, in elevationem revelavit Pater cœlestis. De Minimo fusè. T. 9. à D. 3. Modò de Minore.

II. *Mitis sum & humilis corde.* Franciscus exponitur harum virtutum exemplar & iubar: insigniter floruit & humilitate & amore. Humilitas perfecta ex excessu mentis: amor eminens ex vehementia flammæ cordis. Excessus mentis, dùm præclara & insignia notantur ut imperfecta: vehementia amoris, quia in illo nescit, excessus an sit opus amantis. Præ amore obsequium summum libratur ut nihilum. Præ humilitate, non cognoscere cum tot splendoribus esse splendidum. T. 2, D. 8 à n. 16. T. 4. D. 4. n. 8, T. 7. D. 3. n. 7. T. 9. D. 5. n. 13. Vid. *Humilitas.*

III. *Discite à me.* Quid à Francisco discendum? Singulare prodigium. Summitas haud implicatoria, altissimæ humilitatis, ditissimæ paupertatis, ecstaticæ charitatis, ac denique sapientissimæ stultitiæ. T. 1. D. 6. n. 4. T. 7. D. 2.

Pro S. Placido & Socijs.

I. *Aduituri estis prælia.* Prævenit fama certamina; sed ad illa non turbantur, qui pro fide contendunt. Vulnera virtutis signa, cordis gaudia; constantiæ gloria: amoris flamma, virtus excitatur ad vulnera. T. 4. D. 2.

II. *Videte, ne turbemini.* Cor quod ad certamen prævenitur, non turbatur: imó stat insigniore virtute, cum tyranni dedecore. Despexit Placidus dolorem antequam veniret; & postquàm venit, prævaluit sine metu mortis, sine sensu sensibilis carnis & sine dolore in ipsa doloris acerbitate: trutinata pœnâ pondere gloriæ, pretiositate præmij, beatitudinis mercede, Patriæ cœlestis amore. Ibid. n. 5.

III. *Videte ne turbemini.* Haud vera virtus decertans, turbari potest in pugna. Nemo dolet de quo gaudet. Iucunditas in dolore; voluptas in vulnere, dulcedo in mortis acerbitate. T. 4. D. 4. n. 2.

Pro Sancta M. Theresia.

I. *Exierunt obviam Sponso & Sponsæ.* Unde si in alijs virginitatis insignia; sola Theresia plauditur Sponsa? Erat Mater, & Sponsa præcipua in ordinis mirificâ institutionem; quam aliæ cum lampadibus sequebantur uti Matrem: Illa una, columba, amica; quippe inter alias omninó perfecta. T. 4. D. 8.

II. *Sponso & Sponsæ.* Patet dilectio in Sponso ex Theresiæ singulari exercitio: officia & munera gerit cœlestium Spirituum in perfectionem; sed præ nimio amore magis æmulatur Seraphim. Ib. á n. 2.

III. *Sponso & Sponsæ.* Singulariter Sponsæ Sponsus contulit plausum, propter Theresiæ singulare votum. Charitas numquàm excidit: at si superiora videt, superiùs semper ascendit: vivit ut flamma, cogitat ampliora, sursùm spectat; celsiora & perfectiora desiderat: ut assequatur sequitur: plùs in summis concupiscitur: plus & plus, quousque mobile, irrequietum quiescat cor. Ib. & T. 3. D. 6. n. 1. & 13.

IV. *Sponso & Sponsæ.* Probatio dilectionis exhibitio est operis: & Sponsi cum Theresia singularis. Fecit illam

laborare in gaudio, atque gaudere in tormento. Ibid. à n.1. & 14. T.4.D.4.à n.1.

V. *Sponso & Sponsæ.* Pre amore, omnimodà similitudine. Unde dilectio cognoscitur? Theresia martyrium patitur. Martyrium profectò, mori & vivere: unde calix dulcis fit amarus; ac ex suavitate acerbus: iteraturque martyrium crudele; quippe amanti pœna gravis (ex dulcedine) sine passione & morte martyrium pati: propter dilectionem, promptum habere sanguinem in effusioqem: atque suspendi pectus demonstrare fidem. Martyrium sanè, ardore cordis pro Sponso mortem diligere; & sic stare & manere. T. 5. D.6. á n.9.

VI. *Sponso & Sponsæ.* Ut communicatæ passiones exponant similes. Hinc Theresiæ incendium ad singulare martyrium: scilicèt: *Aut pati, aut mori.* Ergo Theresia quúm moritur, nequaquàm patitur. Si mors malorum extremum, in morte non sentit extremum malum? Est gaudium illi summum malum extremum. Est pœna voluptas, dolòr suavitas; quippe de dolore gaudet, quæ tantúm de gaudio dolet. T.4.D.8.n.5.

VII. *Sponso & Sponsæ.* Sponsa constituitur amoris dulci tyrannide. Elucet. *Aut pati, aut mori.* Quid hoc? Dolere, aut potiri. Clariùs: *Aut pati, aut pati non posse.* In vita, dolor est, non posse pati. Ergo vel pœna, vel gloria. *Aut pati, aut mori.* Ubi ex morte gloriam solicitat; in doloribus sine morte, totam beatitudinem collocat: & ut hic etiam Theresiæ sit gloria; hic sine morte mortem desiderat pati. Ibid.n.9.

VIII. *Sponso & Sponsæ.* Nullum erga Sponsam in Evangelio dicitur Sponsi obsequium; verúm est maius studium. Illa quò minús exteriús dignata, magis glorioſa; quippe splendet maior amantis beatitudo, in solatij desiderio; a Sponso relinqui sine solatio: perferre dilecti absentiam, sustinere fugam, præsentem summà glorià contemplari; & præsentem non videre. Ibid. á n. 13. Præsentem scire, atque oculos fugere: quotidie gloriam expectare, verùm ad illam venire & non pervenire; plúsque pati expectando quàm pariendo. T.5. D.1. à n.8. D.3.n.14.

IX. *Media nocte* (ideſt In morte) *clamor factus est: Ecce Sponsus venit: exite obviam ei.* Exite? Quomodó motus in morte? Post mortem etiam Theresia Serapim servat officia. Quatuor immotæ ex sex alis, verùm binæ volant cordis. Ibid.n.2. Vivit in morte. T.3.D.6. á n.10. Movetur in centro sepulchri. T.5. D.6.à n. 17. Ut devotis faveat & clamantes protegat; confert velociter gratias, quippe amor eius non patitur moras. T.1.D.8.n.12.T.4.D.8.n.8. T.8. D.3.n.4.& 16. T.9. E. n.35.

Festa Novembris.

Pro Omnibus SS.

I. *Beati* &c. Et tot calamitatibus? Singulariter quidem. Elucet sui ipsorum triumphus. *Quid fortius illis, quibus tribulatio pro solatio, contumelia pro gloria, & inopia pro abundantia?* Ex Bernard. de *Divers.* serm.93.T. 4.D.4.D.5. Vid. *Labor, Tribulatio, Virtus.*

II. *Beati* &c. Hic etiam in pressuris; quippe in illorum cordibus gratia cœlestis, qua bona cuncta & ipsa cœlestis gloria. T.1.D.5.T.4. D.4.à n.2.

III. *Beati* &c. Unde? Acquiritur felicitas virtutum angore. *Venale habet Dominus regnum cœlorum. Emitur paupertate regnum, dolore gaudium, labore requies, vilitate gloria, morte vita, summa consolatio luctu.* Ibid. ex Augustin. in *Psalm.93.*

IV. *Gaudete & exultate. Beati, qui laberes in requiem, in refrigerium dolores, mœrores in gaudium commutarunt.* Ibid. n.1.

V. *Gaudete & exultate*; quia animæ fulgor, quod fuit labor, dolor & mœror: iucunditas, voluptas, tranquillitas, satietas, pietas, visio, filiatio. Iucunditas in dolore, voluptas in amaritudine, tranquillitas in turbatione, satietas in esurie, pietas miseratione, visio munditie, filiatio cœlesti pace. Ibid.

VI. *Gaudete, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*; ubi *libertas corruptibilis vitæ: amœnitas iucunditatis supernæ: dulcedo & suavitas visionis divinæ.* Ex Bernard. *sentent.* 39.n.2. Ibid.

VII. *Merces vestra multa in cœlis*: in quibus gratia hìc dignati sperant & invenient nuptialem præsentiam, familiarem gratiam, liberalem gloriam. Ibid.

Pro fidelibus Defunctis.

I. *Qui audierint vivent.* Verúm vera vita, quæ in gloria, differtur. *Quando differtur* (ex Beda) *spes æternorum, affligitur anima fidelium, vel pro dilatione bonorum, quæ amat; vel pro illatione malorum, quæ tolerat.* T.5.D.3.á n.1.

II. *Qui audierint vivent.* Animæ in Purgatorio affliguntur; quippe vivunt & dumtaxat gloriam audiunt, eadem causá contrariorum. *Sic spes* (ex D. Thoma) *in quantum habet præsentem æstimationem boni futuri, delectationem causat: in quantum caret præsentia eius causat afflictionem.* Ibid.à n.1.

III. *Qui audierint vivent.* Animæ vivunt, sed ob quod vivunt, acriùs cruciantur. Spes gloriæ, quæ doloris refrigerium, acuit vehementiam doloris: & augetur cruciatus per gloriæ pondus. Ibid. n. 7. Vid. *Purgatorium.*

Pro Virginis Patrocinio.

I. *Beatus venter.* Appositè plauditur, quippe etiam nobis est mater: eius in nos effulgurat pietas, Matris suavitas, Reginæ cum maiestate potestas. In pietate ostendit insignem magnitudinem; ut Regina, eminentem potestatem; ut Mater, singularem amorem. T.1. D.8. T.8. D.3. Sic hominum signanter Patrona & advocata: in illa, ex illa, & per illam nostra commoda. T.1.D.8.à n.9.

II. *Beatus venter.* Quorsúm Venter? In plausum Virginis est alia proles; quæ non ventris, sed cordis. Unicus Filius per naturam, alij per gratiam. Unus ex thalamo uteri, alij in pectore; quo gratijs fovet, parturit, & ut filios & charissimos cognoscit. Ibid. a n. 1. Filiorum non potest esse non mater, ubere amoris; cùm vel non suis ostendit viscera Matris. Ibid.n.3.& 12.

III. *Beatus venter*; & quia Mater nos beati. Afflictis accurrit, peccatores protegendo defendit, debitores solvit, creditores compescit, dolentibus auxiliatur: ac vulneribus medetur. T.8.D.3.à n.3.

IV. *Beatus venter.* Homo non eius filius, qui eius Filij non vixerit servus. T.1.D.8. n.12. nec in illa Matris munus, si non Filij, qui devotus. n.11. Patrocinium invocamus exhibentes adorationem; sed perperám; quia operibus non filiorum, haud sequimur uti Matrem. Ibid.à n.9. & T.8.D.3.á n.17.

V. *Beatus venter.* Notat Filium, pronum in Matris obsequium; per quam prævenit eius gratia afflictorum desideria, quæ exaudit antequam audiat, quin patiatur aliquando repulsam. T. 8. D. 3. à n. 8. Est refugium peccatorum (non peccantium) pro quibus de manu

iudicis avertit flagellum, fovetque gratijs, eruens à catenis dæmonis. Ibid.

Pro Monachis SS. Ordin. N.

I. *Ecce nos reliquimus.* Perfectio singularis, opusque præclarum spectabilis virtutis. Secum viventes non vixerunt secum, quum se abnegarunt; & sui non fuerunt, cùm essent sui; impossibilia pro cœli amore exequentes: nimirùm se odio perfecto amare, fugiendo sequi & simul persequi; in vita mori, in esse non esse. T.1.D.5.à n.14.& T.10.D.6.

Pro S. Martino.

I. *Lucerna* exponitur, *ut qui ingrediuntur, lumen videant.* Quid in Martino videndum? In morte & vita singulare miraculum. In vita, propter Christi gloriam mori velle; sed gladij tyranni suspensione non posse. In morte, cœli gloriam in introitum videre; & propter Christi gloriam ampliorem, non introire. T.5.D.6. à n.5.

II. *Vt qui ingrediuntur, lumen videant*, in pectoris mansuetudinem, ad peccantium conversionem; quandoquidem tolerantiá iniuriarum, constantiá laborum, & gratiá; traxit frugi inimicorum insidiantium devia corda. T.4. D.1.á n.6. T.8. D.1.T. 10. D.3. & D.5.

Pro dulciss. Gertrude.

I. *Sponso & Sponsæ.* Inter cunctas Sponsas dicitur unica in plausum; quoniam unicè continet perfectionem omnium. T.2.D.8.á n.1.

II. *Sponso & Sponsæ.* Gertrudis Sponsi cor triplici vulneravit sagittá. In corde Sponsæ accensus amoris rogus, animarum zelus, quo etiam humilitatis abyssus. Hinc Sponsum in cor traxit amoris cuspide. Ibid.à n.2. animarum zelo,à n.9. mirabili humilitate, à n. 15. Adi *Amor, Humilitas, & Christus*, II.

III. *Sponso & Sponsæ.* Nulla inter utrumque discretio. Gertrudis unus Spiritus erat cum illo. Vixit quoad Deum, summo amore: quoad proximum, vigili solicitudine: quoad se, profundissima humilitate. Ibid.

IV. *Sponso & Sponsæ.* Sponsi Gertrudis miræ deliciæ. Videbat in eius corde amoris theatrum, charitatis obsequium. Ita traditio cordis Sponso placuit, ita presit, ita vinxit, ita rapuit; ut in eius pectoris habitaculum transiret. Ibid.à n.7.

V. *Sponso & Sponsæ.* Ita dilectæ ut Sponsus ei studeret blandiri, Vidit Sponsa dilecta, amatia dulcissima inter brachia Sponsi in somnum amplecti, in sinu foveri, curà ac studio custodiri. Ibid.á n.13.

VI. *Sponso & Sponsæ.* Visa in huiusmodi exaltatione, præ excellenti humilitate; quæ quidem summa: igitur eius nulla maior excellentia, quàm Christum in pectore habere, & se peccatricem dicere: gratiam continere singularem; & gratiæ ignorare perfectionem: stigmata Iesu in medio portare cordis; & sese indignam iudicare telluris. Ibid à n.16.

VII. *Sponso & Sponsæ*, cuius studium amoris amando non dicere obsequium. Simul officij ampliorem demonstrationem, iudicare pleni amoris plenam non esse fidem: nihil ultrà posse dilecto facere & perficere; & amori nihil totum videri. Ibid.n.19.

VIII. *Sponso & Sponsæ*, eius amore saucia. Vulnerata erat non solùm sagittis charitatis; sed etiam vulneribus Salvatoris: ex communicatione dolorum, insigne illustre gratiarum; cùm sit inter utrumque unum cor, & unum quid. Ibid.& T.4. E.n.2. D.1. n.1. D.2. á n.1.T.5.D.3.n.4.T.6.D.8.á n.8. Vid. *Gertrudis.*

In Præsentatione Virg.

I. *Beatus venter.* Singulare prodigium! Mater ad templum! Vel ex tunc illa est de qua natus est Jesus: portentum gratiæ, numquàm fulget Aurora (quantumvis in ætatis tenebris) sine Sole. Plantatur in domo Domini arbor pulcherrima, felix & beata; quæ ex tunc, conceptione Christi in corde, iurè planditur vel in terra Cœlum Cœli. (Vid. *Maria*, I.) T.1. D.7.à n.10.T.5.D.1.n.4.

Pro Sancta Catharina.

I. *Sponsæ* plauditur triumphus, ac extollit Sponsus: iccircó ex victoria *clamor factus.* Victricem fecit Catharinam vitæ casus; sed victori cruciatus victrici-virtus. T.8.E.á n.1.Pectus in illa virile: cui pro Sponso dulce, pati; ardua adoriri; gloria vulnerari, triumphus mori. T.4.D.2. Super se se levavit, & à terra in cœlum, ab infirmitate ad robur, per sexum fragilem in animi celsitudinem. Ibid.

Festa Decembris.

In Conceptione Virginis.

I. *De qua natus est Iesus.* Universum Conceptionis decus, quia Jesus ex illa natus; igitur novum spectaculum, quod eius esset uteri antequam esset: quòd esset Genitrix antequám genita; & ante suppositum gratiæ, luceret gratia. T.1.D.7.à n.10.

II. *De qua natus est Iesus.* Prodigium totius articuli, ad gratiam in primo instanti quod ut Aurora, Luna & Sol luxerit in Conceptione. Ut Aurora, à n.5. Ut Luna, n.11. Ut Sol,á n.14.

III. *De qua natus est Iesus.* Hoc principium; atque gratia, primi instantis privilegium. A Domino factum quod est mirabile in oculis nostris, in singularem commendationem Matris; Purissimæ ex corruptione, ac Intemerata ex infecta radice; in conditione naturæ, sine acceptæ naturæ conditione. Ibid.

IV. *De qua natus est Iesus.* Ut eius Conceptionis dies esset lucis, exaltationis, & exultationis: igitur concepta in hominis natura, sed sine naturæ macula. Dies lucis splendore gratiæ. Exaltationis, quippe in primo instanti. Exultationis, quia flos pulcher ex vitiata radice. Ibid.à n.3. Fuit novus Paradisus plantatus à Domino per gratiam, & á principio, ut clareret splendor singularis gratiæ non solùm in gratiæ nitore, sed in tempore: non solúm quia ramus insertus contra naturam; sed quia ex primo tempore gratiæ demonstravit gloriam, florens frustratà radice, ab ipsomet primo animationis instanti. Ibid.

Pro S. Ioanne à Cruce.

I. *Lucernæ ardentes in manibus vestris.* Lucerna Ioannis in superiorem illuminationem, Crux quæ nonnumquám in manibus atque in mente, fulgens fuit & amore & dolore. Est penavoluptas: in delicias cedit cruciatuum acerbitas. Cruce premititur, ni nulla premitur cruce: & cùm crux maior sit mors; crux mortis illi non crux. T.4.D.8.n.5.

II. *Lucernæ ardentes.* Ita cor Ioannis. Crux mors, amanti mori velle, sed non posse: vulnera diligere & sic manere: in dilectum volare, & cursum à dilecto cruce suspendi. T.5.D.6.à n.5.

III. *Lucernæ ardentes*, sunt in pectore Ioannis anxietates. Crus lucebat in mente, ardebat in corde. At quomodo crux amara, si gloriosa? Gloria amanti, dilectum quærere, & relinquit pulsare & non respondere: petere, & nihil accipere; in recessu dilecti non recedere; nec relinquere, & relinqui. T.4.D.8.à n.14.

IV. *Lucernæ ardentes.* Inter splendores dolor suavissimæ crucis. Patitur anima, Deo familiariter iuncta; & spiritus in ariditate extrema: igitur summum tormentum, Deum eximio amore quærere; & nec amore invenire: amare intensiùs dilectum; seque videre quasi ab illo derelictum: & ubi solicitat cupitam delectabilem faciem; pati præ tristitia, dolorem super dolorem. Ibid. & T.5.D.1.n.3.T.8.D.1.

In Expectatione Virg.

I. *Concipies & paries.* Gaudium etiam, atque simul desiderium: gaudium Virginis continet pectus, ut fruatur quod continet totus mundus. T.5.D.1.

II. *Concipies & paries.* Est spes beata, spes simul expectatio; atque in expectatione beatitudo. Si posit conceptum esset fructus incertitudo; spes sed non expectatio; beatumque in partum dicitur Virginis votum, quippe desideratur quod habetur: estque præter spem expectatio gloriosa; quippe expectat in lucem continens gaudia. Ibid.n.10.

III. *Concipies & paries. Quis mihi det te fratrem meum, ut videam te foris?* Cruciatur ut pariat. Quorsùm exoptat quod habet? De quo inquirit, si non perdidit? Videre ut fratrem foris. Desiderat extrà, quod continet intra viscera. Ibid.à n.1.

IV. *Concipies & paries.* Ut floreat virga Aaron, quæ, huius miraculi signum, fuit introducta in Sanctuarium cum fructu spectabili divinæ prolis; ex quo dignitas maiestas honorque verissimæ Genitricis. Ibid. à n.4.

V. *Concipies & paries.* Maternitas & Virginitas: extremorum societas & singularis honor orbis stupor, novitas novitatum & supra cuncta mirabilia novum. Ibid. & T.5.E.à n.5. O miracula! O mysteria! Naturæ iura mutantur. Virgo sine viro gravida, Mater & Virgo. Virgo semper clausa, sed non infœcunda. T.1.E.n.15. D.6.n.13.T.5.D.1.à n.4.

In Nativitate Domini.

I. *Habitavit in nobis* Deus Homo. O mira & inexquisita compago! Qui immensus est, capitur: divites constituens, pauper efficitur: incorporeus carne vestitur: invisibilis videtur; & incomprehensibilis angusto in præsepio collocatur. T.1.E.6.n.13.

II. *Habitavit in nobis.* Videtur maiestas quæ in cœlo clausa: pendetque à lachryma & fletu eius, expulsio fletus: à pœna gloria, à morte vita: unde illo nascente habitavit gloria in terra nostra: igitur qui habitabat in cœlo, sit homo visus est mundo, quo homo surrexit, & gratia floruit. Ibid.à n.5.

III. *Habitavit in nobis*, propter nos homines ac vehementiâ charitatis: igitur nascens, visus est miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus. Ibid.& T.7.D.2.

IV. *Habitavit in nobis.* Novo ordine & nova nativitate. T.5.D.2.n.4.

V. *Habitavit in nobis*: propter auctoramen hominis apparuit sine decore, sine claritate, sine decentia atque maiestatis formâ. Pauper venit ad illam, qui plenè dives: humilis qui præcellens: egenus qui magnificus: exigeus qui magnus: terrenus qui cœlestis: abiectus qui sublimis: habeturque pro gloria; quia summa eius amoris, gloria & maiestate in præsepio carere, modò consistant in homine. T.7.D.2.n.5. Vid. *Christus* IV.

Pro S. Stephano.

I. *Ecce ego mitto ad vos*, &c. Ut inter vos impulsa crudelitatis emineat Stephanus; cuius vel à vobis infrangibilis virtus. In certamine propter eximiam virtutem corpus exhibuit lapidibus tamquàm lapidem. Huius erat fortitudo, non natura; ut in carne plùs emineret victoria. Lapis non movet, vulnera ex illis non sentit: imò pugnat, pugnaces debellat, triumphat, sine ulla doloris demonstratione; quasi lapidum ictus fierent in lapide. T.4.D.1.n.5.

II. *Ecce ego mitto ad vos.* Particula *Ecce* aliquid novum demonstrant in admirationem. Stephanus lapidatus, est rosarium paradisi; quia lapides uti rosas in coronas sibi plexit, Saulum in cæcitatis aversionem & eversionem pupugit, eius animam suscepit, in cœlum adduxit & Christo tradidit. Ibid. á n.6.

III. *Ecce.* Singulare theatrum, spectaculum mirificum; natale in hunc mundum Salvatoris & natale ex hoc mundo Protomartyris. Utroque in articulo ostium apertum in cœlo; quia descendit in terras Deus Homo. Iàm Christus aperuerat cœlorum portam, ut Stephanus cœlestem intraret aulam; quippe ad ostia occurrit introitus, cùm è terra Stephanus videret cœlos apertos. Ibid.á n.2.& 12.

Pro S. Ioanne Evang.

I. *Hic autem quid?* Myrtus illustris & florida, plantata in Ecclesia: igitur uti in Myrto mystica videmus cœlestia terris ostendere, futura prædicere, venena premere, & sine morte mori. T.5. D.6.

II. *Hic autem quid?* Cherub Dei, iubar cœli, aquila cœlestis, &c. Ibid.n.19.

III. *Hic autem quid?* Insignitus, dilectus & dignatus. Dignatus Christi latere; insignitus munere, dilectus singulari amore. Ibid.

IV. *Sic eum volo manere*, & moriendo atque vivendo præ amore; cuius gladio sine sanguine vellet pati, sed minimè posse: cui dira mors, velle sed staro sic. Ibid.& T.5.D.6.n.14.

V. *Sic eum volo*, &c. Quid ex *Sic*? Martyrium pati, quia non patitur martyrium; passus sub cruce & sub cruce amoris passus. Ibid. Stetit uti Sol sub regimine Iosue. Minimè staret sine miraculo: sicque Ioannes manendo acri addicitur martyrio; etenim amanti altissimum vulnus ingerit, quód cæteris ad palmam currentibus, in cursu sine cursu sic staret. Ibid. n.6.

VI. *Sic.* Quid *Sic.* Esse candidum & rubicundum passione & charitate; ut innotescat tormentum; per ingeniosum à charitate martyrium. Ibid. á n. 11. Vid. *Ioannes Evangel.*

Pro SS. Innocentibus.

I. *Occidit omnes pueros.* Nati martyrio, non seculo; quia Christus eorum dux suis dedit militibus potiùs triumphare, quàm vincere: priùs ornari coronis

quàm

quàm membris : priùs inſeri divinis , quàm humanis; cœlum poſsidere , quàm terram. T.9. D.2. à n. 1. In eorum corpuſculis non erat vulneri locus;ſed vulneribus prævaluit & fulſit inclyta virtus. Priùs cœperunt militarè , quàm vivere : priùs pugnare , quàm ludere: priùs venas ſanguine vacuare, quàm ubera ſugere;aecipientes priùs vulnera,quàm oſcula. Ibid. n. 2.

II. *Vox in Rama* (ideſt , in excelſo) *audita eſt*, quippe in cœlo coram Agno illorum rutilat ſanguinis candor in veſtibus : palma in manibus ; atque corona in capitibus. Ibid.n.4.

III. Infantium *audita ex vox*;quia in labijs eorum diffuſa & perfecta gratia : quorum vulnera Salvatoris fuere Nativitatis indicia. Ibid.

IV. *Audita eſt vox* verùm perfectionis fuit. Ab initio eorum vocis perfectio ; atque finis perfectionis à principio. Ibid.à n.10.

V. *Vox audita*, quippe illorum lingua floruit tacitá eloquentià : & labium electum , quippe voces infantium : quæ quidem erant voces diſertæ ; gratioſæ, pretioſæ & glorioſæ ; utpotè lingua Angelorum ex ore infantium. Ibid.n.14. Vid.SS. *Innocentes*.

INDEX GENERALIS RERUM ET VERBORUM.

Prior numerus paginam , poſterior marginalem ſignat.

A

ACCIDENS.

Sine ſubiecto , & econtrà. 518.53.

ACHILLES.

In eius ſcuto quodnam ſtemma? 224.14.

ADAM.

Fabula Hebræorum, de dæmonibus ab illo genitis. 6. 12. Quæ uxores Adami fictæ? 39.9.

ADVOCATVS.

Vid. *Cauſidicus.*

ÆGYPTVS.

Quid apud Ægyptios munus Horoſcopi? 3.5.Quid Agnus ignitus? 474.7.

ÆTHIOPS.

Albos homines arbitrantur deformes , & vocant dæmones. 168.21.

AFFECTIO.

Statera doloſa. 117. 3. & 7. cæca , & obcæcata. 1. delira. 2. eius iudicium phantaſticum.4. phreneticum. 5. Affectioſi extra ſe ſunt. 6.

AIAX.

Eius corpus cuiuſnam conditionis? 61.10.

ALBINVS.

Imperator , unde ſit dictus? 195.11.

ALEXANDER.

Magnus,gemma eius miræ conditionis. 43. 2. 110. 14. 626.6.

AMBITIO ET AMBITIOSI.

Eius filiæ.439.10. Radix malorum, periculum,horror , crimina , & error. 421. 1. conſtituit homines amentes,& attonitos. 2. finis eius ſine fine. 3. etiam pota,ſitibunda.4. ingrata, ac fidem averſa.9. non ſopitur ambitus , nec quieſcit; ſi datur ulteriùs. 15. artes eius. 11.cur ſimilis igni,& diſsimilis? 11.ambitio ſpecie virtutis. 127.1.fingitur modeſtia in flagitia.3.

Ambitioſus : adepto honore ab ambitioſo, principatur ſine freno. 127. à 2. Quomodò in mundo, & in inferno ? 9.Adorat in adorationem. 10.Quanta embolia pro obtinenda dignitate ? 12.Propter quæ cupit , dæmonem adorabit. 421.2. eius mores ſequitur. 4. quomodò? 7. cupiditatem cupit , & ambitum ambit. à 5. Ambit cuncta , & quærit alia,imò impoſsibilia,apprehenſione imaginariá.á 7.Quomodò mentis error, creditur honor.9.Ambitioſus totus ſcelus.16.ſentina criminum,ſeminarium contentionum.à 17.Eius vitæ deſcriptio.18. Plús ambitioſus, qui teterrimus. Ibid. & ſummé,qui plus indignus. 431.8. Nihil illi nefas. 120. 12. Plerumque perfidus , & malignus.116.14. Mores pleni falſitatis. 131.13. Vitia deaurat,& dignitate demonſtrat.14. ſynceritas in vafritiem. 17.diſcrimen inter ambitioſum, & avarum. 120. 12. Vid.*Amicitia* & *Perfidia.*

AMERICA.

An in illa natus Noé?585.10.An decem tribus illùc tranſierint?9.coniunctur æ.10. An ibi Chananæi expulſi à Ioſue? Ib.Quis illorum Deus Vitzilipuzli? 11. ſigna Hebræorum ibi ab AA. ficta. Ib. Unde Americorum cultus ſimilis ritibus Hebræis ? Ib.

AMICITIA.

Inter homines nulla,vel falſa. 111.1.nonnumquám fluxa. 10. inter illos de firmiore, vana ſpes. 13. firma per heliotropium ſignata ; innoteſcit , ſi amicum calamitate,cognoſcit. 6. valet arte,qui dirigit odij ſpecie. 9.ingenium eius cognoſcitur,ſi amicus amici fugá ſervatur.8.amici triumphus,ſi ſervatur amicus.9. quærenda amici commoda. 11.non fortuna ſequenda,ſed amicitia. 12.pericula amicitiæ fortuna comite. 12.difficilis eſt inventu. 111.1. ſedet intimè cordi , à dignatis deſeri.3.& 13. quibus maius officium , citiùs recedunt. Ib.pravorum amicitia tendit in odia. 411.13.plerumque perfida.438.8. quantum dedecus ! 116. 14. ars in perfidiam,& dolum.2.Vid.*Perfidia.*

AMOR.

Cur difficile,& facile dicere,quid ſit amor ? 465.1. Cur ſignatur ſimul dulcis,tyrannus,atq; crudelis ? 247. 6.343.8. Cur dictus maximus dæmonum? 121.1 non patitur moras.597.35. amoris ira gravis.581.1. læſus amor,furor. 695. 12. pravitas elucet cauſæ , quæ formatur ab amore. 544.14.ſcrutinium amoris ſine ſcrutinio.465.1.amori ampliora obſequia videntur nulla. 276. 8. illi dolori , impediri benefacere. 11. vulnus amantis, dúm privatur obſequijs. 6. non videtur potiri, ſi quo potitur, ab amante non videtur.312.13. deſiderat dilecti præſentiam.à 8. 323. 14. lactatur ſpe. 1. pi-

pigritia illi videtur præ flamma, quæ pernicior diligẽtia. Ib. amor in vinculis. 247. 6. Quare eius facies cum larva leonis? 539. 2. notæ amantium. 463. 1. ubi summa dilectio, amoris non quæritur ratio. 6. stemma eximij amoris, de se nescire. 7. quomodó voluntas ad amorẽ cæcé videat? 8. propter amorem corda convertuntur in ea, quæ colunt. 36. 2. amor summus, si dilectus dilectionis indignus. 468. 9. si recipit iniurias, & refert gratias. 13. amore in Deum non formidatur formidabilis mors. 708. 14. ubi regnat amor; de dilecti doloribus summus dolor. 547. 1. Cur amor virgis roseti respondet ingratitudini? 6. Quinam, & cuiusnam conditionis flos amoris? 700. 8.

AMOR PROPRIVS.

Eo homines phantastici, & volatici, desipientes quo magis sibi supere videntur. 599. 1. scena phantasiæ, sine vestigio iudicij. Ib. Quare intolerabiles sunt? 2. ventiloqui & prompatici. 3. in sui dilectione ignorantia sui, & error irrevocabilis. 4. multiplices miseriæ ex huiusmodi amore. 6. & 16. unde cæcus amor? à 8. maiora vulnera ex vulnerum ignorantia. 10. delitia. 11. unde delicium, maius tormentum? 12. sui obsequium sibi est odium. 15. convertit amantes in dæmones. 45. 5. mors est. 6. qui perciti proprio amore, á cunctis, & in cunctis cogitant lædi. 628. 6. magna sui cogitatio, cogitationis irrisio. n. 10. eius scientia summa stultitia. 58. 4. Vid. *Philautia*, & *Merita*.

AMOR CHRISTI: Vid. *Christus*. II.
AMOR PROFANVS: Vid. *Venus*.

ANACAMPSEROS.

Herba, cuiusnam conditionis? 101. 1.

ANGELVS.

An loquantur? 146. 10. Quomodò, & cum discrimine linguæ hominum? 11. An lingua illorum multiplex? 12. Quodnam in illis desiderium divinæ visionis? 307. 44. Cur de Angelis numquàm dicitur sedere? 374. 30. Vid. *Lingua*.

ANIMA.

Quæ dicatur animarũ resurrectio? 78. 6. transmigratio illarum Pythagoræ delirium. Ib. convertitur anima in ea, quæ diligit. 36. 2. Quænam hostium animæ sagittæ? 540. 3. summus dolor animæ dilectum quærere, & non invenire. 9. Vulnerum animæ, medicina vulnera. 263. à 1. Vid. *Peccator*. Per infirmitatum plagas, inest salutis felicitas. 5. Quomodò ex vulnere vivificatur? 9. exit afflictione, ex peccati servitute. 10. per tribulationum plagas, animæ trina libertas. 11. signum sanitatis, si in illis voluntati Dei conformis. 12. Compescit insolentem animum, iudicium futurum de animabus subditorum. 390. 9. *Purgatorium animarum*. Vid. *Purgatorium*.

ANTIPODES.

An sint, olim ambiguum. 500. 12. Sunt. 13. Qui dicantur Periœci, Antœci, & Antictones? 12.

APES.

Cur arcebantur à sacris? 184. 3.

AQVA.

In ea analogia Trinitatis, & quomodó? 205. 9.

AQVILA.

Cuiusdam messoris historia. 348. 21.

ARBOR.

Arbores aureæ in templo Salomonis. 665. 22. Arbor Vespasiani. 96. 2. non est plantatio sine usufructu. 658. 8. grave, quòd fructus cedant in commodum inimici. Ib. acceptiones plantationis, & evulsionis arborum. 7.

ARCA FOEDERIS.

An in templo secundo? Vid. *Templum*. An tempore Christi inventa, & in templum deportata? 670. 34. spelunca, in qua à Ieremia abscondita, ubi & quibus prodigijs illustrata. 35. An apparebit Antichristi tempore, & erit hierotheca Eucharistiæ? 37.

ARCHIMEDES.

Quis, & eius artificia mathematica. 254. 5.

ASTRA.

An corruptibilia? 529. 82. sint fixa, non vaga. 87. non sensitiva, nec rationalia. 88. unde clariora; vel obscuriora? 90. Vid. *Stella*, & *Signa cœlestia*.

ASSIDÆI.

In lege veteri milites, & quorsùm? 222. 10. An ex Essenis, & Rechabitis? 11. Eorum vigiliæ intra, & extra templum. 13.

ASYLUM.

Non flagitiosis erant Priscorum asylà. 665. á 23. Statuæ Principum olim asyla, sed quare abolita? 24. frequenter luci templorum, asyla. à 25. non omnia templa erant asyla. 27. An debeant minorari? 28. Quid in asylis peragant criminosi? Ibid. nova crimina, ad quæ nefarij abuuntur immunitate Ecclesiæ. 30. remedia in abusum. 31. sacrarium inter Hebræos, imò totum templum erat asylum. 27.

S. AVGVSTINVS.

Eius tessera charitas flammea. 201. 1. eius cor mortuum alatum, & avulsum per Angelum è pectore, crystallo incluſum, & stigmatibus Salvatoris insignitum. 1. & 26. ad expressionem SS. Trinitatis movetur. 1. Hæretici coram illo vel cadunt, vel pereunt. Ib. & 16. Est Cherubim. 18. imò Seraphim humanus. 2. & 13. Cur dictus Ecclesiæ Seraphim? 10. Cur flammæ similis? 2. & 15. Cordis eius flamma, universa mirabilia. 1. amoris eius insigne motus immobili corde. 15. cor eius ardet, inimicos arcet, & Catholicos defendit. 18. & 19. flagellum hæreticorum, & bipennis. 25. Quomodó de illis pariat victoriam, & in vita, & ultra vitam? à 20. vel mortuus vigilat. 19. mysterij Trinitatis contemplatione, rapiebatur extra se. 10. Quænam, & unde vox in Augustini corde? 12. virtus cordis eius post mortem. 22. etiam tunc ei ineſt motus. 23. Quare cor eius dicitur Sal? 25. & Liber? 26. ex quo mortuus? Ib. habebat in corde imaginem crucifixi. á 26. eius liber de Trinitate coram expansus, fulminat hæreticos. Ib.

AVGVSTVS.

Imp. eius insigne facinus in hostem. 689. 14.

AVLA.

In illa ridentur merita, & adorantur commoda. 434. 1. Quid sit aula? Ib. & 5. Aulicorum merita, flagitia. 4. Quàm misera illorum vita? 5. mores illorum. 10. Quæ vitia illorum ambitionis germana? Ib.

B

BACCHANALIA: Vid. *Eucharistia*.

His in diebus homines mala sua adorant. 569. 1. Regnat gula, luxuria ovat, insania triumphat. 2. Insanus, qui non insanit. 1. Dementia cognoscitur, & tamquàm prudẽtia plauditur. 3. Simulatur furor, sitque maior. 4. In has insanias, quæ sapientia in Eucharistia? 6. Si anima fugit, totum evanescit. 7. Per Eucharistiam quicquid plauditur, teritur. 8. In hostes animæ per illam retorquentur sagittæ. 9. Exponitur Eucharistia, ne furentiũ debacchentur embolia. 10. Quænam in diebus istis Eucharistiæ prodigia? 11. Mundi panis fallax, cœlestis verò in delicola verax. 12. Futile, quod mundus ostẽ-

Rerum & verborum.

ostentat, quasi cœleste; quia deliciæ verè illecebræ. 13. & 15. Eucharistiá evanescunt mundi gaudia. 14.

BAGATELLA.

Quis fuit, & quid modò? 89. 32.

BAPTISMVS.

Triplex modus in unico. 301. 32. Cur mare symbolum sacri Baptismi? 29. Quid Baptismus communis inter Hebræos? 27. Intuitus Ethnicorum in Baptismatibus? 28. Cur eligebant mare? 29. Quid lotio manuum in sanguine? 35. Ad amicitiam signandam, usus Baptismatis interillos. 36. Baptismata quare dicantur defunctorum suffragia? 31. Baptismus lachrymarum. Vid. *Lachrymæ.*

S. BENEDICTVS.

Cur designetur Imperator Monachorum? 195. 11. In utero matris, & cœlo, & mundo spectaculum. 12. Sanctificatus in utero. 13. Idem cum sorore, eadē mens, eadem voluntas. 1. In utero matris utriusque musica quàm nova, & Numini accepta! 2. Quæ, & quanta utriusque ex musica gratia? 4. Quantum miraculum, & ex quo? 5. Cur dicuntur Sol, & Luna? 2. Unde perfectio musicæ utriusque? 6. Ad Dei laudes in voce musicæ sine voce. 7. Fuit canticum novum. 8. vox mirabilis. 9. Ex huiusmodi cantico illorum elucet divina electio. 9. Et sanctificatio in utero. 10. & 13. Qua gratia utriusque musica, & audita, & non audita? 14.

BENEFICIVM. Vid. *Gratia*, III.

BRIZO.

Quæ Dea? 87. 25.

C

CABALA: Vid. *Hebræi.*

CADAVER: Vid. *Sepulchrum.*

CÆSAR.

Iulij Cæsaris apophthegma. 429. 3.

CALATRAVA.

Vid. *Raymundus.* Ordo equestris ab illo institutus. 219. 1. Ordo institutus. 2. Singularis, & plausibilis. 9. Sub Regula S. Benedicti. 10. Cur ordo mirificus? 11. Exemplar in Assidæis. 10. Monachi galeati, & milites Monachi. 12. In claustris se, in castris hostes vincebant. 13. Illorum ex choro carmen, arma validiora in hostem. 14. Quomodó vigiliæ illorum intra, & extra claustra? 13. Unde militia cœlestis? 16. Extra prælia, arma nec visa. 12.

CALIGVLA.

Eius crudelitas. 701. 9.

CAPTIVITAS: Vid. *Hebræi.*

CARNISPRIVIVM: Vid. *Bacchanalia.*

CASPIÆ PORTÆ.

Illarum montes an sine tramite, & quo prodigio? 583. à 4. Quid portæ Caspiæ? à 5.

S. CATHARINA SENENSIS.

Cibus eius, panis Eucharisticus. 477. 13. Hoc cibo cognoscitur quàm dilecta! 14. Quantum miraculum! 13.

CAVSIDICVS.

Vid. *Rabulæ.* Mali ferè patroni malarum causarum. 479. 1. Ducit impiorum potentia, ut defendat technis crimina. 2. Pravi, dæmones forenses. 7. & 18. Studia illorum in malitiam, & embolia. 8. Discrimen inter studia malitiæ, & malitiam studiorum. 9. Arrogantia & vanagloria. 10. Quinam causidici in concilijs Hebræorum? 11. Qui Rabulæ, causas non defendunt legibus; sed opinionibus. 15.

CHORVS.

Vid. *Oratio.* In eo vox mentis est forma vocis. 171. 1. Potentiæ dicandæ Deo, ut sit decora laudatio. 2. Non in Dei canticum, quæ sola vox in voluntate labiorum. 9. Quo tenore vocalis oratio habenda? 15. Eloquium syllabatum deridiculum. Ib. Voces in choro neque theatrales, neque infantiles. 15. Voces sunt arma bellica. 224. à 14. In scuto Achillis, chorus Ib.

CHRISTVS.

I. Homo ex sola Matre. 8. 16. 57. 3. Homo Deus. 22. Cur dicitur Filius Patris? 23. Quare filius hominis? 21. Æterni filius Patris, antequàm Virginis. 313. à 3. In duplici natura una persona. 315. 7. Quo prodigio? 8. Quo sensu Christus ex Patre, & Spiritu Sancto? 12. Unde verè sine patre, sine matre? 313. 3. Honor eius, quòd filius Patris, & filius Virginis. 14. Cur Christi constitutio, novus dicatur generationis ordò? 5. Quare arcanum Sacramentum? 4. In eo gratia singularis gratia unionis & gratia capitis. 233. 16. Quænam in eo prævenciones dulcedinis, & gratiarum plenitudo? Ibid. Aperuit cœlum clausum. 329. 15. Christi regnum conversio Gentilitatis. 376. 35. Quæ in Christo dicatur maiestatis expectatio, etiam sedente ad dexteram Patris? 305. 40. Quomodó ut iudex venturus in gloria corporis? 41. Sedes eius in Patris dextera, omnimoda gloria. 376. 36. Cur dicitur thronus honoris? 38. Cur sedes propriæ maiestatis? 39. An Apostoli cum illo sedebunt, & orbem iudicabunt? 26. *Venturus* nomen est Messiæ. 596. 33. Quàm potens dæmon, antequàm Christus veniret! 152. 24. Qui dicantur fratres eius, & sorores? 21. 45. Quando, & quo intuitu aqua & sanguine baptizatus? 302. 33. Unde verè Baptismus sanguinis in corpore Redemptoris? 37. Sacerdos, & victima. 36. Semper excepto Phase, ad mensam sedit, numquàm que discubuit. 371. 23. Duos Christos finxerunt Rabbini. 495. 2.

II. *Amor Christi, & gratia.* Non defecit neque in morte. 576. 4. Amavit propter amorem. 470. 14. Provocat in redamationem. 17. In homines quàm misericors? 554. 4. Instantia in conversionem animarum. 325. á 1. & 10. Instat, etsi repellatur. 2. Eius amor in peccatores quantus! 566. 14. Ex ardua horum salute, cognoscitur restituta à Salvatore. 20. Per gratiam singularem, & in quo singularitas huius gratiæ? 327. 10. Plus uti medicus animarum extollitur, quò plùs æger desperatur. 1. Quantus in conversionem peccatoris. 9. Eius diligentia, ut à servitute dæmonis, ac vitiorum liberetur anima. 7. Intensissimus amor pro hominibus. 298. 25. Nihil illi præamore videtur, quicquid factum. 26. Hosti converso in amicum, confert regnum. 689. 16. Cur dicitur flos amoris? 700. 8. Unde erga homines eminenter sublimis (705. 5. Occurrit morti pro inimicorum salute. 7. Favet ingratis. 567. 18. Amor in hostes quantus! 688. 12. Unde mirabilis, & excelsus? 13. Hominum corda à se tracta, detrudit in libertatis vincula. 688. 11. Quantum charitatis ingenium pro libertate hominum? 247. 8. Potitur voto, vel pereundo. à 9. Contendit cum homine, ut exeat à dæmonis servitute. à 10. Habet insignem coronam propter servitutem voluntariam. 11. Excellentia eius amoris, atque singulares proprietates. 465. à 1. Certamen inter eius rationem, & voluntatem; & quænam studia in amoris studio? á 3. Quisnam eius modus sciendi, & nova amoris schola? 4. Ratio eius subiecta rationi amoris. 5. Excessivè amavit; quippe ad amorem nullam rationem invenit. 8. & 13. Unde novus & insignis amor? 6. Quænam eius flamma ad trahenda corda? 10. Homo amore indignus ab illo dilectus. 9. Fugientem

appre-

apprehendit, & ad se traxit. 11. Proditorem sciebat, & amabat. 12. Malis miseretur in amorem, ut amore expellat mala. Ibid. Plùs crevit flamma pectoris, fine spe redamationis. 15. Quo magis læditur, pleniùs in gratiam diffunditur. 13. gratia eius ad cunctos extensa. 486.4. Tota eius gloria, hominibus gratia. 73. 6. Eius gratiæ velocitas. 554. 4. Gemitu hominis, aperitur ianua pectoris. 5. Quanta ad gratiam cordis promptitudo! à 8. Ante desideria & cogitationem prævenit vota. á 9. Unde æstimabilior, quo maior in homine resistentia? 688. 11. Quantá excellentiá pietatis respondeat ingratis, & inimicis? 700. 8. In quo eluceat gratia mediatoris? 73. 5. Eius amorem mors non vicit; sed probavit. 706. 8.

III. *Christi conceptio.* Vid. *Incarnatio.*

IV. *Christi nativitas.* Quanta in ea mirabilia! 244. 11. Quæ visa in cœlo? 514. 41. In orbe? 57. 1. & 13. Cur eius ortus margaritis confertur? á 1. Orbis nihil sine Salvatore in orbe. 3. Quæ, & in quo eius amoris studia? 4. Quæ in præsepio studuit, & simul docuit? Ib. Deus homo natus, Deus notus. 5. Ut homo miser non esset, miser apparuit. 6. Victus homo vicit hostem, videns infantem vagientem. 7. Quanta momenta felicitatis ex aspectu Salvatoris? 8. Effectus magni amoris, quód videretur mortalis; & summus, quód veniret in mortem. 9. Ultra quod, quód appareret miserandus. 10. Sumpsit servitutem, ut conferret libertatem. 12. Homo oritur, ut pro hominibus moriatur. 13. Pro nobis pauper. à 2. Cur signetur cæcus? à 10. Quare nudus? à 14. Suffocavit antiquum serpentem. 11. Quæ nascente Christo, amoris demonstrationes? 458. 1. Unde eius paupertatis claritas? 2. Et dilectionis maiestas? 3. Extrema charitas? 4. Eius amplissima gloria, quando pro hominibus nulla? 5. Removetur maiestatis maiestas, ut amor explicet flammas. 8. Pro homine in habitu corporis, nec maiestatis species. 4. Quare? 15. Eius paupertas nobis contulit divitias. 9. Cur propter hominis crimen venit, & crimen non videt? 10. Expulso veneno culpæ, homo restituitur gratiæ. à 11. Ex carne cognoscitur filius Dei. 11. & 16. Eius præsepium Romam allatum. 461. 8. Virgo, nascente Christo, fecit quod Gentilitas finxit. 460. 6. Umbræ in Gentilitate huius singularis prrtus & ortus. à 7. Nox nativitatis plena lucis. 631. 1. Gentilibus lux, & Synagogæ nox. 4. Gloria & modus nativitatis Christi. 313. 1. Cur dicitur nova nativitas? 6. Quomodò Innocentium sanguine demonstrata? 608. á 5.

V. *Circumcisio Christi.* Quænam eius in ea amoris insignia? 273. 2. Ex vulnere infantis excellentia nominis Salvatoris. 1. Unde eius lætitia permista dolori? 2. Quomodó & quare ante vulnera dolet? à 3. Cur vulnere gaudet? 5. Cur ante vulnera ploret? á 6. Cur illi maxima obsequia videntur nulla; & cordi, ni totum, nihil? à 8. Vulnus infantis, non vulnus respectu amoris. 10. Quodnam tunc sine vulnere, maius vulnus? 11. Quare dùm gaudet vulnere, tristatur effuso sanguine? 12.

VI. *Nomen Iesu.* Pretiosum stemma nomen per vulnera. 273. 1. Quousque perfudit sanguinem, nolui. Salvatoris nomen. 4. Nomen Jesu, nomen vulneris. 8. Unde nominis decor? 13. Cur eius ante circumcisionem absconditur excellentia? 14. Claruit summo decore, effuso sanguine. 15. Eius cum nomine, nullum periculum in discrimine. 17. Quorum in frontibus Priscorum sacrum nomen sculptum? á 17. In virga Moysis. 18. Umbra nominis liberat á tempestate, à servitute, à languore, ab igne, á belluis, à morte. 17. Efficax in animarum conversionem, & criminum pœnitòdinem. 19. In universa mala alexipharmacum. 20. Qua de causa admirabile dicitur in universa terra; & quomodò a cunctis infantibus invocetur? 21.

VII. *Epiphania nativitatis Christi.* Vid. *Gentilitas.*

VIII. *Passio Christi, crux, & mors.* Tenebræ factæ, moriente Christo, quomodò, & unde? 512. à 37. Gaudet passione. 115. 11. Gloria eius pro homine pati. 247. 8. 346. 15. Eius passio in cuncta delicta. 329. 13. Gloriatur vulneribus. 285. 10. Vulneribus eius nostra vulnera sanantur. 329. 14. Amor notus, dùm apparuit miserandus. 61. á 12. Cur passio dicitur eius Baptismus? 302. 33. A cunctis illusus. 495. 2. De hominis peccato doluit, & pœnas luit. 550. 10. Eius passio & compassio miserabilis. 11. Mortem pro hominibus optat. 706. 8. Cur recipit ut solatium? 9. Quare morti occurrit? 7. Morte mortem vicit. 61. 11. Quare, & quomodó? 251. 18. Sanguis eius inexhaustus thesaurus. 329. 14. Totum pretium redemptionis & libertatis, per sanguinem Salvatoris. 16. Vicit orbem non ferro; sed ligno. 17. Christus etiam patiens, respondit muneri Superioris. 575. 2.

IX. *Resurrectio* Quare in ea plauditur Phœnix? 97. 3. & 6. Caro resloruit. 660. 14. Cur signatur in germine? 15. Unde caro resloruit. 251. 19. Surgit devicta morte, atque dæmone. 96. 1. Quare in illo non dormitio somni; sed somnus dormientis? Ibid. Quæ mira in resurrectione? 2. Quo intuitu reliquit in sepulchro lineamina? 4. Quare eius videntes gloriam, non credunt, & mirantur? 5. In quo vicit mortem? 2. Etiam sepulchrum? 5. Sub mortis dominio, dominium sustulit, gloriamque homini communicavit. 6. Eius resurrectio, ut resurgeret homo. 7. Quare eo resurgente, homo non moritur morte? 8. Corpus redemit. 10. Immutavit. 11. Corpora hominum gloria Christi, sine corporis conditione. 9. Cur eius gloria festiva, etiam festivitas nostra? 7.

X. *Ascensio Christi.* Sedes hominum gloriæ ex Christi glorioſa sede. 380. 1. & 12. Quæ ascensionis exaltotio, & virtus exaltationis? 9. Cœlos aperuit, cœlosque monstravit. 1. 244. 11. Symbolum eius ascensionis, & nostræ felicitatis. 381. 2. & 4. Fertur in triumpho diabolus captus 6. Plus hominibus contulit, quàm diabolus sustulit. 1. Eius prodigiosa charismata ubi pro paradiso, homo collocatur in cœlo. 2. Ostentæ gratiæ divitiæ. 3. Gratia, gratiæ abundantia, & superabundantia. 4. Unde gloriæ manifesta porta? 5. Homo fulget in curru triumphantis. 6. Illi contulit beatitudinem post libertatem. 7. Tunc elevatus, & quare? 10. Data multiplicia dona. 8. Et gratia completa. 11. Sedet humanũ genus ibi, & ubi sedet Christus. 13. Quo tempore, & quomodò signata in illo nostra glorificatio? 14. Quomodò tunc homines vinxit, si solvit? 15.

CINIS.

Sine memoria apparentia cineris, non terror; sed ludibrium memoriæ mortis. 709. 17.

CIRCVITVS.

Quid sit? 497. 6. Cur malignitatis continuatio dicitur esse in circuitu? 7. Discrimen inter circuire, & circundare? 8.

CLAVVS.

Quid clavus latus, nobilitatis honos? 333. 5.

CLEMENTIA.

Vid. *Deus.* II. Blandà nil sæviùs irà. 690. 1. & 14. Irritatur iteratà culpà. 651. 13. Unde clementia irata? 693. 8. Cur clementiæ insigne, fulmen? Ib. Clementia affectata cum crudelitatis forma. 640. 4.

COELVM.

Nova in illis quotidiè inveniuntur ab Astronomis. 503. 19. Quinam illorum audierunt musicam? 21. Non phy-

physica illorum musica ; sed metaphorica. 30. Vid. *Musica*. Quid alphabetum cœleste ? 72. Incorruptibile cœlum. 86. Lex eius perpetuæ rotationis. 33. & 35. Ordo illius immutabilis. 33. & 64. An constet ex glareis, vel minutulis lapillis ? 85. 245. 14. Vid. *Sol. Astra*, & *Stella*.

COENA.

Vid. *Mensa*. Quod nobis prandium, olim dicebatur Cœna; & cœna Visperna. 379. 19.

COGITATIO.

Cogitare pro Sperare, disputare, & cogitata loqui. 447. 27. Pro considerare. 28. Pro Cogitata exequi. 29. Discrimen inter cogitationem cogitare, & cogitare cogitatione. à 31. Cur in Deo non sit cogitatio? 32.

COLVMBA.

In volatum motus, alarum plausus. 200. 26.

COLVMNA.

Israëlis, serpentes fugabat. 29. 14.

COMETÆ.

Vocantur stellæ. 531. 89. Quæ eorum materia ? Ib. An in principio creati, & modò lateant? 91.

CONFESSIO, ET CONFESSARIJ.

Pessimus confessarius, qui non medicus, sed parasitus. 403. 8. Eius lenimine, vulnus leve fit læthale. 9. Cur de morbo clamante ægroto, non creditur à medico ? 10. Acrius vulnus designatum uti salus. 11. Cur si grave cognitum, in tota medicina non sit remedium? 10. Confessarij aulici. 409. 8. Dissimulant peccata propter commoda. á 9. & 20. Vid. *Præses*. II.

CONSTIENTIA.

Gravata crimine patitur tormenta inferni. 47. 9. Signa læsi crimine cordis. 404. 10. Quàm gravis vulnerata! 93. 39.

CONTRITIO.

Vid. *Peccator*, *Tribulatio*, & *Anima*.

COR.

In optata cursu volat. 597. 35. Oblatio cordis signum felicitatis. 136. 5.

CORONA.

Australis, quæ apud Astrologos? 217. 15.

CRUX.

Vid. *Christus*. VIII. *Labor*, & *Tribulatio*. Crux Christi apparebit in iudicio. 670. 35. Eius virtutes, & trophæa. 222. à 8.

CVRIOSITAS.

Curiosus malignus, & stultus. 444. 21.

D

DACTYLUS.

Piscis, cuiusnam conditionis? 479. 18.

DELATOR. Vid. *Susurro*.

DELPHINVS.

Vel dormiens, in motu perpetuo. 390. 10. Tempestate quiescit. 267. 13.

DEVS.

I. Quia in illo summus amor, de pœnis hominis dolor. 547. 3. Quot modis Pater dicitur creaturarum? 11. 23. Eius vox mirabilis; sed mirabilior vox vocis. 384. 1. Illa vocat peccatores in pœnitentiam. 9. Pœnitentes in gratiam. 12. Iustos in gloriam. 16. Quæ ad gloriam iustorum vox? Ibid. Unicâ voce alloquitur plures. à 2. Quid in Deo patientia ? 293. 13. Cur in illo nulla cogitatio ? 449. 32. Immutabilis, cuncta movens. 654. 3. Cur eius attributa in abstracto & in concreto? 377. 38. Ex eius visione cuncta bona. 233. 17. Sedes Dei in signum maiestatis. 361. 2. Cur cubilis ? 7. In templis sedet. 34. Cur in Numinis solio Gratiæ fingantur & Parcæ ? Ib. Amor Dei occultus, dùm infert peccatoribus cruciatus. 541. 6. Thesaurus amoris sub velo severitatis. 8. Et formidinis. 10.

II. *Dei clementia*. Vel in supplicio misericors. 450. 33. Infert supplicium, in vulnerum pharmacum. 34. Studet pietati, colore iustitiæ. 539. 1. Cur in peccatores vexamen, dicit fictionem ? 4. Deus ex amore, ac charitate, dùm homo sceleris dolet. 547. 2. Unde elucet maxima eius clementia ? 4. Unde qui deliquit, in Deum prævalet ? 5. Quare percutitur, dùm homo plectitur ? à 7. Cur flagellum projicit ? 8. Unde illi de vulneribus vulnera? 9. Renuit stare supplicij vestigium. 14. Miraculo signatum, Dei prævenire iudicium. 13. Cautam iustitiæ amor Dei dedit clementiæ. 690. 2. Gementium suspiriis perforantur eius aures. 514. 6. Voces exaudit, priusquàm audiat. 8. Vel iratus, est misericors. 267. 11. Plusquàm iustitiæ rigor, iratus amor. 691. 4. Inde furor, unde favor. 5. Quo modò clementia sepulta ? 6. Unde iustitia in throno clementiæ ? à 7. Radius fulmen ex clementia irata. 8. Quomodò fulmina vibrantur à clementia ? 9. Quia fecit gratias, recrudescit pietas. 8. Quæ in vindictam irritant clementiam? 12. Sustinet iniurias eius patientia, ut frugi redeat peccatoris anima. 325. 4. Vel dùm plectit, diligit. 187. á 9. & 15. Ostendere peccatoribus supplicia, clementiæ magna. 191. 18.

III. *Dei iustitia*. Quare nec eius amor, nec iustitia apparet sub propria forma? 541. 6. Fit conversio in homine, amore inducto iustitiæ velamine. 7. A Deo punitio, pietatis dulcedo. 547. 2. Mittit acerbitatem, in criminis pœnitudinem. 10. Patitur, dum in pœnas impellitur. 12. Contra eius ingenium, vel supplicium necessarium. 15. Revocat pietatis decreta, quia gratia crimina ampliora. 691. 3. Telum iustitiæ in manu clementiæ. 5. Et ipsa clementia in throno iustitiæ. Ib. Pœnitet indulgentiæ, si peccatorem non pœnitet culpæ. 691. 3. Pœnam demonstrat, ut peccator resipiscat. 10. Infert dolores, ut doleant delinquentes. 15. Visa pœnitentiâ, suspenditur divina iustitia. 108. 8. Ut iugulet flagitium, educit gladium. 685. 5. Quæ videtur amaritudo, est pietatis demonstratio. 5. Mittit dolorem in ægrotantis salutem. 10. Summum supplicium peccatori à Deo relinqui. 562. 7. Quàm iustè fiat! 18. In eius tribunali vel occulta indicanda, & quæ non visa videnda. 47. 8. Ignorantia sententiæ telum animæ. 11. Eius iudicium quàm terribile! Semper horrendum. 8. Timendum ut delictum, quod nec cogitatur cogitatum. 14.

DEXTRA.

Quis locus honoratior, dextra vel sinistra ? 378. 41. Ad protectionem sinistra, ad honorem dextra. 42. Cur Pauli imago à dextris Ecclesiæ, & Petri à sinistris ? 43. Cur inter Ethnicos omina læva, fausta ? 44. Studere pro dignitate & vulgi honore, dextræ vel sinistræ, puerilis est genij. 40.

DIES.

Quomodò ex duobus dies unus? 515. 45.

DIGNITAS.

Vid. *Merita*, *Honor*, *Electio*, *Indignus*. Dat census honores. 429. 3. & 8. Dignus, dignitatis honos. 3. & 12. Florebunt honores, si conferuntur dignis. 126. 13. Non in dignitate dignitas, ubi sine usu dignitatis potestas. 406. à 1. Pallescunt dignitates, ni sint dotes. 4. Maiores dignitates superioribus meritis. 5. Cogitatio finis dignitatis, in indignis iacula cordis. 133. 18. Qui vilis

vilis extollitur, vilior deprimitur. 684. 1. Honos immutat indignum. 601. 5. Ex officio gloria, fungentis ignominia. Ibid. Unde dignitas sine splendore? 8. & 11. Qui honoris indigni, insolenter inflati. 628. 10. In dignitate pravus, regimini virus. 396. 5. Quid viles cum potestate dignitatis? 3. Extractus à servitute, pessimus in honore. 684. 1. Qui sordidæ conditionis, mutantur in culmine dignitatis. 128. 4. Conditio servi vilis, in honorem ascendentis. 5. Ostentans honoris maiestatem, dicit etiam servitutis conditionem. 11. Illis ignominia, quòd alijs gloria. 428. 1. Vid. *Indignus* & *Servus*. Discrimen digni, & indigni in dignitate. 2. & à 12. Indignus à fortuna elatus. 3. Si honorem habeat indignus, viri digni non est honos. 120. n. 10. Qui vitia vafrè deaurat, in dignitate demonstrat. 131. 14. Dignitatis onus nescit, qui non tollit. 387. 3. Patet labor, quod splendor. 4. Ex usu dignitatis cognoscitur onus muneris. 5. Non est culmen; sed cruciamen: non felicitas; sed calamitas. 9. Non honos; sed onus. 4. Pravus cur similis echeneidi? 395. 5. Omnia dissimulat, ut dignitate gaudeat. Ibid. Quorsùm tendit, à diabolo assumptus? 421. 1. Gloria dignitatis minuitur: si ad gloriam quæritur. 14. In dignitatum electiones; repellendæ intercessiones sæcularium. 425. 12. Vid. *Principes*. Patent indigni ex ipsa interventione. 11. Qui & quare horum precibus assentiunt? 13. Quanta in huiusmodi ambitu sæcularium audacia? 12. Merita inveniantur, si quæruntur, & quomodò? 119. 8. In dignitate exulet memoria iniuriæ. 689. 15. Etiam in ultionem motus, honoris dedecus. 701. 9. vel in minimis ultio. 10. Dignitatis & potestatis auctoramen attonat infatuatos in furorem. à 13. Splendor dignitatum observantia legum. 487. 18. In distributione honorum fit respectus cunctarum nationum; secùs iurgia, & differentionum semina. 126. 14.

DIVITIÆ.

Sine usu, gravant. 264. 5.

DOLOR.

Quomodò gaudium in, & ex dolore? 263. 1. Vid. *Martyres*, *Labor*, & *Tribulatio*.

DORMIRE.

Acceptiones variæ dormitionis. 85. 22. Pro sopore quiescere. 39. Pro sopore gravi. 40. Pro dulcedine somni, sine solicitudine. 41. Discrimen inter dormitionem somni, atque somnum dormitionis. 27. Vid. *Somnus*.

E

ECCLESIA.

Eius immunitas servanda. 668. 29. Vid. *Asylum*. Cur Pauli imago à dextris Ecclesiæ, & Petri à sinistris? 378. 43. Ecclesiastici quia impunes, audaciores. 168. 21.

ECHENEIS.

Cuiusnam conditionis? 395. 5.

ECLIPSIS

Unde in Sole, & Luna? 534. 94. Quæ in passione Christi, non à Luna. 95.

ECSTASIS.

In illa rationis usus, & libertas voluntatis. 87. 26.

ELECTIO.

Illustris fit, si elector separatur à se. 601. 6. Unde digna, vel indigna? 629. 12. In indignam electionem non vocati, qui iure refragaturi. 390. 6. Dignus eligendus undecùmque sit. 123. 5. Dignus qui meritis, non qui patriâ illustris. 10. Honor exprimit indolem electi. 127. 1. Cur electio sit pravorum meditatio? 12. Quænam, quantæ, & quales subditorum cogitationes in electione præsidum? 489. 4. Delirant, & vigiles somniant. 5. Credunt futura, quæ à phantasia concepta. 6. Unde rectus ordo, dùm occurrit electio? 125. 10. Sæpe in functione electionis latet utilitas eligentis. 396. 6. Unde arrogantia eligentium, & dedecus dignitatum? 407. 4. Quis sit electus, cognoscitur elevatus. 430. 5. Ornamenta honorum electum non faciunt dignum. 7. Electio indignorum trahit secum cum diabolis totum barathrum. 118. 6. Qui á diabolo assumpti, gestiunt dæmones larvati. 353. 13. Pravi pessimos in regimen eligunt, & quare? 390. 8. 650. à 11. Furit, qui dignos humiliat, & incapaces exaltat. 118. 7. Artes & intuitus in electione pravorum. 8. Improbi obliviscunt honoris, blandimine potestatis. 7. Ambientibus summa, habentibus nihil omnia. 425. 11. Cognoscitur quis habeat solium; ex distributione dignitatum. 121. 13. Contradictio in electionem indigni, cedit in laudem vocalis. 651. 12. Idem ferè dignitatem accipere, ac ab auctore recedere. 424. 10. Prudentia eligit, qui dignitati congruit. 123. 6. Æqualis honor impariibus meritis, nec est species honoris. 119. 9. Vid. *Dignitas*, *Honor*, *Indignus*, *Merita*.

ENEPH.

Quis Deus, & eius imago? 502. 15.

EVCHARISTIA.

Est amor amorum. 471. 1. Eius symbola. 571. 7. 629. 12. Condignè accedendum. 545. 16. Cur in illa simul gaudia & desideria? 310. à 8. Unde fructuosa? 329. 15. Eius sacramentum venerandum, non discutiendum; quia intelligitur, si intellectus captivatur. 471. 1. Non rationis scientia, sed fides in intelligentiam necessaria. 2. Ratio, quò magis ebria, cum ampliore perspicacia. 3. Sensuum usus sine sensibus. 4. Iaceat sub silentio ratio, ut mysterij sit cognitio. 2. Rationis studia, venerationis obsequia. 2. Quomodó ibi sensuum verum testimonium, & simul fulsum? 6. Quantum miraculum accidentium? 8. Ibi Christi præsentia, quamvis non visa. 10. Videtur, cùm non videtur. 11. Differentia manna. 12. Unde Eucharistiæ miracula, manna & similia, & dissimilia? 15. Hic Corporis Christi substantia, atque panis accidentia. 16. Plena mensa, & omnibus singularis. 17. Qui Eucharistia vescuntur, superiùs illuminantur. 18. Cur signata in stella Magorum? 9. Validus in hostes animæ sacramentum Eucharistiæ. 472. 3. 568. à 1. Quomodò liberamur? 5. Regustat eius dulcedinem, quisquis mundi spreverit fatuitatem. 6. Ab illa prosternuntur mundi gaudia. 7. Cœlestis panis in delicias verax. 12. Virtute Eucharistiæ nihili cogitationes mundanæ. 15. Franguntur illa vires cupiditatum. 270. 9. Symbola gratiarum Eucharistiæ. 474. 7. Cur confertur literis libri signati. 4. Cur luci? 573. 13. Quare speculo rotundo? 8. Eius hierotheca diebus novissimis erit quæ fuit arca fœderis. 671. 37.

EVPHRON.

Quid? 154. 30.

EXERCITVS.

Quænam munia strategi regentis? 219. 1.

EXPECTATIO.

Pro clementia. 293. 12. Pro magnanimitate. 13. Vid. *Spes*. Expectatio Virginis. Vid. *Maria*.

EXVLTATIO.

Pro plausu, laude, & gratulatione. 238. 28. Vid. *Gaudium*.

Rerum & verborum.

F

FAMA.

Inter infames, fama ignominia. 457. 17. Vid. *Honor.*

FELICITAS.

Brevis, & fallax. 95. 22. Signata per lucem, maxima per Solem. 525. 75. Vid. *Fortuna.* Sors felix causa laboris & tristis infelicitatis. 266. 8.

FERDINANDVS.

Rex Hispaniæ VI. vincet nomine Mariæ slassem Turcicam. 255. 10.

FIDES.

Quæ fidei credita, non scrutanda. 444. 21. Vid. *Eucharistia.*

FIDVCIA.

Quid, & quomodò differt ab expectatione, & spe? 295. 16. Fiducia pro timoris exclusione, & spe ultra spem. 17. Pro omnimoda spe. 18. Cur dicitur spes iucunda? 19. Vid. *Spes.*

FILIA.

Acceptiones huius vocis. 17. à 35. Pro virguncula. 40. Pro spuria. 41. Quid sit Filia fœminarum? à 37.

FILIVS.

Acceptiones huius vocis. 8. 17. Aliquandó pro genero. 27. Unde filij hominum, filij Dei & iumenta? 32. Quid sit filius hominis? 18. Quid, filij hominum? 29. Qui filij fortunæ? 45. Quid filij Dei? 29. & 32. Filius patris dicitur homo, & habitudine corporis ad patrem, & morum imitatione. à 24.

FLVVIVS.

Sabbaticus ubi, & qualis? 584. à 7. Flumina retroacta. 572. 10.

FOEMINA.

Quid sit filia fœminarum? 18. á 37. Dicta mulier pro fragilitate. 2. Pro carne. 8. Mulier an rationalis? 50. Cur dicitur Sal & Serpens? 273. 16. Insania est, mulieres parere ova in fœtum & ovarium habere. 7. 14. Interventiones illarum repellendæ in causis litium. 359. 9.

FORTVNA.

Quæ fortuna viscata? 354. 15. Invidiæ cum illa incessabilis pugna. 452. á 1. Eius insidiæ cum indigno in dignitate. 432. 12. Vid. *Felicitas.*

S. FRANCISCVS DE PAVLA.

Cur plauditur lucerna ardens, & lucens? 621. 8. Radijs rutilat, & elevatur á terra. 13. Cur confertur horologio, & monocodiatæ? 623. 12. 626. 5. Unde gemma singularis, & margarita pretiosa? á 5. Cur dicitur vox? 14. Eius vita, miraculum & miracula. 611. 1. Illæsus à pluvia. 14. Ab igne. 16. Invisibilis factus. 15. Carbones flatu accendit. 16. Vestigia imprimit saxo. 13. Montes transfert. 16. Poma multiplicat. 17. Utitur ministerio Angelorum. 15. Lapidem suspendit in aëre. 17. Sine pondere pondera. 15. Continuat ligna divisa, quæ ad opus brevia. 15. Calce cæcum illuminat, & eius conspicilijs videt cæcus. 17. Eius imago ab Angelo picta. 18. Pallio socios, seque ultra mare evehit. 2. & 625. 2. Eorum corpora sine pondere. 3. Ambulat super aquas. 618. 1. Quantum prodigium; & plus, alijs facultatem concedere. à 3. Sic quare eius virtus cognoscitur? á 5. Pallium eius rate securius. 7. Unde sine formidine in æquore? 8. 627. 7. Priùs pervenit in littus, quàm navigantes. 621. 8. Quod olim fictum, in Francisco verum. 1. Quare ambulare super aquas, non dicitur in illo miraculum, sed in socijs? á 4. Pallium fecit navigium. 10. Quare non credebant nautæ; quousque viderunt in littore? 9. Siccum ab aqua recepit pallium. 11. Alia prodigia. 18. Nascente illo, splendores, atque musica de cœlo. 10. Eius substantia corporis adinstar corporis lucis. 11. Ei scientia infusa, & in quo plus fulsit? 6. Prodigium calcantis mare. 1. Quantum miraculum! 5. Illi procella, ludibrium. 2. Non solùm ambulat; sed volat. 12. Illi maria, sicut terra. 4. Socij sciebant, & nesciebant quomodò ibant. 3. Charitate elevatur super aquas. 7. Ea corpus sine pondere. à 13. Nullum, nihilumque se dicebat; & fulsit magnus, quia dicebatur nullus. 628. 9 Excellentia, quia sibi nulla. 12. Unde hinc celsitudine maior. Ibid. Quà humilitatis arte minor minimo, & minus nihilo: á 15. Orbis portentum, quia se reduxit ad nihilum, dùm in cœlo habebat solium. à 1. Quomodó ab eius humilitate pondera sine pondere? à 3. Vento levior, quia sine vento. 11. Vid. *Humilitas.*

FRATER.

Huius vocis acceptiones 20. à 42.

FVLMEN.

Eius ictu tactus clausos oculos aperit, apertos recludit. 678. 2. Quando signum felicitatis? 6. Cur symbolum clementiæ? 693. à 8. Ex illo vulnera frigida. 679. à 3. Cur homo ex cunctis animalibus statim non moritur, ac fulmine icitur? 680. 6.

G

GALLI.

Quid de illis actum, irruentibus in templum Delphicum? 220. 5.

GAVDIVM.

Pro dilectione, hilaritate, complacentia, & felicitate. 229. 8. Pro voluptate, & eius illecebris. 9. Pro plausu, & gratulatione. 27. & 29. Quid sit gaudium, & lætitia? 5. Discrimen. 12. Quale inter gaudio gaudere, & gaudere gaudium? 28. Geminatio gaudij pro excessu, & magnitudine. 19. Sedes gaudij, lætitiæ, & exultationis, & horum discrimen. 13. Quid iubilum? 15. Cur exultatio ex gaudio pleno? 19. Morbus aliquando ex gaudio, & interdùm mors. 6. Cur amœnitas dicitur viridarij risus, & gaudium? 8. Verum gaudium ex virtute. 10. Gaudium ex corde, pro vero. 21. Non in mundo, sed in Deo, & quomodò? 10. Gaudium totum, & plenum ex Dei gratia. Vid. *Gratia.* Mundi gaudium: Vid. *Mundus.* Gaudio non videtur potiri, modò non videatur quo cor potitur. 302. 13.

GENTILITAS, ET GENTES.

Cur eius conversio Christi dicatur regnum? 376. 35. Nativitate Salvatoris illuminata. 631. 1. Ut cognovit, inquisivit. 2. Illi Christus lux, & Synagogæ nox. 4. Salus Gentium ex cæcitate Iudæorum. 3. Ex Synagogæ ruinis erectum palatium Gentilitatis. 664. 21. Vid. *Synagoga.* Se ad verum lumen convertit. 631. 2. Erroum illam pœnituit. 5. Stellæ luce ianuam invenit. 6. Ut cognovit, in Numinis adorationem processit. 7. Ex quo visa stella, salutis aperta porta. 8. Ibi surrexit, unde Synagoga corruit. 9. Per portam introivit, per quam Synagoga exijt. 10. Quæ Christo Gentilitatis obsequia, & coram Synagoga? Huic prælata. 12. Unde firma fides Gentium adoratione Magorum? à 13. Quomodó illuminatis Gentibus, ortus Solis in occasu? 15. Unde facta Synagogæ Magistra? 16. Christus oriens, Synagogæ, & Gentilitatis iudex. 17. Unde, & quomodò apud Gentes vaticinia? 441. 15. Quid apud Ethnicos, Sine patre, & sine matre. 313. 2.

S. GERTRVDIS.

Continet aliarum ſponſarum perfectiones. 135. 1. Uſque ad Baptiſma clauſos oculos habuit. 3. Tunc aperuit, & in Crucifixi imaginem fixit. 2. Eius erga dilectum diſcretio, antequàm eſſet cognitio. 4. Vidit Sponſum illuſtrato corde, priuſquám lumine. 5. Oculos in illum direxit, ut ad ſe traheret. 6. Traxit, ut vidit. 7. Cur eius ſagittæ hamatæ? 6. Pectus, dilecti thronus. 9. Vivit in corde Gertrudis. 14. Quantus in illa zelus animarum! 9. Pro peccatoribus luget, & pœnitet. 10. In Pœnitentia pro illis, apex rutilat charitatis. 11. Eius interventione convertuntur animæ. 12. Pœnitentiam agit etiam pro infidelibus. Ibid. Eius ſomni cuſtos ſponſus. 13. Quanta gratia, & quibus gratijs! Ib. In ſomnum conciliat, & ad chorum ſponſus dormientem excitat: & quare? 14. Eius humilitas ſingularis. 15. Se cognoſcit peccatricem. 16. Arbitratur imperfectum, quamvis operetur ſummum. 17. Totum nihilum, in ſponſi obſequium. 18. Quare mirabile huiuſcemodi iudicium? 19. Elogia eius à SS. Trinitate. 20.

GLORIA.

Spes gloriæ pretioſa gemma. 290. 6. Quæ gloriæ divitiæ? 38. In gloria habitus invenitur ſpei, non fidei. 39. Unde, & quomodò in gloria ſatietas, & deſiderium? 43. Quæ Dei ad gloriam iuſtorum vox? Ib. In Amor in gloriam excitatur; dùm alijs gloria confertu. 17. Gloria latet in pœna. 261. 7. 319. 4. Gloria & pœna comites in Chriſti ſchola. 258. 1. Unde prodigium, gloria in medio tormentorum? 3. In cœlo cuncta contraria labori. 7. Habetur in pœna, quamvis non videatur. 8. Tunc magis fulget; dùm qui patitur, neſcit. 9. Ex gloria Sanctorum, illius in terra excitatur deſiderium. 306. 43. Quare corporis glorificatio dicitur gratiæ ad gloriam adoptio? 42.

GORGIAS.

Epirota. Eius prodigioſus ortus, & cuius ſymbolum? 195. 12.

GRATIA.

I. *Dei.* Ab eo æſtimabilior gratia, quo maior in homine reſiſtentia. 688. 11. Gratia homini collata, divinitatis eſt gloria. 52. 6. Non poteſt ſurgere á culpa, ſine Numinis gratia. 543. 12. Eſt ultra cuncta bona. 50. 1. Qua homo de terreno cœleſtis. 1. & 16. Novus homo. 15. Ipſe, & non ipſe. à 14. Pluſquam homo. 2. Tunc cur ſimilis Iridi? 3. Unde cum illa homo, Deus? 4. Gratia in præſenti vita, gloria. 5. Ab illa ſimilitudo cum imagine Patris cœleſtis. 6. Quæ bona ex gratia? 9. Origo omnium bonorum, & bonum ſummum. 5. Gaudia cuncta. 12. Sine ea, non vera vita. 7. Imó nec vita. 8. Cum illa, vitæ abundantia. 9. Felicitas ex regno, & divitijs, & gloria. 10. Cum gratia nihil timendum. à 11. Sine illa ſumma animæ inopia. 13. Unde cum gratia, alia natura? à 15. An pretioſior gloria? 312. 12. Quænam in libertate gratiæ, gratia libertatis? 70. 17. Quæ gloria gratiæ? 18. In quo Dei ſumma gratia? 8. Ex conſuetudine prava, gratia liberari cor, opus ſingulare Dei. 568. à 21. Ut operetur gratia, occaſio criminis relinquenda. 5. Dei gratia in pœnitentes quam prompta! 324. 2. Perfecta vulnerum medicina. 189. 23. Summum pœnæ, ſubſtractio divinæ gratiæ. 327. 10. In homine gratia infecunda omninò vacua, imò nulla. 164. 11. Vid. *Maria.*

II. *Gratia Principum, vel ſæculi.* Futilis, fugax, & mendax. 14. 30. Conditio inſolentis gratiæ Principis. 434. 2. Vid. *Mundus.*

III. *Gratia pro veneficio.* Modus gratiarum. 425. 11. Gratia prompta, magis grata. 559. 16. Gratiæ, cantus. 386. 15. Quæ gratia claudа, & quæ doloſa? 358. 7. Cur Gratiæ cum Parcis in throno Jovis? 450. 34. Cur coronatæ ſagittis? 684. 3. Gratia ingrata malignis. 142. 1. Quæ gratia inſidioſa in hoſtis amicitiam? 685. á 5. Inimicitia flectitur gratia. 6. Et molleſcunt corda. 7. Vid. *Inimicus*, & *Iniuria.* Vulnus inimico gratiarum collatio. 698. à 5. In huiuſmodi benevolentia quæ magis commendabilia? 2. Beneficium non eſt in dono, ſed in dantis animo. 171. 1.

H

HEBRÆI.

Ludicræ ſcrutationes in Cabala. 441. 16. Deliria Rabbinorum, & illorum traditiones. 17. Nugivenduli, & pompoſi. 18. Gravis propenſio in idola, & impudentia. 581. 1. An dederint Regibus Aſyrijs vitulos, aureos? 3. An intercluſi inter montes Caſpios, & portas? à 4. An intra fluvium Sabbaticũ? à 7. Multi è regno Ephraim fugerunt ad Juda ante primam captivitatem. á 15. Qui reverſi cum Zorobabel, non ſub proprio, ſed ſub nomine Juda. 16. Mirabilia in remigratione. 18. & 36. Unde ſi non reverſæ decem tribus, earum nomina inter Judæos? 19. Translatæ ex Aſsyria in Hyrcaniam. 6. Hinc in Catay. 7. An ex illis ſint Tartari? 6. An decem tribus tranſierint in Americam? 9. Specimina tranſitus. 27. An redierint in Paleſtinam? à 12. Nullus reverſus ex diſperſis; ſed ex profugis. 13. Quando ſimul, qui diſperſi uſque adhuc, & cognoſcent errorem? 14. Quando initium captivitatis Juda? 20. Non à deſolatione templi. 21. Non eſt diſtinctus annus ſeptuageſimus captivitatis, & templi deſolationis. 23. Quare hic annus ſub Cyro & ſub Dario Hyſtaſpis numerandus? Ib. Duplex remigratio Iuda cum Zorobabel, & numerus redeuntium ſub Dario. 29. Quàm cæci & obcæcati corde! 526. 77. Ieruſalem delicium Hebræorum. 594. 3. Fabula de arboribus aureis in templo. 665. 22. Qui nam Cauſidici in concilijs Hebræorum? 484. à 11. Forma terminorum terræ, apud Hebræos. 491. 9. An abſumerentur igni, vel humarentur illorum cadavera? Vid. *Sepulchrum.* Inter illos Civitates refugij; ſed quibus? 667. 28. Ab idololatris aſyla inſtituta in Deorum lucis. 27. Cur diſperſi per orbem, Chriſto nato, & crucifixo? 636. 13.

HELENA.

Proſelyta inter Hebræos. Eius ſingulare ſepulchrum. 139. 12.

HELIOGABALVS,

Eius ioci ferales. 485. 14.

HERA.

In eius templo ſpeculum magicum. 474. 7.

HERCVLES.

Quomodó eius illuſtrata nativitas? 462. 11. Quo artificio vidit Iovem? 474. 7.

HEROES.

Cur adinſtar ignis, & eorum ſtatuæ ex Loto? 126. 13. Vid. *Patria, Dignitas, Honor, Merita.*

HOMO.

Homines excluſi ex ovo, ludicrum. 7. à 13. Homo ab homine ſolùm gignitur. 10. Mater naturalis, mulier, non beſtia. 12. Homo ſtupidus, bipes non homo. 31. In eo potentiæ irraſcibilis, & concupiſcibilis. 227. 2. Earum operationes. 3. Eius vita brevis, & calamitoſa, & unde? 2. à 3. Fugax. 6. Studet eſſe minus, quam animal. 297. 22. Delectatio eius in varietate rerum. 655. 4. Quare arboribus ſimilis? à 7. Eſt opus eximium naturæ, 50. 1. Sed totus homo in pulverem pulvis. 4. 7. Unde tantus faſtus? Ib. Homo verus, & fictus

in ipsa natura hominis ? 42. 15. Quàm miserabilis, & unde ! 43. 1. Quomodò eius vanitas evanescat ? 2. Vel spectabilis vanitati æmilis. 3. Symbolum huius evanidæ gloriæ. 2. Summa ejus scientia, sese nosse. 4. Pericula ignorantiæ sui. á 5. Interimitur quare à philautia ? 6. Homo peccator, non homo sed dæmon. 36. à 1. Vid. *Peccator*. Unde de terreno cœlestis? 50. á 1. Vid. *Gratia*. I. Ei inest dissidia vel ad propria commoda. 262. 12. Homines singulares in Africa apparentes. 42. 15. Mos Mexicanorum in nativitate hominis. 3. 5.

HONOR.

Unde ex dedecore verecundia, licét iniustè lædatur fama ? 456. 12. Non est honor, honoris splendor. 432. 10. Sedet in animo, non in honore honorantis. 171. 1. Quàm commendabilis modestia in honoris gloria ! 32. 16. Exprimit honor conditionem honorati. 1. Vid. *Dignitas, Merita*, & *Indignus*.

HOSTIA.

Quæ hostiæ maiores, & minores? 22. 47.

HVMILITAS.

Solium habet in cœlo. 624. 1. Pondus grava facit leve. 4. Eius pondus pondus removet. 5. Non solum levat ; sed elevat. 8. Humilis, quid sit, ignorat. 13. Perfectio humilitatis in quo maximé ? 140. á 16. 261. 8. Ubi humilitatis maior pulchritudo ? 257. 13. Quænam species humilitatis ex excessu mentis ? 141. 17. Obsequium summum arbitratur nihilum. à 18. In homine summa scientiæ, seipsum nosse. 45. 4. Vid. *Franciscus à Paula*, & *Gertrudis*.

HYPOCRISIS.

In specie virtutis seipsos decipiunt hypocritæ. 44. à 3. Abominabiles, dùm speciosiores. 696. 14. Hypocritæ sæpe, qui moribus corruptissimi. 491. 9. Titulo virtutis, comites relaxationis. 11. Vid. *Philautia*.

I

S. IACOBVS MAIOR.

Cur marina concha Iacobi stemma? 332. 3. Hispaniarum Patronus, dux, & magister. 8. Cur decus Hispaniæ ? 5. Eius militaris equestris ordo. 6. In auxilium equo descendit de cœlo. 2. Eius aspectu prosternuntur hostes. 7. Illustratur eius corpore, non sanguine. 1. Ex illa transijt in Americam, & quare ? 4. Cur Hispanis eius festivitas quasi Paschatis? á 8. Vivit in sepulchro in gloriam & protectionem Hispanorum. 25. Fidem, quam Hispania ab illo accepit, numquàm dimisit. 21. Prodigium ad eius sepulchrum. 22. Ex illo surgit in auxilium nostrum. 23. Ibi non iacet, sed quiescit. 24. Cum eius cadavere venit scutum Iberiæ. 25. Quia primus effudit sanguinem, primariam obtinuit sedem. á 30. Examen Christi de eius virtute. 13. Quomodò solus suum fecit calicem, quem hausit Christus? 15. Cur plauditur unicus? 16. Duplici ornatur coronâ, & gloriæ dotæ. á 18. Quo iure, & lege ? 19. Bibit calicem fratris. 17. Primogenitus inter Apostolos. 19. Cur Protesilao confertur ? 14. Hectori ? 1. Nestori ? 20. Aiaci? 25.

IGNIS : Vid. *Sepulchrum*.

Per ignem immortalitas apud Ethnicos concessa. 6. 11.

IMAGO.

Cur in templo Iuventutis nulla imago ? 666. 25. Imago dilecti in annulis. 594. 31. Imago Iovis, orbis opificis. 503. 18. Eneph. 502. 15. 634. 7. Nephte. 268. 7. Spei. 289. 3. Spei, & Nemesis. 127. 2. 318. 1. 406. 1. Apollinis titulo Solis. 71. 20. 291. 27. Cum Musis. 505. 24. & 27. Hori. 507. 27. Panos. 15. 26. Magnæ Matris. Ibid. 30. & 310. 6. Solis. 31. 4. 684. 3. Dei Opportuni. 656. 6. Amoris. 58. 4. 247. 6. 344. 9. 540. 4. 620. 4. Anterota plectentis. 549. 6. Testudinem flagellantis. 691. 4. Amoris, & Mercurij. 467. 6. Cupidinis & Anterotis. 468. 9. 576. 4. Amoris & Fortunæ. 115. 12. Amoris cum Gratijs, & Anterote 469. 13. Minervæ cum Angerona. 472. 2. Magnæ Matris. 508. 30. Mercurij. 432. 10. Cum Fortuna. 310. 6. Gratiarum. 66. 8. Isidis. 72. 3. Naturæ. 65. 8. Fortunæ. 310. 6. 354. 15. Lyci dæmonis. 481. 6. Invidiæ. 454. 8. Occasionis. 656. 6. Vitij. 38. 6. Charitatis. 618. 19. 621. 7. & 14. Angoris & Patientiæ. 580. 14. Opinionis. 486. 15. Priapi. 272. 13.

INCANTATIO.

Quid sit ? 92. à 36.

INCARNATIO.

Quanta bona in Incarnatione Filij Dei ! 10. 21. Non solùm sumpsit carnem, sed mortalem. 22. Verbum incarnandum, spes hominum. 289. 3. Quæ momenta ex incarnatione Verbi. 11. 330. 16. 568. 22. Per adventum Dei in mundum, sublevatus homo in cœlum. 51. 3. Et apertum, quod clausum. 329. 15. Homo semper iaceret, ni Verbum de cœlo propter illum descendisset. 58. 5. In incarne non miseriæ, cùm Deus videtur in carne. 76. 1. Cur homo factus, notus uti Deus ? 61. 12. Eius gloria amoris, videri in miseria carnis. 13. Unde constet in carne filius Dei ? 462. 11. Suffocavit antiquum serpentem, expulit venena culpæ, & hominem reddidit pulchritudini gratiæ. à 12. In carne cognoscitur Verbum, & Filius Dei. 16. Ab eius amore cogitatur, quod invisibilis videretur. 14. Superat cuncta mysteria. 620. 5. Soliloquia dæmonis sine incarnatione, in exterminium hominis. 382. 5. Quale opus Trinitatis in incarnatione Verbi ? 346. 10. Incarnationis mysterium, mysterio Trinitatis oppositum. 204. 7. Numquàm cogitatum in mundo, Mater-Virgo & Homo-Deus. 314. 5. Nec conceptio Virginis sine viro. 10. Filius Dei pro hominis libertate, se subdidit servituti. 247. 8. Et mortalis factus pro immortalitate hominis. 9. Symbola Incarnationis. Ib.

INCVBO.

Quæ affectio in somnis ? 90. 32.

INDIGNVS.

Dignitatis dedecus. 428. à 1. Et opprobrium. 9. A fortuna assumptus. 3. Dum sublimis sedet, turpiter iacet. 4. & 12. Ubi assumitur, in præcipitium impellitur. 10. In honore non habet honorem. 12. Honorem deturpat, & honoris est virus. 13. & 118. 6. In dignitate mutatur. 601. 5. Quia dignitate est, percognoscitur quis sit. 416. 2. Plerúmque summè ambitiosus, pro meritis utens dolis. 431. 8. Cum honoribus inflatur. 5. Quare dignum aversatur? 484. 11. Cur meditanter eligitur, vel dum indignus cognoscitur? 131. 12.

INFERNVS.

Peccatoribus, uti olim Ethnicis, phantasiæ videtur ludibrium. 47. 9. Quæ & quanta gehennæ cruciamina ! 710. 18.

INFIRMITAS. Vid. *Tribulatio*, & *Labor*.

INGRATITVDO.

Speculum concavum cur ingratitudinis symbolum ? 497. 6. Idem, aliquid accipi, ac auctorem fugere. 424. 10. Quæ ambienti summa, accipienti nihil, omnia. 11. Ingrato gratia sagitta, quia in sagittas mutat gratias. 685. 3. Quid sit ingratitudo, & eius effe-

ctus.

ctus? 163. 7. Quantus amor patris, tanta ingratitudo filij. 143. 3.

INIMICVS.

Vulneratur gratijs. 685. 3. Trahuntur hostium corda, si pro vulneribus gratia. 8. Flectitur pectus, dùm mulcetur inimicus. 9. Indultâ offensâ, corda inimicorum tracta. 11. Iniuriæ vindicta, mentis dementia. 698. 3. Si vulneris conatus, retorquetur ictus. 4. Vulnus lædenti, læsionis ignorantiam affectare. 5. Prodest interdùm favere, & eius virtutes dicere. 7. Satiùs monere, quàm vincere. 14. Summum est, posse & nolle ulcisci. Ib. & 688. 12. Vid. *Iniuria*, & *Gratia*. III.

INIVRIA.

Vel interveniente, non suspendatur elargitio gratiæ. 683. à 1. Iniuriosus, miserandus. 2. Iniuria facilius fertur, quàm infertur. 696. 1. & 15. Quare iniuriæ indulgendæ sine ultione? 2. Qui ultione dolorem deponit, maiorem sumit. 1. Incommoda vindictæ, atque commoda indulgentiæ. 15. Iniurias dissimulare, munus prudentiæ; verùm simulare, truculentiæ. 9. Læso sine intentione facta, non est iniuria. 5. Iniuriarum patientia interdùm necessaria. Ib. & 15. Quæ commendabilia, iniuriâ acceptâ? 2. Vindicatur, dùm inimicus & favetur & fovetur. Ib. & 685. 4. Quisquis in dignitate, non recordetur iniuriæ. 15. & 545. 17.

S. INNOCENTES.

Primitiæ Martyrum 609. 8. Quænam illis concessa gratia, quia primitiæ? 9. Cur Salicibus similes? 1. Quomodó venerunt, non venientes ad martyrium? 2. Illorum privilegia. 1. Virtutis insignia. 2. Eorum sanguis lacteus, gratiæ singularis & virtutis opus. 3. & 14. Testificantur de fide, nescientes loqui. 5. Unde illorum lingua erudita, & labium electum? 3. Effusus sanguis convertebatur in voces. 6. Eorum linguis non solùm diffusa gratia; sed perfecta 4. Erant linguæ dissertæ. 10. Prætiosæ. 12 Gloriosæ. 14. Novæ linguæ. 7. Unde novæ? 13. Mors Innocentium adventus Salvatoris indicium. 5. & 11. Quomodó? 14. An habuerint usum rationis? 11. Quid glorioſum in eorum linguis? 14.

INSPIRATIO : Vid. *Vox*.

INVIDIA, ET INVIDVS.

Dotibus spectabilis iugulatur à meritis. 30. 3. Conditio livoris & unde? 5. Quota mala, sola invidia? 6. Illâ & iustus damnatur, & sceleſtus absolvitur. 13. Ars in accusationem iusti. 12. Ad illam tota patientia necessaria. 452. 3. Si micat honor, insidiatur livor. 4. Et perit splendor. 7. Rami quinam invidiæ? Ib. Cadit pre illam dotium gloria, zeli & religionis larvâ. à 8. Sub velamine charitatis, virus livoris. 9. Tota flamma inferni in huiusmodi fictione. 11. Eius pravitas, curiositas, malignitas, & crudelitas. à 1. Ruit spectabilior, ubi rutilat splendor. 452. 2. Imago, & symbolum Invidiæ. 11. & 32. 8. In famam furenter irruit. 640. 4. Nec honor fratris liberatur à crudeli. 349. 4. Summa, dùm ab ea accusantur miracula, quasi crimina. 568. 21.

Invidus. Tabescit. 32. 7. 639. 2. Insidiator, & hostis; obcæcatus & truculentus. 1. Quælibet aliena gloria in eius pectus iagitta. 3. Dæmon hominis figurâ. 5. Ex inferno exijt in mundum, à diabolo missus. à 6. Eius infernales operationes. à 8. Tendit in mortem fulgoris & fulgentis. 11. Quicquid ab illo obiectum, fictum & falsum. 12. Cur fur dicitur, ubi honore vexatur? 14. Quid invidus? 453. 5. Furiosus, desipiens, & extra se. 6. Eius occupationes, & artificia, æstus & astus. 12. Quanta solicitudo, ne eius impostturarum cognoscatur cogitatio! à 13. Quanta astutia! 14. Ubi cognoscitur furor, impostturæ neque color. 16. Quicquid in malum cogitatur, eum adversus retorquetur. 18. Quicquid conterit, erigit. 34. 11. Cæcé videt, & videndo contabescit. 639. 2. Tendit & irruit conamen, maximè in æmuli honorem. 4.

S. JOANNES BAPTISTA.

Cur dictus visa vox? 629. 13. Quid sit, quare non cognoscit? Ibid.

S. JOANNES EVANGELISTA.

Cur myrto confertur? 341. à 1. Sol plauditur. 6. Aquila cœlestis, & quare? 22. Eius insignia & encomia. 19. Amor & honor. 20 Ab illo tantùm in littore Jesus notus. 3. Jesu imago in eius corde, & quare? 4. Ad illum Jesus de cœlo descendit. 16. Se sepelivit. 17. Quo intuitu & miraculo? 18. Quare dilectus dilecti, Virginis Matris amore? 10. Cur pro cadavere Manna sufficitur? 18. Eius martyrium sub tyrannide amoris. 8. & 14. Acrius expectatione martyrij. 2. Acerbè passus, quia non passus. 5. Ei dolor amanti manere sic. 6. Passus sub tempore, quod nequiebat morte. 7. Quantum tormentum! 8. Ex dulcedine amaritudo vitæ. 9. Unde illi multiplex mors? 8. Immania tormenta, tormentorum fuga. 9. Quo pacto violenter mortuus, si non occisus? 12. Quinam calix ab illo haustus, si totum bibit Jacobus? 13. Unde rubicundus, si candidus? 11. Quomodò eius tota vita sub martyrij pœna? 16. Passus sub cruce, & sub cruce amoris. 14.

JOB.

Laudes, virtus, & constantia. 1. 1. Cum Christo resurrexit. 83. 17. Filij eius à morte revocati. 21.

JONAS.

In eius fronte sculptum nomen Jesu. 279. 17. Eius in supplicium, maris procella. 16.

IRIS.

Tricolor symbolum Trinitatis. 204. 8. Cur hominis in statu gratiæ? 51. 3. Cur symbolum mundi? 230. 9.

IVDEX.

Debet esse ipsa iustitia. 372. 25. Quis iudex integer? 54. 17. Quæ conditiones ad rectitudinem iudicis? 12. In quo elucet magis eius prudentia? 18. In sententijs repellendæ interventiones fœminarum, & potentum. 259. 9. Ubi ex iure causa, prompta debet esse sententia. 10. Interdum litis vexatio non à lite; sed à iudice. 2. Cunctatio peior litigio. 1. Tunc iudex crudelis, sub colore pietatis. 2. Productio causarum ex questu iudicum. 4. Ex suspensa sententia, molestiarum ille causa. 6. Quàm pravus tunc iudicis intuitus! 4. Si causa suspenditur, fucus ab illo construitur. 8. Artes ia excusationem promptæ expeditionis. 11. Pessimus, si iudicium iuxta quæstum. 13. Quantum illi opprobrium! 11. Sine lucro non aliæ leges, quàm placita iudicis: Vid. *Lites*. Artes iudicis in excusationem criminis. 484. 11. Qua arte consulunt & ad sententiam causidicos eligunt? 12. Malum iudicium, quod non legibus fulminatum; sed legum opinionibus. 1486. 15. Eius munus; quamvis doleat, respondere muneri. 547. 3. Nulla recta, ni rectè fiant 644. 12. Sed iudicium vanum sine iudicio. 13. Blandientis uni partium, iudicium contra iudicium. 34. 12. Iudex pravus, si in delinquentem, & non in crimen. 543. 11. Quomodò ab illo clementia etiam in sententia amara? 13. Reus damnandus, quamvis sit filius. à 14. Extra causam, damnandus sit uti socius. 17. Iudicaturâ ne sit audax, vel procax. 16. A iure sententia, à iudice procedat misericordia. 15. Sine modestia, sententiæ tenor est iudicis furor. 17. Supplicia sine causa, non medicina sed vulnera. 638. à 1. Furentium proposita, non causa sed pœna.

na. 2. Suſpicioſa ſententia, ſi lex quæritur pro cauſa. 13. Tunc iudex phreneticus. 3. In pœnis diſcrimen iræ & iuſtitiæ 543. 10. Unde iudicum decor, vel dedecus? 559. 11. Sæpe frangunt leges propter uxores. 401. 3. Vid. *Præſes.*

IVPITER.

Locus, quo natus; ſine ſerpentibus. 462. 12.

IVSTITIA.

Zelus iuſtitiæ, quando embolium calumniæ, & à quibus? 35. 14. Vid. *Zelus & Præſes.* Ubi extrema mala, acerba ſit medicina. 690. 1. Quando iugulata iuſtitia? 6. Iuſtitiæ vulnera. Vid. *Rabula.* Statuæ Deorum ad ſupplicia velabantur. 552. 15.

L

LABOR.

Floret comite gloriâ. 258. 1. Gloria lucet in ipſo labore. 4. Cur dicitur omne bonum, & cœleſtis claritatis principium? 5. In mundo glorificatio. 6. Pro labore ineſt deſidia vel in propria commoda. 12. Eſt gloria interna. 10. Et præventa pœna à gloria. 12. Eſt virtutis occaſio. 1. Infirmitatum labores, beneficia. 264. 2. Sanantur peccatores vulneribus infirmitatis. 4. Unde per laboris plagas, animæ evaneſcit infirmitas? 5. Per infirmitatis laborem, infirmitati inſeritur medicamen. 7. Errantes, per infirmitates ſequuntur veſtigia Salvatoris. 8. Corporis infirmitas, animæ libertas. 11. Anima felix, ſi in doloribus voluntati Dei conformis. 12. Non eſt quærendus ſine labore, laboris fructus. 1. Quare labores immittantur unà iuſtis & impijs? 9. Vide, *Tribulatio.*

LACHRIMÆ.

An ſemper ex mœrore, vel interdùm ex gaudio? 228. 4. 594. 30. Lachryma, amoris idioma. 275. 6. Voce clamat. 150. 20. 198. 19. Quomodó vocis eſt clamor, ubi neque vox percipitur? Ib. Deus ſolus huiuſmodi voces audit, & linguam intelligit. 20. Quomodó audiuntur? 21. In venena peccati ſunt aqua vitæ. 101. 2. Quæ lachrymæ candidæ & nigræ? 10. Ex candida, reconciliatio perfecta. 11. Veré pœnitens, qui alitur lachrymis. 14. Criminum ſunt medicina. 266. 8. Quàm Deo acceptum ſacrificium lachrymarum! 110. 13. Delent lachrymæ veſtigia culpæ. 11. Baptiſmus lachrymarum, virtus, & effectus qualis? 300. 30.

LÆTITIA.

Quid ſit? 228. 5. & 14. Pro philautia. 13. Pro corona. 24. Vid. *Gaudium.*

LÆNA.

Parit ſemper uno minus. 163. 7.

LECTIO.

Diſcrimen lectionis & orationis. 184. 1. Non legit, qui legit curiosè. 4. Qui modus habendus? 3. Optimus. 5. Ludicer. 4. Unde lectio inutilis, ſi legitur ut legatur? á 5. Unde quod utile noceat? 6. Nulla ex lectione utilitas, ſi totum curioſitas. 7. Lecta ruminanda, & quomodó? 8. Vid. *Libri.*

LEX.

Inſignis fabula Rabbinorum de collatione Legis. 375. 33. Leges mutandæ iuxta mores. 664. 22. Tres infelices in lege, & quare? 181. 10. Splendor dignitatis ex obſervantia legis. 487. 18. 488. 1. Et felix vita. Ib. Ei placet errare, qui procedit ſine lege. 10. Duplex felicitas, Rex & Lex. 3. Obſervantia, vel ommiſsio legis à conditione Superioris. 2. Vid. *Subditi*, & *Præſes.* Quinam Legislatores electi ad votum? 449. 9.

LIBERTAS.

Servo concedebatur per alapæ opprobrium. 266. 10. 679. 4.

LIBRI.

Librorum ingluvies, non legentis; ſed helluonis. 186. 6. Vid. *Lectio.* Unde ex medicina librorum venena? 7. In afflictione ſolatium, qui habuerit ad manum librum. Ib.

LINGVA.

Animalia omninò muta locutionis incapacia. 145. à 8. Vid. *Vox.* Diſcrimen linguæ Angelorum & hominum. 11. An inter Angelos idioma multiplex? 12. Vid. *Angelus.* Quænam hominum lingua in Patria? 12. Varij modo loquendi ſine lingua. 30. Gloria pro lingua, & lingua pro idiomate peregrino. à 29.

LITES.

Quàm moleſtæ! 356. 3. Qui illigantur lite, digni miſeratione. 4. Afflictiones ſunt vitæ. 14. Satiús pernicioſa concordia, quàm bona cauſa. 5. In illis cauſa immota; arcá recluſa. 12. Nil æquè amarum, quàm in cauſa diú pendere. 1. Litigatores nec reſipiſcunt ærumnis, pace morientes. 3. Unde iudices cauſa litium? 8. Vid. *Iudex.* Litium embolia. Vid. *Rabulæ*, & *Cauſidici.*

LIVOR: Vid. *Invidia.*

LVNA.

Quid ſit ſuccurrere Lunæ laboranti? 509. 30. Falſum, Lunam de cœlo trahi. 36. Plures Lunæ, & quomodó? 41. Luna an interpoſita Soli, moriente Chriſto? 37. An novilunio, vel plenilunio creata? 67. à 11.

LVX.

Eius pulchritudo decor orbis. 192. 3.

LVXVRIA.

Vid. *Venus.* Inexplebilis. 269. 3. Inimica deſideria. 1. Deſcriptio luxuriæ. 6. Qui ſemel cecidit, raró ſurgit. 7. Qui luxuriæ flammam perit, perit flamma. 10. Quieſcunt & dormiunt pertiti luxuriâ, dùm maius vulnus. 11. Phreneſis ita, ut in viria ſepeliantur à vitijs. 15. Quinam illorum dolores, & labores? 12. Supplicijs etiam, raró mala ſentiunt. 14. Per tormenta evaneſcit luxuria. 3. Et cogitatione gehennæ, & ſacramento Euchariſtiæ. 9.

M

MAGDALENÆ.

Unde pretioſiora eius obſequia? 168. 20.

MAGI.

Reges. Vid. *Gentilitas*, & *Synagoga.* An in ſtella apparente illis, imago infantis? 638. 17. Quo intuitu. 18. Quænam illorum ſtemmata? Ib. Sſtellæ miniſteria & natura. 475. 9.

MAIESTAS.

Quid ſit & cuias? 377. 37.

MANDRAGORA.

Cur flos dicatur Amoris, & cuius in illa & imago & inſcriptio? 213. à 6.

MANNA.

Quomodó in illo varij ſapores, & an panis? 477. à 13. An accidentia ſaporum eſſent in palato edentium, vel in Manna? 14.

MARE.

Ad inſtar draconis monſtrum immane; ſed ludibrium virtuti. 619. à 2. Mare magnum in Scriptura, eſt Me-

die-

diterranеum. 3. In mari mortuo lucerna accensa vagatur, extincta summergitur. 9.

MARIA.

I. *Virgo.* Dei forma quare, & quomodò? 555. 7. Deliciæ Deitatis. 252. 1. Prodigium gratiæ. 68. 12. Lux in tenebris errantium. 552. 1. Generis humani bonum. 71. 1. Mundi communis amor. 254. 7. Cur Pandoræ similis? 1. Cur dicta Arbor pulcherrima? 62. 14. Quare circulus cœlorum, & cœlum cœli? 502. 17. Unde felix & beata? 212. 2. Cur ei dicata tiara? Ibid. Unde in gratia eius, plenitudo gratiæ? 289. 3. Quid sit? 54. 10. Quid plenitudo sibi? 11. Dùm Angelus timorem expulit, quamnam eius excellentiam demonstravit? Ibid. Quàm obtabilis eius præsentia! 254. 7. Singulariter Mater Virgo. 8. 15. 57. 2. 309. à 4. Quænam insignior gratia in Virginitate fœcunda? à 1. Dum filium peperit, quæ discordia superavit. 57. 2. Ex illa solà corpus filij. 8. 16. Ex eius partu cœlorum ordo. 62. 14. Virtute humilitatis, ei dignitas genitricis. 313. à 2. Erit Maria, qui fuerit Mariæ. 559. 17. Quæ dicantur eius sorores? 21. 45. Eius gratia erga animas Purgatorij: Vid. *Purgatorium.* A tota Trinitate coronatur. à 12. 3.

II. *Conceptio Virginis.* Eius tota gloria, in Conceptione singularis gratia. 63. 1. Quæ & quanta prodigia! 10. Quomodó confregit draconis caput? 69. 16. Speculum puritatis vel a principio conceptionis. 1. Cur dicitur cœlum? 3. Novus Paradisus. 2. Traxit humanæ conditionis originem, secús originis conditionem. Ibid. Simul accepit naturam & gratiam. à 4. Cur plauditur lux prima, & splendida Aurora? 5. & 10. Cur horologium Achaz? 6. In umbrà corporis sine corporis umbra. 7. Eius natura comitata gratia. 8. Prior in illa gratia Matris, quàm materia filiationis. 9. Quomodò in Virgine gratiæ prioritas? 10. Quomodò Lunæ splendor; & Luna pulchrior? 11. Unde Luna nova & Luna plena? 13. Imago Solis & Sol? 14. Corporis conditio sine corporis veneno. 15. Vel in momento conceptionis prior refulsit excellentia Matris. 14. Cur balsamo puro similis? 15. Quæ ordo decretorum ad eius conceptionem? 16. Habuit libertatem gratiæ, & gratiam libertatis. 17. Quænam gloria gratiæ eius? 18. Non contraxit debitum originalis labis, nec contrahere potuit. 19. Ut Sol in crystallo fulsit. 20. Cur pyramis symbolum eius conceptionis? 7.

III. *Nativitas Virginis.* Oritur decore perfecta, plena gratiâ, Dei delicium, naturæ portentum, virtutum singulare theatrum. 252. 2. Gaudium in tristitia ex Protoparentum noxa. 2. Quæ bona mundo, dùm oritur Virgo? 3. Cur tunc plauditur stella, & cuiusnam conditionis? 7. Quæ & quanta dona in illa! 71. 2.

IV. *Nomen Virginis.* Nomen cœleste. 257. 15. In illo quanta dulcedo! 12. Timet Tartarus vel levem sonum nominis eius. 3. Eius nomine prostratus totus Turcarum exercitus. 4. Quare in illos fuit speculum, & rotundum? 5. Ab illis liberat Romanum Imperium. 6. Potitur triumpho, eius nomine invocato. 8. Turbavit regna Turcarum; & quando denuò illorum destruet imperium? 9. Non cessat. 10. Quando tertiò subiugabit? Ibid. In pugna affuit Virginis præsentia. 11. Nec locus formidini, eius invocato nomine. 14. Novus Virginis prædicandi modus. 11. Cur confertur rosæ & Minervæ? 16. Ex gratitudine, nominis eius celebratur festivitas. 13. *M.* signum libertatis & gloria exercitus. 14. Cur rosa dicitur *Arbor Mariæ*? 15.

V. *Virginis annunciatio.* Vid. *Incarnatio.*

VI. *Expectatio Virginis.* Cur non dicitur Virginis spes; sed Expectatio? 311. 9. Quodnam gaudium in eius Expectatione? 1. Cur in ea eiusi pes dicitur gloriosa? 2. & 10. Etiam spes viva. 11. Desiderium sine desiderio. à 8. Quare in illa tanta partus desideria? á 1. Quomodó ante partum parturivit? 4. Unde desiderium, si continet omne bonum? 9.

VII. *Virginis partus.* Quæ in eius partu novitates insignes? 308. 3. Cur eius in flore portus, decoris singularis fructus? 4. Quo Mater honorificata, & unde? à 5.

VIII. *Dolores Virginis iuxtà crucem.* Passa in corpore, quæ Christus in cruce passus. 578. á 10. Vulneribus Matris, filij patientis legebantur dolores. 5. Christo in ligno crucis, quæ vota Matris? 2. Crux Virginis ex cruce morientis. 3. Quomodò Mater dolorosa, si in filio vulnera? 4. Sustinuit in carne ipsa vulnera filij. 5. Quomodò utrique? 6. Vulnus non haberet corpus, ni haberet filius, dolore ex plagis multiplicatis. 7. Quod in filio gladius, in illa vulnus. 8. Unde & quomodò charitate vulnerata? 9. Ostendit amorem cordis per vulnera carnis. 10. Miraculum, tunc non mori. 12. Quid tunc hic illi amarum & amarissimum? 13. Quomodò erat impassibilis patiens? 15. Mors, mori velle, nec posse. 13. Tunc plusquàm martyr & quare? 2. & 11. An ex his dicta corredemptrix? 6. Quomodò vulneribus conversa est in amorem? 9. Tunc amor morte potentior. 12. Quanta constantia Virginis in filij plagis! 14.

IX. *Rosarium Virginis.* Orbis Catholici scuta & arma, Virginis salutatio Angelica. 212. 1. Quanta ex illa bona, & quid contineat? Ibid. Ter Regina plauditur, & quare? 2. Mysteria coronæ. 3. Cur trina corona? 4. Eius corona contra inimicos tela. 7. Per illam de Turcis parta victoria. 10. In suos, corona munimina. 11. Pugnat in hostes visibiles, & invisibiles. 12. Evanescunt dæmonis artes. 14. Convertuntur peccatores. 15. Et à dæmonum liberantur catenis. 16. Triumphat de Turcis. 5. Eorum classem summersit, & imperium iugulavit. 7. Secuit vastas Selini cogitationes. 8 Superbiam fregit. 9. Vires contrivit. 13. Devotos coronæ Virgo ducit in cœlos. 12. Munerat devotionem. 18. Quæ ei aurea & grata corona? 16. Quinam Rosarij fructus? 17. Rosarium nos flos, ubi sine fructu est. 18. Quando in salutatione, non salutatur Virgo? Ibid. Vid. *Patrocinium.*

X. *Patrocinium Virginis.* Clarius encomium Mariæ, quòd Mater misericordiæ. 71. 1. Prompta gratia. 12. Tutamen humani generis. 252. 1. Et Patrona. 75. 1. Ab illa dona & gratiæ. 2. Mater suavis & dulcis. 1. Vel pro non suis ostendit ubera Matris. 3. Unde filij eius, qui non filij? 5. Qui non sunt, facit ut sint. 7. Concipit, dùm gratiæ restituit. 8. Quanta potestas Virginis amore Matris! 552. 1. Quomodò refugium peccatorum? 2. Eius Maternitas hominum felicitas. 1. Homines eruit á catenis dæmonum. Ibid. Filio non placet, in oculis Matris exercere munus iudicis. 3. Sat imago, ut à Deo hominum removeatur afflictio. 6. Eius gratiarum modus singularis, per intercessionem Virginis. 11. Confert favores & ante preces. 12. Ad quamlibet gratiam, nullam patitur repulsam. 13. Nubes est opposita tribunali iustitiæ. 6. Prævenit gratiâ afflictorum desideria. 8. Quomodó vultu Virginis, exulant tribulationes? 11. Mala premit, sed & arcet. 13. Gratijs pluit. 6. Signum eius favoris, favor ipse. 14. Gratiæ pignora, gratia. 15. In eas, non sustinet sustineri. 16. Rapit fulmina de iudicis manu. 252. 1. Dum Virgo venit, pressura fugit. 7. Celeritas in gratia conferenda. 16. Eius plausus propriè à cordibus. 72. 2. Filiorum, non potest esse non mater. 12. Non eius filius, qui Dei non servus. Ibid.

Non

Non in illa matris munos ; si non filius , qui devotus. à 11. Respuit filios de generes , nec reducit tenaciter aberrantes. 559. 18. Ex gratia divina in Virgine constant viscera materna. 74. 10. Qualis eius fœcunditas ex amore in homines , & quare ? 4. Eius solicitudo , hominum reconciliatio. 7. Refugium peccatorum sed pœnitentium. 9. Non criminum. 11.

MARTYRES.

Eorum virtus fulget in arduis. 240. 1. Illis dulce pro Christo pati. 227. 2. 245. 1. Præstantia in quo? 3. Vel incruciatibus gaudia, & amoris flammà impelluntur ad vulnera. 1. Cadendo vincunt. 495. á 1. Victoris cruciatus ; victor , qui victus. 3. Vulnera virtutis signa. 246. 2. Maius tormentum , deliciura. 2. Unde quæ vulnera , læta ? 4. Dona cœlestia illorum pœnæ contraria. 258. 1. Quomodò dum patiuntur, cœlestibus collocantur ? 2. Levantur pondere pressi. 3. Locus beatitudinis obscuritas carceris , & habitatio in catenis. 4. Gloria in vita. 7. Quomodó pulchritudo ex vulneribus ? 9. Et gloria vel in passionibus. 11. Gloriæ apparet splendor , ubi finitur labor. 12. Inter certamina iuvat Jesu præsentia. 13.

MATER.

Pro nutrice & socru. 16. 31. Plures acceptiones huius vocis. 36. Discrimen inter Matronam & Matrem familias. 34. Sequuntur filiæ maternos mores. 35. Quæ inter Ethnicos *Magna Mater*, & quare in circuitu sedis eius sedes vacuæ ? 361. 2. Cur tympana, eius insignia? 508. 30. Quare in eius sinu figura. *O* ? 310. 6. Quæ *Mater Matuta*, & ritus in eius sacris? 431. 9.

MEL.

In insaniam. 186. 6. Cur arcetur à sacris? 3.

MENSA.

Pro lecto discubitorio. 370. 21. Discubitus & accubitus pro sessione ad mensam. 22. Quid inter Accumbere ad mensam , discumbere & recumbere ? 16. Prisci propriè Sedebant, non discumbebant. 15. Interdùm singulis singulæ mensæ. 17. Fœminæ Romanæ in convivijs cubantes, non Atticæ. 18. Usus Principum ad mensam cùm filijs. 17. Ornatus mensarum in discubitum. 19. Modus accumbendi. 20. Quid subsellia in convivijs ? 17. An deponerentur soleæ? 19. Quinam in convivijslocus honoratior? 20. Quid Silicernia & Lectisternia? à 15.

MERITA.

Unde dotibus spectabilis , iugulatur à meritis ? 30. à 3. Ubi meritorum insignia , cur necessaria patientia? 452. 3. Vid. *Invidia*. Si merita interventiones, exulant merita. 425. 12. In dignitate si non merita, fulgent iumenta infulata. 430. 5. Auctoritas honorum non ab auctoritate honoris , sed à meritis. 1. Sine illis honor inanis. 11. Iuxta merita vel demerita ; gloria throni , aut ignominia. 14. Merita si despecta , quasi non habita. 119. 8. Ex meritis vanitas , est meritorum pauperias 602. 7. Merita ex præsumptione , vacuitates cerebri. 8. Dignitates , non sunt merita fungentis. 7. Sine meritis honor , non est splendor. 13. Interdùm Principis gratia, indignorum merita. 14. Debent honorari, quamvis non sint Patrigenæ. 223. 6. Vid. *Dignitas, Electio, Patria.*

METEORA.

Varia. 524. à 73. Mira. 75. Cur Deus singularia exhibet? 74.

MIDAS.

Quæ eius ara ; & quare erecta? 100. 11.

MISERICORDIA.

Eius insignia. 667. 25. Ará. 23. & 26. Quare cum ara Iuventutis? 25. Vid. *Deus.* II.

MONACHVS.

I. Quàm proprium illorum Baptismа lachrymarum ! 300. 30. Et vita perfecta. 24. á 1. & 9. Magnus , qui non fui. 2. Qui perfectus , religionis est filius. 3. Quid in illis perfecta negatio sui ? 55. à 14. Semper perfectione floreant. 329. 15. Cur perfecti similes vino mero ? 169. 22. Luminarium imitantur cursum. 26. Munus Monachorum Patriæ cœlestis desiderium. 190. 18. Quomodó non bonus, qui non melior. 24. Extrà minimé attenduntur vanitates , si interiùs librantur imperfectiones. 46. 7. Descriptio animi fluctuantis in via virtutis. 177. 17. Nulla sæculi memoria , perseverante flammâ. 29. 14.

II. *Monachi vocatio.* Quanti nocumenti vocationis negligentia in spiritali vita ! 50. 13. Vera vocatio , vel falsa à proposito. 161. 2. Ubi status non perfectio , fit suspicios vocatio. 26. 5. Veré vocati in claustrum , qui non in commodum. 6. Cur conferuntur Leænæ ? 163. 7. Fœminæ concipienti ? 12. Topatio ? 15. Lunæ cursui ? 26. Pigrè agendo , nihil agitur. 9. & 38. Pignus virtutis rectitudo vocationis. 675. 7. Vbi in vocatione vitiositas , instat morum mutabilitas. 9. Quæ vocatio sine vocatione ? 7. Miserrimi , qui ab illa recedunt. 56. 16. Carent cerebro , quibus vocationis oblivio. 162. 5. Quantum periculum ! à 1. In desidiam propensio. 5. Unde desidia amata , si pridem invisa ? 8. Dei gratia in vanum recepta. 9. Vacui , qui debebant esse pleni. á 10. Vel in plantatione , arbores eradicatæ. 11. Unde steriles ? 13. In quæ præcipitia illos impellit socordia ? 16. Corruunt dùm ascendere cupiunt. 17. Dormiunt , quó alij requiescere nequeunt. 25. Ubi gratià vocationis non est opus , non est fructus. 10. Unde erga Monasterium fastidium ? 675. 8. Quantum & in quibus. 9.

III. *Monachi aulici , & sæculares.* Quæ pericula extra claustra ? 26. 6. Fides servata sæculo , destruit virtutes in claustro. 4. Monachi sine animo religionis , omninó sæculares. 7. Non ædificat , qui non ædificatur. 10. Quid sæcularis Monachus , si intra claustra recluſus ? 6. Gratiæ summum , conversio reversi in sæculum. 16. E sæculo venenum & pestis Monacho. 672. 1. Illecebræ vomica , affectio vulnera. á 2. Non sat relictus mundus , si manet affectus. 5. Cadere , arbitrantur profiere. 166. 15. Et status deformitatem , perfectionem. 16. Semel laxi , peiores quám sæculares. 8. & 18. Cur conferuntur aceto ? 22. Sunt inconvertibiles. 24. Quare ? 25. Si aliquando conversio , debet adscribi miraculo. 26. Qui corrupti , ferè hypocritæ. 491. 9. Quinam , & qualis eorum spiritus lunaticus ? 176. 17. Cur instabiles ? 16. Qui moribus corruptus, perfectorum offendiculum , etiam sæcularibus scandalum. 27. 10. Eius conditio & fastus. 11. Remo-

tio improbi, ædificatio perfecti. 12. Eius impunitas, malum exemplum. 11. Quàm difficilis reversio, ubi status oblivio! 15. Ferè ambitiosus, totus scelus. 427. 16. Vanitatis insipientia, habitus sanctus, & sæculi idola. 674. 6. Unde fulgor lucis illorum, cæca obscuritas tenebrarum. 13. Quæ in illis tenebrarum tenebræ, & signa conceptæ vitæ? 14. In corruptis tantùm lex, quæ voluntatis. 678. 1. Quæ ab illis in sæculo cupita, summa tormenta. 2. Quare summa? 3. Quare qui malùs, pessimus? 167. 18. Unde illorum audacia & impudentia? 21. Pernicioſa relaxatio. 6. Unde studium excusationis? 7. Relaxationis origo. 12. Pervertuntur in deteriora, etiam dùm videtur pœnitentia. 20. Eorum vita Christo crux. 23. Illos respuit, & spuit. Ibid.

IV. *Monachi Apostatæ.* Per morum corruptelam deveniunt in Apostasiam. 676. 9. Eorum colluvie, ante egressionem egressi. 10. Habitant, ubi affectum collocant. 11. Qui futuri Apostatæ? 12. Cur dicantur carbones? 10. Iscariotæ similes. 167. 19. Quare dæmones? 17. Extra claustra, eorum improperium & miseria. 679. 4. Unde opprobrium? 4. Unde miseria summa? 5. Cur illorum conversatio virulenta? 11. Unde in claustra illorum sine conversione reversio? 6. Ex mundi doloribus, eorum pungitur animus. Ibid. Unde clarebit vera in reversione conversio? 7. Quare magna solicitudo necessaria erga revertentem? 8. Astus & embolium, ut effugiat supplicium. 9. Ad spiritualia fovendus, ad cætera suffocandus. 10. Recludatur, sed nesciatur ubi. 11. Patrocinium iniustum, & quare pravum? à 12. Ex indulgentiâ ruit in graviora. 13. Sine iustitia, in eum crudelissima clementia. 14. Si fota pravitas, floret malignitas. 13.

MONASTERIVM.

Lethalis in illo sæculi imago. 673. 3. Magis nocet, dùm magis latet. 4. Non deaurentur vitia. 5. In illo vel tormentum dulce, præ acerbitatibus sæculi. 680 5. Monachus inutilis, non utilis Monasterio. 161. 3. Quantum gravamen! 4. Eius otiosa & pernitiosa occupatio. Ibid.

S. MONICA.

In corde eius Jesus fixit crucem & passionem. 211. 26.

MONOCODIATA.

Avis, cuiusnam conditionis? 623. 12. 626. 5.

MORS.

An omnes iudicandi, morituri? 81. 12. Unde mors dicitur insidiatrix? 704. 2. Quare quia tempus ignoratur, angitur homo, & plus in mortis articulo? 43. 1. Unde mors grata & acerba? 704. 3. Quomodò formidabilis non timenda? 14. Oportet & quare, ante mortem mori vitia? 703. à 1. In morte patet, quod Numen peccator coluit. 14. Oportet ante oculos illam, & suspectam habere. 2. Cur & unde iustus non moritur morte? 16. Egregium, ante mortem ire sepulchrum. 18. Eius considerationis commoda. 10. In miseria felicitas. 18. Qui in mortem intentus, crucifixus. 12. Mors non timetur iudicio mortis. 13. Cogitatione moriuntur peccata. 1. Mors superatur, si pridem concipitur. 3. Stimulus in virtutis culmina. 2. Eius consideratio, morte gravior afflictio. 4. Non amara cum memoria. 6. Unde clareant mortis examine, quæ superventura in morte? 9. Amarissimæ mortis consideratio dulcis. 10. Oblivionis infelicitas. 18. Vitia sepelit, & furenti mentem confert. 11. Mortis iudicio, non est iudicium in morte. 14. Iustos firmat, & pravos à vitijs revocat. 15. Cur mortis cogitatio comparatur labyrintho? 17. Angor animæ in exitu de corpore quantus! 48. 9. Unde origo formidinis post acerbitatem mortis? 10. Soliloquia morientis, & causa timoris. 11. Quæ mors valens & prævalens? 13. Quid in vitæ discussione post mortem timendum? 14. Post mortem, non est recursus in pœnitudinem. 12.

MVLIER: Vid. *Fœminâ.*

MVNDVS.

Eius æstimatur gloria, quia fugitiva. 349. 3. Dùm apparet, evanescit; quippe totum apparentia. à 1. Vanitas dilecta, eò quòd cognita. 3. Non felicitatis forma, sed figura. 4. Dolosa sine substantia. 5. Cur amator confertur ingredientibus specum Triphonij? 6. An in mundi despectum, valentior memoria, quàm oblivio? 7. Gloria, oculorum ludibria. 2. & 9. Cur in mundo risus & questus? 8. Quomodò totus dolus? 9. Despicitur, si introrsùm videatur. 10. Cognitio eius falsitatis, signum salutis. 11. Cur mundus dicitur dos fœminæ? 12. Fructus sterilitatis mundi, cognitio sterilitatis. Ibid. Cognoscenti insidias, evanescit falsitas. 11. Cur aeri & vento similis eius gloria, & molestissima gaudia? 14. Quod ostenditur uti miraculum, est præcipicium. 15. Et qua arte? 16. Homo quare cognoscit & nescit? 17. Quæ anima fugerit, mundus non fallit. 571. 7. Cur eius deliciæ pendulæ? à 13. Vid. *Eucharistia* & *Bacchanalia.* Fletus & risus mundi, inversus ordo. 227. 1. Gaudia mundi, noxia & plena falsitatis, ut colores Iridis. 9. Ut conchilia maris Adriatici. 44. 2. Mundus in orbe. 501. 14. Quare? 16. Quid in eius rebus, numerus mensura & pondus? 20. Ordo rerum mundi musica dictus. 25. Constat ex concordi dissonantia. 26. Hieroglyphica huius musicæ. 27. Imago, templum, speculum, & Dei volumen totus mundus. 30. In successione varietatis est pulchritudo orbis. 654. 3.

MVNERA.

Quàm virulenta, atque meritis opposita! 420. 12.

MVSICA.

Quid? 144. 6. Vox pro musica. 28. Voces pro instrumentis musicis. 29. Unde varietas modulorum? 28. Quæ instrumenta musica inter Hebræos? 34. Quid vox *Selah*? 35. Quid sit in musica *Vittar*? 32. Quid *Intellectus*? 33. Quid *Euphron.* in choreis? 30. Musica voce, flatu, & manu. 29. Differentiæ quibus & à quibus? 504. 22. An musica ex volubilitate cœlorum? 22. Cogitata á Priscis. 23. Ordo rerum cur dictus musica? 25. & 29. Musica quomodó in Elementis? Ibid. In Republica? 27. In homine? 28. Vid. *Mundus, Scholastica*, & *Vox.*

MYRTVS.

Eius proprietates, & cuius symbolum? 341. 1. Habet folia perforata, & quare? 2.

Rerum & verborum.

N

NEPHTE.

Quæ Dea? 268. 2.

NESTOR.

Eius crater, & quid significet? 338. 20.

NOBILITAS.

Ad dignitates sola, non sunt merita. 601. 5. Cur sanguis, illustrior in vulneribus corporis, quàm in venis? 273. 1.

O

Quid significet in notis Antiquorum; & quare figura in sinu Magnæ Matris? 308. à 1.

OBEDIENTIA.

In subdito crux voluntaria, nocua. 387. 4. Directio à propria voluntate, graditur errore. 12. Obedientia perfecta non eligit observanda. 425. 11. In quo obedientiæ perfectio? 420. 10.

OCCASIO.

Quid sit? 656. 6. Ut operetur divina gratia, occasio criminis relinquenda. 561. 5. Magna est gratia, removeri ab occasione peccandi. 264. 3.

OFFICIVM.

Sine usu, vacuum. 407. 3. Vid. *Dignitas*, & *Merita*.

OPPORTVNITAS.

Deus *Opportunus* quis, & quibus signis? 656. 6. Vid. *Occasio*, & *Tempus*.

ORACVLVM.

Mercurij, deridiculum & superstitiosum. 482. 6.

ORATIO.

Discrimen inter orationem orare, & oratione. 151. à 21. Verba orationis non habent effectum ex opere operato. 23. Nec ex Astrorum configuratione. 24. Gratia oratione petita, tantùm à Deo. 25. Quid in oratione, clamor & vox? 27. Ut sit impetrativa, debet esse meritoria. 26. Unde inanis? 171. 1. Vana? 2. Dolosa & intorta? 10. Quæ taciturna? 14. Unde qui voce orant, clamore sileant? 18. Unde à diabolo, quæ videtur bono spiritu? 14. Ni directa Deo, non est oratio. 10. Non audit, quàm non cognoscit. 11. Quomodò non orat perfectè, qui se in oratione cognoscit? 9. Quænam orationis forma? 3. Ni sancta, pura, & recta; prorsùm nulla. 4. In illa, non spiritus, sine mente. 8. Unde dicta canticum novum? 6. & 13. Aperit voce cœlum. 12. Vocis forma ex cordis flammâ. 7. Inest illi vox, si voci consonat mens. 8. Unde nec honos, nec decus? 1. Non oratur perfectè, sinè animæ elevatione. 12. Perfectæ orationis conditiones. 3. In oratione mentali, vox sine voce audita, & sine sono sonora. 5. Gradus ad elevationem animæ. 7. Fiat oratio corde, etsi vocalis oratio. 218. 18.

ORPHEVS.

Eius fabula cuius symbolum? 323. 16.

OVVM.

Ridicula de ovario mulierum. 7. 14. Sicut, Venerem & Helenam natas ex ovo, è cœlo Cunæ delapso. 13.

P

PALLADIVM.

Quid, & unde apud Romanos? 366. 13. Cur eius sacra dicebantur immobilia? 12.

PAN.

Quodnam Numen? 60. 8.

PASTINACA.

Eius forma & conditio. 269. 5.

PATER.

Quantus amor Patris, tanta ingratitudo filij. 143. 5. Acceptiones huius vocis. Vid. in *Filius*.

PATRIA.

In eam amor, furor. 121. 1. Cur dicitur Patria dulcis? 2. Affectus in patrigenas & patriam, nutrit dementiam. à 3. Cogitationes phreneticæ nationalium. 5. Non credunt in alijs, etsi viderint dotes insignes. 4. Delira suffragia in suos. 8. Stoliditas. 7. Furor horum indignos extollit, dignosque sumergit. 9. Quantum nocumenti ex huiusmodi prava affectione! 12. Cur è suis quos erigunt, interdùm proterunt? Ib. In exterminium Reipublicæ ingeruntur nationales. 11.

S. PAVLVS.

Non haberet Ecclesia, sine Stephani oratione. 242. 6. Vid. *Stephanus*. Ab illo Paulus in conversionem punctus. 9. Eius animam morientis suscepit, & Deo obtulit. 8. Quàm mirabilis eius conversio! 327. 8. Cur Christi stigmata non portabat in corde; sed in corporis carne? 578. 10. Eius pectus Jesu thronus. 137. 8. Per vulnera carnis, ostendit amorem cordis. 578. 10. Unde eius charitatis præstantia? 137. 8. Quibus capitulis Pauli humilitas singularis? à 16.

PECCATOR.

In peccatore, hominis nec imago. 15. 31. Cum peccato sub dæmonis potestate. 38. à 6. Habetur pro gloria, quod rationis ignominia. 36. 1. Peccatum ex ignorantia, fragilitate, & malitia. Ib. Saluti non consulit improbus, etsi ad illam invitatus. 567. 19. Desperandus, qui insensatus. 551. 12. Et cui placet morbus. 414. 19. Non dimittitur furor, si placet error. 561. 4. Qui ita quiescit, nec vulnere dolet. 5. Quantus languor ita ægrotantis! 8. Quia non est dolor, extollitur error. 37. 4. Homo cum peccato, non homo. 7. Non est discrimen inter hominem & dæmonem. 6. Unde idem? à 7 Se deserit & fugit. 9. Deserit rationem & rationalitatem. 10. Quando, & quomodó diabolus, & filius diaboli? 8. & 11. Unde illi forma deformis? 9. Quomodò statua? 14. Ex in mundo & in inferno. 16. Quando illi redditur hominis forma? 18. Quanta peccatoris miseria? 326. 7. Corporis morbi ab ægritudine animæ. 567. 20. Fallacia peccatoris in quo, & quomodó? 326. 6. Ars quanta dæmonis in eius deceptionem? 353. 13. Quomodò à Deo vulnera vulnerantur! 267. 11. Qualis peccatoris sit error & furor? 561. 3. Non sanatur, ut sanetur, 18. Peccatori pœna est gratia, & quare? 10. Non desunt peiores, si mali servantur. 143. 2. Indulgentiâ criminum crimina crescunt. à 1. A quo peccator fautus, morti addictus. 696. 14. Clementia mutat in iram. 6. Vid. *Deus*. II. & III. Cur non terretur, vel dùm fulminatur? 9. Sibi supplicium sumit. 11. Gratijs indu-

fescit. 9. Patet gehenna, quia despecta gratia. 13. Ægrè fert á dæmone liberari. 594. 2. E catenis exire, quam grande miraculum! 562. 6. Vid. *Peccatum.*

PECCATVM.

I. Occasio peccati. Vid. *Occasio. Peccatum originale.* Eius symbolum. 660. 13. *Peccatum veniale* cavendum. 165. 14. In perfectionem, vel levissima notanda. 46. 7. Quænam præ peccato sit inclusio, & conclusio? 560. 2. Peccata nociuora, si felicia. 353. 13. Gaudium vitium; & quod pudor, decor. 168. 21. Supplicium pravo, derelinqui à Deo. 566. 17. Quàm iustè! 18. Qua arte diabolus quos ad felicitatem assumit, præcipites mittit? 355. 16. Extremum malum, de peccato gloriari. 37. n. 3. Quando in peccatore peccatum diaboli. 17. Qui alieno capite non sapit, desipit. 188. 10. & 18. Quanta Dei patientia, ut frugi redeat peccatoris anima! 325. 4. Gaudium ex dolore, excusso crimine. 263. 1. Ut peccator gaudeat, doleat. 2. Quomodò dolores medicina dolorum? 4. Ex passionibus per peccatum, criminis odium. 6. Illis peccator aperit oculos. 7. Quomodò vivificatur ex vulnere? 9. Quot mala ex peccati gloria? 38. 5. Aliorum pœnis interdùm convertuntur à peccatis. 187. 9. Ex impenitentia aliorum, est aliorum pœnitentia. 10. Sæpe salutem animæ, postponunt quæstui. 394. 2. Quanta solicitudo Christi in medicamen ad illorum conversionem! 328. 11.

II. *Consuetudo peccati.* Quantum periculum peccatoris relabentis! 561. 3. Quàm misera dilectæ pravitatis consuetudo! 11. Facit insensibiles. 17. Difficultate, vel impossibilitate medicaminis. 22. A consuetudine liberari cor, opus singulare Dei. 21. Tota Dei potentia necessaria. 15. Iudicatur impossibile. 13. Pessimum ingredi, unde labor egredi. 1. Morbus est cordi, & lethalis. 2. Non quærit libertatem per inolitum crimen. 3. Quantum prodigium, si exit! 6. Vana illorum salutis fiducia. 6. & 16. Quare exire videtur somnium? 7. & 12. Et quid phantasticum? 10. & 327. 9. Non creditur restituta, quando salus desperata. 563. 8. Consuetudine detinetur, imó figitur; dùm peccator exire conatur. 9. Ne possit removeri á peccato; à pravitate, servitutis fit electio. 11. Relapso in vitia difficilis curationis gratia. 326. 5. Loco cognitionis ut dimittat crimen, denigrat peccator arguentem. 40. 10. Vid. *Pœnitentia.*

S. PELAGIVS.

Pueruli virtus. 247. 5. Pro avunculo in catenas sufficitur. 7. Corona é servitute voluntaria. 11. Tunc eius amoris ingenium. à 8. Amor & contentio pro martyrij palma. 10. Prævaluit in certamine & contentione. 11. Illustrior triumphus, quippe partus sine manibus. 12. Contrivit tyrannum. 13. & 16. Stat eius virtus, & sine pedibus á 14. Cur similis pyramidi deorsùm versæ? 15. Columnas habet pro pedibus. 16. Cùm decapitatur, magis fulget summitas eius virtutis. 17. Vel sine capite tyrannum vicit, & ante pugnam. Ibid. Moriens morti prævaluit. 18. Post mortem integrum cadaver nec flamma capillo nocuit. 19.

PERFIDIA.

Symbolum in Talo. 271. 10. Et etiam amicus perfidus. 438. 8. Etiam citharà. 111. 2. Quæ summa perfidia? 685. 5. Amici falsi gratia, sagitta. 111. 2. Est dæmon, hominis facie larvatus. 3. Non credendus. 4. Maior dolus, dùm æstimatur Angelus. ib. Præsens abest, & candore seducit. 5. Decipitur fide, perfidiæ velamine. 8. Fidei violatio frequenter in ambitioso. 14. Voto frequenter frustratur. ib.

PERSECVTIO.

Vid. *Tribulatio, Labor,* & *Gloria.*

S. PETRVS.

Definit Christi mirabilem excellentiam. 317. 13. Cur ille solus? 14. Unde eius amor eximius? 467. à 7.

PHILAVTIA.

Sentina vitiorum. 600. 3. & 16. Plauduntur iniquitates, quasi virtutes. 3. Meritis & demeritis tumet. 5. Cogitationes philautiæ insolentis. 10. Deliræ. 11. Dum cognoscitur error, exurgit furor. 14. Patet periculo erroris, vel in actione virtutis. 387. 4. & 12. Vid. *Hypocrisis.* Quanta incommoda ex philautia! 601. 6. & 16.

PHLEGON.

Conditio Phlegontis gemmæ. 138. 9.

PHOENIX.

Eius conditiones. 97. 3. & 6.

PHYLLIS.

In arborem aridam conversa, atque florens; quid significet? 287. 15.

PIGRITIA.

Quàm stupida! Et quæ nugæ inventæ in eius blandimen, vel irrisionem? 297. 21. Discrimen omissionis & pigritiæ. 598. 38.

POENA: Vid. *Tribulatio.*

POENITENTIA.

I. Maior pœnitentia, ubi crimina maiora. 680. 7. Animas lapsas erigit. 328. 12. Gemitus pœnitentium quàm potentes, ut Deus concedat auxilium! 554. à 5. Quæ in pœnitentia lachryma candida & nigra; & earum affectus? 104. à 10. Pœnitentiæ potentia. 329. 13. Deus expectat, ut homo resipiscat. 1. Deo solatium ex lachrymis pœnitentiæ. 551. 12. Per illam peccatori redditur hominis forma. 42. 18. Quàm Deo grata! 73. 5. Cur ut pœnitentiæ aspicitur, pœna criminis suspenditur? 548. 4. Per gratiam prævaricantes trahuntur in pœnitentiam. 687. 9. Pœnitentiæ affectus. 10. Exterminat maculam, & restituit innocentiam. Ibid. Inficiatur peccatores. 565. 13. Peccator pœnitens, non ipse; & quomodò? 107. 6. Unde quæ fuerat culpa, non macula? 2. Pœnitudinis mutatione peccator seipsum abnegat & sibi. 4. Ex mutatione vel immutatione, pœnitentia cognoscit, quem verè vel falsò pœnitet. 5. Unde candor pœnitentiæ ex nigredine peccati? 8. Eius artes & ingenium. 4. & 9. Illà crimine fusca, anima invenitur candida. 10. Gratiá valet quem criminis pœnitet. 1. Pœnitudine Dei iustitia invenit candorem, ubi diabolus designabat nigredinem. 9. Cui criminis dolet, & res & nomina dolet. 12. Evanescit corpus criminis, dolore cordis. 13. Iuxta

pœ-

pondus pœnitentiæ, diminuitur quod peccati. 14. Qui Deus amissum dolet, dolore gaudet. 284. 9. Anima per pœnitentiam, revocatur in gratiam. 189. 12. Non venè convenit Dei iustitia, cum pœnitentia. 10. Quænam in dolorem pœnitentis ex vox clamoris? 12. Pœnitenti plena gratia est vulnerum medicina. 13. Quinam pœnitentiæ candor? 105. 13. Deus prævenit gementium vota, imò & desideria, exaudiens antequàm audiat. 555. à 8. sequatur pœnitentiam, qui secutus est culpam. 189. 14.

II. *Procrastinatio pœnitentiæ* in mortem animæ. 49. 12. In futurum pœnitudo, cogitationes vanæ sine intellectu. 101. 3. In morte non est sensus, nisi ad sensum. 5. Veræ tunc vel falsæ pœnitentiæ discrimen. 6. Erat impœnitentis fiducia de Dei pietate 7. Post mortem non est recursus. 49. 12. Fiat hodie, quod in morte possibile non fieri. 103. 6. Pœnitentia ante mortem invenit requiem. 8. Stultitia, tota vita delinquere; & morte velle converti. 9. In mortis hora suspiciosa pœnitentia. 12. Quis pœnitentia abluitur, & non muris lacu? Ib. Vana protracta pœnitentia, & quare? 3. & 566. 16. Cur in morte pœnitere difficilè? 102. 4 Cur sera, periculosa? 1. & 695. 12. Non habet mentem qui miracula expectat in conversionem. 326. 6.

PORSENA.

Eius gratia singularis in gratiam hostis. 686. 6.

PRÆDICATOR.

Vox virtutis est virtus Prædicatoris. 178. 1. Quando eius vox sine voce? 2. Non potest in virtutem movere, qui non motus à virtute. Ibid. Sapientia stulta; magna loqui, & prava sequi. 3. Non creditur Prædicator, si contra audita videtur. 4. A se, dùm absolvitur, damnatur. 5. Cur illi virtus necessaria, & virtus multa? 7. Quando simul sapit & desipit? 8. Felicitatem offendit, & ad illam non vadit. 5. Cur debet esse sal & lux? 10. Quando sapientia mendax? 3. Quando sana vel infirma doctrina? 5. Sapientiæ sermo in virtutis usu. 7. Nullum ex prædicatione emolumentum, sine exercitio virtutum. 9. Et imperfectione prædicantium. 10. Modus prædicationis, & quomodò audienda? 12. In concionante necessarium exemplum. 11. Quomodò in felicitate infelix? 10. In illo sal infatuatum. 13. Et scientia mortifera. 14. Stultus a scientia Ibid. Nec movetur in pulchritudinem virtutis, etiam à se motis alijs. 13. Cur horologio confertur? 14.

PRÆSES.

I. Optimus, nonnumquàm invisus, & quare? 646. 1. Malis formido, recti Præsidis electio. 489. 3. Vid. *Subditi.* Erit illis malus, si fuerit optimus. 648. 6. Tribuitur vitio Præsidis, quod debet subditis. 3. Calumnijs impetitur, quamvis miracula faciat. 13. Quare immeritò impugnetur? 14. Odibilis pravis. 13. Quare festivè suscipitur in munus, & post invisus? 14. Conditio egregiè regentium. 386. 2. Quantum onus! 3. Malitia pravorum fulgentem Præsidem cur mittat in præcipitium? 5. Non datur requies in cura regiminis. 11. Nec dormire finit. 12. Debet scire vel in absentia, ubi subditorum corda. 14. Malus in regimine opus, adesse absentibus. Ibid. Sæpe à pravis vexatur, qui magis probus. 393. à 1. & 15. Modus retinendi subditos in instituti observantia. 418. 7. Extollitur, dùm à pravis diffamatur. 490. 7. Malè audit, si pravos intra legem continere studuerit. 11. In illius dedecora, quanta pravorum embolia! à 12. Quanta patitur! 14. A pravis somniata, evulgantur, uti Præsidis crimina. 15. Cur moderatio difficilis? 646. à 2. Præses non est, si non præsit. 408. 5. Nec officium habet, qui non exercet. 6. Vel abdicandum, vel implendum. 2. Quanta molestia regiminis, ubi insipientes regendi! 430. 6. Dum læsi ascendunt in dignitatem, fugiant vel in minimis ultionem. 699. 6.

II. *Amur Præsidis.* Vid. *Princeps.* Regit honorificè, qui regit amore. 417. 5. Eius gloria throni ex mansuetudine. 6. Benignitas, rete cordium. 8. Gratia amoris, maiestas maiestatis. 11. Pluris potestas amoris, quàm potestatis. 10. Summa excellentia, habere subditorum corda. 11. Æqualis sit omnibus, & rectus animus 392. 13. Quomodò & quare dilectio Præsidis æqualis debet esse & inæqualis? 120. 11. Non semper amor manifestari congruit. 546. 19. Sed semper haberi debet. 645. 16. Subditis blandiens, sæpe cum dispendio religionis. 551. 13. Nimis suspicioſa nimia in subditos indulgentia. 400. à 1. Quantum malum ex conniventia scelerum! 2. Minimè plausibilis, dùm siccine plauditur. à 3. In cunctis gratia, morum & subditorum corruptela. 4. Florescunt vitia. 10. Crimen, quod indulgetur, iteratur. 5. Pravitas in peiora, mutà Præsidis linguâ. 6. Vulnus leve, decursu temporis insanabile. 9. Correptione prætermissa, pravitas morum iudicatur innocentia. 11. & 421. 13. Eiusmodi omissio plaga pessima. 22. Quod ita impunitum, summè nocuum. 11. Inde regiminis chaos. 7. Non ordinis tenor, sed horror. 11. Præsumitur in Præside dolus, si connivet ad excessus. 18. Damnatio Præsidis, blandire peccatis. 8. Tunc pravus, & indignus. 9. Dum ita gratiam conciliare cupit, gratiam perdit. 13. Quanta illi ex dissimulatione confusio! 16. Malus medicus, qui cognoscit ægritudinem, & removet medicamen. 20. Tunc pereunt & medicus & ægrotus. 21. Ante articulum mortis, sunt sub potestate dæmonis. 22. Sciat quod locus Superioris est sedes superior. 378. 40. Est illius muneris subditos in ordinem reducere. 386. 1. Et debent videre, quid videant subditi. 12.

III. *Præsidis prudentia.* Sine causa spernenda querulonum censura. 647. 5. Caveat à quibus habet à latere. 702. 12. Nec omnia indulgeat, nec corripiat omnia. 546. 18. 645. 15. Pœna interdum indulta à prudentia, maior pœna. 16. Nihil nimium exercendum. 15. Quæ bona ex prudentia manant? 389. 7. In quo magis eluceat? 546. 18. In quo summè? 392. 13. Nec nimia facilitas, nec austera severitas. 403. 7. In manu sit mensura & simul frenum. 406. 1. Quomodò utendum politicâ in potestate? 412. 14. Quomodò iungenda potestatis reverentia, cum status observantia? 15. Subditorum defectus illis dicendi, non alijs. 20.

IV. *Præsidis correctio.* Modestia quàm necessaria! 403. 7. Unde cognoscatur dignus vel indignus? 407. 3. Sub titulo correctionis, studia malignitatis. 439. 3. Quamvis sit causa, est corrigenda prudentia. 10. Quomodò instruenda correctio? 6. Ut feliciter cedat, una modus, iustitia, & iudicium. 11. Fiat cum utilitate, lenitate, & charitate. 651. 13. Crimen carpat sine crimine. 392. 13. Nil rectum, ni rectè fiat. 644. 12. Ex malevola sententia auctoratur insania. 14. Frustrà in correptionem dolor, si vulnera sanat pudor. 16. Lucet in correctione moderatio, si grata correptio. 6. Opportunè fiat. 325. 3. Amor

cognoscitur Præsidis, ex dolore correptionis. 651.13. Qui non flectuntur gratiâ, subigantur iustitiâ; quicquid dixerint, etsi blasphement. 419.9.

V. *Ambitio & vanitas Præsidis.* Eius doli virtutis specie. 413. 18. Quare sibi videtur sapiens, cùm sit magnoperè insipiens? 16. Dùm ficto zelo auctoritas conciliatur, ludibrio habetur. 642. 7. Sine Præsidit zelo, in ordine non est ordo. 652. 14. Ratiocinationis Præsidis stulti ne deponatur á dignitate. 410. 10. Sine timore divini iudicij in peccatorum dissimulatione. 17. Ob dignitatis commoda, vel indigna permissa. 18. Infirmitates cognoscit, & ambitu prætermittit. 20. Blanditur blandientibu.. 8. Adorat dæmonem propter cogitatam dignitatem. 421. 2. Sequitur aves volantes. 7. Et semper fallitur. 18. Inflatio improbi Præsidis. 640. 5. Infatuatio & tumor. 416. 3. Unde vanitas? Ibid. Et cogitationes cerebri vacui. 4. Adorari cupit. 131. à 13. Sedet, ut erigatur. 16. Quomodó exercitium subditorum, & flagellum? 641. 5. Unde pectus malevolum? 6. Phreneticus præ dignitate. 416. 2. Historia singularis. Ib. Tunc cognoscitur non à se; sed à dignitate esse. 2. Astus ne cognoscatur à Præsipe Superiore. 641. 5. Malé audit, si procax. 7. Sine prudentia eius regimen, quantum gravamen! 430. 6. Regiminis finis eius pungit vasas cogitationes. 18. Marcescit vanitas, dùm extinguitur auctoritas. 19.

VI. *Insolentia & arrogantia cum maligitate.* Quid sit insolentia? 400. 1. Prævalet; quippe impunita. 479. 1. Astus in deaurationem criminum. Ib. Quænam studia malitiæ? 9. In munere magis furiosi; quippe per munus indulti. 2. Quodnam propositum vocandi ád concilium, ubi non necessarium? 13. Conatus non in causam, sed in pœnam. 639. 2. Maior innocentiæ iniuria, dùm affectatur clementia. 4. Ex turbulentia patet pectoris vomica. 10. Insolentia & arrogantia ex subditorum patientia. 434. 2. Quanta indigni in indignitate! 3. Quæ pestes comites? 2. Quanta tutela malignitatis! 8. Conditio insolentis scuto muneris. 683. 1. Deliria. 33. 10. Iræ implacabilis, & improbi mores. 437. 7. Amicitia perfida. 8. Quid si inseritur invidia? 9. Embolia & embolia. 15. Artes in diffamationem, ut quod nihil, pateat crimen. 456. à 14. Abusus potestatis. 604. 13. Præcipitia, pudor, & ignominia abutentis. á 14. Vanæ, deliræ, ac præcipites cogitationes. 45. 5. A cunctis & in cunctis cogitant lædi. 699. 6. Ex assumptione in thronum, nil putant indignum. 10. Tanta extra munus proiectio fastidiosa, quanta in munere insolentia. 684. 1. Potentia atronat iracundos in furorem. 702. 13. Insolenter inflantur. 628. 10. Pestiferum ex mente vacua & phrenetica. 641. 8. Ut percutere valeant, crimina somniam. 9. Ubi volúntas lex; destruitur, quod construitur. 26. 8. Signa arrogantiæ ex muneris potestate. 416. 3. Regit infeliciter, qui tantúm severitate. 5. Potenti videtur licere, quod libet. 113. 7. Hinc subditis onus. 417. 4. Unde furor & inflactio? 402. 5. Furiosus toleratus, intolerabilis. 121. 1. Dicit interiora cordis etiam exterior species. 132. 15. Quanta calliditas, ut eorum lateat, vel excusetur improbitas. 17. Volunt insanire, sed sileri. 18. Illorum modestia, uti ficta, non credenda. 20. Cur timent, à potestate semoti? 19. Malignitate cordis, cuncta arbitrantur crimen læsæ maiestatis. 702. 11. Sub prætextu legis, latet diritas ultionis. 13. Quia gaudent munere, non licet transgredi. 392. 13. Leges ad lubitum subditorum, si adoratione moventur. 402. 5.

PRINCEPS.

Florent pravi, pravo Principe. 143. 4. Conditio insolentis, Principis gratiâ. 435. 2. Quid, si subditorum flagitia illi sunt grata? 4. Quamvis plausa, numquám placet Superiori superior intelligentia subditi. 30. 2. Crisis cuiusdam ministri. Ib. Pessimum regimen, ubi nihil indulgetur, vel omnia. 546. 18. Commendatio optimi Principis, maiestas & amor. 415. 1. Commendabilius monimentum, illo non indigere, præ amore civium. 3. Eius benignitas amplior honoris maiestas. 11. Per Principem fiat gratia; sed per ministros supplicia. 485. 13. Frequenter intercedunt pro indignis. 425. 11. Merita cogitant preces. 12. Quinam illorum intuitus huiusmodi interventionibus? 13. Vid. *Regimen.*

PSALMVS.

Clavis ad intelligentiam titulorum Psalmorum. 156. 33. Quid in Psalmis vox *Selah*? 35.

PVRGATORIVM.

Vid. *Expectatio*, & *Spes.* Unde animæ affliguntur infallibilli beatitudine in spe? 318. 1. Unde expectatio & afflictio? à 2. An ex absentia gaudij & præsentia desiderij? 4. Unde expectatio maius tormentum? 5. Unde fit spes singularis? 4. Cunctam excedit pœnam, expectare gloriam. 6. Inde pondus doloris. 7. Extremum in dolore, voto non frui. 10. Quæ vota animarum? 11. Interdúm expectatio sola datur animæ pro pœna. 13. Extremum in dolore, dilectum non videre. 14. Symbolum pœnarum in Tantali pœna, á 8. Quàm gravis! 6. Plus patiuntur expectando, quàm patiendo. 12. Illarum amaritudo amarissima. 11. Pœna supra pœnam sensus. 13. Virgo Mater illas sublevat in cœlum. 15. Frangit vincula in ictu oculi. 16.

PYRRHONIVS.

Qui Pyrronij Philosophi, seu Sceptici? 117. 2. Eorum amentia, Ibid. & 440. 12.

PYTHAGORAS.

Quid eius pytagus, Pytagoræ ludus? 575. 1. Superstitio Pythagoræ, ut legerentur in Luna, quæ ab illa scripta in speculo, à 2.

R

RABVLA.

Malæ bestiæ, vani, & seductores. 480. 1. Seditiosi & virulenti. 14. Cur similes stateræ dolosæ? 16. Legum corruptores, canes inferni, & Cerberi forenses. 4. Quænam illorum Dea; & ab his collata dona? 5. Denudant clientes. 4. Furiæ barathri, pestesque Reipublicæ. 5. Illorum conditiones. 6. Studia. 8. Conatus illorum, pervertere iura. 9. Iniurias dicunt iocum & ingenium. 10. Ministri sæpè improborum indicum. 11. Ab illis falsa legum testimonia. 12. Studia. perpetua embolia. 14. In causas illis non leges, sed opiniones. 15. Dolis balatrones persiflunt, etsi rumpantur. 16. Pervertunt iura, iusque illis tantùm aurum sine pudore. 17. Leges lucrum, instanti malæ causæ & sine pudore. 19.

S. RAYMVNDVS.

Auctor Ordinis militaris Calatravæ, 219. 1. Ordinis insti-

instituta. 2. Respondit omnibus numeris officio Imperatoris. 1. Quomodò? 3. Rexit ordinem religione, arte, & virtute. 2. Afflatus è cœlo se offert periculo. 3. Venit in nomine Domini. 4. Deus in illo pugnabat. 7. Imago eius equitis specie. 6. Cur simul candidus & rubicundus? Ibid. Eius crucis trophæa. 9. Victoriæ militiæ ex eius oratione, atque ex vitæ asperitate. 15. Eius militia cœlestis. 16. Eius gladius Numinis munus. 18. Prævenia eius orationi corona triumphi. 17. Compescuit Saracenorum insolentiam. 8. Restauravit equestri ordine, quæ amiserat Rex Castellæ. 17.

REGIMEN.

Ad illud non omnes homines, homines. 9. 19. Cur semper odiosum? 646. 1. Unde formidabile? 2. Cur moderatio difficilis? 4. Summum gravamen, aliorum regimen. 586. à 1. Summa in regimine excellentia, habere subditorum corda. 420. 11. Tenor regiminis, non revelatur subditis. 4. Nil rectum in regimine ab invito pectore. 419. 8. Nullum regimen sine modo. 428. 1. Servi regimen, non regimen sed gravamen. 130. 10. Vid. *Servus*, *Ambitio*, & *Dignitas*.

RELIGIO.

Sine scientia, superstitio. 444. 21.

RESURRECTIO CARNIS.

Apud Ethnicos delirium. 76. à 7. A nonnullis credita. 7. Ex quibus ossibus natura eam resurrectionem indicarunt? 4. Somnium Chiliastarum de duplici resurrectione. 5. Resurrectionis symbola à 8. Ad illam necessaria mors. 10. Tantum homo resurgere potest. 11. Eadem cum materia, forma, & unio. 20. Pars parti respondebit in corpore. 19. Discrimen resurrectionis iustorum & reproborum. 15. Cur horum non dicitur resurrectio? 16. Quæ dicatur animarum resurrectio? 6.

ROMVLVS.

Cur eius cunæ & casula multis sæculis servata? 460. 7.

ROSA, ET ROSARIVM.

Rosæ encomia. 218. 17. Prognosticon victoriæ. 6. Analogia Trinitatis, & quomodò? 205. 9. Conditiones rosæ. 258. 15. Cur rosa dicitur Arbor Mariæ? ib. Cum Minerva ortum rosarium. 218. 18. 258. 15. Rosarium sacrum: Vid. *Maria*. IX.

S

SACERDOTES.

Si scandalo sint; in hominum figura, dæmones sunt. 41. 12.

SACRIFICIVM.

Cleomenis & Hermocratis. 135. 5.

SAMARITANI.

Unde fuerint; & quare sic nominati? 582. 2. & 27.

SAPPHIRVS.

Eius natura, conditio, & colores. 243. à 8.

S. SCOLASTICA.

Certamen eius cum fratre. 196. 15. Ut Luna plauditur. Ibid. & 2. Vincitur ab illa Benedictus; & quo miraculo? 16. Copia imbris ex eius lachrymis. 17. Vox Domini quomodò respondit Scholasticæ voci? 16. Unde eius fletus, musica cœli? 18. Quomodò clamavit sine voce? 19. Voci eius respondit de cœlo nimbus. 18. Cœlum eius intellexit linguam. 20. Quæ ignota Benedicto. 21. In procella excitata, à fratre nec cognoscitur materia, nec modus. 22. Exauditur de cœlis eius præparatio cordis. 21. In quo miraculum insigne ex typhone procellæ? 24. Quomodò cœlum respondit Scholasticæ obsequio? 23. Quo pacto procella ab oculis Scholasticæ? 24. Unde tunc miracula magna & inscrutabilia? 25. In uno tria visa prodigia. Ibid. Cur petit secreta cœli sub specie columbæ? 26. Cadaver eius effertur humero fratris. 27. Eius musica in utero: Vid. *S. Benedictus*.

SCIENTIA.

Quare eius comes Religio; sine qua quid? 444. 21.

SCRIPTVRA SACRA.

Varij modi interpretationis vocum in Scriptura. 158. à 36. Iudicræ scrutationes Rabbinorum. 441. 16. Quæ requisita in Scripturæ scrutinium? 20. In opere interdùm non attenditur rei entitas, sed exterioritas secundum existimationem vulgarem. 513. 40. & 63. Vox generalis, cui genitivus additur, eius sequitur significationem, & tunc pro superlativo accipitur. 659. 15. Anni non integri interdùm omittuntur, & interdùm pro completis numerantur. 190. 10. Vox *Deus* pro magnitudine & excellentia rei, cui additur. 622. 10. Dictio exclusiva in relativis ad extra, non excludit alias Trinitatis personas. 503. 18. Animal connotatione matris vel gregis, pro novello. 23. 48. Quid sit in Scriptura dictio *In finem*? 156. 32. *Vir* pro voce, cui iungitur. 8. à 17. & 298. 7. Idem de voce *Filius*. 8. 17. *Vox* pro cuius est vox. 147. 13. & 27. *Vox* pro nomine. 19. Pro flatu. 20. *Iudicium* pro tribunali; *Sedes* pro iudice. 373. 27. Iteratio sedis & actionis pro maiestate sedis. 30. *Iudicium* pro loco præeminenti. 29. & 32. *Venire* pro evenire, vel apparere. 596. 34. *Plantationes* pro filijs. 660. 13. *Tangi* pro percuti. 697. 3. *Nasci* pro concipi. 5. 8. Pro apparere & crescere. 10. *Generatio* pro successione dignitatis. 592. 26. *Mane* pro propere. 657. 8. Pro Rectè. 482. 8. *Sibi* pro solus. 388. 5. *Gloria* pro lingua. 154. 29. *Lingua* pro idiomate peregrino. 155. 30. *Lingua altera* pro transitu ex gratijs in supplicia. 31. *Filius hominis* pro re futili. 9. 18. Filius patris pro immediatè genito. 26. *Pater* pro pædagogo, vel magistro. 28. *Dicere* pro cogitare. 447. 26. *Lux* pro sole, & econtrà. 513. 39. Nulli dicuntur, si pauci. 591. 28. *Pauper* pro afflicto. 198. 21. *Fœmina* & *Filia* pro pulchra. 18. 38. *Filia* pro fœmina. 39. Eius filius qualibet dicitur, cuius mores imitatur. 13. 28. & 43. *Ipse* pro *Etiam*. 577. 8. *Aliquid* pro *Summum* & *Maximum*. 566. 15. *Quid* pro *Quale*. 87. 26. *Super* pro *Iuxtà*. 662. 16. Pro *Ad* 578. 8. Pro *In*. 521. 62. *Quod* pro *Quamvis*. 315. 9. *Quia* pro *Eò quòd*. 443. 19. Pro adverbio & superlativo propositi. 234. 3. *Si* pro *Non*. 91. 35. 257. 13. *In* pro *Præ*. 234. à 18. *Aut* pro *Ideſt*. 299. 27. *Et* pro *Quia* & *Eò quòd*. 528. 80. 682. 13. Pro *Ideo*, *Ità*, *Propterea*. 538. 105. 600. 3. Pro *Ideſt*. 36. 2. 155. 31. Pro *Sed* & *Veruntamen*. 496. 3. 657. 8. Pro *Contra*. 506. 26. *Sine* pro *Ideſt*. 313. 3. Motus in finem pro fine. 289. 4. Actio pro obiecto actionis. 151. 21. 298. 23. Pro subiecto, sive actionis materia. 289. 4. Principium actionis pro actio-

ne. 24. 447. 26. Actio pro fine actionis. 93. 38. 448. 30. Pro actionis argumento. 657. 8. Actio supposita, expressa. 84. 19. Actus secundus pro primo. 93. 38. 522. 38. & 86. Expressio suppositi necessarij. 80. 10. 19. & 40. 553. 1. Suppositum necessarium, pro superlativo expressum. 298. 23. Casus patrius pro superlativo nominativi. 15. 30. & 39. Pro adiectivo. 31. Ablativus similitudinis. 300. 27. Comparativum pro positivo. 19. 40. Adrectiva pro nominibus in *bilis*. 289. 4. Nomen pro adverbio. 151. 22. Etiam adiectivum. 235. 20. Abstractum pro concreto. 289. 4. & 27. 372. 25. Pro adverbio. 595. 10. Interpretatio nominis pro nomine, & econtrà. 374. 31. & 38. Relativum non expressum. 497. 6. Participium verbi pro adverbio. 595. 32. Pro superlativo. 295. 17. Verbum pro participio. 85. 22. Pro adverbio & superlativo. 148. 15. Unum verbum pro adverbio in duplici voce. 596. 35. Verbum geminatum pro adverbio. 235. 22. Verbum pro præcepto. 153. 27. Futurum pro præterito. 82. 14. Verba realia pro mentalibus. 93. à 38.

Figuræ Scripturæ. Antonomasia. 374. 31. & 37. *Anthropopathos.* 450. 33. *Antithesis.* 11. 22. *Asyndeton.* 159. 38. *Bebæosis.* 598. 37. 658. á 9. *Charactherismus.* 450. 33. *Catachresis.* 249. 27. 367. 14. & 29. 513. 40. & 94. *Dyaliton.* 159. 38. *Eclipsis.* 497. 6. *Ellipsis.* 358. 8. *Emphasis.* 596. 33. *Enallage.* 82. 14. 202. 3. *Epexegesis.* 598. 38. 656. 7. *Epistynalepha.* 364. 9. *Epitasis.* 554. 28. 235. 22. 371. 24. *Epizeuxis.* 94. 40. 233. á 18. *Exergasia.* 94. 41. 154. 28. 235. 22. 656. 7. *Hendiadys.* 10. 20. 68. 14. 182. 11. 233. 17. 290. 5. 374. 31. 511. 34. *Heterosis.* 289. 4. 372. à 25. *Hypallage.* 186. 6. 233. 17. 264. 5. 290. 5. *Hyperbaton.* 11. 22. *Hypocalismus.* 85. 22. 656. 7. *Hysteronproteron.* 83. 18. 528. 80. *Metathesis.* 441. 16. *Metonymia.* 153. 27. 251 11. & 24. 289. 4. 446. 27. 513. 29. & 63. 574. 15. *Palilogia.* 233. 18. 23. & 29. *Paragoge.* 513. 40. *Somatbopæia.* 149. 19. 450. 33. *Syncope.* 159. 39. *Synchysis.* 83. 18. *Synecdoche.* 231. 11. 448. 30. *Synæresis.* 364. 9. *Tautologia.* Geminatio pro modo actionis, industria, seu arte agentis. 659. 12. Pro adverbio. 148. 16. 234. á 18. 294. á 15. 447. 27. 497. 5. Pro interpretatione. 236. 23. Pro adiectivo. 233. 18. Pro superlativo. 233. 18. 445. 23. 659. 11. Pro excessu affectus & effectus. 302. 34. Emphatica particula pro geminatione tautologica. 596. 33.

SCRVTA.

Quid sint? 439. 11.

SCRVTINIVM.

Quid? 440. 12. Quid scrutatores; & quorsum? Ibid. Scrutinium pro examine 11. Quæ iequisita in Scripturæ scrutinium? 20. Quid sit scrurari scrutinio? 22. Et scrutinium scrutari? 25. Quæ fidei; credenda, non scrutanda. 21. & 461. 1. In quo scrutatio maligna? 446. 25.

SCYTHA.

Mos illorum, ad calicem musæ. 335. 11. An ex Hebræis exulibus? 584. 6.

SEDES, ET SEDERE.

Discrimen nullum inter sedem & sedile. 362. 4. Quæ Cynica sedes? 17. Sedes cum sessione, pro sedis celsitudine, & perpetuitate. à 30. Qualis Apostolorum iudiciaria sedes? 28. Sedes vacuæ in circuitu sedis Magnæ Matris; & quæ sedes Signi Virginis? 1. Vid. *Sella.* Sedere signum maiestatis. 3. Pro humiliari, affligi, supplicare, adorare, & habitare. 8. Pro quiescere. 9. Pro immutabilitate propositi, otio, desidia, doctrina, & verbo substantivo. 10. Pro sepulchro. 11. Pro epulari. 14. Pro discumbere. à 15. Pro regnare, & iudicare. 24.

SELLA.

Maiestatis & potestatis insigne. 361. 1. Discrimen sellarum, & quibus competant? 4. Quid sit pro sede cathedra; quid tribunal; quid subsellia? 5. & 17. Quæ sella Curulis? 6. Concessa maioribus Magistratibus, post tantùm Imperatoribus. Ibid. Distincta á lectica. 7. Cur sella Tribunitia auctoritatis maioris, quàm Consularis? 6.

SEPVLCHRVM.

Cadavera efferebantur ornata floribus. 660. 14. An Hebræorum humarentur? 15. Cremari cum aromatibus, apud Ethnicos maximus honor. à 17. Etiam interdùm apud Hebræos. 19. Secús apud Germanos. 18. Tigris & Euphrates ante finem sepeliuntur. 709. 15. Vid. *Mors.* Sepulchrum Thesei erat asylum. 665. 23.

SERVI, ET SERVITVS.

Nonnumquàm pravus, qui é servitute Dominus. 127. 1. Exaltatus, diabolus & totus infernus. à 6. Merum scelus. 7. Honore totus mutatus. 4. Eius molimina in ambitum dignitatis, œstro ambitionis. 1. & 8. Servis servire, onus intolerabile. 11. Illis gloria, ignominia. 13. Infelix felicitas. 16. Quanta arrogantia, & impudentia! 15. Craninm sine cerebro. 10. Synceritas in vafritiem. 17. Cur non timet a culmine labi? 9. In illos arma, dumtaxàt flagella. 20.

SEXVS.

Mutatio sexus numquàm contigit. 509.

SICLVS.

Insignia sicli Samuelis. 198. 18.

SIGNA COELESTIA.

Quid Isanaphora, Imperantia, & Obedientia, Videntia, & Audientia; & quid Antiscia? 510. 32.

SOL.

Pro Solis luce. 513. 39. 63. & 101. Imago Solis inclusa crystallo. 71. 20. Plures Soles. 514. 41. Quomodò? 42. Non est rationalis, nec sensativus. 88. Quid sit, somnia narrare Soli? 91. 35. Non vagatur per cœlum, nec à se habet motum. 499. 9. Numquàm immobilis. 10. Aquis Oceani nec extinguitur, nec reproducitur, nec incenditur. 11. Nullum habet obicem in gyrum orbis. 13. Præstigiæ, Solem noctú apparere. 36. Fons Solis. 375. 31. Cur eius imago cum Musis? 105. 24. Quid Sol extra cœlum in similitudinem hominum? 313. 1. Quid Solstitium? 511. 40. Non stetit, præcepto Josue. 41. Nec regressus sub Ezechia. 45. Quid pro illo tunc, & quomodò? 46. Ethnici falsó affirmant, posse stare & regredi. 36. An ex suppositione, cessaverit tempus, & cœlorum motus? 14. & 45. Fabula Hebræorum de reversione Solis sub Ezechia. 48. Ethnicorum, Solem in terris natum, & in antro à matre positum. 460. 6. Esse lapidem, vel

vel ferrum ignitum. 530. 85. An aliquando mutaverit cursum? 636. 85. An aliquando mutaverit cursum? 636. á 14. Stare Solem, hyperbole tantúm. 511. 36. An maius portentum stare, vel retrocedere? 46. Eclipses Solis nonnumquam fatales. 76. Sol in antro, quid significet? 101.

SOLICITVDO.

Quid sit solicitudo in actione? 598. 37. Nimia attonat capita. 655. 4.

SOMNIA.

Cur in somnijs molestis videntium oculi claudebantur? 91. 35. Quatuor genera somniorum. 28. Quid somnium, & insomnium? 29. Quid in somnio oraculum? 30. Quid visio, aut visum? 31. Quid phantasma, & incubo? 32. Quomodò Ethnici captabant somnia? 25. Quomodò narrabant Soli, si molesta? 35. Horum expiatio & procuratio. Ibid. Quæ somnia, & quando dicebantur vera? 34. Observationes & divinationes ex somnijs. 33. Unde cognoscitur somnium naturale, vel supernaturale? 27.

SOMNVS.

Pro incantatione. 91. 36. Pro ecstasi. 23. Acceptiones somni & dormitionis. 22. Quid est somnus, & ad quid? 37. Unde in vigilibus? 24. Cur mors dicitur somnus? 22. & 37. Amor victus à somno. 41.

SOROR.

Acceptiones huius vocis. 17. 35. & latè à 44.

SPES.

Iuncta timori. 289. 2. Nec cum illa, nec sine illa vivere possumus. 1. Quando evolavit in cœlum? 5. Ordo processus voluntatis in bonum absens. 1. Quid superspes? 5. Quæ spes ultra spem? 17. Spes pro re expectata. 4. Pro firmitate spei. 12. Pro auxilio divino. 9. Quæ spes beata, & quæ gloriosa? 311. à 10. Quæ spes viva? 11. Discrimen spei & expectationis? 291. 8. & 16. Cur spes certa, gaudium ante gaudium? 26. An in gloria spes, & ex quo? 38. & 308. 1. Spei dulcedo & afflictio. 318. 2.

SQVILLA.

Eius conditio, & cuius symbolum? 97. 2.

STELLA.

Discrimen stellæ, sideris, asteris, & astri. 509. 31. Prodigium stellæ Veneris. 37. An novæ stellæ? 82. An sidera vaga. ? 83. An accedant, vel recedant à firmamenti superficie? 84. An sint saxa ignita? 85. Non sunt animata, nec intellectiva. 83. Sed incorruptibilia. 86. Stellæ visæ in Eclipsi Solis. 92. Exhalationes ignitæ vocantur stellæ. 87. Et etiam Cometæ. 89. Quæ propriè stellæ, non evanescunt. 91.

S. STEPHANVS.

Mirabilis analogia inter natale Christi, & Stephani. 245. a 13. Stephanus Iacobi Maioris diaconus. 334. 9. Eius pugna, glorioßissima victoria. 240. 1. Dúm lapides suscipit, cœlos patulos conspicit. 2. Ad lapidum ictus, lapis Stephanus. 4. Mirum, quòd saxi conditio, in corpore carneo. Ibid. Illi in pugna, Christus ostendit vulnera. 9. Diserit sedem, ut illum videat pugnantem. 2. Similis sapphiro. 8. Strenuitati Fermij. 4. Et Tritanij. 6. Unde colore purpuræ, & simul sapphiri? 13. Conversione Pauli micuit certamen Stephani. 6. Mira utriusque lapidum mutatio. 7. Cessit lapidis duritiei eius corpori cadenti. 3. Eius in cedente saxo, virtutis vestigium, & victoriæ trophæum. 5. Primus martyr, & primarius. 8. Mors eius triumphalis. 3. Christus peruit ostium, ut ingrederetur Empyreum. 2. Cur plauditur Paradisi rosarium? 8.

STVDIVM.

Quæ futilia, non laudanda. 440. 13. Varia, ludicra. 13. Superstitiosa. 14. Nociva: Vid. *Rabula.*

SVBDITI.

Regiminis disciplina, pravis ingrata. 393. 1. Aversantur virtutes Præsidis. 2. Modó indulgeatur aliqua, ambitur libertas tota. 3. Artes in excusionem ad iuga legum. 2. Solicitant leges ad placitum. 3. Nascitur ex odio, quod videtur ex zelo. 14. Ebrij, cum Præsidem accussant maligni. Ibid. Imposturas moliuntur, quoniam impunes evadunt. 15. Nec cum exemplo Superioris, admittunt leges. 649. 8. Quæ illorum vota in Præsidis desiderium? 10. Malus desideratur á malis, & extollitur encomijs. 11. Cur sceleßus optatur? 12. Quare bonum læti suscipiunt, & statim aversantur? 14. Vel subditi, nequeunt regi. 489. 2. Quæ illorum cogitationes sub electionis tempus? á 4. Dæmones consulent, modó divinent. 6. Cur tardis similes? 7. Cur sordidiores? 8. Cur adinstar bubonum? Ibid. Sunt dedecus Præsidum. 7. Illorum strophæ. 12. Studia, æstus, doli, corruptela, & irrisio ergo bona, & bonos. 13. Quàm mala pecora! 15. Assumptio improbi ab illis plauditur uti mirabilis. 114. 7. Qui necessariò regendi, inhiant regimini. 395. 5. Intromittuntur in regentium regimen. 7. Cerebrum habent evanidum, & cum vertigine nullum iudicium. 11. Cur similes remoræ? 5. Student perturbationibus 13. Qualis ab illis Præses optatur? 492. 12. Studium diffamare Superiorem. 702. 11. Quare? 652. 14. Semper quæruli. 4. Relaxationis cupidi, & malignitate pleni. 5. Non rectis oculis vident Superiorem iuxta leges moderantem. 8. Apud illos male audit, qui ad leges premit. 1. Expositus malevolentiæ & pravæ curiositati. 2. Mirum, quòd semel pravi revertantur frugi. 9. Præsidum gravamina ex illorum malitia. 7. Difficilè, in ordinem redigi. 386. 1. Superiorem gravant, dúm levant. 4. Non aversantur, quia malus; sed quia sibi non bonus. 5. Quare si regimen ex præscripto rationis, odium est improbis? à 6. Bona, quia bona carpunt, & á malitia illorum mala dicuntur. 8. Blandimen subditis sæpé cum dispendio religionis. 551. 13. Illorum audacia ex Superiorum socordia. 400. 1. Mirabilis plauditur, si ab illo leges frangi indulgetur. 2. Si extollitur Præsidis lenitas, illorum prætermittitur iniquitas. 4. Licita arbitrantur, quæ permittuntur. 8. Quanta crudelitas, in criminosos facilitas! 11. Singula singulis permittere; pessimum; ridiculum, & iniustum. 410. á 11. Tunc illorum vulnera immedicabilia. 19. Molimina ut evertant legum onera. 6. & 14. Cur similis vulneribus? 647. 5. Acta Præsidis subditus rimatur in dedecus. 397. 9. Curiositas in calumniam, occuppatio & effectus. à 10. Unde illorum suspiciosa accusatio? 14. Cui nulla danda fides. 15. Prudens subditus fugit, quod ad illum non attinet. 8. Ne cadat in crimen, vel in absentia debet præsentem cogitare Superiorem. 392. 14. Aliquando à malo resipiscerent, si Superiores uti ma-

lum

lum indicarent. 415. 21. Non ſubditi, qui non ſunt corde. 419. 9. Qui ſubditi Præſidi, ſunt ſubditi poteſtati, non econtrá, & quare? 10. Vincuntur amore, antequàm ſeveritate. 11. Cur vagi piſcibus ſimiles in aqua? 7. Eorum mores. 490. 7. & 15. Quàm moleſtum, ſi experiantur ſubditi regimen aſinorum! 430. 6.

SVSSVRRO.

Eius curioſitas & malignitas. 32. 8. & 451. à 1. Vid. *Invidia*, & *Subditi*.

SYNAGOGA.

Vid. *Hebræi* & *Gentilitas*. An Hebræi ſemel, vel ſemper Phaſe ſtantes comederint? 371. 23. Inſignis fabula de ordine legis fulminatæ. 33. Deus Synagogam plantavit, ſed evulſit. 664. 21. Salus Gentium ex cæcitate Iudæorum. 632. 3. Gentilitas ſurrexit, unde Synagoga corruit. 9. Unde exivit, ingreſſa Gentilitas. 10. Hæc Synagogæ prælata. 12. Synagogæ frigus à Sole. 14. Naſcentis Chriſti lux, Synagogæ nox. 5. Illum Gentilitas adoravit, atque Synagogam docuit. 16.

T

TALVS.

Quis, & cuiuſnam conditionis? 271. 10.

TANTALVS.

Eius pœna, & cuius ſymbolum? 321. 8. 343. 7.

TARTARI.

Unde fuerint? 584. 6. Vid. *Hebræi*, & *Scythæ*.

TEMPLVM.

Sedes Dei. 376. 34. An fabrica, & cur à Cyro reſtauranda, fuerit ſuſpenſa? 592. 25. Arbores aureæ in templo Salomonis. 665. 22. Inter Hebræos erat aſylum non ſolum Sanctuarium, ſed & templum. 27. Illorum delirium de montibus transferendis in tertium templum. 32. An arca fœderis in templo ſecundo? 33. Quænam prodigia invadentibus Gallis Delphicum templum? 220. 5.

TEMPVS.

Ordo in rerum natura, dicuntur tempora. 654. 2. Tempus pro opportunitate temporis. 5. Actionum gloria, non quia factæ, ſed quia factæ opportunè. Ib. Quæ in opportunitate gratia temporis, & quare horoſcopo datur horologium & palma? Ibid.

TENEBRÆ.

Per illas indicata ſumma ærumna. 526. 76. In paſſione Chriſti quàm horribiles! á 97. Non quantitate, ſed qualitate. 102.

TERMINVS.

Forma Terminorum apud Priſcos. 490. 7.

TESTVDO.

Non mergitur concepto intra concham calore Solis. 621. 7.

THEMIS.

Quæ, & quorum Dea? 481. 5.

S. THERESIA.

Deſcriptio eius amoris. 283. 4. Quomodó Virgo & Mater; & in illa aliarum perfectionum perfectio? 1. Quomodò intra eius præcordia, omnium cœleſtium ſpiritum hierarchia? 3. Et officia ſingulorum? 2. Eſt in cœlo ornata ſponſa. 3. Columba una, & una perfecta. 4. Quid intenderit dicens *Aut pati, aut mori*? 5. 9. & 11. De dolore gaudet, de gaudio dolet. 5. Unde ex morte eius conſtet, amore mori? 6. Cur movetur in ſepulchro? 7. Etiam nunc in gratias volat. 8. Cur optat pœnam vel gloriam? 9. Quomodò æmulatur ſponſum de gloria vulnerum? 11. De dolore non dolet; quippe diligit. 9. Deſponſatur clavo crucis. 11. Dolor eius cordi, ſponſum præſentem fugere. 12. Quomodò ab illa videtur, dùm illi abſconditur? 13. Illi pro gloria exhibetur gloriæ fuga. 14. Moriebatur pro ſponſo & propter ſponſum. 11. Illam Jeſus fecit laborare in gaudio. 14. Quo amoris ingenio? 15. Magis illi ſponſus præſens, dùm videbatur abſens. 493. 16. Unde in terra eius ſignatur gloria, floreate arbore arida? 287. 15.

THRONVS.

Vid. *Sedes* & *Sella*. Throni inſignes. 361.

TIBIÆ.

In muſica, quæ pares & impares, dextræ & ſiniſtræ, Phrygiæ & Sarranæ? 157. 34.

TOPAZION.

Cuiuſnam conditionis? 166. 15. 571. 7.

TRIBVLATIO.

Vid. Martyres, *Labor*, *Virtus*. Ab impijs perſecutio eſt iuſtorum exaltatio. 445. 22. Deus gloriosè adeſt afflictis, ad quos rapitur. 262. 11. Non eſt ſolus in labore, cui comes Jeſus. 13. Iuxta mœſtitudines, cœleſtes conſolationes. 597. 36. Quomodó ex vulnere vivificat tribulatio? 266. 9. Ipſa oppreſsio eſt elevatio. 12. E manu Domini quæ flagella, dona. 13. Sunt arma bellica & in naufragio tabula. 14. Unde tribulatio ex nulla tribulatione? 8. Cur tribulationes æqualiter dividuntur inter bonos & malos? 9. Gaudium ex tribulatione, excuſſo crimine. 1. Cur vexatio det intellectum? 547. 1.

SS. TRINITAS.

Vid. *Auguſtinus*. Cognita á nonnullis Rabbinis. 203. à 4. 442. 18. 503. 18. Signata etiam ab Ethnicis. 326. 11. Umbræ SS. Trinitatis. 333. 6. 503. 18. Analogia in Iride. 204. 8. In aqua & roſa. 9. Unde Jacobo ſignum Trinitatis exhibitum? 4. Quibus nominibus tres divinæ Perſonæ ab Hebræis ſignatæ? 5. Quibus rationibus Trinitatem in unitate aſtruit Plato? Ib. Tertullianus, quibus vocibus. 6. Trinitas magnum nomen Dei. 3. Trinitas numerus ſine numero. 9. Deus Trinus & Unus. 10. & 17.

TRIVMPHVS.

Triumphantium inſignia, corona, & flagellum. 452. 2.

TROPHONIVS.

Eius ſpecus, in quo fontes oblivionis & memoriæ. 351. 6.

TVRCÆ.

Eorum expeditio in Viennam Auſtriæ. 253. 4. Vid. *Maria*. IV. & IX.

Rerum & verborum.

V

VANITAS.

Loca pro dignitate æstimare, vanitas puerilis cerebri. 378. 40. Vel visa vanitas nocet. 627. 7. Pungenda, ut venti expellatur arrogantia. 628. 10. Vid. *Philautia.*

VENTVS.

Quodnam eius pondus? 629. 11. Vid. *Humilitas.*

VENVS.

Cur dicta *Venus insana*? 269. 5. Cur *mors* & eius insignia? 2. Clades maior, cùm non cognoscitur. 4. Eius flores, sagittæ. 2. Oblectatio, mors & perditio. 3. Eius radius lethale vulnus. 5. Vulnerat, & ridet. 6. Ludus in laqueum. 7. Splendor in ignem, & obsequium in furorem. 8. Unà voluptas & dolor. 273. 16. Effectus. 12. Iucundè hauritur venenum. 14. Eius veneni singularis conditio. 16. Sæpè dolis seducti sapiunt, sed non respiscunt. 15. Cur similis Talo? 10. Tota phrenesis. 15. Vid. *Luxuria.*

VERITAS.

Cur maius scelus veritatem diminuere, quàm inficiari? 457. 15. Reipublicæ crimen & discrimen non audire veritatem. 557. 12.

VIGILIA.

Quid sit? 93. 37.

VINDICTA.

Vid. *Iniuria, Inimicus, & Vltio.*

VINVM.

Arcadicum, igne congelascit, & cuius symbolum? 170. 25.

VIRTVS.

Quis, & quid sit vir fortis? 1. 1. 495. 1. Felix virtutis constantia inter tormenta. Ibid. Vid. *Martyres.*

VITA.

Prava, non est vita. 413. 17. Quàm brevis humana! Vid. *Homo.*

VITIA.

Non est virtus relinqui à vitijs, sed relinquere, & in vita mori. 703. 1. Vitia plauduntur, imò munerantur. 432. 11. Vitia felicia, peiora. 268. 1.

VITVLI.

Aurei, idola Israel, an sublati à Sacerdotibus commutati ære, & regibus Assyrijs dono dati? 582. 3.

VLTIO.

Sub prætextu legis, diritas ultionis. 702. 13. Vindicta gravior iniuria. 1.

VNIO.

Gemma, ex queis constent dotes unionum. 56. 1.

VOLVPTAS.

Triumphus & comites voluptatis. 569. 1. Vid. *Venus.*

VOX.

Pro musica. 153. 28. Quid propriè. 5. Quæ vox muta, & vox vocalis? 7. Quid sonus & quotuplex? 6. Discrimen inter animalium voces & hominum? 9. Quænam vox Manium? 13. Quid sit in voce clamor? 14. Vox non intellecta, nulla. 18. Affectus non explicantur vocibus, sed interiectionibus. 17. Quid in oratione clamor, & vox? 27. Vox Dei quàm mirabilis! 184. 1. Quænam vox virtutis & virtus vocis? 2. & 16. Cur eius vox vocalis? 17. Ubi clamor sine voce? 198. 19. Vid. *Lachrymæ, & Scholastica.* Simulatque vox pulsat, respondeat anima. 471. 16.

Z

ZELVS.

Imprudens, destruit, dùm constituit. 27. 8. Quando zelus verus & à quibus pravus? 35. 14. Quid zelus amaritudinis? 455. 11. Zeli larvà simulatur invidia. 10. Quantæ affectiones pravæ sub zeli nomine! à 8. Zelus nimius zelantem attonat. 391. 12.

FINIS.

Varia Sermones

61

10.693